Tomus Sextus

# D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

SCRIPTVM COMPLECTENS

## IN PRIMVM ET SECVNDVM SENTENTIARVM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Quorum Diſtinctiones, ac Quæſtiones ſequens Index oſtendit.



ROMAE M. D. LXX.

Tomus Sextus

# D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

SCRIPTVM COMPLECTENS

## IN PRIMVM ET SECVNDVM SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Quorum Diſtinctiones, ac Quæſtiones ſequens Index oſtendit.



ROMAE M. D. LXX.

# INDEX DISTINCTIONVM
## ET PARTITIONVM PRIMI LIBRI SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI.


PRologus primi libri Sententiarum. folio 1

### DISTINCTIO PRIMA.

De miſterio Trinitatis. folio. 2
De rebus communiter agit. 4
Quid interſit inter frui & vti aliter q̃ ſupra. 4
Determinatio eorum quæ videntur contraria. 4
Alia determinatio. 5
Vtrum hominibus ſit fruendum vel vtendum. 5
Vtrum Deus fruatur vel vtatur nobis. 5

### DISTINCTIO II.

De miſterio Trinitatis, & vnitatis. 7
Quæ fuerit intentio ſcribentium de Trinitate. 7
Quis ordo ſit ſeruandus cũ de Trinitate agitur. 8
De teſtimoniis veteris teſtamenti quibus Trinitatis myſterium declaratur. 8
De teſtimoniis noui teſtamẽti ad idẽ ꝑtinẽtibꝰ. 10

### DISTINCTIO III.

De cognitione creatoris ꝑ creaturas, in quibus Trinitatis veſtigium apparet. 11
De imagine & ſimilitudine Trinitatis in anima humana. 13
Quomodo æqualia ſint quia capiuntur a ſingulis omnia & tota. 14
Quomodo illa tria memoria capiat. 14
Quomodo illa tria tota capiat intelligentia. 14
Quomodo illa tota capiat voluntas. 14
Ex quo ſenſu illa tria dicantur vnum eſſe, & vna eſſentia quæritur. 14
Quod etiam ad ſe inuicem dicuntur relatiue. 14
Aperitur quod ſupra quęrebatur, ſcilicet, quomodo hæc tria dicantur vnum. 15
Quòd in illa ſimilitudine eſt diſsimilitudo. 15
Prima diſsimilitudo. 15
Alia diſsimilitudo. 15
Alia aſsignatio Trinitatis in anima ſcilicet, mens, notitia, amor. 15
Quòd mens vice patris, notitia filij, amor ſpiritus ſancti accipitur. 16
Quod non eſt minor mente notitia nec amor vtroque. 16
Quod hæc tria in ſeipſis ſunt. 16
Quomodo mens per iſta proficit ad intelligendum Deum. 16
Hic de ſummæ Trinitatis vnitate. 16

### DISTINCTIO IIII.

Quęritur vtrum cõcedendum ſit quòd Deus ſe genuerit. 17
Alia quæſtio de eodem. 17
Opinio quorũdam dicentiũ tres perſonas eſſe vnũ Deum, vnam ſubſtantiam, ſed non econuerſo. 18
An Deus pater, ſe Deũ, an alium genuit Deum. 18

### DISTINCTIO V.

Quæritur an pater genuit diuinam eſſentiam, vel ipſa filiũ, an eſſentia genuit eſſentiã, vel ipſa nec genuit, nec genita eſt. 19
Secunda ratio. 19
Tertia ratio potior. 19
Hic videtur aduerſari Auguſtinus. 19
Quæ videantur prædictis eſſe contraria. 19
Quod videtur prædictæ expoſitioni cõtrarium. 20
Quomodo ſint intelligenda verba Hilarij. 20
Quod legit pater de ſua ſubſtantia genuiſſe filium, & filius ſubſtantiæ patris. 20
Quod nec filius nec ſpiritusſanctꝰ eſt de nihilo, ſed de aliquo: non tamen de materia. 21
Quare verbum patris dicatur filius natura. 21

### DISTINCTIO VI.

Vtrum pater voluntate ſua genuit filium, an neceſſitate, & an volens, vel nolens ſit Deus. 22
Oppoſitio contra prædicta. 22
Q̃uo intellligenda ſint illa verba, pr̃ nec volẽs, nec nolẽs, eſt Deꝰ, nec volẽs neq; nolẽs genuit filiũ. 22

### DISTINCTIO VII.

Quæritur an pater potuerit, vel voluerit gignere filium. 23
Vtrũ pater natura ſit potẽs gignere filiũ, & an hoc ſit aliqua potentia quæ ſit in filio. 24
Quomodo ſit intelligendum filius habet, vel non habet potentiam generandi. 24

### DISTINCTIO VIII.

De veritate & proprietate, & incommutabilitate, & ſimplicitate eſſentię Dei. 25
Quęrit̃ q̃liter intelligẽda ſint verba Hieronymi. 25
De incommutabilitate. 26
De ſimplicitate. 28
De ſpirituali creatura oſtendit quomodo ſit multiplex non ſimplex. 28
Qualiter cũ Deꝰ ſit ſimplex, multiplex tñ dicat̃. 29
Tanta eſt Dei ſimplicitas quòd nulli pręedicamentorum ſubiicitur. 29
Quòd Deus non proprie ſed abuſiue dicit̃ ſub̃a. 29
Quod non eſt in Deo aliquid qđ non ſit Deus. 31

### DISTINCTIO IX.

De diſtinctione perſonarum. 31
De coęternitate filij cum patre. 32
Argumentatio Arrianorum. 32
Reſponſio Auguſtini catholica. 32
Ineffabile eſt, q̃uo filius ſit & nõ hẽt priorẽ patrẽ ſicut modus gñonis inĩtelligibilis ẽ & ĩeffabilis. 32
Quidã pręſumũt diſcutere generationis ſeriem. 32
Vtrum debeat dici ſemper gignitur, vel ſemper ge

nitus eſt filius, 32
De obiectionibus hæreticorum nitentium probare filium non eſſe coeternum patri. 33

DISTINCTIO X.

De ſpiritu ſancto agitur & primo quòd ſit amor patris & filii dicit. 34
Quòd ſpiritus ſanctus proprie dilectio dicatur, & tamen trinitas ſit dilectio. 34
Exemplis confirmat quod eadem nomina proprie & vniuerſaliter accipiuntur. 35
Authoritatem ponit, quòd filius proprie dicatur ſapientia. 35
Quomodo ſpiritus ſanctus ſit amor quo pater a filio, & filius a patre diligitur: 36
Aperitur quid ſit ſpiritus ſanctus. 36
Quod ſicut ſpiritus ſanctus communis eſt patri, & filio, ita commune nomen habet proprium. 36

DISTINCTIO XI.

Quòd ſpiritus ſanct⁹ procedit a patre, & a filio. 36
Quód greci non concedunt ſpiritum ſanctum procedere a filio. 37
De conuenientia latinorum, & grecorum in ſenſu & differentia in verbis. 37

DISTINCTIO XII.

Vtrum ſpiritus ſanctus prius, vel plenius procedat a patre quàm a filio. 38
Quòd ſpiritus ſanctus principaliter & proprie dicitur procedere a patre. 38
Ex eodem ſenſu dicitur ſpirituſſanctus eſſe, & mitti a patre per filium. 39

DISTINCTIO XIII.

Quare ſpirituſſanctus cum ſit de ſubſtantia patris non dicatur filius vel genit⁹: ſed tm̃ procedẽs. 40
Cum ſpirituſſanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere. 40
Quòd non põt diſtingui a nobis inter generationẽ filii, & proceſsionem ſpirituſſancti. 40
Vtrum ſpirituſſanctus debeat dici ingenitus. 41

DISTINCTIO XIIII.

Quòd gemina eſt proceſsio ſpirituſſancti. 42
De tpali ꝓceſsione ſpiritusſctī ſpecialiter agit. 42
Quòd aliqui dicunt ſpiritumſanctum non dari. ſed dona eius. 42
Quòd ipſe ſpirituſſanctus qui Deus eſt, & datur & mittitur. 42
An viri ſancti, & eccleſię prelati dent, vel dare poſſint ſpiritumſanctum. 43
Quòd non poſſunt dare ſpiritũſanctum docet. 44
Quòd videtur contrarium. 44

DISTINCTIO XV.

Vtrum ſpirituſſanctus detur, a ſeipſo. 44
Non eſt mirum ſi ſpirituſſanctus dicatur mitti vel procedere a ſe, cum etiã filius dicatur mitti a ſe. 45
Quomodo intelligenda ſit miſsio vtriuſque. 45
Quòd a ſpirituſancto filius ſit miſſus authoritatibus confirmatur. 45
Quod filius ſit datus etiam a ſeipſo. 45
Quod filius ſit miſſus a ſe. 45
Summatim colligit quæ ex prędictis aſſumunt̃. 46
Quęſtio cur dicat, A meipſo non veni. 46
Vtrum ſemel tantum miſſus ſit filius, an ſępe. 46
Quòd duobus modis dicitur filius mitti. 47
Quòd ſecundum alterum ſemel, & ſecundum alterum ſit ſępe miſſus, & ſecundum alterum vt ſit homo, & ſecundum alterum vt ſit cũ homine. 47
Quòd ſecundum alterum modum dicitur miſſus in mundum, ſecundum alterum non. 48
Cur pater non dicitur miſſus cum ab aliquo cognoſcitur ſicut filius. 48
Putarunt quidam, filium & ſpiritumſanctum minorem patre: quia miſsi dicuntur. 48

DISTINCTIO XVI.

De miſsione ſpirituſſancti quę ſit duobus modis viſibiliter, & inuiſibiliter. 49
Prius de illo modo miſsionis, qui ſit viſibiliter. 49
Cur filius ſit minor patre ſecundũ formã creatã in qua apparuit, cur nõ & ſpũſſanctus ſimiliter? 49
Quod filius ſecundũ qđ homo, fact⁹ eſt nõ mõ pr̃e, ſed ſpirituſancto, & etiam ſeipſo minor eſt. 50

DISTINCTIO XVII.

De miſsiõe ſpirituſſancti, qua ĩuiſibiliter mittit̃. 51
Premittitur quoddam ad hanc oſtenſionem neceſſarium, ſcilicet quòd ſpirituſſanctus eſt charitas qua Deum diligimus & proximum. 51
Quod fraterna dilectio cum ſit Deus nõ eſt pater, vel filius, ſed ſpirituſſanctus tantum. 52
Quòd nõ eſt dictũ per cauſam illud, Deus charitas eſt, ſicut illud, tu es patiẽtia mea & ſpes mea. 52
Qũo ſpirituſſanctus mittatur vel detur nobis. 52
Vtrũ cõcedendũ ſit quòd ſpirituſſanctus augeat̃ in homine & magis vel minus habeat̃ vel detur. 53
Quia aliqui dicunt ſpiritumſanctum non eſſe charitatem qua diligimus Deum & proximum. 54
Quod charitas eſt motus, vel affectus animi. 56
An concedendũ ſit ꝙ per donũ donent̃ dona. 57

DISTINCTIO XVIII.

Vtrum ſpirituſſanctus eadem ratione dicatur donum & datum ſiue donatum. 57
Quare ita videtur. 58
Reſponſio quare datum, vel donatum dicatur ſpirituſſanctus. 58
Quæritur cui donabilis. 58
Quòd ſicut filius naſcendo accepit, non tantum vt eſſet filius, ſed etiam eſſentia, ita & ſpirituſſanctus procedendo accepit, nõ tantum vt eſſet donum; ſed etiam vt eſſet eſſentia. 58
Quòd ex prædictis videtur quòd filius, non tantũ ſit fili⁹ natiuitate: ſed etiam de ſimili eſſentia, & ſpirituſſanctus proceſsione. 59
Quòd ſpirituſſanctus dicitur donũ & donatũ ſecundum prædictos duos proceſsionis modos. 59
Secundum hoc quod donũ eſt, refertur ad patrẽ & filiũ, ſecundum quòd datũ ad eum qui dedit & ad eos quibus datum eſt. 59

An



An filius cùm ſit nobis datus, poſsit dici noſter, vt ſpirituſſanctus. 60
Vtrum ſpirituſſanctus ad ſeipſum referatur. 60

DISTINCTIO XIX.

De æqualitate trium perſonarum. 60
Quòd æternitas & magnitudo & potentia in Deo ſunt vnum, licet ponantur quaſi diuerſa. 60
De magnitudine, quòd ea aliqua perſonarum, aliam non excellit. 61
Quòd nõ eſt maior vna perſona alia, nec maius aliquid duæ, quàm vna, nec tres, vel duæ, q̃ vna. 61
Quomodo dicitur Deus pater eſſe in filio, & filius in patre, & ſpirituſſanctus in vtroque, & ſingulus, in ſingulis. 61
Ad id quod cæperat redit, vt oſtendat ſcilicet, ꝙ magnitudine vnus non ſuperat aliam. 62
Quód nulla perſonarum pars eſt in trinitate. 62
Cum dicimus tres perſonas eſſe vnam eſſentiam, nec vt genus de ſpeciebus, nec vt ſpeciem de indiuiduis ꝑdicam⁹: q̃a nõ ẽ eſſentia gen⁹, & pſona ſpẽs, vel eſſentia ſpẽs & pſona indiuiduũ. 63
Non ſecundum materialem cauſam dicuntur tres perſonæ vna eſſentia. 63
Nec ita dicuntur tres perſonæ vna eſſentia, vt tres homines vna natura, vel vnius naturæ. 63
Quæ videntur aduerſari prædictis. 64
Ex quo ſenſu dixerit perſonas differre numero. 65
Quibus modis dicuntur differre numero, & ſecundum quẽ modũ perſonis conuenire poſſet. 65
Quòd vna perſona non eſt maior alia, nec tres ſimul q̃ vna & hoc rõne oſtendit catholica, 66
Quòd Deus non eſt dicẽdus triplex, ſed trinus. 66
Quòd nõ ẽ ita in reb⁹ corporeis vt in trinitate. 67

DISTINCTIO XX.

Oſtenſo, ꝙ aliqua perſonarum aliam non excedit magnitudine, nunc oſtendit quòd alia nõ excedit aliam potentia. 67
Quód non poteſt minus filius quàm pater. 67
Aliter probat filium æqualem patri. 68
Per ſimile oſtẽdit ꝙ nõ minorẽ pr̃ filiũ genuit. 68.

DISTINCTIO XXI.

Quæritur quomodo poſsit dici ſolus pater, vel ſolus filius, vel ſolus ſpirituſſanctus, cum ſint inſeparabiles. 69
Vtrum poſsit dici, ſolus pater eſt Deus, ſolus filius eſt Deus, vel ſolus ſpirituſſanctus eſt Deus, vel pater eſt ſolus Deus, vel filius eſt ſolus Deus, vel ſpirituſſanctus eſt ſolus Deus. 69
Quomodo trinitas dicatur ſolus Deus, cum ipſa ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis. 70
Et ſi de ſolo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius, & ſpirituſſanctus. 70

DISTINCTIO XXII.

De nominum differentia quibus vtimur loquentes de Deo. 71
Præmisſis addit quędam eſſe nomina, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiue dicuntur. 71
De hoc nomine trinitas addit. 71
De aliis nominibus, quæ temporaliter Deo congruunt & non relatiue dicuntur. 71
Quòd illa nomina quæ ad ſingulas pertinent perſonas, proprie relatiue dicũtur, ea vero quæ vnitatẽ eſſentię ſignificãt, ad ſe dicunt̃ & de ſingulis & de oĩbus cõiter dicuntur perſonis, & ſingulariter non pluraliter in ſumma accipiuntur. 71
Quòd Deus magnus ẽ, ea magnitudine quæ Deus eſt, ſic de bonitate & de omnibus quæ ſecundũ ſubſtantiam dicuntur. 72

DISTINCTIO XXIII.

De hoc nomine quod eſt perſona, quod cum ſecundum ſubſtantiam dicatur, tamen pluraliter, nõ ſingulariter in ſumma accipitur. 73
Authoritas quòd perſona ad ſe dicatur & ſecundum ſubſtantiam. 73
Cur pater & filius & ſpirituſſanctus, non dicantur vna perſona, vt vna ſubſtantia, & vnus Deus. 73
Qua neceſsitate dictum ſit, tres perſonæ a Latinis, & a Græcis tres hypoſtaſes, vel ſubſtantiæ. 74
Quid hoc nomine tres ſignificetur. 74
Quare non dicimus tres Deos eſſe patrem, & filiũ & ſpiritumſanctum vt dicim⁹ tres perſonas, cum id qđ Deus eſt, ſit eis cõe, q̃a pater eſt Deus, & filius eſt Deus, & ſpirituſſanctus eſt Deus. 74
Alia quęſtio, cur non dicimus tres eſſentias, vt tres perſonas, cum ſcriptura non contradicat. 75
Sicut nos dicimus tres perſonas, ita Græci tres ſubſtantias, quas dicunt hypoſtaſes, aliter accipientes ſubſtantiam quàm nos. 75
Quòd in trinitate non eſt diuerſitas nec ſingularitas, vel ſolitudo, ſed vnitas, & trinitas, & diſtinctio, & identitas. 75
Quòd non debet dici Deus multiplex. 76

DISTINCTIO XXIIII.

Quid ſignificet̃ his nominibus, vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trin⁹ vel trinitas, plures vel pluralitas, diſtinctio vel diſtincte, cũ his vtimur de Deo loquentes. 76
Magis illa dicuntur ad excludendum ea, quæ non ſunt in Deo, quàm ad ponendum aliqua. 76
Quid per vnũ ſignificet̃, cũ dicit̃, vnus eus. 76
Quo ſenſu dicit̃, vnus ẽ pater, vel vnus eſt filius. 76
Quid per duo, cum dicitur, duæ perſonæ, vel pater, & filius duo ſunt. 77
Ex quo ſenſu dicitur in perſonis diſtinctio vel perſonæ diſtinctæ. 77
Quomodo ibi accipiatur diſcretio. 77
Quomodo trinitas ibi accipiatur. 78

DISTINCTIO XXV.

Quid ſignificatur, cum dicitur pluraliter, tres perſonæ, vel duæ perſonæ. 79
Quòd videtur ſecundum eſſentiam Dei: alia eſt pſona patris, alia filii, ſiue tres perſonæ, vt cum dicitur, pater eſt perſona, filius ẽ perſona. 79
Aliter etiam videtur poſſe oſtendi, quòd ſecundũ eſſentiã dicat̃, etiam cũ pluraliter profertur. 80
Opinio quorundam qui putant eſſentiam ſignificari nomine perſonę, cũ dicimus tres pſonas, 80
Quód hoc nomen perſona tripliciter in trinitate

accipitur,& hęc eſt vtilis,& catholica doctrina de perſona & perſonis. 80
Obiectioni illorum reſpondet, qua nituntur probare perſonas ſecundum eſſentiam accipi, quia reſpõdemus quærentib⁹,q̃d tres,vel q̃d tria. 81
Quid tres res,& quid vna res,hic dicitur. 81
Ex quo ſenſu dicatur:alia eſt perſona patris, alia filii,alia ſpiritusſancti. 81
Quomodo hæc intelligantur, alius in perſona pater,alius filius,alius ſpiritusſanctus. 82

## DISTINCTIO XXVI.

De proprietatibus perſonarum,ſed pri⁹ de hoc nomine hypoſtaſis. 82
De proprietatibus perſonarum , & de nominibus earum relatiuis. 83
Quòd non omnia quæ de Deo dicuntur , ſecundũ ſubſtantiam dicuntur,quædam enim ſecundum relationẽ dicuntur,nihil tñ ſecundũ accidẽs. 83
Quare dicatur proprium vnigeniti, quod eſt filius Dei,cum etiam homines ſint filii Dei. 84
Quòd homo dicitur filius trinitatis, & trinitas poteſt dici pater hominum. 84
Quòd ſpiritusſanctus proprie dicitur donum Dei, quia proprietate eſt donum,vt filius natiuitate vtroque modo dicitur relatiue & ſecũdum eandem relationem. 84
An pater,vel filius , vel trinitas ipſa poſſit dici ſpiritusſanctus. 85
Quidam putant ſpiritum ſanctum non dici relatiue ad patrem,& filium,quia non vicisſim reſpondent ſibi vocabula,ſed falſo. 85

## DISTINCTIO XXVII.

An eaſdem proprietates asſignent Augu. & Hilar. & an iſtæ ſint , quæ dicuntur paternitas & filiatio & proceſsio. 86
Reſponſio vbi oſtendit eaſdẽ eſſe proprietates. 86
Quomodo non eſt omnino idem dicere eſſe patrẽ, & genuiſſe,vel habere filium ita & de aliis. 86
Relationum vero vocabula ſunt paternitas , filiatio,proceſsio , nec perſonam ſignificant. 87
Quòd proprietates determinant hyppoſtaſes , nõ ſubſtantiam , ideſt naturam. 87
Quòd ſunt alia nomina perſonarum eaſdem proprietates notantia, ſcilicet genitus , genitor , verbum, imago. 87
Generalis regula eorum quæ ad ſe, & eorum quæ relatiue dicũtur,quicquid enim ad ſe ſimul ambo dicuntur,ſed nõ ita in prædictis relatiuis. 88
An ſecundum ſubſtantiam dicatur Deus de Deo, & huiuſmodi. 88
Quòd tantum ſecundum nomen ſubſtantiæ dicitur illud de illo,non ſecundũ noïa pſonarum. 88

## DISTINCTIO XXVIII.

Quòd non tantum tres prædictæ proprietates sũt in perſonis,ſed etiã aliæ, quæ de aliis ſignificantur nominibus, vt ingenitus. 89
An ſicut ſolus pater dicitur ingenitus, dici debeat non genitus, vel non filius. 90
Quæ ſit proprietas ſecundum quam dicitur pater ingenitus. 90
Arriani nitebantur probare alterius ſubſtantiæ patrem,alterius filium,quia ille ingenitus , iſte genitus,quibus reſpõdens Ambro. dixit ſe hoc nõmen in ſcripturis non legiſſe diuinis. 90
An diuerſum ſit eſſe patrem, & eſſe filium. 91
Quomodo dicatur ſapientia genita vel nata, an ſecundum relationem,an ſecundum ſubſtantiã. 91
Quòd imago aliquãdo dicit̃ ſecundũ eſſentiã. 91

## DISTINCTIO XXIX.

De principio quod relatiue dicitur,& multiplicem notat relationem. 92
Quód ab æterno pater eſt principium, & filius, ſed ſpiritusſanct⁹ nõ, immo cœpit eſſe principiũ. 92
Oſtendit,quomodo pater ſit principium filii, & ipſe & filius principium ſpiritusſancti. 93
Cur pater & filius ſint vnum principium ſpiritusſancti,quęritur an eadem notione. 93

## DISTINCTIO XXX.

De his quæ temporaliter de Deo dicuntur , & relatiue, ſecundum accidens , quod non deo , ſed creaturis accidit. 93
Oppoſitio,quòd nõ ex tempore ſit dominus , quia eſt dominus temporis,quod non eſt ex tpe. 94
Soluit̃ quęſtio qua quęrebat̃ , vtrũ ſpiritusſanctus dicatur datũ relatiue ad ſe, cum ipſe det ſe. 95

## DISTINCTIO XXXI.

Quomodo dicatur filius æqualis patri, an ſecũdũ ſubſtantiã,an ſecũdũ relationẽ,ita & ſimilis. 95
Quomodo dicat̃ ſimilis & quid ſit ſimilitudo. 96
De ſententia ſancti Hilarii , qua in trinitate perſonarum propria oſtendit. 96
De ſpiritu ſancto, quare vſus dicatur. 96
Quòd ſecundum hanc expoſitionẽ non diſtinguuntur ibi proprietates perſonarum tres. 96
Quare dicatur Hila. propria perſonarum aſsignaſſe in prædictis verbis , cum ibi non ſint expreſſæ proprietates. 97
Quòd earumdem perſonarum diſtinctionem notat Auguſti. aliis verbis ſine expreſſione trium perſonarum. 97
Quare patri attribuat̃ vnitas,& filio æqualitas. 97
Quare pater, & filius dicantur eſſe vnum , vel vnus Deus:ſed non vnus: quia res eiuſdem naturę recte poſſunt dici vnum ſimpliciter eſſe, & cum adiectione,Res vero diuerſæ naturæ, non poſſunt dici vnum niſi dicatur,quid vnum. 97
Quare dicatur eſſe æqualitas in filio, cum ſit vna æqualitas trium. 98
Quare in ſpiritu ſancto dicatur eſſe vtriuſque concordia vel connexio 98

## DISTINCTIO XXXII.

Vtrum pater, vel filius ſpiritusſancto diligat , cum diligere idem Deo ſit quod eſſe. 98
Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia quam genuit, ſicut diligit amore,qui ab ipſo procedit. 99
Vtrũ filius ſit ſapiẽs ſapiẽtia genita,vel ingenita. 99
An filius ſit ſapiens ſeipſo, vel per ſeipſum. 99
An vna tantum ſit ſapientia patris. 100



Quòd in Trinitate eſt dilectio , quæ eſt Trinitas,& tñ ſpiritusſanct' eſt dilectio quæ nõ eſt Trinitas, nec iõ duæ ſunt dilectiões,ita & de ſapiẽtia. 100
Qua rõne pater non dicitur ſapiẽs ea ſapiẽtia quã genuit,eadẽ vr̃ debere dici, quòd nõ ſit diligẽs, pr̃,vel filius dilectione quæ ab vtroq; ꝓcedit. 100
Hæc quæſtio inexplicabilis eſt, quæ excellit informitatem hominis. 101

## DISTINCTIO XXXIII.

Vtrum proprietates perſonarũ ſint ipſæ perſonæ, vel Deus, ideſt diuina eſſentia. 101
Quòd proprietates ſint diuina eſſentia. 102
Authoritate aſtruit quòd ꝓprietas ſit natura. 102
Quidam negant.ſ.proprietates eſſe perſonas, & diuinam naturam,& quare. 102
Quæritur quomodo proprietates poſſunt eſſe in natura,vt tamen eam non determinent. 103
Quibus authoritatibus opinionẽ ſuam.ſ.quòd proprietas patris,vel filij nõ ſit Deus,muniant. 104
Aliis etiã verbis Auguſtini vtunt̃ ut aſſerant q̃d dicunt.ſ.ꝓprietates pſonarũ,nõ eẽ Dei ſub̃am. 104

## DISTINCTIO XXXIIII.

Opinio quorumdam non idem eſſe perſonam & eſſentiã uel naturã dicentium , & eandem eſſentiã non poſſe eſſe patrẽ,& filiũ,& ſpiritũſanctũ. 104
Docet,quomodo eis obuiat ipſius ſcripturæ circũſtantia, & qualiter prædicta intelligi debeant & quòd ſpiritusſanctus eſt res unius naturæ patris, & filij & eſt ipſa natura. 105
Quòd propter res creatas illud dixerit, non idem eſt natura,& res naturæ. 105
Quòd nõ alius eſt De⁹,& quę ſua ſunt,ita ut inſint, alia enim ſunt quę inſunt,alia quę nõ inſunt. 106
Vtrum ita poſsit dici Deus trium perſonarum,uel tres pſonæ unius Dei,ut dicitur una eſſentia triũ perſonarũ,& tres pſonæ unius eſſentię. 106
Quód licet potentia,ſapientia,bonitas,de Deo ſecundum ſubſtantiam dicantur in ſcriptura, tamen ſolent hæc nomina diſtincte ad perſonas interdum referri. 106
Quare id fiat, ſcilicet quòd patri potentia,filio ſapientia attribuatur. 107
Quare ſpiritui ſancto bonitas attribuatur. 107
De hoc nomine homouſion,vbi in auctoritatem receptum ſit,& quid ſignificet. 107
De nominibus quæ translatiue, & per ſimilitudinẽ de Deo dicuntur. 107

## DISTINCTIO XXXV.

De quibuſdam quę ſecundũ ſubſtantiam de Deo dicuntur , quæ ſpecialem efflagitant tractatum,ſ. de ſciẽtia,& præſciẽtia,& prouidentia,& diſpoſitione, prædeſtinatione,volũtate, & potẽtia. 108
Vtrum ſcientia, vel præſcientia , vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio potuerit eſſe in Deo, ſi nulla fuiſſent futura. 108
Reſponſio quòd præſcientia,& diſpoſitio,& prædeſtinatio quaſi relatiue dicuntur ad futuras res, vel ad faciendas. 109
Quòd ſcientia Dei nõ tantũ eſt de temporalibus, ſed etiam de æternis. 109
Quare omnia dicũtur eſſe in Deo , & quod factum eſt habet vitam & eſſe in eo. 109
Quòd eadẽ ratione dicuntur oïa ei præſentia. 110

## DISTINCTIO XXXVI.

Vtrum concedendum ſit omnia eſſe in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam , vt omnia dicuntur eſſe in Dei cognitione vel præſcientia. 110
Vtrum mala debeant dici eſſe in Deo, vbi ſunt omnia bona,cum vtraq; ſint in eius cognitione, & præſcientia, omnia enim cognoſcit. 111
Aperit,quarũ bona tantum dicantur eſſe in Deo, & non mala. 112
Quòd idem eſt omnia eſſe ex Deo, & per ipſum, & in ipſo. 112
Quòd omnia ex patre , & per patrem & in patre ſunt,ita de filio, et de ſpiritu ſancto eſt dicendũ, licet propter perſonas fiat diſtinctio. 112
Quòd non omnia , quę ex Deo ſunt,etiam de ipſo ſunt:ſed econuerſo. 113

## DISTINCTIO XXXVII.

Quibus modis dicatur Deus eſſe in rebus. 113
Quòd in ſanctis non modo eſt: ſed etiam habitat, qui non vbicunque eſt, habitat. 114
Vbi erat , vel habitabat Deus , antequàm eſſet creatura. 114
Quòd Deus inhabitator eſt quorundam nondũ cognoſcẽtiũ Deũ & nõ quorũdã cognoſcẽtiũ. 114
Quomodo Deus totus vbique ſit per eſſentiam, non poteſt intelligi ab humano ſenſu. 115
Quorundã opinio q̃ præſumũt oſtẽdere qũo Deus ubique ſit per eſſentiã,potentiã & præſentiã 115
Quòd Deus cum ſit in omnibus rebus non tamen ſordibus rerum inquinatur. 115
Quòd Deus ubique ſit,& in omni tempore,non tamen localis eſt,non circunſcriptibilis, nec loco nec tempore mouetur. 115
Quid ſit mutari ſecundum tempus. 116
Opinio quorundam qui dicunt ſpiritus creatos nõ moueri loco nec eſſe locales. 117
Concluſio ex prædictis, quòd ſpiritus creati ſunt locales , & circunſcriptibiles quodammodo:ſpiritus vero Dei omnino incircunſcriptibilis. 117
Cum repetitione ſuperiorum confirmat authoritatibus Deum eſſe vbique ſine locali motu. 118
Oppoſitio qua vr̃ probari, ꝙ Deus mutet̃ loco. 119

## DISTINCTIO XXXVIII.

Inconuenientia oſtendit, quæ ſequerẽtur, ſi diceretur, ſcientia, vel præſcientia cauſa omnium rerũ quæ ei ſubſunt. 120
Quòd res futuræ non ſunt cauſa ſcientiæ , vel præſcientiæ Dei , 120
Contra hoc quod dictum eſt , præſcientiam Dei non poſſe falli oppoſitio. 111

## DISTINCTIO XXXIX.

Vtrũ ſciẽtia Dei poſsit augeri, vel minui, vel aliquo mõ mutari , vtrunq; enim videt̃ poſe ꝓbari. 122
Oppoſitio , an Deus poſsit nouiter vel ex tempore ſcire, vel præſcire aliquid, 123

Vtrum Deus poſſit ſcire plura quàm ſcit. 124
Quod videtur aduerſari illi ſententiæ, qua ſupra dictum eſt, Deū ſemper, & ſimul ſcire omnia. 124

DISTINCTIO XL.

An aliquis prædeſtinatorum poſſit damnari, vel reproborum ſaluari. 125
Quid ſit reprobatio Dei, & in quibus cōſideretur, & quis ſit prædeſtinationis effectus. 126

DISTINCTIO XLI.

Vtrum aliquid ſit meritum obdurationis, & miſericordiæ. 128
Opinio quorundam in qua fuit aliquando Auguſti. ſed poſtea retractauit. 129
An ea quæ ſemel ſcit Deus, vel præſcit, ſemper ſciat & ſemper ſcierit, vel præſcierit 130
De ſciētia dicēs, Deū ſemꝑ ſcire quę ſemel ſcit. 130

DISTINCTIO XLII.

De omnipotentia Dei, vbi prius conſideratur, quare dicatur omnipotens. 131
Quomodo dicatur Deus, omnia poſſe, cū nos multa poſſimus quæ ipſe non poteſt. 131
Quòd omnipotētia Dei ſecūdū duo cōſiderať. 132
Quibuſdam authoritatibus traditur, quòd ideo dicitur omnipotens, quia poteſt quicquid vult. 132

DISTINCTIO XLIII.

Opinio quorundam dicentium, Deum nil poſſe niſi quod facit. 133
Authoritatibꝰ vtunť in aſſertiōe ſuæ opinionis. 135

DISTINCTIO XLIIII.

An Deus poſſit facere aliq̄d melius quàm facit. 135
Vtrū alio, vel meliori mō poſſit facere q̄ facit. 136
Vtrum Deus ſemper poſſit oē q̄d olim potuit. 136

DISTINCTIO XLV.

De voluntate, quæ eſſentia Dei vna eſt, & æterna, & de ſignis eius. 137
Quòd licet idem ſit Deo velle, quod eſſe, non poteſt tamen dici Deus eſſe omnia quæ vult. 137
Quis ſit ſenſus horum verborum: Deus ſcit, vel Deꝰ vult, Item Deus ſcit omnia, vel vult aliquid, & quid de Deo in his prædicatur. 137
Quòd Dei voluntas ſumme bona, cauſa eſt omniū quæ naturaliter ſunt, cuius cauſa non eſt quærenda, quia nullam habet, cum ſit æterna. 138
Quòd voluntas Dei prima & ſumma cauſa eſt omnium. 138
Quibus modis accipitur Dei voluntas. 138
Quòd ſecundum figuram dicitur volūtas Dei præceptio, prohibitio, conſilium, & permiſſio, operatio, & iō pluraliter dicit ſcriptura voluntates. 138
Quare præceptio, & prohibitio, & conſilium, dicatur Dei voluntas. 139
Vbi volūtas Dei pro ꝑcepto & cōſilio accipiať. 139
Quòd Deus non vult ab hominibus fieri omnia q̄ præcepit, vel non fieri, quæ prohibet. 139
De permiſſione, & operatione, vbi dicantur Dei voluntas. 139
Quinque ſupra ſunt propoſita, quæ dicuntur ſecūdum tropum, & ideo diſtinguat lector, vbi, quę pro quo eorum accipiatur voluntas. 139

DISTINCTIO XLVI.

Illi ſententiæ qua dictum eſt, Dei voluntatem non poſſe ceſſari, quæ ipſe eſt, quædam videntur obuiare. 139
Solutio quomodo intelligēdum ſit illud, Volui cōgregare & noluiſti. 140
Quomodo intelligēdum ſit illud, Qui vult omnes homines ſaluos fieri. 140
Vtrum mala Dei voluntate fiat, an eo nolente. 140
Quare dicūt quidā Deū velle mala eē vel fieri. 140
Ponit rationes illorum, qui dicunt Dei voluntate non fieri mala vel non eſſe. 141
Quomodo intelligendum ſit illud Auguſtini, mala fieri, bonum eſt. 141
Quadripartita boni acceptio. 141
Quòd mala vniuerſitati valent, & facientibus ſua ꝓpria, vel patiētibus aliena proſūt electis tn̄. 142
Ex prædictis concludit, oſtendens eſſe bonum fieri mala multis modis. 142
Quòd in Deo non eſt cauſa vt ſit hō deterior. 142
Aliter probat, quód Deo authore nō ſūt mala. 142
Obiectio quorundam ſophiſtica, qua probare nituntur ex Deo eſſe, quòd mala fiant. 142
Reſponſio, vbi concedit omne verum eſſe a Deo, & ſophiſma aperit. 142

DISTINCTIO XLVII.

Quòd volūtas Dei ſemꝑ impletur de homine quocunque ſe vertat. 142
Aꝑit, diuerſis modis ſupra accipi Dei volūtatē. 143
Summatim perſtringit ſententiam prædictorum addens, quare Deus pręcepit omnibus bona facere, & mala vitare, cum non velit hoc ab omnibus impleri. 144

DISTINCTIO XLVIII.

Quòd aliquando homo bona voluntate aliud vult quàm Deus, & aliquando mala, id quod Deus bona voluntate vult. 144
Quòd bona Dei voluntas mala hominum voluntate impletur, vt in Paſſione Chriſti contigit, vbi quoddam factum eſt, quod Deus bona, & Iudæi mala voluntate, voluerunt tamen, & aliquid, q̄d Deus non voluit. 144
Vtrum placuerit viris bonis quòd Chriſtus pateretur, & moreretur, placuit quidem intuitu noſtræ redemptionis, ſed non ipſius cruciatus. 145
Quomodo ſentiendum ſit de paſſionibus ſanctorum, an velle vel nolle debeamus. 145

*Diſtinctionum & partitionum primi Libri ſententiarum, finis.*

# INDEX QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM

## PRIMI LIBRI SENTENTIARVM SANCTI THOMAE.

PROLOGVS.

Vtrum præter phyſicas diſciplinas alia doctrina ſit homini neceſſaria. fol. 1
Vtrū tn̄ vna doctrina debeat eſſe præter phyſicas. 1
Vtrum ſit practica vel ſpeculatiua. 2
Vtrum Deus ſit ſubiectum iſtius ſcientiæ. 2
Vtrum modus procedendi ſit artificialis. 2

DISTINCTIONIS PRIMAE.

QVAESTIO. I.

Vtrum frui ſit actus intellectus. 4
Vtrum vti ſit actus rationis. 4

QVAESTIO. II.

Vtrum ſolo deo ſit fruendum. 4
Vtrum vna fruitione fruamur Deo. 5

QVAESTIO. III.

Vtrum omnibus aliis præter Deum ſit vtendum. 5

QVAESTIO IIII.

Vtrum frui conueniat omnibus rebus. 5
Vtrum vſus conueniat excellentibus in patria. 6

DISTINCTIONIS II.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus ſit tantum vnus. 7
Vtrum in Deo ſint plura attributa. 7
Vtrum pluralitas rationum quibus attributa differunt ſit tantum in intellectu vel etiam in Deo. 8
Vtrum in diuinis ſint plures perſonæ. 9
Vtrum perſonæ diuinæ differant realiter: aut tantū ratione. 10

DISTINCTIONIS III.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus poſſit cognoſci ab intellectu creato. 11
Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum. 11
Vtrum Deus poſſit cognoſci ab homine per creaturas. 12
Vtrum Philoſophi naturali cognitione cognouerint trini. ex creaturis. 12

QVAESTIO II.

Vtrum ſimilitudo Dei in creaturis poſſit dici veſtigium. 12
Vtrum partes veſtigii ſint tres vel tantum duæ. 13
Vtrum in omni creatura ſit veſtigium. 13

QVAESTIO III.

Vtrum tantum mens ſit ſubiectum imaginis. 13

QVAESTIO IIII.

Vtrum memoria pertineat ad imaginem. 14
Vtrum potentiæ animæ ſint eius eſſentia. 15
Vtrum vna potentia oriatur ex alia. 15
Vtrum imago attendatur in potentiis rationalibus reſpectu quorumlibet obiectorum. 16
Vtrum potentiæ rationales ſint ſemper in actu reſpectu obiectorum in quibus attenditur imago. 16

QVAESTIO V.

Vtrum hæ partes imaginis mens, notitia, & amor, differant ab aliis partibus. 16

DISTINCTIO IIII.

QVAESTIO I.

Vtrum generatio ſit in Deo. 17
Vtrum iſta propoſitio, Deus genuit Deum, ſit falſa. 17
Vtrum Deus genuit ſe Deum vel alium Deum. 18

QVAESTIO II.

Vtrum de diuinis poſſit formari propoſitio. 18
Vtrum perſona poſſit prædicari de eſſentia. 18

DISTINCTIO V.

QVAESTIO I.

Vtrum eſſentia generet. 19
Vtrū actꝰ generandi prædiceť de aliquo nominū eſſentialiū. 20

QVAESTIO II.

Vtrum filius ſit genitus de ſubſtantia patris. 20
Vtrum filius ſit ex nihilo. 21

QVAESTIO III.

Vtrum eſſentia ſit terminus generationis. 21

DISTINCTIO. VI.

QVAESTIO. I.

Vtrum pater genuit filium neceſſitate. 22
Vtrum pater genuit filium voluntate. 22
Vtrum pater genuit filium naturaliter. 22

DISTINCTIONIS. VII.

QVAESTIO I.

Vtrum potentia generatiua ſit in Deo. 23
Vtrum potentia generatiua ſit ad aliquid. 23
Vtrum potentia dicatur vniuoce de potentia generandi & potentia creandi. 24

QVAESTIO. II.

Vtrum potentia generandi ſit in filio. 24
Vtrum filius poſſit generare alium filium. 25

DISTINCTIONIS VIII.

QVAESTIO. I.

Vtrum eſſe proprie dicatur de Deo. 25
Vtrum Deus ſit eſſe omnium rerum. 25
Vtrum hoc nomen qui eſt, ſit primum inter nomina diuina. 26

QVAESTIO II.

Vtrū diffinitio æternitatis poſita a Boetio ſit conueniens. 26.
Vtrum æternitas tantum conueniat Deo. 26
Vtrum verba temporalia poſſint dici de Deo. 27

QVAESTIO. III.

Vtrum Deus ſit aliquo modo mutabilis. 27
Vtrum omnis creatura ſit mutabilis. 28
Vtrum modi mutationis creaturarum conuenienter aſſignentur ab Auguſtino. 28

QVAESTIO IIII

Vtrum Deus ſit omnino ſimplex. 28
Vtrum Deus ſit in prædicamento ſubſtantiæ. 29
Vtrum prædicamenta alia a ſubſtania dicantur de Deo. 29

QVAESTIO V.

Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex. 30
Vtrum anima ſit ſimplex. 30
Vtrum anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte. 31

DISTINCTIONIS IX.

QVAESTIO I.

Vtrum filius ſit alius a patre. 32
Vtrum pater & filius poſſint dici plures æterni. 32

QVAESTIO II.

Vtrum pater ſit prior filio. 33
Vtrum generatio diuina debeat ſignificari ꝑ tēpus præſens. 33

DISTINCTIONIS X.

QVAESTIO I.

Vtrum ſpiritusſanctus procedat vt amor. 34
Vtrū ſpiritusſanctus ſit amor quem habet pr̄ in filium. 35
Vtrum ſpiritusſanctus ſit vnio patris & filii. 35
Vtrum perſona procedens per modum amoris proprie dicatur ſpiritus ſanctus. 35
Vtrum tantum tres perſonæ ſint in diuinis. 37

DISTINCTIONIS XI.

QVAESTIO I.

Vtrum ſpiritus procedat a patre & filio. 36
Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre & filio inquantum ſunt vnum. 37
Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre & filio inquantum ſūt vnum in materia. 37
Vtrum pater & filius ſit vnus ſpirator. 38

## DISTINCTIONIS. XII.
### QVAESTIO I.

Vtrum generatio ſit prior proceſſione. 38
Vtrum ſpiritus ſanctus procedat magis a patre q̃ a filio. 38
Vtrum ſpiritus ſanctus procedat a patre mediante filio. 39


## DISTINCTIO. XIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum proceſſio ſit in Deo. 40
Vtrum proceſſio diuina ſit tantum vna. 40
Vtrũ proceſſio ſpũsſancti debeat dici proceſſio vel generatio 41
Vtrum ſpiritusſanctus debeat dici ingenitus. 41


## DISTINCTIO. XIIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum aliqua proceſſio ſpiritusſancti ſit temporalis. 42
Vtrum proceſſio temporalis diſtinguatur realiter ab æterna. 42

### QVAESTIO II.

Vtrum ſpiritus ſanctus temporaliter detur. 43
Vtrum proceſſio temporalis ſpiritusſancti attendatur ſecundum omnia dona. 43

### QVAESTIO III.

Vtrum ſpiritus ſanctus detur a viris ſanctis. 43


## DISTINCTIO. XV.
### QVAESTIO.

Vtrum miſſio conueniat diuinis perſonis. 44
Vtrum miſſio ſignificet notionem. 45

### QVAESTIO II.

Vtrum miſſio conueniat omnibus perſonis. 45

### QVAESTIO III.

Vtrum aliqua perſona mittat ſe vel det. 45
Vtrum ſpiritus ſanctus mittat vel det filium. 46

### QVAESTIO IIII.

Vtrum filius inuiſibiliter mittatur in mentem. 46
Vtrum miſſio filii diſtinguatur a miſſione ſpũs ſancti. 47
Vtrum miſſio poſſit eſſe æterna. 47

### QVAESTIO V.

Vtrum fiat ad creaturas irrationales. 47
Vtrum miſſio inuiſibilis fuerit plenior poſt incarnationem, quàm ante. 48.
Vtrum per miſſionem inuiſibilem efficiamur ne ſimus in hoc mundo. 48


## DISTINCTIO. XVI.
### QVAESTIO I.

Vtrum miſſio viſibilis conueniat diuinæ perſonæ. 49
Vtrum miſſio viſibilis debuerit fieri ad patres veteris teſtamenti. 49
Vtrum miſſio viſibilis fiat tantum in ſpecie corporali. 50
Vtrum ſpecies miſſionis viſibilis ſint formatæ miniſterio angelorum. 50


## DISTINCTIO. XVII.
### QVAESTIO. I.

Vtrum charitas ſit aliquid creatum in anima. 51
Vtrum charitas ſit accidens. 52
Vtrum charitas detur ſecundũ capacitatem naturalium. 52
Vtrum charitas ab habente certitudinaliter cognoſcatur. 55
Vtrum charitas ſit ex charitate diligenda. 55

### QVAESTIO II.

Vtrum charitas augeatur. 55
Vtrum charitas augeatur per additionem. 55
Vtrum charitas augeatur quolibet actu. 55
Vtrum augmentum charitatis habeat aliquem terminum. 56
Vtrum charitas minuatur. 57


## DISTINCTIO. XVIII.
### QVAESTIO. I.

Vtrum donum ſit nomen eſſentiale. 58
Vtrum donum ſit proprium ſpiritus ſancti. 58
Vtrum per donũ quod ſpiritus eſt, dentur omnia dona. 58
Vtrum eadem proceſſione ſpiritus ſanctus habeat, quòd ſit donum & Deus. 59
Vtrum ſpiritus ſanctus poſſit dici donum noſtrum. 59


## DISTINCTIO. XIX.
### QVAESTIO. I.

Vtrum æqualitas ſit in diuinis. 60
Vtrum æqualitas in diuinis ſit mutua. 61

### QVAESTIO II.

Vtrum æternitas ſit ſubſtantia Dei. 61
Vtrum nunc æternitatis ſit ipſa æternitas. 62

### QVAESTIO III.

Vtrum magnitudo competat Deo. 63
Vtrum pater ſit in filio & econuerſo. 63

### QVAESTIO. IIII.

Vtrum in diuinis ſit totum integrale. 64
Vtrum in diuiuinis ſit totum vniuerſale. 64

### QVAESTIO V.

Vtrum veritas ſit eſſentia rei. 65
Vtrum omnia ſint vera veritate increata. 66
Vtrum ſint plures veritates ęternæ. 66


## DISTINCTIO. XX.
### QVAESTIO. I.

Vtrum filius ſit omnipotens. 67
Vtrum filius ſit æqualis patri. 68
Vtrum in diuinis perſonis ſit ordo. 68


## DISTINCTIO. XXI.
### QVAESTIO. I.

Vtrum iſta propoſitio, Solus Deus eſt Deus, ſit falſa. 69
Vtrum iſta propoſitio, Solus pater eſt Deus, ſit vera. 69

### QVAESTIO II.

Vtrum iſta propoſitio, Trinitas eſt ſolus Deus, ſit vera. 70
Vtrum pater ſit ſolus Deus. 70


## DISTINCTIO. XXII.
### QVAESTIO I.

Vtrum Deus ſit nominabilis. 71
Vtrum aliquod nomen poſſit dici proprie de Deo. 71
Vtrum Deus habeat tantum vnum nomen. 72
Vtrum diuiſio nominum poſita ab Ambroſio, ſit ſufficiens. 72


## DISTINCTIO. XXIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum ſubſtantia, ſubſiſtentia, eſſentia, perſona: dicta de Deo ſint ſynoyma. 73
Vtrum nomen perſona dicatur proprie de Deo 74
Vtrum perſona ſignificet ſubſtantiam. 75
Vtrum perſona prædicetur pluraliter in diuinis. 76


## DISTINCTIO. XXIIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum Deus poſſit dici vnus. 76
Vtrum in Deo ſit aliquis numerus. 77
Vtrum vnitas & numerus ponant aliquid in diuinis vel remoueant. 77
Vtrum vnum & numerus ſignificent eſſentiam. 78

### QVAESTIO. II.

Vtrum in Deo ſit diuerſitas. 78
Vtrum trinitas ſit nomen eſſentiale. 79


## DISTINCTIO. XXV.
### QVAESTIO I.

Vtrum diffinitio pſonæ poſita a Boetio, ſit competens. 80
Vtrum perſona dicatur vniuoce de Deo & creaturis. 80
Vtrum perſona ſit commune tribus perſonis. 81
Vtrum tres perſonæ poſſint dici tres res. 81


## DISTINCTIO. XXVI.
### QVAESTIO I.

Vtrum hypoſtaſis proprie dicatur in diuinis. 82
Vtrum remotis relationibus per intellectum, hypoſtaſes remaneant diſtinctæ. 83

### QVAESTIO II.

Vtrum relationes diuinæ ſint omnino nihil. 84
Vtrum relationes originis diſtinguant hypoſtaſes. 84
Vtrum notiones ſint tantum quinque. 85


DISTIN.

## DISTINCTIONIS. XXVII.
### QVAESTIO I.

Vtrum proprietates adinuicem diſtinguantur. 86
Vtrum operatio perſonalis præcedat ſecundum rationem relationem perſonæ. 87

### QVAESTIO II.

Vtrum verbum proprie dicatur in diuinis. 87
Vtrum verbum dicatur perſonaliter. 87
Vtrum verbum dicat ſemper reſpectum ad creaturam. 88


## DISTINCTIONIS XXVIII.
### QVAESTIO. I.

Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas patris. 89
Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas perſonalis patris. 90

### QVAESTIO II.

Vtrum diffinitio imaginis. Imago eſt ſpecies indifferens eius rei ad quam imaginatur, ſit competens. 90
Vtrum imago dicatur eſſentialiter. 91
Vtrum ſpiritusſanctus poſſit dici imago. 91


## DISTINCTIONIS XXIX.
### QVAESTIO I.

Vtrum vna perſona poſſit dici principium alterius. 92
Vtrum principium dicatur vniuoce de Deo ſecundum ꝙ dicitur principium diuinæ perſonæ & creaturæ. 92
Vtrum proprietas patris & filii qua dicuntur principium ſpiritusſancti, ſit tantum vna. 92
Vtrum pater & filius ſint vnum principium ſpiritusſancti. 93


## DISTINCTIONIS XXX.
### QVAESTIO I.

Vtrum aliquid dicatur de Deo ex tempore. 93
Vtrum quæ dicuntur de Deo ex tempore, ſignificent diuinam eſſentiam. 94
Vtrum habitudines deſignatæ in nominibus dictis de Deo ex tempore ſint realiter in Deo. 95


## DISTINCTIONIS XXXI.
### QVAESTIO I.

Vtrum æqualitas ponat aliquid in diuinis. 95
Vtrũ attributa eſſentialia debeãt appropriari diuinis pſonis. 96

### QVAESTIO II.

Vtrum Hylarius conuenienter approprięt æternitatem patri, ſpeciem filio, vſum ſpiritui ſancto. 96

### QVAESTIO III.

Vtrum Auguſtinus conuenienter appropriet vnitatem patri, æqualitatem filio, nexum ſpiritui ſancto. 97
Vtrum omnia ſint vnum propter patrem. 97


## DISTINCTIONIS XXXII.
### QVAESTIO I.

Vtrum pater diligat filium ſpiritusſancto. 98
Vtrum pater diligat ſe ſpiritusſancto. 99
Vtrum pater & filius diligant nos ſpiritusſancto. 100

### QVAESTIO II.

Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita. 110
Vtrum filius ſit ſapiens ſapientia genita. 101


## DISTINCTIONIS XXXIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum relationes diuinæ ſint eſſentia diuina. 101
Vtrum proprietates ſint perſonæ. 102
Vtrum proprietates ſint in perſonis & in eſſentia. 103
Vtrum eſſentialia adiectiue prædicentur de proprietatibus. 103
Vtrũ cõtrariæ opiniões de notionibꝰ poſſint eſſe ſine pctõ. 103


## DISTINCTIONIS XXXIIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum perſona & eſſentia in diuinis ſint idem. 105
Vtrum tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ conuenienter dicat. 105

### QVAESTIO II.

Vtrum potentia cõuenienter attribuatur patri, ſapiẽtia filio. 106

### QVAESTIO III.

Vtrum aliquid debeat dici translatiue de Deo. 106
Vtrum tranſumptio in diuina debeat fieri ex rebus vilibus. 107


## DISTINCTIONIS XXXV.
### QVAESTIO I.

Vtrum ſcientia conueniat Deo. 108
Vtrum Deus intelligat alia a ſe. 109
Vtrum habeat certam cognitiõem & propriam de aliis a ſe. 109
Vtrum ſcientia Dei ſit vniuoca ſcientiæ noſtræ. 110
Vtrum ſcientia Dei ſit vniuerſalis. 110


## DISTINCTIONIS XXXVI.
### QVAESTIO I.

Vtrum Deus cognoſcat ſingularia. 111
Vtrum Deus cognoſcat mala. 111
Vtrum res quæ cognoſcuntur a Deo, ſint in Deo. 112

### QVAESTIO II.

Quid nomine ideæ importetur. 112
Vtrum ſint plures ideæ. 112
Vtrum in Deo ſint ideæ omnium quæ cognoſcit. 113


## DISTINCTIONIS XXXVII.
### QVAESTIO I.

Vtrum Deus ſit in rebus. 113
Vtrum Deus ſit in omnibus per potentiam, præſentiam & eſſentiam, in ſanctis per gratiam, in Chriſto per eſſe. 114

### QVAESTIO II.

Vtrum Deus ſit vbique. 115
Vtrum eſſe vbique ſoli Deo conueniat. 115
Vtrum eſſe vbique conueniat Deo ab æterno. 115

### QVAESTIO III.

Vtrum angelus ſit in loco. 116
Vtrum angelus poſſit eſſe ſimul in pluribus locis. 116
Vtrum plures angeli poſſint eſſe in vno loco. 117

### QVAESTIO IIII.

Vtrum angelus moueatur. 117
Vtrum angelus de neceſſitate tranſeat mediũ in ſuo motu. 118
Vtrum angelus moueatur in inſtanti. 118


## DISTINCTIONIS XXXVIII.
### QVAESTIO I.

Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum. 120
Vtrum ſcientia Dei ſit vniformiter de rebus ſcitis. 120
Vtrum ſcientia Dei ſit enuntiabilium. 120
Vtrum ſcientia Dei ſit non entium. 121
Vtrum ſcientia Dei ſit contingentium. 121


## DISTINCTIONIS XXXIX.
### QVAESTIO I.

Vtrum Deus poſſit non ſcire illud quod eſt ſcitum ab eo. 122
Vtrum Deus poſſit ſcire aliquid quod neſcit. 123
Vtrum Deus ſciat infinita. 123

### QVAESTIO II.

Vtrum prouidentia pertineat ad ſcientiam. 124
Vtrum prouidentia ſit omnium. 124


## DISTINCTIONIS XL.
### QVAESTIO I.

Vtrum prædeſtinatio ſit aliquid in prædeſtinato. 125
Vtrum prædeſtinatio pertineat ad ſcientiam. 126

### QVAESTIO II.

Prædeſtinatio quorum ſit. 126

### QVAESTIO III.

Vtrum prædeſtinatio ſit certa. 127

### QVAESTIO IIII.

Vtrum reprobatio addat aliquid ſupra præſcientiam. 127
Vtrum Deus ſit cauſa obdurationis. 127


DISTIN.

DISTINCTIONIS XLI.

QVAESTIO I. 128

Vtrum electio ſit in Deo.
Vtrum electio præcedat prædeſtinationem ſm electionem. 128
Vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis. 129.
Vtrum prædeſtinatio iuuetur aliquo opere humano. 130
Vtrum quicquid Deus ſciuit olim, modo ſciat. 130

DISTINCTIONIS XLII.

QVAESTIO I.

Vtrum potentia conueniat Deo. 131
Vtrum ſit tantum vna potentia in Deo. 131

QVAESTIO II.

Vtrum Deus poſſit quicquid eſt alteri poſſibile. 131
Vtrum ea quæ naturæ ſunt impoſſia, Deus non poſſit facere. 132
Vtrum aliquid non ſit iudicandum impoſſibile ſecundum cauſas inferiores ſimpliciter. 133

DISTINCTIONIS XLIII.

QVAESTIO I.

Vtrum potentia Dei ſit infinita. 133
Vtrum omnipotentia Dei ſit communicabilis creaturis. 134

QVAESTIO II.

Vtrum Deus operetur neceſſitate naturæ. 134
Vtrum Deus agat neceſſitate iuſtitiæ 155

DISTINCTIONIS XLIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus potuerit aliquam creaturam meliorem facere quàm ſit. 135
Vtrum Deus vniuerſum melius facere potuerit. 136
Vtrum humanitatẽ Chriſti Deus meliorẽ facere potuerit. 136
Vtrum Deus poſſit, nunc facere omne quod olim potuit. 137

DISTINCTIONIS XLV.

QVAESTIO I.

Vtrum Deo voluntas conueniat. 137
Vtrum voluntas Dei ſit tantum ſuiipſius. 137
Vtrum voluntas Dei ſit cauſa rerum. 138
Vtrum diſtinctio voluntatis in voluntatem beneplaciti & voluntatem ſigni ſit competens. 138

DISTINCTIONIS XLVI.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus velit omnes homines ſaluos fieri. 139
Vtrum mala fieri ſit bonum. 140
Vtrum malum ſit de perfectione vniuerſi. 140
Vtrum Deus velit mala firi. 141

DISTINCTIONIS XLVII.

QVAESTIO I.

Vtrum voluntas diuina ſemper impleatur. 142
Vtrum aliquid fiat præter voluntatem Dei. 143
Vtrum id quod eſt contra voluntatem Dei non obſequatur voluntati eius. 143
Vtrũ quod eſt præter voluntatẽ Dei, præcepto nõ ſubiaceat. 144

DISTINCTIONIS XLVIII.

QVAESTIO I.

Vtrũ voluntas hũana diuinæ voluntati nõ poſſit cõformari. 144
Vtrum conformitas voluntatum attendatur præcipue ſecundum volitum. 144
Vtrũ ad conformitatẽ diuinæ voluntatis non teneamur. 145
Vtrum ad conformitatem in volito teneamur. 146


*Index Quæſtionum & Articulorum Primi libri Sententiarum, explicit.*

# SCRIPTVM S. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARVM

## MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

### PROLOGVS S. THO.

EGO SAPIENTIA EFFVDI FLVMINA. Ego quaſi trames aquę immenſæ defluo. Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo: dixi. Rigabo hortum plãtationum, & inebriabo partus mei fructum. Eccleſiaſt. 24.

¶ Inter multas ſententias, quæ a diuerſis de ſapientia prodierunt, quid ſcilicet eſſet vera ſapientia, vnã ſingulariter firmam, & veram Apoſtolus protulit dicens. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam, qui etiam nobis a Deo factus eſt ſapientia. 1. Cor. 1. Non autem hoc ita dictum eſt, quòd ſolus filius ſit ſapientia, cum pater, & filius, & ſpiritusſanctus ſint vna ſapientia, ſicut vna eſſentia: ſed quia ſapientia quodam ſpeciali modo filio appropriatur, eo quòd ſapientiæ opera, cum proprietatibus filii plurimum conuenire videntur. Per ſapientiam enim Dei manifeſtantur diuinorum abſcondita, producuntur creaturarum opera, nec tantum producuntur, ſed etiam reſtaurantur, & perficiuntur, illa dico perfectione, qua vnumquodque perfectum dicitur, prout proprium finem attingit. Quòd autem manifeſtatio diuinorum pertineat ad Dei ſapientiam, patet, ex eo, quòd ipſe Deus per ſuam ſapientiam ſeipſum plene, & perfecte cognoſcit. vnde ſi quid de ipſo cognoſcimus, oportet, quod ex eo deriuetur, quia omne imperfectum a perfecto trahit originem: vnde dicitur Sapien. 9. Senſum tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam? Hęc autem manifeſtatio ſpecialiter per filium facta inuenitur. ipſe enim eſt verbum patris, ſecundum quòd dicitur Ioan. primo. vnde ſibi manifeſtatio dicentis patris conuenit, & totius Trinitatis. vnde dicitur Matth. 11. Nemo nouit patrem, niſi filius: & cui filius voluerit reuelare. et Ioan. primo. Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus &c. Recte ergo dicitur ex perſona filij. Ego ſapientia effudi flumina. Flumina iſta intelligo fluxus æternę proceſſionis, qua filius a patre, & ſpiritusſanctus ab vtroque ineffabili modo procedit. Iſta flumina, olim occulta, & quodammodo confuſa erant, tum in ſimilitudinibus creaturarum, tum etiam in enigmatibus ſcripturarum, ita vt vix aliqui ſapientes, Trinitatis myſterium fide tenerent. venit filius Dei, & incluſa flumina quodammodo effudit nomẽ Trinitatis publicando. Matth. vltimo. Docete omnes gentes baptizantes &c. vnde Iob. 28. Profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcõdita produxit in lucem: & in hoc tangitur materia primi libri.

¶ Secũdum quod pertinet ad Dei ſapientiam, eſt creaturarum productio. ipſe enim de rebus creatis non tantum ſpeculatiuam, ſed etiam operatiuam ſapientiam habet, ſicut artifex de artificiatis. vnde in Pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti. Et ipſa ſapientia loquitur Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. hoc etiam ſpecialiter filio attributum inuenitur inquãtum eſt imago Dei inuiſibilis: ad cuius formam omnia formata ſunt. vnde Coloſ. primo. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa. & Ioan. primo. Omnia per ipſum facta ſunt. Recte ergo dicitur ex perſona filij. Ego quaſi trames aquæ immenſæ defluo, in quo notatur, & ordo creationis, & modus. Ordo, quia ſicut trames a fluuio deriuatur, ita proceſſus temporalis creaturarum ab æterno proceſſu perſonarum: vnde in Pſal. 143. dicitur. Dixit, & facta ſunt, verbum genuit, in quo erat vt fieret ſecundum Auguſtinum. Semper enim id, quod eſt primum, eſt cauſa eorum, quę ſunt poſt, ſecundum Philoſophum. vnde primus proceſſus eſt cauſa, & ratio omnis ſequentis proceſſionis. Modus autem ſignatur quantum ad duo, ſcilicet ex parte creantis, qui cum omnia impleat, nulli tamen ſe commetitur: quod notatur in hoc, quod dicitur {Immenſæ} Itẽ ex parte creaturæ, quia ſicut trames procedit extra alueum fluminis, ita creatura procedit a Deo extra vnitatem eſſentiæ, in qua ſicut in alueo fluxus perſonarum continetur: & in hoc notatur materia ſecundi libri.

¶ Tertium, quod pertinet ad Dei ſapientiam, eſt operum reſtauratio. per idem enim debet res reparari, per quod facta eſt. vnde quæ per ſapientiam condita ſunt, decet vt per ſapientiam reparentur. vnde dicitur Sapien. 9. Per ſapientiam ſaluati ſunt, qui tibi placuerunt ab initio. Hæc autem reparatio, ſpecialiter per filium facta eſt, inquantum ipſe homo factus eſt, qui reparato hominis ſtatu, quodammodo omnia reparauit, quæ propter hominem facta ſunt. vnde Coloſ. primo. Per eum reconcilians omnia, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Recte ergo ex ipſius filij perſona dicitur. Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquęductus exiui de paradiſo. Paradiſus iſte, gloria Dei patris eſt, de qua exiuit in vallem noſtræ miſeriæ, non quòd eam amitteret, ſed quia occultauit. vnde Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mundum. Et circa hunc exitum duo notantur. ſcilicet modus, & fructus. Dorix enim fluuius rapidiſſimus eſt, vnde deſignat modum, quo quaſi impetu quodam amoris, noſtræ reparationis Chriſtus compleuit myſterium. vnde Iſa. 59. Cum venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus domini cogit. Fructus autem deſignatur ex hoc, quod dicitur {Sicut aquæ ductus} ſicut enim aquæ ductus ex vno fonte producuntur diuiſim ad fœcundandam terram, ita de Chriſto profluxerunt diuerſarum gratiarum genera, ad plantandam Eccleſiam, ſecundum quòd dicitur Epheſ. 4. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos &c. Et in hoc tangitur materia tertij libri. In cuius prima parte agitur de myſteriis noſtræ reparationis: in ſecunda de gratiis nobis collatis per Chriſtum.

¶ Quartum, quod ad Dei ſapientiam pertinet, eſt perfectio, qua res conſeruantur in ſuo fine: ſubtracto enim fine, relinquitur vanitas, quam ſapientia non patitur ſecum. vnde dicitur Sapien. 8. Quòd ſapientia attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: ſuauiter autem vnumquodque tunc diſpoſitum eſt, quando in ſuo fine, quem naturaliter deſiderat, collocatum eſt. hoc etiam ad filium ſpecialiter pertinet, qui cum ſit verus, & naturalis Dei filius, nos in gloriam paternæ hæreditatis induxit. vnde Hebr. 11. Decebat eum propter quem, & per quem facta ſunt omnia, qui multos filios &c. vnde recte dicitur. Dixi {rigabo hortum plantationum} Ad conſecutionem enim finis exigitur præparatio, per quam omne

Sup. Gen. ad literam lib. 1. cap. 2. tom. 3.
2. Met. t 4.
† D. Aug. 3. de Trini. in proœ. to. 3.
† Cant. 4.

### PROLOGVS MAGISTRI SENTENTIARVM.

CVPIENTES aliquid de penuria, ac tenuitate noſtra, † cũ paupercula in gazophilatiũ domini mittere, † ardua ſcãdere, opus vltra vires noſtras agere præſumpſimus, cõſummationis fiduciam, laboriſq; mercedem † in Samaritano ſtatuentes, qui † prolatis in curationẽ ſemiuiui duobus denariis, ſupererroganti cuncta reddere profeſſus eſt. † Delectat nos veritas pollicentis, ſed terret immenſitas laboris deſiderium hortatur proficiendi, ſed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus Dei. Quo inardeſcentes fidem noſtram aduerſus errores carnalium, atq; animalium hominum, Dauidicę † turris clipeis munire, vel potius munitã oſtẽdere, ac theologicarum inquiſi

† Luc. 21.
† Marc. 12.
† Luc. 10.
† Aug. 1. de doctr. chriſtiana. c. 1.

quod non competit fini, tollatur: ita Christus etiam vt nos in F finem æternę gloriæ induceret, ſacramentorum medicamenta præparauit, quibus a nobis peccati vulnus abſtergitur. Vnde duo notantur in verbis prædictis, ſcilicet præparatio, quæ eſt per ſacramenta, & inductio in gloriam. Primum per hoc, quod dicitur, Rigabo ortum plantationum. Ortus enim iſte eccleſia ē, de qua Cant. 4. Ortus cōcluſus &c. In quo ſunt plantationes diuerſæ, ſecundum diuerſos ſanctorū ordines, quos omnes manus omnipotentis plantauit. Iſte ortus irrigatur a Chriſto ſacramentorum riuis, qui ex eius latere profluxerunt, vnde in cōmendationem pulchritudinis eccleſię dicitur in Numeris. 24. Quàm pulchra taber. &c. & poſt ſequit. Vt horti iuxta fluuios, & irrigui. Et ideo etiam miniſtri eccleſiæ, qui ſacramenta diſpenſant, rigatores dicuntur. 1. Cor. 3. Ego plantaui Apollo rigauit. Inductio autem in gloriam notatur in hoc, quod ſequitur. Et inebriabo partus mei fructum. Partus ipſius Chriſti ſunt fideles eccleſiæ, quos ſuo labore quaſi mater parturiuit, de quo partu. Iſa. vlt. Nunquid ego qui alios parere &c. Fructus autem iſtius partus ſunt ſancti, qui ſunt in gloria: de quo fructu Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum &c. Illos inebriat abundātiſſima ſui fruitione, de qua fruitione, & ebrietate. pſ. Inebriabuntur ab vbertate do- H mus tuæ. Et dicitur ebrietas, quia omnem menſuram rationis, & deſiderij excedit. vnde Iſa. 64. Oculus nō vidit &c. & in hoc tangitur materia quarti libri. In cuius prima parte agitur de ſacramentis. In ſecunda de gloria reſurrectionis. Et ſic patet ex prædictis verbis intentio libri Sententiarum.

tionum abdita aperire: necnon & ſacramentorum eccleſiaſticorum pro modulo intelligentiæ noſtræ notitiam tradere ſtuduimus: non valentes ſtudioſorum fratrum votis iure reſiſtere: eorum in Chriſto laudabilibus ſtudiis lingua, ac ſtylo nos ſeruire flagitantium. Quas G bigas ī nobis agitat chriſti charitas: quāuis non ambigamus omnem humani eloquii ſermo-

## QVAESTIO PRIMA.

### Ad euidentiam huius ſacræ doctrinę, quæ in hoc libro traditur: quæruntur quinque.

Primo. De neceſſitate ipſius.
Secūdo. Suppoſito quòd ſit neceſſaria: an ſit vna, vel plures.
Tertio. Si ſit vna: an practica, vel ſpeculatiua. Etſi ſpeculatiua. vtrum ſapientia, vel ſcientia, vel intellectus. I
Quarto. De ſubiecto ipſius.
Quinto. De modo.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum præter phyſicas diſciplinas, alia doctrina ſit homini neceſſaria.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd præter phyſicas diſciplinas, nulla ſit homini doctrina neceſſaria. Sicut enim dicit Diony. in epiſtola ad Polycarpum. Philoſophia eſt cognitio exiſtentiū. & conſtat inducendo in ſingulis, quòd de quolibet genere exiſtētium in Philoſophia determinatur, quia de creatore, & creaturis, tam de his, quæ ſunt ab opere naturæ, quàm de his, quæ ſunt ab opere noſtro: ſed nulla doctrina poteſt eſſe niſi de exiſtētibus, quia non entis non eſt ſcientia. ergo præter phyſicas diſciplinas nulla doctrina debet eſſe. K

p.p.q.1. ar. 1. & 2.2. q. 2. ar. 3. & 4. cōtra. c. 4. & verit. q. 14. art. 10.

¶ 2 Item. Omnis doctrina eſt ad perfectionem, vel quantum ad intellectum, ſicut ſpeculatiuæ: vel quantum ad affectū procedentem in opus ſicut practicę: ſed vtrunque completur per philoſophiam, quia per demonſtratiuas ſcientias perficitur intellectus, per morales affectus. ergo non eſt neceſſaria alia doctrina.

¶ 3 Præt. Quæcunque naturali intellectu poſſunt cognoſci ex principiis rationis, vel ſunt in philoſophia tradita, vel per principia philoſophiæ inueniri poſſunt: ſed ad perfectionem hominis ſufficit illa cognitio, quæ ex naturali intellectu poteſt haberi, ergo præter philoſophiam non eſt neceſſaria alia doctrina. probatio mediæ: Illud quod per ſe ſuam perfectionem cōſequi poteſt, nobilius eſt eo quod per ſe conſequi non poteſt, F ſed alia animalia & creaturæ inſenſibiles ex puris naturalibus conſequuntur finem ſuum (quamuis non ſine Deo, qui omnia in omnibus operatur) ergo homo cum ſit nobilior eis per naturalem intellectum, cognitionem ſufficientem ſuæ perfectioni habere poteſt.

nem calumnię atque contradictioni æmulorum ſemper fuiſſe obnoxium, quia diſſentientibus voluntatū motibus, diſſentiens quoque fit animorum ſenſus, vt cum omne dictum veri ratione perfectum ſit, tamē dum aliud aliis aut videtur aut cōplacet, veritati vel non intellectæ vel offendenti impietatis error obnitatur: ac voluntatis inuidia reſultet, quam

CONTRA. Heb. 11. Sine fide impoſſibile ē placere Deo. placere autem Deo eſt ſumme neceſſarium. Cum igitur ad ea quę ſunt fidei, philoſophia non poſſit aſcendere, oportet eſſe aliquā doctrinā quæ ex fidei principiis procedat.

¶ Item. Effectus nō proportionatus cauſæ, imperfecte ducit in cognitionem ſuæ cauſę: talis autē effectus eſt omnis creatura reſpectu creatoris, a quo in infinitum diſtat; ergo imperfecte ducit in ipſius cognitionem: cum igitur philoſophia non procedat niſi per rationes ſumptas ex creaturis, inſufficiens eſt ad Dei cognitionem faciendam. ergò oportet aliquam aliam doctrinam eſſe altiorem, quæ per reuelationem procedat, & philoſophiæ defectum ſuppleat.

SOLVTIO. Ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd omnes, qui recte ſenſerunt, poſuerunt finem humanæ vitæ Dei contemplationem. Contemplatio autem Dei eſt dupliciter. Vna per creaturas, quæ imperfecta eſt, ratione iam dicta: in qua contemplatione Philoſophus fœlicitatem contemplatiuam poſuit, quæ tamen eſt fœlicitas viæ, & ad hanc ordinatur tota cognitio philoſophica, quæ ex rationibus creaturarum procedit. 10. Eth. c. 9. Eſt alia Dei contemplatio, qua videtur immediate per ſuam eſſentiam: & hęc perfecta eſt, quæ erit in patria, & eſt homini poſſibilis ſecundum fidei ſuppoſitionem. Vnde oportet vt ea, quæ ſunt ad finem, proportionentur fini, quatenus homo manuducatur ad illam contemplationem in ſtatu viæ per cognitionem, non a creaturis ſumptam, ſed immediate ex diuino lumine inſpiratam, & hæc eſt doctrina Theologiæ. Ex hoc poſſumus habere duas concluſiones. Vna eſt, quòd iſta ſcientia imperat omnibus aliis ſcientiis tanquam principalis: alia eſt, quòd ipſa vtitur in obſequium ſui omnibus aliis ſcientiis quaſi vaſalis, ſicut patet in omnibus artibus ordinatis, quarum finis vnius eſt ſub fine alterius, ſicut finis pigmentariæ artis, quæ eſt confectio medicinarum, ordinatur ad finem medicinę, quæ eſt ſanitas: vnde medicus imperat pigmentario, & vtitur pigmentis ab ipſo factis, ad ſuum finem: ita cum finis totius philoſophię ſit infra finem Theologię, & ordinatus ad ipſum, Theologia debet omnibus aliis ſcientiis imperare, & vti his, quæ in eis traduntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis philoſophia determinet de exiſtentibus: & ſecundum rationes a creaturis ſumptas: oportet tamen eſſe aliam, quæ exiſtentia conſideret, ſecundum rationes ex inſpiratione diuini luminis acceptas.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum, quia Philoſophia ſufficit ad perfectionem intellectus, ſecundum cognitionem naturalem, & affectus, ſecundum virtutem acquiſitam: & ideo oportet eſſe aliam ſcientiam, per quam intellectus perficiatur, quantum ad cognitionem infuſam, & affectus, quantum ad dilectionem gratuitam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in his, quæ acquirunt æqualem bonitatem pro fine, tenet propoſitio inducta, ſcilicet nobilius &c. ſed illud quod acquirit bonitatem perfectam pluribus auxiliis & motibus, eſt nobilius eo, quod imperfectam bonitatem acquirit paucioribus, vel per ſeipſum, ſicut dicit Philoſophus in 2. cæli, & mundi, & hoc modo ſe habet homo reſpectu aliarum creaturarum, qui factus eſt ad ipſius diuinæ gloriæ participationem. Text. 3.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum tantum una doctrina debeat eſſe præter phyſicas,*

CIRCA SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd nō vna tantum doctrina debeat eſſe præter phyſicas doctrinas, ſed plures. De omnibus enim, de quibus inſtruitur homo per rationes creaturarum, poteſt inſtrui per rationes diuinas. Sed ſcientiæ procedentes per rationes creaturarum A ſunt plures, differentes genere, & ſpecie: ſicut moralis, naturalis, &c. ergo ſcientię procedentes per rationes diuinas, debent plures eſſe.

p.p.q.3. artic. 1.



Deus huius ſeculi operatur in illis diffidentię filiis, qui non rationi voluntatem ſubiiciunt: nec doctrinę ſtudiū impendūt, ſed his quæ ſomniarunt ſapientię verba coaptare nitūtur, nō veri, ſed placiti rationem ſectantes: quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritas, B ſed ad defenſionem placētium incitat, non deſiderantes doceri veritatem: ſed ab ea ad fabulas † conuertendum auditum:

† 2. Timo. 4

¶ 2 Item, vna ſcientia eſt vnius generis ſubiecti, ſicut dicit Philoſophus in primo poſteriorū: ſed Deus, & creatura, de quibus in diuina doctrina tractatur, non reducuntur in vnū genus, neque vniuoce, neque analogice. ergo diuina ſcientia non eſt vna. probatio medię. Quęcūq; conueniunt in vno genere vniuoce, vel analogice, participant aliquid idem, vel ſecundum prius, & poſterius, ſicut ſubſtantia, & accidens rationem entis, vel æqualiter, ſicut equus & bos, rationem animalis. Sed Deus, & creatura, non participant aliquid idem: quia illud eſſet ſimplicius, & prius vtroque: ergo nullo modo reducuntur in idem genus. Tex. 43.

¶ 3 Item, ea quę ſunt ab opere noſtro, ſicut opera virtutum, & quæ ſunt ab opere naturæ, non reducuntur ad eandem ſcientiam: ſed vnū pertinet ad moralem, alterum ad naturalem: ſed diuina ſcientia determinat de his, quæ ſunt ab opere noſtro, tractando de virtutibus, & pręceptis: tractat etiam de his, quæ C non ſunt ab opere noſtro, ſicut de angelis, & aliis creaturis. ergo videtur, quòd non ſit vna ſcientia.

CONTRA. Quæcunq; conueniunt in ratione vna, poſſunt ad vnam ſcientiam pertinere. vnde etiam omnia inquantum conueniunt in ratione entis, pertinent ad Metaphyſicam. Sed diuina ſciētia determinat de rebus per rationem diuinam, quæ omnia complectitur: omnia enim, & ab ipſo, & ad ipſum ſunt. ergo ipſa vna exiſtens poteſt de diuerſis eſſe.

¶ Præter. Ea, quæ ſunt diuerſarum ſcientiarum, diſtinctim, & in diuerſis libris determinantur: ſed in ſacra ſcriptura permiſtim in eodem libro, quandoque determinatur de moribus, quandoque de creatore, quandoque de creaturis, ſicut patet fere in omnibus libris. ergo ex hoc non diuerſificatur ſcientia.

RESPONDEO. Ad hoc notandum eſt, quòd aliqua cognitio quanto altior eſt, tanto eſt magis vnica, & ad plura ſe extendit: vnde intellectus Dei, qui eſt altiſſimus, per lumen quod D eſt ipſe Deus, omnium rerum cognitionem habet diſtincte, ita & cum iſta ſcientia ſit altiſſima, & per ipſum lumen inſpirationis diuinæ efficaciam habens, ipſa vnica manens, non multiplicata, diuerſarum rerum conſiderationem habet, non tantum in communi, ſicut Metaphyſica, quæ conſiderat omnia inquātum ſunt entia, nō deſcēdens ad propriam cognitionem moralium, vel naturalium. Ratio enim entis cum ſit diuerſificata in diuerſis, non eſt ſufficiens ad ſpecialem rerum cognitionem, ad quarum manifeſtationem diuinum lumen in ſe vnum manens, ſecundum beatum Dionyſium in principio cæleſtis hierarchiæ, efficaciam habet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuinum lumen ex cuius certitudine procedit hęc ſcientia, eſt efficax ad manifeſtationem pluriū, quæ in diuerſis ſcientiis in Philoſophia traduntur ex eorum rationibus, in eorum cognitionē procedentibus, & ideo non oportet ſcientiam iſtam multiplicari. E

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd creator, & creatura reducuntur in vnum, non cōitate vniuocationis, ſed analogice. talis aūt cōitas poteſt eſſe dupliciter. Aut ex eo, quod aliqua participant aliquid vnū ſecundum prius, & poſterius, ſicut potentia & actus rationē entis, & ſimiliter ſubſtātia, & accidens. Aut quia ex eo, quod vnum eſſe, & rationē ab altero recipit, & talis eſt analogia creaturę ad creatorē. creatura. n. non habet eſſe, niſi ſecundum quod a primo ente deſcēdit. vnde nec noīatur ens, niſi inquantū ens primū imitatur, & ſimiliter eſt de ſapiētia, & de oībus aliis, quæ de creatura dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ ſunt ab opere noſtro, & ea, quę ſunt ab opere naturæ, conſiderata ſecundum proprias rationes, non cadunt in eandem doctrinam. vna tamen ſcientia vtrunque poteſt conſiderare, quę per lumen diuinum certitudinem habet, quod eſt efficax ad cognitionem vtriuſque.

¶ Poteſt tamen aliter dici, quòd virtus quam theologus conſiderat, non eſt ab opere noſtro, immo eam Deus in nobis, ſine nobis operatur, ſecundum Auguſtinum. 2. de lib. arbit. c. 19.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum ſit practica, uel ſpeculatiua.*

quorum profeſſio eſt magis placita quàm docenda conquirere: nec docenda deſiderare, ſed deſideratis doctrinam coaptare. Habent rationem ſapientię in ſuperſtitione: quia fidei defectionem ſequitur hypocriſis mendax, vt ſit vel in verbis pietas: quam amiſerit conſcientia. ipſamq; ſimulatā pietatē oīum verborū mēdacio impiam reddunt, falſę doctrinę inſtitutis fidei ſanctitatē corrūpere mo-

CIRCA TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd iſta doctrina ſit practica. Finis enim practicæ eſt opus, ſecundum Philoſophum in 2. Meta. Sed iſta doctrina, quæ fidei eſt, principaliter eſt ad bene operandū. vnde Iaco. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Et pſ. Intellectus bonus omnibus facientibus eū. ergo videtur, quòd ſit practica. p.p.q.1. artic. 4. Tex. 3. pſ. 110.

¶ Contra. In princ. Meta. dicit Philoſophus, quòd nobiliſſima ſcientiarū eſt ſui gratia, practicæ autē non ſunt ſui gratia, immo propter opus. ergo cum iſta nobiliſſima ſit ſcientiarum, non erit practica. In proœm.

¶ Præt. practica ſcīa determinat tantum ea, quæ ſunt ab opere noſtro, hæc aūt doctrina conſiderat angelos, & alias creaturas, quæ nō ſunt ab opere noſtro. ergo non eſt practica, ſed ſpeculatiua. Super Boe. de trin. q. 2. art. 2.

¶ VLTERIVS quęritur: vtrum ſit ſciētia, & videtur quòd non. Nulla enim ſcientia eſt de particularibus ſecundum Philoſophum: ſed in ſacra ſcriptura geſta traduntur particularium hominum, ſicut Habraam, Iſaac, &c. ergo non eſt ſcientia. II. p.p.q.1. artic. 2.

¶ 2 Præt. Omnis ſcientia procedit ex principiis per ſe notis, quæ cuilibet ſunt manifeſta. hæc autem ſcientia procedit ex credibilibus, quæ non ab omnibus conceduntur, ergo non eſt ſcientia. 1. poſt. c. 7.

¶ 3 Præt. In omni ſcientia acquiritur aliquis habitus per rationes inductas, ſed in hac doctrina non acquiritur aliquis habitus, quia fides cui tota doctrina hæc innititur, nō eſt habitus acquiſitus, ſed infuſus. ergo non eſt ſcientia.

¶ Contra. Aug. de Trin. Theologia eſt ſcientia de rebus, quę ad ſalutem hominis pertinent. ergo eſt ſcientia. Lib. 14. in princ.

¶ VLTERIVS quæritur: vtrum ſit ſapientia, & videtur, quod non. Quia ſicut dicit Philoſophus in princ. Metaph. Sapiens debet eſſe certiſſimus cauſarum: ſed in iſta doctrina non eſt aliquis certiſſimus: quia fides, cui hæc doctrina innititur, eſt infra ſcientiam, & ſupra opinionem. ergo non eſt ſapientia. III. p.p.q.1. artic 6. 2. contra. cap. 4. in fine.

¶ Contra. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos &c. cum ergo hanc doctrinam ipſe docuerit, & de ipſa loquatur, videtur, quòd ipſa ſit ſapientia. Tex. 1.

RESPONDEO. Dicēdū, quod iſta ſcientia quāuis ſit vna, tamen perfecta eſt, & ſufficiens ad oēm humanā perfectionem, propter efficaciā diuini luminis, vt ex prædictis patet. vnde perficit hoīem, & in operatione recta, & quantū ad contēplationem veritatis. vnde quātum ad quid practica eſt, & etiam ſpeculatiua: ſed quia ſcīa omnis principaliter penſanda eſt ex fine, finis aūt vltimus iſtius doctrinæ eſt contemplatio primæ veritatis in patria, ideo principaliter ſpeculatiua eſt. Et cum habitus ſpeculatiui ſint tres, ſecundum Philoſophum, ſcilicet ſapientia, ſciētia, & intellectus, dicimus, quod eſt ſapientia, eo quod altiſſimas cauſas conſiderat, & eſt ſicut caput, & principalis, & ordinatrix omniū ſcientiarū. Et eſt etiam magis dicēda ſapientia, quàm Metaphyſica: quia cauſas altiſſimas conſiderat per modum ipſarum cauſarum, quia per inſpirationem a Deo immediate acceptam. Metaphyſica autem conſiderat cauſas altiſſimas per rationes ex creaturis aſſumptas. Vnde & iſta doctrina, magis etiam diuina dicenda eſt, quàm Metaphyſica, quia eſt diuina quantum ad ſubiectum, & quantum ad modum accipiendi. Metaphyſica autem quantum ad ſubiectum tantum: ſed ſapientia, vt dicit Philoſophus in 6. Eth. conſiderat cōcluſiones, & principia, & ideo ſapientia eſt ſcientia, & intellectus, cū ſcientia ſit de cōcluſionibus, & intellectus de principiis. 6. Eth. c. 7. Cap. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod opus non eſt vltimum intentum in hac ſcientia, immo potius contemplatio primæ veritatis in patria, ad quam depurati ex bonis operibus peruenimus: ſicut dicitur Matth. 5. Beati mundo corde: & ideo principalius eſt ſpeculatiua, quàm practica. alia duo concedimus.

¶ AD ID quod vlterius quæritur, Dicēdum, quòd iſta doctrina ſcientia eſt, & quod obiicitur, quòd eſt de particularibus, dicendum, quòd non eſt de particularibus, inquantum particularia ſunt, ſed inquantum ſunt exempla operandorum, & hoc vſitatur etiam in ſcientia morali, quia operationes particularium circa particularia ſunt. vnde per exempla particularia, ea quæ ad mores pertinent, melius manifeſtantur.

¶ Ad aliud dicendum,quòd iſta doctrina habet pro principiis primis articulos fidei,qui per lumen fidei infuſum per ſe noti ſunt habenti fidem , ſicut & principia naturaliter nobis inſita per lumen intellectus agentis.Nec eſt mirum,ſi infidelibus nota non ſunt , qui lumen fidei non habent , quia nec etiã principia naturaliter inſita nota eſſent, ſine lumine intellectus agentis. Et ex iſtis principiis , non reſpuens communia principia , procedit iſta ſcientia, nec habet viam ad ea probanda,ſed ſolum ad defendendum a contradicentibus , ſicut nec aliquis artifex poteſt probare ſuã principia .

¶ Ad aliud dicendum,quòd ſicut habitus principiorum primorum , non acquirĩ per alias ſciẽtias,ſed habetur a natura : ſed habitus concluſionum a primis principiis deductarum, ita etiam in hac doctrina non acquiritur habitus fidei,qui eſt quaſi habitus principiorum,ſed acquiritur habitus eorum , quæ ex eis deducuntur, & quæ ad eorum defenſionem valent. Aliud concedimus .

lientes ; auriumq; pruriginem ſub nouello ſui deſiderij dogmate aliis ingerentes, qui contentioni ſtudentes contra veritatẽ ſine fœdere bellant . Inter veri nanque aſſertionem, & placiti defenſionem , pertinax pugna eſt, dum ſe, & veritas tenet, & ſe erroris voluntas tuetur . Horũ igitur Deo odibilem eccleſiam euertere, atque ora oppilare , ne virus nequitiæ in alios effundere queãt, † & lucernã veritatis in candelabro exal- † Matth. 5.

G

tare volentes, in labore multo , ac ſudore volumen Deo præſtante compegimus , ex teſtimoniis veritatis , in æternum fundatis , in quatuor libris diſtinctum . In quo maiorũ exempla, doctrinamque reperies. In quo per dominicæ fidei ſinceram profeſsionem vipereæ doctrinę fraudulentiam prodidimus , aditum demonſtrandæ veritatis complexi , nec periculo impię profeſsionis inſerti, temperato inter vtrunq; mo-

¶ Ad id quod vlterius quæritur,an ſit ſapientia, dicendũ, quòd propriiſſime ſapientia eſt,ſicut dictum eſt : & quod obiicitur , quòd non eſt certiſſimus &c. dicimus,quòd falſum eſt . Magis enim fidelis,& firmius aſſentit his, quæ ſunt fidei,quàm etiam primis principiis rationis. Et quod dicitur,quòd fides eſt infra ſcientiam:non loquitur de fide infuſa, ſed de fide acquiſita,quæ eſt opinio fortificata rationibus . Habitus autem iſtorũ principiorum,ſcilicet articulorum,dicitur fides, ideo & nõ intellectus,quia iſta principia ſupra rationem ſunt,& ideo humana ratio ipſa perfecte capere non valet; & ſic fit quædam defectiua cognitio,non ex defectu certitudinis cognitorum,ſed ex defectu cognoſcentis : ſed tamen ratio manuducta per fidem excreſcit in hoc,vt ipſa credibilia plenius comprehendat, & tunc ipſa quodammodo intelligit. vnde dicitur Iſa. 7. ſecundum aliã literam: Niſi credideritis, non intelligetis .

F

¶ Secunda comparatio eſt,quòd ſubiecti cognitio principaliter attenditur in ſcientia . vnde quia iſta ſcientia principaliter eſt ad cognitionem Dei,poſuerunt Deum eſſe ſubiectum eius.

¶ Tertia comparatio eſt,ꝙ per ſubiectum diſtinguitur ſcientia ab omnibus aliis:quia ſecantur ſcientiæ quemadmodũ & res,vt dicitur in 3. de aĩa,& Tex. 38. ſecundum hanc conſiderationem, poſuerunt quidam credibile eſſe ſubiectum huius ſcientiæ. Hæc .n. ſciẽtia in hoc ab omnib⁹ aliis differt: quia per inſpirationem fidei procedit . Quidam autẽ opera reſtaurationis, eo quòd tota ſcientia iſta,ad conſequendũ reſtaurationis effectum ordinatur . Si aũt volumus inuenire ſubiectum , quod hęc omnia comprehendat: poſſumus dicere,quòd ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem, eſt ſubiectum huius ſcientiæ. Omnia.n. quæ in hac ſcientia conſiderantur,ſunt,aut Deus,aut ea,quæ ex Deo , & ad Deum ſunt, in quantum huiuſmodi: ſicut ẽt medicus cõſiderat ſigna,& cauſas, & multa huiuſmodi,inquantum ſunt ſana.i.ad ſanitatẽ aliquo modo relata. vnde quanto aliquid magis accedit ad verã rationem diuinitatis,principalius conſideratur in hac ſcientia.

H

¶ Ad primvm ergo dicendum,quòd Deus non eſt ſubiectũ, niſi ſicut principaliter intentũ,& ſub cuius ratione,omnia quæ ſunt in ſcientia conſiderantur. Quod autem obiicitur in contrarium , quòd forma ſimplex , non poteſt eſſe ſubiectum,dicimus,quòd verum eſt accidentis,nihilominus tamen poteſt eſſe ſubiectũ prædicati in propoſitione,& omne tale poteſt eſſe ſubiectũ in ſcientia,dũmodo illud prædicatũ,de eo probari poſſit.

¶ Ad aliud dicendum,quòd opera reſtaurationis non ſunt proprie ſubiectum huius ſcientiæ,niſi inquantum omnia , quæ in hac ſcientia dicuntur,ad reſtaurationem noſtram quodammodo ordinantur .

¶ Ad aliud dicendum,quòd res,& ſigna communiter accepta, non ſunt ſubiectum huius ſcientiæ , ſed inquantum ſunt quædam diuina .

### Articvlvs IIII.

*Vtrum Deus ſit ſubiectum iſtius ſcientiæ .*

I

p.p.q.1.art. 7. Scot. in prol. p.q.3. Ad Qvartvm ſic proceditur . Videtur,quòd Deus ſit ſubiectum iſtius ſcientię. Omnis enim ſcientia debet intitulari,& denominari a ſuo ſubiecto,ſed iſta ſcientia dicitur Theologia,quaſi ſermo de Deo,ergo videtur, quòd Deus ſit ſubiectum eius .

1. lib. de tri. c. 3. ¶ Contra. Boet. in libro de Trinita. dicit , quòd ſimpliciter forma,ſubiectum eſſe non poteſt:ſed Deus eſt huiuſmodi: ergo non poteſt eſſe ſubiectum .

Supra cœle. hier. ĩ prol. c. 1. ¶ Item. Videtur ſecũdum Hugonem de ſancto Victore,quòd opera reſtaurationis ſint ſubiectum . ſic enim dicit in libro de ſacramentis,quòd opera primæ conditionis ſunt materia aliarum ſcientiarum , opera autem reſtaurationis ſunt materia Theologiæ. ergo &c.

¶ Contra . Quicquid determinatur in ſcientia; debet contineri ſub ſubiecto ipſius:ſed in Theologia determinatur de operibus creationis,vt patet Gen. 1. ergo videtur , quòd opera reſtaurationis non ſint ſubiectum .

¶ Item. Videtur,quòd res,& ſigna ſint ſubiectum . illud enim eſt ſubiectum in ſcientia,circa quod tota ſcientię intentio verſatur:ſed tota intentio Theologiæ verſatur circa res,& ſigna,vt dicit Magiſter ſententiarum,ergo res,& ſigna ſunt ſubiectum. In 1 diſtin. 1. prin.

¶ Contra. Per rationes ſubiecti debet ſcientia differre ab aliis ſcientiis , cum quælibet ſcientia habeat proprium ſubiectum : ſed de rebus , & ſignis conſiderant etiã aliæ ſcientiæ . ergo non ſunt proprium ſubiectum huius ſcientiæ.

Respondeo. Quòd ſubiectum habet ad ſcientiam ad minus tres comparationes .

¶ Prima eſt,quòd quæcunque ſunt in ſcientia, debent contineri ſub ſubiecto. vnde conſiderantes hanc conditionẽ,poſuerunt res & ſigna, eſſe ſubiectum huius ſcientię , quidam autem totũ Chriſtum,ideſt caput,& membra,eo quòd quicquid in hac ſciẽtia traditur,ad hoc reduci videtur .

### Articvlvs V.

*Vtrum modus procedendi ſit artificialis .*

Ad Qvintvm ſic proceditur. Videtur,quòd modus procedendi,non ſit artificialis. Nobiliſſimæ ſcientiæ debet eſſe nobiliſſimus modus, ſed quanto magis modus eſt artificialis nobilior eſt. ergo cum hęc ſciẽtia ſit nobiliſſima, modus eius debet eſſe artificialiſſimus . p.p.q.1.art. primo.

¶ 2 Præter. Modus ſcientiæ debet ipſi ſcientiæ proportionari: ſed iſta ſcientia maxime eſt vna,vt probatum eſt. ergo & modus eius debet eſſe maxime vnicus . Cuius contrarium videtur, cum quandoque comminando,quandoque præcipiendo,quandoque aliis modis procedat .

¶ 3 Præter. Scientiarum maxime differentium non debet eſſe vnus modus:ſed Poetica,quæ minimum continet veritatis , maxime differt ab iſta ſcientia,quę eſt veriſſima. ergo cum illa procedat per metaphoricas locutiones , modus huius ſcientię

K

non debet eſſe talis . Amb. lib. 1, de præ... cra. circa fi... nẽ. ad Gratianum.

¶ 4 Præter. Ambroſius. Tolle argumenta vbi fides quæritur: ſed in ſacra ſcientia maxime quæritur fides . ergo modus eius nullo modo debet eſſe argumentatiuus.

Contra. Primæ Pet. 3. Parati ſemper &c. hoc autem ſine argumẽtis fieri non valet. ergo debet qñq; argumentis vti.

¶ Idem habetur ex hoc quod dicitur . Tit. primo. Vt potens ſit &c.

Respondeo. Dicendũ, ꝙ modus cuiuſq; ſcientiæ debet inquiri ſecundum cõditiones materię , vt dicit Boe. de Tri. & Philoſophus in 1. Eth. Principia autẽ huius ſcientiæ ſunt per reuelationem accepta,& ideo modus accipiendi ipſa principia, debet eſſe reuelatiuus ex parte infundẽtis,vt in reuelationibus Prophetarum. Et oratiuus ex parte recipientis,vt patet in Pſal. Sed quia præter lumen infuſum,oportet, ꝙ habitus fidei diſtinguatur ad determinata credibilia ex doctrina prædicantis,ſecũdum ꝙ dr̃ Ro. 10. Quomodo credent &c. ſicut etiam intellectus principiorum naturaliter inſitorum determinatur per ſenſibilia accepta. Veritas autem prædicantis per miracula confirmatur:vt dicitur Mar. vlt. Illi autem profecti &c. Oportet etiam, quòd modus iſtius ſcientiæ,ſit narratiuus ſignorum, quæ ad cõfirmationem fidei faciunt , quia etiam iſta principia non ſunt proportionata humanę rationi ſecundum ſtatũ viæ , quæ ex ſenſibilibus conſueuit accipere,ideo oportet vt ad eorũ cognitionẽ per ſenſibilium ſimilitudines manuducatur . vnde oportet,modũ iſtius ſcientiæ eſſe metaphoricum,ſiue ſymbolicum, vel parabolicum. Ex iſtis autem principiis,ad tria proceditur in ſacra ſcriptura,ſcilicet ad deſtructionem errorum,quod ſine argumentis fieri non poteſt:& ideo oportet,modum huius ſcientię eſſe quandoque argumentatiuum,tum per authoritates,tum etiam per rationes, & ſimilitudines naturales. Proceditur etiam ad inſtructionem morum. vnde quantum ad hoc,modus eius debet eſſe præceptiuus,ſicut in lege. comminatorius,& promiſſiuus,vt in prophetis,& narratiuus exemplorum,vt in hyſtorialibus . Proceditur tertio ad contemplationem veritatis in quæſtionibus ſacræ ſcripturę,& ad hoc oportet modum etiam eſſe argumentatiuum : quod præcipue ſeruatur in originalibus ſanctorum ; & in iſto libro,qui quaſi ex ipſis conflatur . Et ſecundum hoc etiam poteſt accipi quadrupliciter modus exponendi ſacram ſcripturã . quia ſecundum quòd accipitur ipſa veritas fidei , eſt ſenſus hyſtoricus. ſecundum autẽ,quòd ex eis proceditur ad inſtructionem morum,eſt ſenſus moralis. ſecundum autem,quòd proceditur ad contemplationem veritatis eorum , quæ ſunt viæ , eſt ſenſus allegoricus: eorum,quę ſunt patrię , eſt ſenſus anagogicus. Ad deſtructionem autem errorum non proceditur,niſi per ſenſum literalem , eo quòd alij ſenſus ſunt per ſimilitudines accepti,& ex ſimilitudinariis locutionibus non poteſt ſumi argumentatio: vnde & Diony. dicit in epiſtola ad Titum, quòd ſymbolica theologia non eſt argumentatiua. Aug. in eo. ſupra citato tom. 3. — In prin. epiſtolæ.



deramine vtentes : ſicubi vero parũ vox noſtra inſonuit, non a paternis diſceſsit limitib⁹ . Nõ igitur debet hic labor, cuiquã pigro, vel multum docto, videri ſuperfluus, cũ multis impigris, multiſq; indoctis, inter quos ẽt mihi ſit neceſſarius breui volumine complicans, patrũ ſententias , appoſitis eorum teſtimoniis, vt non ſit neceſſe quęrenti librorum numeroſitatem euol-

B

uere, cui breuitas collecta, quod quęrĩ offert ſine labore. In hoc autem tractatu, non ſolũ pium lectorem, ſed etiam liberũ correctorẽ deſidero , maxime vbi profunda verſaĩ veritatis quæſtio, quę vtinã tot haberet inuẽtores, quot habet contradictores. Vt autẽ quod quæritur † facilius occurrat , titulos quibus ſingulorum librorum capitula diſtinguuntur, præmiſimus . Ordo exequendus in opere.

¶ Ad primvm ergo dicendum,quòd modus artificialis dicitur,qui competit materiæ . vnde modus, qui eſt artificialis in Geometria,non eſt artificialis in Ethica:& ſecundum hoc,modus huius ſcientiæ maxime artificialis eſt, quia maxime conueniens materiæ .

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd quàmuis iſta ſcientia vna ſit, tamen de multis eſt,& ad multa valet , ſecundum quæ oportet modos eius multiplicari,vt iam patuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Poetica ſcientia eſt de his,quæ propter defectum veritatis non poſſunt a ratione capi . vnde oportet, quòd quaſi quibuſdam ſimilitudinibus ratio ſeducatur . Theologia autem eſt de his , quę ſunt ſupra rationem , & ideo modus ſymbolicus vtrique communis eſt, cum neutra rationi proportionetur .

¶ Ad quartum dicendum , quòd argumenta tolluntur ad probationem articulorum fidei,ſed ad defenſionem fidei,& inuentionem veritatis in quęſtionibus ex principiis fidei,oportet argumentis vti. ſic etiam Apoſtolos facit 1. Corin. 15. Si Chriſtus reſurrexit,ergo & mortui reſurgent .

## DIVISIO TEXTVS PROLOGI
*cum eius expoſitione .*

Hvic operi Magiſter procemium præmittit, in quo tria facit. Primo, reddit auditorem beniuolum. Secundo, docilem, ibi:{Horum igitur.}Tertio attentum, ibi:{Non ergo debet.}Beniuolum reddit aſſignando cauſas mouentes ipſum ad compilationẽ huius operis,ex quibus oſtẽditur affectus ipſius in Deum, & proximum. Sunt autem tres cauſæ mouentes . Prima ſumitur ex parte ſui , ſcilicet deſideriũ proficiendi in eccleſia. Secunda,ex parte Dei, ſcilicet promiſſio mercedis,& auxilij. Tertia,ex parte proximi, ſcilicet inſtantia precum ſociorum. Econtra ſunt tres cauſæ retrahentes. Prima,ex parte ſui defectus ingenij,& ſcientiæ. Secũda,ex parte operis,altitudo materiæ,& magnitudo laboris. Tertia,ex parte proximi,inuidorum contradictio . Harum autem cauſarum mouentium,duę primæ inſinuant charitatẽ in Deũ,

A

tertia , in proximum. vnde diuiditur in duas . In primo, ponit cauſas mouentes , quæ oſtendunt charitatem in Deum. In ſecundo , cauſam , quæ oſtendit charitatem in proximum , ibi : {Non valentes. } Cauſis autem mouentibus adiungit etiam retrahentes. vnde primo ponit quaſi quandam controuerſiã cauſarum mouentium, & retrahentiũ. Secũdo, victoriam, ibi: { Quam vincit &c.} { Cupientes . } In hoc notatur primo cauſa mouens, ſcilicet deſiderium proficiendi {aliquid} ſonat immodicitatẽ. { De penuria &c. } Hic tangitur primo cauſa retrahens, ſcilicet defectus ſcientiæ, & dicitur penuria proprie, defectus exterioris ſubſtantiæ . vnde transfertur ad defectum ſcientiæ acquiſitæ . { Tenuitate. } quæ proprie eſt defectus ſubſtantiæ interioris . vnde transfertur ad defectum ingenij . { Cum paupercula. } de qua Mat. 12. Lucæ. 21. { Gazophilatium. } gazophilatium repoſitorium dicitur diuitiarum . Gaze enim Perſice , diuitiæ Latine dicuntur , & phylaxe Græce , latine ſeruare . & quandoque ſumitur pro archa, in qua theſaurus reponitur: ſicut 4. Reg. 12. Tulit Ioyada Pontifex Gazophilatium vnum &c. quandoque pro loco in quo arca reponitur ; ſicut Ioan. 8. Hæc loquutus eſt Ieſus in Gazophilatio . hic autem ſignificat ſtudium ſacræ ſcripturæ, in quo ſancti ſua opera repoſuerunt . { Ardua ſcandere . } Hic ponitur ſecunda cauſa retrahens ex parte operis , & dicuntur ardua diuina quantum eſt in ſe , ſcanduntur autem quaſi triplici gradu . Primus eſt in derelinquendo ſenſum . Secundus, in derelinquendo phantaſias corporum. Tertius in derelinquendo rationem naturalem . { Opus vltra vires . } Hic oſtenditur altitudo materiæ per comparationem ad nos . ¶ Contra Eccleſiaſt. 3. Altiora &c.

C

¶ Reſpondeo. Verum eſt ex confidentia propriarum virium : ſed ex confidentia diuini auxilij poſſumus eleuata ſupra noſtrum poſſe ſpeculari. {Præſumpſimus.}

¶ Contra Eccleſ. 37. O præſumptio nequiſsima &c. ergo videtur, quòd peccauerit.

¶ Reſpondeo. Expone pręſumpſimus , ideſt præ aliis ſumpſimus: vel dic, quòd eſſet præſumptio per comparationem ad vires humanas, ſed per comparationem ad Dei auxilium, quo omnia poſſumus: ſicut dicitur Phil. vlti. Omnia poſſum &c. non eſt pręſumptio. { Conſumationis fiduciam. } Hic ponit ſecundam cauſam mouentem ex parte Dei { In Samaritano.} ſumitur de parabola, quæ eſt Lucæ 10. per quam ſignificatur Deus . in Pſal. 120. Ecce non dormitabit &c. Samaritanus enim interpretatur cuſtos . { Semiuiui.} hominis per peccatum ſpoliati gratia, & vulnerati in naturalibus. { Duobus denariis.} duobus teſtamentis, quaſi Regis imagine inſignitis, dum veritatem continent a prima veritate exemplatam, { Supereroganti , } ideſt ſuperaddenti , ſicut ſancti patres ſuis ſtudiis fecerunt .

D

¶ Contra. Apocalip. vltim. { Si quis appoſuerit &c. }

¶ Reſpondeo. Eſt apponere duplex , vel aliquid quod eſt contrarium, vel diuerſum, & hoc eſt erroneũ , vel præſumptuoſum, vel quòd continetur implicite exponendo, & hoc eſt laudabile. {Delectat. } hic colligit quatuor cauſas enumeratas. { Quam vincit . } hic ponit victoriam. { Zelus. } zelus ſecundum Dionyſ. eſt amor intenſus . vnde non patitur aliquid contrarium amato . { Domus Dei. } ideſt eccleſiæ . { Quo inardeſcentes.} ſcilicet dum non patimur eccleſiam ab infidelibus impugnari. { Carnalium.} quantum ad illos , qui inueniunt ſibi errores, vt carnis curam faciant in deſideriis : ſicut qui negant prouidentiam diuinam de rebus humanis , & animæ perpetuitatem , vt impune poſſint peccare . { Animalium } quantum ad errantes, ex eo, quòd non eleuantur ſupra ſenſibilia, ſed ſecundum rationes corporales volunt de diuinis iudicare . { Dauidicæ turris.} hoc ſumitur Cant. quarto. Sicut turris Dauid &c. per Dauid ſignificatur Chriſtus , turris eius eſt fides , vel eccleſia, clipei ſunt rationes , & authoritates ſanctorum . { Vel potius munitam oſtendere . } quia ipſe non inuenit rationes , ſed potius ab aliis inuentas compilauit, & in hoc tangit vnam vtilitatem , ſcilicet excluſionem erroris . { Ac theologicarum . } Hic tangit aliam , quantum ad manifeſtationem veritatis , & hoc in primis tribus libris. {Necnon & Sacramentorum.} & hoc quantum ad quartũ. {Non valere.} Hic Dion. de diui. nomi. c. 4. de zelo. — E — Rom. 13.



UNIVERSITARIA

F ponit cauſam mouentem, quę dicit charitatem in proximum. Et primo ponit cauſam mouentem. Secundo, retrahentem, ibi: Quàmuis non ambigamus lingua. } ad præſentes, vel quantum ad communicationem doctrinæ. {Stilo.} propter abſentes, vel ad perpetuandam memoriam. {Bigas} ideſt linguam,

# LIBER PRIMVS SENTENTIARVM.

## DISTINCTIO PRIMA.

*De myſterio Trinitatis.*

VETERIS, ac nouæ legis continentiam, diligenti indagine etiam, atq; etiam conſiderantibus nobis, preuia Dei gratia innotuit G ſacrę paginę tractatores, circa res, vel ſigna præcipue verſari. Vt enim egregius doctor † Aug. ait in libro de doctrina chriſtiana. Omnis doctrina, vel rerum eſt, vel ſignorum, ſed res etiam per ſigna diſcuntur. Proprie autē hæc res appellantur, quæ non ad ſignificandum aliquid adhibentur. Signa vero, quorū vſus eſt in ſignificando. Eorum autē aliqua ſunt, quorū omnis vſus eſt in ſignificando, non in iuſtificādo, ideſt quibus nō vtimur, H niſi aliquid ſignificandi gratia, vt aliqua ſacramenta legalia: alia quę non ſolum ſignificant, ſed conferunt quod intus adiuuet, ſicut euāgelica ſacramēta. Ex quo aperte intelligitur, quę hic appellentur ſigna, res illę videlicet, quę ad ſignificādum aliquid adhibētur. Omne ergo ſignum etiā res aliqua eſt, quod enim nulla res eſt, omnino nihil eſt: vt in eodem † Augu. ait, non autem econuerſo, omnis res ſignum eſt, quia non adhibetur ad aliquid ſignificandum. Cumque his intenderit theologorum ſpeculatio ſtudioſa, ac modeſta, diuinam ſcripturam formam præſcriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo; nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas (Deo duce) aperire volentibus, differendum eſt. & primo de rebus, poſtea de ſignis diſſeremus.

(† Lib. 1. c. 2. to. 3.) († Lib. & c. vbi ſupra.)

& ſtylū, quibus quaſi duabus rotis vehitur a magiſtro in diſcipulum. ¶ Agitat Chri charitas } hoc ſumitur 2. Corin. 5. Charitas Chriſti vrget nos.

¶ Contra. Eccleſ. 9. Nemo ſcit &c. ergo &c.

¶ Reſpondeo. Charitas dicit vno modo habitus infuſus, & hūc nullus poteſt ſcire ſe habere certitudinaliter, niſi per reuelationē, ſed poteſt coniicere per aliqua ſigna probabilia. Alio modo dicitur charitas, amor multum apprecians amatum, & ſic aliqs poteſt ſcire ſe habere charitatē. {Quāuis non.} Hic ponit tertiam cauſam retrahentē, ſcilicet cōtradictionē inuidorū. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit contradictionis euidentiā per ſimile in aliis. Secundo, contradictionis cauſam ex inordinatione volūtatis, ex qua error, ex quo inuidia, ex qua contradictio oritur, ibi: {Quia diſſentiētibus.} Tertio, contradicentium nequitiam. ibi: {Qui non rationi calumnię.} quę eſt occulta, & particularis impugnatio. {Contradictionem.} Quæ eſt aperta, & in toto, & vniuerſalis. {Obnoxium.} quaſi pœnæ, vel noxę addictum. {Veri ratione perfectum} ideſt perficiebat ſecundum rationem veritatis, videlicet, quantum ad illos, qui male intelligūt: & tamen malum intellectū, pertinaci voluntate defendunt. {Complacet.} quantum ad illos, quorum voluntas inordinate poſt ſe trahit iudicium rationis, vt verum iudicetur illud, quod placet. {Offendenti} ideſt quod diſplicet.

¶ Contra. 3. Eſdræ. 4. Omnes benignantur in operibus eius. ergo &c.

¶ Reſpondeo, veritas ſecundum ſe ſemper amatur: ſed per accidens poteſt haberi odio, & hoc accidens eſt infinitum: quia cauſę per accidens ſecundum Philoſophum, infinitæ ſunt.

(2. Phiſi. T. 50.) ¶ Deus huius ſeculi ſumitur. 2. Cor. 4. & exponitur de Deo vero, qui operatur, inuidiam permittendo, vel de diabolo, cui ſeculum obedit, qui operatur, ſuggerendo. {Diffidentiæ.} vel quia diffidunt de Deo, vel quia de eis diffidendū eſt ex ratione morbi, quàmuis non ex poteſtate medici. {Qui non rationem.} hic oſtendit contradicentium nequitiam: & primo ex inordinata profeſſione. Secundo, ex ſimulata religione. ibi: {Habent rationem ſap.} Tertio, ex pertinaci contentione. ibi: {Qui contentioni.} Oſtendit autem primo ex duobus eos eſſe inordinatos, ſcilicet quia voluntas non ſequitur rationem, ſed econuerſo, quod tangit vbi dicit. {Qui non rationi.} Et quia rationem ſuam non ſubiiciunt ſacrę doctrinę, quod notatur, ibi: {Nec doctrinę &c.} {Somniarunt} quaſi phantaſiando: ſicut homo in ſomniis. {Sed ad fabulas.} ſumitur de prima Timot. 4. Fabula enim compoſita eſt ex miris, ſecundum Philoſophum; & iſti (Lib. Poeticorum c. 4. & 1. meta. lect. 3.) ſemper volunt noua audire. {Profeſſio} ideſt ſtudium &c. {Docenda} ideſt digna docere { Rationem } ideſt argumentum ad oſtendendum ſapientiam. {In ſuperſtitione.} ſuperflua religione exterius ſimulata. {Quia fidei defectionē} ſumitur 1. Timo. 4. Diſcedent quidam a fide &c. {Omnium verborum.}

¶ Contra. Beda. Nulla falſa eſt doctrina, quæ non aliqua vera intermiſceat.

(Aug. lib. 2. queſ. Euan. c. 40. to. 4.) ¶ Reſpondeo. Illa vera quæ dicunt, quàmuis in ſe vera ſint, tamen quantum ad vſum eorū falſa ſunt: quia falſo vtuntur eis. {Pruriginem} ideſt inordinatum deſiderium noua audiendi, ſi-

F cut pruritus concitatur ex calore inordinato. ſumitur. 2. Tim. 4. Erit tempus &c. {Dogmate.} propter hoc, ꝙ ratio voluntatem ſequitur. {Contentioni.} quę ſecundum Ambro. ad Ro. eſt impugnatio veritatis, cū cōfidentia clamoris. {Veritas.} 2. Eſdr. 4. Veritas manet &c. {Horum igitur.} Hic reddit auditorem docilē, prælibando cauſas operis. Et primo ponit cauſam finalem, quantū ad duas vtilitates. ſ. deſtructionem erroris. vnde dicit. {Odibilē.} ps. 30. Odiui eccleſiam ma. {Ne virus} ideſt ne venenū. Et manifeſtationē veritatis. vnde dicit. {Lucernā &c.} ſumitur de Luc. 8. Nemo accendit lucernā { In candelabro} ideſt in aperto. Secundo tangit cauſam efficientem. ſ. principalem. {Deo patri} inſtrumētalem. {Compegimus} quia hoc opus, eſt quaſi cōpaginatum ex diuerſis authoritatibus. {Sudore} quocunq; defectu corporali, qui ſequitur laborē ſpiritualē. Tertio, oſtēdit cauſam materialē. ibi: {Ex teſtimoniis veritatis.} ps. 113. Initio cognoui &c. Quarto, cauſam formalem quantum ad diſtinctionem librorum. {In quatuor libris.} & quantū ad modum operis. {In quo maiorum exempla.} quantum ad ſimilitudines. {Doctrinam.} quantum ad rationes; {Vipereæ.} hæreticè. heretici enim pariendo, alios in ſua hereſi pereunt, ſicut vipera. {Prodidimus.} reſerauimus. Adiicit viam. {Complexi.} amplexantes. {Impie} infidelis. {Inter vtrunque.} ſcilicet nec nimis alte, nec nimis humile, vel inter duos contrarios errores, ſicut Sabellij, & Arrij. {Non a paternis.} ſecundum illud Prouerb. 22. Non transferes terminos &c. {Non igitur debet.} Hic reddit auditorem attentum. Et primo ex vtilitate operis: {Sententias.} ſententia ſecundum Auic. eſt diffinitiua, & certiſſima conceptio. Secundo, ex profunditate materiæ. ibi: {In I hoc autem tractatu pium lectorem} qui ſecundum fidem intelligat, {Liberum correctorem} qui ſolum propter correctionem corrigat. Liber enim ſecundum Philoſophum dicitur, qui cauſa ſui eſt: & non propter odium, vel inuidiam. Tertio, ex ordinatione modi procedendi, ibi: {Vt autem quod quæritur.}

(Ambr. c. 2. elicitiue ibi ijs qui ſecū dum.) (1. part. logi. cap. 2.) (In proœm. metaph.)

### DIVISIO TEXTVS.

INITO proœmio, hoc eſt initium præſentis operis, in quo Magiſter, diuinorum nobis doctrinam tradere intendit quantum ad inquiſitionem veritatis, & deſtructionem erroris. vnde & argumentatiuo modo procedit in toto opere, & præcipue argumentis ex authoritatibus ſumptis. Diuiditur autem in duas partes. In quarū K prima inquirit ea, de quibus agendum eſt, & ordinē agendi. In ſecūda proſequitur ſuā intentionē: & in duas partes diuiditur. Secūda ibi: {Hic itaq; &c.} Ea aūt, de quibus in hac doctrina cōſiderandū eſt, cadunt in conſiderationē huius doctrinæ, ſm qđ ad aliquid vnū, referūtur. ſ. Deū, a quo, & ad quem ſunt, & ideo ea, de quibus agendū eſt. diuidit per abſolutū, & relatū. vnde diuiditur in partes duas. In prima ponit diuiſionem eorū, de quibus agendū eſt per abſolutū, & relatū ſm cognitionē. In ſecūda ſm deſideriū, ibi: {Id ergo in reb⁹ cōſiderādū &c.} Circa primū duo facit. Primo ponit diuiſionē eorū, de quibus agendū eſt, in res, & ſigna, q̄ ad cognitionē rerū ducunt. Secundo cōcludit ordinē agendi, ibi: {Cūq; his intēderit theologorū &c.} In primo tria facit. Primo ponit diuiſionē. Secūdo probat ꝑ authoritatē. {Vt. n. egregius} Tertio ponit mēbrorū diuiſionis expoſitionē. ibi: {Proprie aūt hic res &c.} vbi prīo exponit qđ ſit res. Scđo qđ ſit ſignū, ibi: {Signa vero &c.} Tertio, vtriuſq; cōpationē, ibi: {Omne



{Omne igiť ſignū,} {Id ergo in rebus} hic dimiſſis ſignis, ſubdiuidit res per abſolutum, & relatū ex parte deſiderij. ſ. ꝑfruibile, qđ propter ſe deſideratur, & vtile, cuius deſideriū ad aliud refertur, & diuiditur in partes duas. Primo, ponit diuiſionē. Secūdo, epilogat, & concludit intentionem, & ordinem. ibi: {Omnium igiť, quæ dicta &c.}

*De rebus communiter agit.*

D

ID ergo in rebus conſiderandum eſt, vt in eodem ait † Auguſ. quòd res alię ſunt, quibus fruendum eſt: alię, quibus vtendum eſt: aliæ, quę fruuntur, & vtuntur. Illæ quibus fruendum eſt, nos B beatos faciunt, iſtis quibus vtēdum eſt, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quaſi adminiculamur, vt ad illas res, quæ nos beatos faciunt peruenire, eiſque inhęrere poſsimus. Res vero quę fruuntur, & vtuntur, a nos ſumus, quaſi inter vtraſque conſtituti, & angeli ſancti. † Frui autem eſt amore inhærere alicui rei propter ſeipſam. Vti vero, id quod in vſum uenerit, referre ad obtinendum C illud, quo fruendum eſt, aliàs abuti eſt, non vti. Nam vſus illicitus, abuſus, vel abuſio debet nominari. † Res ergo, quibus fruendum eſt ſunt, pater, & filius, & ſpiritusſanctus. eadem tamen Trinitas quędam ſumma res eſt, communiſque omnibus fruentibus ea, ſi tamen res dici debet, & non rerum omnium cauſa, ſi tamen & cauſa. Non enim facile poteſt inueniri nomen, quod tantæ conueniat excellentię, niſi quod melius dicitur, Trinitas hic vnus Deus. Res autem quibus vtendum eſt, mundus eſt, & in eo creata. Vnde † Auguſtinus in eodem. Vtendum eſt hoc mundo non fruendum, vt inuiſibilia Dei, per ea, quę facta ſunt intellecta conſpiciantur, ideſt, vt de temporalibus æterna capiantur. Item † in eodem. In omnibus rebus illæ tantum ſunt, quibus eſt fruendum, quæ ęternę, & incommutabiles ſunt, cęteris autem vtendum eſt, vt ad illarum perfruitionem perueniatur. Vnde † Auguſtinus in libro 10. de Trinitate. fruimur cogni-

(† Ibidē. c. 3.) († Ibid. c. 4.) († Ibid. c. 5.) († 1. de doctrina chriſtiana. c. 4. Tracta. 45. ſupra Ioan. fo. 9. de ſpiritu, & aīa. 9. to. 3.) († Ibid. c. 21.) († Lib. 10. de Trin. c. 10. to. 3.)

Prima in tres. Primo, ponit diuiſionē: Secundo, partiū manifeſtationem. ibi: {Ille quibus fruendū.} Tertio, mouet dubitationes. ibi: {Cum autem homines &c.} In ſecunda duo facit. Primo, manifeſtat diuiſionem. Secundo, ponit quādam contrarietatem, & ſoluit. ibi. {Notandum vero, quòd idē Aug.} Circa primū duo facit. Primo, manifeſtat partes diuiſionis per diffinitiones. Secundo, quantum ad ſuppoſita. {Res igitur, quibus fruēdū &c.} Circa primum quatuor facit. Primo, diffinit fruibilia per effectū. Secundo, vtibilia. ibi: {Iſtis quibus vtendum.} Tertio, diffinit vtentia, & fruentia. ibi: {Res vero, quæ fruuntur.} Quarto, diffinit vti, & frui ad ꝓbationē toti⁹. {Frui aūt &c.} Et eodem ordine procedit manifeſtando ſecundum ſuppoſita. {Notandum vero, quòd idem.} Hic ponit contrarietatem ad hæc tria. Primo, ponit diuerſam aſſignationem vti, & frui. Secūdo, concludit contrarietatem ad prędicta, ibi: {Et attende, quòd videtur.} Tertio, ponit ſolutionem, ibi: {Hæc ergo, quæ ſibi.} Et primo, ſoluit per diuiſionem: ſecundo, per interemptionē, ibi: {Poteſt dici.} {Cum autē homines.} Hic mouet dubitationes de habitudine eorum, quę pertinēt ad inuicem. Et primo quærit de vtētibus, & fruētibus, an ſint vtibilia, vel fruibilia. Secundo, de fruibilibus, ſcilicet de Deo: vtrū ſit vtens nobis, vel fruēs, ibi: {Sed cum Deus diligat.} Tertio, de quibuſdam vtibilibus, vtrum ſint fruibilia. ibi: {Hic conſiderandum eſt: vtrum virtutibus.} Quęlibet harū partium diuiditur in qōnē, & ſolutionē.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quęruntur tria.

Primo. De vti, & frui.
Secūdo. De vtibilibus, & fruibilibus.
Tertio. De vtentibus, & fruentibus.

### Circa primum quæruntur duo.

Primo. Quid ſit frui ſecundum rem.
Secūdo. Quid ſit vti ſecundum rem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum frui ſit actus intellectus.*

(1. 2. qō. 11. art. 1. o. art. 2. c.) CIRCA PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd frui ſit actus intellectus. Nobiliſſimus enim actus eſt nobiliſſimæ potentiæ; altiſſima autem potentia in homine eſt intellectus. ergo cum frui ſit perfectiſſimus actus hominis, quia ponit hominem in ſuo fine vltimo, videtur quòd ſit actus intellectus.

(Circa finem 3. cōcio. 90. ps. to. 8.) ¶ 2 Præter. Sicut dicit Auguſt. viſio eſt tota merces: ſed merces totius meriti conſiſtit in fruitione diuinitatis. ergo fruitio eſt eſſentialiter viſio, ſed viſio eſt actus intellectus, ergo & fruitio.

A ¶ SED videtur, quòd ſit actus voluntatis: actus enim determinať ex obiecto: ſed obiectum fruitionis eſt fruibile, quod eſt finis vltimus. Finis autem, cum rationem boni habeat, eſt obiectum voluntatis: ergo & frui eſt actus voluntatis. II.

¶ Præter. Auguſt. diffinit fruitionem per voluntatem dicens, fruimur cognitis, in quibus &c. ergo magis videtur eſſe actus voluntatis, q̄ intellectus. (Lib. 10. de Trin. c. 10. to. 3.)

ITEM VIDETVR quòd ſit actus omnium potentiarum. Præmium enim reſpondet merito: ſed homo meretur per omnes potentias. ergo & ſecundum omnes præmiabitur: ſed præmium eſt ipſa fruitio. ergo fruitio eſt omnium potentiarum. III.

¶ Præter. Auguſt. dicit, quòd homo inueniet paſcua interius in diuinitate Saluatoris, & exterius in humanitate. ergo videtur, quòd tam vires exteriores, quàm interiores fruentur.

¶ Sed videtur, quòd nullius potentię ſit. Omnis enim actus denominatur a potentia, cuius eſt, ſicut intelligere ab intellectu, ſed frui nō denominatur ab aliqua potentia, ergo &c.

¶ VNDE vlterius quæritur, cuius habitus actus ſit, & videtur quòd tantum charitas: ſicut enim dicitur primæ Corinth. 13. charitatis virtus perfecta eſt; ſed ſecundum Philoſophum. Fœlicitas eſt operatio virtutis perfectæ. ergo fruitio, in qua eſt tota noſtra fœlicitas, eſt actus charitatis. IIII. (10. eth. c. 8.)

¶ Hoc idem videtur ex diffinitione Auguſt. inducta in litera: frui eſt amore inhærere &c.

D ¶ Sed videtur, quòd non tantum charitatis. Ad fruitionem enim tria concurrunt, perfecta viſio, plena comprehenſio, & inhęſio amoris conſumati. ergo videtur, quòd ſit actus etiam ſuccedentium fidei, & ſpei.

¶ Pręter. Secundum fruitionem coniungimur Deo, ſed omnis virtus coniungit nos Deo, cum virtus ſit diſpoſitio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7 Phyſic. ergo fruitio eſt actus ſecundum omnem virtutem. T. com. 17.

RESPONDEO dicendum, quòd fruitio conſiſtit in optima operatione hominis, cum fruitio ſit vltima fœlicitas hominis: fœlicitas autem nō eſt in habitu, ſed in operatione[d] ſecundum Philoſophum, optima autem operatio hominis eſt operatio altiſſimæ potentiæ, ſcilicet intellectus, ad nobiliſſimum obiectum, quòd eſt Deus. vnde ipſa viſio diuinitatis ponitur tota ſubſtantia noſtræ beatitudinis. Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna &c. Ex viſione autem, ipſum viſum cum non videatur per E ſimilitudinem, ſed per eſſentiam, efficitur quodammodo intra videntem, & iſta eſt comprehenſio, quæ ſuccedit ſpei, conſequens viſionem, quæ ſuccedit fidei, ſicut ſpes quodammodo generatur ex fide: ex hoc autem, quòd ipſum viſum receptum eſt intra videntem, vnit ſibi ipſum videntem, vt fiat quaſi quædam mutua penetratio per amorem: ſic dicitur primæ Ioann. 4. Qui manet in charitate &c. Ad vnionem autem maxime conuenientis, ſequitur delectatio ſumma, & in hoc perficitur noſtra fœlicitas, quam fruitio nominat ex parte ſui complementi, magis quàm ex parte principij, cum in ſe includat quandam delectationem. Et ideo dicimus, quòd eſt actus voluntatis, & ſecundum habitum charitatis, quamuis ſecundum ordinem ad potentias, & habitus præcedentes. (D. 270. 10. eth. c. 4.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ appetitus[d] ſemper ſequiť cognitionē: vnde ſicut inferior pars habet ſenſum & appetitū, qui diuiditur in iraſcibilē, & concupiſcibilē, ita ſuprema pars ha- D. 452.

bet intellectum,& voluntatem,quorum intellectus eſt altior ſecundum originem,& voluntas ſecundum perfectionem,& ſimilis ordo eſt in habitibus,& etiam in actibus,ſcilicet viſionis,& amoris.fruitio autem nominat altiſſimam operationem quantum ad ſui perfectionem.

¶ Et ſimiliter etiã patet ſolutio ad ſecundum : quia viſio non habet perfectã rationem fœlicitatis,niſi ſecundum ꝙ eſt operatio perfecta per ea, quæ ſequuntur. Perficit.n. delectatio operationem,ſicut pulchritudo iuuentutem. vt dicitur 10. Ethico. Alia duo concedimus.

†Lib.10.de trin.c.11. Capit.4.

¶ Ad aliud dicendum, quòd inferiorum potentiarũ nõ poteſt eſſe fruitio ꝑprie dicta, nõ enim habẽt operationem circa finem vltimũ, quem nõ apprehendunt,cum ſint virtutes materiales, ſed ſicut nunc intellectus perficitur accipiendo ab inferioribus potẽtiis, ita erit in patria econuerſo, quòd perfectio, & gaudium ſuperioris partis redũdabit in inferiores potẽtias. vnde Auguſt.de ſpiritu& anima. Senſus vertetur in rationem, inquantum ſcilicet ſua remuneratio,& gaudium a ratione emanabit.

†1.de doct. Chriſtiana cap. 4. c.33.to,3.

D.272. ¶ Ad aliud dicendum, quòd humanitas Chriſti non eſt vltimus finis, vnde in viſione d eius non erit proprie fruitio, ſed erit quoddã accidẽtale gaudium,& non ſubſtãtialis beatitudo.

¶ Ad aliud dicendum,quòd quando aliquis actus eſt abſolute alicuius potentiæ,denominatur ab illa, ſicut intelligere ab intellectu;ſed quando eſt actus vnius potentiæ ſecundum ordinẽ ad alteram,a nulla denominatur,ſicut ſcire eſt actus rationis ſe- I cundum ordinem ad intellectum,quia inquantũ principia deducit in concluſiones:ſimiliter frui eſt actus voluntatis conſequens actum intellectus,ſcilicet aptam Dei viſionem. Alia duo concedimus.

In corpore. ¶ Ad alia patet ſolutio,per ea,quæ dicta ſunt, quia quãuis tria concurrant ad fruitionem,tamen in amore perficitur, vt prius dictum eſt.

¶ Ad vltimum dicendum,quòd aliȩ virtutes coniungunt Deo per modum meriti, & diſpoſitionis, ſed ſola charitas per modum perfectæ vnionis.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum uti ſit actus rationis.*

C

CIRCA SECVNDVM ſic proceditur. Videtur,quòd vti ſit actus rationis.Ordinarȩ enim vnum ad alterũ eſt potentiȩ cõferentis, cuiuſmodi eſt ratio,ſed vti dicit ordinem ad finem: ergo eſt actus rationis. K

1.2. q. 16. art. 1.

Cap.6. ¶ 2 Prȩt.Vt dicit Philoſophus 6.Eth.ordinatio eorũ,quæ ſunt ad finem,& inuentio finis pertinent ad prudentiam:prudentia autem eſt habitus rationis.ergo & vti quod dicit talem ordinationem eſt actus rationis.

¶ Sed videtur,quòd ſit actus voluntatis : quia voluntas ponitur in diffinitione eius. vti enim eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis.

¶ Præter. Illud ordinatur ad finem,quod finem conſequitur: ſed frui,quod dicit conſecutionem finis eſt actus voluntatis : vt dictum eſt. ergo & vti.

In articulo antecedẽte. D.1210. RESPONDEO. Dicẽdũ, ꝙ vti dicitur multipliciter.d Aliqñ enim nominat quamlibet operationẽ,ſecundũ ꝙ dicimus vſum

F alicuius rei eſſe bonum, vel malũ; & ſecundum hoc vr̃ diffiniri ab Aug. vti eſt aſſumere aliquid in facultatẽ voluntatis,i. (vt operemur de eo, quo vtimur ad nutũ voluntatis.) Aliqñ dicit frequẽtiam operationis, ſecundum quòd vſus eſt idem quod cõſuetudo, & ſic diffinit Victorinus. Vſus eſt actus frequenter de potẽtia elicitus. ſed vtroq; modorũ iſtorũ eſt actus cuiuslibet potẽtiæ. Dicitur etiam aliquando vti eorum, quæ ad finẽ ordinãtur aliquem, & ſic vti ſumitur hic quantum ad primã diffinitionẽ, quæ ponitur. Illud autem quod eſt ad finẽ inducitur ad finẽ ſuum tribus operationibꝰ. Prima eſt operatio rationis præſtituentis finem,& ordinantis, & dirigẽtis in ipſum. Secũda eſt operatio voluntatis imperantis. Tertia eſt operatio virtutis motiuæ exequentis : d vti autem nominat exequutionem eius, quod ad finẽ ordinatum eſt, nõ ſecundũ actum proprium alicuius motiuarum virium,ſed cõmuniter prȩſuppoſita ordinatione in finem.vnde eſt actus voluntatis, quæ eſt vniuerſalis motor virium ſecundum ordinem, ad rationem.

Lib. 10. de trinit.c.11 to.3.

†vbi ſupra c.10. D.1210.

†Li.1.de doctrina chriſtiana.30.

tis, in quibus ipſis propter ſe volũtas delectata conquieſcit. Vtimur vero eis, quæ ad aliud referimus,quo fruendum eſt.

*Item quid interſit inter frui,& uti aliter, quàm ſupra.*

C

NOTANDVM vero, ꝙ idem† Aug. in lib. 10. de Tri. aliter quàm ſupra accipiẽs vti,& frui,ſic dicit. Vti eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui autẽ eſt vti cum gaudio, non adhuc ſpei,ſed iam rei. Ideoq; omnis, qui fruitur,vtitur.aſſumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis, non autem omnis qui vtitur,& fruitur, ſi id,quod in voluntatis facultatem aſſumit : non propter ipſum, ſed propter aliud appetit.Et attende, quòd†Augu.videtur dicere illos frui tantum, qui in re gaudent,non iã in ſpe, & ita in hac vita non videmur frui,ſed tantum vti, vbi gaude- H mus in ſpe,cum ſupra dictũ ſit, frui,eſſe amore inhȩrere alicui rei propter ſe, qualiter etiam multi hic adherent Deo.

G *Determinatio eorum, quæ videntur contraria.*

D

HAEC ergo,quȩ ſibi contradicere videntur,ſic determinamus dicentes nos,& hic,& in futuro frui, ſed ibi ꝓprie,& perfecte, & plene, vbi per ſpeciem videbimus quo fruemur. hic autem dum in ſpe ambulamus, fruimur q̃dẽ, ſed nõ adeo plene. Vnde† Aug. in lib.10. de Trin. fruimur cognitis,in quibꝰ voluntas eſt &c. Idem in li.de doct.† Chriſt.ait. Angeli illo fruentes, iam beati ſunt, quo & nos frui deſideramus, & quantũ in hac vita iam fruimur,vel per ſpeculũ, vel in enigmate,tanto noſtram peregrinationem, & tolerabilius ſuſtinemus,& ardentius finire cupimus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ vti præſupponit ordinem, ſed eius ſubſtantia magis eſt in executione voluntatis.

Eth.6.ca.3. ¶ Ad ſecundum dicendũ,ꝙ prudẽtia eſt perfectio rationis practicæ,ſ̃m ꝙ eſt recta. Rectitudo aũt eius, & veritas eſt, vt dr̃ 6. Ethi.ſ̃m conuenientiã cum appetitu recto. vnde prudentia nõ tantum perficit ad actũ,qui eſt ipſius rationis,ſed etiã ad actum voluntatis,qui regulatus eſt ratione,ſicut eligere, & ſi ſit actus voluntatis,vel liberi arbitrij, eſt tamen prudentiæ.

## QVAESTIO II.

### Circa obiecta dictorum actuum.

Primo. Quæritur de fruibilibus.
Secũdo. De vtibilibus.

### Quantum ad primum duo quæruntur.

Primo. Vtrum ſolo Deo ſit fruendum.
Secũdo. Vtrum vna tantum fruitione,vel pluribus.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum fruendum ſit ſolo Deo.*

E

AD PRIMVM ſic proceditur.Videtur quòd nõ ſolo Deo fruendum ſit:his.n.rebus fruendum eſt,vt dicitur in litera,quȩ nos beatos faciunt. beatitudo autẽ creata beatos nos facit.ergo ea fruendum eſt, non ergo tantum Deo.

12.q.11. art. 3.

¶ 2 Præt.Vltimus finis hominis eſt ſua fœlicitas: fœlicitas autẽ eius eſt perfectiſſima operatio, cum igitur vltimo fine fruendũ ſit,operatione perfectiſſima fruendum eſt, quod etiam videtur per Philoſophum in 1.Ethi.qui dicit,quòd fœlicitas non quæritur propter aliquid aliud.& per Boetium,qui dicit,quòd beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Cap.4. 3.de conſo. proſa 2.

¶ 3 Præter. Tullius dicit,honeſtum eſt,quòd ſua vi nos trahit, & ſua dignitate nos allicit: ſed quod per ſe allicit ꝓpter ſe amatur.ergo omni honeſto fruendũ eſt, & ita omnibus virtutibus. ergo non tantum Deo. 1.Officiorũ

4 Præt.



¶ 4 Præt. Apoſtolus ad Philemonem dicit.Itaq; frater,ego te fruar in domino, ergo etiam homine iuſto frui poſſumus; & per conſequens quolibet homine,qui eſt ad imaginem Dei, & qualibet creatura,in qua eſt veſtigium Dei.

CONTRA. Ratio dilectionis eſt bonitas ; ſed omnis bonitas refertur ad bonitatȩ Dei, a qua fluit: & cuius ſimilitudinẽ gerit. ergo nihil eſt diligendum, niſi in ordine ad deum. ergo ſolo Deo fruendum eſt.

† Ibi. c. 33. ¶ 2 Præt. Prouerb. 16.dicitur. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Deus. ergo ipſe eſt finis omnium : omnia ergo propter ipſum diligenda ſunt: & ſic idẽ quod prius.

RESPONDEO Dicẽdum, quòd frui aliquo dicitur tripliciter. Aut ſicut obiecto: & hoc modo ſolo Deo fruendũ eſt: quia ad bonitatem ipſius Dei ordinatur tota bonitas vniuerſi: ſicut bonum totius exercitus ad bonũ ducis, vt dicitur 11.Meta. Alio modo ſicut habitu eliciente actum fruitionis : & hoc modo beatitudine creata, & charitate fruendum eſt. Tertio modo fruimur aliquo : ſicut inſtrumento fruitionis : & hoc modo fruimur potentia,cuius fruitio eſt actus.

Tex. 52.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliquid facit beatũ dupliciter: vel effectiue; ſicut Deus: & hoc ſolo fruendum eſt, vel vt obiecto, vel formaliter : ſicut albedo facit album: & hoc fruendum eſt formaliter loquendo: & ſic beatitudo beatum facit.

D. 621. ¶Ad ſcd̃m dicẽdũ,ꝙ obiectũ operationis terminat,& ꝑficit ipſam, & eſt finis eius. vnde impoſſibile eſt d operationem habere rõnẽ finis vltimi:ſed q̃a obiectũ nõ conſequitur,niſi per operationẽ. ideo eſt idem appetitus operationis, & obiecti. vnde ſi aliquo modo ipſa fruitione fruimur, hoc erit, inquantum fruitio nos Deo coniungit; & eadem fruitione fruemur fine, & operatione, cuius obiectum eſt finis vltimus : ſicut eadem operatione intelligo d intelligibile, & intelligo me intelligere. D. 32.

D.41. 44. ¶ Ad tertium dicendum, quòd propter ſe dicitur dupliciter. vno modo ſecundum quòd opponitur ad propter aliud : & hoc modo virtutes & honeſtum, non propter ſe diliguntur: cum etiam ad aliud referantur. Alio modo dicitur propter ſe, ſecundum quòd opponitur ad per accidens: & ſic dicitur propter ſe diligi, quod habet in natura ſua aliquid mouens ad diligendum : & hoc modo virtutes propter ſe diliguntur: quia habent in ſe aliquid vnde quærantur: etiam ſi nihil aliud ab eis contingeret: non tamen eſt inconueniens, vt aliquid propter ſe d ametur:& tamen ad alterum ordinetur : ſicut dicitur in primo Ethicorum. Eſt autem aliquid, quod deſideratur, non propter aliquid, quod in ſe habet: ſed tantum ſecundum quòd ordinatur ad alterum, vt effectiuum illius : ſicut potio amara amatur, non propter aliquid, quod in ipſa eſt: ſed quia ſanitatem efficit: & huiuſmodi nullo modo propter ſe diliguntur: ſiue propter ſe dicat cauſam formalem ; ſicut virtus dicitur propter ſe diligi,ſiue finalem, ſicut Deus.

D. 270. 1. Eth. c.6.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homine iuſto, non eſt ſimpliciter fruendum, ſed in Deo; ita quòd obiectum fruitionis ſit Deus: & repreſentans ipſum gratiæ obiectum per ſimilitudinem, in qua inhabitat Deus, ſit homo ſanctus, nec tamen A ſequitur, quòd homine peccatore ſit fruendum in Deo; quia non eſt in eo gratia, quæ facit Deum inhabitare; & quæ eſt exemplar expreſſum illius ſummȩ bonitatis, qua fruendum eſt; & multo minus hoc ſequitur de creatura irrationali; non enim ſufficit ad hoc ſimilitudo imaginis, & veſtigii, ſed ſimilitudo gratiæ.

*Alia determinatio.*

E

POTEST etiã dici, quòd qui fruitur etiã in hac vita, non tantum habet gaudium ſpei: ſed etiã rei, quia iam delectatur in eo,quod diligit,& ita iam rem aliquatenus tenet. Conſtat ergo: quia B Deo debemus frui, non vti. Illo enim (vt †Auguſtinus ait) frueris, quo efficeris beatus, & in quo ſpem ponis,vt ad id peruenias. De hoc etiam idem ait in lib. de doctrina Chriſtiana. Dicimus ea re nos frui, quam diligimus propter ſe: & ea re nobis fruendum eſſe tantum, qua efficimur beati: cæteris vero vtendum : frequenter tamen dicitur frui, cum delectatione vti. Cum enim adeſt quod di- C ligitur, etiam delectationem ſecum gerit. ſi tamen per eam tranſieris, & ad illud vbi permanendum eſt eam retuleris, vteris ea, & abuſiue non proprie diceris frui. Si vero inhæſeris, atque permanſeris,finem in ea ponens lȩtitiæ tuæ, tunc vere, & proprie dicendus es frui: quod non eſt faciendum, niſi in illa trinitate,ideſt,in ſummo & incommutabili bono.

*Vtrum hominibus ſit fruendum uel utendum.*

F

CVM autem homines, qui fruuntur, & vtuntur aliis rebus res aliquæ ſint,quæritur:vtrum ſe frui debeant, an vti, an vtrunque. Ad quod ſic reſpondet † Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana. Si propter ſe homo diligendus eſt,fruimur eo: ſi propter aliud vtimur eo: videtur autem mihi, propter aliud diligendus: quod enim propter ſe diligendum eſt, in eo conſtituitur vita beata: cuius etiam ſpes hoc tempore conſolatur. In homine autem ſpes ponenda non eſt:quia maledictus eſt,qui hoc facit. ergo ſi liquide aduertas, nec ſeipſo, quiſquam frui debet:quia non debet ſe diligere, propter ſe: ſed propter illud quo fruendum eſt. Huic autem contrarium videtur,quod Apoſtolus ad Philemonem loquens ait. Ita frater ego te fruar in domino:quod ita determinat† Aug. Si dixiſſet tantum te fruar & nõ addidiſſet in domino: videretur finem dilectionis, ac ſpem cõſtituiſſe in eo. Sed quia illud addidit, in domino ſe fi-

### ARTIC. II.

*Vtrum fruamur Deo, una fruitione.*

E

CIRCA SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ non vna fruitione Deo fruamur. actus enim diſtinguunt ſecundum obiecta;ſed obiecta fruitionis, ſunt tres res diſtinctæ proprietatibus perſonalibꝰ, ſcilicet, pater,filius, & ſpiritus ſanctus.ergo fruitiones ſunt tres. † Lib. 1. c. 21.

¶ 2 Prȩt.Operatio animæ ſiſtens in cõmuni non eſt perfecta, niſi etiam deſcendat ad propria: ſicut cognitio generis perficitur per cognitionem differentiȩ, & multo plus deſiderium & amor ꝑficitur in particulari: ſed fruitio eſt operatio perfecta. ergo non tãtum fruemur eſſentia cõmuni tribus perſonis,ſed ſingulis perſonis,& proprietatibus ipſarũ: & ita videtur, quòd non ſit vna tantum fruitio. † Ibi. c.33.

¶ 3 Præt. Quicquid habet filius ſolet referre ad patrem a quo habet, ſicut Ioan. 7. dicitur. Mea doctrina, non eſt mea &c. Sed bonitatem accepit filius a patre naſcendo, ſicut eſſen- D tiam. ergo & fruitionem bonitatis filij, debemus referre in fruitionem patris. ergo non eſt ȩqualiter fruendum tribus perſonis : multo minus ergo nec eadem fruitione.

CONTRA. Sicut Deus trinitas,eſt vnũ principium omnium, ita eſt vnus finis omnium : ſed eadem operatio communis eſt totius trinitatis, inquantum eſt vnum principium. ergo eadem eſt fruitio trium, inquantum eſt vnus finis.

¶ Prȩt. Operatio fœlicitatis eſt, ad nobiliſſimum obiectum; vt dicit Philoſophus 10.Ethic.nobiliſſimum autem eſt vnum tantum: quia quod per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conuenit. ergo cum fruitio ſit operatio vltimæ fœlicitatis, refertur ad vnum tantum obiectum. ergo fruimur tribus perſonis, inquantum ſunt vnum. ergo inquantum eſt vnum obiectum. 10. Et.c.10

E RESPONDEO. Dicendum, quòd vna fruitione fruimur tribus perſonis : & huius ratio eſt duplex. Vna ex parte eſſentiæ. Obiectum enim fruitionis eſt ſumma bonitas: vnde fruitio reſpicit vnamquamque perſonam, inquantum eſt ſummum bonum, vnde cum eadem numero ſit bonitas trium, eadem erit & fruitio. Alia ratio ſumitur ex parte proprietatum; ſicut enim dicit Philoſophus, qui nouit vnum relatiuorum, cognoſcit & reliquum: & ſic cum tota fruitio originetur ex viſione, vt prius dictum eſt, qui fruitur vno relatiuorum, inquantum hm̃oi fruitur & reliquo.perſonæ autem tres diſtinguuntur tantum, ſecundum relationes: & ideo in fruitione vnius includitur fruitio alterius: & ita eſt fruitio eadem trium; ſed prima ratio melior eſt, quȩ tangit rationem obiecti, a qua actus habet vnitatem. In predic. c. de relat. q.1. art.1. ad 2.

ET PER HOC patet ſolutio ad primum;quia tres perſonæ non diſtinguuntur ſecundum id, quòd ſunt obiectum fruitionis.

nis: immo vniuntur in eo, ſcilicet in ſumma bonitate.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd proprietate vniuſcuiuſq; perſonæ fruimur; vt paternitate: tamen paternitas, non dicit rationem fruitionis: vnde fruemur paternitate, inquantum paternitas eſt, idem re, quod ſumma bonitas: differens tamen ratione.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa reductio, non ponit gradum bonitatis in patre, & filio, ſed tantum ordinem naturæ: & ideo non tollitur æqualitas, & vnitas fruitionis.

† ibidẽ etiã.

nem poſuiſſe eodemque frui ſignificauit. Cum enim vt idem Aug. † ait. homine in Deo frueris: Deo potius, quàm homine frueris.

*Quæritur utrum Deus fruatur, an utatur nobis.*

SED cum Deus diligat nos, vt frequenter ſcriptura † dicit: quæ eius dilectionem erga nos multum commendat: quærit † Auguſt. quomodo diligit: an vt vtens, an vt fruens: & procedit ita. Si fruitur nobis, eget bono noſtro: quod nemo ſanus dixerit. ait enim † propheta. Bonorum meorum non indiges. omne enim bonum noſtrum, vel ipſe eſt, vel ab ipſo eſt. non ergo fruitur nobis, ſed vtitur. Si enim nec fruitur nobis nec vtitur, non inuenio quomodo diligat nos. Neque tamen ſic vtitur nobis, vt nos rebus alijs. Nos enim res quibus vtimur ad id referimus,

Ad Ephe. 2.

in eod. lib. cap. 31.

Pſalm. 15.

H

## QVAEST. III.

C

*Vtrum utẽdum ſit omnibus alijs a Deo.*

DEINDE quæritur de vtibilibus.

¶Vtrum omnibus aliis præter Deum ſit vtendum. & videtur, quòd non. Vti enim eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis. illud autem tantum eſt hoc modo aſſumptũ, quod noſtræ operationi ſubiacet: non autem omnia creata ſunt talia, ſicut cœlum, & angeli, quæ non ſunt operabilia a nobis. ergo non poſſumus omnibus vti.

Vbi ſupra cap. 32.

¶ 2 Præt. Illo vtimur, quo tendentes ad beatitudinem iuuamur: ſed creaturis impedimur frequenter; ſicut dicitur Sap. 14. Creaturæ factæ ſunt &c. ergo non omnibus poſſumus vti.

¶ 3 Præt. Si omnibus præter Deum tenemur vti. ergo quandocunque non referimus aliquid in Deum, peccamus: ſed quandocunque referamus aliquid in Deum, meremur. ergo omnis actus eſt meritorius vel demeritorius: & ſic nullus actus erit indifferens. I

¶ 4 Præt. Sequitur, quòd nullum peccatum ſit veniale: quia ſi refertur in vltimum finem, non eſt aliquod peccatum. ſi autem conſtituatur aliquis finis alius vltimus, non relatus ad finem vltimum, eſt peccatum mortale. cum igitur omnis actus rationis ſit ad aliquem finem, oportet, quòd ille finis, vel ſit finis vltimus: & ſic non eſt peccatum. vel ſit alius finis, non relatus ad finem vltimum, & ſic erit peccatum mortale. ergo nihil eſt peccatum veniale.

CONTRA. Primæ Cor. 10. Siue manducatis, ſiue bibitis omnia in gloriam &c. ergo videtur, quòd omnibus ſit vtendũ.

¶ Item ſicut Deus eſt perfectæ potentiæ: ita eſt perfectæ bonitatis: ſed ad perfectionem potentiæ eius pertinet, quòd nihil habeat eſſe niſi productum ab ipſo. ergo & ad perfectionem diuinæ bonitatis pertinet, quòd ametur nihil, niſi quod eſt in ordine ad ipſum,

RESPONDEO. Dicendum, quòd quæcunque ſunt bona, K non habent bonitatem, niſi inquantum accedunt ad ſimilitudinem bonitatis diuinæ. vnde oportet cum bonitas ſit ratio dilectionis, & deſiderii: vt omnia amentur in ordine ad bonitatem primam, Omne autem quod bonum eſt, a Deo eſt. vnde quæ ab ipſo non ſunt, nec quærenda ſunt: nec eis vtendum [d] eſt. & ideo nullo peccato vtendum eſt: quia peccatum nõ eſt a Deo. Pœna autem a Deo eſt: & ideo pœna vtendum eſt, & ordinanda ad finem, ſecundum quòd promouet meritum hominis ducens eum in conſiderationem ſuæ infirmitatis, & ſecundum quòd purgat peccata. Similiter etiam res mundi ab ipſo ſunt: & eis vtendum eſt; vel inquantum conferunt ad Dei cognitionem, oſtendentes ipſius magnitudinem; vel ſecundum quòd præbent ſubſidium vitæ noſtræ ordinatæ in Deum. Similiter opera noſtra, quæ mala non ſunt, ab ipſo ſunt: & propter ipſum facienda: non quòd quamlibet operationem oporteat ſem- F per actualiter referre in Deum; ſed ſufficit, vt habitualiter in Deo conſtituant finem ſuæ voluntatis.

D. 1211.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illis creaturis non vtimur tanquam a nobis operatis: ſed ſicut in Dei cognitionem ducentibus.

vt Dei bonitate perfruamur. Deus vero ad ſuam bonitatem vſum noſtrum refert. Ille enim miſeretur noſtri propter ſuam bonitatem: nos autem nobis inuicem propter illius bonitatem. Ille noſtri miſeretur vt ſe G perfruamur: nos vero inuicem noſtri miſeremur, vt illo fruamur. Cum enim nos alicuius miſeremur, & alicui conſulimus, ad eius quidem facimus vtilitatem, eamque intuemur. Sed & noſtra fit cõſequens cum miſericordiam, quam alij impendimus, non relinquit Deus ſine mercede. Hæc autem merces ſumma eſt, vt ipſo fruamur. Item, quia bonus eſt, ſumus: & inquantum ſumus, boni ſumus. Porro autem, quia etiam iuſtus eſt non impune mali ſumus: & inquantum mali ſumus, intantum etiam minus ſumus. Ille ergo vſus, quo nobis vtitur Deus, non ad eius: ſed ad noſtram vtilitatem refertur: ad

¶Ad ſecundum dicendum, quòd creaturæ, quantum eſt in ſe, non impediunt nos a conſequenda beatititudine: ſed ex parte noſtra, inquantum eis abutimur in eis ſiſtendo, ſicut in fine.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſecũdum Theologum nullus actus procedẽs a voluntate deliberante eſt indifferens: quia ſi refertur in Deum ſuppoſita gratia, meritorius eſt. ſi autem nõ eſt referibilis, peccatum eſt. ſi vero eſt referibilis, & non referatur, vanus eſt. ocioſum autẽ, inter peccata apud theologum computatur.

Cõis opi. Theolog.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis ille, qui peccat venialiter, non referat actu in Deum ſuam operationem: nihilominus tamen Deũ habitualiter pro fine habet. vnde non ponit creaturam finem vltimum, cum diligat eam citra Deum, ſed ex hoc peccat, quia excedit in dilectione: ſicut ille qui nimis immoratur viæ: non tamen exit a via.

## QVAESTIO IIII.

D

Deinde quæritur de fruentibus, & vtentibus.

Et primo. De fruentibus.
Secundo. De vtentibus.

### ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum frui conueniat omnibus rebus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Fruitio dicit deſiderium quietatum in finem: ſed omnis creatura etiam inſenſibilis, deſiderat naturaliter ſuum finem. ergo cum contingat ipſam conſequi ſuum finem, & quieſcere in eo: videtur, quòd fruitio ſit creaturæ inſenſibilis.

¶ 2 Præt. Fruitio eſt eius, quod per ſe quæritur, non relatum ad alterum; ſed bruta quærunt aliqua in quibus delectantur, & non referunt ad aliud: quia carent ratione ordinante. ergo brutorum eſt fruitio.

¶ 3 Præt. Naturali dilectione contingit aliquem diligere Deũ ſuper omnia; cum naturaliter cognoſcatur eſſe ſummum bonum, & ita propter ſe amandum: ſed fruimur eo quod propter ſe amamus. ergo contingit, hominem exiſtentem in naturalibus tantum, frui Deo.

¶ 4 Præt. Contingit, quòd aliquis exiſtens in peccato mortali, alicuius ſuæ actionis Deum finem vltimum conſtituat, non referens ad aliud: hoc autem eſt frui. ergo peccator etiam poteſt frui Deo.

SED ECONTRARIO videtur, q; nec etiã iuſtus fruatur in via: frui enim eſt quieſcere voluntatem delectatam in cognitis propter ſe: ſed quandiu aliquis eſt in via non quieſcit. ergo quandiu eſt in via, aliquis Deo non fruitur,

¶Præt. Videtur, quòd nec etiam beati fruantur. Sicut enim habetur in litera: omne quod fruitur aliquo, eget illo: ſed quicquid



quid eget aliquo caret illo: cum igitur beati non careant Deo: A videtur, quòd non fruantur illo. Ex quo etiam concluditur, quòd nec ſeipſo Deus fruatur, cum non ſeipſo indigeat.

q. 1. ar. 1.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt: fruitio ponit quandam delectationem in fine. delectatio autem non poteſt eſſe, niſi in cognoſcente, propter quod Plato dixit, quòd delectatio eſt generatio ſenſibilis in naturam, id eſt, quæ ſentitur naturæ conueniens: & ideo cum creaturæ inſenſibiles non cognoſcant, non delectantur nec fruunt.

Plato de legibus li. 12.

¶Item: fruitio proprie loquẽdo eſt tantum vltimi finis: bruta autem vltimum finem non apprehendunt, nec finem proximum poſſunt ordinare ad finem vltimum, cum careant ratione: cuius eſt ordinare. vnde non ꝓprie fruuntur.

† Eo. li. c. 33. B

¶Similiter, peccator ponit finem vltimũ in quo non eſt. vnde cum verum finem non habeat, non vere fruitur.

¶VLTERIVS autem fruitio dicit delectationem in fine. vnde perfecta fruitio, non eſt, niſi ſit perfecta delectatio, quæ eſſe non poteſt ante conſecutionem finis, & ideo iuſtus homo, nõ perfecte fruitur, ſed beati, qui conſecuti ſunt finem, vere & perfecte, & ꝓprie fruuntur.

Lib. 13. de Trin. c. 8.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quamuis omne [d] deſiderium conſequatur cognitionem: deſiderium tamen creaturæ inſenſibilis, nõ ſequitur cognitionẽ in ipſa exiſtentem, ſed cognitionem motoris primi (quicunq; ſit ille) ordinantis vnumquodque in ſuum finem. & ideo ſine cognitione, nec delectationem, nec fruitionem habent.

D. 148. 221. 225. 289. 452.

eius vero tantummodo bonitatem.

*Vtrum utendum, aut fruendum ſit uirtutibus.*

HIC conſiderandum eſt, vtrum virtutibus ſit vtẽdum an fruendum. Quibuſdam videtur, quòd eis ſit vtẽ B dum, & non fruendum: & hoc confirmant authoritate Aug. † qui (vt prætaxatum eſt) dicit, nõ eſſe fruendum, niſi trinitate, id eſt, ſummo & incõmutabili bono. Item dicunt, ideo fruendum non eſſe eis: quia propter ſe amandæ non ſunt: ſed propter æternam beatitudinem. Illud autem, quo fruendum eſt, propter ſe amandum eſt. Sed quòd virtutes, propter ſe amandæ non ſint, immo pro- C pter ſolam beatitudinem, probant auctoritate Auguſt. † qui in lib. 13. de Trin. contra quoſdam ait. Forte virtutes, quas propter ſolam beatitudinẽ amamus, ſic perſuadere nobis audent, vt ipſam beatitudinem non amemus: quod ſi faciunt, etiam ipſas vtique amare deſiſtimus, quando illam propter quam ſolam iſtas amauimus, non amamus. Ecce his verbis D videtur Auguſtinus oſtendere, quòd virtutes non propter ſe: ſed propter ſolam beatitudinẽ amandæ ſint. Quod ſi ita eſt, ergo eis fruendum nõ eſt. Aliis vero econtra videtur, ſcilicet, q;

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd pecora, quamuis delectentur in fine, ille tamen finis, non eſt vltimus: immo eſt relatus ad aliud, non ab ipſis, ſed a primo ordinante omnia in ſeipſum, & ideo cum non delectentur in vltimo fine ſimpliciter, ſed in vltimo apprehenſo ab eis, aliquo modo dicuntur frui, ſed E improprie.

¶Ad tertium dicendum, quòd delectatio ſequitur operationem perfectam. perfecta autem eſt operatio, quæ procedit ab habitu. habitus autem acquiſiti vel naturales, non perficiunt ad vltimam beatitudinem patriæ, (vt ſupra habitum eſt) ſufficienter, & proxime, quia vt dicit Aug. in lib. de pœnitentia. Quodam familiari contactu ad experiendam eius ſuauitatem adiacet amanti amata creatura, ſed voluptas creatoris longe alterius generis eſt, & ideo ſine habitu gratuito, non eſt delectatio talis quæ ad fruitionem ſufficiat. Vel dicendum, quòd delectatio naturalis, non ponit aliquam operationem in actu, ſed tantum quandam naturalem inclinationem, quæ in actum reducitur per habitum charitatis.

Inf. d. 17. q. 1. ar. 3. ad 1. Aug. 10. de Trin. 5. to. 3. elicitiue.

¶Ad quartum dicendum, quòd exiſtens in mortali peccato, diligit aliquid habitualiter ſupra Deum, & ſi non in actu ſemper. & ideo non fruitur ipſo, ſed illo ad quòd omnia ordinat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eſt duplex quies, ſcilicet, quies deſiderij, & quies motus, quies deſiderij eſt, quando deſiderium ſiſtit in aliquo, propter quod omnia facit & quærit, & non deſiderat aliquid vlterius. & hoc modo voluntas iuſti, quieſcit in via in Deo. quies autem motus eſt, quando peruenitur ad terminum quæſitum, & iſta quies voluntatis erit in patria. hic autẽ quies facit pfectam fruitionem, ſed prima imperfectam.

¶Ad ſextum dicendum, quòd aliquid eget [d] altero dupliciter: aut ſicut eo a quo dependet ſecundum eſſe. & hoc modo omnia egẽt Deo, quia ſecundũ Greg. omnia in nihilum tenderẽt, niſi ea manus conditoris teneret, non enim eſt tantum cauſa fieri: ſed eſſe rerũ. & hoc mõ beati egẽt Deo. Alio modo, dicitur quis egere illo, quod nondum [d] habet: & ſic non egent.

† Amb. ſup. 5. c. ad Gal. ibid. to. 4. D. 540.

Lib. 16. mora. c. 18.

D. 414.

¶Ad vltimum dicendum, quòd hoc intelligendum eſt, quando fruens, & id quo fruitur ſunt diuerſa in eſſentia, quod nõ eſt in diuina fruitione: & ideo perfecte ipſe fruitur ſeipſo. vnde Gregor. ſuper Iob. 40. Eſto glorioſus &c. dicit. Ipſe glorioſus eſt, qui dũ ſeipſo fruitur, accedentis laudis indigens non eſt.

Lib. 32. mora. cap. 5. A

eis fruendum ſit: quia propter ſe petendæ, & amandæ ſunt: & hoc confirmãt authoritate Ambroſ. † qui ait ſuper illum locum Epiſtolæ ad Gal. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia &c. Hic non nominat opera, ſed fructus, quia propter ſe petenda ſunt. Si vero propter ſe petenda ſunt. ergo propter ſe amanda ſunt. Nos autem harum, quæ videtur, authoritatum repugnantiã de medio eximere cupientes, dicim⁹, quòd virtutes propter ſe petendæ, & amandæ ſunt, & tamen propter ſolam beatitudinem, propter ſe quidem amãdæ ſunt: quia delectant ſui poſſeſſores, ſincera, & ſancta delectatione, & in eis pariunt gaudium ſpirituale. Veruntamen, non hic eſt conſiſtendum; ſed vltra gradiendum, non hic habeat dilectionis greſſus, neque hic ſit dilectionis terminus; ſed referatur hoc ad illud ſummum bonum, cui ſoli omnino inhærendum eſt: quia illud propter ſe tantum amandum eſt, & vltra illud quærendum nihil eſt. illud enim eſt ſupremus finis. Ideo Auguſtinus † ait, quòd eas diligamus propter ſolam beatitudinem, non quin eas propter ſe diligamus, ſed quia idipſum, quòd eas diligimus referimus, ad illud ſummum bonum, cui ſoli inhærendum eſt, & in eo permanendum, finiſque lætitiæ po-

### ARTIC. II.

b *Vtrũ uſus cõueniat, exiſtentibus in patria.*

† Vbi ſu. c. 8

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd in patria nullus erit vtes. Via enim non eſt neceſſaria habito fine. vnde Bern. Quid neceſſe eſt ſcala, tenenti iam ſolium? ſed vſus eſt eorum, quæ ſunt ad finem, quæ ſe habent per modum viæ. igitur in beatis conſecutis finem, non erit vſus.

Bern. ſuper Cantic. ſermone 70.

¶ 2 Præt. Vti eſt referre aliquid in alterum; ſed hoc non poteſt fieri, niſi vnum cogitetur poſt aliud, quod non videtur eſſe in patria ſecundum Auguſtinum. quia non ſunt ibi cogitationes volubiles. ergo videtur, quòd non ſit ibi vſus.

Aug. vlt. de Tri. c. to. 3.

CONTRA. Conſtat, quòd in patria manet dilectio Dei, & proximi: quia charitas nunquam excidit. primæ Corinth. 13. Sed proximus, nunquam diligetur propter ſe: ſed propter Deum. ſemper ergo erit ibi dilectio vſus.

RESPONDEO. Dicendum, quòd vſus eſt eorum quæ ſunt ad finem: ſed eorum quæ ſunt ad finem, quædam ſunt includentia finem, & contingentia ipſum, & hæc ſunt, quæ non repugnãt pfectioni finis: ſicut diſpoſitiones materiæ manent cum forma ſubſtantiali: & talium erit vſus in patria; ſicut perfectiones naturales, & ſeptem dona ſpiritusſancti, & alia quæ ex ſua ratione imperfectionem non dicunt. Quædam autem ſunt ad finem, ſicut diſtantia a fine: vt motus, & huiuſmodi. & iſta propter ſuam imperfectionem, non compatitur finis. vnde talium non erit vſus in patria; ſicut pœnæ, & actus fidei, & ſpei, & cibi, & huiuſmodi.

¶AD PRIMVM dicendum, quòd ſicut inuenimus in proceſſu cognitionis, quòd in cognitionem principiorum venit quis per principiata: quibus tamen habitis magis, ipſa cognoſcit quàm

quàm principiata: nec indiget principiatis ad cognitionem principiorum, quæ iam per ſe cognoſcit, neceſſario tamen principiatorum cognitionem amittit: immo illa cognitio per principia perficitur: ita eſt in proceſſu hominis in Deum, qui per creaturas in Deum venit: quo habito, creaturis non eget ad ipſum habedum, ſed per ipſum venit in perfectum vſum omnium aliorũ, ſic etiã eſt in proceſſu naturæ, quòd per diſpoſitiones acqritur forma, quæ habita eſt pricipium omnium accidentium, & ita eſt in omnibus aliis inuenire.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cogitatio volubilis ꝓprie dicitur, quæ eſt per diſcurſum rationis, cui non offertur ſtatim quod quærit. vnde oportet, quòd inueniat procedendo ab vno in aliud. ibi autem ſtatim ſine difficultate occurret in illo diuino lumine, quicquid quæretur. vnde etiam homines intelligunt intellectu deiformi ſicut & angeli. non autem excluditur ſucceſſio cogitationum in patria: & multo minus, ordo vnius ad alterum, qui etiã ſine ſucceſſione eſſe poteſt. H

¶ Aliud concedimus.

†1. de doct. Chriſ. c. 33.

nendus, quare virtutibus non eſt fruendum. Sed dicet aliquis, frui eſt amore inhęrere alicui rei propter ſeipſam, vt prædictum eſt. Si ergo virtutes propter ſe amandæ ſunt, & eis fruendum eſt, Ad quod dicimus in illa deſcriptione, vbi dicitur, propter ſeipſam, intelligendum eſt tantummodo, G vt ſcilicet ametur propter ſeipſum tantum, vt non referatur ad aliud: ſed ibi ponatur finis: vt ſupra oſtendit Auguſt. † dicens. Si inhæſeris, atque permanſeris finem ponens lætitiæ: tunc vere, & proprie frui dicendus es, quod non eſt faciendum niſi in illa trinitate, ideſt, in ſummo, & incommutabili bono. vtendum eſt ergo virtutibus, & per eas fruendum ſummo bono, ita & de voluntate bona dicimus. Vnde Aug. †in lib. 10. de Trin. ait. Voluntas eſt per quam fruimur: ita & per virtutes fruimur, non eis, niſi forte aliqua virtus ſit Deus, vt charitas, de qua poſtea tractabitur.

*Expoſitio textus primæ diſtinctionis,*

CIRCA literam quæritur de hoc, quod dicitur {Sacræ paginæ tractatores circa res, vel ſigna.} Videtur enim diuiſio eſſe incompetens: eo quòd contingit idem ſignum eſſe & rẽ: ſicut corpus Chriſti verum, & character in baptiſmo.

¶ 2 Pręt. Ipſemet dicit, quòd omne ſignum res eſt, & ita videtur, quòd diuiſio non ſit per oppoſita.

¶ 3 Item. Creaturæ omnes ſunt ſignum diuinæ bonitatis, & ita vr̃ quòd fere omnia, quæ in hac doctrina traduntur, ſunt ſigna.

¶ Ad quod dicendum, quòd iſta diuiſio non eſt data per oppoſitas res, ſed per oppoſitas rationes ſecundum abſolutum, & relatum. ſignum enim eſt, quod eſt inſtitutum ad aliquid ſignificandum. res autem eſt, quæ habet abſolutam ſignificationem, non ad aliud relatam. vnde non eſt inconueniens, ꝙ idem ſit ſignum & res reſpectu diuerſorum; ſicut etiam idem homo eſt pater, & filius. vnde patet ſolutio ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd res dupliciter ſumitur in ꝓceſſu huius locutionis: ſumitur enim communiter pro omni ente, & ſic omne ſignum eſt res, ſumitur etiam magis ſtricte pro eo, quod eſt res tantum, & non ſignum, & ſic contra ſignum diuiditur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis creaturæ ſint ſignum alicuius, nihilominus tamen ad hoc principaliter non ſunt inſtitutæ. & ideo non continentur ſub ſignis, niſi ſecundum quid.

DEINDE quæritur de hoc, quòd dicitur {Et primo de rebus, & poſt de ſignis &c.}

¶ Videtur enim qnòd prius agendum eſt de ſignis. res enim per ſigna diſcuntur, vt in litera dicitur. ergo per cognitionem ſignorum deuenimus in cognitionem rerum.

¶ Ad quod dicendum, quòd hoc ſequitur, quando ſigna, & res ſunt eiuſdem ordinis, ſcilicet, quòd prius determinandum eſt de ſignis, quàm de rebus, quę per illa ſigna ſignificantur. ſic autem non ſe habent ſigna ſacramentalia ad ea, de quibus in primis tribus libris agitur. Vel dicendum, quòd alius eſt ordo ſeruandus in accipiendo cognitionem, & tradendo. accipiens enim cognitionem procedit de ſignis ad ſignata, quaſi modo reſolutorio: quia ſigna magis ſunt nota quoad ipſum, ſed tradens cognitionem ſignorum, oportet quòd res ante ſigna manifeſtet: eo quòd ſigna ſumuntur per ſimilitudinem ad res, vnde oportet precognoſcere res ad cognitionem ſignorum; ad quarum ſimilitudinem ſumuntur.

DEINDE quæritur de hoc, quòd dicit: quaſi inter vtraſque conſtituit. Videtur enim ex hoc, quòd homo ſit medium inter vtibilia & fruibilia. cuius contrarium videtur ex hoc, ꝙ virtus continetur inter vtibilia. virtus autem eſt de maxime bonis ſecundum Auguſt. quibus nullus male vtitur. naturales autem potentię ſunt media bona, quibus aliquis male poteſt vti & bene. & ita videtur, quòd virtutes ſunt ſupra hominem. Aug. de lib. arbit. c. 19. lib. 2. to. 1.

¶ Ad quod dicendum, quòd ordo bonorum dupliciter poteſt conſiderari: aut per comparationem ad rectitudinem vitæ. & hoc modo virtus, quę eſt ſicut cauſa ꝑ ſe talis rectitudinis, eſt maximum bonũ. potentia autem naturalis, quæ eſt ſicut materiale, ad talem rectitudinem, eſt medium, & res alię quæ ſunt exterius adminiculantes ſunt minima bona. Poteſt etiam conſiderari ordo bonorum ſecundum progreſſum in beatitudinẽ: & hoc modo ipſum beatificans erit maximum bonum, & participans beatitudinem, erit medium, & diſponẽs ad ipſam erit minimum. †cap. 10.

*Epilogus.*

D

OMNIVM ergo, quę dicta ſunt, ex quo de rebus ſpecialiter tractauimus, hæc ſumma eſt, quòd alię ſunt, quibus fruendum eſt, alię quibus vtendum, alię quę fruuntur, & vtuntur. Et inter eas, quibus vtendum eſt, etiam

ITEM quæritur de hoc. {Res alię ſunt quibus frui &c.} Omne enim quod eſt, vel eſt finis, vel eſt ad finem; ſed fruibile habet rationem finis, vtibile autem rationem eorum, quæ ſunt ad finem. ergo vtibile, & fruibile ſufficienter diuidunt res: & ita tertium membrum ſuperfluit, præcipue cum ipſe poſt dicat, quòd hominibus, qui vtentes & fruentes ſunt, vtendum eſt.

¶ Ad quod dicendum, quòd aliquid eſt ad finem ordinatum dupliciter. vel ſicut progrediens in finem. & hoc modo fruens, & vtens eſt ad finem: vel ſicut via in finem. & hoc modo vtibile eſt ad finem. vnde vtibile, non comprehendit omnia, quę ſunt ad finem, niſi valde large acceptum; nec eſt inconueniens, ſi idem contineatur ſub duobus membris, cum diuiſio ſit data per oppoſitas rationes, & non per oppoſitas res.

ITEM quęritur de hoc {Vtibile eſt id quod in vſum.} Videtur quòd male notificet, quia vſum non eſt magis notum, quàm vti; & ita videtur, quòd diffinitio non ſit per magis nota.

¶ Ad quod dicendum, quòd totum hoc quòd dicitur. Id quod I in vſum venit, ponitur loco vnius dictionis, & eſt circumlocutio huius, quòd dico vtibile, quod eſt obiectum huius actus vti. actus autem conuenienter per ſuum obiectum diffinitur.

ITEM quæritur de hoc {Non enim facile &c.} quæ ſit cauſa huius dicti.

¶ Ad quod dicendum, quòd nos imponimus nomina rebus ſecundum quòd veniunt in cognitionem noſtram, & quia nos cognitionem accipimus a rebus creatis, imponimus nomina ſecundum modum rerum creatarum. ea autem quæ ſunt in creaturis, non ſunt per eundem modum in Deo, ſed excellentiori modo: ideo nomina quæ nos imponimus non ſunt ſufficientia ad ſignificandum Deum, ſicut patet, quòd nomina ſignificantia in abſtracto, ſignificant quid imperfectum non per ſe ſubſiſtens, vt humanitas vel albedo. concreta autem ſignificant quid compoſitũ, quorum neutrum diuinæ conuenit nobilitati.

ITEM quæritur de hoc {Tanto noſtram peregr. & tole. &c.} Videtur enim contrarium, per id quod dicitur Prouerbio. 13. K Spes quæ differtur affligit animam. Et ita per hoc quod in ſpeculo cognoſcimus, & præſentiam deſideramus, intolerabilius abſentiam ſuſtinemus.

¶ Ad quod dicendum, quòd inquantum ſpes eſt deſiderati abſentis, ſic eſt cauſa afflictionis. inquantum autem res deſiderata per ſpem, & imperfectam cognitionem aliquo modo efficitur præſens: ſic affert quandam delectationem.

DEINDE quæritur de hoc, quòd dicit. {Notandum quòd idem &c.} Vnius enim vnica eſt diffinitio ſicut, & eſſe. ergo de vti & frui, non debent dari multæ diffinitiones.

¶ Ad quod dicendum, quòd ſi inueniretur aliqua diffinitio, quę diceret eſſe rei ſecundum comparationem ad omnes cauſas ipſius proprias, eſſet perfectiſſima, & vna tantum, ſed inueniuntur diffinitiones notificantes eſſe rei plures ſecundum diuerſas cauſas. vnde aliqua datur per cauſam finalem, quędam per formalem, & ſic de aliis; inueniuntur etiam aliæ notificationes



tiones ſumptæ ex proprietatibus conſequentibus eſſe rei, & tales etiam poſſunt eſſe plures.

¶ Dicendum ergo quantum ad præſens pertinet, quòd prima diffinitio de frui, ſcilicet, Frui eſt amore inhęrere &c. datur per comparationem ad obiectum, & habitum elicientem actum. Secunda autem ſcilicet, Fruimur cognitis &c. datur per comparationem ad potẽtiam cuius eſt actus ſecundum ordinem ad potentiam præcedentem, ſcilicet cognitiuam. Tertia. ſ. Frui eſt vti cum gaudio &c. datur per ꝓprietatẽ conſequentem actum inquantum perfectus eſt. ſ. gaudium de re habita. Similiter dicendum, quòd prima diffinitio de vti. ſ. Vti eſt referre &c. datur per comparationem ad obiectum, & ad finem, de vti proprie dicto. Alia autem, ſcilicet. Vti eſt aſſumere &c. datur de vti communiter ſumpto per comparationem ad potentiam operantem & vniuerſaliter mouentem.

†c. 2. to. 3.

quędã ſunt, per quas fruimur, vt virtutes, & potentię animi, quæ ſunt naturalia bona, de quibus omnibus, antequam de ſignis tractemus, agendum eſt: ac primum de rebus, quibus fruendum eſt, ſcilicet de ſancta atque indiuidua trinitate.

## DISTINCTIO II.

A

*De myſterio trinitatis, & unitatis.*

HOC itaq; vera, ac pia fide tenendum eſt, ꝙ trinitas ſit vnus ſolus, & verus Deus: vt ait Auguſt. †in lib. j. de Trinitate, ſcilicet pater & filius, & ſpiritusſanctus, & hæc trinitas vnius eiuſdemque ſubſtantiæ vel eſſentiæ dicitur, creditur, & intelligitur, quę eſt ſummum bonum, quod purgatiſſimis mẽtibus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida, in tam excellenti luce, non B figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur. Idem in eodem. † Non approbo, quod in oratione dixi: Deus, qui non niſi mundos verum ſcire voluiſti. Reſponderi enim poteſt multos, non etiam mundos multa ſcire vera. De hac ergo re ſumma, & excellentiſſima cum modeſtia, & timore agendum eſt, &

DEINDE circa hoc, quòd dicit. Neq; tamen ſic vtitur &c. Notandum, quòd oſtendit differentiam vſus noſtri ad vſum diuinum in duobus. ſ. in hoc, quòd nos referimus vſum noſtrum, quo operamur circa res ad vtilitatem noſtram: illæ vero non ad vtilitatem ſuam, ſed noſtram.

¶ Item ipſe refert vſum ſuum, quo rebus vtitur ad bonitatem ſuam: nos vero non ad bonitatem noſtram, ſed ipſius.

¶ Et hoc oſtendit in operibus miſericordiæ. Primo & planum eſt. Et ſecundo in operibus creationis. ipſe enim propter bonitatem ſuam fecit nos: & ideo dicit. Quia bonus eſt, ſumus, & ex eo, quòd ſumus habemus bonitatem, & hoc prodeſt nobis, & ſic patet, quòd hoc opus eſt ad noſtram vtilitatem. Tertio oſtendit in opere iuſtitiæ: ipſe enim punit nos propter bonitatem ſuam: & ideo dicit { Quia iuſtus eſt, non impune mali ſumus.} Quia iuſtitia eius bonitas eius eſt: hoc etiam ad vtilitatem noſtram cedit: quia ad hoc punimur pro malo: vt a malo recedamus, & ita a non eſſe propter quod dicit {Inquantum mali ſumus.} minus ſumus, quia quanto magis mali ſumus, minus ſumus. malum enim eſt priuatio. vnde quanto multiplicatur in nobis, tanto elongat nos ab eſſe perfecto.

DEINDE quæritur de hoc, quod dicit. { Item quia bonus &c. } Videtur enim eſſe falſum: ſicut enim dicit Boetius lib. de hebdomadibus ſi remoueatur per intellectum bonitas a Deo, adhuc remanebunt alia entia & alia, ſed non bona. ergo non quia bonus eſt ſumus. Boet. lib. de Ebdomadi. 2. cap.

RESPONDEO. Dicendum, quòd opera diuina poſſunt comparari ad diuina attributa ſicut ad cauſam efficientem exemplarem: & hoc modo ſapientia creaturæ eſt a ſapientia Dei, & eſſe creaturæ ab eſſe diuino: & bonitas a bonitate, & ſic loquitur Boetius. Sed tamen quia bonitas habet rationem finis, & finis eſt cauſa omnium cauſarum. ideo omnes iſtæ proceſſiones profectionum in creaturas attribuuntur bonitati diuinæ etiam a Dionyſio, quàmuis a diuerſis attributis exemplentur. In eod. lib. Dionyſ. de diuinis nominib. c. 4.

G

ITEM quæritur de hoc, quòd dicit. { Inquantum ſumus boni &c. } Alia enim ratio boni, & entis, & ita videtur falſum dicere.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quàmuis bonum, & ens differant ſecundum intentiones: quia alia eſt ratio boni & entis, tamen conuertuntur ſecundum ſuppoſita: eo quòd omne eſſe eſt a bono, & ad bonum. vnde, Inquantum, non dicit idẽtitatem intentionis: ſed ęqualitatẽ ſuppoſitorum boni & entis.

## DIVISIO TEXTVS.

In procem.

POSTQVAM inquiſiuit ea de quibus agendum eſt in hoc opere: hic proſequitur ſuam intentionem, & diuiditur in duas partes. Cum enim vt ſupra dictum eſt, ſacræ doctrinæ intentio ſit circa diuina. diuinum autem ſumitur ſecundum relationem ad Deum, vel vt principium vel vt finem, ſecundum quòd Apocal. 22. di- A citur. Ego ſum Alpha, & Omega, conſideratio huius doctrinæ erit de rebus, ſecundum quòd exeunt a primo, & ſecundum quòd referuntur in ipſum, vt in finem. Vnde in prima parte determinat de rebus diuinis ſecundum exitum a principio. In ſecunda ſecundum reditum in finem, & hoc in principio tertii. Aliter poteſt diuidi ſecundum intẽtionem Magiſtri: quòd in prima determinat de rebus. in ſecunda de ſignis. & hoc in quarto.

ITEM prima in tres. In prima de fruibilibus. In ſecunda de vtibilibus, in ſecundo libro. In tertia de his, quæ ordinant vtibilia ad fruibilia, quæ etiam partim ſunt vtibilia partim fruibilia. & hoc in tertio libro. Secundum primam diuiſionem diuiditur prima pars, in duas. In prima determinat de diuinis ſecundum exitum a principio in vnitate eſſentiæ. In ſecunda de diuinis ſecundum exitum in diuerſitate eſſentiæ. & hoc in ſecundo libro. Primus autem liber di- 1. Retr. c. 4. tom. 1.

C uiditur in duas partes: exitus enim perſonarum in vnitate eſſentiæ, eſt cauſa exitus creaturarum in eſſentiæ diuerſitate. Vnde in prima parte determinatur trinitas perſonarum in vnitate eſſentiæ, quę diſtinguitur ſecundum exitum vnius perſonæ ab alia. In ſecunda, determinantur attributa quædam, ex quorum rationibus completur cauſalitas in diuinis perſonis reſpectu productionis creaturarum, ſcilicet de ſcientia, potentia, voluntate: infra. 35. diſtinctio. {Cumque ſupra diſſeruimus.} Prima diuiditur in duas partes. Primo enim inquirit trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ de qua intendit. In ſecunda, proſequitur determinationem vnitatis, & trinitatis inuente: infra 8. diſtin. {Sicut de veritate &c.} Prima in duas. In prima manifeſtat veritatem. In ſecunda, excludit dubitationem. 4. diſtin. { Hic oritur quæſtio &c. } Item prima in duas. In prima inquirit modum inueſtigandi trinitatem in vnitate; In ſecunda, oſtendit trinitatem perſonarum in eſſentiæ vnitate. ibi { Proponamus ergo &c.} Modum autem inueſtigandi oſten- D dit, quantum ad tria. Primo, quantum ad inquirendum conditionem. Secundo, quantum ad intentionem. ibi { Omnes autem catholici. } Tertio, quantum ad inquirendi ordinem. ibi { Cæterum vt in libro primo &c. } Inquirentium autem conditionem in prima parte deſcribit tripliciter. Primo, quantum ad ipſorum puritatem, quæ neceſſaria eſt ad tantæ veritatis contemplationem. Secundo, quantum ad reuerentiam, & attentionem. ibi {De hac igitur re &c.} Tertio, quantum ad mutuam charitatem: quia vnus indiget alterius auxilio, propter difficultatem materiæ. ibi { Perinde omnis, qui audi. &c.}

¶ Omnes autem catholici &c. } Hic oſtendit intentionem inquirentium de trinitate. Et primo, oſtendit quid doctores intenderunt docere. Secundo, concludit quid oporteat nos tenere. ibi {Teneamus igitur &c. } Proponamus ergo &c.} Hic oſtendit trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ. Et primo E per authoritates. Secundo, per rationes, Tertia diſtinctio. ibi { Apoſtolus nanque ait. } Prima in duas. Primo, oſtendit propoſitum per authoritates veteris teſtamenti. Secundo, per authoritates noui. ibi { Nunc vero poſt teſtimonia. } Prima in tres. In prima oſtendit ſpecialiter eſſentiæ vnitatem. Secundo, communiter vnitatem & trinitatem. Primo, per authoritatem legis. Secundo, prophetarum. ibi {Perſonarum quoque pluralitatem &c.} Tertio ſpecialiter perſonarum diſtinctionem. ibi {Dicendum quoq; æternã &c.} Et primo ſecundum proceſſionem filii a patre. Secundo, quantum ad proceſſionem ſpiritusſancti, ab vtroque.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Ad euidentiam eorum, quæ hic dicuntur, quinque queruntur.

Primo. De vnitate diuinæ eſſentiæ.
Secundo. Vtrum in illa vnitate ſit inuenire diuerſitatem attributorum.
†Aug. 1. de Tri. c. 3. t. 3. Tertio. Vtrum pluralitas rationum, ſecundum quas attributa differunt ſit aliquo modo in Deo. vel tantum in intellectu ratiocinantis.
cap. 2. Quarto. Vtrum illa vnitas compatiatur pluralitatem ꝑſonarum.
Quinto ſi compatitur, Vtrum pluralitas illa ſit pluralitas realis, vel rationis tantum.

attentisſimis auribus, atque deuotis audiendum: vbi quæritur vnitas trinitatis, patris ſcilicet & filij, & ſpiritusſancti, quia neque periculoſius alicubi erratur, neque laborioſius, †aliquid queritur, neque fructuoſius aliquid inuenitur. Proinde omnis qui audit, & legit ea quę de ineffabili, & inacceſsibili deitatis luce dicuntur, ſtudeat imitari, atque ſeruare, quod venerabilis doctor Auguſt. †in 1. lib. de Trinit. de ſeipſo ait. Non pigebit me (inquit) ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro, diſcere. Quiſquis ergo hoc audit, vel legit, vbi pariter certus eſt mecum pergat: vbi pariter hæſitat, quęrat mecum: vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me, vbi meum, reuocet me. Itaque ingrediamur ſimul charitatis viam tendentes ad eum de quo dictum eſt, quærite faciem eius† ſemper. †Pſ. 104.

### ARTIC. I.

*Vtrum Deus ſit tantum vnus.*

a

AD PRIMUM ſic procedit. Videtur, quòd non ſit neceſſarium ponere vnū Deum. Ab vno. n. primo, & ſimplici ꝓcedit tantum vnum ſecundum philoſophum: ſed plures bonitates inueniuntur participari in creaturis, ſicut ſapientia, bonitas, pax, & huiuſmodi. ergo videtur, quòd procedant a pluribus primis principiis, & ſic eſt ponere plures Deos, & hic videtur fuiſſe error gentilium, vt dicit Diony. lib. de diuinis nominibus: quod etiam patet ex hoc quòd ponebant vnum Deum ſapientiæ, & aliam Deam pacem, & ſic de aliis.

p. p. q. 11. art. 3. Et 1. d. 24. 1. Et 1. cōr. c. 43. 8. phyſ. tex. 51. & 12. Meta. tex. 49. Cap. 11.

Tex. 18. ¶ 2 Item ſicut dicitur quarto Meta. perfectū vnumquodq; eſt, quando poteſt producere ſibi ſimile in natura: ſed diuina eſſentia eſt perfectiſſima. ergo videtur, quòd poſſit ꝓducere aliam eſſentiam ſibi ſimilem, ita quòd ſint plures diuinæ eſſentiæ.

¶ 3 ITEM prima materia, quæ eſt pura potentia eſt vna, & quanto formæ ſibi ſunt propinquiores inueniuntur pauciores numero. primo enim perficitur per quatuor formas elementares: poſt per plurimas formas miſtorum corporum. ergo in vltimo remotionis a materia, debet inueniri maxima pluralitas. & ita videtur, quòd cum Deus ſit maxime remotus a materia, ꝙ natura diuina ſit maxime multiplicata: & ſic ſunt plures dij.

CONTRA. Omnis natura, quæ inuenitur in pluribus ſecundum prius, & poſterius, oportet quòd deſcendat ab vno primo in quo perfecte habeatur. vnitas enim principiati atteſtatur vnitati principij, ſicut omnis calor originatur ab vno caliđiſſimo, quod eſt ignis: ſed entitas inuenitur in pluribus ſecundum prius & poſterius. ergo oportet eſſe vnum primum ens perfectiſſimum, a quo omnia entia habent eſſe, & hic eſt Deus. eſt igitur vnus Deus.

¶ Prȩt. Si ſint plures dij per eſſentiam diſtincti, oportet, quòd eorum eſſentię diuidantur ab inuicem eſſentiali differentia, ſicut quæ differunt ſpecie vel genere: vel quę differant numero. Si autem differunt genere, vel ſpecie: oportet quòd aliqua differentia differant: illa autem differentia, aut pertinet ad bonitatem, aut non: ſi non. ergo Deus in quo erat differentia, non habet puram bonitatem, & ſic non eſt purum bonum: ſi autem pertinet ad bonitatem, & illa non inuenitur in alio. ergo ille in quo non inuenitur, non erit perfectus in bonitate: oportet autem Deum eſſe ſummum bonum, quod ſit & purum, & perfectum in bonitate. ergo impoſſibile eſt eſſe plures Deos.

¶ Si dicatur, quòd illa differentia eſt eadem ſecundum ſpeciem in vtroque: ſed differens numero.

Contra. Quicquid eſt eiuſdem ſpeciei non diuiditur ſecundum numerum, niſi ſecundum diuiſionem materiæ, vel alicuius potentialitatis. ergo & illa differentia eſt eadem ſecundum ſpeciem differens numero. oportebit ergo, quòd in Deo ſit aliquid potentiale: & ſic ens diminutum, & dependens ad aliud, quod eſt contra rationem primi entis.

*Quæ fuerit intentio ſcribentium de trinitate.*

OMNES autem catholici tractatores: vt in eodē lib. Auguſt. †ait, qui de trinitate, quæ Deus eſt, ſcripſerunt: hoc intenderunt ſecūdum ſcripturas docere, quòd pater, & filius, & ſpiritusſanctus vnius ſint ſubſtantiæ, & inſeparabili G æqualitate vnus ſint Deus. Auguſt. †in li. Retractationum. vbi dixi de patre, & filio, qui gignit, & quem gignit, vnum eſt: dicendum fuit vnum ſunt: ſicut ipſa veritas aperte loquitur dicens: Ego† & pater vnum ſumus: vt ſit vnitas in eſſentia, & in perſonis pluralitas, ideoq; non ſunt tres Dii: ſed vnus Deus, licet pater genuerit filium; & ideo filius, non ſit qui pater eſt, filiuſque a patrȩ ſit genitus: & ideo pater non ſit, qui filius eſt, & ſpiritus H ſanctus, nec pater ſit nec filius:

1. de Trini. cap. 4. †Lib. 1. c. 4. tom. 1. †Ioan. 7.

¶ Præt. Eius in quo non differt ſuum eſſe, & ſua quidditas, non poteſt participari, quidditas ſua ſiue eſſentia, niſi & eſſe participetur. ſed quandocunque diuiditur eſſentia alicuius per participationē, participatur eſſentia eadem ſecūdum rationem: & non ſecundum idem eſſe. ergo impoſſibile eſt eius in quo nō differt eſſentia & eſſe, eſſentialem participationem diuidi vel multiplicari, tale autem eſt Deus: aliàs eſſet ſuum eſſe acquiſitum ab aliquo. ergo impoſſibile eſt, quòd diuinitas multiplicetur vel diuidatur, & ita erit vnꝰ tantum Deus.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cū omnis multitudo ꝓcedat ab vnitate aliqua, vt dicit Diony. oportet vniuerſitatis multitudinem ad vnum principiū entium primum reduci, quod eſt Deus. hoc enim, & fides ſupponit, & ratio demonſtrat. c. 13 de di. no. c. đ vno & ca. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis bonitates participatȩ in creaturis ſint differentes ratione: tamen habent ordinem adinuicem, & vna includit alteram, & vna fundatur ſuper alteram, ſicut in intelligere includitur viuere, & in viuere includitur eſſe, & ideo non reducuntur in diuerſa principia: ſed in vnum, ſi etiam ordinem non haberent, non propter hoc excluderetur vnitas primi principij, quia quod in principio vnitum eſt, in effectibus multiplicatur: ſemper enim in cauſa eſt aliquid nobilius, quàm in cauſato. vnde primum principium licet ſit vnum & ſimplex re, ſunt tamen in eo plures rationes perfe-I ctionum, ſcilicet, ſapientiæ, vitæ, & huiuſmodi. ſecundum quas diuerſȩ perfectiones re differentes, in creaturis cauſantur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hoc eſt de perfectione diuinæ eſſentiæ, quòd ſibi ſimilis, & ȩqualis alia eſſentia eſſe nō poteſt. ſi enim ab ipſa eſſet, oporteret, quòd eſſe illius eſſet dependens ab ipſa, & ſic incideret in illam eſſentiam potentialitatis, per quam diſtingueretur ab eſſentia diuina, quæ eſt actus purus. non autem oportet, quòd quicquid eſt de nobilitate creaturæ, ſit de nobilitate creatoris, quæ ipſam improportionabiliter excedit, ſicut aliquid eſt de nobilitate canis, vt eſſe furibundum, quòd eſſet ad ignobilitatem hominis, vt dicit Diony. Dion. c. 4. lib. citati.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſimplex principium habet rationem vnitatis, & quia materia eſt potentia tantum: ideo eſt vna numero, non per vnam formam, quam habeat: ſed per remotionem omnium formarum diſtinguentium: & per eandem K rationem actus purus & primus eſt vnus, non multiplicabilis, ſicut materia multiplicatur per aduentum formarum, ſed omnino impoſſibilis ad diuerſitatem.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum in Deo, ſint plura attributa.*

CIRCA SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd in diuina eſſentia, non ſit pluralitas attributorum. 1. d. 22. 3. c. 1. 6. c. 32.

¶ 2 Illud enim eſt maxime vnum, quòd omnino a pluralitate remouetur. albius enim eſt ſecundum philoſophum, quod eſt nigro impermiſtius: ſed diuina eſſentia eſt ſumme vna quæ eſt principium totius vnitatis. ergo in ea nulla pluralitas attributorum cadere poterit. 3. Top. c. 8.

¶ 3 ITEM vnius ſimplicitatis eſt operatio vna; ſed diuina eſſentia eſt vna, & ſimplex. ergo habet tantum vnam operationem. diuerſorum autem attributorum ſunt operationes diuerſæ, ſicut ſcientiæ ſcire, & voluntatis velle, & ſic de aliis. ergo in Deo, non inuenitur diuerſitas attributorum.

Anſel. proſolog. c. 5. CONTRA. Sicut dicit Auguſt. Omne, quod ſimpliciter melius eſt eſſe, quàm non eſſe, Deo eſt attribuendum: ſed ſapientia, bonitas, & huiuſmodi, ſimpliciter ſunt melius eſſe, quàm non eſſe. ergo ſunt in Deo.

†ca. 1. to. 3. ¶ Præter. Omne, quod dicitur ſecundum quid, originatur ab eo, quod eſt ſimpliciter, & abſolute: ſed inuenimꝰ, quędam eſſe perfecta non abſolute. ſed ſecundum ſuam naturam, quædam plꝰ, & quędam minus. ergo oportet eſſe aliquod perfectū abſolute, & ſimpliciter, a quo omnia alia ꝑficiantur: ſed ſicut dicit philoſophus in quinto Metaph. per Tex. 21. fectū ſimpliciter eſt, in quo inueniuntur oēs nobilitates reptæ in omnibus generibus, & Commentator dicit ibidem, quòd hoc eſt Deus. ergo in Deo eſt reperire potentiam, bonitatem, & quicquid aliud eſt nobilitatis, in quacunque re. †ca. 2. to. 3. Com. 21.

ſed tantum patris, & filii ſpiritus, vtrique coæqualis, & ad trinitatis vnitatem pertinens. Teneamus ergo patrem, & filium, & ſpiritumſanctum vnum eſſe naturaliter Deum, vt ait Aug. † in lib. de fide ad Petrum. Neque tamen ipſum patrem eſſe, qui filius, nec filium ipſum eſſe, qui B pater eſt, nec ſpiritumſanctum ipſum eſſe, qui pater eſt, aut filius. Vna eſt enim patris, & filii & ſpiritusſancti eſſentia, quam gręci homouſion vocant, in qua non eſt aliud pater, aliud filius, aliud ſpiritus ſanctus, quàmuis ſit perſonaliter aliꝰ pater, aliꝰ filius, alius ſpiritusſanctus.

*Quis ordo ſeruandus ſit cum de Trinitate agitur.*

AETERNVM vt in li. 1. de C Trin. docet Aug. †primum ſecundum authoritatem ſanctarum ſcripturarū: vtrum ita fides ſe habeat, demōſtrandum eſt. Deinde aduerſus garrulos ratiocinatores, elatiores, quàm capaciores, rationibus catholicis, & ſimilitudinibus congruis ad defenſionem, & aſſertionem fidei vtendū eſt, vt eorum inquiſitionibus ſatiſfacientes, manſuetos plenius inſtruamus, & illi ſi nequiuerint inuenire quod quærunt de ſuis mentibus potius, quàm de ipſa veritate, vel de noſtra aſſertione conquerantur.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quicquid eſt entitatis, & bonitatis in creaturis, totum eſt a creatore. imperfectio autem non eſt ab ipſo, ſed accidit ex parte creaturarum: inquantum ſunt ex nihilo. quod autem eſt cauſa alicuius, habet illud excellentius, & nobilius. vnde oportet, quòd omnes nobilitates omnium creaturarum inueniantur in Deo nobiliſſimo modo, & ſine aliqua imperfectione, & ideo quæ in creaturis ſunt diuerſa, in Deo propter ſummam ſimplicitatem ſunt vnum. ſic ergo dicendum eſt, quòd in Deo eſt ſapientia, bonitas, & huiuſmodi, quorum quodlibet eſt ipſa diuina eſſentia, & ita omnia ſunt vnum re, & quia vnumquodque eorum eſt in Deo, ſecundum ſui veriſſimam rationem, & ratio ſapientiæ, non eſt ratio bonitatis inquantum huiuſmodi, relinquitur quòd ſunt diuerſa ratione, non tantum ex parte ipſius ratiocinantis, ſed ex proprietate ipſius rei: & inde eſt, quòd ipſe non eſt cauſa rerum omnino ęquiuoca, cum ſecundum formam ſuam producat effectus ſimiles, non vniuoce, ſed analogice, ſicut a ſua ſapientia deriuatur omnis ſapientia, & ita de aliis attributis, ſecundum doctrinam Dionyſij. Vnde ipſe eſt exemplaris forma rerum, non tantum quantum ad ea quæ ſunt in ſapientia ſua, ſcilicet, ſecundum rationes ideales, ſed etiam quantum ad ea, quæ ſunt in natura ſua, ſcilicet attributa. Quidam autem dicunt, quòd iſta attributa, non differunt niſi penes connotata in creaturis, quod non poteſt eſſe, tum quia cauſa non habet aliquid ab effectu: ſed econuerſo. vnde Deus non dicitur ſapiens, quia ab eo eſt ſapientia, ſed potius res creata dicitur ſapiens, inquantum imitatur diuinam ſapientiam, tum quia ab æterno creaturis nō exiſtentibus, etiam ſi nunquam futuræ fuiſſent, fuit verum dicere, quòd eſt ſapiens, bonus, & huiuſmodi. nec idem omnino ſignificatur per vnum, & per aliud, ſicut idem ſignificatur per nomina ſynonyma. Dio. de di. no. c. 7.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pluralitas attributorum in nullo præiudicat ſummæ vnitati, quia ea quæ in aliis ſunt vt plura, in eo ſunt vnum, & remanet pluralitas tantum, ſecundum rationem, quæ non opponitur ſummæ vnitati in re: ſed neceſſario ipſa conſequitur, ſi ſimul adſit perfectio.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd operatio Dei eſt ſua eſſentia. vnde ſicut eſſentia eſt vna: ita operatio eſt vna in re: ſed pluriD. 31. ficatur per diuerſas rationes, ſicut etiam eſt ex parte eſſentiæ, q̄ A licet ſit vna, conſiderantur tñ in ea plures rationes attributorū.



### ARTICVLVS III.

*Vtrum pluralitas rationum, quibus attributa differunt, ſit tantum in intellectu, uel etiam in Deo.*

*Teſtimonia ſanctorum de Trinitate.*

PROPONAMVS ergo in medium veteris, ac noui teſtamenti authoritates, quibus diuinæ vnitatis, atque trinitatis veritas demonſtretur, ac primum ipſa legis exordia occurrant, vbi Moyſes ait. †Audi Iſrael, dominus Deꝰ C tuus, deus vnus eſt. Item, ego ſum† dominꝰ Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non erunt tibi Dii alii prȩter me. Ecce hic ſignificauit vnitatem diuinæ naturæ. Deus enim, & dominus. vt ait Ambro. †in lib. de

†Deuter. 6. †Exod. 20.

CIRCA TERTIUM ſic proceditur. Videtur, quòd pluralitas rationum ſecundum quas attributa differunt, nullo modo ſit in Deo, ſed tantum in intellectu ratiocinantis. Dicit enim Diony. primo ca. de diui. nominibus. Omnem ſanctorum theologorū hymnum, inuenies ad bonos thearchiæ proceſſus manifeſtatiue, & laudatiue Dei nominationes diuidentem. Et eſt ſenſus, quòd nomina, q̄ in laudem diuinam ſancti aſſumunt ſecūdum diuerſos diuinitatis proceſſus, quibꝰ ipſe Deus manifeſtat diuiduntur. ergo iſta pluralitas, non eſt ex parte Dei, ſed ex parte diuerſorum effectuum; ex quibus intellectꝰ noſter Deū diuerſimode cognoſcit, & nominat. 1. q. 13. 4. & pot. q. 7. & 1. cont. ca. 36.

Epiſt. 1. ¶ 2 Præt. Diony. dicit in epiſtola ad Gayum. Si aliquis videns Deum intellexerit quod vidit, non ipſum vidit, ſed aliquid eorum, quæ ſunt eius. Si ergo prædicta nomina differunt ſecundum diuerſas rationes, quas de eis intelleximus, iſtis rationibus nihil reſpondet, quòd in Deo ſit: ſed in his, q̄ Dei ſunt, ſcilicet creaturis. †Amb. li. 1. de fid. c. 1. 1. to. 2.

¶ 3 Præt. Commentator dicit 12. meta. loquens de huiuſmodi nominibus, quòd multiplicitas, quam iſta nomina prȩtendunt, eſt in Deo ſecundum intellectum, & nullo modo ſecundum D rem. ergo videtur, quòd pluralitas harum rationum ſit ſecundum intellectum noſtrum tantum. Tex. 39. & 51.

¶ 4 Præt. Quicquid eſt in Deo, Deus eſt. ſi ergo iſtæ rationes ſecundum quas attributa differunt ſunt in Deo, ipſæ ſunt Deus; ſed Deus eſt vnus & ſimplex. ergo iſtæ rationes ſecundum quòd in Deo ſunt, non ſunt plures.

¶ 5 Prȩt. Illud, quod in ſe eſt vnum omnibus modis, non eſt radix alicuius multitudinis in eo exiſtentis: ſed eſſentia diuina eſt vna omnibus modis, quia eſt ſumme vna. ergo non poteſt eſſe radix alicuius multitudinis, in ea exiſtentis. pluralitas ergo dictarum rationum, non radicatur in eſſentia diuina, ſed in intellectu tantum.

¶ 6 Præt. Damaſc. dicit, quòd in Deo omnia ſunt vnum præter ingenerationem, & generationem, & proceſſionem. ſi ergo ſapientia, & bonitas, & huiuſmodi attributa ſunt in Deo, ſecundum quòd in ipſo ſunt non habent aliquam pluralitatem. E ergo pluralitas rationum quam nomina ſignificant, non eſt in Deo, ſed in intellectu noſtro tantum. Lib. 1. c. 2. fid. orthod.

SED CONTRA Diony. vlt. ca. de diuinis nominibus dicit, quòd Deus dicitur perfectus ſicut omnia in ſeipſo comprehendens, & hoc eſt etiam quod Philoſophus, & Commen. dicit in quinto metaph. quòd Deus dicitur perfectus, quia omnes perfectiones q̄ ſunt in omnibus generibus rerū, in ipſo ſunt. hæc autem perfectio, qua Deus perfectus eſt, eſt ſecundum rē, & non ſecundum intellectum tantum. ergo iſta attributa, quæ perfectionem demonſtrant, non ſunt tantum in intellectu: ſed in re, quæ Deus eſt. Tex. 21.

¶ Prȩt. Diony. 9. cap. de diui. nominibus, dicit, quòd creaturæ dicuntur Deo ſimiles, inquantum imitantur Deum, qui perfecte imitabilis non eſt a creatura: iſta autem imitatio eſt ſecundum participationem attributorum. ergo creaturæ ſunt Deo ſimiles, ſecundum ſapientiam, bonitatem, & huiuſmodi: ſed hoc

hoc non poſſet eſſe, niſi prædicta eſſent in Deo, ſecundum proprias rationes, ergo ratio ſapientię, & bonitatis proprie in Deo eſt, & ita huiuſmodi rationes, non ſunt tantum ex parte intellectus.

¶ Præt. Sapientia non dicitur æquiuoce de Deo, & creatura. aliàs ſapientia creata non duceret in cognitionem ſapiẽtiæ increatæ. & ſimiliter †Exod. 3. eſt de potentia, & bonitate, & de aliis huiuſmodi, ſed ea quæ prædicantur de pluribus ſecũdum rationes omnino diuerſas æquiuoce prædicantur, ergo aliquo modo ratio ſapientiæ, ſecundum quòd †Exod. 15. de Deo dicitur, & de creaturis eſt vna, nõ quidem per vniuocationem, ſed per analogiam: & ſimiliter eſt de aliis: ſed ratio ſapientię, ſecundum †Gen. c. 1. quòd de creaturis dicitur, non eſt eadem ratio, cum ratione bonitatis, & potentiæ. ergo etiam ſecũdum quòd iſta de Deo dicuntur, non ſunt eędẽ rationes, †ca. 1. to. 3. ſed diuerſæ.

¶ Præt. Sicut Deus vere eſt pater, ita etiam vere eſt ſapiẽs: ſed ex hoc, quòd vere Deus eſt pater, nõ poteſt dici, quòd ratio paternitatis ſit in intellectu tantum, ergo nec ex hoc, ꝙ Deus vere eſt ſapiẽs, poteſt dici, quòd ratio ſapientiæ ſit in intellectu tantũ: ſed ratio paternitatis, quæ realiter in Deo eſt non eſt eadem cum ratione diuinitatis, vnde nec paternitate eſt Deus, nec diuinitate eſt pater: & tamen iſta pluralitas rationum, non tollit ſimplicitatem diuinam, propter hoc, quòd eſſentia, & paternitas idem ſunt in re. ergo ſimiliter ſi ponamus ſapientiam, & eſſentiam eſſe idem re omnino, & rationes eorum diuerſas, non tolletur ſimplicitas diuinæ eſſentiæ, ſed diuinæ eſſentiæ ſimplicitas eſt tota cauſa, quare iſta attributa, in Deo non differunt, ergo non eſt inconueniens ponere, quòd ſapientiæ, & bonitatis ratio in Deo eſt, & tamen vna non eſt altera, ſi res omnino vna ponatur. Si dicatur, quòd non eſt ſimile de relationibus perſonalibus, & de attributis eſſentialibus, quia in Deo non ſunt niſi duo prędicamenta, ſcilicet ſubſtantia, & relatio. vnde ratio relationis eſt alia a ratione ſubſtãtiæ, non tamen ratio ſapientiæ, & aliorum abſolutorum, eſt alia a ſubſtantia.

CONTRA, Relatio in diuinis habet duplicem comparationem, vnam ad ſuum correlatiuum, ſecundum quam ad aliquid dicitur: aliam ad eſſentiam, ſecundum quam eſt idem re cum ea, ſed ſecundum id quod aliquid eſt idem alteri, non facit numerũ cum eo. ergo quòd relationes ad aliud prædicamẽtũ pertineant, quàm ad prædicamẽtũ ſubſtantiæ, eſt per comparationem ad ſuum relatiuum. ergo adhuc manet eadem comparatio ſapientiæ, & paternitatis ad eſſentiam. (Art. præc. in cor.)

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt ſapientia, & bonitas, & omnia huiuſmodi ſunt omnino vnum re in Deo, ſed differunt ratione. & hæc ratio, non eſt tantum ex parte ipſius ratiocinantis, ſed ex proprietate ipſius rei.

¶ Ad cuius rei euidentiam vt diligenter explicetur, quia ex hoc pendet totus intellectus eorum, quæ in primo libro dicuntur, quatuor oportet videre. (D. 253.) Primo, quid [d] ſit ratio, ſecundum quam dicimus attributa ratione differre. Secundo, quomodo dicatur aliqua ratio in aliqua re eſſe, vel non eſſe.

F Tertio, vtrum iſtæ rationes, diuerſæ attributorum ſint in Deo, vel non. Quarto, vtrum pluralitas iſtarum rationum ſit tantum ex parte intellectus noſtri, vel aliquo modo ex parte rei.

QVANTVM ad primum pertinet, ſciendum eſt, quòd ratio prout hic ſumitur nihil aliud eſt, quàm id quod apprehẽdit intellectus de ſignificatione alicuius nominis, & hoc in his, quæ habent diffinitionem eſt ipſa rei diffinitio ſecundum quòd Philoſophus dicit quarto Metaphyſ. (Tex. 11. †Circa fin.) ratio, quam ſignificat nomen eſt diffinitio, ſed quædã dicuntur habere rationem ſic dictam, q̃ non diffiniuntur, ſicut quantitas, & qualitas & huiuſmodi, quæ non diffiniunt, quia ſunt genera generaliſſima. Et tamen ratio, qualitatis eſt id, quod ſignificatur nomine qualitatis: & hoc eſt illud ex quo qualitas habet, quòd ſit qualitas. vnde nõ refert. vtrum illa, quę dicũtur habere rationem, habeant, vel non habeant diffinitionem. Et ſic patet, quòd ratio ſapientiæ, quæ de Deo dicitur eſt id, (†Ante me.) quod concipitur de ſignificatione huius nominis, quamuis ipſa ſapientia diuina diffiniri non poſſit, nec tamen hoc nomen ratio ſignificat ipſam conceptionẽ, quia hoc ſignificatur

I per nomen ſapientię: vel per aliud nomen rei, ſed ſignificat intentionem huius conceptionis, ſicut & hoc nomen diffinitio, & alia nomina ſecundæ impoſitionis. Et ex hoc patet ſecundum, ſcilicet qualiter ratio dicatur eſſe in re, non enim hoc dicitur, quaſi ipſa intentio quam ſignificat nomen rationis ſit in re, aut etiam ipſa conceptio, cui conuenit talis intentio, ſit in re extra animam, cum ſit in anima ſicut in ſubiecto, ſed dicitur eſſe in re, inquantum in re extra animam eſt aliquid, quod reſpondet conceptioni animæ ſicut ſignificatum ſigno. Vnde ſciendum, quòd ipſa conceptio intellectus tripliciter ſe habet ad rem, quæ eſt extra animam. Aliquando enim hoc, quòd intellectus concipit eſt ſimilitudo rei exiſtentis extra animam, ſicut hoc quod concipitur de hoc nomine homo, & talis conceptio intellectus habet fundamentum in re immediate, inquantum res ipſa ex ſua conformita-

K te ad intellectum, facit, quòd intellectus ſit verus, & quòd nomen ſignificans illum intellectum, proprie de re dicatur. Aliquando autem hoc, quod ſignificat nomen, non eſt ſimilitudo rei exiſtentis extra animam, ſed eſt aliquid quod conſequitur ex modo intelligendi rem quę eſt extra animam, & huiuſmodi ſunt intentiones quas [d] intellectus noſter adinuenit, (D. 786.) ſicut ſignificatum huius nominis genus, non eſt ſimilitudo alicuius rei extra animam exiſtentis, ſed ex hoc quòd intellectus intelligit animal, vt in pluribus ſpeciebus attribuit ei intentionem generis, & huiuſmodi intentionis licet proximum fundamentum non ſit in re, ſed in intellectu, tamen remotum fundamentum eſt res ipſa. Vnde intellectus non eſt falſus, qui has intentiones adinuenit, & ſimile eſt de omnibus aliis, qui conſequuntur ex modo intelligendi, ſicut eſt abſtractio mathematicorum, & huiuſmodi. Aliquando vero id quod ſignificatur per nomen non habet fundamentum in re, neque proximum, neque remotum, ſicut conceptio chimerę, quia neque eſt ſimilitudo

Fide. nomen eſt naturæ, nomen eſt poteſtatis. Item alibi loquens Deus ad †Moyſen ait. Ego ſum, qui ſum: & ſi quæſierint nomen meum, vade & dic eis, Qui eſt, miſit me ad vos. Dicens enim: Ego ſum, non nos ſumus, & qui eſt, non qui ſumus, apertisſime declarauit vnum Deum ſolum eſſe. In Cantico etiam †Exodi legitur. Dominus omnipotens nomẽ eius, non ait domini, vnitatem volens ſignificare. Perſonarum quoque pluralitatem, & naturæ vnitatem ſimul oſtendit dominus in † Geneſi dicens. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Dicens enim faciamus, & noſtram, pluralitatem oſtẽdit perſonarum. dicẽs vero imaginem, vnitatem eſſentię. Vt enim dicit Aug. †in lib. de fide ad Petrum. Si in illa natura patris, & filij, & ſpiritusſancti, vna eſſet tantum perſona, non diceretur faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Cum enim dicit ad imaginem, oſtendit vnam naturã eſſe, ad cuius imaginem homo fieret, cum vero dicit noſtram, oſtendit eundem Deum, non vnam, ſed plures eſſe perſonas.

*Aperte oſtendit, quòd nec ſolitudo, nec diuerſitas, nec ſingularitas ibi eſt, ſed ſimilitudo.*

G HILARIVS quoque in lib. 3. de Tri. †dicit, his verbis ſignificari, quòd in Triuitate, nec diuerſitas eſt, nec ſingularitas, vel ſolitudo, ſed ſimilitudo & pluralitas, ſiue diſtinctio. Ait enim ſic. Qui dixit: Faciamus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, inuicem plures eſſe ſui ſimiles. in eo, quòd dicit imaginem, & ſimilitudinem noſtrã oſtendit. Imago enim ſola non

H eſt, & ſimilitudo non ſibi eſt, neque diuerſitatem duobus admiſceri alterius ad alterum ſimilitudo permittit. Item idem in lib. 4. †abſolutius voluit intelligi ſignificationem hanc, non ad ſe tantum eſſe referendam, dicẽdo: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Profeſsio enim conſortii ſuſtulit intelligentiam ſingularis: quia conſortium aliquod non poteſt eſſe ſibiip ſolitario. Neque rurſum ſolitudo ſolitarij recipit, faciamus, neque quiſquã alieno a ſe loquetur, noſtram. Vterq; enim ſermo, ſcilicet, faciamus & noſtrã. vt ſolitarium eundemque non patitur, ita neque diuerſum a ſe alienumque ſignificat. Solitario conuenit faciam, & meam. Non ſolitario vero cõuenit dicere, faciamus & noſtram. vterque ſermo, vt non ſolitarium tantum, ita neque differentem, neque *diuerſum eſſe ſignificat*, nobis quoque, nec ſolitarius, neque diuerſus eſt cõfitendus. Itaque ergo Deus ad communem ſibi cum Deo, imaginem eandemque ſimilitudinem hominẽ reperitur operari, vt nec ſignificatio efficientis admittat intelligentiam ſolitudinis, nec operatio conſtituta ad eandem imaginem, vel ſimilitudinem patiatur diuerſitatem diuinitatis.

*Quid ex verbis illis intelligi debeat.*

B IN his verbis† Hilarius pluralitatem perſonarum voluit intelligi nomine conſortij, atque ſignificauit nomine conſortij vel pluralitatis, non poni aliquid, ſed remoueri. Pluralitas enim vel cõſortium perſonarum, cum dicitur ſolitudo, & ſingularitas, negatur. cum dicimus plures eſſe perſonas, ſignificam⁹ quòd nõ



militudo alicuius rei extra animam, neque conſequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturę, & ideo iſta conceptio eſt falſa. Vnde patet ſecundum, ſcilicet quòd ratio dicitur eſſe in re, *inquantum ſignificatum nominis cui accidit eſſe rationem*, eſt in re, & hoc contingit proprie, quando conceptio intellectus eſt ſimilitudo rei.

QVANTVM autem ad tertium, ſcilicet, vtrum rationes attributorum in Deo ſint, Sciendum eſt, quòd circa hoc videtur eſſe duplex opinio. Quidam enim (Li. de intelligen. c. 1.) dicunt vt Auicen. & Rabi Moyſes, quòd res illa, quæ Deus (Et Rab. li. 1. 57. 58.) eſt, eſt quoddam eſſe ſubſiſtens, nec aliquid aliud niſi eſſe, in Deo eſt. vnde dicunt, quòd eſt eſſe ſine eſſentia, omnia autem alia, quæ Deo attribuuntur, verificantur de Deo, dupliciter ſecundum eos. Vel per modum negationis. Vel per modum cauſalitatis. Per modũ negationis dupliciter. Vel ad remouendum priuationem ſeu defectum oppoſitum, vt dicimus Deum ſapientem, vt remoueatur defectus, qui eſt in carentibus ſapientia. Vel ſecundum quod aliquid ex negatione conſequitur, ſicut eſt de hoc nomine vnus, qui ex hoc ipſo, quòd non eſt diuiſus, eſt vnus. Similiter ex hoc ipſo quòd eſt immaterialis, eſt intelligens. vnde ſecundum eos omnia iſta nomina potius ſunt inuenta ad remouendum, quàm ad ponendum aliquid in Deo. Item per modum cauſalitatis dupliciter. Vel inquantum producit iſta in creaturis, vt dicatur Deus bonus, quia bonitatem creaturis influit, & ſic de alijs. Vel inquantum ad modum creaturæ ſe habet, vt dicatur Deus volens, vel pius, inquantum ſe habet ad modum volentis, vel pij in modo producendi effectum, ſicut dicitur iratus, quia ad modum irati ſe habet. Et ſecundum hanc *opinionem ſequitur*, quòd *omnia nomina*, quæ dicuntur de Deo & creaturis dicantur æquiuoce, & quòd nulla ſimilitudo ſit creaturæ ad creatorem ex hoc, quòd creatura eſt bona, vel ſapiens, vel huiuſmodi aliquid, & hoc expreſſe dicit Rabi Moyſes. Secundum hoc, illud quod concipitur de nominibus attributorum, non refertur ad Deum, vt ſit ſimilitudo alicuius, quod in eo eſt. vnde ſequitur, quòd rationes iſtorum nominum, (D. 369.) non ſunt in Deo, quaſi [d] fundamentum proximum habeant in (D. 1089.) ipſo, ſed remotum, ſicut nos dicimus de relationibus, quæ ex tempore de Deo dicuntur. huiuſmodi enim relationes in Deo, ſecundum rem non ſunt, ſed ſequuntur modum intelligendi ſicut dictum eſt de intentionibus, & ſic ſecundum hanc opinionem rationes horum attributorum ſunt tantum in intellectu, & *non in re*, quæ Deus eſt, & *intellectus eas adinuenit ex con*ſideratione creaturarum, vel per negationem, vel per cauſa- (Paulo ant. Dio. vlt. de diu. no. Anſel. Monol. cap. 3.) litatem, vt dictum eſt. Alij vero dicunt, vt Dionyſ. & Anſel. quòd in Deo præeminenter exiſtit, quicquid perfectionis in creaturis eſt, & hęc eminentia attenditur, quantum ad tria, ſcilicet, quantum ad vniuerſalitatem, quia in Deo ſunt omnes perfectiones adunatæ, quæ non congregantur in aliqua vna creatura. Item, quantum ad plenitudinem, quia eſt ibi ſapientia ſine omni defectu, & ſimiliter de alijs attributis, quod non eſt in creaturis. Item, quantum ad vnitatem, quæ enim in creaturis diuerſa ſunt, in Deo ſunt vnum, & quia in illo vno habet omnia, ideo ſecundum illud vnum cauſat omnia, cognoſcit omnia, & omnia ſibi per analogiam ſimilantur, ſecundum ergo hanc opinionem, conceptiones quas intellectus noſter ex nominibus attributorum concipit, ſunt vere ſimilitudines rei, quæ Deus eſt, quàmuis deficientes, & non plene, ſicut eſt de alijs rebus, quę Deo ſimilantur. Vnde huiuſmodi rationes, non ſunt tantum in intellectu, quia habent proximum fundamentum in re, quę Deus eſt, & ex hoc contingit, quòd quicquid ſequitur ad ſapientiam, inquantum huiuſmodi, recte & proprie conuenit Deo. Hæ autem opiniones, quàmuis in ſuperficie diuerſæ videantur, tamen non ſunt contrariæ, ſiquis dictorum rationes ex cauſis aſſumit dicendi. Quia primi conſiderauerunt ipſas res creatas quibus imponuntur nomina attributorum, ſicut

A quòd hoc nomen ſapientia imponitur cuidam qualitati, & hoc nomen eſſentia cuidam rei, quę non ſubſiſtit, & hæc longe a Deo ſunt, & ideo dixerunt, quòd Deus eſt eſſe ſine eſſentia. & quòd non eſt in eo ſapientia *ſecundum ſe*. *Alij vero* conſiderauerunt modos perfectionis, ex quibus dicta nomina ſumuntur, & quia Deus ſecundum vnum ſimplex eſſe omnibus modis perfectus eſt, qui importantur per huiuſmodi nomina, ideo dixerunt, quòd iſta nomina poſitiue Deo conueniunt. Sic ergo patet, quòd quælibet harum opinionum non negat hoc quod alia dicit, quia nec primi dicunt aliquem modum perfectionis Deo deeſſe, († Lib. 4. vbi ſup.) nec ſecundi qualitatẽ, aut res non ſubſiſtentes in Deo ponerent. Sic ergo patet tertiũ, ſcilicet quòd rationes attributorum ſunt vere in Deo, quia ratio nominis magis ſe tenet ex *parte eius* a quo imponitur nomen, quàm ex parte

C eius cui imponitur.

QVANTVM vero ad quartum, ſcilicet, vtrum pluralitas iſtarum rationum ſit tantum ex parte intellectus noſtri, vel aliquo modo ex parte rei. Sciendum eſt, quòd iſta pluralitas rationum contingit ex hoc, quòd res, quæ Deus eſt, ſuperat intellectum noſtrum. Intellectus enim noſter non poteſt vna conceptione diuerſos modos perfectionis accipere, tum quia ex creaturis cognitionem accipit, in quibus ſunt diuerſi modi perfectionum ſecundum diuerſas formas, tum quia hoc quod in Deo eſt vnum & ſimplex plurificatur in intellectu noſtro etiam ſi immediate a Deo reciperet: ſicut multiplicatur proceſſio ſuæ bonitatis in alijs creaturis. vnde cum Deus, ſecundum vnam & eandem rem ſit omnibus modis perfectus: vna conceptione non poteſt integre *perfectionem eius apprehendere, & per conſequens* nec nominare, & ideo oportet, quòd diuerſas cõceptiones de eo habeat: quæ ſunt diuerſę rationes, & quòd diuerſa nomina imponat ſignificantia rationes illas. vnde nomina illa, non ſunt ſynonyma,

D inquantum ſignificant rationes diuerſas. Si autem intellectus noſter Deum per ſeipſum videret, illi rationi poſſet imponere nomen vnum, quod erit in patria. & ideo dicitur Zac. vlt. In illa die erit dominus vnus, & nomen eius vnum. Illud autem nomen vnum, non ſignificat bonitatem tantum, nec ſapientiam tãtum, aut aliquid hmõi, ſed ſignificata omniũ iſtorũ includeret, ſed tamen ſi intellectus videns Deum per eſſentiã imponeret nomẽ rei, quam videret, & nominaret mediãte cõceptione, quã de ea habet, oporteret adhuc, ꝙ imponeret plura nomina, quia impoſſibile eſt ꝙ cõceptio *intellectus creati repreſentet totã perfectionẽ diuinæ* eſſentiæ. vnde de vna re viſa, diuerſas cõceptiões formaret. & diuerſa nomina imponeret, ſicut etiã Chryſ. dicit, quòd angeli laudant (Chryſoſ. in expo. 148. Ibi, Laudate dñm de terra ro. 1.) Deum, quidã vt maieſtatẽ, quidã vt bonitatẽ, & ſic de alijs, in ſignũ, quòd ipſum nõ vidẽt viſione cõprehẽdente, ſed cõceptio perfecte repreſentans eum eſt verbũ increatũ. & ideo eſt vnũ tãtum.

E Sic ergo patet, ꝙ pluralitas nominũ venit ex hoc, quòd ipſe Deus noſtrum intellectum excedit. Quòd autem Deus excedat intellectum noſtrum eſt ex parte ipſius Dei, propter plenitudinem perfectionis eius, & ex parte intellectus noſtri, qui deficienter ſe habet ad eam comprehendendam. vnde patet, quòd pluralitas iſtarũ rationũ, nõ tm̃ eſt ex parte intellectus noſtri, ſed etiã ex parte ipſius Dei, inquantũ ſua perfectio ſuperat vnãquãque cõceptionẽ noſtri intellectus. & *ideo pluralitati iſtarũ rationũ rñdet aliquid in re*, quæ Deus eſt, nõ quidẽ pluralitas rei, ſed plena perfectio, ex qua cõtingit, vt oẽs iſtę cõceptiones ei aptentur. Qui ergo dixerũt, ꝙ pluralitas illa eſt tantũ ex parte intellectus noſtri, vel ex parte effectuũ, quodãmodo verũ dixerũt, & quodãmodo non. Si. n. hoc referatur ad cauſam multiplicationis, ſic verũ dicunt, ꝙ eſt ex parte intellectus noſtri, & effectiuũ quodammodo, ex eo ꝙ intellectus noſter non poteſt cõcipere diuinã perfectionẽ vna conceptione, ſed pluribus, cuius vna rõ eſt ex hoc, ꝙ eſt aſſuefactus ad res creatas. Si aũt referatur ad modũ quo iſtæ rationes attribuũtur Deo, falſum dicunt. non. n. ex hoc quòd bona facit, vel quia ad modum

bonorum ſe habet, bonus eſt, ſed quia bonus eſt, ideo bona facit, & alia participando eius bonitatem ad modum eius ſe habent, vnde ſi nullam creaturam feciſſet, nec facturus eſſet, ipſe in ſe talis eſſet vt poſſet vere conſiderari ſecundum omnes iſtas conceptiones, quas habet nunc intellectus noſter ipſum conſiderando, Et ſic patet quartum, quòd pluralitas iſtorum nominum, non tãtum eſt ex parte intellectus noſtri formantis diuerſas cõceptiões de Deo, quæ dicuntur diuerſæ rationes, vt ex dictis patet, ſed ex parte ipſius Dei, inquantum ſcilicet eſt aliquid in Deo correſpõdẽs omnibus iſtis conceptionibus, ſcilicet plena & omnimoda ipſius perfectio, ſecundum quam cõtingit, quòd quodlibet nominum ſignificãtium iſtas cõceptiones de Deo, vere & proprie dicitur, non autem ita, quòd aliqua diuerſitas vel multiplicitas ponatur in re, quæ Deus eſt, ratione iſtorum attributorum.

† ibidem. — Art. añced. — Diſt. 21.

eſt vna ſola. Ideo † Hilarius volens iſta ſubtiliter; & ſane intelligi, ait. Profeſsio conſortij ſuſtulit intelligentiam ſingularitatis, non dicit poſuit aliquid. Ita etiam cum dicimus tres perſonas, ſingularitatem, & ſolitudinẽ tollimus, & quòd pater non eſt ſolus, nec filius eſt ſolus, nec Spiritusſanctus eſt ſolus ſignificamus, & quòd nec pater tantum eſt & filius, nec pater tantum & Spiritusſanctus, nec filius tantum, & Spiritusſanctus. De hoc autem plenius in ſequenti agetur, vbi etiam ſecundum quid ſimiles dicentur tres perſonæ, & vtrum aliquo modo ſit ibi diuerſitas vel differentia, oſtendetur.

¶ His viſis facile eſt reſpondere ad obiecta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intentio Diony. eſt dicere, quòd ſecundum diuerſas bonitates quas creaturis influit Deus, nominatur, manifeſtatur, & laudatur, non autem ita, quòd rationes illarum bonitatum ex hoc verificentur de eo, quia creaturis eas influit, ſed magis econuerſo, vt dictum eſt: quàmuis enim conditio cauſæ cognoſcatur ex conditionibus effectus, non tamen conditio cauſæ verificatur propter conditiones effectus, ſed econuerſo. (In corp.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus noſter, id quod concipit de bonitate, vel de ſapientia non refert in Deum quaſi in eo ſit per modum, quo ipſe concipit, quia hoc eſſet comprehendere eius ſapientiam, vel bonitatem, ſed intelligit ipſam bonitatẽ diuinam, cui aliqualiter ſimile eſt, quod intellectus noſter concipit eſſe ſupra id, quod de eo concipitur, vnde per huiuſmodi conceptiones, non videtur ipſe Deus, ſecundum quod in ſe eſt, ſed intelligitur ſupra intellectum, & hoc vult dicere Diony. in illa authoritate. (1. de di. no.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd multiplicitas iſta attributorum, nullo modo ponitur in Deo, quaſi ipſe ſecundum rem ſit multiplex, ſed tamẽ ipſe ſecundum ſuam ſimplicem perfectionem, multitudini iſtorum attributorum correſpondet, vt vere de Deo dicantur, & hoc intendit Commentator. (T. c. 39. 12. Meta.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut ratio hominis non dicitur eſſe in homine, quaſi res quædam in ipſo, ſed eſt ſicut in ſubiecto in intellectu, & eſt in homine ſicut in eo, quod præſtat fulcimentũ veritati ipſius, ita etiam ratio bonitatis diuinæ eſt in intellectu ſicut in ſubiecto, in Deo autem ſicut in eo, quod correſpondet per quandam ſimilitudinem iſti rationi faciens eius veritatem, vnde patet, quòd ratio procedit ex malo intellectu eius, quod dicitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquid dicitur fundari, vel radicari in aliquo metaphorice, ex quo firmitatem habet. Rationes autem intellectæ habent duplicem firmitatem, ſcilicet firmitatem ſui eſſe, & hanc habent ab intellectu, ſicut alia accidentia a ſuis ſubiectis, & firmitatem ſuæ veritatis, & hanc habent ex re cui conformantur. Ex eo enim quòd res eſt, vel non eſt, locutio, & intellectus, veritatem vel falſitatem habet. Rationes ergo attributorum fundantur vel radicantur in intellectu, quantum ad firmitatem ſui eſſe, quia vt dictum eſt, intellectus eſt earum ſubiectum, in eſſentia autem diuina quantum ad firmitatem ſuæ veritatis, & hoc in nullo repugnat diuinæ ſimplicitati. (Art. añced.)

¶ Ad ſextum dicendum, quòd in Deo omnia ſunt vnum re, præter ingenerationem, generationem & proceſſionem, quæ conſtituunt perſonas re diſtinctas. Non autem oportet, quòd quicquid præter iſta de Deo dicitur, ſit vnum ratione. Et ſimiliter intelligendum eſt, quod dicit Boetius, quòd ſola relatio multiplicat trinitatem, ſcilicet pluralitate reali, tunc enim aliquid eſt vnum re, & ratione multipliciter, quando vna res reſpondet diuerſis con- (1. de trinit. cap. 12.)

F ceptionibus & nominibus, vt de ea verificentur ſicut punctum, quod cum ſit vna res, reſpondet ſecundum veritatem diuerſis conceptionibus de eo factis, ſiue prout cogitatur in ſe, ſiue prout cogitatur centrum, ſiue prout cogitatur principium linearum, & hæ rationes ſiue conceptiones ſunt in intellectu ſicut in ſubiecto, & in ipſo puncto ſicut in fundamento veritatis iſtarum conceptionum, quàmuis iſtud exemplum, non ſit vſquequaque conueniens, ſicut nec alia, quæ in diuinis inducuntur.

*Ad id quod ceperat redit, vt alias ſcilicet authoritates ſupponat.*

NVNC vero ad propoſitum redeamus, & ad oſtendendum perſonarum pluralitatem, atque eſſentiæ diuinæ vnitatem, alias G ſanctorum authoritates inducamus. Moyſes dicit. † In principio creauit Deus cęlũ, & terram, per Deum ſignificans patrem, per principium filium. Et quod apud nos dicit Deus, hebraica veritas habet Eloim, quod eſt plurale huius ſingularis, quod eſt, el. Quod ergo nõ eſt dictũ el, quod eſt Deus, ſed eloim, quod põt interpretari dij, ſiue iudices, ad pluralitatẽ

† Geneſ. 1.

## ARTIC. IIII.

*d Vtrum in diuinis ſint plures perſonæ.*

AD QVARTUM ſic proceditur. Videtur, quòd in vnitate diuinæ eſſentiæ, non ſit pluralitas perſonarum. In omnibus enim creaturis ita eſt, quòd ad multiplicationẽ ſup-H poſitorum, ſequitur multiplicatio eſſentiæ ſecundum numerum, ſicut alia humanitas eſt numero in Sorte & Platone, ſed creaturæ ſunt exemplatæ a Deo, cum igitur diuinam eſſentiam impoſſibile ſit multiplicari, vt ſupra oſtenſum eſt, videtur, quòd impoſſibile ſit eſſe ibi pluralitatem ſuppoſitorum vel perſonarum. (1. q. 30. 1. quodl. 7. 6. 1. d. 23. 4. — Diſtin. 2. q. vnica. art. 1.)

¶ 2 Item. Eorum quæ ſunt idem, ſi vnum multiplicatur vel cõmunicatur, & reliquum: ſed in Deo, idem eſt quo eſt, & quod eſt, ſiue eſſentia & ſuppoſitum; ſi ergo eſſentia non multiplicatur. ergo nec ſuppoſitum. ergo &c.

¶ 3 Item. Natura ſpeciei ad hoc multiplicatur in pluribus indiuiduis, quia non poteſt totam perfectionem habere in vno, eo quòd indiuiduum eſt corruptibile, & ſpecies incorruptibilis, vnde in incorruptibilibus eſt tantũ vnum indiuiduum in vna ſpecie, ſicut Sol: ſed natura diuina habet omnem perfectionem in vno ſuppoſito. ergo vanum eſt eſſe pluralitatem ſuppoſitorum, & hoc non poteſt eſſe in Deo.

I CONTRA. Sicut dicit Dionyſi. Bonum eſt communicatiuum ſui, ſed Deus eſt ſumme bonus. ergo ſumme ſe communicabit: ſed in creaturis non ſumme ſe communicat, quia non recipiunt totam bonitatem ſuam. ergo oportet, quòd ſit communicatio perfecta, vt ſcilicet totam ſuam bonitatem alij communicet, hoc autem non poteſt eſſe in diuerſitate eſſentiæ. ergo oportet eſſe plures diſtinctos in vnitate diuinæ eſſentiæ. Hoc idem arguitur ex perfectione diuinæ beatitudinis, quæ ponit ſummum gaudium, quod ſine conſortio haberi non poteſt. Hoc etiam arguitur ex perfectione diuinæ charitatis, perfecta enim charitas eſt amor gratuitus, qui tendit in alium, ſed non erit amor ſummus, niſi ſumme diligat, ſumme autem non diligit creaturam, quę non ſumme diligenda eſt. ergo oportet, quòd in ipſa creatrice eſſentia, ſit ſumme diligens, & ſumme dilectus, diſtincti in eſſentiæ vnitate. (Dio. de diu. no. cap. 4.)

K RESPONDEO. Concedendum eſt abſque vlla ambiguitate, eſſe in Deo pluralitatem ſuppoſitorum, vel perſonarum in vnitate eſſentię, non propter rationes inductas, quæ non neceſſario concludunt, ſed propter fidei veritatem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in creatura differt eſſentia rei, & eſſe [d] ſuum, nec habet eſſentia eſſe niſi propter comparationem ad habentem eſſentiam, & ideo quando eſſentia creata communicatur, communicatur tantum ſecundum rationem ſuam, & non ſecundum eſſe, quia ſecundum illud eſſe, non eſt niſi in vno tantum habente: diuina autem eſſentia eſt idem quod ſuum eſſe, & ideo quando communicatur eſſentia, communicatur etiam eſſe. vnde eſſentia, non tantum eſt vna ſecundum rationem, ſed ſecundum eſſe, & propter hoc poteſt eſſe vna numero in pluribus ſuppoſitis. creaturæ [d] autem quàmuis exemplentur a Deo, tamen deficiunt a repræſentatione eius. (D. 465. — D. 1248.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia, & ſuppoſitum ſunt in Deo idẽ re, nihilominus tamẽ differunt ratiõe, ſicut de attributis dictum



dictum eſt. vnde Commen. in 11. metaphy. dicit, quòd vita, & viuens non ſignificant idem in Deo, ſicut nomina ſynonyma, & ideo contra rationem ſuppoſiti eſt, quòd communicetur, non autem contra rationem eſſentiæ. Ideo vna eſſentia communicatur pluribus ſuppoſitis. (Diſtin. 2. q. vnica ar. 1. Tex. c. 39.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd neceſſitas finis, eſt neceſſitas conditionata, & ex ſuppoſitione. vnde non quæritur in illis, quæ ſunt neceſſaria abſolute, & multo minus in illis, quæ ſunt per ſe neceſſaria, non habentia neceſſitatem ab aliquo. vnde dico, quòd pluralitas ſuppoſitorum in diuina eſſentia, non eſt propter aliquem finem, immo propter ſeipſam eſt neceſſario, cum ipſe Deus ſit finis omnium. vnde nõ poteſt concludi, quòd ſit vana, quia vanũ eſt quod eſt ordinatum ad finem, quem non conſequitur.

†Gen. 3. — † Pſal. 118. — †Pſal. 80. — †Li. 1. de fi. c. 5. to. 2.

perſonarum refertur: ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per ſerpentem dixit. † Eritis ſicut dij. pro quo habetur in hebræo heloim. ac ſi diceret, Eritis ſicut diuinæ perſonæ. Ille etiam maximus prophetarum & regum Dauid: qui ſuam pręcedentibus cęteris, pręfert intelligentiam dicens. † Super ſenes intellexi: vnitatem diuinę naturæ oſtendens, ait. Dominus nomen eſt illi. non dicit domini. Alibi etiam eiuſdem vnitatem, & ęternitatem ſimul oſtendens, ait, ex perſona Dei. † Iſrael ſi me audieris, non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Aliud horum, vt dicit Ambroſ. † in primo lib. de Fide, ſignificat ęternitatem, aliud vnitatem ſubſtantię indifferentis, vt neque poſteriorem patre, neque alterius diuinitatis filium vel ſpiritumſanctum eſſe credamus. Nam ſi patre poſterior eſt filius, vel ſpiritus ſanctus recens eſt, & ſi vnius nõ eſt diuinitatis, alienus eſt: ſed nec poſterior eſt, quia recens, non eſt, nec alienus, quia ex patre natus eſt filius. ex patre proceſsit ſpiritusſanctus. Alibi quoque diſtinctionem perſonarum inſinuans ait. † Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Alibi † etiam ait. Benedicat nos Deus Deus noſter: benedicat nos Deus, & me. eum omnes fines terræ. Trina. n. confeſsio Dei, trinitatem exprimit perſonarum, vnitatem vero eſ-

B ſentię aperit, cum ſingulariter ſubiungit eum. † Iſaias quoque dicit, ſe audiſſe Seraphin clamantia. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus. Per hoc, quòd dicit ter ſanctus, trinitatem ſignificat, per hoc, quòd ſubdit, dominus, vnitatem eſſentię. Dauid quoque ęternam filii generationem aperte inſinuat ex perſona filii ita dicens. Dominus dixit ad me, filius † meus es tu, ego hodie genui te. † De hac ineffabili generatione Iſaias ait. Generationem eius, quis enarrabit? In libro † quoq; Sap. æternitas filii cũ patre monſtratur: vbi ſapientia ita loquitur. Dominus † poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret a principio ab ęterno ordinata ſum, antem terra fieret: nec dum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, necdum fontes, necdum montes, aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram, non fecerat, & cardines orbis terræ, quando præparabat cœlos aderam, quãdo appendebat fundamenta terrę, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo. Ecce apertum de ęterna genitura teſtimonium, quo ipſa ſapientia perhibet ſe ante mundum conceptam eſſe, & parturiri, ideſt, genitam, & apud patrem æternaliter exiſtere. Ipſa etiam alibi ait. † Ego ex ore altisſimi prodii, primogenita antę omnem creaturã. Micheas quoq; propheta, ęternam verbi

(C, D) †Cap. 6. — † Pſal. 2. — † Iſai. 53. — †Prou. 8. — †Eccleſ. 24. cap. 5.

## ARTIC. V.

*e Vtrũ diuinæ perſonæ differant realiter aut tantum ratione.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd pluralitas ſuppoſitorum in diuinis, non ſit realis, ſed tantum rationis. Sicut enim dicit Dam. Tres perſonæ re idem ſunt, ratione autem, & cognitione diſtinguuntur. ergo videtur, quòd non ſit ibi pluralitas realis. (Lib. 1. fid. ortho. c. 1. — †Pſal. 32. — Pſal. 66.)

¶ 2 Præte. Auguſt. dicit, quòd tres perſonæ in nullo abſoluto diſtinguuntur, ſed tantum in his, quæ ſunt ad aliquid. res autem non eſt ad aliquid, ſed eſt abſolutum. ergo videtur, quòd tres perſonæ non ſunt tres res, & ita non eſt ibi realis diſtinctio. (5. de Trin. c. 8. to. 3.)

¶ 3 Item perſonæ diſtinguuntur per proprietates: proprietates autem illæ non addunt ſupra eſſentiam ſecundum rem, ſed tantum ſecundum rationem. ergo videtur, quòd diſtinctio perſonarum, quam faciunt, ſit tantum diſtinctio rationis.

¶ 4 Item. Sicut paternitas, & eſſentia differunt ratione, ita ſapientia, & eſſentia. ſi ergo hoc ſufficit ad diſtinctionem realem ſuppoſitorum, videtur, quòd etiam ſecundum diuerſa attributa diſtinguantur realiter ſuppoſita, & ita ſunt tot perſonæ, quot attributa: hoc autem eſt inconueniens. ergo proprietates, non faciunt realem diſtinctionem ſuppoſitorum.

CONTRA. Auguſt. dicit, Res quibus fruendum eſt ſunt pater, & filius &c. ergo tres perſonæ ſunt plures res. ergo eorum pluralitas, eſt pluralitas realis. (1. de doct. Chriſt. c. 5. to. 3.)

¶ Item. Diſtinctio rationis, non ſufficit ad diſtinctionem ſuppoſitorum: cum vnus & idem homo poſsit in ſe diuerſas rationes habere, & cum ſuppoſitum dicat quid reale. ſi ergo non

A eſt in diuinis niſi diſtinctio rationis, non erit ibi vera pluralitas perſonarum: quod eſt hęreticum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd dicere perſonas diſtingui tantum ratione ſonat hæreſim Sabellianam: & ideo ſimpliciter dicendum eſt, quòd pluralitas perſonarum eſt realis: quo modo autẽ hoc poſſit eſſe videndum eſt. Sciendum eſt igitur, quòd proprietas perſonalis: ſ. relatio diſtinguens eſt idẽ re quòd diuina eſſentia: ſed differens ratione: ſicut & de attributis dictum eſt. ratio autem relationis eſt, vt referatur ad alterum. Poteſt ergo dupliciter conſiderari relatio in diuinis: vel per comparationẽ ad eſſentiã, & ſic eſt ratio tantũ, vel per comparationem ad illud quod refertur: & ſic per propriam rationẽ relationis. relatio realiter diſtinguitur ab illo. Et per comparationem relationis ad ſuum correlatiuũ oppoſitum diſtinguuntur perſonę, & non per comparationem relationis ad eſſentiam. & ideo eſt pluralitas perſonarum realis, & non tantum rationis. (Diſtin. 2. q. vnica. ar. 2.)

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd authoritas Damaſc. ſic intelligenda eſt ratione, ideſt, relatione. & dicitur relatio ratio, per comparationem, ad eſſentiam, vt dictum eſt. (In corpo.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd res eſt de tranſcendentibus. & ideo ſe habet communiter ab abſoluta, & ad relata, & ideo eſt res eſſentialis, ſecundum quam perſonæ non differunt. Et eſt res relatiua ſiue perſonalis, ſecundum quam perſonæ diſtinguuntur.

E ¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis relatio per comparationem ad eſſentiam ſit ratio tantum, tamen per comparationem ad ſuum correlatiuum eſt res, & realiter diſtinguens ab ipſo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet ſapientia ſecundum ſuam rationem differat ab aliis attributis, non tamen opponitur ad aliquod aliud attributum, cum ſapientiam bonitatem, & alia attributa, ſecum compatiatur in eodem ſubiecto, & ideo non habet rationem diſtinguendi ſuppoſita diuinæ naturæ, ſicut habent relationes oppoſitæ, ſed ſicut ſapientia diuina realiter facit effectum ſapientiæ propter veritatem rationis ipſius, quæ manet: ita relatio facit veram diſtinctionem propter rationem relationis veram, quæ ſaluatur,

gnitionem, & temporalē ex Maria ſimul inſinuauit dicens. Et tu Bethleem effrata, paruulus es in millibus iuda, ex te egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis,

*Specialia teſtimonia de ſpiritu ſancto.*

G

De ſpirituſancto etiam expreſſa documenta in veteri teſtamento habemus. In Geneſi † enim legitur. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Et Dauid † dicit. Quo ibo a ſpiritu tuo? Et in lib. Sapientiæ dicitur. Spiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictum, benignus eſt enim ſpiritus ſapientię. Iſaias, quoque dicit, Spiritus domini ſuper me &c. H

*De teſtimoniis noui teſtamenti.*

Nunc poſt teſtimonia veteris teſtamenti de fide ſanctæ trinitatis, & vnitatis, ad noui teſtamenti authoritates accedamus, vt in medio duum animalium, teſtamentorum cognoſcatur †veritas, & forcipe de altari ſumatur calculus, quo tangantur ora fidelium. Dominus itaque Chriſtus vnitatem diuinæ eſſentiæ, ac perſonarum trinitatem aperte inſinuat Apoſtolis dicens. I

Ite, †baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, Amen. In nomine vtique ait: vt ait †Ambr. in libro primo de Fide. non in nominibus, vt vnitas eſſentiæ oſtendatur, per nomina tria quæ ſuppoſuit, tres eſſe perſonas declarauit. Ipſe etiam ait. Ego, † & pater vnum ſumus, vnum dixit, vt ait †Ambroſ. in eod. lib. ne fiat diſcretio poteſtatis, & naturæ, & addidit ſumus, vt patrem filiumque cognoſcas, ſcilicet vt perfectus pater, filium perfectum genuiſſe credatur, & quòd pater & filius, vnum ſint, non confuſione, ſed vnitate naturæ. † Ioannes quoque in epiſtola canonica ait. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritusſanctus, & hi tres, vnum ſunt. Ipſe etiam in initio euangelii ſui ait. †In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vbi aperte oſtendit, filium ſemper, & ęternaliter fuiſſe apud patrem, vt alium apud alium. Apoſtolus quoque aperte trinitatem diſtinguit dicens, † Miſit Deus ſpiritum filii ſui, in corda noſtra. Et alibi. †Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum habitat in nobis &c. Itē alibi trinitatē, atque vnitatē euidētisſime cōmēdat dicēs. †Quoniam ex ipſo, &

EXPOSITIO TEXTVS.

Svbstantiae vel eſſentiæ, quia non proprie dicitur ſubſtantia, vt infra. 8. diſtinctione dicitur. {Creditur, & intelligitur.} iſta ordinantur ſecundū quod acquiritur fides in credente. Primum enim eſt prædicatorum verbum, ſicut dicitur Roma. 10. Quō credent &c. Secundum eſt aſſenſus fidei in ipſo credente, & vltimo per fidem deuenitur in intellectum. Iſa. 7. Niſi credideritis &c. {Purgatis mētibus} ſed diuerſimode. Ad hoc enim, quòd videatur naturali cognitione, oportet mentem purgari a ſenſibilibus, & phantaſmatibus. ad hoc autem quòd per fidem cernatur, oportet mentem purgari ab erroribus, & naturalibus rationib9. Ad hoc autē, quòd videatur per eſſentiam, oportet mentem purgari ab omni culpa, & miſeria. {In tam excellenti luce.} loquitur de intuitu mentis, ad ſimilitudinē viſus corporalis: ſicut enim non poſſumus defigere oculum in excellens luminoſum, ita etiam mens noſtra nō figitur in excellentia diuinæ lucis, vt aliquid determinate cognoſcat, niſi per fidem. Vnde etiam philoſophi in diuerſos errores prolapſi ſunt, & ideo dicit Philoſophus, in ſecundo Metaphyſi. Sicut ſe habet ocul9 noctuæ ad lucem ſolis, ita ſe habet intellectus noſter ad maniſeſtiſſima naturæ. {Per iniuſtitiam fidei.} iuſtitia hic ſumitur pro iuſtitia generali, quæ eſt rectitudo animę in comparatione ad Deum, & ad proximum, & vnius potentiæ ad aliam, & dicitur iuſtitia fidei, quia in iuſtificatione primus motus eſt fidei. ſicut dicitur Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. {Non approbo.} iſta notula affigitur ad excludendum falſum intellectum, qui poſſet ex prædictis haberi, ſcilicet, quòd Deus nullo modo a peccatoribus cognoſci poſſet. Nec periculoſius,} hoc enim eſt fundamentum totius fidei: quo deſtructo, totum edificium ſubruit. vnde etiam dicit philoſophus in primo Cœli, & mundi, quòd paruus error in principio maximus eſt in fine. {Nec fructuoſius.} cognitio enim trinitatis in vnitate eſt fructus, & finis totius vitæ noſtræ. {Vbi dixit de patre} iſta notula apponitur ad corrigendum, hoc quod poſuit in litera hoc verbum Sum, es, eſt, ſingulariter prædicari de tribus perſonis. & ratio fuit, quia ſignificat ſubſtantiam, quæ eſt vna trium perſonarum; ſed poſtea retractauit, quia quàmuis ſignificet ſubſtantiam, tamen ſignificat eam per modum actus, & actus numerantur ſecundum ſuppoſita. vnde debet pluraliter prædicari de tribus perſonis. {Prim. legis} vbi ſcilicet primo legis pręcepta poni incipiunt. Exod. 20. Deuter. 6. {Deus enim dominus.} videtur, quòd Deus non ſit nomen naturæ per deriuationes huius nominis Theos, quas Dama. ponit. Dicit enim, quòd Theos, quod eſt Deus, dicitur ab ethim, quòd eſt ardere, quia Deus noſter ignis conſumens eſt,

F Deuter. 4. Dicitur etiam a Theaſte, quod eſt conſiderare vel videre, quia omnia videt. vel a Thein, quod eſt currere vel fouere, quia per omnia vadit, omnia ſaluans, & continens, quæ omnia operationem important. ergo &c.

¶ Item dominus ſecundum eſſe ſuum eſt relatiuum. ergo non ſignificat poteſtatē, ſed relationem.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd hoc nomē Deus, poteſt conſiderari dupliciter. Vel quantum ad id a quo nomen imponit, quod eſt quaſi qualitas nominis, & ſic eſt nomen operationis ſecundum Dama. Vel quantum ad id, cui imponitur, quod eſt ſubſtantia ſignificata per nomen, & ſic eſt nomen naturæ, quia ad ſignificandum diuinam naturam eſt impoſitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd relationes fundantur ſuper aliquid quod eſt cauſa ipſarum in ſubiecto, ſicut æqualitas ſupra quantitatem, ita & dominiū ſupra poteſtatem. vnde dicit Boetius, quod dominium eſt poteſtas coercēdi ſubditos. & Diony. dicit, quòd dominium eſt non peiorum, id eſt, ſubditorū exceſſus tantum, ſed bonorum & pulchriorum omnimoda, & perfecta poſſeſſio: vera, & non cadere valens fortitudo. Ad hoc enim, quòd aliquis ſit dominus, requiruntur diuitię, & potētia, & ſuper hęc duo fundatur relatio dominij. {Perſonarū quoque plura &c.} Sciendum quòd Auguſtinus, & Hylar. ex hac authoritate, Faciamus ho. &c. nituntur oſtendere vnitatem eſſentiæ, & perſonarum pluralitatem. Exod. 4. verbis ibi poſitis, ſed differenter; quia Auguſtinus conſiderat tantum conſignificationem numeri in eis. vnde per hæc duo, Faciamus & noſtram, oſtendit trinitatem perſonarum: per hæc vero duo, imaginem & ſimilitudinem. vnitatem eſſentiæ. Hyl. autem ex quolibet horum quatuor intendit oſtendere vtrunque, hoc modo. Similitudo enim ſignificat relationem cauſatam ex vnitate qualitatis, quæ relatio requirit diſtincta ſuppoſita; eſt enim ſimilitudo rerum K differentium eadem qualitas. vnde ratione eius, quod cauſat ſimilitudinem oſtendit vnitatem eſſentiæ, quia eſt eadem bonitas, & ſapientia, vel quicquid aliud per modum qualitatis ſignificatur, nec poteſt ibi eſſe diuerſitas bonitatis ſecundum numerum, vt probatum eſt; ſed ex parte relationis deſignatur ſuppoſitorum diſtinctio. Et eadem eſt ratio de hoc nomine imago, quæ dicit imitationem vnius ad alterum, ſecundum aliquid vnum, & hoc tangitur vbi dicit Hylar. {Quocunque &c.} ſimiliter etiam ex parte harum duarum dictionum, Faciamus, & noſtram, accipit vtrunque, pluralitatem quidem perſonarum ratione pluralis numeri, ſed vnitatem eſſentiæ ratione conſortij, quod deſignatur in vtroque. Conſortium enim oportet, quòd ſit in aliquo vno, & quia non poteſt eſſe in diuinis vnum in ſpecie, & diuerſum in numero, oportet ꝙ ſit vnum numero, & hoc tangit ibi. {Item idem &c.} Differunt etiam quantum ad aliud, quia Aug. videtur accipere

Margin notes: †Gene. 1. †Pſal. 38. †c. 1. †c. 6. †Eſa. 6. Tex. 1. Tex. c. 33. Lib. 1. fid. orthο. c. 12. †Matth. 28. †Lib. 1. de fide. c. 1. to. 2. †Io. 10. †Lib. & ca. citatis. †1. Io. c. 5. 1. de trin. c. 12. de diu. no. †Ioan. 1. †Gal. 4. †Rom. 8. †Rom. 11. Boe. 2. Edit. ſup. c. de ſpē prop. finē.



per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia, ipſi gloria. Ex ipſo ait; vt Auguſt. †in lib. de Trinitate. dicit, propter patrem: per ipſum, propter filium: in ipſo propter ſpiritum ſanctum. Per hoc vero, quòd non ait, ex ipſis, per ipſos, & in ipſis, nec ait, ipſis gloria, ſed ipſi, inſinuauit hanc B trinitatem vnum dominū Deū eſſe. Sed quia pene ſingulæ ſyllabæ noui teſtamenti hanc ineffabilis trinitatis, atque vnitatis veritatem cōcorditer inſinuāt, inductioni teſtimoniorum ſuper hac re ſuperſedeamus, & rationibus congruiſque ſimilitudinibus, ita eſſe prout infirmitas noſtra valet, oſtendamus.

## DISTINCTIO III.

A

*Incipit oſtendere quomodo per creaturam potuerit cognoſci creator.*

Apostolvs nanque ait, † quòd inuiſibilia Dei, a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Per creaturā mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas, vel propter conuenientiā quam habet cū oī creatura. hō igitur inuiſibilia Dei a ītellectu mētis cōſpicere

accipere ſimilitudinem, & imaginem tantum hominis ad Deū: ſed Hyla. accipit ſimilitudinem & imaginem vnius perſonæ ad aliam, & quòd homo accedat ad illam ſimilitudinem quantum poteſt. {Diuerſitas} propter diuiſionem eſſentiæ. {Singularitas} propter incommunicabilitatem diuinæ naturæ. {Solitudo} ne remoueatur ſocietas perſonarū, quæ eſt per vnionē amoris. {Similitudo} contra diuerſitatem. {Pluralitas} contra ſingularitatē. {Diſtinctio} contra ſolitudinem. {Significatio efficientis} quantum ad hoc, ꝙ dicit faciam9. {Operatio conſtitutionē} in ipſum operatum. {Maximus propheta} quantum ad modum reuelationis, q eſt per intellectualē viſionem, & quantū ad priuilegium promiſſi ſeminis. {Dominus poſſedit me.} loquitur de filio inquantum appropriatur ſibi ſapientia. Dicitur autē Deus poſſidere ſapientiam, quia ipſe ſolus eam perfecte habet: poſſidetur enim, quod ad nutum habetur. vnde Philoſophus in principio metaphyſi. dicit, quòd diuina ſcientia eſt poſſeſſio diuina, & non humana. {Viarum.} ideſt, creaturarum per quas in ipſum itur. {Ordinata} ſecundum ordinem naturæ, qui eſt filij ad patrem, & ſecundum ordinem cauſæ, qui eſt ideæ ad ideatum. {Concepta} dicitur concipi, quia clauditur in vnitate eſſentiæ patris. {Parturiri.} inquantum exit a patre per diſtinctionem perſonarum. {Cardines} ideſt, extremitates terræ. ſecundum Iſido. vel cauſæ in quibus terra, & ea quæ in terris, quaſi voluuntur, & conſeruantur. {Delectabar} conſors paternæ gloriæ. {Per ſingulos dies} quantum ad rationes creaturarum, quæ in Deo ſunt. {Lux} quamuis creaturæ in ſeipſis ſint tenebræ. {Ludens} propter ocium contemplationis ſapientiæ: ſicut enim operationes ludi non appetuntur propter aliud, ſed in ſeipſis habent delectationem, ita & contemplatio ſapientiæ. {In medio duum animalium.} hoc ſumitur de Abachuc. 3. ſecundum aliam literam, & per duo animalia ſignificantur duo teſtamenta. {Forcipem de altari} hoc dicitur Iſaiæ. 6. & per forcipem, qui habet duo brachia, ſignificantur duo teſtamenta, & per calculum veritas ſacræ ſcripturæ. vnde in Pſalm. 118. dicitur. Ignitum eloquium tuum &c.

Divisio primae partis textvs.

In parte iſta oſtendit Magiſter vnitatem eſſentiæ, & trinitatem perſonarum per rationes, & ſimilitudines quaſdam, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit vnitatem eſſentiæ diuinæ per rationes naturales. In ſecunda, oſtendit trinitatem perſonarum per ſimilitudines creaturarum. ibi {Nunc reſtat oſtendere.} Circa primum tria facit. Primo, oſtendit per authoritatem Apoſtoli, probantis vnitatis diuinæ eſſentiæ poſſibilitatem. Secundo, inducit probationem. ibi {Nam ſicut ait Ambroſ.} Tertio, excludit quandam obiectionem. ibi {Cum ergo Deus vna &c.} Secunda autem pars in qua ponit probationem, E diuiditur in quatuor ſecundum quatuor rationes quas ponit. harum autem diuerſitas ſumitur ſecundum vias deueniendi ex creaturis in Deum, quas Dio. ponit. 7. cap. de diuinis nominibus. dicit enim quòd ex creaturis tribus modis deuenimus in Deum, ſcilicet per cauſalitatem, per remotionem, per eminentiam. Et ratio huius eſt, quia eſſe creaturæ eſt ab altero: vnde ſecundum hoc ducimur in cauſam a qua eſt. hoc autem poteſt eſſe dupliciter, aut quantum ad id quod receptum eſt, & ſic ducimur per modum cauſalitatis, aut quantum ad modum recipiendi, quia imperfecte recipitur, & ſic habuimus duos modos, ſcilicet ſecundum remotionem imperfectionis a Deo, & ſecundum hoc, quòd illud quod receptum eſt in creatura, perfectius, & nobilius eſt in creatore, & ita eſt modus per eminentiam. ¶ Prima ergo ratio ſumitur per viam cauſalitatis, & formatur ſic. Omne quod habet eſſe ex nullo, oportet quòd A ſit ab alio, a quo eſſe ſuum fluxerit: ſed omnes creaturæ habent eſſe ex nihilo, quod manifeſtatur ex earum imperfectione, & potentialitate. ergo oportet, quòd ſint ab aliquo vno primo, & hoc eſt Deus. ¶ Secunda ratio ſumitur per viam remotionis & eſt talis. Vltra omne imperfectum, oportet eſſe aliquod perfectum, cui nulla quidem imperfectio admiſceat, ſed corpus eſt imperfectum, quia eſt terminatum, & finitum ſuis dimenſionibus & mobile. ergo oportet vltra corpora eſſe aliquid, quod nō eſt corpus. ¶ Itē. Omne incorporeū mutabile de ſui natura eſt imperfectum. ergo vltra omnes ſpecies mutabiles, ſicut ſunt aīæ, & angeli oportet eſſe aliquod ens incorporeum, & immobile, & omnino perfectum, & hoc eſt Deus. Aliæ duæ rationes ſumuntur per viam eminentiæ; ſed poteſt dupliciter attendi eminentia, vel quantum ad eſſe, vel quantum C ad cognitionem. Tertia ergo ſumitur ratio per viam eminentiæ in eſſe, & eſt talis. Bonum & melius dicuntur per comparationem ad optimum, ſed in ſubſtantiis inuenimus corpus bonum & ſpiritum creatum melius, in quo tamen bonitas non eſt a ſeipſo. ergo oportet eſſe aliquod optimum a quo ſit bonitas in vtroque. Quarta ſumitur per eminentiam in cognitione, & eſt talis. In quibuſcunque eſt inuenire magis, & minus ſpecioſum, eſt inuenire aliquod ſpecioſitatis principium, per cuius propinquitatem aliud alio dicitur ſpecioſius: ſed inuenimus corpora eſſe ſpecioſa ſenſibili ſpecie, ſpecies autem ſpecioſiores ſpecie intelligibili. ergo oportet eſſe aliquid a quo vtraque ſpecioſa ſint, cui ſpiritus creati magis appropinquāt. {Nunc reſtat oſtendere.} hic oſtendit trinitatem perſonarum per ſimilitudines in creaturis, & primo per ſimilitudinem veſtigij. Secundo, per ſimilitudinem imaginis. ibi {Nunc autem ad eam.} ¶ Circa primum duo facit. Primo enim oſtendit D per authoritatem Auguſt. quomodo in veſtigio creaturarum repræſentatur trinitas perſonarum. Secundo, ex ipſa ſimilitudine veſtigij concludit perſonarum diſtinctionem. ibi {Per conſiderationem creaturarum} vbi diſtinguit tres perſonas. Primo, quo ad nos, & hoc tripliciter ſecundum exitum noſtrum a Deo, & ſecundum reditum in ipſum, ibi ſcilicet {Principium ad quod.} Et ſecundum beneficium ipſius Dei. ibi {Vnum ſcilicet, quomodo, aut quare.} Secundo, concludit per comparationem ad omnia, ibi, ſcilicet {Deum qui dixit.} vltimo, oſtendit veſtigij repræſentationem eſſe inſufficientem, ibi {Ecce oſtenſum &c.}

Margin notes: †1. c. 6. to. 3. In prologo. Lib. 3. Ethimo. c. 37. ad Rom. 1.

## QVAESTIO PRIMA.

A

Quia autem in parte iſta oſtenditur, qualiter venitur in cognitionem Dei per veſtigium creaturarum.

Ideo duo quæruntur.

Primo. De diuina cognitione.
Secundo. De creaturarum veſtigio.

Circa primum quęruntur quatuor.

Primo. Vtrum Deus ſit cognoſcibilis a creaturis.
Secundo. Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum.
Tertio. Vtrum poſſit cognoſci per creaturas, & quorum ſit Deum per creaturas cognoſcere.
Quarto. Quid de Deo philoſophi per creaturas cognoſcere potuerunt.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus poſſit cognoſci ab intellectu creato.*

1.q.12.12 AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit cognoſcibilis a creato intellectu. Dicit enim Diony. de diuinis nomi- cap. 1. nibus, quòd Deum, nec dicere, nec intelligere poſſumus. qđ ſic probat. Cognitio eſt tantum exiſtentium: ſed Deus eſt †Rom.1. ſupra omnia exiſtentia. ergo é ſupra omnem cognitionem.

¶ 2 Item. Deus plus diſtat a quolibet exiſtentium intelligibilium notorum nobis, quàm diſtet intelligibile a ſenſibili: ſed ſenſus non poteſt intelligibile cognoſcere. ergo nec Deus poteſt a noſtro intellectu cognoſci.

potuit: vel etiã conſpexit, per ea quæ facta ſunt, ideſt, per creaturas viſibiles, vel inuiſibiles. A duobus enim iuuabatur, ſcilicet a natura, quæ rationalis erat, & ab operibus a Deo factis, vt manifeſtaretur homini veritas. Ideo† Apoſtolus dicit: quia Deus reuelauit illis, ſcilicet dum fecit opera, in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

*Prima ratio uel modus, quomodo potuit cognoſci Deus.*

B

NAM ſicut ait Ambr.† Vt Deus, qui natura *b* inuiſibilis eſt, etiã a viſibilibus poſſet ſciri, opus fecit, quod opificem viſibilitate ſui manifeſtauit, vt per certum incertum poſſet ſciri, *c* & ille Deus omniũ eſſe crederetur, qui hoc fecit, quod ab homine impoſſibile eſt fieri. Potuerunt ergo cognoſcere, ſiue cognouerunt vltra omnem G creaturam illum eſſe, qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere, vel deſtruere valet. Accedat quęcunque vis, creatura, & faciat tale cœlum, & talem terram, & dicam: quia Deus eſt. Sed quia nulla creatura talia facere valet, conſtat, ſupra omnem creaturam illum eſſe, qui ea fecit, ac per hoc illum eſſe Deum, humana mens cognoſcere potuit.

†Amb. ſup. 1.ca.ad Ro. circa illud, qđ notũ eſt ro.4.

¶ 3 Item. Omnis cognitio eſt per ſpeciem aliquam, per cuius informationem fit aſſimilatio cognoſcentis ad rem cognitam: ſed a Deo non poteſt abſtrahi aliqua ſpecies, cum ſit ſimpliciſſimus. ergo non eſt cognoſcibilis.

3. phyſi.41. ¶ 4 Item. Vt dicit philoſophus, omne infinitum eſt ignotum. cuius ratio eſt, quia de ratione infiniti eſt vt ſit extra accipientem ſecundum aliquid ſui, & tale eſt ignotum: ſed Deus eſt infinitus. ergo eſt ignotus.

3.deAnima tex.1. ¶ 5 Item. Philoſophus dicit, quòd ita ſe habent phantaſmata ad intellectum, ſicut colores ad viſum: ſed viſus corporalis nihil videt ſine colore. ergo intellectus noſter, nihil intelligit ſine phantaſmate. cum igitur de Deo non poſſit formari aliquod phantaſma, vt dicitur Iſaiæ. 40. Quam imaginem ponetis ei? videtur, quòd non ſit cognoſcibilis a noſtro intellectu.

CONTRA. Hierem. 9. dicitur. In hoc glorietur, qui glo- Diſt.1.q.1. artic.1. riatur ſcire, & *noſſe me: ſed iſta* non eſt vanagloria ad quam Deus hortatur. ergo videtur, quòd poſſibile ſit Deum cognoſcere.

10.Eth.c.10 ¶ Item, Vt ſupra dictum eſt, etiam ſecundum philoſophos, vltimus finis humanæ vitę eſt contemplatio Dei. ſi igitur ad hoc homo non poſſet pertingere, in vanum eſſet conſtitutus, quia 2.Phyſ. tex. 62. vanum eſt ſecundum philoſophum, quod ad aliquem finem eſt, quem non attendit, & hoc eſt inconueniens, vt dicitur in Pſalm. 88. Nunquid enim vanæ conſtituiſti eum?

Taxt.7. ¶ Item, Vt dicit philoſophus. 3. de anima, in hoc differt intelligibile a ſenſibili, quia ſenſibile excellens deſtruit ſenſum. intelligibile autem maximum non deſtruit, ſed confortat intellectum. cum igitur Deus ſit maxime intelligibilis, quantum in ſe eſt, quia eſt *primum intelligibile: videtur*, quòd a noſtro intellectu poſſit intelligi: non enim impediretur, niſi propter ſuam excellentiam.

RESPONDEO, Dicendum, quòd non eſt hic quæſtio, vtrum Deus in eſſentia ſua immediate videri poſſit. hoc enim alterius intentionis eſt, ſed: vtrum quocunque modo cognoſci poſſit. & ideo dicimus, quòd Deus cognoſcibilis eſt, non autem ita eſt cognoſcibilis, vt eſſentia ſua comprehendatur, quia Omne cognoſcens habet cognitionem de re cognita, non per modum rei cognitæ, ſed per modum cognoſcentis: modus autem nullius creaturæ attingit ad altitudinem diuinæ maieſtatis. vnde oportet, quòd a nullo perfecte cognoſcatur, ſicut ipſe ſeipſum perfecte cognoſcit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus non eſt hoc modo exiſtens ſicut iſta exiſtentia, ſed in eo eſt natura entitatis eminenter. vnde ſicut non eſt omnino expers entitatis, ita etiam non omnino eſt expers cognitionis, quin cognoſcatur: ſed non cognoſcitur per modum aliorum exiſtentium, quæ intellectu creato comprehendi poſſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis plus diſtet Deus a quolibet intelligibili, ſecundum naturæ proprietatem, quàm intelligibile a ſenſibili, tamen plus conuenit in ratione cognoſcibilis. omne enim quod eſt ſeparatum a materia habet ratio- F nem, vt cognoſcatur ſicut intelligibile, quod autem materiale eſt, cognoſcitur vt ſenſibile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſpecies, per quam fit cognitio eſt potentia in cognoſcente ſecundum modum ipſius cognoſcentis. vnde eorum, quæ ſunt magis materialia, quàm intellectus, ſpecies eſt in ĩtellectu ſimplicior, quàm in rebus. & ideo huiuſmodi dicuntur cognoſci per modum abſtractionis: Deus autem, & angeli ſunt ſimpliciores noſtro intellectu, & ideo ſpecies, quæ in noſtro intellectu efficitur, per quam cognoſcũtur, eſt minus ſimpliciter. vnde non dicimur cognoſcere ea per abſtractionẽ, ſed per impreſſionẽ ipſorum in intelligentias noſtras.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infinitum dicitur dupliciter, ſcilicet priuatiue & negatiue. Infinitum priuatiue eſt, quod ſecundum ſuũ H genus eſt natum habere finem non habens, & tale cum ſit imperfectum ex ſui imperfectione perfecte non cognoſcitur, ſed ſecundum quid. Infinitum negatiue dicitur, quòd nullo modo finitum eſt, & hoc eſt quiddam, quod ſe ad omnia extendit perfectiſſimum, non valens ab intellectu creato comprehendi, ſed tantum attingi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd philoſophus loquitur de cognitione intellectus connaturali nobis ſecundum ſtatum viæ, 3. de Aĩa & hoc modo Deus, non cognoſcitur a nobis, niſi per[d] phantaſ- tex. 30. mata, non ſuiipſius, ſed cauſati ſui, per quod in ipſum deuenim⁹, D. 190. ſed per hoc non remouetur, quin cognitio aliqua poſſit eſſe intellectus, non per viam naturalem nobis, ſed altiorem, ſcilicet per influentiam diuini luminis, ad quam phantaſma non eſt neceſſarium. ¶ Alia concedimus.

¶ Tamen ad vltimum, quia concludit, quòd Deus etiam nunc maxime cognoſcatur a nobis, reſpondendum eſt, quòd quodammodo eſt ſimile in intellectu, & ſenſu, & quadammodo I diſſimile. in hoc enim ſimile eſt, quòd ſicut ſenſus, non poteſt in id, quod non eſt proportionatum ſibi, ita nec intellectus, cum omnis cognitio ſit per modum cognoſcentis ſecundum Boet. In hoc autem diſſimile eſt, quòd intelligibile excellens, Boe. de cõſ. non corrumpit ſicut excellens ſenſibile. vnde intellectus, non lib.5. proſa deficit a cognitione excellentis intelligibilis, quia corrumpatur: 5.in princi. ſed quia non attingit, & ideo non perfecte Deum videre poteſt intellectus creatus.

## ARTICVLVS II.

*b Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Vr̃, ꝙ Deũ eſſe ſit ꝑ ſe no- 1.q.2.1.o. tũ. Illa.n. dñr ꝑ ſe nota, quorũ cognitio naturaliter eſt nobis inſita, vt, Oẽ totum eſt maius ſua parte, ſed cognitio exiſtẽdi Deũ ſm Dam. natural'r eſt oib⁹ inſita. ergo Deũ eſſe ẽ ꝑ ſe notũ.

K ¶ 2 Itẽ. Sicut ſe habet lux ſenſibilis ad viſum, ita ſe habet lux in- Lib.1.fid. tellectualis ad intellectũ: ſed lux viſibilis ſeipſa vr̃, immo nihil orth.c.1. vr̃, niſi mediãte ipſa. ergo Deus ſeipſo immediate cognoſcitur.

¶ 3 Item. Omnis cognitio eſt per vnionem rei cognitæ ad cognoſcentem: ſed Deus eſt per ſeipſum intrinſecus animæ etiam magis quàm ipſa ſibi. ergo per ſeipſum cognoſci poteſt.

¶ 4 Præt. Illud eſt per ſe notum, quod non poteſt cogitari nõ eſſe, ſed Deus non poteſt cogitari non eſſe. ergo ipſum eſſe per ſe eſt notum. probatio mediæ eſt per Anſel. Deus eſt quo ma- Proſologiõ. ius cogitari non poteſt, ſed illud quod non poteſt cogitari ca. 15. non eſſe, eſt maius eo, quod poteſt cogitari non eſſe. ergo Deus non poteſt cogitari non eſſe, cum ſit illud, quo nihil maius cogitari poteſt. Poteſt aliter probari. Nulla res poteſt cogitari ſine ſua quidditate: ſicut homo ſine eo, quòd eſt animal rationale mortale, ſed Dei quidditas eſt ipſum ſuum eſſe, vt dicit Auicenna. ergo Deus, non poteſt cogitari non eſſe.

CONTRA



CONTRA. Ea quæ per ſe ſunt nota, vt dicit philoſo- A Lib. de in- phus; & ſi exterius negentur ore, nunquam interius negari poſ- telligentiis. ſunt corde: ſed Deum eſſe poteſt negari corde. Pſ. 13. Dixit in- cap. 1. ſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. ergo Deum eſſe non eſt 4.*Met.* per ſe notũ. ¶ Item. Quicquid eſt concluſio demonſtrationis tex.28. non eſt per ſe notũ: ſed Deũ eſſe demonſtratur etiam a phi- 8. Phyſic. loſophis. ergo Deũ tex. 33. eſſe, non eſt per ſe Item.12. notum.

*Secunda ratio, qua potuit cognoſci uel modus, quo nouerunt.*

ALIO etiam modo Dei veritatem, ductu rationis cognoſcere potuerunt, vel etiam cognouerunt. Vt enim Auguſt. † ait in lib. de B Ciuita. Dei. Viderunt ſummi philoſophi nullum corpus Deũ eſſe, & ideo cuncta corpora tranſcenderunt, quęrentes Deũ: Viderunt etiam quicquid mutabile eſt, nõ eſſe ſummum Deũ omniumq; principium, & ideo omnem animam mutabileſque ſpiritus tranſcenderunt. Deinde viderunt omne, quod mutabile eſt, non poſſe eſſe niſi ab illo, qui incommutabiliter, & ſimpliciter eſt. Intellexerunt igitur eum, & omnia iſta feciſſe, C & a nullo fieri potuiſſe.

Meth.t.36. RESPONDEO, quòd de cognitione alicuius rei poteſt aliquis dupliciter loqui, aut ſecundum ipſam rem, aut quo Lib.8.c.6. ad nos. Loquendo tom. 5. igitur de Deo, ſecundum ſeipſum eſſe eſt per ſe notum, & ipſe eſt per ſe intellectus, non per hoc, quòd faciamus ipſum intelligibile, ſicut materialia facimus intelligibilia in actu. Loquendo autem de Deo per cõparationem ad nos, ſic iterum dupliciter poteſt conſiderari. Aut ſecundum ſuam ſimilitudinẽ, & participationẽ. et hoc modo ipſum eſſe eſt per ſe notum. nihil enim cognoſcitur niſi per veritatem ſuam, quæ eſt a Deo exemplata. veritatem autem eſſe, eſt per ſe notum. Aut ſecundum ſuppoſitum, *ideſt*, conſiderando ipſum Deum, ſecundum quòd eſt D.458.459 in natura ſua, quid incorporeum, & hoc modo non eſt[d] per ſe notum, immo multi inueniuntur negaſſe Deum eſſe, ſicut omnes philoſophi, qui non poſuerunt cauſam agentem, vt Democritus, & quidam alij. Et huius ratio eſt, quia ea quæ per ſe nobis nota ſunt, efficiuntur nota ſtatim per ſenſum ſicut viſis toto, & parte, ſtatim cogniſcimus, quòd omne totum eſt ma- 1.Met.lec.9 ius ſua parte ſine aliqua inquiſitione. vnde philoſophus. 1. po- 1.Poſt.t.24 ſter. Principia cognoſcimus dum terminos cognoſcimus, ſed Lib. de in- viſis ſenſibilibus, non deuenimus in Deum, niſi procedendo, tellig.c.1. ſecundum quòd iſta cauſata ſunt, & quòd omne cauſatum eſt, ab aliqua cauſa agente, & quòd primum agens non poteſt eſſe corpus, & ita in Deum non deuenimus niſi arguendo, & nullum tale eſt per ſe notum, & hæc eſt ratio Auicen.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas Damaſ. intelligenda eſt de diuina cognitione nobis inſita, ſecundum ipſius ſimilitudinem, & non ſecundum quòd eſt in ſua natura. ſicut etiam dicitur, quòd omnia appetunt Deum, non quidem *ipſum* prout *conſideratur in ſua natura, ſed in ſui ſimilitudine*: quia nihil deſideratur, niſi inquantum habet ſimilitudinem ipſius, & etiam nihil cognoſcitur.

¶ *Ad ſecundum dicendum*, quòd *viſus noſter eſt* proportionatus ad videndum lucem corporalem per ſeipſam: ſed intellectus noſter non eſt proportionatus ad cognoſcendum naturali cognitione aliquid niſi per ſenſibilia. & ideo in intelligibilia pura deuenire, non poteſt niſi arguendo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis Deus ſit in anima per eſſentiam præſentiam & potentiam, non tamen eſt in ea ſicut obiectum intellectus, & hoc requiritur ad cognitionem. vnde etiam *anima ſibiipſi præſens eſt*, tamen *maxima difficultas eſt* in cognitione animæ, nec deuenitur in ipſam, niſi ratiocinando ex obiectis in actus, & ex actibus in potentias.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio Anſel. ita intelligenda eſt, poſtquam intelligimus Deum, non poteſt intelligi, quòd ſit Deus, & poſſit cogitari non eſſe, ſed tamen ex hoc non ſequitur, quòd aliquis non poſſit negare, vel cogitare Deum, non eſſe. poteſt enim cogitare nihil huiuſmodi eſſe quo maius cogitari non poſſit. & ideo ratio ſua procedit ex hac ſuppoſitione, quòd ſupponatur aliquid eſſe, quo maius cogitari non poteſt.

¶ Et ſimiliter etiam dicendum ad aliam probationem.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum Deus poſſit cognoſci ab homine per creaturas.*

*Tertia ratio uel modus.*

CONSIDERAVERVNT etiam quicquid eſt in ſubſtantiis, vel corpus eſſe, vel ſpiritum: meliuſq; aliquid ſpiritum eſſe, quàm corpus, ſed longe meliorem, qui B ſpiritum fecit, & corpus.

*Quartus modus uel ratio.*

INTELLEXERVNT etiã corporis ſpeciem intelligibilem, & intelligibilem ſpeciem ſenſibili prætulerunt. ſenſibilia dicimus, quæ viſu, & tactu corporis ſentiri, queunt, *intelligibilia*, quæ conſpectu mentis intelligi. Cum ergo in eorum conſpectu, & corp⁹ & anim⁹ magis minuſq; ſpecio- C ſa eſſent: ſi autẽ omni ſpecie carere poſſent, oĩno nulla eſſent:

AD TERTIVM ſic proceditur. 1.cont.c.8. Videtur, quòd Deus Et 3.c.119. poſſit cognoſci per creaturas ab homine. Ro. 1. Inuiſibilia &c. creatura autem videtur homo, ſecundum expoſitionem magiſtri. ergo per creaturas ab homine põt cognoſci.

¶ 2 Item. Videtur, quòd ab angelo. Cognitio enim Dei, per creaturas fit per hoc, quòd videtur diuina bonitas relucens in creatura: ſed Ex Aug. ib. angelus cognoſcens res in proprio genere videt diuinam bonitatem in ipſis. ergo cognoſcit creatorem ex creaturis.

¶ 3 Item. Videtur, quòd etiam bruta. Nulli enim fit præceptum niſi ei, qui cognoſcit præceptũ: ſed Ion. 4. dicitur, ꝙ ꝓcepit dominus vermi, quòd percuteret hederam. ergo vermis poteſt cognoſcere diuinum præceptum, & ita poteſt etiam cognoſcere præcipientem.

¶ 4 Item. Videtur, quòd etiam a peccatoribus poſſit cognoſci. Dicitur enim Ro. 1. Cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deũ glorificauerunt. tales autem peccatores fuerunt. ergo &c.

CONTRA. Omnis effectus ducens in cognitionem ſuæ cauſæ, eſt aliquo modo proportionatus ſibi: ſed creaturæ, non ſunt proportionatæ Deo. ergo ex *eis non poteſt* homo in ſuam cognitionem venire.

¶ Item. Videtur, quòd nec angeli. Quod enim per ſe cognoſcitur, non cognoſcitur per aliquid aliud: ſed Deum cogno- D ſcunt angeli per ſe videntes ipſum in ſua eſſentia. ergo non cognoſcunt ipſum per creaturas.

¶ Item. Videtur, quòd nec etiam a brutis. Nulla enim potentia affixa organo, habet virtutem ad cognoſcendum, niſi ſpeciem materialem. eo quòd cognitio ſit in cognoſcente ſecundum modum ipſius: ſed bruta non habent virtutes cognoſcitiuas, niſi ſenſitiuas, quæ ſunt affixæ organo. ergo nullo modo poſſunt cognoſcere Deum, qui omnino eſt immaterialis.

¶ Item. Videtur, quòd nec etiam a peccatoribus. Ambroſ. enim dicit ſuper illud Matth. 5. Beati mundo corde &c. ſi qui mundo corde ſunt, Deum videbunt. ergo alij non videbunt, neque enim maligni Deum videbunt, neque is qui Deum videre noluerit, poteſt videre Deum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cum creatura exemplariter procedat a Deo ſicut a cauſa quodammodo ſimili, ſecundum analogiam, eo ſcilicet, quòd quęlibet creatura, eum imitatur, ſecundum poſſibilitatem naturæ ſuæ, ex creaturis po- E teſt in Deum deueniri tribus illis modis, quibus dictum eſt, ſcilicet per cauſalitatem, remotionem, eminentiam.

¶ Ad hoc autem, quòd aliquis ex creaturis in Deum deueniat, In expõne duo requiruntur, ſcilicet, quòd ipſum Deum poſſit aliquo li.iſtiq; diſ. modo capere, & ideo brutis non conuenit talis peoceſſus cognitionis. Secundo, requiritur quòd cognitio diuina in eis incipiat a creaturis, & terminetur ad creatorem. & ideo angelis non conuenit Deum cognoſcere per creaturas, neque beatis hominibus, qui a creatoris cognitione procedunt in creaturas, ſed conuenit iſte proceſſus hominibus, ſecundum ſtatum viæ bonis, & malis.

¶ PRIMVM ergo concedimus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis angelus cognoſcat diuinam bonitatem relucere in creatura, non tamen ex creatura venit in creatorem, ſed econtrario.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præceptum Dei, non deuenit ad vermem, ita quòd intentionem præcepti apprehenderet, ſed quia diuina virtute mota eſt eius eſtimatiua naturali motu, ad explendum illud, quod Deus diſponebat.

¶ Quartum concedimus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd creatura eſt effectus non proportionatus creatori, & ideo non ducit in perfectam cognitioné ipſius, ſed in imperfectam.

¶ Sextum, & ſeptimum concedimus.

¶ Ad octauum dicẽdum, quòd Amb. loquitur de viſione Dei per eſſentiam, quæ erit in patria, ad quam nullus malus poterit peruenire. Similiter etiam ad cognitionem fidei nullus venit, niſi fidelis, ſed cognitio naturalis de Deo cõmunis eſt bonis, & malis, fidelibus & infidelibus.

ARTIC. IIII.

*d Vtrũ philoſophi naturali cognitione cognouerint trinitatem ex creaturis.*

1. q. 32. 1. Boet. de tri. q. 1. 4.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd philoſophi naturali cognitione ex creaturis in trinitatem deuenerunt. Dicit enim Ariſt. in principio de cælo, & mundo, & per hunc quidem numerum, ſcilicet ternarium, adhibuimus noſipſos magnificare Deum vnum eminentem proprietatibus eorum, quæ creata ſunt. ſimiliter etiam Plato loquitur multa de paterno intellectu, & multi alij philoſophi.

Tex. 5. p. 10

In Parm.

¶ 2 Præt. Philoſophi potuerunt deuenire in cognitionem eorum, quæ in creaturis relucent, ſed in anima eſt expreſſa ſimilitudo trinitatis perſonarum. ergo videtur, quòd per potentias animę, quas philoſophi multum conſiderauerunt, potuerunt in trinitatem perſonarum deuenire.

Ricar. 3. de tri. c. 18.

¶ 3 Item Ricardus de ſancto Victore, dicit. Credo ſine dubio, quòd ad quamcunque explanationem veritatis, quæ neceſſe eſt eſſe, non modo probabilia, immo & neceſſaria argumenta non deſunt: ſed neceſſarium eſt cognoſcere trinitatem. ergo videtur, quòd ad ipſius cognitionem philoſophi rationem habere potuerunt. Quod etiam videtur ex probationibus ſupra inductis. diſt. 2. quibus trinitas probatur.

Art. 4.

¶ 4 Item dicitur Rom. 1. in glo. quòd philoſophi non peruenerunt ad notitiam perſonæ tertiæ, ſcilicet ſpiritusſancti, & idẽ habetur ſuper Exod. 8. vbi dicitur, quòd magi Pharaonis defecerunt in tertio ſigno. ergo videtur ad minus, quòd ad notitiam duarum perſonarum venerunt.

Glo. inter lin. ibi in- uis.

CONTRA. Heb. 11. fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum, non apparentium, ſed Deum eſſe trinum, & vnum eſt articulus fidei. ergo non eſt apparens rationi.

RESPONDEO. Dicendum, quòd per naturalem rationem, non poteſt perueniri in cognitionem trinitatis perſonarum, & ideo philoſophi nihil de hoc ſciuerunt, niſi forte per reuelationem vel auditum ab aliis. Et huius ratio eſt, quia naturalis ratio, non cognoſcit Deum, niſi ex creaturis, omnia autem, quæ dicuntur de Deo, per reſpectum ad creaturas pertinent ad eſſentiam, & non ad perſonas, & ideo ex naturali ratione, non venitur niſi in attributa diuinæ eſſentiæ: tamen perſonas, ſecundum appropriata eis, philoſophi cognoſcere potuerunt, cognoſcentes potentiam, ſapientiam, bonitatem.

viderunt eſſe aliquid, quo illa ſpecioſa facta ſunt, vbi eſt prima, & incommutabilis ſpecies, ideoque incomparabilis, & illud eſſe rerum principium rectiſſime crediderunt, quod factum non eſſet, & ex quo cuncta facta eſſent: ecce tot modis potuit cognoſci veritas Dei. Cum ergo Deus vna ſit, & ſimplex eſſentia, quæ ex nulla diuerſitate partium vel accidentium conſiſtit: pluraliter tamen dicit Apoſtolus, inuiſibilia Dei: quia pluribus modis cognoſcitur veritas Dei, per ea quę facta ſunt. Ex perpetuitate nanque creaturarum intelligitur conditor æternus, ex magnitudine creaturarum omnipotẽs, ex ordine, & diſpoſitione ſapiens, ex gubernatione bonus. Omnia autem hęc ad vnitatem deitatis pertinent monſtrandam.

G

*Quomodo in creaturis apparet ueſtigium trinitatis.*

B

NVNC reſtat oſtendere, an per ea, quæ facta ſunt, aliquod trinitatis veſtigium, vel indicium exiguum haberi poterit. De hoc Auguſt. †in 6. de Trin. Oportet vt creatorem per ea, quæ facta ſunt intellectu conſpicentes, trinitatem intelligamus. a Huius enim trinitatis veſtigiũ in creaturis apparet. Hęc enim quæ arte diuina facta ſunt, & vnitatem quandam in ſe oſtendunt, & ſpeciem, & ordinem. Nam quodque horum creatorum, & vnum aliquid eſt, ſicut ſunt naturæ corporum, & animarum, & aliqua ſpecie formantur, ſicut ſunt figurę, vel qualitates corporum, ac doctrinę, vel artes animarum, & ordinem aliquem petit aut tenet, ſicut ſunt pondera, vel collocationes corporum, & amores, vel delectationes animarum. Et ita in creaturis pręlucet veſtigium trinitatis. b In illa.n. trinitate, ſumma origo eſt omnium rerum, & pulchritudo perfectiſſima, & beatiſſima delectatio. Summa autem origo, vt Auguſt. †oſtendit in lib. de vera religione, intelligitur Deus pater, a quo ſunt omnia: a quo filius, & ſpiritusſanctus, perfectiſſima pulchritudo intelligitur filius, ſci-

H

†c. 10. to. 3.

†c. 55. circa fi. to. 1.

F ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſecundum expoſitionem Commen. Ariſtot. non intendit trinitatem d perſonarum in Deo ponere, ſed propter hoc, quòd in omnibus creaturis apparet perfectio in ternario ſicut in principio, medio, & fine, ideo antiqui honorabant Deum in ſacrificiis, & orationibus triplicatis. Plato autem dicitur multa cognouiſſe de diuinis legens libros veteris legis, quos inuenit in Aegypto, vel forte intellectũ paternum nominat intellectum diuinũ, ſecundum quod in ſe quodam modo cõcipit ideam mundi, quæ eſt mundus archetypus.

1. cœl. ter. D. 667.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſimilitudo trinitatis relucens in anima eſt omnino imperfecta & deficiens, ſicut infra dicet Magiſter, ſed dicitur expreſſa per comparationem ad ſimilitudinem veſtigij.

ſup. d. 3.

Inf. 2. ſen. d. 16.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſi dictũ Ricardi intelligatur vniuerſaliter, quòd omne verum poſſit probari per rationẽ; eſt expreſſe falſum, quia prima principia per ſe nota, non probantur. ſi autem aliqua ſunt in ſe nota, quæ nobis occulta ſunt, illa probantur per notiora, quo ad nos notiora autem quo ad nos ſunt effectus principiorum, ex effectibus autem creaturarum trinitas perſonarum probari non poteſt, vt dictum eſt. & ideo relinquitur, quòd nullo modo poſſit probari, & omnes rationes inductæ ſunt magis adaptationes quædam, quàm neceſſario concludentes. remoto enim per impoſſibile intellectu diſtinctionis perſonarum, adhuc remanebit in Deo ſumma bonitas, & beatitudo & charitas.

Art. præc.

I

¶ Ad quartum dicendum, quòd Philoſophi non peruenerunt in cognitionem duarum perſonarum, quantum ad propria, ſed ſolum quantum ad appropriata, non inquantum appropriata ſunt, quia ſic eorum cognitio dependeret ex propriis, ſed inquantum ſunt attributa diuinæ naturæ. Et ſi objiciatur, quòd ſimiliter deuenerunt in cognitionem bonitatis, quæ appropriatur ſpirituiſancto, ſicut in cognitionem potentiæ, & ſapientię, quæ appropriantur patri, & filio. Dicendum, quòd bonitatem non cognouerunt, quantum ad potiſſimum effectum ipſius, incarnationem, ſcilicet, & redemptionem. Vel quia non tantum intenderunt venerationi bonitatis diuinæ, quam etiam non imitabantur ſicut venerati ſunt potentiam, & ſapientiam.

K

## QVAESTIO II. B

### Deinde quęritur de veſtigio.

Circa quod quæruntur tria.

Primo. Quid ſit veſtigium.
Secundo. De partibus veſtigij.
Tertio. Vtrum in omni creatura veſtigium inueniatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum ſimilitudo Dei, in creaturis poſſit dici ueſtigium.*

AD PRIMVM ſic procedit. Vr, quòd ſimilitudo creatoris reperta in creatura, nõ põt dici veſtigiũ. Per veſtigiũ enim res inueſtigatur, ſed diuina maieſtas eſt inueſtigabilis. vnde dicitur Ro. 11. O altitudo &c. Et pſ. 76. Et veſtigia tua non cognoſcentur, ergo videtur, quòd ſimilitudo creatoris in creatura non ſit veſtigium.

A

¶ 2 Præte. Veſtigium eſt impreſſio quædam, conſequens motũ eius, cuius eſt veſtigium; ſed Deus res producit ſine aliquo ſui motu. Iac. primo. Apud quem non eſt tranſmutatio &c. ergo veſtigium non poteſt dici de ſimilitudine creaturæ, quæ a creatore producit.

¶ 3 Item. Veſtigiũ ſecundum quòd hic ſumitur inducit in cognitionem perſonarum, ſed per creaturas non poteſt haberi cognitio Trinitatis, vt dictum eſt. ergo ſimilitudo reperta ĩ creaturis nõ debet dici veſtigiũ, vel veſtigium non ducit in Trinitatẽ.

10. mor. c. 9

¶ 4 Item Greg. dicit ſup illud Iob 11. Forſitã veſtigia Dei comprehendas &c. Benignitas viſitationis, qua viam nobis oſtendit eius veſtigia dicuntur. ergo videtur, quòd veſtigiũ non ſit ſimilitudo Dei reperta in creaturis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd veſtigium, ſecundum quòd hic ſumitur, metaphorice accipitur, & ſumitur ad ſimilitudinẽ veſtigij proprie dicti, quod eſt impreſſio quędam, confuſe ducens in cognitionem alicuius, cum non repreſentet ipſum, niſi ſecundum partem, ſcilicet pedem, & ſecũdum inferiorem ſuperficiem tantum. Tria ergo conſiderantur in ratione veſtigij, ſcilicet ſimilitudo, imperfectio ſimilitudinis, & quòd per veſtigium in rem, cuius eſt veſtigiũ deuenitur. Secundum hoc ergo, quia in creaturis inuenitur d ſimilitudo creatoris, per quam in ipſius cognitionem deuenire poſſimus, & eſt imperfecta ſimilitudo. ideo in creaturis dicitur veſtigium creatoris. Et quia magis deficiunt a repreſentatione diſtinctionis perſonarum, quàm eſſentialium attributorum, ideo magis proprie dicitur veſtigiũ creatura, ſecundum quod ducit in perſonas, quàm ſecundum quod ducit in diuinam eſſentiam.

D. 471. 1145. D. 1164.

D

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuinę viæ dicũtur inueſtigabiles, quia non ad plenum ipſius opera comprehendere poſſumus, non quòd ex creaturis nullo modo in ipſas deuenire poſſimus.

¶ Ad ſecundũ dicendum, quòd in his, quæ dicuntur per tranſlationem, ſufficit quòd attendatur ſimilitudo quantum ad aliquid, & non oportet, quòd quantum ad omnia, alias eſſet identitas, & non ſimilitudo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per veſtigium non deuenimus in cognitionem perſonarum, niſi valde confuſe: quia per appropriata perſonis, magis quàm per ipſarum propria, ſicut patet ex litera. Appropriata autem ſunt eſſentialia, quamuis ſimilitudinem habeant cum propriis perſonarum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vni rei poſſunt eſſe multa ſimilia. vnde non eſt inconueniens, quòd ab eodem tranſmutantur aliqua diuerſa, ſecundum diuerſas ſimilitudines. & ideo poteſt eſſe, quòd ſimilitudo reperta in creaturis dicatur veſtigium inquantum confuſe repreſentat: & opera diuinæ bonitatis in myſterio incarnationis oſtenſa, dicantur veſtigia Dei, inquantum per ea nobis via paratur ad veniendum in ipſum.

E

ARTICVLVS II.

*b Vtrum partes ueſtigij ſint tres tantum, uel duæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd debeãt eſſe tantum duæ partes veſtigij. Veſtigium enim eſt proprietas quædam creaturæ, ſed creatura habet tantum duas partes eſſentiales, ſcilicet materiam, & formam. ergo videtur, quòd ſecundum has partes duæ tantum ſunt partes veſtigij.

¶ 2 Item videtur, quòd quatuor. Per veſtigium enim non tantum repręſentatur perſonarum Trinitas, ſed etiam vnitas eſſentiæ, ergo oportet eſſe tria reſpondentia tribus perſonis, & quartum reſpondens vnitati eſſentię.

¶ 3 Item. Veſtigium dicitur in creatura, ſecundum quòd repręſentat creatorem. cum igitur in creaturis repræſententur plurima attributa ipſius Dei, quæ participantur a creaturis, ſicut patet per Diony. videtur, quòd ſint plurimæ partes.

De diu. no. c. 9.

¶ 4 Item a diuerſis inueniuntur partes diuerſæ aſſignatę: ſicut Sap. 11. dicitur Omnia in numero pondere & menſura diſpoſuiſti. & Aug. ponit modum, ſpeciem, & ordinem; & multis alijs modis ſecundum diuerſos. Quæritur ergo de ratione diuerſitatis aſſignationum.

De natura boni. c. 23. to. 6. & etiã c. 2.

RESPONDEO, dicendum, quòd veſtigiũ inuenitur in creatura inquãtum imitatur diuinã perfectionem. Perfectio autem creaturę non ſtatim habet in ſuis principijs quæ imperfecta ſunt: ut patet in materia & forma, quorum neutrũ habet per ſe eſſe perfectũ; ſed in coniunctione ipſius creaturę ad ſuum finem. Diſtantia autem natura non coniungit ſine medio: & ideo in creaturis inuenitur principium, medium, & finis, ſecundum quæ tria ponebat Pythagoras perfectionem cuiuslibet creaturæ. Et ſecundum rationem etiam horũ trium repræſentatur in creaturis diſtinctio diuinarum perſonarum, in quibus filius eſt media perſona, ſed ſpiritus ſanctus eſt in quo terminatur proceſſio perſonarum. Contingit, autem inter duo extrema eſſe plura media. & ideo contingit quòd principiũ & mediũ & finis diuerſimode poſſunt aſſignari ſecundum quòd ex his omnibus, ſ. principio medio & fine, & multis medijs, quædam poſſunt accipi vt principium, & quædam vt medium, & quædam vt finis diuerſimode combinando. & ideo contingit, quòd a diuerſis partes veſtigij diuerſimode ſunt aſſignatæ. Verbi gratia. primum quod pertinet ad perfectionem rei ſunt principia ipſius rei: vltimum autẽ eſt perfectio ipſius rei ſecũdum comparationem ſuam ad alias res, non tantum prout in ſe perfecta eſt: inter hoc autẽ multa ſunt media. Eſt enim diſpoſitio principiorum, ſiue inclinatio ad eſſe principiati. Eſt etiam limitatio principiorum ſub forma principiati, & eſt forma ipſius principiati, & eſt virtus, & operatio, & multa huiuſmodi. Poteſt ergo aſſignari veſtigium, vt pro principio ſumatur ſolum illud, quod primum eſt, ſcilicet ipſa ſubſtantia principiorum: & pro medio illud, quod eſt immediate ſequens, ſcilicet diſpoſitio principiorum, ſiue inclinatio ad eſſe principij, & pro fine illud totum, quod conſequitur: & ſecundum hoc ſumitur illud, quod dicitur Sapien. 11. Numerus, pondus, & menſura, quia numerus pertinet ad pluralitatem principiorum, pondus ad inclinationem principiorum in eſſe principiati, menſura, ad terminationem principiorum ſub eſſe creati terminat, ita quòd in iſta terminatione ſumatur, & terminatio in eſſe, & in operari, & in omnibus aliis. Item poteſt aliter ſumi, vt pro principio ſumatur ipſa ſubſtantia principiorũ, & inclinatio, & quicquid aliud pertinet ad principia, & pro medio ſumatur ipſa forma principiati: & pro vltimo ſumatur ipſa comparatio ipſius rei ad ea, quę ſunt extra rem. Et ſic ſumuntur illa verba Aug. lib. 83. quæſtionum. quod conſtat, quod diſcernitur, quod congruit. conſtat enim res per ipſa ſua principia, diſcernitur per formam, congruit per comparationem ad alterũ, & quaſi ſimiliter ſumuntur iſta, modus, ſpecies, & ordo; ita quòd modus pertineat ad principia determinata ſub eſſe principiati, ſpecies ad formam, ordo ad comparationem ad alterum, niſi quòd iſta ſunt abſtracta, & prima cõcreta. Et quaſi ſimilr accipiuntur iſta, vnum, verum, & bonum, vt vnitas rei pertineat ad ſuam determinationem, prout ex principiis conſtituta eſt; & veritas ſecundum quòd habet formã, & bonum ſm quòd ordinatur ad finẽ. Item etiam poteſt ſumi pro principio tota res, ſecũdum quòd eſt

Vt recitat Ari. 1. cel. te. 5.

q. 18. to. 4.

quẽ ſumus: & ſpiritumſanctũ, in quo ſumus. ſ. principium ad quod recurrimus, & formam quam ſequimur, & gratiã qua reconciliamur, vnum. ſ. quo authore conditi ſumus, & ſimilitudinem eius per quam ad vnitatem reformamur; & pacem qua vnitati adhæremus. ſ. Deũ qui dixit fiat: & verbum per quod factũ eſt omne quod ſubſtantialiter, & naturaliter eſt: & donũ benignitatis eius, qua placuit quod ab eo per verbum factum eſt, & reconciliatum authori, vt non interiret. Ecce oſtenſum eſt, qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicatur. Non.n. per creaturarum cõtemplationem ſufficiens notitia trinitatis poteſt haberi, vel potuit, ſine doctrinæ vel interioris inſpirationis

licet veritas patris, nulla ex parte ei diſſimilis, quem cum ipſo, & in ipſo patre veneramur, quę forma eſt omniũ, quæ ab vno facta ſunt, & ad vnum referuntur. Quę tamen omnia, nec fierent a patre per filium, neque ſuis finibus ſalua eſſent, niſi Deus ſumme bonus eſſet, qui & nulli naturæ, quæ ab illo bona eſſet, inuidit: & vt in bono ipſo maneret, alia quantũ vellet, alia quantum poſſet dedit. Quæ bonitas, ſpiritusſanctus intelligitur qui eſt donum patris, & filij, quare ipſum donũ Dei cum patre, & filio ęque incommutabile colere, & tenere nos conuenit. Per conſiderationem itaque creaturarum, vnius ſubſtantiæ trinitatem intelligimus, ſcilicet vnum Deum patrem, a quo ſumus, & filiũ, per

B

C

eſt etiam perfecta per formam, & pro medio virtus. & pro fine F operatio. & ſic ſumitur illa Diony. eſſentia, virtus, & operatio. Et ſic patet, quòd ſecundum quòd perfectio rei poteſt intelligi terminari ad diuerſa: & ſecundum quòd vnum membrum poteſt multa, vel pauca includere, inuenitur diuerſitas partium veſtigij in omnibus ſecundum vnã communẽ rationẽ principij, medij, & finis aſſignatam.

† Rom. I. ¶ Ad primvm ergo dicẽdum, quòd quãuis ſint duæ partes eſſentiales creaturę, nihilominus tamen eſt accipere habitudinem vnius ad alteram, & multas etiam perfectiones conſequentes, ſecundum quas, partes veſtigij aſſignari poſſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut in Deo eſſentia non facit numerum cũ pſonis, ita & in creatura eſt, quòd tribus partibꝰ veſtigij ſubſiſtat ipſum eſſe creaturę repreſentãs eſſentiam, non connumeratum tribus partibus veſtigij. c.8.to.3.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd proprietates creaturarum, ex quibus ducimur in diuina attributa, quamuis ſint plura, habent tamen ordinem ad inuicem principij, medij, & finis, ſub quorum rationibus in tres perſonas ducunt qualitercunq; diuerſificentur.

reuelatione. Vnde illi antiqui Philoſophi, quaſi per vmbram, & de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu Trinitatis, vt Magi Pharaonis in tertio ſigno: adiuuamur † tamen in fide inuiſibilium, per ea quę facta ſunt.

*Quomodo in anima ſit imago Trinitatis.*

C

Nvnc vero ad eam iam perueniamus diſputationẽ, vbi *a* in mẽte humana, quæ nouit Deum, vel poteſt noſſe, Trinitatis imaginem reperiamus. vt enim Aug. in 14. lib. † de Trin. Licet humana mens non ſit eius naturę, cuius Deus eſt: imago tamen illius, quo nihil meliꝰ eſt, ibi quę H renda, & inuenienda eſt, quo natura noſtra nihil habet melius, ideſt in mente. In ipſa enim mẽte, etiam ante quàm ſit particeps Dei, eius imago reperitur:

Articvlvs III.

*c Vtrum in omni creatura ſit ueſtigium.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur, quòd nõ in omni crea I tura ſit veſtigium. Similitudo enim veſtigij diuiditur cõtra ſimilitudinem imaginis, ſed quædam creaturæ ſunt, in quibus eſt ſimilitudo imaginis, ſicut in homine. ergo in illis non eſt veſtigium.

¶ 2 Item. Veſtigium eſt ſimilitudo imperfecte repreſentans: ſed aliquæ creaturæ ſunt perfecta ſimilitudo diuinæ bonitatis: ſicut gratiæ gratum facientes, cum quibus Deus dicitur inhabitare in homine. ergo in illis non eſt veſtigium.

¶ 3 Item. Si accipiamus ſingulas partes veſtigij, quęlibet earum creatura eſt, ſicut modus, vel ſpecies. Si igitur in qualibet creatura eſt veſtigium, tũc modi erit modus, ſpecies, & ordo: & ita erit abire in infinitum, quod nec intellectus, nec natura patitur.

Lib. I. c. 9. to. 4. ¶ 4 Item. Ambro. dicit in Examcron. Lucis natura eſt vt non ſit in numero, pondere, & menſura, ſicut alia creatura. in his autem tribus attenditur veſtigium ſecundum Auguſtinum: vt dictum eſt. cum igitur lux ſit creatura, videtur, quòd non in qualibet creatura ſit veſtigium. De natu. boni c. 2. to. 6. Art. antecedenti.

¶ 5 Item, Bernar. modus charitatis eſt non habere modum. ergo charitas cum ſit creatura, non habet modum, ſpeciem, & ordinem. & ſic idem, quod prius. De diligendo Deo, in princ.

Contra. Sap. II. Omnia in numero &c. Item Auguſt. lib. de natura boni loquens de modo ſpecie, & ordine dicit. vbi hęc tria magna ſunt, bonum eſt. vbi parua, paruum. vbi nulla, nullum, ſed omnis creatura eſt aliquod bonũ. ergo omnis creatura habet hæc tria. cap. 2. to. 6.

Respondeo. Dicendum, quòd veſtigium inuenitur in creatura, ſecundum quòd conſequitur eſſe perfectum a Deo, vt ſupra dictum eſt. vnde in his tantum ſimpliciter eſt inuenire veſtigium, quæ perfecta ſunt in ſe; & huiuſmodi ſunt tantum indiuidua in genere ſubſtantiæ. accidentia autem non habent eſſe, niſi dependens a ſubſtantia. vnde etiam in accidentibus nõ eſt veſtigium, niſi ſecundum ordinem ad ſubſtantiam, ita quòd accidentia magis ſint modi, ſpecies, & ordines ſubſtantiarum, quàm ipſa habeant ſpeciem, modum, & ordinem, niſi effectiue Deus dicatur ſpecies, modus, & ordo accidentium. Tamen cum ſecundum quodlibet accidens addatur aliquod eſſe ipſi ſubſtãtiæ, erit ſecundum illud eſſe aliquo modo conſiderare veſtigiũ. Art. præcedenti.

& ſi enim amiſſa Dei participatione deformis ſit, imago tamẽ Dei pmanet. Eo enim ipſo imago Dei eſt mens, quo capax eſt eius, eiuſque eſſe particeps pôt. Iam ergo in ea, Trinitatem quę Deus eſt, inquiramus. Ecce. n. mens ſui meminit, intelligit ſe, diligit ſe, hoc ſi cernimus, cernimus Trinitatẽ, nõ dum quidem G Deum, ſed imaginẽ Dei. D Hic enim quędam apparet Trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Hæc ergo tria potiſsimum tractemus, *a* memoriã, intelligentiam, & voluntatem. hæc ergo tria, vt ait Auguſt. in 10. lib. de Trin. † non ſunt tres vitæ, ſed vna vita; nec tres mentes, ſed vna mens, vna eſſentia. Memoria vero dicitur ad aliquid, & intelligentia, & voluntas, ſiue dilectio, ſimiliter ad aliquid dicitur. vita vero dicitur ad ſeipſam, & mens, & eſſentia. hæc ergo tria, eo ſunt vnum, quo vna vita, vna mens, & vna eſſentia:

vnde quod priuat illud accidens, priuat partes veſtigij, ſcilicet modum, ſpeciẽ, & ordinem, quãtum ad illud eẽ: ſicut peccatum, quod priuat gratiam, dicitur priuatio modi, ſpeciei, & ordinis ſecũdum eſſe gratuitũ, nihilo minus tamẽ, manẽt hæc tria ſecundum eſſe naturæ.

¶ Ad primvm ergo dicendũ, quòd in ſuperiori ſemper includitur virtus inferioris, ſicut in anima etiam eſt virtus naturæ. Anima enĩ eſt natura ipſius corporis, quod per ipſam mouetur, & dat ſibi eſſe naturale, & ſuper hoc habet proprias opatiões ſuas. & ideo cum ſimilitudo imaginis ſequatur animam, ſecundum id, quod intellectualis eſt, non excluditur ab ea ratio veſtigij, quæ conſequitur ipſam, ſecundum quòd natura quædam eſt creata. c. II. to. 3.

¶ Et ſimiliter etiam dicendum ad ſecundum, quòd gratia gratum faciens, ſecundum id, quod additur aliis creaturis, dicitur perfecta ſimilitudo: non quidem ſimpliciter, ſed reſpectu aliarum creatarum ſimilitudinum, ſed ſecundum id, in quo cõmunicat cum aliis creaturis habet rationem veſtigij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid dicitur modificari aliquo dupliciter, vel formaliter, & ſic res dicitur modificari ſuo modo, qui in ipſa eſt, vel effectiue, & ſic omnia modificãtur ab eo, qui modum rebus imponit: & hinc eſt, quòd Deus dicitur effectiue modus omnium rerum. ſecũdum hoc ergo dico, quòd modus creaturæ non habet modum, quo formaliter modificetur, ſed modum modificantem effectiue, & ita eſt in omnibus aliis partibus veſtigij.

¶ Ad quartum dicendum, quòd lux in ſe conſiderata, creata eſt in numero, pondere, & menſura, cum habeat finitũ eſſe, & poſſe, ſicut & aliæ creaturæ: ſed reſpectu aliarum creaturarum corporalium habet indeterminatam virtutem, eo quòd per lucem omnia corpora aliquo modo informantur, & per ipſam omnia corpora inferiora perficiuntur in ſuis naturis. & hoc accidit ſibi inquantum eſt forma vniuerſalis, & primi alterantis, ſcilicet cæli, & pro tanto non dicitur in numero, pondere, & menſura eſſe creata.

¶ Ad vltimum dicendum, quòd charitas poteſt dupliciter conſiderari, aut ſecundum eſſe quod habet in ſubiecto: & hoc mo- K do modum habet ſecundum menſuram capacitatis recipientis, vel ex natura, vel ex conatu. Aut ſecundum inclinationem in obiectum, & ſic intelligitur nõ habere modum, quia obiectum cum ſit infinitum non proportionatur voluntati noſtræ. vnde nunquam tantum poteſt amare Deum, quin amplius amandus ſit, & ſe amare velit.

EXPOSITIO PRIMAE PARTIS

TEXTVS.

Invisibilia quantum ad attributa quibus Deus in ſe perfectus. {Virtus} ſecundum quã creaturas producit. {Diuinitas} ſecundum quòd creaturæ recurrunt in ipſum, vt in finem {Vel inuiſibilia} Dicit quantum ad opera. {Virtus} quantum ad potentiam. {Diuinitas} quantum ad eſſentiam. {Propter excellentiam.} Contra



Contra Angelus pręceſſit hominem, vt in Pſal. 8. Minuiſti eũ A paulo &c. Dicendum, quòd homo, & angelus poſſunt tripliciter conſiderari. Aut per relationem ad finem, & ſic ſunt æquales. Erunt. n. homines ſicut angeli in cælo, ſicut habetur Matth. 22. Aut quantum ad reparationem diuinam: & ſic homo maior eſt angelo, inquantum humana natura aſſumpta eſt in vnitatem perſonæ diuinæ. Aut quantum ad vtranque naturam in ſe. & ſic natura angeli nobilior ẽ. Vel dicẽdum, quòd mundus accipitur hic, ſecundum quod eſt continentia viſibilium tantum, & ita inter creaturas mundi, quas homo excellit, non computatur angelus. {Ex perpetuitate &c.} Quia cauſa ſemper eſt nobilior cauſato. vnde ſi cauſatum eſt perpetuum, oportet quòd cauſa prima ſit æterna, & ſic de aliis. {Perfectiſſima plura.} Pulchritudo conſiſtit in duobus, ſcilicet in ſplendore, & partium proportione: veritas autem habet ſplendoris rationem, & ęqualitas tenet locum proportionis.

& quicquid aliud ad ſeipſa ſingula dicuntur etiam ſimul, non pluraliter, ſed ſingulariter dicuntur, eo vero tria ſunt, quo ad ſe inuicem referuntur.

*Quomodo æqualia ſint, quia capiuntur a ſingulis omnia & tota.*

Aequalia etiam ſunt, non ſolum ſingula ſingulariter, ſed etiã ſingula omnibus, alioquin non ſe inuicem caperent, ſe autem inuicem capiunt; capiũtur enim & a ſingulis ſingula, & a ſingulis omnia. Memini enim me habere memoriam, & intelligentiam, & voluntatem: & intelligo me intelligere, & velle, atq; meminiſſe: & volo me velle, & meminiſſe, & intelligere. C

DIVISIO SECVNDAE PARTIS

TEXTVS.

Nvnc vero iam ad eam &c.} In parte iſta oſtendit Trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ per ſimilitudinem imaginis. & diuiditur in partes tres. In prima, oſtendit ſubſtantiam imaginis. In ſecunda, oſtendit ſecundum quid attendatur imago, ibi: {Ecce ergo mens me.} In tertia, ex ſimilitudine imaginis, ducit in Trinitatem perſonarum, ibi: {Quapropter iuxta iſtam conſiderationem. Ecce ergo mens me.} Hic inquirit ſecundum quid attendatur imago in mente. Et primo, aſſignat imaginem ſecundum po D tentias. Secundo, ſecundum habitus, ibi: {Poteſt etiam alio modo.} Circa primum tria facit. Primo, partes imaginis aſſignat. Secundo, oſtendit in eis ſimilitudinem trium perſonarum, ibi: {Hæc igitur tria.} Tertio, oſtendit diſſimilitudinem, ibi: {Verũ tamen caueat &c.} {Hæc igitur tria.} Hic oſtendit in tribus potentiis aſſignatis ſimilitudinem perſonarum. Et primo, inducit probationem. Secundo, ponit dictorum manifeſtationem, ibi: {Mens autem hęc &c.} Tertio, excludit obiectionem, ibi: {Hic attendendum eſt diligenter.} In primo duo facit. Primo, oſtendit ſimilitudinem quo ad perſonarum diſtinctionem, & eſſentiæ vnitatem. Secundo, quo ad perſonarum æqualitatem, ibi: {Aequalia etiam ſunt.} Quam æqualitatem oſtendit tali ratione. Quæcunque ſe includunt inuicem, ſunt æqualia: ſed quælibet dictarum potentiarum capit aliam, & quælibet capit omnes. ergo quælibet eſt ęqualis alteri, & quælibet eſt æqualis omnibus ſimul, ſicut eſt de diuinis perſonis. minorem probat, E ibi: {Totamque meam me.} Et primo, de memoria. Secundo, de intelligentia. ibi: {Similiter cum hæc tria.} Tertio, de voluntate, ibi: {Voluntas etiam} Primum oſtendit ſic. Quicquid eſt præſens memorię, illud eſt in memoria: ſed ipſa tota memoria eſt ſibi præſens. ergo totam ſe capit. Item. Quicquid intelligo, & volo, ſcio me intelligere, & velle: ſed quicquid ſcio me intelligere & velle, eſt in memoria. ergo quicquid intelligo, & volo eſt in memoria. ergo memoria capit ſe totam & intellectum, & voluntatem. Secundo, probat idem de intelligentia, hoc modo. Omne quod nõ eſt ignotum eſt in intellectu: ſed quicquid eſt volitum, vel intellectum, vel in memoria exiſtens eſt non ignotũ. ergo omne huiuſmodi eſt in intellectu. intelligentia ergo capit omnes tres. Tertio, oſtendit idem de voluntate. Omne illud, quo vtor eſt in voluntate mea quacunque operatione vtor, quia voluntas eſt vniuerſalis motor viriũ: ſed omni eo, quo volo, vel intelligo, vel memoror, vtor. ergo A omne huiuſmodi eſt in voluntate mea, & ſic voluntas capit omnes, quo facto cõcludit ſimilitudinem, ibi: {Cum itaq; inuicẽ.} {Mens autem &c.} hic manifeſtat quędam quæ dixerat. Et primo, quomodo accipiatur mens. Secundo, quomodo accipiatur memoria, ibi: {Illud etiam ſciendum.} {Hic attendendum.} Hic remouet obiectionem contra illud quod dictũ eſt, tres dictas potentias eſſe vnam eſſentiam. Et primo, ponit obiectum. Secundo, ſolutionem, ibi: {Sed iã videndum eſt &c.} Obiectio autem ſumitur ex duobus. Primo, ex hoc, quòd nulla proprietas eſt eſſentia eius, cuius eſt proprietas: ſed potentiæ ſunt proprietates naturales ipſius animæ. ergo non ſunt vna eſſentia animæ. Secunda ponitur ibi, {Et hæc tria &c.} Et ſumitur ex hoc, quòd iſtę potentiæ dicuntur relatiue ad inuicem. vnde & differunt ab inuicem. ergo mirum videtur, quomodo omnia poſſunt eſſe vna eſſentia. {Verũtamen ea.} Hic oſtendit diſſimilitudinem. & diuiditur in duas, ſecundum duas diſſimilitudines. Secunda ibi, {Rurſus iſtas.} {Poteſt etiam alio.} hic aſſignat imaginem ſecundum habitus. Et primo aſſignat partes imaginis. Secundo, probat ſimilitudinem, ibi: {Hæc autem tria.} Tertio, concludit ſuam intentionẽ, ibi: Mens itaque rationalis.} Oſtendit autem ſimilitudinem quantum ad tria. Primo, quantum ad perſonarum diſtinctionẽ in eſſentiæ vnitate. Secundo, quantum ad perſonarum proceſſionem, ibi: {Et eſt ipſa mens.} Tertio, quantum ad æqualitatẽ, ibi: {Nec minor eſt.} Quam oſtendit dupliciter. Primo, quia quanta eſt mens, tanta ſe intelligit, & amat. Secundo, quia hæc tria mutuo ſe includunt, ibi: {Sunt etiam hic &c.}

*Quomodo illa tria memoria capiat.*

Totamq; meam memoriam, & intelligentiã, & voluntatem ſimul memini. Quod. n. memoriæ meæ nõ me mini, illud non eſt in memoria B mea. Nihil autẽ tã in memoria eſt, quàm ipſa memoria, totam ergo memini. Itẽ, quicquid intelligo, intelligere me ſcio: & ſcio me velle quicqd volo: quicquid autem memini, ſcio. Totã igitur intelligentiam, totamq; voluntatem meam memini.

*Qũo illa tria tota capiat intelligentia.*

C Similiter cum hæc tria intelligo, tota ſimul intelligo: neq; enim tamen ea.

*QVAESTIO III.*

C

Ad intelligentiam huius partis duo quæruntur.

Primo. De ſubiecto imaginis.
Secundo. De partibus imaginis enumeratis.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum tantum mens ſit ſubiectum imaginis.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd non tantum mens ſit ſubiectum imaginis. Auguſtinus enim oſtendit lib. de Trinita. Imaginem Trinitatis E in viſu corporali ſecũdum tria, quæ neceſſaria ſunt ad viſionem, ſcilicet res exterior, & imago eius in oculo, & intentio videntis, quæ iſta duo coniungit: viſus autem corporeus non pertinet ad mentem. ergo &c. 1. q. 93. 1. 60. Aug. 11. de Trinit. c. 2. & 3. to. 3.

¶ 2 Item. Dam. aſſignat imaginem in libero arbitrio, quod etiã non videtur eſſe de pertinentibus ad mentem. Lib. 3. de fi. ortho. c. 18.

¶ 3 Item. Auguſt. Imago Trinitatis ibi, quærenda eſt in anima noſtra, quo nihil habet melius: hæc autem videtur eſſe ratio ſuperior ſecundum quam æternis contemplandis inhæret. ergo videtur, quòd in ratione ſuperiori ſit imago. 14. de trini. cap. 8. poſt medium.

¶ 4 Item. Dion. 4. ca. de di. no. Angelus eſt imago diuina. ergo videtur, quòd non tantum in mente noſtra ſit imago.

Contra. Videtur, quòd in nulla creatura ſit imago. Imago enim, vt dicit Hila. eſt rei ad rem coæquandam diſcreta, & vnica ſimilitudo: ſed nulla res creata coæquat creatorem. ergo in nulla creatura poteſt imago creatoris inueniri. De ſyno. in propoſitione prima.

Respondeo, Dicendum, quòd imago in hoc differt a veſti-

a veſtigio, quòd veſtigium eſt confuſa ſimilitudo alicuius rei, F
& imperfecta. imago autem repræſentat rem magis determina
te ſecundum omnes partes, & diſpoſitiones partium, ex quibus
etiam aliquid de interioribus rei percipi poteſt. & ideo in illis
D.471. tantum creaturis dicitur eſſe imago Dei,[d] quæ propter ſui no
1146. bilitatem ipſum perfectius imitantur, & repræſentãt. & ideo in angelo, & homine, tantum dicitur imago diuinitatis: & in homine ſecundum id, quod eſt in ipſo nobilius. Alia autem, quæ plus, & minus participant de Dei bonitate magis accedunt ad rationem imaginis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Aug. in multis oſtendit ſimilitudinẽ Trinitatis eſſe: ſed in nullo eſſe perfectam ſimilitudinem, ſicut in potentiis mentis, vbi inuenitur diſtinctio conſubſtantialis, & æqualitas. conſtat enim illa tria in viſu dicta non eſſe conſubſtantialia. & ideo ſolum in mente ponit imaginem.
Lib. 11. vbi ſupra.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in libero arbitrio nõ poteſt eſſe perfecta ſimilitudo, cum non inueniatur ibi aliqua diſtinctio potẽtiarũ: nec etiam eſt excellẽtior pars animę, cum ſit tantum operatiua. cõſtat autem, quòd contemplatiua nobilior eſt parte operatiua: ſed Damaſ. aſſignat ibi imaginem large vocãs imaginem quãcunq; ſimilitudinem. imitatur autem liberũ arbitrium inquantum eſt primum principium ſuorum operum non potẽs cogi.
15. de trin. c. 7. to. 3.
Vbi ſupra.

quicquàm intelligibilium eſt, quod non intelligam, niſi quod ignoro: quod autẽ ignoro, nec memini, nec volo. Quicquid autem intelligibilium non intelligo: conſequenter etiã nec memini, nec volo: quicquid autem intelligibilium memini, & volo, conſequenter intelligo.

*Quomodo illa tota capiat voluntas.*

G VOLVNTAS mea etiam totam intelligentiam, totamque memoriam meam capit, dum vtor eo toto, quod intelligo, & memini. Cũ itaque inuicem a ſingulis, & omnia tota capiantur æqualia ſunt tota ſingula, totis ſingulis, & tota ſingula, ſimul omnibus totis, & hęc tria vnum, vna vita, vna mens, vna eſſentia. Ecce illius ſummę vnitatis, atq; Trinitatis, vbi vna eſt eſſentia, & tres perſonæ, imago eſt mens humana, licet impar. Mens autem hic pro animo ipſo accipitur, vbi eſt imago illa Trinitatis. Proprie vero mens dicitur, vt ait Auguſ. † non anima ipſa, ſed quod in ea eſt excellentius, qualiter ſæpe accipitur. Illud etiam ſciendum eſt, quòd memoria nõ ſolum abſentium eſt, & præteritorum: ſed etiã præ-
H

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio ſuperior inhæret æternis contemplandis, inquantum ſunt regula, & norma agendorum, prout ſcilicet ex diuinis rationibus dirigimur in noſtris operibus. vnde ibi non eſt imago, ſed in illa parte, quæ æterna ſecundum ſe contemplatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd imago Trinitatis poteſt attendi tripliciter. Vel quantum ad expreſſam repręſentationem diuinorum attributorum: & ſic cum diuinæ bonitates copioſius effulgeãt in angelo, q̃ in hoĩe, angelus eſt expreſſior imago Dei q̃ homo. vnde etiã ſignaculum dr̃ Ezech. 28. ſm̃ expoſitionem Greg. Vel quãtũ ad diſtinctionẽ perſonarũ, & ſic expreſſior eſt ſimilitudo in homine q̃ in angelo; quia in angelo ſuæ potẽtiæ ſunt minus diſtinctæ. Vel inquantũ ipſe Deus eſt principiũ rerum: & ſic imago inuenitur in hoĩe, & non in angelo, inquantũ vnus homo eſt principiũ oĩum hominũ, ſicut Deus oĩum rerũ, & inquantũ aĩa eſt in toto corpore tota, ſicut Deus in mundo. Sed quia iſta repręſentatio eſt quãtum ad exteriora, ſimpliciter concedendum eſt, quòd angelus magis eſt ad imaginẽ, q̃ homo.

¶ Ad vltimum dicendum, quòd imago inuenitur in filio, & in
Lib. de decẽ creatura differenter: vt dicit Auguſt. ſicut imago Regis in filio,
cordis. c. 3. & in denario, filius enim Dei eſt perfecta imago patris perfecte
to. 9. repræſentans ipſum, creatura autem, ſecundum quòd deficit a repræſentatione, deficit a perfecta ratione imaginis. vnde etiam dicitur imago, & ad imaginem, quod de filio non dicitur. & ideo non oportet, quòd creatura ſimpliciter adæquet creatorem. hoc enim tantum verum eſt de filio, qui eſt perfecta imago: ſed ſicut ſecundum quid repræſentat, vt imperfecta imago, ita etiam ſecundum quid coæquat.



## QVAESTIO IIII.

### D
### Deinde quæritur de partibus imaginis.

ſentium, vt ait Auguſt. in quartodecimo lib. de Trini. † alioquin non ſe caperet. †De tri. lib. 14. cap. 11.

*Ex quo ſenſu illa tria dicantur unum eße, & una eſſentia quæritur.*

HIc attẽdendum eſt diligenter, ex quo ſenſu accipiẽdum ſit, quod ſupra dixit, illa tria, ſcilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem eſſe vnum, vnam mentem, vnam eſſentiam: quod vtique non videtur verũ eſſe, iuxta proprietatem ſermonis. Mens enim, ideſt ſpiritus rationalis, eſſentia ſpiritualis eſt, & incorporea. Illa vero tria, naturales proprietates, ſeu vires ſunt ipſius mentis, & a ſe inuicem differunt: quia memoria nõ eſt intelligentia, vel voluntas: nec intelligẽtia volũtas, ſiue amor.

*Quòd etiam ad ſe inuicem dicuntur relatiue.*

ET hęc tria etiam ad ſe inuicem referuntur, vt ait Auguſt. in nono lib. de Trini. † Mens enim amare ſe ipſam, vel meminiſſe non poteſt, niſi etiam nouerit ſe. Nã quomodo amat, vel meminit, quod neſcit? † Miro itaq; modo

Et primo. De prima aſſignatione.
Secundo. De ſecunda.

Circa primã q̃runtur quinq;.

Primo. De partibus imaginis quid vnaquęq; ſit, & qualiter ab inuicem differant.
Secundo. Quomodo ſe habeant ad eſſentiã: vtrum ſint ipſa eſſentia animę.
Tertio. Quomodo ſe habeant ad inuicem: vtrũ ſcilicet vna ex alia oriatur.
Quarto. De ipſis per comparationem ad obiectum, ſcilicet reſpectu cuius obiecti attẽditur in ipſis imago Trinitatis.
Quinto. De ipſis per comparationem ad actum: vtrum, ſcilicet ſemper ſint in ſuis actibus dictæ potentię.

ARTICVLVS I.

*a Vtrum memoria pertineat ad imaginem.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd memoria nõ pertineat ad imaginẽ. ſicut enim dicit Aug. quod in anima reperies commune cum brutis, ad ſenſualitatem pertinet. memoria autem eſt communis nobis, & brutis. igitur cum imago non ſit in ſenſualitate: videtur, quòd memoria ad imaginem non pertineat. † c. 3. to. 3.
† 9. de trin. c. 5.
I 12. de trini. c. 1. to. 3.

¶ 2 Item. Omnis potentia apprehendens determinatam temporis differentiam pertinet ad ſenſitiuam partem, & non ad intellectum, qui eſt vniuerſalium, quę abſtrahunt a quolibet tempore: ſed memoria concernit tempus præteritum. ergo non pertinet ad intellectiuam partẽ, in qua eſt imago: ſed ad ſenſitiuã.

¶ 3 Item. 11. Metaphyſ. dicitur a Commen. quia natura intellectiua diuiditur in intellectum, & voluntatem: nec vllus vnquam Philoſophus in intellectiua parte poſuit memoriam: qui tamen potentias animæ conſiderauerunt. ergo memoria non pertinet ad imaginem. Tex. 36.

K ¶ 4 Item. Videtur, quòd nec intelligentia pertineat ad imaginem. Secundum enim Dion. diſtinguuntur quatuor gradus entium, ſcilicet intellectualia, rationalia, ſenſibilia, & ſimpliciter exiſtentia. homo autem non continetur ſub intellectualibus, ſed ſub rationalibus. cum igitur hic quæratur quid ſit imago, ſecundum quòd eſt in homine, videtur, quòd intelligẽtia ad imaginem non pertineat. De cæleſt. hier. c. 4.

¶ 5 Item. Potentiæ diſtinguũtur per actus: ſed noſſe, & intelligere non differunt, niſi forte ſicut habere in habitu, & intueri in actu, ſecundum quę non diuerſificantur potentiæ, cum eiuſdem potentię ſit habere habitum, & elicere actum: ergo intelligentia cuius actus aſſignatur intelligere, non eſt alia potentia a memoria, cuius actus aſſignatur noſſe.

¶ 6 Item. Videtur, quòd nec voluntas: voluntas enim eſt principiũ operatiuũ: ſed imago quærenda eſt in parte ſuprema, quæ eſt ſpeculatiua. ergo voluntas non pertinet ad imaginem.

6 Item



De ſpiritu, & anima. c. 10. to. 3. ¶ 7 Item. Auguſt. Imago eſt in potentia cognoſcendi, ſimilitudo in potentia diligendi: ſed voluntas non eſt potentia cognoſcendi, ſed magis diligendi. ergo nõ pertinet ad imaginem, ſed ad ſimilitudinem.

¶ 8 Præt. Illud, quod imperat aliis, & mouet alia, eſt prius eis: ſed voluntas mouet oẽs potentias alias, vt dicit Anſel. ergo eſt prior quàm memoria, & intelligentia: & ita non reſpõdet ordini perſonarum iſta aſſignatio, cum voluntas ſpiritui ſancto approprietur.
Lib. de ſimilitudinibus c. 2.

RESPONDEO. Dicẽdum, quòd omnis proprietas[d] conſequens eſſentiam animæ ſecũdũ ſuam naturã, vocatur hic potentia animæ, ſiue ſit ad operãdum, ſiue nõ. Cum igitur natura animæ ſit receptibilis inquãtum habet aliquid de poſſibilitate, eo quòd omne habẽs eſſe ab aliquo, eſt poſſibile in ſe, vt ꝓbat Auic. & non ſit impreſſa organo corporali, cũ habeat operationẽ abſolutam a corpore, ſcilicet intelligere, cõſequitur ipſam quędam proprietas, vt impreſſa retineat. vnde dicit 3. de anima, quòd anima eſt locus ſpecierum, prę ter quam non tota, ſed intellectus. iſta ergo virtus retinendi, dicitur hic potentia memoriæ. vlterius: quia anima eſt immunis a materia, & omnis talis natura eſt intellectualis,
D. 200.
† Lib. 9. de trinit. c. 4.
Lib. de intellig. c. 4.
Tex. 6.
†De tri. lib. 15. cap. 20.

iſta tria inſeparabilia ſunt a ſemetipſis, & tamen eorum ſingulum, & omnia vna eſſentia eſt, cum & relatiue dicantur adinuicem.

*Hic aperitur quod ſupra quærebatur, ſcilicet: quomodo hæc tria dicantur unum.*

SED iam videndum eſt, quomodo hęc tria dicantur vna ſubſtãtia, ideo ſcilicet, quia in ipſa anima vel mente ſubſtantialiter exiſtunt. non ſicut accidentia in ſubiectis, quę poſſunt adeſſe, & abeſſe. Vnde Auguſ. in lib. nono de Trinit. ait. † Ammonemur ſi vtcunq; videre poſſumus hæc in animo exiſtere ſubſtantialiter, non tanquam in ſubiecto, vt color in corpore, quia & ſi relatiue dicuntur adinuicem ſingula, tamen ſubſtantialiter ſunt in ſua ſubſtantia. Ecce ex quo ſenſu illa tria dicantur vnum eſſe, vel vna ſubſtantia. Quæ tria, vt ait Auguſt. in lib. decimoquinto de Trinit. † In mente naturaliter diuinitus inſtituta, quiſq; viuaciter perſpicit, & quàm magnum ſit in ea. Vnde poteſt etiã ſempiterna, immutabiliſq; natura recoli, conſpici, concupi-

conſequitur vt id, quod in ipſa tenetur, ab ea intelligatur, & ita poſt memoriam ſequitur intelligentia. Item. Quia id, quod intelligitur, accipitur, vt conueniens intelligenti: ideo conſequitur voluntas, quę tendit in ipſum conueniens, nec poteſt vltra procedere, quia voluntas eſt reſpectu finis, cum eius obiectum ſit bonum, & rei perfectio non extendatur vltra finem. Et ſecundum hoc, ſunt tres potentiæ[d] diſtin
D. 721. 876. ctæ abinuicem, memoria, intelligentia, & voluntas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd memoria, ſecũdum quod hic ſumitur, non eſt communis nobis, & brutis, vt patet
In cor. ar. ex authoritate Philoſophi inducta, quia ſola intellectiua anima in ſe retinet, quod accipit, ſed ſenſitiua in organo corporali.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd æquiuocatur nomen memoriæ: memoria enim, ſecundum quòd hic accipitur, abſtrahit a qualibet differentia temporis, vt in litera dicitur, quia eſt pręſentium, præteritorum, & futurorum. vnde ſumitur hic pro memoria, quæ eſt potentia ſenſitiuæ partis: quæ habet organum in poſtrema parte capitis. & eſt theſaurus intentionum ſenſibiliũ
Lib. de anima. par. 4. cap. 1. cum ſenſu, non a ſenſu acceptarum, vt dicit Auic.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philoſophi accipiebant potentias illas tantum, quæ ordinantur ad aliquem actum. proprietas autem retentiua ipſius animæ, nõ habet aliquem actum: ſed loco actus habet hoc ipſum, quòd eſt tenere, & ideo de memoria ſic dicta non fecerunt mentionem inter potentias animæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut dicit Diony. 7. cap. de diuin. nominibus: natura inferior ſecundum ſupremum ſui, attingit infimum naturæ ſuperioris. & ideo natura animæ in ſui ſupremo, attingit infimum naturæ angelicæ. & ideo aliquo modo participat intellectualitatem in ſui ſummo: & quia ſecundum optimum ſui aſſignatur imago in anima. & ideo potius aſſigna-
D. 768. tur ſecundum[d] intelligentiam, quàm ſecundum rationem. ra-



A tio enim nihil aliud eſt, niſi natura intellectualis obumbrata. vnde inquirendo cognoſcit, & ſub continuo, & tempore, quod intellectui ſtatim, & plena luce confertur. & ideo dicitur eſſe intellectus principiorum primorum, quæ ſtatim cognitioni ſe offerunt.

ſci. Reminiſcitur enim per memoriam, intuetur per intelligẽtiam, amplectitur per dilectionẽ, profecto reperit illius ſummæ Trinitatis imaginem.

*Quia in illa ſimilitudine eſt diſſimilitudo.*

B VERVNTAMEN caueat, ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam, ita ei comparet, vt omnino exiſtimet ſimilẽ, ſed potius in qualicunque iſta ſimilitudine, magnam quoque diſſimilitudinem cernat.

*Prima diſſimilitudo.*

C QVOD breuiter oſtendi poteſt. Homo vnus per illa tria intelligit, meminit, diligit: † qui nec memoria eſt, nec intelligẽtia, nec dilectio, ſed hæc habet. Vnus ergo homo eſt qui habet hęc tria: non tamen ipſe eſt hæc tria. In illius vero ſumma ſimplicitate naturę, quę Deus eſt, quàmuis vnus ſit Deus, tres tamen perſonę ſunt, pater, & filius, & ſpiritusſanctus, & hæ tres vnus Deꝰ. Aliud eſt itaque Trinitas res ipſa. aliud imago Trinitatis in
D

¶ Ad quintum dicendum, quòd intelligere, & noſſe, differunt. noſſe enim eſt notitiam rei apud ſe tenere: intelligere autem dicit intueri, quàmuis autem cuiuſlibet potentiæ ſit tenere ſuum habitum, & obiectũ. hoc tamen non eſt earũ, niſi inquãtum eſt in eis virtus memoriæ, quæ immediate ſequitur eſſentiam naturæ, ſicut virtꝰ prioris ſemper eſt in poſteriori. † Aug. ibid.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd voluntatis obiectum eſt bonum: bonum autem habet rationem finis. finis autem eſt, & contemplationis, & actionis: & ideo voluntas nõ tantum ſe habet ad partem actiuam: ſed etiam ad cõtemplatiuam. vnde pertinet ad ſupremam partem animæ. † 15. de tri. c. 22.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd Aug. vocat large potentiam cognoſcendi, ſiue quę ordinatur ad cognitionẽ ſicut memoria, ſiue qua cognoſcitur, ſicut intelligentia, ſiue quæ cognitionem cõſequitur, ſicut voluntas. potẽtiam autem diligendi nominat habitus gratuitos, quibus Deum meritorie diligimus. & ideo dicitur, quòd homo per peccatũ amittens Dei ſimilitudinem, abiit in regionem diſſimilitudinis, ſed non amiſit imaginem.

¶ Ad octauum dicendum, quòd ſicut in artibus eſt, quòd illa quæ conſiderat finem imperat, & mouet artes conſiderantes ea, quæ ſunt ad finem, ſicut medicus imperat pigmentario, vt ſupra dictum eſt, ita etiam eſt in potentiis animę. voluntas enim, quia conſiderat finem, mouet alias omnes potentias, quæ ordinantur ad finem, & imperat eis actus ſuos. vnde quàmuis prior ſit in mouendo: non tamen ſequitur, quòd ſit prior in eſſe, ſicut etiam finis eſt vltimus in eſſe, & tamen mouet efficientem. In repetitione ad 6.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum potentiæ animæ ſint eſſentia eius.*

E AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd eſſentia animæ ſit ſuæ potentiæ. De ſpiri. 11 1. q. 27. 1.

¶ Primo, per hoc, quod dicitur in litera. Iſta tria ſunt vna mens, vna vita, vna eſſentia.

¶ 2 Item. Idem eſt principium eſſendi, & operandi: ſed anima eſt principium eſſendi cũ ſit forma ſubſtantialis corporis. ergo per ſe ipſam eſt principium operationum. non oportet ergo eſſe potentias medias.

¶ 3 Item forma ſubſtantialis nobilior eſt, quàm accidentalis: ſed forma accidentalis facit operationes ſuas ſine aliqua virtute media. ergo & forma ſubſtantialis, & ſic idem quod prius.

¶ 4 Pręter. Materia prima eſt ſua potentia: ſed ſicut in materia eſt potentia paſſiua, ita in forma potentia actiua. ergo etiam forma eſſentialis eſt ſua potentia actiua, & ſic idem quod prius.

¶ 5 Præt.

¶ 5 Præter. Omne illud, quod non eſt de eſſentia rei eſt accidens: ſed ſenſus, & ratio, quæ ſunt potentiæ quędam non ſunt accidentia cum ſint principia differentiarum ſubſtantialium. ergo ſunt de eſſentia ipſius animæ.

CONTRA. Sicut ſe habet poſſe ad eſſe, ita ſe habet potentia ad eſſentiam: ſed in ſolo Deo verum eſt dicere, quòd ſuũ eſſe ſit ſuum poſſe. ergo in nullo alio ſua eſſentia eſt ſua potentia: & ita nec in aĩa.

¶ Præt. Omne agẽs, quod agit per eſſentiam ſuam eſt agens primũ: vt dicit Auic.
Lib. de intell. c. 1. cuius ratio eſt: quia omne ſecundũ agens agit inquantum participat aliquid. & ita agit per aliquid additum eſſentiæ: ſed anima non eſt agens primum. ergo non eſt agens per ſuam eſſentiam, ſed per ſuã potẽtiã: ergo ſua potẽtia non eſt ſua eſſentia.

¶ Præt. Cũ perfectio, & perfectibilia ſint proportionata, oportet, quòd pfectibilia diuerſarum proportionum recipiant diuerſas perfectiones. organa autem corporis animati diuerſa ſunt diuerſarum proportionum in commiſtione. ergo diuerſimode perficiuntur ab anima. non autem quãtum ad eſſe, quia anima cum ſit forma ſubſtantialis, dat vnũ eſſe toti corpori. ergo oportet, quòd diuerſimode perficiantur quantum ad perfectiones conſequentes eſſe, ſecundum quas, habent diuerſas operationes. has autem perfectiones, quæ ſunt principia operationum animæ: vocamus potentias. ergo oportet potentias animæ diuerſas eſſe ab eſſentia, vtpote emanantes ab ipſa.

D. 539. RESPONDEO. Dicendum, quòd effectus [d] proprius, & immediatus, oportet, quòd proportionet ſuæ cauſæ. vnde oportet, quòd in omnibus illis, in quibus principium operationis proximum eſt de genere ſubſtantiæ, quòd operatio ſua ſit ſubſtantia, & hoc ſolum in Deo eſt: & ideo ipſe ſolus eſt, qui non agit per potentiam mediam differentẽ a ſua ſubſtantia. In omnibus autem aliis operatio eſt accidens: & ideo oportet, quòd
D. 51. 197. proximum principium operationis [d] ſit accidẽs, ſicut videmus in corporibus, quòd forma ſubſtantialis ignis nullam operationem habet, niſi mediantibus qualitatibus actiuis, & paſſiuis, quæ ſunt quaſi virtutes, & potentiæ ipſius. Similiter dico, quòd ab anima cum ſit ſubſtantia nulla operatio egreditur, niſi mediante potentia: nec etiam a potentia perfecta operatio, niſi mediante habitu. Hæ autem potentiæ fluunt ab eſſentia ipſius animæ, quædam vt perfectiones partium corporis, quarum operatio efficitur mediante corpore, vt ſenſus, imaginatio, & huiuſmodi. & quædam vt exiſtentes in ipſa anima, quarum operatio non indiget corpore, vt intellectus, voluntas, & huiuſmodi. & ideo dico, quòd ſunt accidentia, non quòd ſint communia accidentia, quæ non fluunt ex principiis ſpeciei, ſed conſequuntur principia indiuidui, ſed ſicut propria accidentia, quæ conſequũtur ſpeciem originata ex principiis ipſius: nihil tamen ſunt de integritate ipſius animæ, inquantum eſt totum potentiale, habens quandam perfectionem potentiæ, quæ conficitur ex diuerſis viribus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur tres potentiæ ſunt vna mens &c. non eſt prędicatio eſſentialis, ſed totius poteſtatiui de ſuis partibus. vnde de potẽtiis imaginis propinquius, & prius pdicatur mens, quia mẽtis inquantũ huiuſmodi ſunt iſtę potentiæ, in quibus cõſiſtit integritas imaginis:

re alia. propter quam imaginem, etiam illud, in quo ſunt hæc tria, imago dicitur, ideſt homo, ſicut imago dicitur, & tabula, & pictura, quę eſt in ea: ſed tabula nomine imaginis appellatur, propter picturam, quæ eſt in ea.

*Alia diſſimilitudo.*

†Ibid. c. 24. RVRSVS iſta imago, q̃ eſt homo, habens illa tria, vna perſona eſt, illa vero Trinitas nõ vna perſona eſt, ſed tres perſonę, pater filii, & filius patris, & ſpiritus patris, & filii. Itaque in iſta imagine Trinitatis nõ hæc tria vnus homo, ſed vnius hominis ſunt. In illa vero ſumma Trinitate, cuius hæc imago eſt, non vnius Dei ſunt illa tria, ſed vnꝰ Deus, & tres ſunt illę perſonæ, non vna perſona. illa enim tria non homo ſunt, ſed hominis ſunt, vel in homine ſunt. Sed
† Eod. lib. c. 7. nunquid poſſumus dicere Trinitatem ſic eſſe In Deo, vt aliquid Dei ſit, nec ipſa ſit Deus? Abſit ut hoc credamꝰ. Dicamꝰ
† c. 23. ergo in mente noſtra imaginẽ

F & minus proprie vita: quę tamen includit potentias in generali, quæ ſunt principium operum vitæ. & adhuc minus proprie dicuntur vna eſſentia, in qua ſecundum id, quod eſt eſſentia nõ includuntur potentię, niſi ſicut in origine, eo quòd ab eſſentia oriuntur potentiæ, in quibus attenditur imago: totum enim potentiale, quaſi medium eſt inter integrale, & vniuerſale. vniuerſale. n. adeſt cuilibet parti ſubiectiuę ſecundum eſſe, & perfectam virtutẽ. & ideo proprie prædicatur de parte ſua: † c. 12.
ſed totum integrale nõ adeſt cuilibet parti, neque ſecundum eſſe, neq; ſecundum virtutem. non enim totum eſſe domus eſt in pariete, neque tota virtus. & ideo nullo modo prædicatur de parte: totum autẽ potentiale adeſt cuilibet parti ſecundum ſe, & ſecundum aliquid virtutis, ſed nõ ſecũdum perfectam: immo ſecundum perfectam virtutẽ adeſt tantum ſupremæ potentiæ. & ideo prædicatur quidem, ſed non adeo proprie, ſicut totũ vniuerſale. † c. 4. to. 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia ipſius animæ eſt etiam principiũ operandi, ſed mediante virtute. principium autem eſſendi eſt immediate, quia eſſe nõ eſt accidens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma accidentalis eſt virtus alterius, per quam perducitur operatio, qui eſt effectus proportionatus ſibi, ſicut cauſæ proximę. forma
I autem ſubſtantialis non eſt hoc modo proportionata operationi, vt dictum eſt. In cor. ar.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſi per potentiam paſſiuam intelligatur relatio, vel ordo materię ad formã, tunc materia non eſt ſua potentia, quia eſſentia materiæ, non eſt relatio. Si autem intelligatur potentia, ſecundum quod eſt principium in genere ſubſtantiæ, ſecundum quod potentia & actus, ſunt principia in quolibet genere, vt dicitur in 12. Metaphy. ſic dico, quòd materia eſt ipſa ſua potentia. & hoc modo ſe habet materia prima, Tex. 26.
quæ eſt primum recipiens ad potentiam paſſiuam, ſicut ſe habet Deus, qui eſt primum agens ad potentiam actiuam. & ideo materia eſt ſua potentia paſſiua, ſicut & Deus ſua potentia actiua. omnia autem media habent vtranque potentiam participatiue: & potentia materiæ non eſt ad aliquam operationem, ſed ad recipiendum tantum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſenſus, ſecundum quod eſt nomen potentiæ, non eſt principium huius differentię, quæ eſt
K ſenſibile, ſed ſecundum quod nominat naturam ſenſitiuam, & & ita eſt de aliis.

Trinitatis, ſed exiguam, & qualemcunque eſſe, quæ ſummæ Trinitatis ita gerit ſimilitudinẽ, vt ex maxima parte ſit diſſimilis. *d* Sciendũ vero eſt, ꝙ hęc Trinitas mentis, vt ait Auguſt. in 14. lib. de Trinit. † non propterea tantum imago Dei
G eſt, quia ſui meminerit mens, & intelligit, ac diligit ſe, ſed qa poteſt etiam meminiſſe, & intelligere, & amare illum, a quo facta eſt.

E

*Alia aſſignatio Trinitatis in anima, ſcilicet mens, notitia, amor.*

POTEST etiã alio modo, aliiſque nominibus diſtingui Trinitas in anima, quæ eſt imago il-
H lius ſummę, & ineffabilis Trinitatis. Vt enim ait Auguſt. in 9. lib. de Trini. † mens, & notitia eius, & amor, tria quędam ſunt. Mens. n. nouit ſe, & amat ſe, nec amare ſe poteſt, niſi etiã nouerit ſe. Duo quędam ſunt mens, & notitia eius. Item duo quędã ſunt mens, & amor eius. Cũ ergo ſe nouit mẽs, & amat ſe, manet Trinitas, ſ. mens,

ARTICVLVS III.

*c Vtrum vna potentia oriatur ex alia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd vna potentia non oriatur ex alia. Quæcunque enim ſimul ſunt vnum ex altero non oritur: ſed omnes potentiæ ſimul ſunt in anima ex creatione. ergo vna non oritur ex alia. 1. q. 77. 7.

¶ 2 Præt. Omne accidens cauſatur ex ſuo ſubiecto, ſed vna potentia non eſt ſubiectum alterius, quia accidens non eſt ſubiectum accidentis. ergo vna potentia non oritur ex alia.

CONTRA. Potentię determinantur ſecundum actus: ſed actus vnius potẽtię ſequitur naturaliter ad actum alterius potentię,



tentiæ, & originatur ex ipſa, ſicut intelligere, ſequitur ad hoc, ꝙ eſt tenere notitiam. ergo ita eſt etiam in potentiis. Si dicas, quòd ordo eſt in actibus ratione obiectorum, & non ratione potentiarum, in idem redibit, quia obiecta ſunt perfectiones potentiarum, & formæ ipſarũ. perfectio autẽ proportionatur pfectibili, & ſic idem quod prius.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ omnis numeroſitas, quę deſcẽdit naturaliter ab aliquo vno, oportet, quòd deſcendat ſecũdum ordinem, quia ab vno nõ exit niſi vnũ; & ideo cũ multæ potẽtiæ egrediantur ab eſſentia animæ, dicimus, ꝙ in potentiis animæ eſt ordo naturalis, & cum oẽs fluãt ab
† Ex lib. 9 de Trinita. ca. 12. eſſentia; vna tamen fluit mediante alia; & inde eſt, ꝙ poſterior potentia ſupponit in diffinitiõe ſui priorem, & actus poſterioris dependet a priori. Si enim diffiniamus intellectũ, diffinietur per ſuũ actũ, qui eſt intelligere, & in diffinitione actus eius, cadet actus prioris potentiæ, & ipſa potẽtia. Oportet enim ꝙ in diffiõne huius actꝰ, qui eſt intelligere,
Tex. 38. cadat phãtaſma, qđ eſt obiectum eius, vt
Ibidem. in 3. de Anima dr̃. quod per actũ imaginationis repræſentatur intellectui. & hoc etiã videmus in accidentibus corporum, quòd omnia alia accidentia elementorũ fluunt ab eſſentia, mediantibus primis qualitatibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ſint ſimul tempore, nihilominus tamen vna naturaliter prior eſt altera.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd accidens ex ſeipſo non habet virtutem producendi aliud accidens, ſed a ſubſtantia poteſt vnum
D. 20. accidens [d] procedere mediante alio, ſecundũ quod illud præſupponitur in ſubiecto, & ita etiam accidens non poteſt eſſe per ſe ſubiectũ accidentis, ſed ſubiectũ mediante vno accidente ſubiicitur alteri, propter quod dicitur ſuperficies eſſe ſubiectum coloris.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum imago attendatur in potentiis rationalibus, reſpectu quorumlibet obiectorum.*

1. q. 93. 8. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ imago attẽdatur in iſtis potentiis reſpectu quorumlibet obiectorum. Potentia. n. ex natura potentiæ ſe habet ſimiliter ad omnia ſua obiecta: ſed per habitus diuerſos reſtringitur ad hæc, vel ad illa. cum igitur aſſignatio primæ imaginis ſit ſecundũ potentias, nõ ſm habitus. videtur, ꝙ ſit reſpectu quorũlibet obiectorum.

12. de Trin. ca. 4. to. 3. ¶ 2 Præt. Aug. lib. de Trin. Cum in natura mentis humanæ quærimus Trinitatem in tota quærimus, non ſeparantes actionem temporalium a contemplatione æternorum. omnia autem obiecta vel ſunt æterna, vel temporalia. ergo reſpectu quorumlibet obiectorum attenditur imago.

CONTRA. Ad rationem imaginis exigitur æqualitas: ſed non in omnibus obiectis inuenitur æqualitas. non enim quantumcunque cognoſco aliquid, tantum volo illud. ergo videtur, ꝙ non reſpectu omnium attendatur imago.

¶ Præt. Secundum iſtã aſſignationem imaginis, intelligentia ſequitur memoriã: ſed in illis, quæ per acquiſitionẽ cognoſcimus ex intelligẽtia, ſequitur memoria. ergo videtur, ꝙ iſta aſſignatio imaginis non attenditur reſpectu quorumlibet obiectorum.

Diſt. 3. q. 3. art. 1. RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt, imago dicit expreſſam repræſentationẽ. Expreſſa autẽ repræſentatio eſt in ip-

amor, & notitia. Mens autẽ hic nõ accipitur pro anima, ſed pro eo quod in anima excellentius eſt. Hæc autem tria cum ſint diſtincta a ſe inuicem, dicuntur tamen eſſe vnũ, quia in anima ſubſtantialiter exiſtunt.

*Quòd mens uice patris, notitia filij, amor ſpiritusſancti accipitur.*

ET eſt ipſa mẽs quaſi parẽs, & notitia eius quaſi proles eius. Mens. n. cum ſe cognoſcit, notitiam ſui gignit, & eſt ſola parens ſuæ notitiæ. Tertius eſt amor, q de ipſa mente, & notitia procedit, dũ mens cognoſcens ſe, diligit ſe. non enim poſſet ſe diligere, niſi cognoſceret ſe: amat etiam placitam prolem, ideſt notitiam ſuam, & ita amor quidam complexus eſt parentis, & prolis.

*Quòd non eſt minor mente notitia, nec amor vtroque.*

NEc minor eſt proles parente, dum tantam ſe nouit mens quãta eſt, nec minor eſt amor parente, &

A ſis potentiis propter quinq;. Quorũ duo ſe tenẽt ex parte ipſius animæ, ſ. conſubſtantialitas, & diſtinctio potentiarũ. & ideo ſe habent indifferẽter reſpectu quorũlibet obiectorũ. Alia vero tria, ſ. æqualitas, & ordo, & actualis imitatio reſpiciunt obiecta. vnde ſe habent diuerſimode reſpectu diuerſorũ obiectorũ. poteſt autem attendi in potẽtiis animæ duplex ęqualitas, ſ. potentiæ ad potentiã, & potẽtiæ ad obiectum. Et hæc ſecũda æqualitas, ſaluatur hic diuerſimode reſpectu diuerſorum obiectorum. in illis enim quæ p habitum acquiſitũ diſcuntur, nõ ſeruatur Lib. 18. c. 5.
ordo, vt dictum eſt: qa intelligẽdi actus, præcedit actum memorandi, & iterum non eſt ibi actualis repręſentatio ipſius Trinitatis, ſm qđ intendit illis obiectis, quæ nõ exprimunt Trinitatẽ: ſeruaẽ aũt ibi ęqualitas quædã, Diſt. 3. q 2. art. 3.
ſcilicet potentiæ ad potentiã, quia quæcunq; cõprehẽdunẽ vna potentia, cõprehenduntur alia, non ꝙ quicquid intelligimꝰ ſimpliciter velimꝰ: ſed aliquo modo in volũtate ſunt inquantũ volumus nos ea intelligere, ſed non ſeruaẽ æqualitas potẽtię ad obiectum, quia res corporales ſunt in anima nobiliori modo, q̃ in ſeipſis, cũ anima ſit nobilior eis, vt dicit Auguſtinus. Si autẽ conſiderentur iſtæ potẽtiæ reſpectu hu- 10. de Trin,
ius obiecti, quod eſt anima, ſic ſaluatur ordo, cũ ipſa anima natu- ca. 6. tom. 3.
D raliter ſit ſibi præſens. vnde ex notitia procedit intelligere, & nõ & de duab.
econuerſo: ſeruatur etiã æqualitas potentiæ ad potentiã, ſimpli- animab. cõ.
citer, quia quantum ſe intelligit, tantũ ſe vult, & diligit: nõ ſicut Manicheos
in aliis, ꝙ velit ſe tantũ intelligere, ſed ſimpliciter: ſeruatur etiã ca. 2. to. 6.
ibi æqualitas potentiæ ad obiectum; ſeruatur etiam ibi actualis imitatio ipſius Trinitatis, inquantum. ſ. ipſa anima eſt imago, expreſſe ducens in Deum. Si autem conſiderentur reſpectu huius obiecti, ꝙ eſt Deus, tunc ſeruatur ibi actualis imitatio. maxime autem ſeruatur ordo, quia ex memoria procedit intelligentia, co ꝙ ipſe eſt per eſſentiam in anima, & tenetur ab ipſa non per acquiſitionem: ſeruatur etiam ibi æqualitas potentiæ ad potentiã ſimpliciter, ſed non potentiæ ad obiectum, quia Deus eſt altior, quàm ſit anima. vnde dico, ꝙ imago quodammodo attenditur reſpectu quorumlibet obiectorum. verius autẽ reſpectu ſuiipſius, & veriſſime reſpectu huius obiecti, quod eſt Deus, niſi tantum, ꝙ deeſt æqualitas potentiæ ad obiectum, quæ etiam non multũ facit ad imaginem.

E ¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ quãuis iſta aſſignatio imaginis, attendatur ſm potentias abſolute, nihilominus tamẽ præcipue attenditur ſm id, quod eſt altiſſimum in eis. & hoc eſt reſpectu eorũ obiectorum, quæ per ſui eſſentiam ſunt in anima.

¶ Ad ſecundũ dicendum, ꝙ Auguſt. vult, ꝙ reſpectu quorũlibet obiectorum ſit aliquo modo imago: ſed præcipue reſpectu huius obiecti, quod eſt Deus, & quod eſt anima. ipſe enim in multis requirit ſimilitudinẽ Trinitatis, vt ad perfectam imaginẽ deueniat. Paulo ante in hoc art.

¶ Ad aliud patet reſponſio per ea, quæ dicta ſunt.

ARTICVLVS V.

*Vtrum potentiæ rationales ſint ſemper in actu reſpectu obiectorum, in quibus attenditur imago.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ iſtæ potentiæ non ſemper ſint in ſuis actibus reſpectu horum obiectorũ, 1. q. 93. 7.
in

prole, ideſt mente, & notitia, dũ tantũ ſe diligit mens, quantum ſe nouit, & quanta eſt.

*Quòd hæc tria in ſeipſis ſunt.*

B SVnt etiam hæc ſingula in ſeipſis, quia & mens amans in amore eſt, & amor in amantis notitia: & notitia in mente noſcẽte eſt. Ecce in his tribus qualecumque Trinitatis veſtigium apparet.

*Quomodo mens per iſta proficit ad intelligendum Deum.*

MEns itaque rationalis conſiderans hæc tria, & illam vnam eſſentiã in qua iſta ſunt, extendit ſe ad con-
C templationem creatoris, & videt Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate. Intelligit enim vnũ Deum eſſe vnã eſſentiam, vnũ principium. Intelligit enim qa ſi duo eſſent, vel vterq; inſufficiens eſſet, vel alter ſuperflueret, quia ſi aliquid deeſſet vni, quod alter haberet, nõ eſſet ibi ſumma pfectio. Si vero nihil

2. de Anima tex. 17. — in quibus præcipue attenditur imago. Dicit enim Philoſophus, ꝙ vna potentia exiſtente in actu, altera abſtrahitur ab actu ſuo: ſed iſtæ tres ſunt diuerſæ potentiæ. ergo impoſsibile eſt, ꝙ quælibet ſemper ſit in ſuo actu reſpectu cuiuslibet obiecti. F

4. Meta. t. 12 — ¶ 2 Item Philoſophus dicit, ꝙ non contingit multa ſimul intelligere; ſed anima q̃nq; intelligit quædam alia. ergo tunc non intelligit ſimul ſeipſam, & Deum.

†Lib. 9. ca. 1.

11. de Trin. ca. 2. to. 3. — ¶ 3 Item. Ad hoc ꝙ anima intelligat, vel videat ſm̃ Aug. requirit intentio cognoſcẽtis per quam ſpecies cognoſcibilis in rẽ deducat: ſed q̃nq; anima intelligit ex intentione ſe intelligere. cũ igitur nõ percipiamus nos intelligere ſemp̃ animam, & Deũ, videt̃ quòd intellectus noſter, non ſemper ſit in actu reſpectu horum obiectorum.

Cap. 1.

Tex. 20. — CONTRA. Philoſophus dicit 3. de Anima. ꝙ intellect⁹ agens ſemp̃ intelligit. maxime autem hoc vr̃ reſpectu eorum, quæ ſemp̃ ſibi ſunt in præſentia, ſicut anima, & Deus. ergo videt̃, ꝙ intellectus horũ reſpectu ſemper ſit in actu.

†Ca. 1. to. 3.

vni deeſſet quod haberet alter, cũ in vno eſſent oĩa, alter ſuperflueret. Intellexit ergo vnũ eſſe Deũ vnum omniũ authorẽ, & vidit quia abſq; ſapientia non ſit, quaſi res fatua. & ideo intellexit eũ habere ſapiẽtiã, quæ ab ipſo genita eſt, & q̃a ſapientiã ſuã diligit, intellexit ẽt ibi eẽ amorẽ. G

*Hic de ſummæ Trinitatis vnitate.*

QVapropter, iuxta iſtam conſideratiõẽ. vt ait Aug. in lib 9. † de Trin. credamus patrẽ, & filiũ, & ſpiritumſanctũ, vnum eſſe Deũ, vniuerſæ creaturæ conditorem, & rectorẽ, nec patrẽ eſſe filiũ, nec ſpiritũſanctũ, vel patrẽ eſſe, vel filiũ, ſed Trinitatẽ relatarũ adinuicẽ perſonarũ. Vt enim ipſe H ait in lib. de Fid. ad Petrũ. † Vna eſt natura, ſiue eſſentia patris, & filij, & ſpũsſancti, nõ vna pſona.

Si enim ſic eſſet vna pſona, ſicut eſt vna ſubſtãtia patris, & filij, & ſpiritusſancti, veraciter Trinitas nõ diceret̃. Rurſus quidẽ Trinitas eẽt vera, ſed vnus De⁹ Trinitas ipſa nõ eſſet. ſi quẽadmodũ pater, & filius, & ſpiritusſanctus pſonarũ ſunt abinuicẽ proprietate diſtincti, ſic fuiſſent naturarum quoq; diuerſitate diſcreti. Fides aũt Patriarcharũ, Prophetarum, atq; Apoſtolorum, vnum Deum prædicat eſſe Trinitatẽ. In illa ergo ſãcta Trinitate, vnus Deus eſt pater, q̃ ſolus eſſentialiter de ſeipſo vnũ filiũ genuit, & vnus filius, qui de vno patre ſolus eſſentialiter natus, & vnus ſpiritusſanctus, q̃ ſolus eſſentialiter a patre, filioq; pcedit. Hoc autẽ totũ non poteſt vna pſona, ideſt gignere ſe, & naſci de ſe, & pcedere de ſe. Vt enim ait Aug. in primo lib. de Trin. † Nulla res eſt, quæ ſeipſam gignat, vt ſit.

10. de Trin, ca. 11. to. 3. — ¶ Præt. Dicit Aug. quòd quicquid eſt in memoria mea, illud memini: ſed anima & Deus ſemper eſt præſens memoriæ. ergo memoria ſemper eſt in actu eorum, & ſimiliter eſt in aliis.

De vtil. credendi. c. 11, tom. 6. — RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſm̃ Auguſtinũ differunt cogitare, diſcernere, & intelligere. Diſcernere, eſt cognoſcere rem per differentiã ſui ab aliis. Cogitare autẽ eſt conſiderare rem ſm̃ partes, & proprietates ſuas, vnde cogitare dicitur quaſi coagitare. Intelligere autẽ dicit nihil aliud, q̃ ſimplicẽ intuitum intellectus in id, quod ſibi eſt præſens intelligibile. Dico ergo, ꝙ anima nõ ſemp̃ cogitat, & diſcernit de Deo, nec de ſe, quia ſic quilibet ſciret naturaliter totã naturam animæ ſuæ: ad quod vix magno ſtudio peruenitur: ad talẽ enim cognitionẽ nõ ſufficit præſentia rei quolibet modo: ſed oportet vt ſit ibi in rõne obiecti, & exigitur intentio cognoſcentis: ſed ſm̃ quod intelligere nihil aliud dicit, q̃ intuitum, qui nihil aliud eſt q̃ præſentia intelligibilis ad intellectum quocũq; modo, ſic anima ſemper intelligit ſe, & Deũ indeterminate, & conſequitur quidam amor indeterminatus. Alio tamen modo ſm̃ Philoſophos, intelligitur, ꝙ anima ſemper ſe intelligit, eo ꝙ omne quod intelligitur, non intelligitur, niſi illuſtratũ lumine intellectus agentis, & receptũ in intellectu poſſibili. vnde ſicut in omni colore videtur lumen corporale, ita in omni intelligibili [d] videtur lumen intellectus agentis, non tamẽ in ratione obiecti, ſed in ratione medij cognoſcendi. I

D. 776.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc eſt intelligẽdum quando potentiæ operantur circa diuerſa obiecta. tunc enim vna impedit aliam in actu ſuo, vel ex toto retrahit: ſed quando ordinantur ad idem obiectum, tunc vna iuuat aliam, ſicut illud quod videmus, facilius imaginamur. K

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ Philoſophus loquitur de intelligere, ſm̃ quod eſt operatio intellectus completa diſtinguentis, vel cogitantis, & non ſecundum ꝙ hic ſumitur intelligere.

In corpore artic. — ¶ Ad tertium dicendum ſimiliter, ꝙ intentio intelligentis non requiritur ad tale intelligere, ſicut dictum eſt.

## QVAESTIO V.

B

*Vtrum hæ partes imaginis, mens, notitia, & amor, differant ab aliis partibus.*

DEINDE quæritur de alia aſsignatione imaginis, ſcilicet mente, notitia, & amore. Et videtur ꝙ iſta non differat a prædicta. Si dicitur, quòd iſta aſsignatur ſecundum habitus, illa ſecundũ potentias. imago enim attenditur in anima præcipue reſpectu huius obiecti, quod eſt anima, & huius obiecti quod eſt Deus: ſed anima non cognoſcit ſeipſam tali modo cognitionis, de quo hic loquimur mediante habitu, ſed per ſuam eſſentiam. ergo non videtur, quòd ſecundũ aliquos habitus aſsignetur imago.

¶ 2 Præt. Nullus habitus eſt conſubſtantialis, cum omnis habitus ſit accidẽs: ſed notitia & amor ſũt conſubſtãtiales ipſi menti, vt hic dicitur. ergo non ſunt habitus.

Supra. q. 3. art. 1. Diſtin. 2. — ¶ 3 Item. Mens ſuperius fuit accepta non pro habitu, ſed pro potentiarũ ſubiecto. cum igitur eodem modo notificetur hic, ſicut ſupra a Magiſtro, ſcilicet pro eo, quod in anima eſt excellentius. videtur quòd non ſit habit⁹, & ita hæc aſsignatio nõ eſt ſecundum habitus.

¶ 4 Præt. Conſtat, quòd habitus non operat̃: ſed eſt principium operandi: cũ igitur hic dicat, ꝙ mens nouit ſe, & amat ſe. videtur quòd non ſumatur pro habitu. †Ca. 1. to. 3.

CONTRA. Cuilibet potẽtiæ reſpondet ſuus habitus. ſi igitur mens non ſit habitus, ſed ipſa eſſentia animæ, ſecundum quod hic ſumitur, erunt quatuor partes imaginis, ſcilicet mens, & tres habitus trium potentiarum, & iſta non repræſentabunt Trinitatem.

4. de Diuin. nomin. — RESPONDEO. Dicendum, quòd mens multipliciter dicitur ſecundum quoſdam. Quandoque enim dicitur ipſa natura intellectiua, ſicut Diony. vocat angelos diuinas mentes. Quandoque dicitur ipſe intellectus examinans res, ſecundum quod mens dicitur a metior metiris, & iuxta hoc etiam ſupra ſumitur, ꝙ mens eſt ſuperior pars animæ. Quandoque dicitur pro memoria a reminiſcendo dicta. & ita dicunt, quòd ſumitur hic. vnde dicunt, ꝙ mens hic ſumitur pro habitu memoriæ, & notitia pro habitu intelligentiæ, & amor pro habitu voluntatis. Sed quia iſta opinio non procedit ſecundum Magiſtri intentionem, & nimis extorta eſt, ideo aliter dicendum eſt, quòd mens ſumitur hic, ſicut & ſupra, pro ipſa ſuperiori parte animæ, quæ eſt ſubiectum prædictæ imaginis: & notitia eſt habitus memoriæ, & amor habitus voluntatis, & ita hæc aſsignatio ſumitur ſecundum eſſentiam, & habitus conſubſtantiales. prędicta autem ſecundum potentias. vnde in iſta non eſt tanta cõformitas, ſicut in prædicta, nec ita propria aſsignatio, propter quod etiam vltimo ponitur.

In litera. q. 3. ar. 1.

D. 764. — AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad eſſe habitus [d] intellectiui duo concurrunt, ſcilicet ſpecies intelligibilis, & lumen intellectus agentis, quod facit eã intelligibilem in actu. vnde ſi aliqua ſpecies eſſet, quæ in ſe haberet lumen, illud haberet rationem habitus, quantum pertinet ad hoc, quòd eſſet principium actus, ita dico, quòd quando ab anima cognoſcitur aliquid, quod eſt in ipſa non per ſui ſimilitudinem: ſed per ſuam eſſentiam. ipſa eſſentia rei cognitæ eſt loco habitus. vnde dico, quòd ipſa eſſentia animæ, prout eſt nota a ſeipſa, habet rationem habitus. & ſumitur hic notitia materialiter pro re nota. & ſimiliter eſt dicendum de amore.

¶ Vndẽ etiam patet ſolutio ad ſecundum, quia habitus iſti erũt conſubſtantiales, cum ſint in ipſa ſubſtantia animæ; nec ſunt ibi alij habitus, ſi autem diceremus, ꝙ per noticiam, & amorem ſignificantur actus, & non habitus, planius eſſet, & tunc dicerentur cõſubſtantiales, ſicut & de potentiis ſupra dictum eſt.

Diſt. 3. q. 4. art. 2. — ¶ Tertium, & quartum concedimus.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ habitus eſt principium elicitiuum operationis, vnde quia memoria non habet per ſe actum, qui ſit ſimpliciter operatio, non reſpondet ſibi aliquis habitus, ſed eodẽ habitu, ſcilicet noticia, memoria, & intelligentia reducuntur in vnam operationem.

EXPOSITIO



EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

Pſal. 72. — ANTEQVAM ſit parti. per gratiam. Imago tamen dei per.} Contra. Pſal. Domine in ciuitate tua ima. ipſorum &c. Dicendum, quòd ſicut dicit glo. ſup illud Pſal

Pſal. 4. — mi. Signatum ẽ &c. Triplex ẽ imago dei in homine .ſ. creationis, quæ eſt ratio inquantum appropinquat ad imitationẽ diuinæ intellectualitatis, & dicitur imago per modum quo truncus in corporalibus poteſt dici imago. Item, alia eſt imago ſimilitudinis, quæ cõſiſtit in diſtinctione potentiarum repræſentantium Trinitatem perſonarũ, & hæc aſſimilat̃ imagini in corporalibus, ſecundum quod diſtincta eſt per rationes partium. Item, eſt imago recreationis, quæ conſiſtit in habitib⁹ gratuitis & actu imitatur Deũ, & hæc aſſimilat̃ imagini in corporalibus quantum ad colores & alia quæ imaginẽ

## DISTIN. IIII.

A

*Hic quæritur utrum cõcedendum ſit, quòd Deus ſe genuerit.*

HIc orit̃ quæſtio ſatis neceſſaria: a Conſtat & irrefragabiliter verũ eſt, ꝙ de⁹ pater genuit filiũ. b Ideo q̃ritur, vtrũ cõcedendũ ſit, ꝙ deus genuit deũ. Si .n. deus genuit deũ, videtur ꝙ aut ſe deum, aut alium genuerit. Si vero aliũ deum genuit, non eſt tantũ vnus deus. Si aũt ſeipſum deũ genuit, aliqua res ſeipſam genuit. Ad quod reſpõdentes dicimus, ſane & catholice concedi, quòd vnus vnum genuit, & quòd deus deum genuit, quia deus pater deum filiũ genuit. In ſymbolo quoq; ſcriptum eſt, Lumẽ de lumine, deum verũ de deo vero. Quod vero additur. ergo genuit ſe deum, vel aliud deum, neutrũ concedendum eſſe dicimus. Quòd alium deum nõ genuit manifeſtum eſt, quia vnus tantum deus eſt. Quòd autem ſeipſum non genuit, oſtendit Auguſtinus in lib. primo de Trin. dicens. Qui putant eius potentię eſſe deum vt ſeipſum ipſe genuerit, eo plus errant, ꝙ non ſolum deus ita nõ eſt. ſed nec ſpiritualis, neq; corporalis creatura. Nulla. n. res eſt quæ ſeipſam gignat vt ſit, & ideo non eſt credendum, vel dicendum, quòd deus genuit ſe. B

c *Alia quæſtio de eodem.*

SED adhuc opponunt garruli ratiocinatores dicentes. Si deus pa- C

decorant, & ſic dicta imago non remanet poſt peccata, ſed aliis duobus modis. {Quo capax.} videtur falſum. Omne enim quod capit aliquid, eſt maius, vel æquale ſibi, ſicut Auguſt. arguit de potentiis mutuo ſeſe capientibus. ergo videtur ꝙ mens noſtra non poſſit capere Deum. Si dicas quòd dicitur capere inquantum Deus eſt in anima, cum ipſe ſit in qualibet creatura per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: uidetur etiã quòd creaturæ inſenſibiles capiant Deum. Ad quod dicendum, ꝙ mens noſtra dicitur capere Deum ſicut perfectibile ſuam perfectionem: obiectum enim operationis aliquo modo eſt pfectio operantis. mens autem noſtra habet operationem, circa Deum per cognitionem & amorem, quam non habent creaturæ irrationales. & ideo capitur a mẽte ſicut a perfectibili, non tamen ſicut a perfectibili proportionato: & ideo non comprehenditur ſed attingitur, vnde non ſequitur quòd adæquetur. Memoria vero dicit̃ ad aliquid non ſecundũ eſſe, ſed ſecundũ dici. {Ad ſe inuicem refe.} Videtur falſum quòd memoria non dicitur ad voluntatem. Dicendum, quòd quàmuis non dicatur ad eam ſub nomine voluntatis, tamen refertur ad eam inquantum voluntas eſt memorabilis. Vel dicendum, quòd referuntur adinuicem ſecundum relationem originis inquantum vna habet naturalẽ ordinem ad aliam, vt dictum eſt. {Totumq; &c.}

10. de Tri. c. 11. to. 3.

Diſt. 3. q. 4. art. 4. — Vr̃ male dicere, quia totum dicit̃ reſpectu partium, potentiæ. n. animæ non hñt partes cum ſint ſimplices. Dicendum ꝙ eſt duplex quantitas. ſ. molis, vel dimẽſiua, & huiuſmoi totalitas attẽdit̃ reſpectu partium in quas diuiditur, eſt ẽt quędam quãtitas virtutis, cuius totalitas attẽditur reſpectu obiectorũ, & talis eſt totalitas in potentijs animę. Item; vr̃ quòd vna non ſit æqualis in omnibus, quia omne totum eſt maius ſua parte. Dicendũ quòd hoc verum eſt de totalitate quãtitatis dimenſiuæ, vel numeralis quæ eiuſdẽ rõnis ſunt, & non de totalitate quantitatis virtualis. poteſt. n. contingere quòd vna virtus põt in tot obiecta, quot aliæ plures. quarum quęlibet in oĩa illa obiecta põt, tñ vna earum non tot modis põt in illa obiecta ſicut alia.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM probauit trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ authoritatibus, rationibus, & ſimilitudinibus. Hic incipit determinare quęſtiones incidentes circa prædeterminata. Diuidit̃ autẽ in partes duas. Cum. n. perſonarum trinitas diſtinguatur per proceſſionem vnius perſonæ ab alia. In prima, mouet q̃ones, circa hanc proceſſionem quantum ad ſuppoſitum & terminũ. In ſecunda, quantum ad principiũ 6. diſtinct. ibi {Quæri ſolet vtrũ pater.} Sciendum eſt aũt, quòd licet Magiſter moueat has quæſtiones de generatione filij a patre: tñ eædem quæſtiones pñt A fieri de proceſſione ſpirituſſancti, & ſimiliter determinantur. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima, inquirit vtrũ nomina eſſentialia concreta poſſint ſignificari vt ſuppoſitũ actus generationis, vel vt terminus. In ſecunda inq̃rit de nominibus eſſentialibus in abſtractione ſignificantibus. 5. diſtinctione. ibi {Poſt hoc quæritur vtrum conce.} De perſonalibus enim non eſt dubium, ſuppoſita diſtinctione perſonarum per act⁹ notionales. Prima in duas. In prima determinat quæſtionẽ. In ſecunda obiicit contra determinata. ibi {Nunc ad pręmiſſa.} Circa primum inquirit vtrum hæc ſit vera, Deus genuit deum. Et diuiditur in partes duas, ſecundum quòd duabus vijs ex iſta ppoſitione procedit. Secunda incipit. ibi {Sed adhuc opponũt} Quæ diuiditur in duas. In prima ponit proceſſum ex dicta propoſitione ad impoſſibile & ſoluit: & quia in ſua ſolutione ſupponit ꝙ nomẽ pſonale poſſit pdicari de eſſẽtiali, vt dicatur, De⁹ eſt pater, ideo in ſecunda excludit errorem contradicentium per multas authoritates. ibi {Quidam tamen veritatis.

cap. 1. to. 3

## QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intellectum huius partis de duobus quæritur.

Primo. De diuina generatione.
Secundo. De diuina prędicatione.

Circa primum tria quæruntur.

D

Primo. An in diuinis ſit generatio.
Secundo. Suppoſito quòd ſic, an hæc ſit vera: Deus genuit deũ.
Tertio. De aliis locutionibus, quæ ex iſta litera cõcluduntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum generatio ſit in Deo.*

1. q. 27. 2. 4. contr. c. 14. 5. phyſ. tc. 4 to. 7. — AD PRIMVM. ſic procedit̃. Videtur quòd in deo nõ ſit generatio. Generatio enim eſt ſpecies mutationis ſm̃ Philoſophum, ſed a deo remouet̃ mutatio. Iac. 1. apud quem non eſt &c. ergo nec gñatio.

¶ 2 Præt. Quanto creaturæ ſunt nobiliores, magis accedũt ad diuinam ſimilitudinẽ, ſed in creaturis nobilioribus non inuenitur generatio ſicut in angelis & in corporibus cœleſtibus, ſed tñ in inferioribus. ergo videtur quòd nec in deo inueniatur.

E

¶ 3 Itẽ. Vbicunq; eſt gñatio, oportet ꝙ ſit aliq̃d in genito cõmunicatũ a gñante: ſed p illud qđ ſibi a gñante cõicatur, non diſtinguit̃ a generante. ergo oportet ibi eſſe aliquid aliud p qđ ab ipſo diſtinguat̃, cum omne genitũ a gñante diſtinctum ſit. ergo omne quod generatur eſt compoſitum, cum ſit ibi aliquid & aliquid: ſed in deo non eſt compoſitio. ergo nec generatio.

¶ 4 Item. Generatio eſt actus medius inter generantem & genitum: ſed inter patrem & filium non eſt aliquid medium. ergo videtur quòd non ſit ibi generatio.

CONTRA Iſã. vlt. Ego qui generationẽ tribui &c.

¶ Item. Omne quod cõicat ſe, cõicat ſe ratione actus qui eſt in ipſo: q̃a potentia non agit, nec cõicat ſe: ſed diuina eſſentia eſt primus & purus actus. ergo videtur ꝙ ſummæ cõicet ſe, ſed non cõicat ſe ſumme in creaturis, cum non terminetur in eãdem naturam talis cõicatio. ergo videtur quòd cõmunicet ſe per generationem in filio. hæc enim eſt maxima communicatio.

RESPONDEO Dicendum, quòd generationem eſſe in diuinis ratione efficaciter confirmari non poteſt, ſicut ſupra

D.3. q. pri. art. 4. dictum eſt, ſed authoritate, & fide tenetur. vnde ſimpliciter concedendum eſt generationem eſſe in diuinis.

¶ Sciendum tamen eſt, quòd cum omnis perfectio ſit in deo & nulla imperfectio, quidquid perfectionis inuenitur in creatura, de deo dici poteſt quantum ad id, quod eſt perfectionis in ipſa, omni remota imperfectionem. Si autem nomen imponitur ab eo quod imperfectionis eſt, ſicut lapis vel leo, tunc dicitur de deo ſymbolice vel metaphorice. Si autem imponitur ab eo quod eſt perfectionis dicitur proprie, quamuis ſecundum modum eminentiorem. Dicitur autem nomen imponi ab eo, quod eſt quaſi differentia cōſtitutiua, & non ex ratione generis: & ideo quandocunq; aliqd ſecundum ſuum genus dicit imperfectionem, & ſecundum differentiam perfectionē, inuenitur in deo quātum ad rationem differentiæ, & nō quantum ad rationem generis: ſicut ſcientia non eſt in deo q̃tum ad rationem habitus vel qualitatis, quia ſic habet rōnem accñtis, ſed ſolũ ſm id quòd complet rōnem ſciæ.ſ. cognoſcitiuũ certitudinaliter aliquorũ. Similiter dico, quòd ſi accipiamus genus generationis, ſecundum quòd inuenitur in inferioribus, imperfectionis eſt. mutatio enim, quæ eſt genus ipſius, ponit exitum de potentia ad actum, & per conſequens, ponit materialitatem in genito, & per conſequens diuiſionem eſſentiæ, quæ omnia diuinæ generationi, non competunt. Si autem conſideretur ſecundum differentiam ſuam per quam completur ratio generationis, ſic dicit aliquam perfectionem. paſſiue enim accepta dicit acceptationem eſſentię, imperfectā ſimilitudine, cuius communicationem dicit ſi ſumatur actiue, quorum neutrum imperfectionem dicit. communicatio enim conſequitur rationem actus. vnde omnis forma quantum eſt de ſe: communicabilis eſt, & ideo communicatio pertinet ad nobilitatem. Et hoc modo accepta generatione eſt per prius in Deo, & omnis generatio in creaturis deſcendit ab illa, & imitatur eam quantum poteſt, quàmuis deficiat. vnde ad Epheſ. 3. Ex quo omnis paternitas in cæ.&c. Si autem accipiatur ſecundum rationem vſitatam in nomine, ſecundum quam dicimus generationem in creaturis, ſic nō conuenit Deo niſi tranſumptiue, ſicut & alia corporalia.

Et per hoc iam patet ſolutio ad primum, quia generatio ſecundum ſuum genus, quod eſt mutatio in diuinis, non inuenitur: vnde in Deo, non eſt mutatio, ſed operatio diuinæ naturæ, ſecundum Damaſ. differt autem operatio a motu ſecundum Phyloſophum Ethico. 10. quia operatio eſt actus perfecti, ſed motus eſt actus imperfecti, quia exiſtentis in potentia. Lib. 1. ſi. or. cap. 8.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd nulla creatura ſuſceptibilis eſt generationis ſine eo, quod eſt imperfectionis in ipſa. cum enim in omni creatura differat eſſentia [d] & eſſe: non poteſt eſſentia communicari alteri ſuppoſito, niſi ſecundum aliud eſſe, quod eſt actus eſſentiæ in qua eſt, & ideo oportet eſſentiam creatam d communicatione diuidi, quod imperfectionis eſt. & ideo in perfectiſſimis creaturis, non inuenitur, ſed in his, quę magis remouentur a diuina ſimilitudine. D. 461. D. 1148.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in diuina generatione, non eſt aliquid additum eſſentiæ in genito, per quod differat a generante, ſed ex hoc ipſo quòd accipit eſſentiam a generante diſtinguitur ab eo relatione dantis, & accipientis, quę relationes non differunt ab eſſentia realiter, ſed tantum ratione, vt dictum eſt, & ideo non ſequitur ibi compoſitio. quod in alijs eſſe non poteſt, quia nulla relatio eſt ſubſtantia ſecundum rem in creaturis, vnde oportet quòd omne generatum ſit compoſitum, & ſic iterum patet quòd generatio in creaturis ſine imperfectione eſſe non poteſt. D. 2. q. uni. art. 5.

¶ Ad quartum dicendum. quòd generatio realiter non eſt aliquid medium inter patrem & filium, cum generatio ſecundum rem paſſiue accepta, ſit ipſa filiatio quæ eſt proprietas filii & eſt

F in filio, & cum in patre accipiatur actiue eſt ipſa paternitas quæ eſt in patre, & eſt ipſe pater, tamen ſignificat proprietatē per modum actus, & iſta ſignificatio fundatur aliquo modo ſupra rem in acceptione vnius ab altero.

ter genuit deum, aut genuit deum qui eſt deus pater, aut deum qui non eſt deus pater. a Si genuit deũ qui non eſt deus pater. ergo deus eſt qui non eſt deus pater, non ergo tantum vnus deus eſt. Si vero genuit deum qui eſt deus pater, ergo genuit ſeipſum. Ad quod reſpondemus determinantes illam propoſitionem qua ſic proponunt. Si deus pater genuit deum; aut deum qui eſt deus Pater, aut deum qui non eſt deus pater, hoc enim ſane, & praue intelligi poteſt: & ideo reſpondendum eſt ita. Deus pater genuit deum qui eſt ipſe pater, hoc dicimus eſſe falſum, & cōcedimus alteram, ſcilicet, genuit deum qui non eſt pater, nec tamē genuit alterum deũ, nec ille qui genitus eſt, alius deus eſt quàm pater, ſed vnus deus cum patre. Si uero additur, genuit deum qui non eſt deus pater, hoc diſtinguimus, quia dupliciter poteſt intelli- G gi, genuit deum, qui non eſt deus pater, ſcilicet, deum filiũ, qui filius nō eſt pater qui deus eſt, hic ſenſus verus eſt. Si vero intelligatur ſic, genuit deum qui nō eſt deus pater, ideſt qui non eſt deus qui eſt pater, hic ſenſus falſus eſt. Vnus enim, & idem deus eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus, & econuerſo pater, & filius & ſpiritusſanctus eſt vnus deus.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum iſta propoſitio, Deus genuit deum, ſit falſa.*

Ad secundum ſic proceditur. Videtur ꝙ hæc ſit falſa, de⁹ genuit deũ. Generatio.n. importat relationem diſtinguentem pſonas, vt dictũ eſt. ſi igit conceditur ꝙ de⁹ genuit deum, oportet ꝙ concedat, quòd deus diſtinguit a deo, & quòd De⁹ eſt alius a deo: quod nō conceditur. 1. q. 39. 4. Art. præce.

¶ 2 Pręt. Termin⁹ in prædicato poſitu, nō trahit terminum in ſubiecto poſitum extra ſuam ſignificationem, ſed tantũ re- H ſtringit ipſum ratione cōſignificationis temporis, vt ſter pro præſentibus, præteritis, & futuris, quin potius eſt econuerſo, ſecundũ Boetium lib. de Trin. quòd talia ſunt predicata, qualia permiſerint ſubiecta. Sed hoc nomen deus, ſignificat eſſentiam. ergo per uerbum quod prędicatur non trahitur ad ſtandum ꝓ pſona, ſed ſupponit eſſentiam. hæc autem eſt falſa. Eſſentia genuit eſſentiam, vt infra dicetur. ergo & hęc, Deus genuit deũ. 1. de Trini. cap. 5.

¶ 3 Item ſi deus genuit deum. ergo deus eſt generans, & deus eſt genitus, ſed qcquid dr̄ de ſingulis perſonis, pōt dici de deo, ſed de patre dr̄ quòd eſt generans, & de filio quòd non eſt generans. ergo poteſt dici quòd deus generat, & deus non generat: quod falſum eſt. ergo & prima eſt falſa, Deus genuit Deum. D. 5. q. 1. art. 1.

Contra. in ſymbolo dr̄ deum de deo genitum: ſed non generatur de deo, niſi ſicut de generāte. ergo deus generat deũ.

¶ Præt. Deus dicit habentem deitatem. ergo quicquid dicitur de habente deitatem, poteſt dici de deo: ſed poteſt dici. habēs I deitatem generat habentem deitatem. ergo poteſt dici, deus generat deum.

Respondeo Dicēdum, quòd iſta eſt ſimpliciter vera, & concedenda: deus generat deum, ſed circa veritatem eius, eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd hoc nomen deus ſignificat eſſentiam, & ſupponit eſſentiam quantum eſt de ſe: ſed propter indefferentiam eſſentiæ ad perſonas in diuinis ex adiuncto notionali trahitur ad ſupponendum pro perſona. Alij dicunt quòd hoc nomen deus: ſignificat eſſentiam & ſupponit quantum eſt de ſe perſonam, tamen indiſtincte. vnde poteſt ſupponere vnam tantum, vel plures perſonas vnam cum dicitur, deus generat: plures, vt cum dicitur deus eſt trinitas. & hæc opinio videtur verior eſſe. Quamuis enim vt dicitur lib. de cauſis, Omne nomen deficiat ſignificatione diuini eſſe, propter hoc, ꝙ nullum nomen ſignificat ſimul aliquid perfectum & ſimpliciter, quia abſtracta non ſignificant ens per ſe ſuſiſtēs, K & concreta ſignificant ens compoſitum, nihilominus tamen abiicientes id quod imperfectionis eſt, vtimur vtriſque nominibus in diuinis, abſtractis propter ſimplicitatem: concretis propter perfectionem. Vnde hoc nomen deus, ſignificat per modũ perfecti & per ſe ſubſiſtentis. ſicut & hoc nomen hō. vnde ſicut & hoc nomen hō in ſe importat non tm̄ eſſentiam, ſed ēt ſuppoſitum, ſed indiſtincte, aliàs non prædicaretur de indiuiduis: ita & hoc nomen deus. Et ideo de ſe habet quòd poſſit ſupponere pro perſona, & non habet quòd ſupponat pro eſſentia ex modo ſignificandi nominis, ſed tantum ex ratione diuinæ ſimplicitatis in qua idem eſt re, eſſentia, & ſuppoſitum. Prop. 6.

Ad primum ergo dicēdũ, ꝙ generari ſignat proprietatē ꝑ modũ actus, actus aũt ē ſuppoſitorũ tm̄. humanitas.n. nō gn̄rat, ſed homo. & ideo cum dicitur deus generat deum. locutio ſimpliciter eſt uera, quia actus non pōt referri niſi ad ſuppoſitum, ſed referri & diſtingui non ſignificant actus niſi grammatice loquendo. & ideo poſſunt referri ad eſſentiam & ad ſuppoſitum. & ideo



& ideo non ſimpliciter conceditur. deus diſtinguitur a deo, ne diſtinctio referatur ad eſſentiam, & præcipue cum hoc nomen deus, importet ſuppoſitũ indiſtinctum, quod non diſtinguitur niſi perſonali proprietate adiũcta ut paternitate, vel filiatione.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis hoc nomen deus. ſignificet eſſentiam, tamen quantum eſt de ſe ſupponit habētem eſſentiam & rē naturæ etiam nō intellectis pſonis quas fides diſtinguit. vnde poteſt ſupponere pro perſona etiam ſi ab alio non reſtringatur: & quia ſupponit perſonam indiſtincte, ideo poteſt ſtare in locutione ꝓ quacunque perſona. & ſic reddit locutionem veram. vnde in hac ꝓpoſitione. de⁹ generat deum in ſuppoſito ſtat pro patre, ī appoſito ꝓ filio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen deus, proprie loquendo, nec eſt vniuerſale [d] nec ſingulare, ſed habet aliquid de ratione vniuerſalis, ſcilicet quòd prędicatur eſſentialiter de pluribus ſuppoſitis, & inde habet ꝙ ea quæ prædicantur de ſingulis ſuppoſitis prædicantur de ipſo. habet autem de rōne ſingularis hoc quòd non multiplicatur ad multitudinem ſuppoſitorum, dicimus enim quòd pater & fili⁹ ſunt vnus deus, ſed Sor. & Plato ſunt plures homines: & ex parte iſta habet hoc nomen deus, quòd negatio & affirmatio opponunt contradictorie. vñ ſicut iſte nō poſſunt ſimul eſſe uere. Sor. currit, & nō currit. nec iſte, de⁹ generat, & non generat. D. 465. Cap. 6. to. 3 Ibidem.

*Opinio quorundā dicentium tres perſonas eſſe vnum deum, unam ſubſtantiam, ſed non econuerſo .ſ. unum deum uel vnā ſtantiam eſſe tres perſonas.*

B

Qvidam tamen aduerſarii veritatis, concedunt patrem, filium, & ſpiritum ſanctum: ſiue tres perſonas eſſe vnum deum, vnā ſubſtantiam, ſed nolunt concedere vnum deum, ſiue vnam ſubſtantiam eſſe tres perſonas, dicentes, ſubſtantiam diuinā prędicari de tribus perſonis: non tres perſonas de ſubſtantia diuina. Fides autem catholica tenet, *a* ac prædicat, & tres perſonas eſſe vnum deum, vnam ſubſtantiam, ſiue eſſentiam, ſiue diuinam naturam: & vnum deum, ſiue eſſentiam diuinam eſſe tres perſonas. Vnde Auguſtinus in primo libro de Trinit. ita ait. Recte ipſe de⁹ trinitas intelligit beatus & ſolus potens. Ecce quàm expreſſæ dixit ipſe deus trinitas, vt oſtenderet, & ipſum deum eſſe trinitatem, & trinitatem eſſe ipſum deum. Item in eodem. In verbis illis (inquit) Apoſtoli, quibus de aduentu Chriſti agens dicit. Quē oſtendet beatus, & ſolus potens, rex regum & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem &c. nec pater proprie nominatus eſt, nec filius, nec ſpiritus ſanctus, ſed ſolus, & beatus potēs, i. vnus & ſolus deus verus, qui eſt ipſa trinitas. *b* Ecce & hic aperte dicit vnũ ſolum verum deum, B eſſe ipſam trinitatem, & ſi vn⁹ deus ipſa trinitas eſt. ergo vn⁹ deus eſt tres perſonæ. Idem in lib. 5. de Tri. Non tres deos, ſed vnum deum dicimus eſſe ipſam præſtantisſimam trinitatem. Idem in libro de fide ad Petrum in expoſitione ſymboli. Satis eſt chriſtiano rerum creatarum cauſam viſibilium, ſiue inuiſibilium non niſi bonitatem credere creatoris, qui eſt deus vnus & verus, nul- C lamque eſſe naturam quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo, eumque eſſe trinitatem patrem .ſ. & filium & ſpiritum ſanctum. Item Aug. in ſermone de fide. Credimus vnum deum vnam eſſe diuini nominis trinitatē. Idem in lib. 6. de Tri. Dicimus deũ ſolum eſſe ipſam trinitatē. Ecce his, & aliis plurib⁹ authoritatibus euidēter oñdit, dicendum eſſe, & concedendum, ꝙ vnus deus eſt trinitas, & vna D ſubſtantia tres perſonæ, ſicut econuerſo, trinitas dicitur eſſe vnus deus, & tres perſonæ dicuntur vna ſubſtantia.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum deus genuit ſe deum, vel alium deum.*

Ibi 4. Ad tertium ſic proceditur. Videtur quòd genuit vel ſe deum vel alium deum. Idem enim & diuerſum vniuerſaliter diuidũt ens: ſed ſe, eſt relatiuum identitatis. alius autem importat diuerſitatem. ergo oportet dicere quòd genuit, vel ſe deum, vel alium deum.

Art. antecedenti. ¶2 Item. Vt ſupra dictum eſt, Hoc nomen deus, trahitur ad ſtandum per perſona ex notionali adiũcto: ſed alius importat diſtinctionem notionalem. ergo ly alius hoc nomen deus facit ſtare pro perſona, ſed hęc eſt vera. deus genuit aliam perſonam diuinam. ergo & hæc: deus genuit alium deum.

5. Meta. ¶3 Item. Videtur quòd hæc ſit vera: deus gennit ſe deum, Idem enim vt dicit Philoſophus eſt vnũ in ſubſtātia ſicut æquale vnũ in quantitate, ſed ſicut vna magnitudo eſt patris & filij, ſic & vna ſubſtantia. ergo ſicut conceditur iſta, deus genuit æqualem deum, ita debet concedi iſta, deus genuit eundem deum. vnde ſimiliter & hæc. deus genuit ſe deum, cum ſe ſit relictum identitatis.

¶4 Item, Quæritur de aliis duabus propoſitionibus, ſcilicet genuit deum qui eſt deus pater, vel deum qui non eſt deus pater. Videtur enim, quòd hæc ſit falſa. genuit deum, qui eſt

A deus pater, qui enim cum ſit relatiuum, facit ſecũdam notitiam ſuppoſitorum: ſed iſte terminus deum, ad quem refertur, ſtabat pro perſona filij. ergo & relatiuum ſupponet perſonam filij, ſed hæc eſt falſa. filius eſt deus pater. ergo & hæc deus genuit deum, qui eſt deus pater.

¶5 Item, Videt quòd etiā negatiua ſit falſa. negatio enim reſpicit terminum ſequentem formalem. ergo cũ dicitur, deus genuit deum qui nō eſt deus pater, a filio quem refert relictũ per negationem remouetur ly deus, qui in prædicato ponit, non tantum quantũ ad ſuppoſitum, ſed quantum ad formā: & ita diuina eſſentia remouebitur a filio, quod falſum eſt. cpa. 8. ibid.

Respondeo dicendum, quòd Magiſter in litera negat vtranque præmiſſarum: eo quòd alius cum notet diuerſitatem, ponit formam ſuam circa terminũ cui adiungitur, cum ſit adiectiuum, & ita deſignabitur diuerſitas in forma diuinitatis. Ly ſe autem cũ ſit relatiuum idētitatis, refert idem ſuppoſitum, & ita cum dico genuit ſe deum ponitur indiſtinctio ſuppoſiti inter patrem & filium, & cum dicitur genuit alium deum ponitur diuerſitas naturæ, & ideo vtraque neganda eſt. Enchirid. c. 9. to. 3. De tpe ſer. 124. to. 10. Cap. 7. to. 3

¶ Sed ſunt aliqui q. diſtinguunt iſtam. genuit alium deum, quia ly alium poteſt teneri ſubſtantiue, vel adiectiuæ. ſi adiectiue tunc erit locutio falſa, quia ponet diuerſitatem, circa hunc terminum de⁹. ſi ſubſtantiue tunc erit conſtructio appoſitiua, & locutio erit vera & erit ſenſus: genuit alium deũ qui eſt deus. Sed quia nō inuenitur quòd adiectiuũ in maſculino genere ſubſtantiuetur, & maxime cum adiungitur ſibi ſubſtantiuum, ideo hæc diſtinctio non videtur multum valere niſi forte ſubintelligatur hoc participium ens, vt dicatur alium entem deum, ſed hoc erit nimis extortum, & ideo dicēdum cum Magiſtro quòd vtraque falſa eſt.

E Ad primvm. ergo dicendum, quòd idem & diuerſum ſufficienter diuidunt ens creatum: propter hoc quòd vbicunque in creaturis eſt diuerſitas ſuppoſitorum eſt diuerſitas eſſentiæ, ſed in deo in diuerſis ſuppoſitis eſt vna eſſentia, & ideo nec identitas competit propter diuerſitatem ſuppoſitorum, nec diuerſitas propter identitatem eſſentiæ: ſed tantum vnitas.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd alius importat [d] diſtinctionem in communi, non magis perſonalem, quàm eſſentialem. & ideo quando adiungitur termino perſonali importat diſtinctionem perſonalem, quando autem adiungitur termino eſſentiali importat diuerſitatem eſſentiæ, ſecundum exigentiam formæ illius termini, cum termini præcipue ſubſtantiales recipiant diuerſitatem & pluralitatem ex parte ſuæ formæ. D. 848.

¶ Ad tertium dicendum, quòd idem ſignificat vnitatem in ſubſtātia, & præter hoc quia relatiuũ eſt, & habet articulationē implicitā importat vnitatē ſuppoſiti, & multo plus hoc pnomē

ſe, quod eſt etiam relatum reciprocum, quod non eſt reperire in hoc nomine æquale. & ideo non eſt ſimile, quod pro ſimili inducitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd Magiſter diſtinguit vtranque illarum propoſitionum. ſi enim cum dicitur, deus genuit deum qui eſt deus pater. ly pater, conſtruitur appoſitiue ad ly deus, locutio falſa eſt, quia tunc ly deus, reſtringetur ad ſtandum ꝓ perſona patris, & ſic erit ſẽſus, genuit deũ qui eſt ipſe pater, & ſic affirmatiua falſa eſt, & negatiua vera. ſi autem intelligantur non per appoſitionem, ſed mediate cõiungi illi duo termini, ſcilicet deus & pater vt ſit ſenſus, genuit deum qui eſt deus, & deus eſt pater. tunc affirmatiua vera eſt & negatiua falſa. Prepoſitinus tamen dixit, quòd vtraque falſa eſt, nec ſunt contradictoriæ propter diuerſam ſuppoſitionem huius relatiui qui. in affirmatiuis enim refert tantum ſuppoſitum antecedentis, & cum antecedens ſupponat pro perſona filij, referret perſonam filij, de qua non eſt verũ dicere quòd ſit deus pater. In negatiua vero, relatiuum refert non tantum ſuppoſitum, ſed etiam eſſentiam. vnde oporteret quòd hoc prædicatum deus pater remoueretur non tantum a ſuppoſito filii, ſed etiam ab eſſentia, & ita falſa eſt. Sed quia hac diſtinctione facta adhuc habet locũ diſtinctio Magiſtri, & præcipue in affirmatiua. Et iterum quia nõ videtur neceſſarium eſſe quòd in negatiuis relatũ, referat aliter q̃ in affirmatiuis, niſi forte propter negationem cuius eſt confundere terminum & facere eum teneri ſimpliciter, quod tamen non habet reſpectu præcedentis, ſed tantum reſpectu ſequentis, ideo videtur efficacior via Magiſtri, & ſm ipſum concedendum eſt ꝙ vtraq; poteſt eſſe vera & falſa, ſm cuius diſtinctionem patet ſolo ad quartũ argumentũ.

Epiſto. 66. to. 2.

¶Ad quintum dicendum, quòd quãdo duo termini contrahuntur per appoſitionem, terminus appoſitus efficitur quaſi forma ei cui apponitur. vnde ſi intelligatur appoſitiue genuit deum, qui non eſt deus pater, negatio non remouebit formam diuinitatis, ſed paternitatis a filio.

*Redit ad præmiſſam quæſtionem, ſ. an deus pater, ſe deum, an alium genuit Deum.*

NVnc ad præmiſſam quæſtionem reuertamur, vbi quęrebatur, an deus pater, genuerit ſe deũ, an alium deum. Ad quod dicimus neutrum fore concedendum. Dicit tamen Auguſt. in epiſtola ad Maximum, ꝙ deus pater ſe alterum genuit his verbis. Pater vt haberet filium de ſe alterum ſe, vt totus maneret in ſe, & eſſet in filio tantus, quã tus & ſolus, Quod ita intelligi poteſt, ideſt, de ſe alterum a ſe genuit, non vtique alterum deum, ſed alteram perſonam, G vel genuit ſe alterum, i. genuit alterum, qui eſt hoc quod ipſe. Nam & ſi alius ſit pater q̃ fili⁹, nõ eſt tamen aliud, ſed vnum.

## QVAESTIO II.

B

### Deinde quæritur de diuina prædicatione.

Et circa hoc duo quæruntur.

Primo. Vtrum poſſit fieri prędicatio in diuinis per propoſitionem aliquam.
Secundo. Vtrum poſſit perſona prędicari de eſſentia.

ARTICVLVS I.

*a Vtrum de diuinis poſſit formari propoſitio.*

1. q. 13. 12. Et cõt. lib. 1. cap. 37.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in diuinis non poſſit aliqua formari propoſitio, in qua aliquid de ipſo prædicetur. Veritas enim ſigni conſiſtit in conformitate ſigni ad ſignatum, ſed omnis prædicatio fit per aliquam compoſitionem, cum igitur in deo nulla ſit compoſitio, videtur quòd de ipſo nulla poſſit formari vera prædicatio.

¶2 Item Dion. In deo negationes ſunt ueræ affirmationes incõpactæ. Appellatur autem incompactum illud quod non eſt debito modo ordinatum, nec eſt competens: ſed talis inordinatio inducit falſitatẽ in ꝓpõnibus. ergo vr̃ idem quod prius. (cap. 2. cæl. Hierar.)

CONTRA. Fidei non poteſt ſubeſſe falſum, ſed multæ propoſitiones affirmatiuę enuntiantur nobis de deo ſecundum fidem noſtram, ſcilicet quòd deus eſt trinus, & vnus. ergo videt̃, quòd de deo poſſit formari uera propoſitio.

¶Item, ſm Boetium. Nulla ꝓpoſitio eſt verior illa, in qua idẽ de ſe prædicatur: ſed quicquid eſt in diuinis eſt idem re, cum in deo ſit idem habens & habitum, & quod eſt & quo eſt. excepto quòd vna perſona nõ eſt alia. ergo videtur, quòd d̃ deo poſſint formari veriſſimæ locutiones.

F RESPONDEO dicendum, quòd enunciatio ſequitur apprehenſionem. Vnde ſecundum quod intelligimus aliqua oportet, quòd enuntiemus illa. Apprehenſio autem fit ſecundum poteſtatem apprehendentis, & ideo ea quæ ſunt ſimplicia intellectus noſter enuntiat per modum cuiuſdam cõpoſitionis ſicut ecõtrario, De⁹ intelligit res compoſitas mõ ſimplici, & inde eſt quòd intellectus noſter de deo format propoſitiones ad modum rerum compoſitarum a quibus naturaliter cognitionem accipit.

AD PRIMVM. ergo dicẽdum, quòd intellectus noſter deficit a cognitione diuinæ maieſtatis. ſimiliter etiam & enunciatio deficit a ſignificatione perfecta: nihilominus tamen eſt veritas, inquantum intellectus formans enuntiationem accipit duo quæ ſunt diuerſa ſecundum modum, & idem ſecundum rem. vnde ſm diuerſitatem rationum format prędicatum, & ſubiectum, & ſecũdum identitatem componit.

¶Ad ſecundum dicẽdum, quòd affirmatiuæ propoſitiones pro tanto dicuntur incompactæ d in diuinis, quia nihil eorum quæ prædicantur de ipſo ſignificãt ipſum per modum quo ipſe eſt, ſed per modum quo intellectus noſter accipit ex rebus creatis informatus. vnde oportet quòd nomina illa prædicata de deo intelligantur prædicari remotis illis modis quibus de creaturis prædicantur. vnde Diony. Omnes diuinas prędicationes, ita docet exponere, deus eſt ſapiens, & non eſt ſapiens, ſcilicet ſicut alia, vt differat in eo ſapientia a ſapiente, ſed eſt ſuper ſapiens inquantum eſt in ipſo nobiliori modo ſapientia, quàm ſignificetur per nomen. (D. 369.) (H) (Dion. de diuin. no. c. 7.)

ARTICVLVS II.

*b Vtrum perſona poſſit prædicari de eſſentia.*

AD SECVNDVM ſic proceditur, videtur quòd perſona non poſſit prædicari de eſſentia. Prædicatum enim habet rationem formę: ſed perſona eſt ſuppoſitum formæ, vel naturæ. ergo perſona non habet rationem, quòd prædicetur de natura, vel eſſentia. (1. q. 39. 6.)

¶2 Item. Prædicatum ſemper ſignificatur ineſſe ſubiecto. perſona autem non ſignificatur vt inhęrens eſſentiæ, ſed econuerſo. I ergo perſona non poteſt prædicari de eſſentia.

¶3 Item. Superius ꝑ ſe prędicatur de ſuo inferiori, ſicut homo de Sorte, ſed Sor. accidentali prædicatione prędicatur de homine. accidit enim homini eſſe Sortẽ, ſed ſicut Sor. eſt ſuppoſitũ humanæ naturæ, ita pater eſt ſuppoſitum naturæ diuinæ. ergo videt̃ ꝙ hęc non ſit vera, Deus eſt pater niſi forte per accidens.

¶4 Item ſicut dictum eſt, hoc nomen deus quantum eſt de ſe ſupponit perſonam: ſed hæc eſt falſa. vna perſona eſt pater & filius & ſpiritusſanctus. ergo hæc etiam. vnus deus eſt pater & filius & ſpiritusſanctus. (D. 4. q. 1. art. 2.)

¶5 Item. Vr̃ quòd hæc ẽt ſit falſa, de⁹ eſt trinitas. nihil. n. p̄dicat̃ de hoĩe, qđ nõ p̄dicet̃ de aliquo ſuppoſito hoĩs: ſed trinitas p̄dicatur, neque de patre, neq; de filio, neq; de ſpirituſancto. ergo per eandem rationem non poteſt dici quòd deus ſit trinitas.

K RESPONDEO dicendũ, ꝙ in diuinis eſt oĩno indifferẽtia naturæ ad ſuppoſitũ. & ideo nec eſt ibi vl̃e neq; particulare. & ideo ſicut vere p̄dicatur eſſentia de ꝑſona, ita & econuerſo. Sed verum eſt quòd q̃tum ad modũ ſignificandi plus habet de proprietate propoſitio in qua prædicatur eſſentia q̃ in qua prædicatur perſona cum prædicatum ſe habeat loco d formę. (D. 1052.)

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd quàmuis perſona ſit ſuppoſitum: nihilominus tamen propter indifferentiam ſuppoſiti ad naturam perſona eſt ęqualis ſimplicitatis cum natura, & ideo de ſe conuerſim p̄dicantur. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum, quia in deo habens & habitum ſunt idem re.

¶Ad tertium dicendum, quòd in diuinis non eſt aliquid accidentale, nec eſt ibi vniuerſale & particulare. & ideo nihil dicit̃ ibi per accidens, neque per conſequens, ſicut creaturis, ſed tñ attenditur ibi alius & alius modus ſignificandi.

¶Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen Deus, quantũ eſt de ſe, quàmuis ſupponat per perſona, nihilominus tamen non ſupponit pro aliqua perſona diſtincte, immo indeterminate, nec forma ſignificata per nomen deus a qua nomẽ imponitur eſt



eſt proprietas perſonalis, ſed natura communis. & ideo vnitas ſignificata per hoc adiectiuum vnius, refertur ad formam diuinitatis, & non ad ſuppoſitum, ſed hoc nomen perſona imponitur a perſonali proprietate quæ eſt forma ſignificata per terminnm, & ideo hoc eſt falſa, vna perſona eſt pater & filius & ſpiritusſanctus, q a ſignificaretur vna ꝑſonalitas trium perſonarum.

¶Ad quintum dicendum, quòd pater ſupponit perſonam diſtinctam. ſimiliter & filius & ſpiritusſanctus, ſed hoc nomen deus ſupponit perſonam indeterminatę. & ideo ratione indeterminationis aliq̃d poteſt prædicari de deo, quod de nulla diſtinctarum perſonarũ prædicatur, ſicut etiam de homine dicitur, quòd nulli ſingularium conuenit eſſe commune vel ſpeciem, vel aliquid huiuſmodi. Quòd autem plures perſonæ hominum non poſſunt ſimul prædicari de hoc nomine homo, ratio ẽ, quia plures perſonæ non ſunt vnus homo, ſicut plures perſonæ ſunt vnus deus & trinitas, & ideo cõuenienter dicit̃ deus eſt tres perſonæ.

## DISTIN. V.

*Hic quæritur, an pater genuit diuinam eſſentiam, uel ipſa filium, an eſſentia genuit eſſentiam, uel ipſa nec genuit, nec genita eſt.*

C

POST hæc quæritur vtrum concedendũ ſit, ꝙ pater genuit diuinam eſſentiam: vel ꝙ diuina eſſentia genuit filiũ, vel eſſentia genuit eſſentiã, an oĩno non genuit, nec genita eſt diuina eſſentia? Ad qđ catholicis tractatoribus cõſentiẽſe dimus, quòd nec pater diuinam eſſentiam, nec diuina eſſentia genuit filium, nec diuina eſſentia genuit eſſentiam. Hic autẽ nomine eſſentię intelligim⁹ diuinam naturam, quæ cõmunis eſt tribus perſonis, & tota in ſingulis, Ideo non eſt dicendum, ꝙ pater genuit diuinam eſſentiam, quia ſi pater diceretur genuiſſe diuinam eſſentiam, eſſentia diuina relatiuè diceret̃ ad patrem, vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiuè diceretur, vel ꝓ relatiuo poneretur, non indicaret diuinam eſſentiam. Vt enim ait August. in 5. lib. de Trinit. quod relatiuè dicitur, nõ indicat ſubſtantiã.

*Secunda ratio.*

ITEM, cum de⁹ pater ſit diuina eſſentia, ſi eius eſſet genitor eſſet vtiq; genitor eius rei, quæ ipſe eſt. & ita eadem res ſeipſam genuiſſet, quod Auguſt. negat, vt ſupra oſtendimus.

*Tertia ratio potior.*

ITEM, ſi pater eſt genitor eſſentię diuinę, cũ ipſe eẽntia diuina ſit: & deus ſit, eo ergo ꝙ generat, & eſt, & deus eſt. Ita, ergo non illud quod generatur eſt a patre deus, ſed pater eo ꝙ generat, & eſt, & deus eſt: & ſi ita eſt, nõ genito gignẽs, ſed gignenti genit⁹ cauſa eſt vt & ſit, & deus ſit. Simili rõne probat Auguſt. in lib. 7. de Tri. ꝙ pater non eſt ſapiens ſapientia quam genuit, B quia ſi ea ſapiens eſt: ea eſt, hoc enim eſt ibi eſſe quod ſapere, qđ ſi hoc eſt ibi eẽ quod ſapere non per illam ſapientiam quã genuit ſapiens pater eſt. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus hoc illi eſt eſſe quod ſapere, niſi eo eſt, quo ſapiens eſt? Ergo quę cauſa illi eſt, vt ſapiẽs ſit, etiã ipſa illi cauſa eſt, vt ſit. Si ergo ſapientia quam genuit, illi cauſa eſt vt ſapiẽs ſit, & cauſa illi eſt vt ſit. Sed cauſam patri C qua ſit, a patre genitam nullo modo dixerit quiſquam ſapientiam. Quid enim eſt inſanius? Ita ergo ſi pater genuit eſſentiã qua eſt, eſſentia quam genuit cauſa eſt illi vt ſit. non ergo ipſam, qua eſt, eſſentia genuit. Nam in illa ſimplicitate inq̃t Auguſt. quia non eſt aliud ſapere quàm eſſe, eadem eſt ibi ſapientia quæ eſſentia. ideoque quod de ſapientia, hoc de eſſentia dicimus. Sicut ergo non genuit D ſapiẽtiam qua ſapiens eſt, ita nec eẽntiã qua eſt. Vt enim ſapientia ſapiens eſt, & potentia potens, ita & eſſentia ipſe ẽ, eademq; eſt ſapientia & potentia quę eſſentia. Patet itaque ex prædictis, quòd pater eſſentiã diuinam non genuit.

*Hic uidetur aduerſari Auguſt.*

E HVIC aũt videtur contrarium, quod Augu. ait in lib. de fide ad Petrum. Deus cum verbũ genuit, id quod ipſe eſt genuit, nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaque materia, ſed de ſeipſo id quod eſt ipſe. Item, de⁹ pater qui ueriſſime ſe indicare animis cognituris, & uoluit & potuit, hoc ad ſeipſum

EXPOSITIO TEXTVS.

DEVS pater ſe alterũ genuit. } Hoc dupliciter ſoluit magiſter: quia ly ſe. poteſt eſſe ablatiui caſus. & tunc ſimpliciter vera eſt: & ẽ ſenſus gen. alte. ſe. i. alterum a ſe. vel poteſt eſſe accuſatiui caſus, & tunc vel facit ſiſr relationem, & ſic iterũ vera eſt, refert enim identitatẽ naturę, tamen erit impropria, vel faciet relationem perſonalẽ, & ſic eſt falſa, quia refert idẽ ſuppoſitũ. ¶ Poteſt tamen dici, quòd etiam ſi refert idem ſuppoſitũ, quodammodo erit vera, ſed erit emphatica locutio, vt ſit ſenſus: genuit alterũ ſe, i. ſimilem ſibi. ſicut dicit poeta. Dij faciã ſine me, ne moriatur ego. (Cap. 7. to. 3) (1. de Trini. cap. 10. ſup. d. 4.)

DIVISIO TEXTVS.

HIC ponit Magiſter quæſtionem de nominibus ſignificantibus eſſentiam in abſtracto, vtrum aliquod eorum poſſit ſe habere ad generationem vt ſubiectum, uel terminus, Et circa hoc tria facit. Primo, A mouet quæſtionem. Secundo, determinat eam. ibi {Ad quod catholicis. Tertio, determinationem confirmat. ibi {Ideo non eſt dicẽdum. } & hæc diuiditur in duas partes. In prima, oſtendit quòd diuina eſſentia non habet ſe ad generationem, ſicut terminus, vt dicatur generata. In ſecũda, quòd nõ ſe habet ad ipſam ſicut ſubiectũ, vt dicatur generans, ibi {Ita etiam nõ eſt dicendum &c.} Prima ĩ duas. In prima, inducit probationẽ. In ſecunda, excludit contrarietatem. ibi, {Huic autem uidetur.} Primum oſtendit tripliciter. Vno modo ſic: quia omne quod ĩ diuinis generat aliquid relatiue dicitur ad illud, & econuerſo. Si igitur pater generat diuinã eſſentiam, eſſentia dicitur relatiue ad patrem, & ita non ſignificaret ſubſtantiam ſecundum Auguſtinum. (Cap. 1, to. 3)

¶Secundo ſic. Pater eſt diuina eſſentia. ſi igitur pater generaret diuinam eſſentiã: pater generaret illud quod ipſe eſt, quod non poteſt eſſe ſecundum Auguſtinum. ibi {Item cum deus &c. Tertio ſic. pater habet eſſe per diuinam eſſentiam. ſi igitur pater generaret diuinam eſſentiam, pater haberet eſſe per id, quod eſt generatum ab ipſo: cuius contrarium videtur magis, & hoc, ibi. {Itẽ ſi pater &c.} {Ita etiam non eſt dicẽdum. } hic probat aliam partem quæſtionis, ſcilicet quòd eſſentia non ſit ſuppoſitum generationis, & hoc dupliciter, ſcilicet quòd neque eſſentia generet eſſentiam, neque generet filium, & diuiditur ĩ duas. Primo, ponit ꝓbationes vtriuſque. In ſecunda, inducit contrarietatem, ibi {Prædictis autem &c. } hæc diuidit̃ in duas. Primo, inducit contrarietates oſtendentes, quod eſſentia generat eſſentiam. In ſecunda, oſtẽdit quòd eſſentia generet filium. ibi {Dicitur quoque frequenter &c.} Circa primum duo facit. Primo, obiicit per auctoritates Auguſtinus. Secundo, per authoritates Hilarius. ibi {Hinc vero idem etiam. } vtraque diuiditur in obiectionem & ſolutionem. ſimiliter etiam ſequens pars diuiditur in obiectionem, & ſolutionem. (Symbo. c. 3 to. 3.)

## QVÆSTIO I.

A

### Ad intelligentiam huius partis de tribus quæritur.

Primo. Vtrum eſſentia ſe habeat ad generationem ſicut generans.

Secundo. Vtrum ſe habeat ſicut id de quo eſt generatio.

Tertio. Vtrum ſe habeat ſicut id quod eſt terminus generationis.

Circa primum duo quærũtur.

Primo. Vtrum eſſentia generet.

Secundo. Dato q non: vtrum ſimiliter ſit in omnibus aliis eſſentialibus nominibus.

ARTICVLVS I.

a *Vtrum eſſentia generet.*

1.q.39.5. 1.op.c.4.5. AD PRIMUM ſic ꝓceditur. Videtur quòd eſſentia generet. Maior enim eſt

Infr.q.3.1. oppoſitio affirmationis & negationis, q̃ relationis, ſed oppoſitio relationis facit in diuinis vt vna pſona non ſit alia. ergo fortius faciet hoc condictio, ſed perſona patris eſt generans. ſi igitur eſſentia non generet, pater non erit eſſentia, qđ eſt impoſſibile.

Cap.1.in fine & cap.2. in princ. ¶ Præt. quicqd prædicatur de aliquo poteſt ſupponere illud: ſed eſſentia prædicatur de patre, & vere. ergo poteſt ſupponere ꝓ patre, & ita poteſt recipere prędicationem patris. ergo poteſt concedi quòd eſſentia generet.

¶ 2 Item. Si eſſentia eſt pater, ergo eſt pater filii, ſed relatiua dicuntur ad conuertẽtiam. ergo & filius erit filius eſſentiæ. ergo eſſentia generat.

c.2.to.3. ¶ 3 Item. Eſſentia eſt res generans, ſed res generans eſt generans. ergo eſſentia eſt generans.

¶ 4 Item ſicut ſe habet eſſentia ad perſonã, ita perſona ad eſſentiam, ſed de perſona prædicatur attributa eſſentiæ, ſicut potẽtia bonitas &c. ergo & de eſſentia ꝓprietates perſonæ. ergo poteſt dici quòd eſſentia eſt generans.

CONTRARIVM oſtenditur per rationes Magiſtri.

indicãdum genuit, ideſt, q eſt ipſe qui genuit. Ecce aperte dicit his verbis deum patrem genuiſſe illud quod ipſe eſt: illud autem quod ipſe eſt nõ eſt niſi eſſentia diuina. Videtur ergo diuinam eſſentiam genuiſſe. Ad quod reſpõdemus illa verba ſic intelligenda eſſe dicentes. Pater de ſeipſo genuit illud quod ipſe eſt, ideſt, filium, qui eſt illud quod pater eſt. nam quod pater eſt, & filius hoc eſt, ſed non qui pater eſt, & filius hic eſt.

*Alias partes quæſtionis exequitur.*

A

ITA etiam non eſt dicẽdum, quòd diuina a eſſentia genuit filiũ, quia cum filius ſit diuina eſſentia, iam eſſet filius res a qua generatur, & ita eadẽ res ſeipſam generaret. Ita etiam dicimus quòd eſſentia diuina nõ genuit eſſentiam. Cum enim vna & ſumma quædam res ſit diuina eſſentia. ſi diuina eſſentia eſſentiam genuit, eadẽ res ſeipſam genuit, quod omnino eſſe non poteſt, ſed pater ſolus genuit filium, & a patre & filio procedit ſpiritusſanctus.

b *Quæ uideantur prædictis eſſe contraria.*

PRAEDICTIS autẽ videtur cõtrarium eſſe quod dicit Auguſtin' in lib. 7. de Trin. hoc inquit eſt deo eſſe quod ſapere, vnde pater & filius ſimul ſunt vna ſapiẽtia, quia vna eſſentia, & ſingillatim ſapientia de ſapientia ſicut eſſentia de eẽntia. Ecce his verbis aperte dicit Auguſtinus, ſapientiam de ſapientia, & eſſentiam de eſſentia: vbi videtur ſignificare, q ſapientia ſapientiam, & eſſentia eſſentiam genuerit. Idem in lib. de fide ad Petrum ait. Sic Chriſtum dei filium, ideſt, vnam ex trinitate perſonam deum uerum crede, vt diuinitatem eius de natura patris natam eſſe non dubites. Hic videt̃ dicere quòd natura filii ſit nata de natura patris. Idem etiam in lib. 15. de Trin. ait. Dicitur filius conſilium de conſilio, & voluntas de volun-

G tate, ſicut ſubſtantia de ſubſtantia, ſapientia de ſapientia, & hic videtur dicere quòd ſubſtãtia ſit genita de ſubſtantia, & ſapientia de ſapientia. Sed hoc ita determinam', ſapientia de ſapientia, & ſubſtantia de ſubſtantia eſt, i. filius qui eſt ſapiẽtia, qui eſt ſubſtantia, eſt de patre, qui eſt eadem ſubſtantia & ſapientia, & filius qui eſt diuinitas, natus eſt de patre qui eſt natura diuina. Et ut expreſſius

H dicamus. dicimus filiũ ſapientiam eſſe de patre ſapientia, & dicimus filium ſubſtãtiam eſſe genitum de patre & a patre ſubſtantia. Quod autem ita intelligi debeat, Auguſtinus oſtendit in 7. lib. de Trin. dicens. Pater ipſe ſapientia eſt, & dicitur filius ſapientia patris, quomõ dicitur lumẽ patris, ideſt, ſicut lumen de lumine, & vterq; vnũ lumen. Sic intelligatur ſapientia de ſapientia, & eſſentia de

I eſſentia, & vterque vna ſapientia & vna eſſentia. Item ideo Chriſtus dicit̃ virtus & ſapientia dei, quia de patre virtute & ſapientia, etiam ipſa virtus & ſapientia eſt. ſicut ipſe lumen de patre lumine eſt, & ipſe fons vitæ, eſt apud deũ patrem fontem vitæ. Filius ergo ſapientia de patre ſapientia eſt, ſicut filius lumen de lumine patre, & deus filius de deo patre, ut & ſingulis ſit lumen, & ſingulis ſit

K ſapientia, & ſingulis ſit deus, & ſimul vnum lumẽ, vnus deus, & vna ſapientia. Ecce his verbis manifeſtæ aperit. Augu. ex quo ſenſu accipienda ſint prædicta verba & his ſimilia. ſ. cum dicit ſubſtantia de ſubſtãtia, vel ſubſtantia genuit ſubſtantiam.

F RESPONDEO dicendum, quòd in creaturis actus ſunt d ſuppoſitorum, & eſſentia non agit, ſed eſt principium actus in ſuppoſito, non enim humanitas generat, ſed ſor. virtute ſuę naturæ, in creaturis autem eſſentia realiter differt a ſuppoſito: & ideo nullus actus proprie de eſſentia prędicatur niſi cauſaliter. in diuinis autem eſſentia realiter non differt a ſuppoſito, ſed ſolum ratione, ſiue quantum ad modum ſignificandi: qa ſuppoſitũ eſt diſtinctum, & eſſentia eſt communis. Et ideo in diuinis, quæcunque prædicantur de ſuppoſito non ſecundum modũ quo differt ab eſſentia, prædicantur etiam de eſſentia, dicimus enim quòd eſſentia creat, & gubernat, & huiuſmodi. Sed actus, qui dicitur de ſuppoſito ſecundum modum ſecundum quẽ differt ab eſſentia nõ poteſt de eſſentia p̃dicari, & huiuſmodi eſt actus generandi, qui prædicatur de ſuppoſito patris, ſecundum quod diſtinctum eſt a ſuppoſito filii. vnde non eſt cõcedendum quòd eſſentia generet, ſed quòd pater generat virtute d eſſentię, vel naturæ. vnde etiam dicit Damaſc. q generatio eſt opus diuinæ naturæ exiſtens. D.38. Et 64. Et 65. c.20.to.3. D.417. 1147. Cap.1.& 3. D. 666. Lib.1.fid. orth. c.8.

AD PRIMVM. ergo dicẽdum, quòd affirmatio, & negatio dicuntur maxime d opponi, quia in eis non importatur aliqua cõuenientia, ĩ priuatiue enim oppoſitis importatur conuenientia quantum ad ſubiectum, quia nata ſunt fieri circa idem. in contrariis autem relatiuis etiam quantum ad genus, quia ſcilicet ſunt in eodem genere. vnde in vtraque oppoſitione, vtrunque extremorum ſignificatur, per modum entis, & naturæ cuiuſdam. illud autẽ in quo inuenitur aliquid non permiſtũ contrario eſt maximum & primum in genere illo, & cauſa omnium aliorum, & ideo oppoſitio affirmationis & negationis cui non adiniſcetur aliqua conuenientia eſt prima & maxima oppoſitio, & cauſa omnis oppoſitionis & diſtinctionis, & ideo oportet quòd ĩ qualibet alia oppõne includat affirmatio, & negatio, ſicut primum in poſteriori. vñ plura requirũtur ad alias oppoſitiones, q̃ ad oppoſitionem contradictionis, quia ſe habent ex additione ad ipſam. vñ non oportet q ſi contrarietas nõ inueniat niſi in diuerſis D.955. Cap.3. ibi.



in diuerſis realiter, quod affirmatio & negatio inueniatur in diuerſis realiter, immo ſuffiicit etiam diſtinctio rationis ad affirmationem & negationem, cum quælibet diſtinctio, vt dictum eſt includat affirmationem & negationem, & talis diſtinctio, ſcilicet rationis eſt inter eſſentiam & perſonam, ſed oppoſita relatiue aliquando requirunt diuerſitatem, vel diſtinctionẽ realem, & talia ſunt quę diuinas perſonas diſtinguunt: aliquãdo autem diſtinctionẽ rationis tantum: vt cum dicitur idem ei dem idẽ, & hoc melius dicetur ĩ tractatu de relationibus. A

Non longe a princ. D.26. q. 2. art.1.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia non prædicatur de ſupeoſito ratione modi ſignificandi in vtroque, ſed ratione indifferentię ſecundum rem ꝓpter ſimplicitatem diuinę naturæ, & ideo nõ oportet quòd ſupponat patrem. Circa finẽ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur eſſentia ẽ pater, eſt duplex locutio, ex eo quòd ly pater, poteſt teneri quaſi adiectiue vt ponat formam ſuam circa eſſentiam, & ſic falſa eſt, quia ꝓprietates non determinant eſſentiam. Vel poteſt ſumi ſubſtantiuæ, & tunc ſupponit pater in prædicato pro perſona patris: & ſic vera eſt, nec oportet q fiat hoc modo conuerſio. ergo filius eſt filius eſſentię, ſed. ergo filius eſt filius patris, qui eſt eſſentia. In medio libri.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum dicitur, eſſentia eſt res generans. ly res, poteſt ſupponere eſſentiã, vel perſonã, ſi eſſentiam ſic falſa eſt, qa ſic adiectiuum poneret formam ſuam circa eſſentiam, ſi perſonam ſic vera eſt, & tunc non ſequitur. ergo eſſentia eſt generans, quia tunc nõ circa idem poneretur forma adiectiui. Ibidem paꝛum infra.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum eſſentia & perſona differant in modo ſignificandi, illud quod prędicatur de perſona ratione modi ſignificandi ſecundũ quòd ab eſſentia diſtinguitur, non prædicatur de eſſentia, vt generans & generatũ, aliàs ſimiliter etiam eſt ex parte eſſentię. illud enim quod prędicatur de eſſentia ratione modi ſignificandi quo differt a ſuppoſito diſtincto, non prædicatur de ſuppoſito, ſicut eſſentia eſt communis tribus, tamen non poteſt dici hoc de aliqua perſonarum.

*Quod videtur prædictæ expoſitioni contrariam.*

HVIC vero etiam id cõtrarium videtur quod Hil. ait ĩ 4. lib. de trin. Nihil inquit niſi natum habet filius, & geniti honoris ammiratio in honore generantis eſt. Cum ergo filius habeat eſſentiam: tota enim in eo eſt diuina eſſentia, videtur quòd ipſa diuina eſſentia nata ſit. Item in lib. 5. ait. Natiuitas dei nõ poteſt eam ex qua profecta eſt non tenere naturam. Nec enim aliud quàm de' ſubſiſtit, quòd non aliunde quàm de deo ſubſiſtit. Ecce hic dicit natiuitatem dei perfectam ex natura, & ita videtur ex his verbis atque prædictis natura dei & genita & genuiſſe. Quod apertius dicit in libro 9. de trinit. Nos inquit vnigenitum deum in forma dei manentem in natura dei manſiſſe profitemur. Nec vnitatem formę ſeruilis in naturam diuinæ vnitatis refundimus. Nec rurſus corporali inſinuatione patrem in filio prædicamus, ſed ex deo eiuſdem generis genitam naturam naturaliter in ſe gignentem habuiſſe naturam, quæ in forma naturæ ſe gignentis manens, formam naturæ & infirmitatis corporalis accepit: non enim defecerat dei natura ne eſſet, ſed in ſe humilitatem terrenæ natiuitatis manens ſibi dei natura ſuſceperat, generis ſui poteſtatẽ in habitu aſſumptæ humilitatis exercens. Ecce hic aperte dicit & naturam genuiſſe, & naturam genitam, & naturam aſſumpſiſſe naturam, qđ a pleriſque negatur. Item in eodem. Nunquid vnigenito deo contumelia eſt patrem ſibi innaſcibilem deum eſſe, cum ex innaſcibili deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam ſubſiſtat? Ecce & hic dicit vnigenitam naturam.

*Quomodo ſint intelligenda prædicta verba Hilarij.*

SED quia hæc verba ſane vult intelligi, ipſe idem dicit in 4. lib. Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia

B nõ ſermoni res, ſed rei ẽ ſermo ſubiectus. Hæc ergo verba ita intelligi poſſunt. Nihil habet filius niſi natum, ideſt, nihil habet ſecundum quod eſt de', niſi quod naſcendo accepit, & ipſe naſcendo patris in ſe ſubſiſtentem habuit naturam. Vnde idẽ Hila. addit in 5. lib. Eandem naturam habet genitus quam ille qui genuit: ita tamen vt natus non ſit illæ qui genuit. nam qño erit paier ipſe cum geni-

C tus ſit? Sed in his ipſis ſubſiſtat illæ qui genitus eſt, in quibus totus eſt ille qui genuit, qa non eſt aliunde qui genitus eſt. & ideo non refertur ad aliud, quod in vno ſubſiſtit & ex vno. Ac ſi in generatione filii & naturam ſuam, (vt ita dicam) ſequitur indemutabilis deus, indemutabilem gignens deum, nec naturam ſuam deſerit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas ſubſi-

D ſtẽtem ergo in eo dei naturam intelligamus cum in deo deus inſit, nec pręter eum qui eſt de' quiſquam deus alius ſit, quia ipſe deus & in eo deus. Naturę ergo dei patris veritas ĩ deo filio eſſe docetur, cum in eo deus intelligitur eſſe qui deus eſt. Eſt enim vnus in vno & vnus ab uno.

*Quod legitur pater de ſua ſubſtantia genuiſſe filium, & filius ſubſtantiæ patris.*

E

B

DIcitur quoque: & frequenter in ſcriptura ſacra legitur: patrem a de ſua ſubſtantia genuiſſe fi-

ARTICVLVS II.

b *Vtrum actus generandi prædicetur de aliquo nominum eſſentialium.*

AD ſecundũ ſic proceditur. Videtur quòd actus generandi de nullo nominum eſſentialium prædicetur. Sicut.n. tres pſonæ ſunt vna eſſentia, ita etiã ſunt vnus deus, ſed ſecundum rationem Magiſtri non poteſt dici eſſentia generare ne notetur eſſentiæ diſtinctio. ergo ſimiliter non poteſt dici deus generat, ne ſequatur deorum pluralitas. 1.p.q.39. ar.4.

¶ 2 Item. Perſona & hypoſtaſis & ſubſtantia non dicuntur relatiue, ſed ſecundum Magiſtrũ ideo eſſentia nõ poteſt dici generare, quia relatiue non dicitur, ergo ſimiliter, nec perſona, vel hypoſtaſis. Ante medium.

¶ 3 Item. Iſta nomina natura bonitas & huiuſmodi sũt æqualis abſtractionis ſicut eẽntia. ſi igitur eſſentia propter modum ſignificãdi in abſtracto non poteſt generare, ergo videtur q nec aliquod aliorũ. Circa finẽ.

CONTRARIVM oſtenditur per multas auctoritates in litera.

RESPONDEO dicendum, ſicut dictũ eſt, generare proprie conuenit ſuppoſito inquantum diſtinctum, & ideo quãto magis appropinquat nomen ad ſuppoſitum diſtinctum, tanto verius poteſt prædicari de ipſo actus generandi. vnde hæc eſt propriiſſima. pater generat, quia imponitur nomen patris a proprietate diſtinguente. Et ſilr poteſt dici: pſona generat, quia nomen perſonæ imponitur a proprietate communi, quæ dicitur perſonalitas, & conſequenter minus ꝓprie dicitur. de' generat, quia quamuis claudat in ſe ſuppoſitum, non tñ ſuppoſitum diſtinctum, nec imponit nomen a proprietate diſtinguente, ſed ab eſſentia communi. In omnibus autem abſtractis etiam eſt ordo, quia quædam ordinem dicunt ad actum, ſicut virtus, bonitas, lux, natura, & huiuſmodi: & quia actus ſunt ſuppoſitorum, ideo in iſtis inuenitur dictum quòd ſapientia generat, vel natura generat, tamen huiuſmodi locutiones non ſunt Ar.præced. in cor.

extendendæ; ſed pie intelligendæ, Quædam vero nomina ſunt, F quæ non dicũt ordinem ad operationem; ſed tantũ imponuntur ſecundum rationem nominis ab actu ſubſtandi, ſicut ſubſtantia. vnde hoc nomẽ ſubſtantia, ad hoc accidit ad rationem ſuppoſiti: ſed hoc nomen eſſentia, remouetur omnino a ratione ſuppoſiti, & ideo

c.2. to. 3. minime poteſt dici quòd eſſentia generet. Si tamen inueniretur, eſſet exponenda: eſſentia generat, ideſt, pater q̃ eſt eſſentia.

¶Ad primvm. ergo dicẽdum; quòd hoc nomen deus includit in ſe ſuppoſitum indeterminate, & ratione eius a quo nomẽ imponitur includit in ſe naturã. vnde ratione modi ſignificandi eſt quaſi medium inter eſſen-

c. 19. to. 3. tiam & perſonam diſtinctam, & ideo nec repugnat ſibi modus eſſentiæ ratione indeterminatiõis, nec modus diſtinctæ perſonæ ratione ſuppoſiti: & ideo poteſt dici de⁹ generat, & de⁹ eſt communis tribus perſonis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd relatiuũ in diuinis multipliciter dicitur; propriſſime enim relatiuum eſt, quod ſecũdum ſuum nomẽ ad aliud refertur, ut pater. Aliud autem dicitur relatiuum q̃d ſequitur, vel cauſat relationem ſicut generatio & generare. Aliud autem quod implicite claudit in ſe relationem, ſicut trinitas perſonas diſtinctas relatione, & hoc nomen perſona includit in ſe relatio-

lib. 3. c. 14. to. 6. nem diſtinguentem. Aliud autem poteſt dici relatiuũ inquantum ꝑ relatione ponitur ſicut deus, & etiam quædam nomina abſtracta, cuius

In corpore. ratio dicta eſt.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ maioris abſtractionis eſt eſſentia q̃ bonitas vel ſapientia, quia quãuis æqualiter abſtrahãt a ſuppoſito, tamen eſſentia ſuper hoc abſtrahit etiam ab actu. illa vero dicunt ordinem ad actum.

## QVAESTIO II.

B

### Deinde quæritur vtrum eſſentia ſe habeat ad generationem ſicut id de quo eſt generatio.

### Et circa hoc duo quæruntur.

Primo, Vtrum filius generetur de ſubſtantia patris.
Secundo, Vtrum ſit ex nihilo.

ARTICVLVS I.

*a Vtrum filios ſit genitus de ſubſtantia patris.*

Ad primvm ſic proceditur, videtur ꝙ filius non ſit genitus de ſubſtantia patris. Omnis enim prepoſitio tranſitiua eſt, tranſitio autem requirit diuerſitatem, vel diſtinctionem; cũ igitur filios non diſtinguatur ab eſſentia patris, non poteſt dici de eſſentia eius natus. 1. q. 41. 3

¶2 Itẽ, Sicut ſe habet natura humana ad Sortẽ; ita diuina eſſentia ad filium, ſed ſor. non poteſt dici de eſſentia humana. ergo nec filius de eſſentia patris.

¶3 Itẽ. De. ſemꝑ dicit ordinem; ſed inter filium & eſſentia non eſt ordo neque temporis, neque naturæ: cũ eſſentia non ſit generans, ſed pater, neque cauſalitatis. ergo videt̃ quòd nullo modo ſit de eſſentia patris, Si dicas quòd hoc dicitur ꝑꝑ cõſubſtantialitatem filij ad patrem. Contra. ſicut eſſentia patris eſt eſſentia filij: ita tota eſſentia filij eſt ĩ patre. ergo eadẽ ratiõe poteſt dici pater de ſubſtãtia filii, ſicut econtrario. ibidem.

Contrarivm oſtẽditur per authoritates in littera. vbi ſupra.

Respondeo dicendum, quòd hoc præpoſitio de, propriæ deſignat principium & conſubſtantialitatem, hæc autẽ præpoſitio ex. d deſignat tantum ordinẽ principii. Vnde quicquid dicitur eſſe de aliquo, ex illo eſt, ſed non conuertitur. ſicut dicitur ĩ. 36. di. Vnde hæc præpoſitio ex, quandoq; notat ordinem temporis tantum, vt ex mane fiat dies: quandoque ordine principii agentis. ſicut artificiata ſunt ex artifice, quandoque principium materiale; vt cultellus ſit ex ferro. Sed de. cum notet conſubſtantialitatem ſemꝑ notat, vel principiũ materiale, ſicut cultellus eſt de ferro, vel agẽs conſubſtantiale; ſicut dicimus quòd homo filius generatur de patre ſuo, cum ſit generatio per deciſionem ſubſtantiæ. Et ſecũdum iſtum modum filius dicitur de patre & de eſſentia patris, tamen de patre ſicut de generante, & de eſſentia ſicut de principio generationis communicato. vnde etiam accedit ad ſimilitudinem ſecundum materiam, ſi a materia remoueatur totum quod eſt imperfectionis: & remaneat hæc ſola de conditionibus materiæ, quòd eſt manens in re, & per eam res ſubſiſtit, & præcipue res artificiata, quæ eſt in genere ſubſtantiæ propter ſuam materiam D. 587.

lium. Vnde Aug. in li. de fide ad petrum ait. Pater deus de nullo genitus deo ſemel de ſua natura ſine initio genuit filiũ deum ſibi æqualem: & eadem qua ipſe naturaliter æternus eſt diuinitate coæternum. Ecce hoc dicit Auguſtinus filium genitum de natura patris. Eſt G autem vna natura patris & filii & ſpiritusſancti. Si ergo de natura patris genitus eſt filius: genitus eſt de natura filii & ſpiritusſancti: immo de natura triũ perſonarum. Idem quoq; Auguſtinus in li. 15. de tri. dicitur Chriſtum eſſe filium ſubſtantiæ patris: & de ſubſtantia patris genitum: tractans illud verbum apoſtoli loquentis de deo patre ſic, Qui eruit nos de poteſtate tenebrarum & tran- H ſtulit in regnum filii charitatis ſuæ. Quod inquit dictum ẽ filii charitatis ſuæ nihil aliud intelligatur quam filii ſui dilecti quam filii ſubſtantiæ ſuæ. Charitas quippe patris quæ in natura dei eſt ineffabiliter ſimplici, nihil aliud eſt: quam ipſa natura atque ſubſtantia: vt ſæpæ diximus; & ſæpæ iterare nõ piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus eſt alius quã q de ſubſtãtia eius eſt genitus. I Ecce aperte hoc dicit Auguſtinus filium eſſe genitum de ſubſtantia patris & filium ſubſtantiæ patris. Idem quoque Auguſtinus ĩ 2. lib. cõtra Maximinũ hereticum. ſubſtantiam dei genuiſſe filium: & filium genitũ de ſubſtantia patris aſſerit dicens. Carnalibus cogitationibus pleni dei ſubſtantiam de ſeipſa gignere filium non putatis; niſi hæc patiatur quod ſubſtantia carnis patitur quando K gignit. Erratis neſcientes ſcripturas neque virtutem dei, nullo enim modo verum filiũ dei cogitatis: ſi eum natum eſſe de ſubſtantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius; & deo donante factus eſt dei filius; ex dèo natus gratia non natura. An forte & ſi non hominis filius erat; tamen aliqua iam erat qualiſcunque creatura: & in dei filium deo mutante conuerſa eſt? ſed nihil horũ eſt, ergo aut de nihilo, aut de aliqua ſubſtãtia eſt. Sed ne crederemus vos putare de nihilo eſſe dei filium: affirmaſtis non vos dicere de nihilo eſſe dei filium. De aliqua ergo ſubſtantia eſt, & ſi nõ de patris, de qua ſit dicite: ſed non inuenietis. Iam ergo vnigenitum dei filiũ Ieſum Chriſtum de patris eſſe ſubſtantia non vos nobiſcum pigeat cõfiteri. Item in eodẽ, vtrique legimus vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto, Dicite ergo nobis: vtrum iſte verus dei filius ab eis qui gratia sũt filii, quadã proprietate diſcretus: de nulla ſubſtantia ſit an de aliqua. Non dico inquis de nulla: nec dicam de nihilo; de aliqua ergo ſubſtantia eſt: quæro de qua? Si nõ de patris ſubſtantia eſt: aliam quare. ſi aliã nõ inuenis: patris agnoſce ſubſtantiam; & filium cum patre homouſion confitere. Item in eodem. Confiteor deum patrẽ omnino incorruptibiliter genuiſſe: ſed q̃d eſt, ipſe genuiſſe. Item dico, ꝙ ſæpe dicendũ eſt; aut de aliqua ſubſtãtia natus eſt dei filius; aut de nulla ſi de nulla ergo de nihilo: quod vos iam non dicitis, ſi vero de aliqua: nec tamen de patris ſubſtantia: non eſt verus filius. ſi vero de patris ſubſtãtia, vnius



materiam & non propter ſuam formam, vt dicit Commentator A in ſecundo de anima. 2. de Anima cõm. 4

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd de. vt deductum eſt, dicit conſubſtantialitatem & ordinem ad principium, & conſubſtantialitas reſpicit eſſentiam, & ordo, ratione cuius eſt tranſitio, reſpicit perſonã generantem. non. n. dicimus quòd filius ſit de eſſentia, ſed ꝙ ſit de eſſentia patris, & ideo non oportet eſſe diſtinctionem filii ab eſſentia, ſed a patre.

¶Ad ſecundum dicẽdum, quòd ſimiliter ſor. dicitur naſci de natura patris vel ſubſtãtia, ſicut filius dei: tamen differenter, quia filius dei eſt de tota ſubſtantia patris, ſed ſor. eſt de parte ſubſtantiæ.

¶ Item. Ad aliud: quia ſor. ſubſiſtit nõ tantum per eſſentiã, ſed etiam per materiam, per quam indiuiduatur natura humanitatis ĩ ipſo: ſed filius dei ſubſiſtit ꝑ eſſentiam patris cũ eſſentia patris nõ ſit pars filii, ſed totum quod eſt filius.

¶Ad terium, dicendum ſicut ad primũ.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd non notatur ibi tantum conſubſtantialitas, ſed etiam ordo ad principium qui non ſaluatur ſi diceretur pater ẽ de eſſentia filii.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum filius ſit ex nihilo.*

Ad secvndvm ſic proceditur, videtur quòd filius ſit ex nihilo. Illud enim dicitur ex nihilo eſſe quod non eſt ex præiacenti materia, ſed filius eſt hmõi, quia nõ ẽ de aliquo ſicut de materia. ergo &c.

¶2. Item. Quicquid non habet eſſe niſi ab alio quantum eſt in ſe, eſt non ens, cũ inter eſſe & non eſſe non ſit medium: ſed filius non habet eſſe niſi a patre. ergo de ſe habet non eſſe; ſed omne tale ſecundum Auicen. eſt ex nihilo. ergo filius eſt ex nihilo. eodem. lib. & c. citatis. 7. ſuæ Met. cap. 7.

Contra. Omne quòd eſt ex nihilo eſt creatum, ſed filius eſt increatus. ergo &c.

lib. primo fid. orth. c. 3 ¶Item ſecundum Damaſc. Omne quod eſt ex nihilo eſt vertibile in nihil: ſed filius non eſt hmõi. ergo &c.

Respondeo, dicendum, quòd differt dicere aliquid non eſſe ex aliquo, & aliquid eſſe ex nihilo. Cum enim dicitur non eſſe ex aliquo ſicut ex materia, nihil ponitur, & hoc conuenit filio dei. Cum autem dicitur eſſe ex nihilo, remanet ordo affirmatus ad nihil. Sed aliquid habet ordinem ad nihil dupliciter, ſcilicet ordinem, temporis & ordinem naturæ. Ordinẽ temporis ex eo, quòd prius fuit non ens, & poſtea eſt ens, & hoc nulli æterno conuenit. Ordinem naturæ, quando aliquid habet eſſe depẽdes ab alio, hoc enim ex parte ſui non habet niſi non eſſe, cum totum eſſe ſuum ad alterum dependeat, & quòd ẽ alicui ex ſeipſo naturaliter præcedit id quod eſt ei ab altero. Et ideo, ſuppoſito ꝙ cælum & huiuſmodi fuerit ab æterno, adhuc tamẽ eſt verum dicere quòd ẽ ex nihilo: ſicut probat Auic. neutro autem modo filius habet ordinem ad nihil. non enim habet ordinẽ temporis, quia æternus eſt, non habet ordinem naturæ, quia ſuum eſſe eſt abſolutum, non dependens ab alio.

¶Ad primvm. ergo dicẽdum: quòd quamuis non ſit de materia: non tamen ſequitur quòd non de aliquo, quia eſt de ſubſtantia patris, quo etiam remoto, adhuc non ſequeretur quòd eſſet ex nihilo, vt dictum eſt, quia pater non eſt de aliquo, & tamen non eſt ex nihilo. idem autem eſt eſſe patris & filii. In corpore. Parum ante medium.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd filius quàmuis totum eſſe ſuũ habeat ab alio, nihilominus tamen eſſe ſuum non eſt depẽdens, quia accipit a patre idem numero eſſe, quod ipſe habet. & ideo non eſt dependens eſſe ſuũ, neque poſſibile, neque ex nihilo, quod neceſſario ſequeretur, ſi aliud in numero eſſe reciperet.

## QVAEST. III.

C

*Vtrum eſſentia ſit terminis generationis.* Circa medium.

Deinde quæritur utrum eſſentia ſit termin⁹ generationis, videtur quòd non. Generatio enim eſt inter duos terminos, ſcilicet terminum a quo, & terminum ad quem: ſed generatio filii non habet terminum a quo: quia non eſt ex nõ eſſe. ergo ẽt non habet terminum ad quem. 1. q. 39. 5.

¶ Item. Omne quod eſt terminus generationis eſt generatum per ſe vel per accidens: per ſe ſicut ipſa res generata: per accidens ſicut forma eius: ſed eſſentia nullo modo generata eſt, ſicut nec generans: quia ſequeretur diſtinctio. ergo non eſt terminus generationis.

¶Præt. Si eſſet terminus, hoc non eſſet, niſi ſicut acceptum per genera-

eiuſdemque ſubſtantiæ ſunt pater & filius, Vos autem nec filium de patris ſubſtantia genitum vultis: & tamẽ eum nõ ex nihilo, nec ex aliqua materia: ſed ex patre eſſe cõceditis. nec videtis quòd neceſſe ſit: vt qui non eſt ex nihilo, nec ex aliqua re alia, ſed ex deo. niſi ex dei B ſubſtãtia eſſe non poſſit: & hoc eſſe quod deus eſt, de quo eſt, id eſt, deus de deo natus eſt: quia non alius prius fuit: ſed natuta coeterna de deo eſt.

*Colligens ſummam prædictorum, aperit ex quo ſenſu accipienda ſint.*

His verbis ꝑmiſsis, innui uidetur quòd diuina ſubſtantia filiũ C genuerit: & quòd filius ſit genitus de ſubſtantia patris: & quòd de deo eſt natura coeterna: & quòd pater id quod ipſe eſt genuit. id autem quod ipſe eſt, eſſentia diuina eſt: & ita putari poteſt diuinam eſſentiam genuiſſe. Vehementer mouent nos hæc verba: quæ quomodo intelligenda ſint mallem magis ab aliis audire q̃ ipſe tradere: vt tamen ſine preiudicio ac temeritate loquar, ex hoc ſenſu dicta poſſunt accipi. Natura coeterna de deo eſt, ideſt fili⁹ coeternus patri de patre eſt: ita quòd eſt eadem cum eo natura vel eiuſdem naturæ. Quẽ ſenſum confirmat Aug. ibidẽ ſubiiciẽs, & quod dixerat quaſi explanans. Dicto enim natura coeterna de deo eſt: addidit non eſt aliud filius quàm illud de quo eſt ideſt vnius eiuſdẽq; ſubſtantiæ eſt. Deinde apertius talem intellectum ex prædictis verbis fore habendum aperit E in eodem li. contra Maximinũ dicẽs. Trinitas hæc vnius eiuſdemque ſubſtantiæ eſt: quia nõ de aliqua materia vel de nihilo eſt filius: ſed de quo eſt genitus. itemque ſpiritusſanctus nõ de aliqua materia vel de nihilo eſt: ſed inde eſt, vnde procedit. His vtique verbis, aperte oſtendit ea ratione dici filiũ B eſſe de ſubſtantia patris, quia eſt de patre genitus: ita quòd eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum eo. & ſpiritum ſanctum eſſe de ſubſtantia patris & filij: quia ab vtroque procedit: ita quòd eſt eiuſdem ſubſtantiæ.

*Quòd nec filius nec ſpiritusſanctus eſt de nihilo, ſed de aliquo: non tamen de materia.*

b

Oſtenditur quoque ex illis uerbis filium, & ſpiritum ſanctum non eſſe de nihilo: ſed de aliquo: nec tamen de aliqua materia. Vnde etiam Hyla. ait in xii. li. de tri. Vnigenitus deus cum nat⁹ ſit, patrem teſtatur authorem: cum ex manente natus eſt non eſt natus ex nihilo. & cum ante tempus natus eſt; omnẽ ſenſum præuenit naſcendo. Hic aperte dicitur, quòd filius non eſt natus ex nihilo. ſimiliter & D ſpiritusſanctus non eſt dicendus eſſe vel procedere ex nihilo: quia filius de ſubſtantia patris natus eſt ideſt a patre eſt. cum quo eſt eiuſdem ſubſtantiæ & eadem ſubſtãtia. Ex quo ſenſu, etiam illud accipiendũ eſt: pater genuit id quod eſt ipſe ideſt filium qui eſt hoc quod pater. Et hoc ita debere intelligi Aug. aperit dicens, in primo lib. contra Maximinũ. Hoc pater genuit q̃d eſt: alioquin nõ eſt uerus filius, ſiquod eſt pater nõ eſt filius. Item ſubſtantia dei genuit filium ideſt pater ſubſtãtia, genuit filium q.

generationem, ſed filius non accepit eſſentiam. ergo eſſentia eſt terminus generationis. probatio medię. Accipere enim, cum non conueniat tribus perſonis eſt actus notionalis: ſed nullus actus notionalis terminatur ad eſſentiã, ſicut patet quòd pater non generat eſſentiam: ergo nec filius accepit eſſentiam.

Contra. Illud in quo eſt generatio eſt terminus generationis, ſed Hila. dicit quòd natiuitas vnigenita in naturam ingenitam ſubſiſtit. ergo natura, uel eſſentia eſt terminus generationis. Lib. 5. de trinit. circa fi. Lib. 3. to. 6. cap. 15.

¶ Præt. Generatio inuenitur ĩ diuinis, vt s. dictum eſt, ſecũdum id quod eſt perfectionis in ipſa: ſed tota perfectio generationis eſt ex termino ad quem. ergo in generatione diuina eſt terminus ad quẽ: ſed hoc nõ eſt aliud q̃ eſſentia. ergo &c. D. 4. q. 1. art. 1.

Respondeo, dicendum, quòd terminus generationis ĩ creaturis poteſt accipi dupliciter, ſicut etiam & principiũ. dicitur enim principium generationis ipſum generans, & huic principio correſpondet ſicut terminus ipſum genitũ. Dicitur etiam principium generationis a quo incipit generatio, & hoc modo principium, vel initium generatiõis eſt priuatio formæ inducendæ, & huic principio terminus oppoſitus eſt forma per generationẽ inducta. Sicut etiam in dealbatione, terminus a quo eſt nigredo, & terminus ad quẽ eſt albedo, & ſimiliter in diuinus terminus gñationis (quamuis non ſit ibi actio, uel mutatio) poteſt accipi dupliciter, ſcilicet ipſum generatum, & hoc eſt filius, vel eſſentia accepta a filio per generationẽ. Cap. 9.

¶ Ad primum. ergo dicendum, quòd generatio & quilibet motus totam imperfectionẽ habet ex termino a quo, quod eſt priuatio uel contrarium includens priuationem. & ideo in generatione diuina nõ eſt terminus a quo, ſed tm̃ terminus ad quẽ, a quo eſt tota perfectio generationis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia diuina nõ eſt genita in filio, neque per ſe, neque per accidẽs, quia eadem eſſentia eſt in generante & genito. Si autem eſſentia eſſet diuiſa, tũc ſequeretur neceſſario, quòd eſſet genita per accidens, quàmuis non per ſe, ſicut in rebus creatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis accipere ſit actus notionalis, poteſt tamen terminari ad eſſentiam, quod ſic patet, quia in generatione diuina ſicut in qualibet alia, eſt tria conſiderare, ſcilicet generantem, & genitum, & naturam communicatã per generationem. Poſſunt ergo verba notionalia deſignare comparationem generantis ad genitum, ſicut generare vel dare, vel generantis ad eſſentiam, uel geniti ad eſſentiam, vt accipere: vel geniti ad generantem ſicut naſci.

¶ Sciendum igitur, quòd cum omne verbũ notionale ſignificet actum perſonę vt diſtincta eſt, oportet quòd ſemper egrediatur a perſona diſtincta, & ideo nullum verbum tale exit ab eſſentia, vt dicatur eſſentia generare, vel dare notionaliter, vel accipere, uel naſci. Verba autem quæ deſignant comparationem generantis ad eſſentiam, uel geniti ad eſſentiam, terminantur ad eſſentiam, quia ex parte illa non ſunt diſtinctiua, & huiuſmodi verba ſunt, accipere, & dare. Sed verba quæ deſignant cõparatio-

F nem geniti ad generatẽ, vel econuerſo ſunt diſtincta ex vtraq; parte. & ideo ex neutra parte poteſt eis adiũgi eſſentia, quia nec eſſentia generat, nec pater generat eſſentiam, quod patet etiam ex ſignificatione uerborum, quia generans inquantum generans, diſtinguitur a genito, & econuerſo. Sed dans diſtinguitur q̃dem ab eo cui dat, ſed nõ ab eo qđ dat, quia aliquis poteſt dare ſeipſum. ſimiliter & accipiens diſtinguitur ab eo a quo accipit, ſed non ab eo qđ accipit de neceſſitate, aliquis enim accipere ſeipſum poteſt, ſicut ſeruus manumiſſus. Cap. 13. t. 3.

EXPOSITIO TEXTVS.

{Si autem relatiue di. &c.} Videtur falſum, quia hoc nomen de⁹ pro relatiuo ponit, & cum hoc indicat eſſentiam. Dicendũ quòd quàmuis indicet eſſentia ex parte ſignificati, tñ ex parte ſuppoſiti indicat perſonam; vnde tota ratio diuerſitatis in iſtis rationibus eſt, quòd non concludũt. ſimiliter de hoc nomine deus, ſicut de hoc nomine eſſentia, eſt diuerſus modus ſupponendi. Cap. 14. ibi

¶ {Hoc ad ſe iudicandum.} Cõtra: Generatio filii, ut ſupra dictum eſt, non eſt propter aliquem finem, cum finis ſit dignior eo quod eſt ad finẽ. ergo non eſt propter manifeſtationem patris. Dicendũ, quòd ly ad hoc, eſt conſecutiuum & non finalem cauſam deſignans, manifeſtatio enim patris conſecuta eſt ad generationem filii. D. 4. q. 1. art. 3.

{Conſilium de conſi.} Contra. Cõſilium, eſt quædam quæſtio ſecundum phyloſophum: vbi autem non eſt dubitatio, ibi non eſt quæſtio. ergo in diuinis non eſt conſilium. Dicendum quòd conſilium poteſt ſumi paſſiue, quantum ſcilicet ad illum qui petit, vel accipit conſilium, & hoc non poteſt eſſe in deo, quia hoc importat dubitationem: dicitur etiam actiue quantum ad illum qui dat conſilium, & hoc modo eſt in diuinis & ſignificat abundantiam cognitionis ipſius de rebus dubiis agibilibus, de quibus eſt conſilium. {Nihil habet filius niſi natum,} ideſt, niſi quòd naſcendo accepit, ſed aliquid accepit naſcendo ſicut communicatum ſibi per natiuitatem vt eſſentiam, & aliquid, ſicut conſequens natiuitatem, ſecundum modum intelligendi ſicut relationem filiationis. Lib. 5. circa finem.

K {Et ammiratio ho. ip. ge. xi.} ideſt, illæ q. honorat filium ammirando ipſum, quaſi adeo magnum ſupra ſe honorat etiam patrem, & econuerſo. Io. 5. vt omnes ho. &c. {Natiuitas dei} hoc dupliciter poteſt exponi vt per natiuitatẽ intelligamus ipſum deum natum, vel melius poſſumus intelligere generationem paſſiuam, & dicitur generatio tenere aliquã naturam quæ per generationem inducicitur ſicut omnis motus & mutatio terminatur per terminum ad quem, a quo ſpeciem habet: uult ergo dicere. Hilar. quòd cum in omni generatione vniuoca oporteat idem eſſe principium generationis, & quòd per ganerationem communicatur, ſicut in generatione ignis, forma ignis eſt principium, & eadem eſt per generationem acquiſita, licet non ſecundum numerum eadem, ita oportet quòd cum generatio diuina ſit virtute naturæ diuinæ, quòd per generationem genitus accipiat naturam diuinam, & oportet quòd eandem numero, quia vt ſupra probatum eſt: diuina natura d. 4. q. 1. art. 1.

eſt eadem ſubſtantia & eiuſdẽ ſubſtantię: quod ſic eſſe intelligendum, Auguſtinus oſtendit dicens ad Maximinum. Sicut dicis, ſpiritus ſpiritũ genuit: ita dic, ſpiritus eiuſdem naturæ vel ſubſtantię ſpiritum genuit. Item, ſicut dicis, deus deum genuit: ita dic, deus eiuſdem naturę vel ſubſtantię genuit deum. hoc ſi credideris & dixeris, nihil de hac re vlteri⁹ accuſaberis. His enim verbis aperit, quomodo prędicta debeant intelligi. Similiter: filius natus eſt de ſubſtantia patris; vel pater genuit filium de ſua natura, ſiue eſſentia ideſt de ſe natura & eſſentia genuit filiũ eiuſdem eſſentiæ ac naturæ: & qui eſt eadem eſſentia ac natura. Similiter expone illud: filius ſubſtantiæ patris ideſt filius patris ſubſtantię ideſt qui eſt ſubſtantia: cum quo & fili⁹ eadem ſubſtantia eſt; quia conſubſtantialis eſt patri filius. Et hic ſenſus adiuuatur ex uerbis Aug. qui in 5. lib. de trini. ait. Tres perſonas eiuſdem eſſentiæ, vel tres perſonas vnam eſſentiam dicimus. Tres autem perſonas ex eadẽ eſſentia non dicimus: quaſi aliud ibi ſit qđ eſſentia eſt, aliud quod perſona. His verbis oſtenditur, non eſſe dicendum perſonam eſſe ex eſſentia, niſi ex ſenſu prędicto; qui ſenſus confirmatur et ex eo quòd in. 15. lib. de tri. idem Auguſtinus ait. Sicut noſtra ſcientia ſcientiæ dei; ſic & noſtrum verbum quod naſcitur ex noſtra ſcientia diſsimile eſt illi verbo dei: quod natũ eſt de patris eſſentia. Tale eſt autem, ac ſi dicerem, de patris ſcientia, de patris ſapiẽtia. Vel quod eſt expreſsius de patre eſſentia: de patre ſcientia: de patre ſapientia. Et hoc itaque intellectu uerbum dei patris vnigenitus filius per omnia patri ſimilis & æqualis recte dicitur deus de deo lumen de lumine: ſapientia de ſapientia: eſſentia de eſſentia, quia eſt hoc omnino quod pater; non tamen pater: quia iſte filius ille pater.

*Quare uerbum patris dicatur filius natura.*

Inde eſt, ꝙ ſolus vnigenitus dei dicitur fili⁹ natura: quia eiuſdem naturę eſt & eadem natura eſt cum patre. Vnde Hyl. de Chriſto oquens ait in lib. de trin. Natura filius eſt: quia eandem naturam quam ille qui genuit habet.



natura non poteſt diuidi ſecundum numerum. {Vnitatem formæ ſecundum}, ideſt, non ponimus naturam humanam cum diuina vnum effectum in natura. {Nec rurſus corporali &c.} ideſt, hoc quod dominus dicit Ioa. 14. Ego in patre & pater in me eſt, non debet intelligi hoc modo, vt pater ſit in filio, hoc modo quo inſinuatur, ideſt, manifeſtatur corp⁹ eſſe in corpore. Sed ex eo, ideſt, ex patre genitam naturam eiuſdem generis, ideſt, eiuſdem virtutis & rationis, ſicut humanitas eſt eiuſdem generis in ſor. & platone, ideſt, ipſum genitum habentem talem naturam dicimus. {Habuiſſe in ſe naturam gignentis.} ideſt, patris gignentis. In dialo. 65 q. q. 8. to. 4.

¶ Vel poteſt exponi natura genita, quia per generationẽ accepta in filio, & gignens, quia eſt principium generationis in patre. {Nunquid ingenitus deo.} hoc dicit cõtra Arrianos qui dicebant filium minorem patre, quia non eſt ingenitus ſicut pater, ſed non ſequitur, quia ipſe eſt vnigenitus patris, & per generationem totam naturã patris accepit, & hoc eſt quod dicit. In naturam vnige. &c. {Non eſt aliunde}, ideſt, ab alio quàm a patre, & ideo non refertur ad aliud, ideſt, ad aliam perſonam quàm ad patrem inquantum filius eſt, quia ad ſpiritum ſanctum refertur inquantum ſpirans eſt. Vel aliter. Aliunde, ſcilicet quàm de eſſentia patris. {Ad aliud} ſimiliter quantum ad eſſentiam, vel naturam. q. non habens diuinam naturam, ſed aliam. {In vno ſubſiſtit &c.} in vnitate naturæ diuinæ. {Ex vno,} ideſt ex patre, vel ex vnitate naturæ patris. {Ac ſic in generatione filii &c.} vult oſtendere quomodo filius ſit in patre, & econuerſo, hoc modo pater per generationem dat naturam ſuam filio. ergo cum pater immutabilis non amittit naturam, ſed ſequitur eam, quia vbi eſt natura ſua eſt & ipſe. vnde cum natura ſua ſit in filio ipſe eſt in eo. ſimiliter ecõuerſo, filius accepit naturam quam pater habet, & cum ipſe pater ſit immutabilis non dimittit naturam ſuam. vnde cum natura eadem numero, quæ filio datur remaneat in patre, filius manet in patre, & dicitur Indemutabilis ex in & demutor, aris. {In regnum filii charitatis,} col. 1. dupliciter exponitur, poteſt enim charitas teneri eſſentialiter, & tunc erit ſenſus filii charitatis, ſcilicet, ideſt, filii ſubſtantiæ ſuæ, quod qualiter intelligendum ſit Magiſter infra oſtendet. poteſt etiam teneri notionaliter, & tunc erit locutio emphatica, ſicut conſuetum eſt in ſcriptura, quod aliquis dicatur filius alicuius, quod maxime ſibi competit: ſicut Iſa. 5. In cornu filio olei. Ad literam, oſtendens locum oleo abundantem, & primi Re. 27. Filij mortis eſtis, ideſt, digniſſimi morte, & ſimiliter dicitur vnigenitus dei filius charitatis, quia in ipſo maxime charitas patris quieſcit. {His verbis præmiſſis &c.} hæc ex pręmiſſis authoritatibus elicit 4. propoſitiones quæ ſuæ ſententiæ videntur contrariæ, quarũ vna eſt, quòd natura coæterna deo eſt, in quo videtur loqui de natura genita & hanc exponit, ibi {Vt tamen ſine priui.} Secunda eſt: pater genuit id quod ipſe eſt: quam exponit, ibi {Ex quo ſenſu &c.} Tertia eſt quòd ſubſtãtia dei genuit filium, quam exponit, ibi {Item ſubſtãtia dei ge. &c} Quarta eſt, quòd filius natus eſt de ſubſtantia patris, quam exponit ibi, {Similiter filius natus eſt &c.} Et addit quintam, quòd filius eſt ſubſtantia patris, quam exponit ibi. {Similiter expone illud &c.} c. 20. to. 3. Diſt. 17.

# DISTINCTIO VI.

A

*Vtrum pater uoluntate ſua genuit filium, an neceſſitate, an uolens, uel nolens ſit deus.*

Praeterea ſolet quæri: utrum pater genuerit filium voluntate an *a* neceſsitate. De hoc Oroſius ad Auguſtinum, ita ait. Voluntate pater genuit filium uel neceſſitate, ſed nec voluntate, nec neceſsitate, quia neceſſitas in deo non eſt, præire voluntas ſapientiam non poteſt. Quo circa, ut ait Auguſtinus in 15. lib. de Trini. Ridenda eſt dialectica Eunomij, a quo Eunomiani hæretici orti ſunt, qui cum non poſſet intelligere, nec credere voluiſſet vnigenitum dei filium verbum dei eſſe natura, i. de ſubſtantia patris genitum, non naturę, vel ſubſtantię dixit eſſe filium, ſed filium voluntatis dei, uolens aſſerere accedẽtem deo voluntatem qua gigneret filiũ, ſicut nos aliquid aliquando volumus quod antea non volebamus, ꝓpter quod mutabilitet natura noſtra ĩtelligitur, quod abſit vt in deo eſſe credamus. *c* Dicamus ergo verbum dei eſſe filium dei, natura, non voluntate, vt docet Auguſt. in 15. lib. de trinit. vbi quẽdam catholicum hæretico reſpondentem commẽdat dicens. Acute ſane quidam reſpondit hæretico verſutiſsime interroganti, vtrum deus volens, an nolens filium genuerit, vt ſi diceret nolens, abſurdisſima dei miſeria ſequæretur. Si autem volens, *a* continuo quod intendebat ibidem.

Divisio textvs.

Hic Magiſter ĩquirit de generatione q̃tum ad principium, & diuidit in duas partes. In prima inquirit quid ſit principium generationis. Vtrum neceſſitas, vel voluntas, vel natura. In ſecunda, inquirit de cõitate principij generationis. Vtrũ ſ. potẽtia generãdi ſit cõis patri & filio, in ſequẽti diſtinctione. Prima in tres. Primo enim mouet quæſtionem & determinat. Secundo, remouet dubitationẽ. ibi {Sed contra hoc opponitur.} Tertio, exponit determinationem. ibi {Prædicta tamen verba.} Circa primum tria facit. Primo ponit quæſtionem. Secundo determinat, ibi. {Nec voluntate.} Tertio, ex determinatione excludit errorem. ibi {Quo circa vt ait.} Vbi proponit errorem. Secundo excludit. ibi {Propter quod *mutabilis*. vbi primo improbat põnẽ errantis. Scđo cõfirmat rõnẽ. ibi {Acute ſane.}

## *QVAESTIO I.*

A

Ad intelligentiam huius partis tria quæruntur.

Primo. Vtrum pater genuit filium neceſſitate.
Secundo. Vtrum voluntate.
Tertio. Vtrum natura.

ARTICVLVS I.

D *a Vtrum pater genuit filium neceſſitate.*

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd pater genuit filium neceſſitate. Neceſſarium enim & poſſibile diuidunt ens, ſi igitur pater nõ genuit filium neceſſitate, genuit ipſum contingenter, vel poſſibiliter, quod eſt impoſſibile. 1. p. q. 41. 2. De poteſta. q. 2. ar. 3.

¶ 2 Præt. Omne ęternum eſt neceſſarium, ſed generatio filij a patre eſt æterna; ergo neceſſaria.

¶ 3 Præt. Sicut deus eſt ꝑ ſe bonus, ita eſt per ſe ens neceſſariũ, omne enim quod eſt per participationem reducitur ad id quod eſt per ſe: ſed in per ſe bono nihil poteſt eſſe niſi bonum. ergo nec in per ſe neceſſario aliquid niſi neceſſarium, cum igitur generatio ſit in deo. ergo erit neceſſaria.

Contra omnis neceſſitas eſt ratione alicuius cogentis, vel interius, vel exterius, ſed deo nõ poteſt eſſe aliquid fortius. ergo ibi non poteſt eſſe neceſſitas. 5. de Ciuit. dei. c. 10. t. 5 Te. 6.

E ¶ Præt. Auguſt. diuidit neceſſitatem in coactionem & prohibitionem, ſed neutrum deo conuenit. ergo &c.

Respondeo, dicendũ, quòd ſm Philoſophũ. 5. Meta. neceſſarium dicitur multipliciter. Eſt .n. neceſſariũ abſolute, & neceſſariũ ex cõditione, & hoc eſt duplex, ſcilicet ex conditione finis, vel ex conditione agentis. Neceſſarium ex conditione agentis, eſt neceſſarium per violentiam: non enim eum qui uiolenter currit neceſſe eſt currere, niſi ſub hac conditione ſi aliqs eum cogit. Neceſſarium ex conditione finis eſt illud, ſine quo non poteſt conſequi aliquis finis, vel non ita faciliter: finis aũt eſt duplex, vel ad eſſe, & hoc modo cibus, vel nutrimentum dicuntur eſſe neceſſaria, quia ſine eis non poteſt eſſe hõ, uel pertinens ad bene eſſe, & ſic dicitur eſſe nauis neceſſaria eunti vltra mare, quia ſine ea exercere non poteſt actionem ſuam. Neceſſarium autem abſolute dicitur quod eſt neceſſarium per id quod in

in eſſentia ſua eſt, ſiue illud ſit ſua eſſentia, ſicut in ſimplicibus, ſiue ſicut in compoſitis illud principium ſit materia, ſicut dicimus hominem mori eſt neceſſarium, ſiue forma, ſicut dicimus hominem eſſe rationalem eſt neceſſarium. hoc autem abſolute neceſſarium eſt duplex, quoddam enim eſt, quod habet neceſſitatem & eſſe ab alio, ſicut in omnib⁹ quæ cauſam habent, qđdam autem eſt cuius neceſsitas non depēdet ab alio, ſed ipm eſt cauſa neceſsitatis in omnibus neceſſariis ſicut deus. Dicendum ergo, quòd generatio ī diuinis nō eſt ex neceſsitate cōditionata, ſiue conditionetur ex fine, ſiue ex agente, non ex agente, cum ipſe deus ſit primum principium & ultimis finis, ſed eſt neceſſaria neceſsitate abſoluta, ſicut ē neceſsitas primę cauſæ. Et ꝑ hoc. patet ſolutio ad utranque partem: qa primæ rationes procedunt de neceſsitate abſoluta, & aliæ de neceſsitate coactionis quæ repugnat neceſsitati abſolute, & de iſta procedebat hæreticus, & ſecundum hoc negatur in litera.

concluderet, ſcilicet non naturæ eſſe filium, ſed voluntatis. At ille vigilantisſime, uicisſim quæſiuit ab eo. Vtrum deus pater volens, an nolens ſit de⁹. vt ſi reſponderet nolens, ſequeretur grandis abſurditas, & miſeria, quam de deo credere magna eſt inſania. Si autem diceret volens, reſponderetur ei. ergo & ipſe voluntate ſua deus eſt, non natura. Quid ergo reſtabat, niſi vt obmuteſceret ſua interrogatione, obligatū inſolubili vinculo ſe videns? Ex prædictis docetur, non eſſe concedendum, quòd deus voluntate, vel neceſsitate, vel volens, vel nolens ſit deus. Item quòd voluntate, vel neceſsitate, vel volens, vel nolens, genuerit filium.

*b Oppoſitio contra prædicta.*

SED contra hoc opponitur ſic. Voluntas dei eſt natura, ſiue eſſentia dei, quia non eſt aliud deo eſſe, aliud velle. & ideo ſicut vna eſt eſſentia triū perſonarum: ita & vna voluntas. Si ergo deus natura deus, & voluntate deus eſt & ſi verbum dei natura deus eſt, & voluntate filius dei eſt, hoc aũt

ARTICVLVS II.

*b Vtrum pater genuit filiū uoluntate.*

Ibidem.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd pater genuit filium voluntate. Omne enim bonum eſt volitum a deo, ſicut omne verum ſcitum. ſed generatio filij eſt optimum. ergo eſt volitum a deo, & ita pater genuit filium voluntate.

¶2 Præt. In generatione humana, ita eſt: quòd principium inclinans ad generandum eſt voluntas, ſed generatio humana extrahitur a diuina. ergo & ſimiliter in generatione diuina. & ita videtur quòd pater genuit filium voluntate.

Damaſc. 1. fi. orth. c. 18

¶3 Præt. Ori. dicit de patre loquens. Germen proferens voluntatis factus eſt verbi pater: ſed illud, quod eſt germen voluntatis, eſt natum voluntate generantis. ergo pater genuit filium voluntate.

CONTRA. Voluntas eſt principium productionis eorū, quæ per artem producuntur in rebus humanis: ſed filius non producitur a patre ſicut artificiatum, immo ſicut ars, ſed creaturæ ſicut artificiata. ergo videtur quòd pater non genuit filium voluntate, ſed voluntate creaturas produxit.

Cano. 24.

¶ Præt. Hil. lib. de ſynodis. Si quis voluntate dei filium tanquam factum dicat, anathema ſit. ergo &c.

RESPONDEO dicendum, quòd voluntas poteſt comparari ad aliqud dupliciter, aut ſicut potentia ad obiectum, aut ſicut principium. ſi comparetur ad aliquid ſicut ad obiectum, tunc omne volitum a deo poteſt dici eſſe voluntate eius, & ſic poteſt dici pater eſt deus volūtate ſua, vult enim ſe eſſe deum, & ſimiliter poteſt concedi quòd pater genuit filium voluntate. Si autem comparetur volūtas ad aliquid ſicut principium hoc poteſt eſſe dupliciter, quia aut illud ad quod comparatur ſicut principium dicit rationem principiandi. Aut dicit ipſum principiatum. Si primo mō, ſic cōparatur voluntas ad proceſsionē, ſpiritus ſ. qui procedit ᵈ vt amori ī quo volūtas principiata oīa,

D. 665.

F ſcilicet amore creaturas producit & ſecundum hunc modum etiam intellectus in deo ſe habet ad generationem filii, qui procedit, vt verbum & ars. Si ſecundo modo tunc principiatum voluntatis procedit a voluntate ſecundum voluntatis conditionem, voluntas autem quantum eſt in ſe libera eſt. vñ principiata voluntatis ſunt tantum ea, quę poſſunt eſſe, vel non eſſe & hoc modo cōſtat, quod voluntas diuina comparatur ad creationē rerum, & non ad generationē filij: & hinc ē ꝙ quidam diſtinguunt voluntatem in tria, ſcilicet in voluntatem accedentem, quæ ſcilicet de nouo accedit operi, vel operanti, & talis nō eſt ī deo, ſecundum aliquem trium dictorum modorum voluntatis, quia omnis operatio eius eſt a voluntate æterna. Item in volūtatē cōcomitātem quæ dicitur ſecundū comparationem ad obiectum tantum, & ſic eſt in deo reſpectu gñationis filij. Item in voluntatem antecedentem, & ſic dicit comparationē principij ad principiatum, & ſic eſt reſpectu creaturam.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd ratio illa procedit ſecundum comparationem voluntatis ad obiectum tantum.

¶ Ad ſecundum, dicendum quòd generatio humana non eſt ęterna, & ideo poteſt habere voluntatem antecedentem, quod nō pōt eſſe in diuina.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Ori. vocat germen volūtatis id, in quo quieſcit patris baneplacitum, & hæc eſt filius ſicut ipſe dixit Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus &c. Aliæ autem rationes procedunt de voluntate antecedente, ſiue ſecundum comparationem principij ad principiatum.

facile eſt refellere. Nam & præſcientia dei, ſiue ſcientia qua ſcit, vel pręſcit bona & mala, diuina natura, ſiue eſſentia eſt & prædeſtinatio, ſiue voluntas eius eadem diuina eſſentia eſt, nec eſt aliud deo ſcire, vel uelle quàm eſſe, & cum ſit vnum & idem, ſcientia dei, vel voluntas, non tamen dicitur de voluntate quicqd dicitur de ſcientia, & econuerſo, nec omnia illa ſua volūtate deus vult, quæ ſua ſcientia ſcit: cum ſcientia ſua nouerit tàm bona, quàm mala. voluntate autem non velit niſi bona, ſciētia quippe dei & pręſcientia de bonis eſt & de malis. Voluntas vero & prædeſtinatio, de bonis eſt tantū & tamen vnum & idem eſt in deo ſcientia, & voluntas, & pręſcientia, & prædeſtinatio. Ita cum vnum ſit natura dei & voluntas: dicitur tamen pater genuiſſe filium natura, non voluntate, & eſſe deus natura, non voluntate.

*Quomodo intelligenda ſint illa uerba. pater, nec uolens, nec nolens, eſt deus, nec volens, nec nolens, genuit filium.*

PRAEDICTA tamē verba, quibus prudenter dictum eſt, quòd deus

ARTICVLVS III.

*c Vtrum pater genuit filium naturaliter.*

Can. 25.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd pater non naturaliter genuit filium Hil. De ſynodis. Non naturali neceſsitate ductus parer genuit filiū. ergo uidetur, quòd non ſit naturalis generatio.

¶2 Præt. In deo idem eſt voluntas & natura, ſed pater non genuit filium voluntate, ergo nec genuit filium natura.

D. 3. q. 1. art. 3.

¶3 Præt. Sicut ſupra habitum eſt, philoſophi per rationes creaturarum potuerunt deuenire in cognitionem diuinæ naturæ: ſed cognita natura cognoſcitur operatio naturæ. ergo potuerunt deuenire in cognitionem generationis æternæ, ſi pater naturaliter genuit filiū, cuius contrariū ſuperius eſt oſtenſum.

D. 3. q. 1. art. 4.

CONTRA Hil. lib. de ſynodis. Omnibus creaturis ſubſtantiam dei voluntas attulit: ſed filio natura dedit. ergo videtur, quòd pater genuit filium natura.

Lib. 1. fid. orth. c. 8.

¶ Præt. Damaſc. Generatio eſt opus diuinæ naturæ exiſtens. ergo &c.

D. 3. q. 1. art. 4.

RESPONDEO dicendum, quòd eſſentia diuina, vt dictum eſt, eſt principium omnium actuum diuinorum, licet eſſentia ſub ratione eſſentiæ non dicat principium actus qui eſt operatio



ratio, ſed qui eſt eſſe, ſed cum in eſſentia ſit conſiderare diuerſa attributa quæ ſunt realiter vnum in ipſa, ratione tamen diſtincta, actus refertur ad eſſentiam ſecundum hoc attributum, vel ſecundum illud quod exigit conditio actus, ſicut intelligere eſt ab eſſentia diuina inquantum ipſa eſt intellectus, & res volitæ quæ poſſunt eſſe, vel non eſſe, producunt ab eſſentia inquantū ipſa eſt voluntas, & quia de ratione generationis eſt vt producatur genitum in ſimilitudinem generantis & huius productionis principiū pertinet ad naturam quæ eſt ex ſimilibus ſimilia procreans, ideo dicitur, quòd pater natura genuit filium.

AD PRIMVM. ergo dicēdum, quòd Hila. naturalem neceſſitatem appellat quando virtute naturæ aliquid agitur, qđ eſt contrarium volūtati. ſicut fames & ſitis in nobis. vnde voluntas patitur quaſi quādam violentiam a natura, & talis neceſſitas nō eſt in deo.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd quàmuis natura & voluntas ſint idem re, differūt tamen ratione, vt dictum eſt, & ideo eſſentia diuina in ratione naturę eſt principium alicuius, cuius principium non eſt ipſa eadem, prout habet rationem voluntatis.

8. Phy. tex. 34. & 12. Meta. t. 36.

¶ Ad tertium dicendum, quòd naturam contingit cognoſcere dupliciter, vel perfecte comprehendendo ipſam, & ſic Philoſophi non cognouerunt naturam diuinam, quia ſic cognouiſſent omnia opera diuina, & quæcunque ſunt in ipſa. Vel per effectus, & ita Philoſophi cognouerunt. Quia vero creatura non perfecte repræſentat naturam diuinam, ſecundum quod eſt principium generationis æternæ & conſubſtantialis, ideo generationem diuinam quæ eſt eius operatio: non cognouerunt Philoſophi.

pater, nec volens, nec nolens eſt deus. nec volens, nec nolens genuit filium, ſiue uoluntate, vel neceſsitate, ex tali ſenſu mihi videntur accipienda, vt uoluntatem præcedentem, vel antecedentem intelligam⁹ qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipſe eſt deus voluntate pręcedenti, vel efficienti, uel volens prius quàm deus. nec voluntate pręcedenti, vel antecedenti genuit filium. nec prius volens quàm generans, nec prius generans quàm uolens genuit filium. Volens tamen genuit, ſicut potens genuit. & bonus genuit, & ſapiens genuit & huiuſmodi. Si enim pater ſapiens & bonus dicitur genuiſſe filium, cur non & volens? Cum ita ſit deo idem eſſe volentem, quod eſt eſſe deum, ſicut idem eſt eſſe ſapientem, quod eſt eſſe deum. Dicamus ergo, quòd pater ſicut ſapiēs, ita volens genuit filium, ſed non uoluntate præcedenti, vel antecedenti, quem ſenſum aperit Auguſtinus, & confirmat ita dicens ſuper epiſtolam ad Epheſios. De filio dei ideſt, domino noſtro Ieſu Chriſto, ſcriptum eſt: quia cum patre fuit ſemper, & nunquam eum ut eſſet voluntas paterna præceſsit, & illę quidem natura filius eſt.

Hierony. Super 1. ca. ad Epheſ. ibi: in charitate prædeſtinans nos to. 9.

# DISTIN. VII.

A

*Hic quæritur: an pater potuerit, vel voluerit gignere filium.*

HIc ſolet quęri a quibuſdam. Vtrū pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim (inquiunt) potuit, & voluit gignere filium. ergo potuit aliquid, & voluit quod nec potuit nec uoluit filius. Nam filius, nec potuit nec voluit gignere filium. Cui verſutiæ fa-

## EXPOSITIO TEXTVS.

VOLVNTAS ſapientiam præire non poteſt.} Hoc dicit, quia ſapientia filio appropriatur.

¶ Sed contra: voluntas eſt motor aliarum virium. intelligimus enim quia volumus. ergo voluntas, videtur præcedere cognitionem ſapientiæ.

¶ Dicendum, quòd voluntatem oportet quòd præcedat aliqua cognitio. Eſt enim duplex actus voluntatis, vnus imperfectus, ſcilicet appetere, & iſtæ actus pręcedit cognitionem perfectam eorum quæ acquiruntur in cognitione. Per appetitum. n. ſciendi aliquid mouetur aliquis ad conſiderationem alicuius, cuius cognitionem conſiderando accipit, ſed tamen hunc actum voluntatis præcedit cognitio indeterminata, qua res ſcitur in vniuerſali, & per illam cognitionem imperfectam tendit appetitus in perfectionē ipſius, ſi enim eſſet omnino ignotum non quæreretur. Eſt & alius actus voluntatis perfectus, quo voluntas quieſcit & placet ſibi in re iam habita, & ita voluntas ſciendi ſequitur cognitionem perfectam.

¶ Vtrum deus filium volens, aut nolēs genuit. Videtur, quòd neceſſarium ſit alterum dare, cum fiat diuiſio per affirmationem, & negationem.

¶ Dicendum, quòd nolens & volens non opponuntur contradictoriæ: ſed volens, & nō volens. Differt enim nolo & non volo, quia cum dicitur non volo negatur actus, & ideo opponitur ſicut negatio ad affirmationem, ſed in hoc verbo nolo, & in toto

A condeclinio eius remanet actus voluntatis affirmatus, & negatio fertur ad nolitum. vnde ſenſus eſt, nolo hoc, ideſt, uolo hoc non eſſe. Vnde non oportet dici nolens, vel volens, quia lapis, nec volens eſt, nec nolens, & ſimiliter in propoſito neutrū dandum eſt. Sed danda eſt iſta, non volens, ſi volens dicat voluntatem accedētem, vel antecedentem. Si autem dicat voluntatem cōmunicantem, danda eſt iſta. volens genuit.

DIVISIO TEXTVS.

POſtquam oſtendit prīcipiū dīnæ generationis propriū, quod ē natura & nō volūtas. hic inquirit de cōmunitate principij. vtrum ſcilicet generandi potentia ſit cōmunis patri & filio, & diuiditur in duas. In prima, inquirit de communitate potentiæ generatiuę ſumptæ in concreto. In ſecunda, de cōmunitate eiuſdē ſumptæ in abſtracto: ibi {Item quæritur a quibuſdam &c. Prima, in tres. Primo, determinat quæſtionem. Secundo: mouet dubitationem. ibi {Sed vehementer.} Tertio ponit ſolutionē. ibi {Quomodo ergo accipit &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo ponit determinationē. ibi {Cui verſutie &c.} Tertio confirmat per ſimilitudinē. ibi {Ex ſimili quoque.} {Sed vehementer &c.} Hic ponit dubitationem. Et primo ponit ad vnam partem authoritatem Auguſtini. ſecundo ad partem contrariam inducit quorundam rationem. ibi {Hæc autem non videtur.} {Quomodo ergo.} Hic ſoluit, & primo inſinuat ſoluendi difficultatem. Secundo proſequitur ſolutionem. ibi {Poteſt ergo ſic intelligi &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur duo.

Primo. De potentia generandi in deo.
Secundo. De communitate ipſius.

Circa primum tria quęruntur.

Primo. Vtrum in deo ſit potentia ad generandum.
Secundo. Quid ſit illa potētia, an ſit abſolutum aliquid, vel ad aliquid.
Tertio. De comparatione ipſius ad potentiam creandi.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum potentia generatiua ſit in deo.*

De potētia q. 2. art. 1. 1. p. q. 41. 4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in deo non ſit potentia ad generandum. Quicquid enim exit ab aliqua potētia, ſiue ſit potentia agentis, ſiue materiæ, prius eſt in potentia, quàm ſit in actu ſed generatio filij a patre non eſt huiuſmodi cum ſit æterna. ergo non exit ab aliqua potentia. ergo in deo non eſt potentia ad generandum.

¶ 2 Præt. Illud quod per ſe eſt naturę non exit ab ea mediante ali-

te aliqua potentia. ſicut anima dat tale eſſe corpori nullo mediante: ſed generatio eſt per ſe opus naturæ, vt dicit Damaſc. ergo non eſt opus potentiæ, & ſic idem quòd prius.

Lib. 1. fid. ortho. c. 8.

¶ 3 Præt. Omnis potentia vel eſt actiua, vel paſſiua: ſed in patre non eſt potentia paſſiua ad generandum filium, quia ſm eam magis diceretur magiſter, quàm pater. Nec eſt etiam in eo potētia actiua. quia ſecundum Philoſophum potentia actiua eſt principiū trāſmutationis in aliud, ſecundum quòd eſt aliud, vnde potentia actiua exigit materiam in quam agat. Generatio autem filij non eſt ex materia. ergo videt̃, quòd in deo non ſit potentia ad generandum.

5. Met. tex. 17. & No. Met. tex. 2.

CONTRA Auguſtinus arguit. Si pater non potuit generare filium æqualem & coæternum ſibi, impotens fuit. ergo ex hoc videtur, quòd potentia diuina etiam ſe extendat ad generationē filij.

3. cōtra Maximi. cap. 7 to. 6.

¶ Preterea. Omnis operatio demonſtat potentia ipſius operantis, cū igitur actus generationis in infinitum tranſcendant productionem creaturarum: quæ tamen diuinam omnipotentiam manifeſtat, videtur quòd multo fortius generatio filij ſit manifeſtatiua diuinę potentiæ, & non niſi ſicut actus eius, ergo videtur quòd in deo ſit potētia generādi.

Diſt. 28.

RESPONDEO dicendum, quòd in creaturis aliquid pducitur per potentiā naturalem & hoc producitur per ſimilitudinem naturæ ipſius producentis, ſicut homo generat hominē producitur etiam aliquid per potentiam rationalē, & hoc producitur in ſimilitudinem producētis quātum ad ſpeciem non naturæ, ſed in ratione exiſtente cum omne agens agat ſibi ſimile aliquo modo, ſicut domus producitur ab artifice & recipit ſimilitudinem ſpeciei quam artifex habet in mente. Et ſecundum hos duos modos aliquid producitur a deo. Procedit enim aliquid a deo in ſimilitudinem naturæ recipiens totam naturam, nec eandem ſpeciem tantum, ſed eandem numero: & ſic filius procedit a patre per actum generationis. Vnde in deo eſt potentia ad generandum ſimilis potentiæ naturali. Procedit etiam aliquid a deo in ſimilitudinem ideæ exiſtentis in mente diuina, quod non recipit naturam diuinam: ſicut creaturæ. Vnde potentia operandi in creaturis eſt ſicut potentia rationalis in deo, & ſecundum iſtam potentiam attenditur dei omnipotentia in deo. perſona enim diuina: quę procedit per potentiam quaſi naturalem nō eſt aliquid connumeratum omnibus. vnde potentia generandi non continetur ſub omnipotentia.

Ante medium.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd illud eſt verum quando actus differt realiter a potentia a qua exit. tunc enim oportet quòd prius ſit in potentia, quàm in actu, uel tempore, vel natura: ſed in deo eſt omnino idem re, eſſentia, potentia, & operatio, ſed differunt tantum ratione, & ideo in diuinis non ualet.

¶ Vel dicendum, quòd in diuinis perſonis eſt tantum ordo naturæ quo ſecundum Auguſtinū aliquis eſt ex alio & non prior alio, vnde non poteſt concludi aliqua prioritas per hoc quòd filius generatur ex potentia patris.

lib. 3. cont. Maximinū c. 12. to. 6.

Lib. 3. cōtra Maximinū. c. 14. to. 6.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd naturā, vel eſſentia comparatur ad duo: ad habentem, & ad id cuius natura eſt principium. inter eſſentiam igitur & habentem eſſentiam, non cadit aliqua potentia media quantum ad actum ipſius eſſentiæ in habentem qui eſt eſſe, ſed ipſa eſſentia dat eſſe habenti. & iſte actus eſt quaſi actus primus. Egreditur etiam ab eſſentia alius actus, qui eſt etiam actus habentis eſſentiam ſicut agentis, & eſſentię ſicut principij agendi, & iſte actus ſecundus & dicitur operatio, & inter eſſentiam & talem operationem cadit virtus media differens ab vtroque, in creaturis etiam realiter, in deo ratione tantum, & talis act⁹ eſt generare: & ideo ſecundum modum intelligendi natura non eſt principium ipſius, niſi mediante potentia.

Ibidem.

D. 64. & 89.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potentia diuina nullo modo paſſiua eſt nec etiam vere actiua, ſed ſuper actiua. actio .n. eius non eſt per modum motus, ſed per modū operationis: quæ differt a motu ſecundum Philoſophum in 10. Ethic. ſicut perfectum ab imperfecto, & ideo non requerit materiam in quam agat, quod non poteſt eſſe in actione qua eſt cum motu, cum omnis motus ſit per exitum de potentia in actum, & ideo non oportet quòd creatio ſit ex materia, & multo minus quòd generatio diuina. vnde Aui. dicit quòd agens diuinum differt a natutali, agens enim naturale eſt cauſa motus. Sed agens diuinum eſt dans eſſe totum, ſicut creator mundi.

D. 494.

Cap. 4.

10. Tracta. Meth. c. 2

cile reſpōdem⁹ dicentes: poſſe, uel uelle generare filium non eſt aliquid poſſe vel uelle ſubiectum voluntati, uel potētię, Eſt tamen aliqua potentia, vel voluntas, ſcilicet poſſe uel velle generare filium, & ideo diſtinguenda eſt intelligētia præpoſiti uerbi, poſſe, vel uelle gignere filium, eſt poſſe, vel uelle aliquid, c. neque generatio filii aliquid eorum eſt, quę ſunt ſubiecta diuinæ potentię & uoluntati, nec eſt aliquid inter omnia, vel de omnibus, ſed ſuper omnia & ante omnia. Non enim ante voluit, vel potuit, quàm genuit: ſicut nec ante fuit, quàm genuit, quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex ſimili quoque hoc uidere poſſumus. Pater enim poteſt eſſe pater, & vult eſſe pater, filius autem nec poteſt, nec vult eſſe pater. ergo pater poteſt uel vult eſſe aliquid, quod non poteſt vel uult eſſe filius. Non ſequit̃: q̃a eſſe patrem nō eſt eſſe aliquid, b. ſed eſt eſſe ad aliquid, vt in ſequenti oſtendetur.

*Ponit quædam verba Auguſtini, vnde moueri poteſt auditor.*

SED vehementer nos mouet quod ait Auguſtinus in libro primo, contra Maximinum, qui aſſerebat patrem potentiorem filio, eo quòd filium genuit Deum creatorem, filius autem non. Dicebatque patrem potuiſſe gignere non filium, & ideo potentiorem eſſe filio. Ad quod reſpondens Auguſtinus dicere videtur, q̃ filius etiam potuit gignere, volens oſtendere patrem non eſſe potētiorem filio his verbis. Abſit vt ideo potentior ſit pater filio, ſicut putas, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem. neque enim non potuit, ſed non oportuit. Vide & attende diligenter hęc verba. non enim non potuit, ſed non oportuit. Videtur enim dicere, q̃ filius gignere potuit: ſed non oportuit, & ita potuit, quòd non oportuit. Quare autem non oportuit, ſubdit dicens. Immoderata autem eſſet diuina generatio: ſi genitus filius, nepotem gigneret patri, quia & ipſe nepos niſi auo ſuo pronepotem gigneret, ſecundum veſtram mirabilem ſapientiam; impotens diceretur. Similiter etiam ille, ſi nepotem nō gigneret auo ſuo: & pronepotem proauo ſuo: non a vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generationis ſeries: ſi ſemper alter ex altero naſceretur: nec eam perficeret vllus, ſi non ſufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium patris natura, non fecit.

*Opponitur prædictis uerbis Auguſtini.*

B

HOc autem non videtur quibuſdam poſſe ſtare, ſcilicet q̃ fili⁹ potuerit gignere. Si enim filius b. potuit gignere, potuit eſſe pater, & ſi potuit eſſe pater, potuit ergo eſſe pater, vel ſui, uel patris, vel ſpiritus ſancti, uel alicuius alius: ſed alius non, quia nullus alius ſemper fuit. nec patris, quia pater eſt ingenitus, & innaſcibilis. nec ſui, quia nulla res ſeipſam gignere poteſt. nec ſpiritus ſancti, quia naſci non potuit. Si .n. naſci potuit, potuit eſſe fili⁹: & ita mutabilis eſſe potuit.

*Hic quæritur, quomodo ſint intelliganda.*

QVOMODO ergo accipietur, quod ſupra dictum eſt? Non enim non potuit gignere, ſed non oportuit. quaſi potuit, ſed non oportuit. Non eſt nobis perſpicuum aperire quomodo ſit hoc verum, & ideo ſub ſilentio potius eſſet prætereundum

ARTICVLVS II.

b *Vtrum potentia generatiua ſit ad aliquid.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd potentia generandi ſit ad aliquid. Remoto enim intellectu diſtinctarum perſonarum a diuinis, adhuc manet intellectus omnium quę abſolutę dicuntur, ſicut bonitas ſapientia, & huiuſmodi, ſed remoto intellectu perſonarum, non remanet potentia generandi: quia remotis perſonis remouetur generatio: & remota generatione, remouetur potentia generandi. non enim poteſt in diuinis eſſe aliquid in potentia quod non ſit actu, aliàs deus eſſet mutabilis. ergo non eſt de abſolutis: ſed de adaliquid dictis.

1. q. 41. 5. De potent. q. 2. art. 2.

¶ 2 Præterea. Potentię diſtinguntur per actus: ſed generare in diuinis eſt ad aliquid dictum, quia generatio eſt proprietas ipſa relatiua, vt ſupra dictum eſt. ergo & potentia generandi.

D. 4. q. 1. art. 2

¶ 3 Præterea. Omnis operatio propria alicuius rei egreditur a forma propria eiuſdem, ſicut comburere a forma ignis: ſed generare filium in diuinis eſt propria operatio patris. ergo principium illius erit propria forma patris, hoc autem eſt paternitas quæ relatio quædam eſt. cum igitur principium operationis ſit potentia, videtur, quòd potentia generandi ſit ad aliquid.

CONTRA. Cuius eſt actus, eius eſt potentia ſecundum Philoſophum, ſed ſecundum Damaſ. Generatio eſt actus naturæ, ergo & potentia generandi eſt ipſius naturę. natura eſt abſolute dictum. ergo potentia.

De ſenſu, & ſenſi. lec. 5.

Lib. pri. fid. orth. c. 8

¶ Præterea. In qualibet generatione vniuoca, idem eſt principium generationis & terminus: ſicut homo generat hoīem, ſed terminus gñationis in diuinis eſt eſſentia quæ communicatur per generationem, ut ſupra dictum eſt. ergo eſſentia etiam eſt principium generationis: & ſic videtur, quòd potentia generandi ſit eſſentiale.

Diſt. 5. q. 1. art. 1.

RESPONDEO quidam dixerunt, quòd potentia generandi ſimpliciter eſt adaliquid non tantum ex parte actus: ſed etiam ex parte ipſius potentiæ. potentia .n. dicit relationem principij, ſed hoc nihil eſt: quia potentia non eſt relatiuū ſm ſuum eſſe: ſed ſolum ſecundum dici. immo potentia ſignificat etiam illud quod eſt principium, & non tantum relationem principij. Sic enim quęrimus hoc de potentia generandi: principium autem cuiuſlibet operationis diuinæ, vt ſupra dictum eſt, eſt eſſentia diuina: ſed ab eſſentia egreditur aliquis actus, ſecundum quòd eſſentia eſt ſapientia, & aliquis ſecundum quòd eſt voluntas, & ſic de alijs attributis. Similiter dico, quòd proprietas realiter ſit eſſentia: eſſentia ſecundum quòd eſt ipſa paternitas, eſt principium huius actus qui eſt generare, non ſicut agens, ſed ſicut quo agitur. vnde principium generationis eſt eſſentiale ſub ratione relationis: vnde eſt quaſi medium inter eſſentiale & perſonale. ex parte enim illa qua potentia quæ eſt media inter eſſentiam & operationē radicatur in eſſentia eſt abſolutum. ex parte autem illa qua coniungitur operationi eſt relatiuum.

Diſt. 4. q. 1. art. 1.

D. 983.

D. 200.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd remoto intellectu perſonarum, remanent ea quæ ſunt pure abſoluta, ſed huiuſmodi eſt potentia generandi, vt dictum eſt, & ideo non remanet ſubtractis perſonis.

In corp. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis potentiæ innoteſcant per actus, non tñ oportet, quòd in eodem genere ponantur potentiæ & actus, præcipue de potentijs actiuis. vnde q̄uis generare ſit ad aliquid, non tamen oportet, quòd potentia generandi ſit ad aliquid. ſed verum eſt, quòd poſſe generare, eſt poſſe ad aliquid accuſatiui caſus.

D. 51.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura communis in vnoquoque operatur ſecundum conditionem ipſius, vnde anima ſenſibilis, habet in diuerſis animalibus diuerſas operationes, & etiam in diuerſis organis ſentiendi. & hoc ideo eſt: quia natura communis determinatur, & contrahitur in vnoquoque, ſecundum proprietates inuentas in illo. diuina autem natura non contrahitur, neque determinatur per proprietates ſuppoſitorum: tamen natura diuina in patre, eſt proprietas patris: & in filio eſt proprietas filii, ideo autem non contrahit̃, quia proprietas non eſt aliud ab eſſentia, vel ipſa natura vt adueniat ſibi quaſi diſpoſitio contrahens, ideo etiam natura non determinatur, vel diſtinguitur, quia relatio non diſtinguitur ſecundum id quod eſt, ſed ſecundum hoc tantum comparatur ad eſſentiam, cum qua eſt idem re, ſed ſecundum quòd ad alterum eſt, & ſic reſpicit perſonam & diſtinguit eam & ideo in patre eſt principium operationis ſecundum proprietatem patris, & in filio ſecundum proprietatem filij. vnde eadem operatio eſt, & naturæ communis, & propriæ formæ ipſius patris, & ideo potentia generandi, vt dictum eſt, eſt medium inter abſolutum, & relatum: & hoc voluerunt quidā dicere, dicentes, potentiam generandi abſolutum ſi conſideretur potentia remota, vel indiſpoſita: quàmuis improprie locuti ſint, quia proprietas non diſponit eſſentiam, ſed ſuppoſitum. Et per ea quæ dicta ſunt patet etiam ſolutio ad ſequentia.

In corp. ar.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum potentia dicatur vniuoce de potentia generandi, & potentia creandi.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd potentia non dicitur vniuoce de potentia generandi & creandi. Potentiæ enim diſtinguntur per actus, & actus per obiecta, ſed filius dei & creaturæ non uniuocantur in aliquo. ergo nec generatio, & creatio. igitur vlterius, nec potentia generandi & creandi.

De potē. q. 2. ar. 6. & 4. cont. c. 13.

¶ 2 Præterea. Potentia creandi eſt ſimpliciter abſoluta, ſed potentia generandi eſt quodammodo ad aliquid. cum igitur nihil vniuocetur ad abſolutum, & relatum, cum ſint in diuerſis prædicamentis, videtur quòd potentia non vniuoce dicatur de vtraque.

CONTRA. ſicut dictum eſt, potentia generandi eſt ipſa diuina eſſentia. ſimiliter etiam potentia creandi, cum deus ſit primum agens, & omnis ſua operatio ſit per ſuam eſſentiam. ergo videtur quòd vtraque ſit vna potentia: ſuppoſito quòd potentia aliquo modo de eis dicatur ſecundum prius & poſterius, quæritur quæ iſtarum potentiarum ſit prior, & videtur quòd potentia creandi. Commune enim eſt ante proprium, & eſſentiale ante perſonale, ſecundum rationem intelligendi. Sed potentia creandi eſt communis tribus perſonis: potentia autē generandi, videtur proprie pertinere ad perſonam patris. ergo videtur quòd potentia creandi ſit prior. Contra. Secundum ordinem actuum eſt ordo potentiarum, ſed generatio eſt prior creatione, ſicut æternum temporali, ergo & potentia generandi eſt prior.

Art. antec.

RESPONDEO dicendum, quòd potentia eſt medium ſecundum rationem intelligendi inter eſſentiam & operationē naturæ. poſſunt ergo conſiderari potentia creandi, & potentia generandi ſm quòd radicantur in eſſentia diuina, & ſic eſt vna numero potentia, ne dum vniuoce dicta: poſſunt etiam conſiderari ex parte qua coniungunt̃ operationi, & ſecundum hoc potentia dicitur de eis non vniuoce, ſed ſecundum prius, & poſterius, & potentia generandi erit prior ſecundum rationē intelligendi quàm potentia creandi, ſicut generatio eſt prior creatione.

D. 495.

¶ Et p hoc patet ſolutio ad primū, quod procedit de potentia comparata ad actum. Et ſimiliter ad ſecundum, quia potentia generandi non eſt ad aliquid niſi ex parte illa, qua coniungitur actui. Et ſimiliter ad tertium, quod procedit econtrario de potentia ſecundum quòd ſe tenet a parte eſſentiæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd commune in diuinis eſt ante proprium, quando commune per ſe accipitur ſecundum rationem intelligendi: ſed quando commune accipitur cum reſpectu ad creaturas, ratione reſpectus adiuncti, eſt poſterius quàm proprium alicuius perſonę ſecundum rationem intelligendi. Quintum concedimus.

*QVAESTIO II.*

B

## Deinde quæritur de cōmunitate huius potentiæ, & circa hoc duo quæruntur.

Primo. Vtrum potentia generandi ſit in filio.

Secundo. Vtrum filius poſſit generare.

ART.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum potentia generandi ſit in filio.*

In cor.ar.2. q.præce. De pot. q.2 art. 5.

AD PRIMVM ſic proceditur. Sicut ſupra dictũ eſt, potentia gñandi includit in ſe ratione paternitatis: ſed paternitas non eſt in filio. ergo nec potẽtia generandi.

¶ 2 Præterea. Cum potentia dicat rationem principij, potentia generandi dicit principium generationis: ſed filio nullo modo competit eſſe principium generationis, eſſet enim principiũ ſui ipſius. ergo in filio nullo modo eſt potentia generandi.

In hac diſt. q.1. art.2.

CONTRA. Sicut ſupra dictum eſt, potentia generandi eſt ipſa diuina eſſentia: ſed eſſentia patris tota eſt in filio. ergo videtur quòd etiam potentia generandi ſit in filio.

¶ Præterea. Nulla ſcientia, vel voluntas eſt patris quæ non ſit filij. ergo nec etiam aliqua potentia, cum potentia illis duobus condiuidatur: ſed potentia generandi eſt in patre, ergo & in filio.

RESPONDEO Dicendum, quòd potentia generandi dicitur tripliciter, ſecundum quòd generandi poteſt eſſe gerundium verbi impersonalis, vel verbi perſonalis actiui, vel verbi perſonalis paſſiui. ſi ſit gerundium verbi imperſonalis, tunc potentia generandi eſt potentia, qua ab aliquo generatur, & ita eſt in filio potentia generandi, ideſt, qua a patre generatur. ſi ſit gerundium verbi perſonalis actiui, tunc potentia generandi dicitur potentia vt generet: & ſic non eſt in filio. ſi ſit grerundium verbi perſonalis paſſiui, tunc potentia generandi dicitur potentia vt generẽ, & ita eſt in filio, quia eadem potentia quæ in patre eſt ut generet, eſt in filio vt generetur, & iſta diſtinctio fundaẽ ſuper id qđ dictum eſt, ꝙ potentia generandi eſt eſſentia diuina, a qua prout in patre eſt, paternitas ẽ generatio actiua, & ꝓut in filio eſt, filiatio erit gñatio paſſiua.

In cor.ar.2. q. præced.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd potentia generandi ex parte qua coniungitur actui includit in ſe paternitatẽ, & ſ̃m hoc non cõuenit filio: ſed ex parte illa qua radicaẽ in eſſentia non includit, & ita conuenit filio, ſ̃m ꝙ generãdi eſt gerũdium verbi imperſonalis: vt ſit ſenſus, potentia generãdi eſt in filio, ideſt, eſſentia diuina per quam a patre ſit generatio.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd potentia generandi non eſt F nisi in patre, ſecundum quòd habet rationẽ principij in ſe incluſam per modum paternitatis, ſed alio modo põt eſſe in filio ſicut dictũ eſt, & ex his etiã q̃ dicta ſunt patet ſolutio ad tertiũ.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ voluntas & ſcientia non habent rationem principij reſpectu generationis filij, qui procedit ꝑ modum naturæ, ſed tantũ reſpectu creaturarum, quæ producuntur a deo ſicut artificiata, ſed potentia etiam habet rationem principij ad generationem diuinam, & ideo magis poteſt trahi ad perſonale, vt ſit proprium alicuius perſonę, q̃ ſcientia & voluntas. Hac diſt. q. 1.ar.2.

ARTICVLVS II.

*b Vtrũ filius poſſit generare aliũ filium.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ filius poſſit gñare filium aliũ. Sc̃dm.n. potentiã nõ impedita eſt aliquid potẽs operari, ſed in filio eſt aliquo modo potẽtia gñandi, vt dictum eſt. cũ igiẽ potentia dei non poſſit impediri. vr̃ quòd filius poſſit generare alium filium. Ibidem.

Art. antec.

¶ 2 Præt. Filius ẽ imago patris ꝑfecte repſ̃entans ipſum, ſc̃d m ꝑfectã ſimilitudinẽ: ſed pater põt gñare. ergo videẽ ꝙ ẽt fili⁹, aliàs nõ perfecte aſſimilatur ſibi.

¶ 3 Præt. Quæcunq; oꝑatio eſt alicui⁹ naturæ cõis, ſi ẽ in vno ſuorũ ſuppoſitorũ ẽ & in alio, ſicut intelligere & rõcinari eſt oꝑatio naturę humanæ in Sor. & Pla. ſed gñatio eſt oꝑatio diuinę naturæ in pr̃e. ergo & in filio. videẽ ergo, ꝙ filius poſſit generare filium.

¶ 4 Itẽ. Poſſe gñare ẽ aliq̃d dignitatis pr̃is alś non eẽt ꝓprietas ꝑſonalis: ſed nulla dignitas ẽ in pr̃e, q̃ nõ ſit in filio cũ ſint omnino æquales in dignitate. ergo filius poteſt generare.

CONTRA. Secundum Augu. minimũ inconueniens deo eſt impoſſibile: ſed ſi filius generaret filium, ſequeretur in deo inconueniens, quia ille filius generaret alium, & ſic in infinitũ. ergo videtur quòd filius non poſſit generare.

¶ Præt. Non eſſet ibi ſumma vnio & indiſtantia æqualis, quia filius dei propinquius ſe haberet ad filium, quàm ad patrem, & hoc non videtur in diuinis competere.

¶ Præt. Qui non põt eſſe pr̃, non põt gñare, ſed filius non põt eſſe pater, quia ſequeretur confuſio perſonarum. ergo &c.

¶ VLTERIVS queritur vtrũ pater poſſit generare aliũ filiũ & vr̃ quòd ſic, quia ꝑ generationẽ ĩ nullo diminuiẽ eius potẽtia, ergo qua ratione põt generare vnũ põt & generare plures. II

RESPON-

nisi me ſuper hoc aliq̃d loqui cogeret inſtantia quærentium.

*Hic aperitur ex quo ſenſu ſint accipienda.*

POTEST ergo ſic intelligi. Non enim non potuit, ſed non oportuit, ideſt, non ex impotentia ſui fuit quòd *filius* non genuit, ſed ei non conueniebat, ſicut deus filius non eſt deus pater, nec tamen hoc ex impotentia ſui eſt. Nã & pater ſimiliter nõ eſt filius, nec hoc ẽ ex ĩpotẽtia patris. Sed quærit Maximin⁹ Arrianorum Epiſcopus. vnde ergo eſt, quòd pater non poteſt eſſe filius, vel filius pater? non vtique ex impotentia: ſed pater proprietate generationis pater eſt, qua oportet eum non eſſe filium, & filius proprietate natiuitatis filius eſt, qua oportet eum non eſſe patrem; de quibus proprietatibus plenius poſtea tractabitur. G H

*a Vtrum pater natura ſit potens gignere filium, & an hoc ſit aliqua potentia quæ ſit in filio.*

ITEM quæritur a quibuſdam: ſi pater potens ſit natura gignere filium, & an hoc ſit aliqua potentia, quæ ſit in filio? Ad quod dicimus, quia pater non eſt potens niſi natura: eius.n. potentia natura eſt, vel eſſentia. At inquiunt illi. Si potens eſt gignere. habet ergo potentiam gignendi: filius autem non habet potentiam gignendi: ſi non poteſt gignere. habet ergo pater aliquam potẽtiam quam non habet filius. Non ſequitur. Eandem enim potentiam penitus habet filius quam & pater: qua potuit pater gignere & filius potuit gigni: eadem enim potentia eſt in filio qua potuit gigni, quę eſt in patre qua potuit gignere. Sed contra hoc opponitur. Aliud eſt poſſe gignere, aliud eſt poſſe gigni: quia aliud eſt gignere, & aliud gigni. Hic eſt diſtinguendum. Si enim cum dicitur, aliud eſt poſſe gignere, aliud poſſe gigni, aliã ſignificas potentiam, qua pater potens eſt gignere, & aliam qua filius potens eſt gigni, falſus eſt intellectus. Si vero dicas patrem poſſe habere aliã proprietatem, ſiue notionem qua genitor eſt, & filium aliam qua genitus eſt, verus eſt intellectus, aliam enim proprietatem habet pater, qua pater eſt, aliam filius qua filius eſt. I K

*Quomodo ſit intelligendum, filius habet, uel non habet potentiam generandi.*

ITa etiam cum dicitur filius non habet potentiam generandi, quam habet pater, dupliciter poteſt intelligi. Si enim dicatur non habet filius potentiam generandi quam & pater, ideſt, qua potens ſit ad generandum, ideſt, vt genuerit, vel generet ſicut pater, verum eſt. Si vero intelligatur ſic, non habet potentiã qua poſſit gigni, uel genitus eſſe: qua eadem pater eſt potens, vt genuerit, vel vt generet, falſum eſt. Sicut dicitur: pater habet potentiam qua poteſt eſſe pater, filius vero non habet potẽtiã qua poſſit eſſe pater: & ccõuerſo. filius habet potẽtiã qua poteſt eſſe filius. pater vero nõ habet potentiã qua põt eẽ fili⁹.

---



RESPONDEO, Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd filius poteſt generare alium filium, ſed iſta potentia nunquam reducetur in actum propter inconueniens, quod Auguſtinus inducit in litera: ſed hoc nihil eſt, quia in perpetuis ſecundum Philoſophum non differt eſſe, & poſſe, & multo minus in diuinis. vnde quicquid non eſt in Deo non poteſt eſſe ibi: aliàs Deus eſſet mutabilis. vnde dicendũ ſimpliciter, quòd filius non poteſt generare filium. Et ratio huius eſt, quia ille filius in nullo diſtingueret ab alio. cum enim perſonæ *diuinæ non* diſtinguantur ſecundum diuiſionẽ materiæ, quia non ſunt materiales, non remanet ibi alia diſtinctio, niſi per relationes originis. impoſſibile eſt autẽ, quòd vna relatio originis, ſicut filiatio, multiplicetur ſecundum numerum, quia talis multiplicatio eſſet materialis. vnde in Deo non poteſt eſſe niſi vna filiatio, & vna filiatione *non conſtituitur niſi vnus filius: & ita in diuinis* non poſſunt eſſe plures filij, nec plures patres, & hoc pertinet ad perfectionem filij, quia nihil de filiatione eſt extra ipſum in diuinis: vnde eſt perfectus filius. A C

3. Phy.t.32

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in filio non eſt potentia generandi, niſi ſecundum quod radicatur in eſſentia, & non ex parte, qua coniungitur actui generandi, & ideo non ſequitur, quòd ſit actus ibi.

¶ Ad ſecundũ dicendum, quòd vbicunque eſt ſimilitudo, oportet, quòd ibi ſit aliqua diſtinctio, quia ſecundum Boetium, ſimilitudo eſt rerum differentium eadem qualitas, alias non eſſet ſimilitudo, ſed identitas: vnde inter filium, & patrẽ ſaluatur perfecta ſimilitudo, ſed remanente diſtinctione, in omnibus attributis conueniunt: ſi autem filius generaret, non remaneret diſtinctio inter patrem, & filium, cum non ſit ibi diſtinctio, niſi per relationes originis, & non poſſit ibi eſſe, niſi vna paternitas tantum, vt dictum eſt.

ca. 2. de ſpẽ in 2. editione i porph.

In corpore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd generare non eſt actus diuinæ naturæ, niſi ſecundum quod natura diuina eſt ipſa paternitas. & ſub tali ratione natura diuina non eſt in filio. D

¶ Ad quartum dicendum, quòd dignitas eſt de abſolute dictis, & ideo eadem eſt dignitas patris, & filii numero, ſicut eadem eſſentia: vnde ſicut paternitas in patre eſt eſſentia, & eadem eſſentia eſt in filio, non paternitas ſed filiatio, ita eadem dignitas numero, quæ in patre eſt paternitas, in filio eſt filiatio.

In hoc art.

¶ AD ID quod vlterius quæritur, patet ſolutio etiam per prędicta, quia impoſſibile eſt in diuinis plures eſſe filios: hoc enim non eſt ex defectu potẽtiæ patris, ſed ex diſtinctione ſuppoſitorum diuinę naturæ, quæ tolleretur, vt dictum eſt.

In cor. arti.

EXPOSITIO TEXTVS.

IMMODERATA enim eſſet &c.} Videtur enim non eſſe inconueniens, ſi genitus ſemper alium gigneret: immo maximum bonum: quia quęlibet generatio eſſet infinitum bonum: & poteſt dici, quòd eſſet triplex inconueniens. Primo, quia ſi hoc in infinitum procederet, cum omne infinitum ſit imperfectum, generatio diuina nunquam eſſet perfecta: & hoc ſumitur ex litera. Secundo, quia non poſſet eſſe diſtinctio inter plures genitos, vt dictum eſt. Tertio, quia quamuis communicatio ſit de nobilitate, & ſimplicitate naturæ, tamen infinita communicatio non eſt, niſi ex defectu naturæ, quia enim natura non poteſt conſeruari, ſecundum æternum eſſe in vno indiuiduo intendit per infinitam ſucceſſionem indiuiduorum conſeruare perpetuitatem ſuam: ſaltem ſecundum idem in ſpetie, & hoc nullo modo Deo conuenit. {Non enim non potuit, ſed non oportuit, ideſt non ex impotentia &c.} Videtur iſta expoſitio nimis eſſe extorta, & non poſſe accipi ex verbis Auguſtini. Sed dicendum, quòd Magiſter accipit iſtam expoſitionem ex eo, quòd ly non potuit. poteſt ſumi negatiue tantum, & ſic procedebat obiectio: vel poteſt ſumi quaſi priuatiue, vt non potuit, ſit quaſi terminus infinitus, & tunc per hoc quod dicit: Non enim nõ potuit, negatur impotentia. Sed videtur iterum, quòd ex impotentia filii ſit, quòd non generet. ita enim arguit Auguſt. ſi pater non potuit generare filium coęternum, & coæqualem ſibi, impotens fuit. ergo videtur ſimiliter quòd ſi filius nõ potuit, impotens ſit. Dicendum, quòd generare filiũ ẽ de his, quæ pertinent ad rationẽ patris, & ideo nihil poſſet deeſſe de his, quę ſunt, vel pertinent de perfectione generatiõis, quin redundaret in impotẽtiam patris, ſed generare nõ pertinet ad rationem filii, immo potius eſt oppoſitum filiationi, & ideo ex hoc nõ oſtenditur filius impotens, ſicut homo non dicitur impotens, niſi ex eo, quòd non poteſt ea, quæ ad ipſum pertinent. E

In cor. arti.

3.cõt. Max. c.7.to.6.

habet ergo aliquam potentiam pater, quam non habet filius, & econuerſo. Abſit, quia eadem eſt potentia patris, qua poteſt eſſe pater, & filij, qua poteſt eſſe filius. Ita etiam eadem eſt volũtas, qua pater vult eſſe pater, nõ filius, & filius vult eſſe filius, non pater, & eadem eſt voluntas filii, qua vult eſſe genitus, & patrem genuiſſe, & patris, qua vult eſſe genitor, & filium genitum eſſe.

## DISTIN. VIII.

A

*De ueritate, & proprietate, & incommutabilitate, et ſimplicitate eſſentiæ Dei.*

NVNC de veritate, ſiue proprietate, & incommutabilitate, atq; ſimplicitate diuinę naturæ, vel ſubſtantiæ, ſiue eſſentię agendum eſt. Eſt itaque Deus, vt ait Auguſtinus in 5. libro de Trinit.† ſine dubitatione ſubſtantia, vel ſi melius hoc appellatur eſſentia, quam Gręci vſiam vocant. B

†c.2.to.3.

DIVISIO PRIMAE PARTIS TEXTVS.

OSTENSA Trinitate perſonarum in vnitate eſſentiæ, hic incipit proſequi determinationem ſuam de his, quæ pertinent ad vtrunq;: ſunt autem in diuinis tria, ſcilicet eſſentia cõmunis, perſona diſtincta, proprietas diſtinguens. diuiditur ergo hæc pars in duas. In prima, determinat de iſtis ſecundum ſe. In ſecunda, quomodo adinuicem comparantur. 33. diſt. ibi: {Poteſt ſupradicta &c.} Prima in tres. In prima, determinat de eſſentia. In ſecunda, de perſonis. 9. diſt. ibi: {Nec ad perſonarum diſtinctionem. In tertia, determinat de proprietatibus. 26. diſt. ibi: {Nunc de proprietatibus.} Prima in tres, ſecundum tria attributa eſſentiæ, quæ proſequitur. Primo enim determinat de eſſentiæ vnitate. Secundo, de incommutabilitate, ibi: {Dei etiã ſolius &c.} Tertio, de ſimplicitate, ibi: {Eademque ſola &c.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit veritatem diuinæ eſſentię. Secundo, remouet dubitationem, ibi: {Hic diligenter aduertendum &c.}

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primam partem diſtinctionis, in qua agitur de proprietate diuini eſſe, duo quæruntur.

Primo. De ipſo eſſe diuino.
Secũdo. De menſura eius, ſcilicet æternitate.

In primo, tria quęruntur.

Primo. Vtrum eſſe Deo proprie conueniat.
Secũdo. Vtrum ſuum eſſe ſit eſſe cuiuſlibet creaturæ.
Tertio. De ordine huius nominis, qui eſt, ad alia diuina nõĩa.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum eſſe proprie dicatur de Deo.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe non proprie dicatur de Deo. Illud enim eſt propriũ alicui, quod ſibi ſoli conuenit, ſed eſſe non ſolũ conuenit Deo, immo etiã creaturis. ergo videtur, quòd eſſe non proprie Deo conueniat.

¶ 2 Præt. Non poſſumus nominare Deũ, niſi ſ̃m quòd ipſum cognoſcimus. vnde Damaſ. Verbum eſt angelus, ideſt nuntius intellectus: ſed nos nõ poſſumus cognoſcere Deum in ſtatu vię immediate, ſed tantum ex creaturis: ergo nec nominare: cum igitur, qui eſt, non dicat aliquem reſpectum ad creaturas, videtur, quòd non proprie nominet Deum.

Lib.1. fi. or tho.c.18.

¶ 3 Præt. Sicut ſapientia creata deficit a ſapientia increata, ita & eſſe creatũ ab eſſe increato: ſed propter hoc nomen ſapiẽtiæ dicitur

dicitur deficere a perfecta ſignificatione diuinę ſapientię, quia eſt impoſitũ a nobis ſecũdum apprehenſionẽ creatæ ſapientiæ. ergo videtur, quòd eadem ratione, nec hoc nomen, qui eſt, proprie ſignificet Deũ eſſe, & ita non oportet dici magis proprium nomen eius, quàm alia nomina.

Lib. 1. fid. orth. c. 12. ¶ 4 Item. Dama. dicit, quòd qui eſt, nõ ſignificat quid eſt Deus, ſed quoddam pelagus ſubſtãtiæ infinitum: ſed infinitum nõ eſt cõprehẽſibile: & per conſequens non nominabile, ſed ignotum. ergo videtur, quòd qui eſt, non ſit diuinum nomen.

CONTRA. † Exo. 3. Exo. 3. Dominus dixit ad Moyſen. Si quæſierint nomen meum &c. Hoc idem videtur, per Damaſce. dicentem, quòd qui eſt, maxime eſt proprium nomen Dei. Et per Rabi Moyſen qui dicit. Hoc nomen eſſe nomen Dei ineffabile, quod digniſſimum habebatur.

Vbi ſupra. cap. 12.

Sicut enim ab eo, quod eſt ſapere dicta eſt ſapientia, & ab eo quod eſt ſcire, dicta eſt ſciẽtia, ita ab eo, quod eſt eſſe, dicta eſt eſſentia. *a* Et quis magis eſt, q̃ ille, qui dixit famulo ſuo Moyſi. :*c*: Ego ſum, qui ſum, & dices filiis Iſrael, Qui eſt, miſit me ad vos. Ipſe vere, ac proprie dicitur eſſentia, cuius eſſentia non nouit præteritum, vel futurum. Vnde Hierony. ad Damaſum ſcribens ait. † Deus ſolus, qui exordium nõ habet, veræ eſſentiæ nomẽ tenet, quia in eius cõparatione, vere eſt, quia incommutabilis eſt, quaſi nõ ſint quæ mutabilia ſunt. De quo. n. dicitur, fuit, non eſt: & de quo dicitur, erit, nondum eſt. Deus

† Epiſto. ad Dam. to. 2.

D. 559. RESPONDEO. Dicendũ, quòd qui eſt, eſt maxime proprium nomen Dei inter alia nomina. & ratio huius poteſt eſſe quadruplex. Prima, ſumitur ex litera ex ver. Io. ſecundum perfectionem diuini eſſe. Illud enim eſt perfectum, cuius nihil eſt extra ipſum: eſſe aũt noſtrum [d] habet aliquid ſui extra ſe: deeſt enim aliquid, quod iam de ipſo præteriit, & quod futurum eſt, ſed in diuino eſſe nihil pręteriit, nec futurum eſt: & ideo totum eſſe ſuum habet perfectum, & propter hoc ſibi proprie reſpectu aliorum conuenit eſſe. Secunda ratio ſumitur ex verbis Dama. qui dicit, quòd qui eſt, ſignificat eſſe indeterminate, & nõ quid eſt: & quia in ſtatu viæ hoc tantum de ipſo cognoſcimus, quia eſt, & non quid eſt, niſi per negationem, & non poſſumus nominare, niſi ſecũdum quòd cognoſcimus, & ideo propriiſſime nominatur a nobis, qui eſt. Tertia ratio ſumitur ex verbis Diony. qui dicit, quòd eſſe inter omnes alias diuinæ bonitatis participationes, ſicut viuere, & intelligere, & huiuſmodi: primum eſt, & quaſi principium aliorum præhabens in ſe omnia prædicta, ſecundum quendam modum vnita, & ita etiam Deus eſt principium diuinum, & omnia ſunt vnum in ipſo. Quarta ratio poteſt ſumi ex verbis Auic. in hunc modum, q cũ in omni, quod eſt, ſit conſiderare quidditatem ſuam, per quam ſubſiſtit in natura determinata, & eſſe ſuum, per quod dicitur de eo, quòd eſt in actu: hoc nomen res, imponitur rei a quidditate ſua, ſecundum Auic. hoc nomen, qui eſt, vel ens, imponitur ab ipſo actu eſſendi: cum autẽ ita ſit, quòd in qualibet re creata eſſentia ſua differat a ſuo eſſe, res illa ꝓprie denominatur a quidditate ſua, & non ab actu eſſendi, ſicut homo ab humanitate; in Deo autem ipſum eſſe ſuum eſt ſua quidditas, & ideo nomen, quod ſumitur ab eſſe proprie nominat ipſum, & eſt proprium nomen eius, ſicut proprium nomen hominis, quod ſumitur a quidditate ſua.

D. 461.

Lib. 1. fid. orth. c. 12.

Tract. 8. meta. c. 1.

Tract. 2. meta. c. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd cum dicitur aliquid proprie conuenire alicui, hoc poteſt intelligi dupliciter, aut q p proprietatem excludatur omne extraneũ a natura ſubiecti, vt cum dicitur proprium hominis eſſe riſibile: quia nulli extraneo a natura hominis conuenit, & ſic eſſe non dr̃ propriũ Deo, quia conuenit etiã creaturis. Aut ſm quod excluditur oẽ extraneum a natura prædicati, vt cũ dr̃, hoc proprie eſſe aurum, quia non habet admiſtionẽ alterius metalli, & hoc modo eſſe dr̃ proprium Deo: quia non habet admiſtionẽ diuinum eſſe alicuius priuationis, vel potentialitatis, ſicut eſſe creaturæ: & ideo pro eodem in litera ſumitur proprietas, & veritas: verum enim aurum dicimus eſſe, quod eſt extraneo impermiſtum.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd ex creaturis contingit Deũ nominari tripliciter, vno modo quando nomen ipſum actualiter connotat effectum in creatura propter relationem ad creaturã importatam in nomine, ſicut creator, & dominus. Alio modo quando ipſum nomen nominat ſecũdum ſuam rationem principium alicuius actus diuini in creaturis, ſicut ſapientia, po-

F tentia, & voluntas. Alio modo, quando ipſum nomen dicit aliquid repræſentatum in creaturis, ſicut viuens: omnis enim vita exemplata eſt a vita diuina, & ſimiliter hoc nomen, qui eſt, nominat Deum per eſſe inuentum in creaturis, quod exemplariter deductum eſt ab ipſo.

autem tantum eſt, qui non nouit, fuiſſe, vel futurum eſſe. Solus ergo Deus vere eſt, :*b*: cuius eſſentię comparatum noſtrum eſſe, non eſt.

*Quæritur qualiter intelligenda ſint uerba Hieronymi.*

B

G Hic diligenter aduertẽdum eſt, quõ intelligi debeant verba illa Hiero. ſ. Deus tm̃ eſt, & nõ nouit fuiſſe, vel futurũ eſſe, tãquã non poſſit dici de Deo fuit, vel erit, ſed tãtum eſt, cum de Deo frequenter ſcriptũ reperiamus, :*b*: fuit ab ęterno, fuit ſemper, & erit in ſecula, & huiuſmodi. Vnde videtur, quòd nõ eſt tãtũ di-

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum eſſe creaturæ imperfectę repræſentet diuinũ eſſe, & hoc nomen, qui eſt, imperfecte ſignificat ipſum, quia ſignificat per modũ cuiuſdam correctionis, & compoſitionis, ſed adhuc imperfectius ſignificatur per alia nomina: cum enim dico Deũ eſſe ſapientem, tunc cum in hoc dicto includatur eſſe, ſignificatur ibi duplex imperfectio. vna eſt ex parte ipſi eſſe concreti, ſicut in hoc nomine, qui eſt: & ſuperadditur alia ex propria ratione ſapientiæ. Ipſa enim ſapiẽtia creata deficit a ratione diuinæ ſapientiæ, & pro-

H pter hoc maior imperfectio eſt in aliis nominibus, quàm in hoc nomine, qui eſt. & ideo hoc eſt dignius, & magis Deo proprium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd alia omnia nomina dicunt eſſe determinatum, & particulatum: ſicut ſapiens dicit aliquid eſſe, ſed hoc nomen, qui eſt, dicit eſſe abſolutum, & indeterminatum per aliquid additum; & ideo dicit Damaſcenus, quòd non ſignificat quid eſt Deus, ſed ſignificat quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum, quaſi non determinatum: vnde quando in Deum procedimus per viam remotionis, primo, negamus ab eo corporalia, & ſecundo etiã intellectualia, ſecundum quod inueniuntur in creaturis, vt bonitas, & ſapientia: & tunc remanet tantum in intellectu noſtro, quia eſt, & nihil amplius: vnde eſt ſicut in quadam confuſione. vbi ſupra.

¶ Ad vltimum autem etiam hoc ipſum eſſe, ſecundum quod eſt in creaturis ab ipſo remouemus, & tunc remanet in qua-

I dam tenebra ignorantiæ, ſecundum quam ignorantiam quantum ad ſtatum viæ pertinet, optime Deo coniungimur, vt dicit Dionyſius: & hæc eſt quædam caligo, in qua Deus habitare dicitur.

ARTICVLVS II.

*b* *Vtrum Deus ſit eſſe omnium rerum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ſit eſſe omnium rerum per id, quod dicit Diony. 4. capitulo celeſt. hierar. eſſe omnium, eſt ſuper eſſe diuinitatis: hoc etiam idem dicit 5. capitulo de diuinis nominibus. Ipſe Deus eſt eſſe exiſtentibus. 1. cont. cap. 26.

¶ 2 Præter. Nulla creatura eſt per ſe, ſed per aliud: eſſe autem

K non eſt per aliud, quia ſi eſſet per aliud eſſe, iterum eadem quæſtio eſſet de illo, & ſic in infinitum procederet, & ita videtur, q eſſe non ſit quid cauſatum, & ita eſt Deus.

¶ 3 Præter. Ea quę ſunt, & nullo modo differunt, ſunt idem: ſed Deus & eſſe rei ſunt, & nullo modo differunt. ergo ſunt idẽ, probatio mediæ, quòd ſint manifeſtum eſt, quòd autem nõ differant videtur: quęcunq; enim differunt aliqua differentia differunt, ſed quæcunque differunt aliqua differantia, in ſe habent aliquam differentiam, & ita ſunt compoſita: ſicut homo habet in ſe rationale. cum igitur eſſe ſit ſimplex, & ſimiliter Deus videtur, quòd non differant.

CONTRA. Nihil eſt magis in re quod ſit vnitum ſibi, quàm eſſe ſuum: ſed Deus non vnitur rebus, quod patet etiam per Philoſophum libro de cauſis. Cauſa prima regit omnes res, præterquam commiſceatur cum eis. ergo Deus non eſt omnium eſſe. Propoſitione 2.

¶ Præt. Nihil habet eſſe, niſi inquantum participat diuinum eſſe, quia ipſum eſt primũ ens, quare cauſa omnis entis, ſed omne



ne, quod eſt participatum in aliquo eſt in eo per modum participantis, quia nihil poteſt recipere vltra menſuram ſuam: cum igitur modus cuiuslibet rei creatæ ſit finitus, quælibet res creata recipit eſſe finitum, & inferius diuino eſſe, quod eſt perfectiſſimum. ergo conſtat, quòd eſſe creaturæ, quo eſt formaliter, non eſt diuinũ eſſe.

Sermo 4. ſuper cant. RESPONDEO. Sicut dicit Ber. Deꝰ eſt eſſe omnium nõ eſſentiale, ſed cauſale, quod ſic patet. inuenimus enim tres modos cauſæ agentis, ſcilicet cauſam æquiuoce agentem, & hoc eſt, quãdo effectus non conuenit cum cauſa, nec nomine, nec ratione. ſicut ſol facit calorẽ, qui non eſt calidus.

¶ Item. Cauſam vniuoce agentem, quando effectus cõuenit in nomine, & ratione cum cauſa. ſicut homo generat hominem, & calor facit calorem, neutro iſtorũ modorũ Deus agit, quia nihil vniuoce conuenit cum ipſo.

cẽdum de Deo, fuit, eſt, vel erit. Si enim diceretur tantum: fuit, putaretur, quòd deſierit eſſe. Si enim diceretur tantum, eſt, putaretur, quòd nõ ſemper fuerit, ſed eſſe cœperit. Si tantum erit, putaretur non eſſe modo. Dicatur ergo, quia ſemper fuit, eſt, & erit, vt intelligatur, quia nec cępit, nec deſiit, nec deſinit, nec deſinet eſſe. De hoc Auguſt. ſuper Ioannem, ita ait. † Cum de ſempiternare proprie dicatur eſt, ſecundum nos bene dicitur fuit, & erit: fuit, quia nunquam deſiit: erit, quia nunquam deerit: eſt, quia ſemper eſt: nõ præteriit, quaſi quod non maneat: non orieẽ, quaſi quod non erat. Cum ergo noſtra locutio per tẽ

non equiuoce, cum effectus, & cauſa aliquo modo conueniant in nomine, & ratione ſecundum prius, & poſterius, ſicut Deus ſua ſapientia facit nos ſapientes, ita tamen quòd ſapientia noſtra ſemper deficit a ratione ſapiẽtiæ ſuæ: ſicut accidens a ratione entis, ſecundum quod eſt in ſubſtantia: vnde eſt tertius modus cauſa agentis analogice: vnde patet, quòd diuinum eſſe producit eſſe creaturæ in ſimilitudine ſui imperfecta: & ideo eſſe diuinum dicitur eſſe omnium rerum, a quo omne eſſe creatũ effectiue, & exemplariter manat.

¶ ET PER HOC patet ſolutio ad dictum Dionyſij, quod ita intelligendum eſt, vt patet ex hoc, quod dicit ſuper eſſe: ſi enim Deus eſſet eſſentialiter eſſe creaturę, non eſſet ſuper eſſe creatũ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe creatum non eſt per aliquid aliud: ſi ly per. dicat cauſam formalem intrinſecam, immo ipſo formaliter eſt creatura: ſi autẽ dicat cauſam formalẽ extra rem, vel cauſam effectiuam, ſic eſt per diuinũ eſſe, & non per ſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prima non ſunt diuerſa, niſi per ſeipſa: ſed ea, quæ ſunt ex primis, differunt per diuerſitatem primorum, ſicut homo, & aſinus differunt iſtis differentiis diuerſis, rationale, & irrationale, quæ nõ diuerſificantur aliis differentiis: ſed ſeipſis, ita etiam Deus, & eſſe creatum non differunt aliquibus differentiis vtrique ſuperadditis, ſed ſeipſis: vnde nec proprie dicuntur differre, [d] ſed diuerſa eſſe, diuerſum enim eſt abſolutum, ſed differens eſt relatum, ſecundum Philoſophũ. 10. Metaph. Omne enim differẽs aliquo differt: ſed non omne diuerſum aliquo diuerſum eſt.

D. 508.

Tex. 13.

ARTICVLVS III.

*c* *Vtrũ hoc nomen, qui eſt, ſit primum inter nomina diuina.*

1. q. 13. ar. 11. De bono. c. 4. de exiſtẽte. c. 5.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur enim, quòd hoc nomen, qui eſt, non ſit primum inter diuina nomina. De prioribus enim prius eſt agendum, ſed Diony. prius agit de bono in lib. de diuinis nominibus, quàm de exiſtente. ergo videtur bonum prius eſſe ente.

¶ 2 Pręter. Illud, quod eſt communius, videtur eſſe prius, ſed bonum eſt communius, quàm ens, quia diuinum eſſe extendit ſe tantum ad entia, quæ eſſe participãt, bonum autem extendit ſe ad non entia, quę etiam in eſſe vocat: dicitur enim bonum a boare, quod eſt vocare, vt Commen. dicit ſuper lib. de diuin. nominibus. ergo bonum eſt prius, quàm ens.

Cap. 4.

¶ 3 Præt. Quæcunque ſunt ęqualis ſimplicitatis; vnum nõ eſt prius altero, ſed ens, verum, bonum, & vnum ſunt æqualis ſimplicitatis, quod patet ex hoc, quòd ad inuicem conuertuntur. ergo vnum non eſt altero prius.

CONTRA. Scd̃m Diony. diuina attributa nõ innoteſcũt nobis, niſi ex eorum participationibus, quibus a creaturis participantur: ſed inter omnes alias participationes, eſſe prius eſt, vt dicitur 5. cap. de diu. no. his verbis. Ante alias ipſius, ſcilicet Dei participationes, eſſe poſitum eſt, cui etiam dictum Philoſo-

A phi conſonat lib. de cauſis. Prima rerum creaturarum eſt eſſe. ergo videtur, q ſecundum rationem intelligendi in Deo, eſſe ſit ante alia attributa, & qui eſt inter alia nomina. Propoſitione 4.

¶ Præter. Illud, quod eſt vltimum in reſolutione eſt primum ineſſe, ſed ens vltimum eſt in reſolutione intellectus, quia remotis oĩbus aliis, vltimo remanet ens. ergo eſt primum naturaliter.

pora varietur, de eo vere dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit, vel deeſt. vel deerit. Et ideo non mirum, ſi de ſpiritu veritatis, veritas loquens dixit per futurum. Quæcunq; audiet, loquetur: audiet, ſcilicet ab eo, a quo procedit. Audire illius eſt ſcire, idem

B etiam eſſe. A quo ergo eſt illi eſſentia, ab illo audientia. i. ſcĩa, quæ nõ eſt aliud, quàm eſſentia. Audiet ergo dixit de eo, quod audiuit, & audit. i. quod ſemper ſciuit, ſcit, & ſciet. *c* Ecce hic dicit Aug. verba cuiuslibet tẽporis dici de eo, ſed tamẽ proprie eſt. Illud ergo, quod Hieronymus dicit, ita intelligendum eſt. Non nouit fuiſſe, vel futu-

RESPONDEO. dicendum, quòd iſta nomina ens, & bonum, vnum, & verũ, ſimpliciter ſecũdum rationem intelligendi præcedunt alia diuina nomina, quod patet ex eorum cõmunitate: ſi autẽ cõparemus ea ad inuicẽ, hoc poteſt eſſe dupliciter, vel ſecundũ ſuppoſitum, & ſic cõuertuntur adinuicẽ, & ſunt idem in ſuppoſito, nec vnquam derelinquunt ſe, vel ſecundum intentiones eorũ, & ſic ſimpliciter, & abſolute ens eſt prius aliis: cuius ratio eſt, quia ens in- vbi ſupra.

cluditur in intellectu eorum, & non econuerſo. Primum enim

C quod cadit in imaginatione intellectus eſt ens, ſine quo nihil poteſt apprehẽdi ab intellectu: ſicut primum quod cadit in credulitate intellectus, ſunt dignitates, & pręcipue iſta. contradictoria non eſſe ſimul vera: vnde omnia alia includuntur quodãmodo in ente vnitæ, & indiſtincte: ſicut in principio, ex quo etiam habet quandam decẽtiam, vt ſit propriiſſimum diuinum nomen. alia vero quæ diximus, ſcilicet bonum, verum, & vnum addunt ſuper ens, non quidem naturam aliquam, ſed rationẽ, ſed vnum ad rationem indiuiſionis: [d] & propter hoc eſt propinquiſſimum ad ens, quia addit tantum negationem: verum autẽ, & bonum addunt relationem quãdam, ſed bonum relationem ad finem: verum relationem ad formam exemplarem: ex hoc enim vnumquodq; verum dicitur, quod imitatur exemplar diuinum, vel relationem ad virtutem cognoſcitiuam. Dicimus enim verum aurum eſſe, ex eo quòd habet formam auri, quam demonſtrat, & ſic fit verum iudicium de ipſo. Si autem conſiderentur ſecundum rationem cauſalitatis: ſic bonum eſt prius, D. 579.

D quia bonum habet rationem cauſæ finalis, eſſe autem rationem cauſæ exemplaris, & effectiue tantum in Deo: finis autem eſt prima cauſa in ratione cauſalitatis.

¶ AD PRIMVM Dicendum, quòd Dionyſius tractat de diuinis nominibus, ſecundum quod habẽt rationem cauſalitatis, prout ſcilicet manifeſtantur in participatione creaturarum: & ideo bonum ante exiſtens determinat.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd bonum eſt communius nõ ſecundum ambitum prædicationis, quia ſic conuertitur cũ ente, ſed ſm rationẽ cauſalitatis. cauſalitas. n. efficiens exẽplaris extenditur tm̃ ad ea, quæ participant formam actu ſuæ cauſæ exẽplaris: & ideo cauſalitas entis, ſm quod eſt diuinum nomen extenditur tm̃ ad entia, & vitæ ad viuentia, ſed cauſalitas finis extenditur ẽt ad ea, quæ nondum participant formã, quia etiã imperfecta deſiderant, & tendunt in finem nondum participantia rationem finis, quia ſunt in via ad eum: vocat. n. Diony. nõ ens materiam propter priuationem adiunctam: vnde etiam dicit

E 4. cap. de di. no. quòd ipſum non ens deſiderat bonum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd conuertuntur ſecundum ſuppoſitum conſiderata, ſed tamen ſecundum intentionẽ ens eſt ſimplicius, & prius aliis, vt dictum eſt.

## QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de menſura diuini eſſe, quæ eſt ęternitas. Et circa hoc tria quęruntur.

Primo. Quid eſt æternitas,

Secũdo. Cui conueniat.

Tertio. Vtrum de æterno, verba diuerſorum temporum prędicari poſſint.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum definitio æternitatis a Boetio poſita, ſit conueniens.*

1.q.10.1. AD PRImum ſic proceditur:& ponitur definitio æternitatis a Boet. 5. de conſol. æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Prosa vlti. Sed videtur, quòd iſta diffinitio inconuenienter aſſignetur: interminabile enim dicit negationem: ſed negatio non certificat aliquid. ergo videtur, quòd in diffinitione æternitatis poni non debeat.

rum eſſe, ſed tantum eſſe, ideſt, cum dicitur de Deo, quòd fuit vel erit, non eſt intelligendum, quòd preterierit, vel futur⁹ ſit, ſed quòd exiſtat ſimpliciter, ſine aliquo temporali motu: licet enim verba ſubſtātiua diuerſorum temporum de Deo dicātur, vt fuit, erit, eſt, & erat: nō tamen temporales motus eſſe diſtinguunt, ſcilicet præteritum, vel futurum, vel præteritum imperfectum, vel preteritum perfectum, vel præteritum pluſquā perfectum; ſed eſſentiam, ſiue exiſtētiā ſuæ diuinitatis ſimpliciter inſinuant. Deus ergo ſolus proprie dicitur eſſentia, vel eſſe. Vnde Hil. † ita ait in 7. lib. de

¶ 2 Itē, Prima menſura reſpondet primo menſurato, ſed primum inter menſurata eſt eſſe. ergo † Ante medium libri. videtur, quòd æternitas, quæ eſt prima menſura, non debet diffiniri per vitam, ſed per eſſe.

¶ 3 Item. Simplex non habet menſuram, immo ſimpliciſſimo 10. Met. t. 3 menſurantur omnia alia ſecundum Philoſophum: ſed vita diuina eſt ſimpliciſſima. ergo non reſpondet aliquid ſibi in ratione menſurę, ſed ipſa habet rationem menſurę. & ita nec æternitas, quæ rationem menſuræ dicit.

¶ 4 Item. Totum dicitur reſpectu partium, ſed de ratione durationis eſt, quòd partes eius non ſint ſimul, quia impoſſibile eſt ſimul eſſe duas durationes, niſi vna includat aliam, ſicut Au- Aug. 11. de ciuita. Dei. cap. 6. to. 5. guſtinus dicit. ergo videtur duo oppoſita dicere, cum dicit tota ſimul.

¶ 5 Item. Totum includit in ſe rationem perfectionis. ergo videtur, quòd perfecta ſuperfluit.

¶ 6 Item. Aeternitas habet rationem durationis: ſed poſſeſſio nihil dicit ad durationem pertinens. ergo videtur, quòd nō debet poni in diffinitione æternitatis ad minus in recto, & ſicut genus, quia quod ſic ponitur in diffinitione alicuius, debet dicere quid ſit diffinitum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ęternitas dicitur quaſi D.569. ens extra d terminos, eſſe autem aliquod, poteſt dici terminatum tripliciter, vel ſecundum durationem totam, & hoc modo dicitur terminatum, quod habet principium, & finem, vel ratione partium durationis, & hoc modo dicitur terminatum illud, cuius quælibet pars accepta terminata eſt ad præcedēs, præſens, & ſequens, ſicut eſt accipere in motu, vel ratione ſuppoſiti, in quo eſſe recipitur. eſſe enim recipitur in aliquo ſecundum modum ipſius: & ideo terminatur ſicut, & quælibet alia forma, quæ de ſe communis eſt, & ſecundum quòd recipitur in aliquo terminatur ad illud: & hoc modo ſolum diuinum eſſe nō eſt terminatum, quia non eſt receptum in aliquo, quod ſit diuerſum ab eo. Dico ergo, quòd ad excludendam primam terminationem, quæ eſt principij, & finis totius durationis, ponitur interminabilis vitæ; & per hoc diuiditur æternum ab his, quæ generantur, & corrumpuntur. Ad excludendum autem ſecundā terminationem, ſcilicet partium durationis, additur tota ſimul: per hoc enim excluditur ſucceſſio partium pro qua vnaquaq; pars finita eſt, & tranſit, & per hoc diuiditur æternum a motu, & tēpore, etiam ſi ſemper fuiſſent, & futura eſſent, ſicut quidam poſuerunt. Ad excludendum tertiam terminationem, quæ eſt ex parte recipientis, additur perfecta: illud enim, in quo non eſt eſſe abſolutum, ſed terminatum per recipiens, non habet eſſe perfectum, ſed illud ſolum, quod eſt ſuum eſſe: & per hoc diuiditur eſſe ęternum ab eſſe rerum immobilium creaturarum, quæ habent eſſe participatum, ſicut ſpirituales creaturę.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſimplicia, & præcipue diuina, nullo modo melius manifeſtantur, quàm per remotionem, vt dicit Dion. De diu. no. cap. 7. cuius ratio eſt, quia ipſorum eſſe, intellectus perfecte non poteſt comprehendere; & ideo ex negationibus eorum, quæ ab ipſo remouentur, manuducitur intellectus ad ea aliqualiter cognoſcenda. vnde & punctus negatione diffi-



F nitur: & pręterea in ratione æternitatis eſt quædam negatio inquātum æternitas eſt vnitas, & vnitas eſt indiuiſio, & huiuſmodi, non poſſunt ſine negatione diffiniri.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd viuere hic large ſumitur ad omne eſſe: ſecundum etiam quod Aug. dicit, quòd quęlibet mutatio creaturæ, aliqua mors eius eſt. Lib. de cog. veræ vitæ. c. 31. to. 9. Et 3. cont. Max. c. 12. tom. 6. Vel dicēdum, quòd quia in illo, qui ſolus habet ęternitatē, eſſe, & viuere ſunt omnino idem. ideo ratione actus, ī quo eſt æternitas, poſuit æternitatem menſuram vitæ.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd viuere, & eſſe dicūtur per modum actus, & quia cuilibet actui reſpondet menſura ſua. † c.2.to.3. iō oportet vt diuino eſſe, & vitę diuinę intelligatur adiacere ęternitas, quaſi menſura, quamuis realiter non ſit aliud a diuino eſſe, & quia viuere magis habet rationem actus, quàm eſſe, ideo forte diffinit æternitatem per vitam potius q̃ per eſſe.

Trinita. Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens veritas, & manens cauſa, & naturalis generis proprietas.

*De incommutabilitate hic.*

C

DEI etiam ſolius eſſentia proprie. *a.* incommutabilis dicitur, qa nec mutatur, nec mu- G tari poteſt. Vnde Auguſtiuus in 5. lib. de Trinitate. *b* † Aliæ inquit eſſentię, vel ſubſtantiæ capiunt accidentia, quib⁹ in eis fiat vel magna, vel quantacūq; mutatio. Deo autem aliquid huiuſmodi accidere nō poteſt: & ideo ſola ſubſtātia, vel eſſen-

¶ Ad quartum dicendum, quòd in ſucceſſiuis eſt duplex imperfectio. vna ratione diuiſionis, alia ratione ſucceſſionis, quia vna pars non eſt cum alia parte. vnde non habent eſſe, niſi ſecundum aliquid ſui. Vt autem excludatur omnis imperfectio a diuino eſſe, oportet ipſum intelligere ſine aliqua diuiſione partium perfectum, & hoc dicit hoc nomen tota: non enim dicit ratio- H nem partium. Item: oportet ipſum intelligere ſine ſucceſſione, & hoc importatur per aduerbium ſimul.

¶ Ad quintum dicendum, quòd imperfectio eſſe poteſt conſiderari dupliciter, vel quantum ad durationem, & ſic dicitur eſſe imperfectum, cui deeſt aliquid de ſpatio durationis debitę, ſicut dicimus vitam hominis, qui moritur in pueritia imperfectam vitam, & talis imperfectio tollitur per ly tota. Eſt etiā quædam imperfectio quantum ad modū habendi, ſicut omnis creatura habet imperfectum eſſe, & talis imperfectio tollitur per ly perfecta. vnde non ſuperfluit.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd duratio dicit quandam diſtenſionem ex ratione nominis, & quia in diuino eſſe nō debet intelligi aliqua talis diſtenſio: ideo Boe. non poſuit durationem, 5. de Cōſo. proſa vlt. ſed poſſeſſionem, metaphorice loquens, ad ſignificandum quie- I tem diuini eſſe: illud enim dicimus poſſidere, quod quiete, & plene habemus, & ſic Deus poſſidere vitam ſuam dicitur, quia nulla inquietudine moleſtatur.

## ARTICVLVS II.

*b Vtrum æternitas tantum Deo conueniat.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd æternitas non tantum Deo conueniat. 1.q.10.2.3. Aeternitas enim nō eſt nobilior, quàm bonitas, ſed bonitas communicatur cum creaturis, ita quòd ab vno Deo creatura ſit bona. ergo videtur, quòd ſimiliter æternitas, vt alia ab ipſo ſit æterna.

¶ 2 Præt. Dan. 12. qui ad iuſtitiā erudiūt multos fulgebūt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates: ſed plures æternitates non ſunt K vnius ęterni. ergo vr̃, quòd ſint plura ęterna, & nō tantū Deus.

¶ 3 Præt. In p̃s. Illuminans tu. mira. a mon. ęternis: ſed montes ſunt creaturę. ergo etiam creaturæ ſunt ęternæ.

¶ 4 Similiter etiam ignis inferni dicitur æternus. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. ergo &c.

¶ 5 Item. Philoſophus dicit, quòd omne neceſſarium eſt æternum: ſed multa ſunt neceſſaria. ergo &c. 2. Per. lec. 3 & 5. Meta. t. 6. Huic etiam conſonat, quòd dicit Aug. quòd veritas æterna eſt. 4. de trinit. c. 18. to. 3.

CONTRA. Aeternum eſt eſſe interminatum, vt dictum eſt, ſed ſolus Deus eſt huiuſmodi. ergo &c.

RESPONDEO. Dicēdū, q̃ ſicut ex prædicta diffinitione In art. præced. patet, æternitas non poteſt niſi Deo conuenire ſimpliciter, & abſolute ſ̃m perfectam rationē ęternitatis, ſed ſ̃m quod aliqua participant de interminabilitatē ęternitatis, aliquo modo dñr æterna participatiue: qđ vero nullo mō interminabilitatē participat



nullo modo æternum dicitur, ſicut temporale, quod incipit, & finitur: dico ergo, quòd quibuſdam communicatur interminabilitas, ſecundum quod excludit terminum durationis ex parte poſt: & hoc modo ignis inferni dicitur æternus, quia nunquam finietur: vtrum autem aliquod æternum poſſit eſſe, q̃ non habeat principiū durationis quæretur in principio ſecundi. Aliquibus autem creaturis cōmunicatur interminabilitas, ſecūdum quod excludit terminationem, quæ eſt ex ſucceſſione partium, & iſtę ſunt ſpirituales creaturæ, quorum eſſe eſt totū ſimul: ſed interminabilitas, q̃ excludit omnem imperfectionē non cōicatur alicui creaturæ, cum nulla creatura poſſit eſſe p̃fecta † 1. ad Timot. 6. ſimpliciter, ſed communicatur ſibi perfectio quædam, ſcilicet, quā nata eſt creatura attingere, vt ſit perfecta ſecundum ſuam naturam, & ſic angeli, & homines

tia, quę eſt Deus, incommutabilis eſt. Cui profecto maxime, ac veriſsime competit eſſe. Quod enim mutatur, nō ſeruat ipſum verum eſſe, & quod mutari pōt, etiam ſi nō mutetur, pōt quod fuerat non eſſe. Ideoq; illud ſolum, quod non tantū non mutatur, verum etiam omnino mutari non poteſt, veriſsime dicitur eſſe, ideſt ſubſtantia patris, & filii, & ſpūſſancti. Ideo Apoſtolus † de Deo loquēs ait. Qui ſolus immortalitatē habet. Vt enim ait Aug. † in lib. de Trini. † 1. de trin. c. 1. to. 3. Cum anima quodammodo immortalis eſſe dicatur, & ſit, non diceret Apoſtolus Solus habet immortalitatem, niſi quia vera immortalitas, & incommutabi

beati, ſunt perfecti: quia totum habent id, ad quod eorum natura capax eſt. vnde angeli beati, magis ſunt ī participatione æternitatis, quàm in naturalibus tantum conſiderati. Ex hoc poteſt colligi differentia inter æternitatem, æuum, & tempus: illud. n. quod habet potentiam non recipientem actum totū ſimul, menſuratur tempore. huiuſmodi enim habet eſſe terminatum, & quantum ad modum participandi, quia eſſe recipitur in aliqua potentia, & non eſt abſolutum quantum ad partes durationis. illud autem, quod habet potentiam differentem ab actu: ſed quæ totum actum ſimul ſuſcipiat, menſuratur æuo; hoc enim Hac di. q. 1. art. 1. non habet, niſi vnum modum terminationis, ſcilicet, quia eſſe eius eſt receptum in alio a ſe: vt dictum eſt. illud vero, quod non habet potentiam differentem ab eſſe, menſuratur æternitate. huiuſmodi enim eſſe eſt omnimodo interminatum, vnde patet etiam, quòd æuum non eſt d niſi quædam æterni- D.585. tas participata.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis diuina bonitas ſit communicabilis, non tamen ſecundum modum altiſſimum, prout eſt in Deo: vnde ſumma bonitas non communicatur: & quia æternitas dicit eſſe ſecundum altiſſimum modum, qui eſt in Deo, ideo non communicatur, ſed eſſe abſolute ſumptum communicatur, ſicut & bonum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Daniel. accipit ibi æternitates participatas in beatis, quę erunt plures ſ̃m plures beatos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd montes ęterni poſſunt dici ipſi angeli, qui dicuntur æterni participatiue, vt dictum eſt. In cor. art. Vel dicendum, quòd poteſt intelligi etiam ad literam de montibus corporalibus: & dicuntur æterni propter longeuitatem durationis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignis inferni dicitur etiā æternus, inquantum participat aliquam conditionem æternitatis, ſcilicet non habere finem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd neceſſaria ſunt æterna tantum phy. a tex. 4 uſq; ad 17. in mente diuina, ſicut etiam veritates enunciabilium fuerūt ab ęterno in Deo, & non aliter, niſi ponerentur creaturæ ab æterno, ſicut Philoſophi poſuerunt.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum uerba temporalia poſſint dici de Deo.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd verba tē- 1.d.4.q.2. ar. 2. poralia non poſſint dici de Deo. Vnicuique enim reſpōdet propria menſura: ſed tempus eſt propria menſura motus: cum igitur in Deo nullus ſit motus, videtur, quòd de Deo nullum temporale dici poſſit.

¶ 2 Item. Quādocunque aliquid importans aliquam conditionem corporalem dicitur de Deo metaphorice, vel ſymbolicæ dicitur: ſed tempus eſt conditio conſequens ipſa corpora, quia ſe- 4. Phy. t. 98 quitur motum, & motus magnitudinem ſecundum Philoſo-



A phum. ergo videtur, quòd quandocunque aliquod verbum temporale dicitur de Deo, quòd ſit metaphorice dictum.

¶ 3 Item. Videtur, quòd tantum præſens de Deo debeat dici. Aeternitas enim, quæ eſt menſura diuini eſſe ſecundum rationem intelligendi caret ſucceſſione; ſed ſolum pręſens non includit ſucceſſionē. præteritum enim, & futurum dicuntur per relationem ad præſens, & non econuerſo, & relatio illa eſt in ordine ſucceſſionis. ergo ſolum præſens, de Deo debet dici.

¶ 4 Item. Videtur, quòd præteritū. Ad literam c. 20. to. 3. Diuinum enim eſſe eſt perfectum: ſed inter alia tempora præteritum magis ſonat perfectionem. ergo de Deo maxime dici debet.

¶ 5 Item. Videtur, quòd præteritū imperfectum, quia Io. in principio euang. ſui, altiſſime de Deo locutus eſt; ſed ipſe ibi vtitur verbis pręteriti imperfecti tē- C poris ad deſignandum diuinam æternitatem: dicens. In principio erat verbum &c. ergo videtur, quòd iſta verba maxime competant ad ſignificandum diuinam æternitatem.

litas eſt, quā nulla poteſt habere creatura, quoniā ſolius creatoris eſt. † cap. 1. Vnde Iaco. ait. † Apud quem non eſt trāſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Et Dauid. † ps. 101. Mutabis ea, & mutabuntur: tu autē idem ipſe es. Ideo Aug. ſuper Gene. † dicit, quòd B Deus, nec per loca. nec per tempora mouetur. Creatura vero *c* per tempora, & loca, & per tēpora moueri eſt, per affectiones commutari. Deus autem, nec loco, nec affectione mutari poteſt, qui per Prophetam ait. † Ego Deus & non mutor, qui eſt immutabilis ſolus. †Malach. 3. Vnde recte ſolus dicitur habere immortalitatem. In omni enim mutabili natura (vt ait Augu-

¶ 6 Item. Videtur, quòd futurum. Diuinum enim eſſe, maxime diſtat a defectu. cum igitur futurum remotius ſit inter alia a deficiendo: videtur, quòd maxime competat in diuinis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd enunciatio non poteſt fieri de aliquo, niſi ſecundum quod cadit in cognitionem. Omne autem cognoſcens, cognoſcit ſecundum modum ſuum, vt dicit Boe. lib. de conſo. & ideo, quia ratio noſtra connaturale habet ſecundum ſtatum viæ accipere, cū tempore propter hoc, 5. de conſo. proſa 2. quòd eius cognitio oritur a ſenſibilibus, quę in tempore ſunt. ideo non poteſt formare enunciationes, niſi per verba temporalia. vnde cogitur de Deo enuncians, verbis temporalibus vti: quàmuis intelligat eum ſupra tempus eſſe: nihilominus tamen iſtæ locutiones non ſunt falſæ. Diuinum enim eſſe, vt dicit D Diony. De diu. no. cap. 5. præaccipit ſicut cauſa in ſe omne eſſe quantum ad id, quod eſt perfectionis in omnibus, & ideo enunciamus de ipſo verba omnium temporum, propter id, quod ipſe nulli tempori deeſt, & quicquid eſt perfectionis in omnibus temporibus ipſe habet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando verba temporalia dicuntur de Deo, intellectus noſter non attribuit diuino eſſe illud, quod eſt imperfectionis in ſingulis temporibus, ſed quod eſt perfectionis in omnibus: æternitas enim includit in ſe omnem perfectionem modo ſimplici, quę eſt in temporalibus diuiſa, & temporibus diuerſis, cum tempus imitetur perfectionem ęternitatis, quantum poteſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aliqua dictio poteſt importare conditionem corporalem dupliciter, vel quantum ad rem ſignificatam principaliter in nomine, & tale quid non dicitur de Deo, niſi ſymbolice, ſicut leo, & agnus, & ira, & huiuſmodi, vel quantum ad modum ſignificandi, & non quātum ad rem ſigni- E ficatam, & iſta proprie dicuntur de Deo, quàmuis non perfecte ipſum repræſentēt, alias oīa nomina dicta de Deo eſſent ſymbolica, quia modus ſignificandi ipſorum eſt, ſecundū quod de creaturis dicūtur, & de talibus hæc ſunt verba, fuit & erit, quę ſignificant eſſentiam per modum actus, & conſignant tempus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad id, quod præſens non implicat ſucceſſionem, nec habet aliquid de non eſſe incluſum, inter alia proprius Deo competit, nihilominus tamen verba aliorum temporum dicuntur de Deo ſecundum id, quod perfectionis eſt in ipſis, & non ratione ſucceſſionis, vel alicuius defectus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nomine perfectionis præteritū de Deo dr̃, & quia non eſt nouum, ſ̃m quod ipſe præteritis non defuit, nihilominus tamen intelligendum eſt, q̃ aliqñ per p̃ſens magis deſignatur perfectio, quàm per pręteritū, quædam. n. ſunt quorum eſſe eſt in fieri, & horum perfectio non eſt, niſi quādo

venitur ad terminum, & horũ perfectio magis ſignificatur per F præteritum, ſicut ſunt motus, & huiuſmodi ſucceſſiua, quædam autem ſunt, quorum eſſe conſiſtit in permanendo, & horũ perfectio deſignatur magis per præſens, quàm per præteritũ, quia in hoc, quòd ſunt, habent perfectionem, & præteritum dicitur ſecundum receſſum ab eſſe. vnde etiam in diuinis ea, quæ dicuntur per modum rei permanentis verius ſignantur per præſens, vt Deus eſt bonus, & huiuſmodi: quæ autē ſignantur per modũ actus verius ſignantur per præteritum, ſicut infra diſt. 9. dicit Gregor. quòd magis proprie dicimus filium natum, quàm naſci.

†3. li. c. 12. to. 6.

Lib. 29. moral. c. 1.

¶ Ad quintum dicēdum, quòd quo ad quid magis proprie dicitur de ipſo Deo præteritum imperfectum, quàm præteritum perfectum, eo ſcilicet, quòd terminationem nō includit, ſicut verbũ præteriti perfecti. vnde in illis, quæ ſignificantur per modum actus verius dicitur præteritum perfectum: quia horum perfectio nō poteſt ſignificari, niſi ex termino, quæ autem ſignificantur non H per modum operationis verius ſignificantur per præteritum imperfectum, quia horum perfectio nō dependet ex termino. ¶ Ad ſextum dicendum, quòd futurum maxime remouetur a diuina prædicatione propter hoc, quòd nondum eſt, niſi in potentia. nihilominus tamen ſecundum id, quod eſt perfectionis in ipſo, ſcilicet quòd longius diſtat a deficiendo de Deo dicitur abiecta imperfectione.

ſtinus contra Maximinum) nō nulla mors eſt ipſa mutatio: quia facit aliquid in ea non eſſe, quod erat. Vnde & ipſa anima humana, quæ ideo dicitur immortalis, quia ſecũdum modum ſuum nunquam deſinit viuere, habet tamen quandam mortem ſuam: quia ſi iuſte viuebat, & peccat, moritur iuſti- G tiæ. ſi peccatrix erat, & iuſtificatur: moritur peccato, vt alias eius mutationes taceã, de quibus modo longum eſt diſputare. Et creaturarum natura cæleſtium mori potuit, quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, & dæmones facti ſunt, quorum eſt diabolus

## EXPOSITIO TEXTVS.

Art. antece.

NVNC de veritate &c.} Queritur cũ multa ſint attributa eſſentialia, quare tantum de his tribus facit mentionem? Et dicendum, quòd magiſter intendit tantum ea tangere, quæ pertinent ad perfectionem diuini eſſe inquantum eſt eſſe perfectũ. perfectio autem eſſe, poteſt attendi tripliciter, vel ſecũdum quòd excluditur priuatio, I vel non eſſe, & iſta perfectio tãgitur per veritatem, vel proprietatem, quæ pro eodem ſumuntur, vt dictum eſt; vel ſecundum quod excluditur potentialitas, & quantum ad hoc ponitur immutabilitas; vel quantum ad integritatem ipſius eſſe, & quantũ ad hoc ponitur ſimplicitas, quia quicquid eſt in ſimplici eſt ipſum ſuum eſſe. {Naturæ, vel ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ.} Sciēdum quòd iſta tria ſumuntur hic pro eodem: non enim ſumitur hic natura, ſecundum quod nominat principium alicuius actus: ſed prout dicit formam conſequentem totum. ſicut humanitas eſt natura hominis: ſimiliter ſubſtantia non ſumitur hic pro indiuiduo ſubſiſtēte in genere ſubſtantiæ: ſed ſecundum quod nominat eſſe prędicati primi, prout diuiditur contra accidens. & hoc idem eſt, quòd eſſentia non exiſtens in aliquo, ſicut in ſubiecto. {Sicut. n. ab eo, quod eſt ſapere &c.} Vr̃ econtrario debere dici, quòd ſapere procedit a ſapientia. Dicendũ, quòd non loquitur ſecundũ ordinem rei, ſed ſm̃ ordinem cognitionis nr̃æ, quę in habitus ex actibus venit. {Et quis magis eſt &c.} Videt̃ K inconuenienter loqui, quia eſſe non ſuſcipit magis, & minus. Dicēdum, quòd magis, & minus poteſt dici aliquid dupliciter, vel quantum ad ipſam naturam participatam, quæ ſecundũ ſe intenditur, & remittitur ſecundum acceſſum ad terminum, vel receſſum, & hoc non eſt, niſi in accidentibus. vel quantũ ad modum participandi, & ſic etiã in eſſentialibus dr̃ magis, & minus ſecundum diuerſum modum participandi, ſicut angelus dicitur magis intellectualis, quàm homo. {Deus autem tantum eſt, qui non nouit &c.} Notitia quaſi experimentali; vt. ſ. ſucceſſiones temporum in ſuo eſſe experiatur. {Cuius eſſentiæ cõparat̃ &c.} Videtur eſſe falſum, quia eſſe noſtrum nihil eſt, niſi per comparationem ad ipſum Deum. Quia ſm̃ Greg. oĩa in nihil &c. Dicendum, quòd eſſe noſtrum poteſt ad Deum comparari duplr̃, vel ſicut ad principium a quo eſt, & ſic eſſe noſtrum eſt ſolum per hoc, quòd ad Deum comparatur, vel ſecundum cõparationē

Li. 16. mor. c. 18.

proportionis, vel æquiparãtiæ, & ſic eſſe noſtrum comparatum ad diuinum quaſi nihil eſt, quia in infinitum ab eo diſtat. {Eſſe non eſt accidens Deo.} Videtur, quòd nec alicui creaturæ, cũm nihil ſit eſſentialius rei, quàm ſuum eſſe. Ad quod dicendum, ꝙ accidens, dicitur hic, quòd non eſt de intellectu alicuius, ſicut rationale dicitur animali accidere, & ita cuilibet quidditati creatæ accidit eſſe, quia non eſt de intellectu ipſius quidditatis: poteſt enim intelligi humanitas, & tamen dubitari: vtrũ homo habeat eſſe. {Sed ſubſiſtens veritas.} Excludit Hil. triplicē imꝑfectionē a diuino eſſe: eſſe enim creaturæ nō eſt aliquid per ſe ſubſiſtens: immo eſt actus ſubſiſtētis: ſed in Deo ſuum eſſe eſt ipſe Deus ſubſiſtens: & ideo dicit, quòd eſt ſubſiſtēs veritas. Itē eſſe creaturæ eſt cauſatum ab alio, & habet quãtum in ſe eſt potentialitatem, & mutabilitatem: ſed eſſe diuinum eſt cauſa omnis eſſe immutabiliter permanens, & ideo dicit, quòd eſt manens cauſa. Item eſſe creaturæ differt a quidditate ſua. vnde per eſſe ſuum homo non ponitur in genere humano, ſed per quidditatem ſuam, ſed eſſe diuinum eſt ſua quidditas: & ideo per eſſe ſuum ponitur Deus in genere diuino, & ideo dicitur, quòd eſt naturalis generis proprietas.

† 1. ad Timot. 6.

cap. 1. to. 3.

princeps, & qui non peccauerunt, peccare potuerunt, & cuicunque creaturæ rationali præſtatur, vt peccare non poſſit, non eſt hoc naturæ propriæ, ſed Dei gratiæ. Et ideo ſolus Deus, vt ait Apoſtolus, † habet immortalitatem, qui non cuiuſquam gratia, ſed natura ſua, nec potuit, nec poteſt aliqua mutatione peccare. Proinde, vt ait Auguſtinus in libro. 1. de Trinitate, ſubſtantiam Dei ſine vlla ſui commutatione mutabilia facientem, & ſine vllo ſuo tēporali motu tēporali creantē, intueri, & noſſe c licet ſit difficile, oportet. Vere ergo, ac proprie incommutabilis eſt ſola

## QVAESTIO III.

C

Dei etiam ſolius &c.} Hic proſequitur de ſecũdo attributo, ſcilicet immutabilitate dicens, ſolum Deum incommutabilem eſſe: alias autem omnes creaturas aliquo modo mutabiles.

Et circa hoc tria quæruntur.

Primo. Vtrum Deus ſit omnino immutabilis.
Secũdo. Vtrum omnis creatura ſit mutabilis.
Tertio. De modis mutationum, quos Aug. aſſignat in litera.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus aliquo modo ſit mutabilis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ſit aliquo modo mutabilis, Sap. 7. Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia: ſed ſapientia diuina, de qua loquitur, eſt ipſe Deus. ergo &c. 1. q. 9. 1.

¶ 2 Præt. Quicquid mouet ſeipſum, mouetur a ſeipſo. Sed ſicut dicit Aug. ſuper Gen. Spiritus creator mouet ſe nec per tempus, nec per locum. ergo videtur, quòd moueatur. August. ſuper Geneſ. ad literam. lib. 8. c. 20. to. 3.

¶ 3 Item. Omne, quod eſt per alterum, reducitur ad illud, quod eſt per ſe, ſed inuenimus multa, quæ mouentur per alios motores. ergo oportet eſſe aliquid, quod moueatur a ſeipſo, ſed omnis creatura mota mouetur ab alio, quia a Deo. ergo Deus eſt motus a ſe.

¶ 4 Præt. Omne, quod exit de ocio in actum aliquo modo mouetur ſecundum Philoſophum, quia omnis operatio, quę eſt ab operante nō moto eſt ſemper, ſed Deus quandoq; creat in actu, vel infundēdo gratiam, cum prius hoc non fecerit. ergo videtur quòd ad minus ſit in eo mutatio de habitu in actum. 3. Phy. t. 16

CONTRA. Mal. 3. Ego Deus & non mutor. Et Iaco. 1. Apud quem &c.

¶ Præt. Sicut probat Philoſoph⁹, Omne quod mouetur ab alio mouetur, ſi igitur illud, a quo mouetur mobile ipſum, etiã mouetur, oportet, quòd ab aliquo motore moueatur, ſed impoſſibile eſt ire in infinitum. ergo oportet deuenire ad primum motorem, qui mouet, & nullo modo mouetur, & hoc eſt Deus. ergo omnino eſt immutabilis. 8. Phy. t. 35

RESPON-



RESPONDEO. Dicendum, quòd omnis motus, vel muta A tio quocunq; modo dicatur, conſequitur aliquam poſſibilitatē, cum motus ſit actus exiſtentis in potentia: cum igitur Deus ſit actus purus d nihil habens de potentia admiſtum, nō poteſt in eo eſſe aliqua mutatio.

D. 467.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd diuina ſapientia nō dr̃ mobilis, quia in ſe moueatur: ſed inquantũ procedit in effectus: & iſta proceſſio non eſt ꝓprie motus, ſed quadam ſimilitudinē motus habet. in motu. n. locali proceſſiuo, illud quod eſt in vno loco fit poſtmodũ in alio, & deinde in alio, & ſic deinceps quouſq; cõpleatur mot⁹. ſilr̃ aũt diuina ſapientia quæ eſt exemplar rerum, facit ſimilitudinem ſuam in creatura ſecũdum ordinē: quia prius efficiũtur in participatione diuinæ ſimilitudines creaturę ſuperiores, & poſterius inferiores. vnde in hoc habet ſimilitudinē motus: quia ipſa diuina ſapientia ſecũdum ſimilitudinem ſuam efficitur in creatura. in duobus autem deficit a ratione motus. Primo, quia non eſt idē numero, quod eſt in hoc, & in illo: ſed ſimilitudo eius. Secũdo, quia non eſt ibi ordo temporis, ſecundum quod procedit in diuerſas creaturas, ſed tantum ordo naturæ: quia per prius naturaliter ſunt in participatione diuinæ bonitatis creaturæ nobiliores, & ſi non tempore, ſaltem natura: & ſic etiam intelligitur, quod Diony. dicit in principio cæl. hierar. Sed & patre luminũ moto &c. & quòd frequenter dicit diuinam bonitatem, vel ſapientiam procedere in creaturas.

cap. 6. to. 3.

cap. 1. cæle. hierar.

diuinitatis eſſentia, quę ſine ſui mutatione cunctas condidit naturas.

*Hic de ſimplicitate.*

D

EADEM quoq; ſola proprie, ac vere ſimplex eſt, vbi nec partiũ, nec B accidentiũ, ſeu quarũlibet formarũ a vlla eſt diuerſitas, ſiue variatio, vel multitudo. Vt aũt ſcias qũo ſimplex ſit illa ſubſtãtia, vt te docet Aug. in lib. 6. de Tri. † animaduerte primo quare oĩs creatura ſit multiplex, & nullo mō vere ſimplex. Et primũ de corporali, poſtea vero de ſpũali creatura. Corporalis vtiq; creatura ex partib⁹ cõſtat, ita vt ſit ſibi alia pars maior, alia minor, & maius ſit to- C tum quàm pars quælibet. Et in vnoquoq; corpore, aliud eſt magnitudo, aliud color, aliud figura: poteſt. n. in minuta magnitudine manere idem color, & eadem figura, & colore mutato, manere eadem figura, & eadem magnitudo, ac per hoc multiplex eſſe cõuincitur natura corporis, ſimplex aũt nullo modo.

*Hic de ſpirituali creatura oſtēdit, qũo ſit multiplex, non ſimplex.*

CREATVRA quoq; ſpiritualis, vt eſt anima, in comparatione quidem corporis eſt ſimplex, ſine cõparatione vero corporis multiplex eſt & nō ſimplex, ꝗ iō ſimplex dr̃ reſpectu corporis, quia mole nō diffunditur ꝑ ſpatium loci, ſed ĩ vnoquoq; corpore, &

Vbi ſupra ĩ 2. argu.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Aug. accipit large moueri, ſecundum quòd ipſum intelligere, eſt moueri quoddam, & velle, quæ proprie non ſunt motus, ſed operationes. in hoc enim verificatur dictum Platonis, qui dixit. Deus mouet ſe, ſicut dicit D Commen. qui dicit, quòd Deus intelligit ſe, & vult ſe. ſicut etiã dicimus, quòd finis mouet efficientem. Vel dicēdum, quòd mouet ſe in creaturarum productione, vt dictum eſt.

In Parmenide. 12. Meta. t. c. 51.

Hac diſtin. q. 1. art. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd impoſſibile eſt aliquid mouere ſeipſum niſi ſecũdum diuerſas partes, ita quòd vna pars ſit mouens, & alia mota. ſicut etiam in animali eſt anima mouens, & corpus motum. cuius ratio eſt, quia nihil mouet, niſi ſecundum quòd eſt in actu, nec mouetur, niſi ſecundum quòd eſt in potentia. & hęc duo non poſſunt ſimul eidem ineſſe reſpectu d eiuſdem, & quia Deus eſt ſimplex, nō poteſt eſſe, quòd ſeipſum moueat proprie loquēdo. Quod ergo obiicitur, quòd omne mobile per aliud reducitur ad mobile per ſe, verũ eſt de reductione, quæ eſt ad primum in genere illo. vnde ſecũdum Philoſophos omnia mobilia reducuntur ad primum mobile, quod dicebant motum ex ſe: quia eſt compoſitum ex motore, & moto: ſed hic vlterius oportet reducere in primum ſimplex, quod eſt omni- E no immobile.

D. 47.

5. Phy. t. 34

¶ Ad quartum dicendum, quòd in omnibus, in quibus operatio differt a ſubſtantia, oportet eſſe aliquem modum motus ex hoc, quòd exit de nouo in operationem: quia acquiritur in ipſo operatio, quę prius non erat: in Deo autem, operatio ſua eſt ſua ſubſtantia. vnde ſicut ſubſtantia eſt ęterna, ita & operatio: ſed non ſequitur operationem operatum ab æterno, ſed ſecundum ordinem ſapientię, quæ eſt principium operandi.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum omnis creatura ſit mutabilis.*

1. p. q. 9. 2.

Tex. 7.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd nō omnis creatura ſit mutabilis. Omnis enim mutatio, vt dicitur in quinto Phyſicorum, eſt generatio, vel corruptio, vel motus: ſed quædam ſunt, in quibus nullũ horum eſt, ſicut angeli, & huiuſmodi, quę ſunt ſeparata a materia, & motu, ſecundum Philoſophos. ergo non omnis creatura mutabilis eſt.

¶ 2 Præter. Quicquid eſt mutabile, pertinet ad conſiderationem naturalis, cuius eſt conſiderare motum: ſed ſubſtantiæ ſeparatæ a materia non conſiderantur a naturali. ergo non ſunt mutabiles. 12. Meta. t. 30.

¶ 3 Præt. Quicquid mutatur, ſubiicitur mutationi: ſed formæ ſimplices non poſſunt eſſe ſubiectum, vt dicit Boet. ergo nō poſſunt mutari. 1. de trinit. c. 3.

¶ 4 Prꝗter. Sicut in litera dicitur: omnis creatura mouetur per tempus, vel per locum: ſed quædam ſunt creaturæ, quorum non eſt locus, & tempus: ſicut vniuerſale, quod ſecũdum Philoſophũ eſt vbique, & ſemper: & ſicut materia prima, de qua dicit Auguſt. quòd ſucceſſiones temporũ non habet. ergo non omnis creatura mutatur. 1. Poſt. t. 7. 12. confeſſ. c. 15. to. 1.

CONTRA. Pſal. Mutabis eos, & mutabuntur. Pſal. 101.

¶ Præter. Damaſc. dicit. Omne, quod eſt ex nihilo vertibile eſt in nihil. quod enim &c. ſed omnis creatura eſt huiuſmodi. ergo &c. Lib. 1. fidei ortho c. 3.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, motus quocunque modo dicatur, ſequitur potentiam: cum igitur omnis creatura habeat aliquam potentiam, vel aliquid de potentia: quia ſolus Deus eſt purus actus, oportet omnes creaturas mutabiles eſſe, & ſolum Deum immutabilem. Eſt autem conſiderare duplicem poſſibilitatem. vnam ſecundum id, quod habet res, alteram ſecundum id, quod nata eſt habere. Prima conſequitur naturam, ſecundum quod habet eſſe ab alio. omne enim quod eſſe ſuum ab alio habet, non eſt per ſe neceſſe eſſe, vt probat Auic. vnde quantum eſt in ſe, eſt poſſibile: & iſta poſſibilitas dicit dependentiam ad id, a quo eſt. Hæc autem poſ- D ſibilitas eſt duplex. quædam ſecundum dependentiam totius eſſe ad id, a quo eſt res ſecundum totum eſſe ſuum, & huiuſmodi eſt Deus, & hanc dependentiam, ſiue poſſibilitatem conſequitur mutabilitas quædam, quæ eſt vertibilitas in nihil, ſecundum Damaſcenum: tamen hæc non proprie mutabilitas dicitur, nec creatura ſecundum hoc proprie mutabilis eſt, & ideo Auguſtinus de hoc non facit mentionem in litera. Et huius ratio eſt duplex, quia in omni mutabili eſt inuenire aliquid, quod ſubſternitur ei, quod per mutationem amouetur: & de hoc dicitur, quòd poteſt mutari, ſed ſi accipiamus totum eſſe creaturæ quod dependet a Deo, non inueniremus aliquid ſubſtratum, de quo poſſit dici, quòd poteſt mutari. Alia ratio eſt, quia nihil dicitur poſſibile, cuius contrarium eſt neceſſarium, vel quod non poteſt eſſe, niſi in poſſibili poſito: eſſe autem creaturæ omnino deficere non poteſt, niſi retrahatur inde fluxus diuinæ bonitatis in creaturis, & hoc eſt impoſſibile ex immu- E tabilitate diuinæ voluntatis, & contrarium neceſſarium, & ideo ex hoc, creatura non poteſt dici ſimpliciter corruptibilis, vel mutabilis: ſed ſub conditione, ſi ſibi relinquatur. & hoc eſt, quòd dicit Greg. in Omilia. In nihilum &c. Et etiam quædam dependentia ſiue poſſibilitas rei ſecundum partem ſui eſſe, ſcilicet formam, præſuppoſita materia, vel ex eo ꝙ eſt loco materię, & hanc poſſibilitatem ſequitur mutatio variabilitatis, ex eo quòd id, quod habet ab alio, poteſt amittere quantum eſt in ſe, niſi forte impediatur ex immutabilitate cauſę, vt dictum eſt, & hoc modo ſancti in gloria ſunt immutabiles in eſſe glorię, propter immutabilitatem diuinæ voluntatis. Secunda poſſibilitas conſequitur creaturam, ſecundum quòd non eſt perfecta ſimpliciter: ſecundum hoc. n. ſemper poſſibilis eſt ad receptionem. vnde ſecundum hoc etiam dicitur omnis creatura mutabilis, accipiendo large mutationem, ſecundum quòd omne recipere dicitur pati quoddam, & moueri, ſicut dicit Philoſophus in lib. de anima, intelligere quoddam pati eſt.

q. 3. iſtius diſt. art. 1.

Tract. 8. Meta. 54.

Vbi ſupra.

Lib. 16. moral. c. 18.

Art. præcedenti.

De anima lib. 3. t. 7.

¶ Ad primvm, ergo dicendum, quòd Philoſophi conſiderauerunt tantum illam mutationem, quę eſt ſecundũ variationem formę ſubſtantialis, vel accidentalis, cuius cauſa non eſt immutabilis. & hanc diuiſerunt per generationẽ, & corruptionem, & motum. talem autem mutationem non eſt poſſibile in angelis eſſe quãtum ad id, quod in natura eorum eſt, & per hoc patet ſolutio ad ſecundum, quia naturalis non conſiderat, niſi dictam mutationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Magiſter & Augu. loquuntur hic de creaturis, quę habẽt eſſe perfectũ, formæ autẽ non habẽt eſſe perfectum, cum non ſubſiſtant in ſe, ſed in alio. Vel dicendum, quòd dupliciter dicitur aliquid mutabile, vel quia ſubiicitur mutationi, & hoc modo id tantum, quod eſt in potentia mutatur, aut ſicut id, quod remouetur, vel abiicitur in mutatione, & ſic formæ, quæ ſunt actus, mutabiles ſunt, non hoc tamen videtur eſſe de intentione Auguſt.

in toto tota eſt, & in qualibet parte eius tota eſt, & ideo cum fit aliquid in qualibet particula corporis exigua, quod ſentiat anima, quamuis non fiat in toto corpore: illa tamen tota ſentit, quia totam nõ latet. Sed tñ nec in ipſa tota anima vera ſimplicitas eſt, cum aliud ſit artificioſum eſſe, aliud inertem, aliud acutũ, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lętitia, aliud triſtitia, poſſuntque hęc, & alia huiuſmodi innumerabilia, in animę natura inueniri, & alia ſine aliis, & alia magis, alia minus, manifeſtum eſt aĩæ nõ ſimplicem, ſed

¶ Ad quartum dicendum ſimiliter, quòd materia prima, & vniuerſale, non habent in ſe eſſe completum: ſed eſſe eorum eſt in particularibus compoſitis, & ideo eſſe non mutant per ſe: ſed tantum per accidens, ſicut eſt de formis.

### Articvlvs III.

c *Vtrum modi mutationis creaturarum conuenienter aßignentur ab Auguſtino.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd Aug. inconuenienter aſſignet modos mutationis creaturarum. Secundum illud enim eſt mutatio, in quo inuenitur motus, ſicut ſecundum quantitatem, vel qualitatem: ſed in Quãdo, non
5.Phyſ.t.9. eſt motus, vt dicit Philoſophus. ergo videtur, quòd nihil dicat creaturas moueri per tempora.

¶ 2 Præt. In nulla diuiſione debet vnũ membrũ contineri ſub alio: ſed omnis motus, qui eſt per locum eſt per tempus. ergo vr̃ inconuenienter diuidere mutationẽ in mutationẽ loci, & tpis.

5.Phyſ.t.9. ¶ 3 Præt. Motus ſ̃m Philoſophũ eſt in tribus generib⁹. ſ. quantitate, qualitate, & vbi, & adhuc eſt ĩ ſubſtãtia generatio, & corruptio ſimpl̃r, & ĩ oĩb⁹ generib⁹ generatio, & corruptio ſ̃m q d, q oẽs inueniunẽ in creatura corporali. ergo vr̃, ꝙ diminute aſſignet multitudinẽ creaturarũ corporaliũ per vbi, ſiue p locũ tm̃.

¶ 4 Præt. Tempus eſt menſura primi mobilis. ergo quod nõ habet ordinem ad motum primi mobilis, non habet relationem ad tempus: ſed affectiones animarum non ordinantur ad motũ cæli, nec ſubiacent ſibi. ergo inconuenienter dicit, quòd moueri per tempus eſt per affectiones mutari.

Respondeo. Dicendum, quòd in motu proprie accepto eſt duo reperire. ſ. continuitatẽ, & ſucceſſionẽ, ſ̃m quòd hẽt continuitatẽ, ſic proprie menſuratẽ per locum, quia ex continui
Tex.99. tate magnitudinis eſt continuitas motus, vt dr̃ 4. & 5. Phyſ. ſ̃m
5.Phy.t.39 aũt quòd habet ſucceſſionẽ ſic proprie mẽſuratur per tps. vnde tps dr̃ numerus motus ſ̃m prius, & poſterius, quia aũt inueniũtur aliqui motus habẽtes cõtinuitatẽ, & ſucceſſionẽ, aliqui aũt d
D.118. hñtes ſucceſſionẽ, ſicut motus affectionũ, & etiam cogitationũ: qñ. ſ. anima tranſit de vna cogitatione in aliam. inter enim illas duas intentiones cogitata, non eſt aliqua continuitas. & ideo diuiſit mutationem creaturæ per locum, & tempus.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd in genere Qñ nõ eſt motus, ſicut in terminante motũ. nullus. n. motus terminatẽ ad qñ, ſicut ad Vbi: eſt tamen motus in qñ, ſicut in menſurante.

¶ Ad ſcd̃m dicendũ, quòd diuiſio intelligenda eſt cum præciſione, vt ſic. ſ. intelligatur, quòd quædã mutatio eſt per locũ, & tps: quædã autem per tps. tm̃. quod patet ex his, quæ dicta ſunt.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd quãuis incorporalib⁹ ſint plures motus: oẽs tñ ordinanẽ ad motũ localẽ cæli, qui eſt cauſa oĩs motus corporalis. & ideo per motũ localẽ tãguntur oẽs. Vel põt dici, ꝙ

F alij motus a moto locali tãgunẽ per mutationẽ, quæ eſt per tps: q̃a ſicut Cõmẽ. probat in 8. Phyſ. nullus alius motus eſt ſimpl̃r Tex.55. continuus, niſi motus localis. & ipſe Augu. dicit in litera, quòd Deus creaturam corporalem mouet, & per tempus, & per locũ.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd tẽpus dupliciter dr̃. vno modo numerus prioris, & poſterioris inuentorũ in motu cęli, & iſtud tempus continuitatẽ habet a motu, & motus a magnitudine, & hoc tẽpore mẽſurantur oĩa, quę habent ordinẽ ad motum cæli, ſiue per ſe, ſicut motus corporales, ſiue per accidens ſicut aliquæ operationes animæ, ſecundum quòd habẽt aliquam relationẽ ad corp⁹. & hoc modo tm̃ accipitur a Philoſophis. Alio modo dr̃ tempus magis 4.Phy.t.101 cõiter, numerus eius qđ habet quocunq; modo prius, & poſterius: & ſic dicimus eſſe tempus menſurans ſimplices conceptiones intellectus, quæ ſunt ſibi ſuccedentes, & iſtud tempus non oportet, quòd habeat continuitatem: H cum illud, ſecundum quòd attenditur motus, non ſit continuũ, & ſic accipitur hic tempus, & frequenter a Theologis.

multiplicem eſſe naturã. Nihil enim ſimplex mutabile eſt, omnis autem creatura mutabilis eſt, nulla ergo creatura vere ſimplex eſt. † De⁹ vero etſi multipliciter dicaẽ. i. multis noĩb⁹ ſignificeẽ, vere tñ & ſumme ſimplex eſt. Dr̃. n. magnus, bon⁹, ſa G piẽs, beatus, verus, & quicquid aliud nõ indigne dici vr̃. ſed eadẽ magnitudo eius eſt, q̃ ſapientia. Non. n. mole magn⁹ eſt, ſed virtute, & eadẽ bonitas, quæ ſapiẽtia, & magnitudo, & veritas. & non eſt ibi aliud ipſum beatum eſſe, & aliud magnũ, aliud ſapientem, aliud verum, aut bonum aut omnino eſſe.

## Divisio secvndae partis textvs.

EAdemq; ſola &c.} Hæc eſt ſecũda pars diſtinctionis, in qua magiſter determinat de diuina ſimplicitate, & diuiditur in partes duas. In prima, ꝓponit, quod intendit. In ſecunda, probat propoſitum, ibi: {Vt autẽ ſcientia &c.} quę diuiditur in duas. In prima oſtendit creaturæ multiplicitatem. In ſecunda, diuinã ſimplicitatẽ, ibi: {Deus vero & ſi multipliciter.} Prima, in duas. In prima excludit ſimplicitatem a creatuta corporali. In ſecunda, a ſpirituali, ibi: {Creatura quoq; ſpiritualis &c.} {Deus vero, & ſil̃r &c.} Hic oſtendit diuinam ſimplicitatẽ: & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit ſimplicitatem. In ſecunda, excludit omnem I compoſitionem ab ipſo, ibi: {Quia autẽ in natura diuinitatis.} Prima in duas. In prima, oſtendit veritatem. In ſecunda, excludit dubitationẽ, ibi: {Hic diligenter attendendũ eſt &c.} {Quia aũt in natura &c.} Hic excludit a Deo omnẽ cõpoſitionem, vel multiplicitatem, & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit ſpecialiter, quòd in Deo non eſt compoſitio accidentis ad ſubiectum. Secundo, oſtendit vniuerſaliter, quòd in ipſo nulla eſt compoſitio, ibi: {Huius autem ſimpli. &c.} Circa primum duo facit. Primo, excludit a Deo accidentium prædicationẽ. Secundo, cõcludit, quòd nec etiam ſubſtantia de eo proprie prædicatur, ibi: {Vnde nec proprie &c.}

## Qvaestio IIII.

D

### Ad intellectum huius partis duo quæruntur.

Primo. De diuina ſimplicitate.
K Secũdo. De ſimplicitate creaturæ.

### Circa primum tria quæruntur.

Primo. Si in Deo ſit omnimoda ſimplicitas.
Secũdo. An contineatur in prædicamento ſubſtantiæ.
Tertio. Si alia prædicamenta de ipſo dicantur.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum Deus ſit omnino ſimplex.*

AD primvm ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit ſimplex omnino. Ens enim, cui non ſit additio, eſt ens cõmune prædicatũ de omnibus, de quo nihil poteſt vere negari: ſed Deus non eſt huiuſmodi. ergo ad eſſe ſuum ſit aliqua additio. non eſt ergo ſimplex. 1.q.3.7. De pot. q. 7. a. 1. cont. c.18.

¶ 2 Præt.



Cap. 1. ¶ 2 Præt. Boetius. lib. de hebdo. omne, quod eſt eſſe participat vt ſit, alio autem participat vt aliquid ſit: ſed Deus veriſſime ſit ens, & eſt aliquid, quia bonus, & ſapiens & huiuſmodi. ergo Deus, habet eſſe ſuum quo eſt, & ſuper hoc, habet aliquid aliud quo aliquid eſt. ergo non eſt ſimplex.

¶ 3 Itẽ. De quocunque prædicatur aliquid, quod non eſt de ſubſtantia ſua, illud non eſt ſimplex. Sed quicquid prædi
†ca. 6. & 7. catur de aliquo poſtquam non prædicabatur, illud non eſt de ſubſtantia ſua, cũ nulli rei ſubſtantia ſua de nouo adueniat. cum igitur de Deo prædicetur aliquid poſtquam non prædicabatur, vt eſſe dominum, & creatorem, quæ dicũtur de ipſo ex tempore videtur, quòd ipſe, nõ ſit ſimplex.

¶ 4 Præt. Vbicunq; ſunt plures res, in vno ibi oportet eſſe aliquem modũ compoſitionis, ſed in diuina natura, ſunt
†ca.4. to.3. tres perſonæ realiter diſtinctæ conuenientes in vna eſſentia. ergo videtur ibi eſſe aliquis modus compoſitionis.

*Qualiter cum Deus ſit ſimplex, multiplex tamen dicatur.*

HIc diligenter notandum eſt, cum dicat Auguſtinus† ſolum Deum vere ſimplicem eſſe, cur dicat eundem multipliciter dici, ſed hoc non propter diuerſitatem accidentium vel partium dicit: immo propter diuerſitatem ac multitudinem nominum, quæ de Deo dicuntur, quæ licet multiplicia ſint, vnum tamen ſignificant, ſcilicet, diuinam naturam. hęc enim non ita accipiuntur, cum de illa incommutabili ęternaque ſubſtantia incomparabiliter ſimpliciore, quàm eſt humanus animus, dicuntur: quemadmodum cum de creaturis dicuntur. Vnde † Auguſt. in lib. 6. de Trinit. Deo inquit hoc eſt eſſe, quod fortem eſſe,

Contra. Omne compoſitum eſt poſterius ſuis componentibus, quia, ſimplicius eſt prius in ſe, quàm addatur ſibi aliquid ad compoſitionem tertij: ſed primo ſimpliciter nihil eſt prius, cum igitur Deus ſit primum principium non eſt compoſitus.

¶ Præt. Illud, quod eſt primum dans omnibus eſſe, habet eſſe non dependens ab alio. quod enim habet eſſe dependens ab alio habet eſſe ab alio, & nullum tale eſt primum dans eſſe, ſed Deus eſt primum dans omnibus eſſe ergo ſuum eſſe non dependet ab alio, ſed cuiuslibet compoſiti eſſe dependet ex componentibus, quibus remotis, & eſſe compoſiti tollitur, & ſecundum rem, & ſecundum intellectum. ergo Deus, non eſt compoſitus. D

¶ Item. Illud, quod eſt primum principium eſſendi nobiliſſimo modo habet eſſe, cum ſemper ſit aliquid nobilius, in cauſa, quàm in cauſato. Sed nobiliſſimus modus habendi eſſe, eſt quo totum aliquid eſt ſuum eſſe. ergo Deus eſt ſuum eſſe, ſed nullum compoſitum totum eſt ſuum eſſe, quia eſſe ipſius ſequitur componentia, quæ non ſunt ipſum eſſe. ergo Deus, non eſt compoſitus. Et hoc ſimpliciter concedendum eſt.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd aliquid eſſe ſine additione dicitur dupliciter, aut de cuius ratione eſt, vt nihil ſibi addatur, & ſic dicitur de Deo. hoc enim oportet perfectum eſſe in ſe, ex quo additionem non recipit. nec poteſt eſſe commune, quia omne commune ſaluatur in proprio. vbi ſibi ſit additio, aut ita quòd non ſit de ratione eius, quòd fiat ſibi additio, neque quòd non fiat, & hoc modo ens commune eſt ſine additione. In intellectu enim entis, non includitur iſta conditio ſine additione, aliàs nunquam poſſet ſibi fieri additio, quia eſſet contra rationem eius, & ideo commune eſt, quia in ſui ratione non dicit aliquam additionem, ſed poteſt ſibi fieri additio, vt determinetur ad proprium. Sicut etiam animal commune dicitur eſſe ſine ratione, quia de intellectu eius non eſt habere rationem, neque non habere. aſinus autem dicitur ſine ratione eſſe, quia in intellectu eius includitur negatio rationis, & per hoc determinatur, ſecundum differentiam propriam, ita etiam diuinum eſſe eſt determinatum in ſe, & ab omnibus aliis diuiſum, per hoc quòd ſibi nulla additio fieri poteſt. vnde patet, quòd negationes dictæ de Deo, non deſignant in ipſo aliquam compoſitionem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in rebus creatis res determinatur, vt ſit aliquid tripliciter, aut per additionem alicuis differentiæ, quæ potentialiter in genere erat, aut ex eo, quòd natura communis recipitur in aliquo, & fit hoc aliquid, aut ex eo,

A quòd alicui additur accidens, per quod dicitur eſſe, vel ſciens, vel albus. nullus iſtorum modorum poteſt eſſe in Deo, quia ipſe, non eſt commune aliquid, cum de intellectu ſuo ſit, quòd non addatur ſibi aliquid, nec etiam eius natura eſt recepta in aliquo, cum ſit actus purus, nec etiam recipit aliquid extra eſſentiam ſuam, eo ꝙ eſſentia ſua continet omnem perfectionẽ: remanet autẽ, quòd ſit aliquid determinatum per conditionem negandi ab ipſo omnem additionem vel conditionẽ, & per hoc, remouetẽ ab eo oẽ illud, quod poſſibile eſt additionem recipere. vnde per ſuum eſſe abſolutum, non tantum eſt, ſed aliquid eſt. nec differt in eo quo eſt, d & aliquid eſſe, D.1081. niſi per modum ſignificandi, vel ratione, vt ſupra dictum eſt de attributis. dictum autem Boetij Diſtin. 2.q. vnica art. 2. intelligitur de participãtibus eſſe, & non de eo qui eſſentialiter eſt ſuum eſſe. ex quo patet, quòd attributa nullam compoſitionem in ipſo †ca.1.to.3. faciunt. ſapientia. n. ſecundum ſuam rationem, non facit compoſitionem, ſed ſecundum ſuum eſſe: prout in ſubiecto realiter differens eſt ab ipſo, qualiter in Deo non eſt vt dictum eſt. In hac diſt. q.1. ar.1.

vel ſapientem eſſe, vel iuſtum eſſe: & ſi quid de illa ſimplici multiplicitate, vel multiplici ſimplicitate dixeris, quo ſubſtantia eius ſignificetur: humano autem animo non eſt hoc eſſe, quod eſt fortem eſſe, aut prudentem, aut iuſtum. poteſt B enim eſſe animus, & nullam iſtarum habere virtutum.

*b. Tanta eſt Dei ſimplicitas, quòd nulli prædicamentorum ſubijcitur.*

QVod autem in diuina natura nulla ſit accidentium diuerſitas, nullaque penitus mutabilitas, ſed perfecta ſimplicitas, oſtendit Auguſt. † in 5. lib. de Trin. di C cens. Intelligamus Deum quantum poſſumus ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum,

¶ Ad tertium dicendum, quòd huiuſmodi relationes, quæ dicuntur de Deo ex tempore, non ponunt aliquid in ipſo realiter, ſed tantum in creatura. contingit enim vt dicit philoſoph⁹. Tex. 20. 5. metaphy. aliquid dici relatiue, non quòd ipſum referatur, ſed quia aliquid refertur ad ipſum, ſicut eſt in omnibus: quorum vnum dependet ab altero, & non econtrario. ſicut ſcibile non eſt relatiuum, niſi quia ſcientia refertur ad ipſum. ſcibile enim non dependet a ſcientia, ſed econuerſo. Sed quia intellectus noſter, non poteſt accipere relationem in vno extremorum, quin intelligatur in illo, ad quod refertur: ideo ponit relationem quandam circa ipſum ſcibile, & ſignificat ipſum relatiue. vnde illa relatio, quæ ſignificatur in ſcibili, non eſt realiter in ipſo, ſed ſecundum rationem tantum. in ſcientia autem realiter, ita etiam relatio importata per hoc nomen Deus, vel creator, cum de Deo dicatur, non ponit aliquid in Deo, niſi ſecundum intellectum, ſed tantum in creatura: ex quo patet, quòd diuerſitas relationum ipſius Dei, ad creaturas, non ponit compoſitionem in ipſo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt proprietas perſonalis comparata ad eſſentiam, non differt re ab ipſa. & Diſtin. 2.q. vnica ar. 5. ideo non facit compoſitionem cum ea, ſed comparata ad ſuũ correlatiuum, facit diſtinctionem realem, ſed ex illa parte non eſt aliqua vnio. & ideo nec compoſitio. vnde relinquitur ibi E tres eſſe res, & tamen nullam compoſitionem: ex hoc patet nomina perſonalia. nullam in Deo compoſitionem ſignificare.

### Articvlvs II.

b *Vtrum Deus, ſit in prædicamento ſubſtantiæ.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ſit in prædicamento ſubſtantiæ. Omne enim quod eſt, 1.q.3. ar.v. vel eſt ſubſtantia, vel accidens: ſed Deus non eſt accidens. ergo eſt ſubſtantia. cum igitur ſubſtantia prædicetur de ipſo, ſicut prædicatum ſubſtantiale, & non conuerſim, quia non omnis ſubſtantia eſt Deus, videtur, quòd de ipſo prædicetur ſicut genus, & ita Deus eſt in genere ſubſtantię.

¶ 2 Præt. Subſtantia eſt, quod non eſt in ſubiecto, ſed eſt ens per ſe, cum igitur Deo hoc maxime conueniat, videtur, quòd ipſe ſit in genere ſubſtantiæ.

¶ 4 Præt. Secundum phyloſophum 10. metaphyſ. vnumquod- Tex. 7.
que

ibidem. que menſuratur minimo ſui generis, & dicit ibi Commen. ꝙ F illud ad quod menſurantur omnes ſubſtantiæ eſt primus motor, qui ſecundum ipſum eſt Deus. ergo Deus eſt in genere ſubſtantiæ.

CONTRA. Quicquid eſt in genere ſubſtantiæ, aut eſt ſicut generaliſſimum, aut eſt ſicut contentum ſub ipſo: ſed Deus non eſt in genere ſubſtantiæ ſicut generaliſſimum, q̃a prædicaretur de omnibus ſubſtãtiis: nec etiam ſicut contentum ſubſtantiæ, quia adderet aliquid, ſcilicet genus, & ita nõ eſſet diuina eſſentia ſimpliciſſima. ergo Deus non eſt in genere ſubſtantiæ.

ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia continentem, ſine loco vbique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine vlla ſui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Quiſquis Deum ita cogitat, & ſi nondum poteſt inuenire omnino quid ſit: pie tamen caueat quantum poteſt, aliquid de illo ſentire, quod non ſit. Ecce, ſi ſubtiliter in- G tendas, ex his, atque prædictis aperitur illa prædicamenta artis dialecticæ Dei naturę minime conuenire, quæ nullis ſubiecta eſt accidentibus.

¶ Præt. Quicquid eſt in genere habet eſſe ſuum determinatum ad illud genus, ſed eſſe diuinum nullo modo terminatum eſt ad aliquod genus: quinimmo comprehendit in ſe nobilitates omnium generum, vt dicit philoſophus, & Commen. in 5. metaph. (Tex. 21.) ergo Deus, non eſt in genere ſubſtantiæ. Quod ſimpliciter concedendum eſt. huius autem ratio quadruplex aſſignatur. Prima ponitur in litera ex parte nominis ſumpta. nomen ſubſtantiæ imponitur a ſubſtando: Deus autem nulli ſubſtat. Secunda ſumitur ex ratione eius, quod eſt in genere. Omne enim huiuſmodi addit aliquid ſupra genus, & ideo illud, quod eſt ſumme ſimplex, non poteſt eſſe in genere. Tertia ratio ſubtilior eſt Auicen. (Tract. 5. Meta. c. 4. Et tr. 9. c. 1.) Omne, quod eſt in genere habet quidditatem differentem ab eſſe, ſicut homo. humanitati enim ex hoc, quòd eſt humanitas non debetur eſſe in actu: poteſt enim cogitari humanitas, & tamen ignorari an aliquis homo ſit. Et ratio huius eſt, quia H commune, quod prædicatur de his, quæ ſunt in genere prædicat quidditatem, cum genus, & ſpecies prædicentur in eo, quod quid. illi autem quidditati, non debetur eſſe niſi per hoc, quòd (D. 675.) ſuſcepta eſt in hoc vel in illo. Et ideo quidditas[d] generis, vel ſpeciei, non communicatur ſecundum vnum eſſe omnibus: ſed ſolum ſecundum vnam rationẽ communem. vnde conſtat, quòd eſſe ſuum, non eſt quidditas ſua: in Deo autem eſſe ſuum eſt, quidditas ſua: aliter etiam accideret quidditati, & ita eſſet acquiſitum ſibi ab alio, & non haberet eſſe per eſſentiam ſuam. & ideo Deus, non poteſt eſſe in aliquo genere. Quarta cauſa eſt (D. 464.) ex[d] perfectione diuini eſſe, quæ colligit omnes nobilitates omnium generum. vnde ad nullum genus[d] determinatur vt obiectum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus ſimpliciter I non eſt accidens, nec tamen omnino proprie poteſt dici ſubſtantia, tum quia nomen ſubſtantiæ dicitur a ſubſtando, tum quia ſubſtantia quidditatem nominat, quæ eſt aliud ab eſſe eius. vnde illa eſt diuiſio entis creati. Si tamen non fieret in hoc vis. largo modo poteſt dici ſubſtantia, quæ tamen intelligitur ſupra omnem ſubſtantiam creatam, quantum ad id, quod eſt perfectionis in ſubſtantia, *vt non eſſe in alio*, & huiuſmodi. & tunc eſt idem in prædicato, & in ſubiecto, ſicut in omnibus, quæ de Deo prædicantur: & ideo non ſequitur, quòd omne, quod eſt ſubſtantia ſit Deus, quia nihil aliud ab ipſo recipit prædicationem ſubſtantiæ ſic acceptæ, ſecundum quòd dicitur de ipſo, & ita propter diuerſum modum prædicandi, (D. 110.) non dicitur ſubſtantia de Deo, & creaturis vniuoce,[d] ſed analogice. Et hæc poteſt eſſe alia ratio, quare Deus non eſt in aliquo genere, quia ſcilicet nihil de ipſo, & de aliis vniuoce prędicatur. K

(Tract. 2. Meta. c. 1. & tract. 3. cap. 8.) ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iſta diffinitio ſecundum Aui. non poteſt eſſe ſubſtantiæ. ſubſtantia eſt, quæ non eſt in ſubiecto. Ens enim non eſt genus. hæc autem negatio, non in ſubiecto nihil ponit: vnde hoc quod dico ens non eſt in ſubiecto, non dicit aliquod genus, quia in quolibet genere oportet ſignificare quidditatem aliquam, vt dictum eſt, (In corp. ar.) de cuius intellectu, non eſt eſſe, ens autem non dicit quidditatem, ſed ſolum actum eſſendi, cum ſit principium ipſum: & ideo non ſequitur eſt non in ſubiecto. ergo eſt in genere ſubſtantiæ. Sed hoc Deo (In corp. ar.) non conuenit, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd menſura proprie dicitur, in quantitatibus. dicitur enim menſura illud, per quod innoteſcit quantitas rei, & hoc eſt minimum in genere quantitatis, vel ſimpliciter vt in numeris, quę menſurantur vnitate, quæ eſt minimum ſimpliciter, aut minimum ſecundum poſitionẽ noſtram, ſicut in continuis, in quibus non eſt minimum ſimpliciter. vnde ponimus palmam loco minimi ad menſurandum pannos, vel ſtadium ad menſurandum viam. Exinde tranſumptum eſt nomen menſuræ ad omnia genera, vt illud quod eſt primum in quolibet genere, & ſimpliciſſimum & perfectiſſimum, dicatur menſura omniũ, quæ ſunt in genere illo, eo ꝙ vnumquodq; cognoſcitur habere de veritate generis plus, & minus, ſecũdum q̃d magis accedit ad ipſum vel recedit, vt album in genere colorum, ita etiam in genere ſubſtantiæ, (†ca. 4. to. 3.) illud quod habet eſſe perfectiſſimum, & ſimpliciſſimum dicitur menſura omnium ſubſtantiarum ſicut Deus. vnde[d] non (D. 1174.) oportet, quòd ſit in genere ſubſtantiæ ſicut contentum, ſed ſolũ ſicut principium habens in ſe omnem perfectionem generis: ſicut vnitas in numeris, ſed diuerſimode, quia vnitate non menſurantur, niſi numeri: ſed Deus eſt menſura non tantum ſubſtantialium perfectionum, ſed omnium, quæ ſunt in omnibus generibus, ſicut ſapientiæ virtutis & huiuſmodi: & ideo quàmuis vnitas contineatur in vno genere determinato ſicut principium, non tamen Deus.

c *Quia Deus, non proprie, ſed abuſiue dicitur ſubſtantia.*

VNDE nec proprie dicitur ſubſtantia: vt Auguſtinus †lib. 7. de Tri-

### ARTICVLVS III.

c *Vtrum alia prædicamenta de Deo dicantur.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur etiam, quòd H alia prædicamenta de Deo dicantur. De quocunque enim prædicatur ſpecies, & genus: ſed ſcientia quę eſt ſpecies qualitatis inuenitur in Deo, & magnitudo, quæ eſt ſpecies quantitatis. ergo & quantitas, & qualitas.

¶ 2 Præte. Philoſophus in 4. metaph. dicit: vnum in ſubſtantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate ſimile: ſed in Deo dicitur vere æqualitas & ſimilitudo. ergo oportet de eo dici aliquid per modum qualitatis, & quantitatis. ſicut ſcientiam vel magnitudinem. (Tex. 7.)

¶ 2 Præt. Natura generis proprijſſime reperitur in eo, in quo primo eſt, ſed Deus eſt primum agens. ergo in eo actio præcipue inuenitur.

¶ 4 Pręt. Quanto aliquid eſt debilioris eſſe, tanto magis repugnat ſumme perfectioni: ſed inter omnia alia entia relatio ha- I bet debiliſſimum eſſe, vt dicit Commen. 11. metaph. vnde etiã (Tex. cõ. 19.) fundatur ſuper alia omnia entia, ſicut ſupra quantitate æqualitas, & ſic de aliis: cum igitur in diuinis inueniatur relatio, multo fortius alia prædicamenta.

CONTRA. Auguſt. Omne, quod de Deo dicitur, aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum relationem dicitur, & ita (5. de Trin. c. 8. to. 3.) alia prædicamenta, non erunt in diuinis, hoc etiam habetur ex authoritate Auguſt. in litera.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quicquid inuentum in creaturis de Deo prædicatur: prædicatur eminenter, vt dicit Dionyſi. ſicut etiam eſt in omnibus alijs cauſis & cauſatis. vnde (Dio. 7. de diu. nom.) oportet omnem imperfectionem remoueri ab eo, quod in diuinam prædicationem venit, ſed in vnoquoque 9. prædicamentorum duo inuenio, ſcilicet rationem accidentis, & rationem K propriam illius generis, ſicut quantitatis vel qualitatis. Ratio autem accidentis imperfectionem continet, quia eſſe[d] accidentis eſt in eſſe, & dependere & compoſitionem facere, cum (D. 11.) ſubiecto per conſequens. vnde ſecundum rationem accidentis nihil poteſt de Deo prædicari. Si autem conſideremus propriam rationem cuiuslibet generis, quodlibet aliorum generum pręter ad aliquid, importat imperfectionem. quantitas.n. habet propriam rationem in comparatione ad ſubiectum: eſt enim quantitas menſura ſubſtantiæ, qualitas diſpoſitio ſubſtantiæ, & ſic patet in omnibus aliis. vnde eadem ratione remouentur a diuina prædicatione, ſecundum rationem generis, ſicut remouebantur per rationem accidentis. Si autem conſideremus ſpecies ipſarum, tunc aliqua ſecundum differentias completiuas, important aliquid perfectionis, vt ſcientia, virtus, & huiuſmodi. & ideo iſta prędicantur de Deo, ſecundum propriam rationem ſpeciei, & non ſecundum rationem generis. ad aliqd autem



(D. 1086.) autem etiam ſecundum rationem generis, non importat[d] aliquã dependentiam ad ſubiectum: immo refertur ad aliquid extra, & ideo etiam ſecundum rationem generis in diuinis inuenitur, & propter hoc tantum remanent duo modi prędicandi in diuinis, ſcilicet ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum relationem. non enim ſpeciei[d] contenta in genere debetur aliquis modus prædicandi, ſed ipſi generi. (D. 671.)

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ſicut dictũ eſt. ſcientia non prædicatur de Deo, ſecundum rationem generis: ſed ſecundum propriam differentiam, quæ complet rationem ipſius. vnde[d] non prædicatur vniuoce de Deo, & de alijs: ſed ſecundum prius, & poſterius. (†eod. li. c. 5. in cor. ar.) (D. 474.)

nitate oſtendit dicens. Sicut ab eo, quod eſt eſſe appellatur eſſentia, ita & ab eo, quod eſt ſubſiſtere ſubſtantiam dicimus: ſi tamen dignum eſt, † vt Deus dicatur ſubſiſtere. Hoc enim de his rebus recte intelligitur, in quibus, vt in ſubiectis ſunt ea, quę in aliquo, vt in ſubiecto eſſe dicuntur. ſicut in corpore color, atque forma. Corpus enim ſubſiſtit, & ideo ſubſtantia eſt. E, Res vero mutabiles a neque ſimplices proprie di-

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in diuinis, quædam dicuntur habere modum quantitatis vel qualitatis, non quia ſecundum talem modum prædicentur de Deo, ſed ſecundum modum, quo inueniuntur in creaturis, prout nomina a nobis impoſita ſunt, modum habent qualitatis, & quantitatis, ſicut etiam Damaſc. (Lib. 1. fidei ortho. c. 12.) dicit, quòd quędam dicuntur de Deo, ſicut aſſequentia ſubſtantiam, cum tamen prout in ipſo eſt nihil ſit aſſequens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actio, ſecundum quod eſt prædicamentum dicit aliquid fluens ab agente, & cum motu, ſed in Deo, non eſt aliquid medium ſecundum rem inter ipſum, & opus ſuum, & ideo non dicitur agens actione, quæ eſt prędicamentum, ſed actio ſua eſt ſubſtantia. de hoc tamen plenius dicetur in principio ſecundi.

(Diſtin. 1. q. vnica. ar. 2.) ¶ Ad quartum dicendum, quòd debilitas eſſe relationis conſideratur ſecundum inhærentiam ſui ad ſubiectum: quia non ponit aliquid abſolutum in ſubiecto, ſed tantum per reſpectum, ad aliud. vnde ex hoc habet magis, quòd veniat in diuinam prędicationem: quia quanto minus addit tanto minus repugnat ſimplicitati.

## *QVAESTIO V.*

E

Deinde quæritur de ſimplicitate ex parte creaturæ.

Et circa hoc tria quęruntur.

Primo. Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex.
Secũdo. Vtrum anima ſit ſimplex, quia hoc habet ſpecialem difficultatem.
Tertio. Vtrum ſit tota in qualibet parte corporis.

### ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd aliqua creatura ſimplex ſit. Forma enim eſt compoſitioni contingens ſimplici & inuariabili eſſentia cõſiſtens: ſed forma eſt creatura. ergo &c.

¶ 2 Præter. Reſolutio intellectus, non ſtat quouſque inuenit compoſitionem ſiue ſint ſeparabilia ſecundum rem ſiue non. multa enim ſeparantur intellectu, quæ non ſeparantur actu, (cap. 2.) ſecundum Boet. lib. de Hebdo. illud ergo in quo vltima ſtat reſolutio intellectus eſt omnino ſimplex: ſed ens commune eſt huiuſmodi. ergo &c.

¶ 3. Præter. Si omnis creatura eſt compoſita, conſtat, quòd non eſt compoſita, niſi ex creaturis. ergo & componentia ſua erunt compoſita. igitur vniuerſaliter in infinitum, quod natura & intellectus non patitur, vel erit deuenire ad prima componentia ſimplicia, quæ tamen creaturæ ſunt. ergo &c. Si dicatur, quòd illa componentia, non poſſunt eſſe ſimplicia, quia habent habitudinem concretam, quòd ſint ab alio. Contra. Illud quod eſt extrinſecum rei, non facit compoſitionem, cum re ipſa. Sed agens eſt extrinſecum a re. ergo per hoc quòd res eſt ab aliquo agente, nõ inducitur in ipſa aliqua compoſitio.

(1. de tri. c. 3) CONTRA. Boet. In omni eo, quod eſt citra primum, differt, & quod eſt, & quo eſt, ſed omnis creatura eſt citra primũ. ergo eſt compoſita ex eſſe, & quod eſt.

¶ Præt. Omnis creatura habet eſſe finitum, ſed eſſe non receptum in aliquo, non eſt finitum: immo abſolutum. ergo omnis creatura habet eſſe receptum in aliquo, & ita oportet quòd A habeat duo ad minus, ſcilicet eſſe, & id quod eſſe recipit.

RESPONDEO. Dicendum, quòd omne quod procedit a Deo, in diuerſitate eſſentiæ deficit a ſimplicitate eius: ex hoc autem quòd deficit a ſimplicitate, non oportet, quòd incidat in compoſitionem. ſicut ex hoc, quòd deficit a ſumma bonitate, non oportet, quòd incidat in ipſam aliqua malitia. Dico ergo quòd creatura eſt duplex, quædam enim eſt, quæ habet eſſe cõpletum in ſe, ſicut homo & huiuſmodi. & talis creatura ita deficit a ſimplicitate diuina, ꝙ B incidit in compoſitionem. cum enim in ſolo Deo eſſe ſuum ſit ſua quidditas, oportet quòd in qualibet creatura, vel in corporali, vel in ſpirituali inueniatur quidditas, vel natura ſua. & eſſe ſuum, quod eſt ſibi acquiſitum a Deo, cuius eſſentia eſt ſuum eſſe, & ita componitur ex eſſe, vel quo eſt, & quod eſt. Eſt etiam quædam creatura, quæ non habet eſſe in ſe, ſed tantum in alio, ſicut materia prima, ſicut forma quælibet, ſicut vniuerſale. non enim eſt eſſe alicuius, niſi particularis ſubſiſtentis in natura, & talis creatura, non deficit a ſimplicitate, ita quòd ſit compoſita. Si enim dicatur, quòd componitur ex ipſa ſua natura, & habitudinibus quibus refertur ad Deum, vel ad illud cum quo componitur; item quæritur de illis habitudinibus, vtrum ſint res vel non, & ſi non ſunt res, non faciunt compoſitionem: ſi autem ſunt res, ipſæ non referuntur habitudinibus aliis, ſed ſeipſis, quia illud quod per ſe eſt relatio, non refertur per aliam relationem. vnde oportebit deuenire ad aliquid, quod non eſt compoſitum, ſed tamen deficit a ſimplicitate primi. & defectus iſte perpenditur ex duobus, vel quia eſt diuiſibile in potentia, C vel per accidens, ſicut materia prima, & forma, & vniuerſale. vel quia eſt componibile alteri, quòd diuina ſimplicitas, non patitur. Et per hoc patet ſolutio ad ea quę obiecta ſunt, primę enim rationes procedebant de illis creaturis, quæ non habent eſſe completum, quæ non componuntur ex alijs ſicut ex partibus, & aliæ duę procedebant de creaturis, quę habent eſſe completum.

### ARTICVLVS II.

b *Vtrum anima ſit ſimplex.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd anima ſit ſimplex. Sicut enim dicit Phyloſophus ſecundo de anima. (1. q. 75. ar. 1 Et 2. cõt. q. c. 49. c. 65. Tex. 2.) Anima enim eſt forma corporis, ſed ibidem dicit, quòd forma, neque eſt materia, neque compoſitum. ergo anima non D eſt compoſia.

¶ 2 Pręr. Omne quod eſt compoſitum habet eſſe ex ſuis componentibus. Si igitur anima ſit compoſita, tunc ipſa in ſe habet aliquod eſſe, & illud eſſe nunquam remouetur ab ea, ſed ex coniunctione animæ ad corpus relinquitur eſſe hominis. ergo eſſe hominis eſt eſſe duplex, ſcilicet eſſe animæ, & eſſe coniuncti, quod non poteſt eſſe, cum vnius rei ſit vnicum eſſe.

¶ 3 Præt. Omnis compoſitio, quæ aduenit rei poſt ſuum eſſe completum eſt ſibi accidentalis. Si igitur anima eſt compoſita ex ſuis principiis habens in ſe eſſe perfectum, compoſitio ipſius ad corpus erit ſibi accidentalis. Sed compoſitio accidentalis terminatur ad vnum per accidens. ergo ex anima & corpore non efficitur, niſi vnum per accidens, & ita homo non eſt ens per ſe: ſed per accidens.

CONTRA. Boet. Nulla forma ſimplex poteſt eſſe ſubiectum, ſed anima eſt ſubiectum, & potentiarum, & habituum & (1. de tri. c. 3.) ſpecierum intelligibilium. ergo non eſt forma ſimplex.

E ¶ Præt. Forma ſimplex, non habet eſſe per ſe, vt dictum eſt, ſed (Ar. præced. in cor.) illud, quod non habet eſſe niſi per hoc, quòd eſt in altero, non poteſt remanere poſt illud, nec etiam poteſt eſſe motor, quàmuis poſſit eſſe principium motus, quia mouens eſt ens perfectũ in ſe. vnde forma ignis, non eſt motor, vt dicitur. 8. phyſicorum. (Text. 40.) Anima autem manet poſt corpus, & eſt motor corporis. ergo non eſt forma ſimplex.

¶ Præt. Nulla forma ſimplex habet in ſe, vnde indiuiduetur. cum omnis forma ſit de ſe communis. ſi igitur anima eſt forma ſimplex, non habebit in ſe vnde indiuiduetur: ſed tantum indiuiduabitur per corpus. remoto autem eo, quod eſt cauſa indiuiduationis tollitur indiuiduatio. ergo remoto corpore, non remanebunt animæ diuerſę, ſecundum indiuidua, & ita non remanebit, niſi vna anima, quæ erit ipſa natura animæ.

RESPONDEO, Dicendum, quòd hęc eſt duplex opinio. quidam

F quidam enim dicunt, quòd anima eſt compoſita ex materia, & forma, quorum etiam ſunt quidam dicentes eandem eſſe materiam animæ, & aliorum corporalium, & ſpiritualium. Sed hoc non videtur eſſe verum, quia nulla forma efficitur intelligibilis, niſi per hoc, quòd ſeparatur a materia, & ab appendentiis materiæ. hoc autem non eſt, inquantum eſt materia corporalis perfecta corporeitate, cũ ipſa forma corporeitatis fit intelligibilis per ſeparationem a materia. vnde illæ ſubſtantiæ, quæ ſunt intelligibiles per naturam non videntur eſſe materiales. alias ſpecies rerum in ipſis, nõ eſſent ſecundum eſſe intelligibile. vnde Auicen. dicit, quòd aliquid dicitur eſſe intellectiuum, quia eſt immune a materia. Et propterea materia prima prout conſideratur nuda ab omni forma, non habet aliquam diuerſitatem, nec efficitur diuerſa per aliqua accidentia ante aduentum formæ ſubſtantialis, cum eſſe accidentale, non pręcedat ſubſtantiale: vni autem perfectibili debetur vna perfectio. ergo oportet, quòd prima forma ſubſtantialis perficiat totam materiam, ſed prima forma, quæ recipitur in materia eſt corporeitas a qua nunquam denudatur: vt dicit Commen. in 1. phyſic. ergo forma corporeitatis eſt in tota materia; & ita materia non erit niſi in corporibus. Si enim diceres, quòd quidditas ſubſtãtiæ eſſet prima forma recepta in materia. adhuc redibit in idem, quia ex quidditate ſubſtantiæ materia non habet diuiſionem, ſed ex corporeitate, quam conſequuntur dimenſiones quantitatis in actu, & poſtea per diuiſionem materiæ, ſecundum quod diſponitur diuerſis ſitibus acquiruntur in ipſa diuerſæ formæ. ordo enim notabilitatis in corporibus videtur eſſe ſecundum ordinem ſitus ipſorum. ſicut ignis eſt ſuper aerem. & ideo non videtur, quòd anima habeat materiam: niſi materia æquiuoce ſumatur. Alij dicunt, quòd anima eſt compoſita ex quo eſt, & quod eſt. differt autem quod eſt a materia, quia quod eſt, dicit ipſum ſuppoſitum habens eſſe, materia autem non habet eſſe, ſed compoſitum ex materia, & forma. vnde materia non eſt, quod eſt, ſed compoſitum. vnde in omnibus illis in quibus eſt compoſitio ex materia, & forma, eſt etiam compoſitio ex quo eſt, & quod eſt. in compoſitis autem ex materia & forma, quo eſt poteſt dici tripliciter. Poteſt enim dici quo eſt, ipſa forma partis, quæ dat eſſe materiæ. poteſt etiam dici, quo eſt, ipſe actus eſſendi, ſcilicet eſſe. ſicut quo curritur eſt actus currendi. poteſt etiam dici quo eſt, ipſa natura, quæ relinquitur ex coniunctione formæ, cum materia, vt humanitas, præcipue ſecundum ponentes, quòd forma quæ eſt totum, quæ dicitur quidditas non eſt forma partis, de quibus eſt Auicen. cum autem de ratione quidditatis, vel eſſentiæ, non ſit quòd ſit compoſita vel compoſitum: conſequens poterit inueniri, & intelligi aliqua quidditas ſimplex, non conſequens compoſitionem formæ, & materiæ. Si autem inueniamus aliquam quidditatem, quæ non ſit compoſita ex materia & forma, illa quidditas aut eſt eſſe ſuum, aut non. ſi illa quidditas ſit eſſe ſuũ. ſic erit eſſentia [d] ipſius Dei, quæ eſt ſuum eſſe, & erit omnino ſimplex. Si vero non ſit ipſum eſſe, oportet, quòd habeat eſſe acquiſitum ab alio. ſicut eſt omnis quidditas creata, & quia hæc quidditas poſita eſt non ſubſiſtere in materia non acquireretur ſibi eſſe in altero. ſicut quidditatibus compoſitis: immo acquiretur ſibi eſſe in ſe, & ita ipſa quidditas erit hoc quod eſt, & ipſum eſſe ſuum erit quo eſt, & quia omne quod non habet aliquid a ſe eſt poſſibile reſpectu illius. huiuſmodi quidditas cum habeat eſſe ab alio, erit poſſibilis reſpectu illius eſſe, & reſpectu eius a quo eſſe habet, in quo nulla cadit potentia, & ita in tali quidditate inuenietur potentia, & actus, ſecundum quod ipſa quidditas eſt poſſibilis, & eſſe ſuum eſt actus eius. Et hoc modo intelligo, in angelis compoſitionem potentiæ & actus, & de quo eſt, & quod eſt: & ſimiliter in anima. vnde angelus vel anima poteſt dici quidditas, vel natura vel forma ſimplex: inquantum eorum quidditas, non componitur ex diuerſis: tamen aduenit ſibi compoſitio horum duorum, ſcilicet quidditatis, & eſſe.

tract. 3. c. 8. — Tex. cõ. 63. — tract. 5. c. 3. — D. 1081. — D. 169.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima non eſt compoſita ex aliquibus, quæ ſint partes quidditatis ipſius. ſicut nec quælibet alia forma, ſed quia anima eſt forma abſoluta, non dependens a materia, quod conuenit ſibi propter [d] aſſimilationem, & propinquitatem ad Deum, ipſa habet eſſe per ſe, quod non habent aliæ formæ corporales. vnde in anima inuenitur compoſitio eſſe, & quod eſt, & non in aliis formis, quia ipſum eſſe non eſt formarum corporalium abſolute. ſicut eorum qui ſunt, ſed compoſiti.

cuntur ſubſtantiæ. Deus autem ſi ſubſiſtit vt ſubſtantia, proprie dici poſſit, ineſt in eo aliquid tanquam in ſubiecto, & non eſt ſimplex. Nephas autem eſt dicere, vt ſubſiſtat Deus, & ſubſiſtit bonitati ſuæ: & illa bonitas, non ſubſtantia ſit vel potius eſſentia: neque ipſe Deus ſit bonitas ſua: ſed in illo ſit tanquam in ſubiecto. Vnde manifeſtum eſt, Deum abuſiue ſubſtantiã vocari: vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia: quod vere ac proprie dicitur, ita vt fortaſſe ſolum Deum dici opor-

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima ſine dubio habet in ſe eſſe perfectum, quàmuis hoc eſſe non reſultet ex partibus componentibus quidditatem ipſius, nec per coniunctionem corporis efficitur ibi aliquod aliud eſſe, immo hoc ipſum eſſe, quod eſt animæ per ſe: fit eſſe coniuncti, eſſe enim coniuncti, non eſt niſi eſſe ipſius formæ, ſed verũ eſt, quòd aliæ formæ materiales, propter earum imperfectionem, non ſunt per G illud eſſe, ſed ſunt tantum principia eſſendi. Et per hoc etiam patet ſolutio ad tertium, quia compoſitio, quæ aduenit animæ poſt eſſe completum, ſecundum modum intelligendi, non facit aliud eſſe, quia ſine dubio illud eſſe eſſet accidentale. & ideo non ſequitur, quòd homo ſit ens per accidens.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſi Boet. loquitur de ſubiecto reſpectu quorumcunque accidentium, dictum eſt verum de forma, quę eſt ita ſimplex, quòd etiam eſt ſuum eſſe ſicut eſt Deus, & talis ſimplicitas, nec in anima, nec in angelo eſt. Si autem loquitur de ſubiecto reſpectu accidentium: quę habent eſſe firmum in natura, & quæ ſunt accidentia indiuidui, tunc eſt verum dictum ſuum etiam de forma ſimplici: cuius quidditas, non componitur ex partibus. Sunt enim quædam accidentia, quę non habent eſſe vere, ſed tantum ſunt intentiones rerum naturalium. & huiuſmodi ſunt ſpecies rerum, quæ ſunt in anima. H Item accidentium habentium eſſe naturæ, quoniam conſequuntur naturam indiuidui, ſcilicet materiam per quam natura indiuiduatur, ſicut album, & nigrum in homine. vnde etiam non conſequuntur totam ſpeciem, & talibus accidentibus non poteſt ſubijci anima. Quædam autem habent eſſe naturæ, ſed conſequuntur ex principiis ſpeciei. ſicut ſunt proprietates conſequentes ſpeciem, & talibus accidentibus poteſt forma ſimplex ſubijci, quæ tamen non eſt ſuum eſſe ratione poſſibilitatis, quę eſt in quidditate eius: vt dictum eſt. & talia accidentia ſunt potentiæ animæ. ſic enim & punctus & vnitas habent ſuas proprietates.

Vbi ſup. — in corp. art.

¶ Ad quintum dicendum, quòd omnis forma eſt aliqua ſimilitudo primi principij, qui eſt actus purus. vnde quanto forma magis accedit ad [d] ſimilitudinem ipſius, plures participat de perfectionibus eius: inter formas autem corporum magis appropinquat ad ſimilitudinem Dei, anima rationalis, & ideo participat de nobilitatibus Dei, ſcilicet quòd intelligit, & quòd poteſt mo- I uere, & quòd habet eſſe per ſe, & anima ſenſibilis minus & vegetabilis adhuc minus. & ſic deinceps. Dico igitur, quòd animæ non conuenit mouere vel habere eſſe abſolutum inquantũ eſt forma, ſed inquantum eſt ſimilitudo Dei.

D. 172.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſecundum pręd icata in anima, non eſt aliquid quo ipſa indiuiduetur. & hoc intellexerunt, qui negauerunt eam eſſe hoc aliquid, & non quòd non habeat per ſe abſolutum eſſe. Et dico, quòd non indiuiduatur niſi ex corpore. vnde impoſſibilis eſt error ponentium animas prius creatas, & poſtea incorporatas, quia non efficiuntur plures niſi ſecundum quod infunduntur pluribus corporibus. Sed quàmuis indiuiduatio animarum dependeat a corpore, quãtum ad ſui principium, non tamen quantum ad ſui finem: ita ſcilicet, quòd ceſſantibus corporibus, ceſſet indiuiduatio animarum. Cuius ratio eſt, quòd cum omnis perfectio infundatur materiæ ſe- K cundum capacitatem ſuam: natura animæ ita infundetur diuerſis corporibus, non ſecundum eandem nobilitatem & puritatem. vnde in vnoquoque corpore habebit eſſe terminatum ſecundum menſuram corporis. hoc autem eſſe terminatum quãuis acquiratur animæ in corpore, nõ tamen ex corpore, nec per dependentiam ad corpus. vnde remotis corporibus adhuc remanebit vnicuique animę [d] eſſe ſuum terminatum ſecũdum affectiones vel diſpoſitiones quæ conſecutæ ſunt ipſam prout fuit perfectio talis corporis, & hæc eſt ſolutio Auic. & poteſt manifeſtari per exemplum ſenſibile. Si. n. aliquid vnum non retinens figuram diſtingnatur per diuerſa vaſa; ſicut aqua qñ vaſa remouebuntur non remanebunt proprie figure diſtinctę: ſed remanebit vna tantum aqua: ita eſt de formis materialibus, quæ non retinent eſſe per ſe. Si autem ſit aliquid retinens figuram quod diſtinguatur ſecundum diuerſas figuras per diuerſa inſtrumenta, etiam remotis illis remanebit diſtinctio figurarũ, vt patet in cera: & ita eſt de anima quæ retinet eſſe ſuũ poſt corporis deſtructionem, qđ & manet in ipſa eſſe indiuiduatũ & diſtinctũ.

D. 65. Et 175. De anima p. 1. c. 3.

tius eſſentia: neque ipſe Deus ſit bonitas ſua: ſed in illo ſit tanquam in ſubiecto. Vnde manifeſtum eſt, Deum abuſiue ſubſtantiã vocari: vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia: quod vere ac proprie dicitur, ita vt fortaſſe ſolum Deum dici opor-





ARTICVLVS III.

*Vtrum anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd anima non ſit tota in qualibet parte corporis. Cũ enim anima ſit forma ſimplex, totalitas eius attenditur, ſecundum potentias: ſed non in qualibet parte corporis, ſunt oẽs eius potentiæ. ergo non eſt tota, in qualibet parte corporis.

1. q. 76. 8. quodl. 10. 5 2. 6. g. c. 72.

¶ 2 Præte. Animal eſt, quod eſt compoſitum ex anima, & corpore: ſi igitur anima eſſet in qualibet parte corporis tota, quælibet pars corporis eſſet animal, ſicut q̃libet pars ignis eſt ignis. ergo &c.

¶ 3 Præt. Conſtat quòd anima influit vitam corpori: ſi igitur anima eſſet tota in qualibet parte corporis, quælibet pars corporis immediate acciperet vitam ab anima, & ita vita vnius partis, non dependeret ab alia; qđ videtur falſum, quia vita totius corporis dependet ex corde. ergo &c.

¶ 4 Præte. Corpus habet diuerſas partes diſtinctas: ſi igitur aĩa eſſet in qualibet parte corporis tota: tota eſſet in pluribꝰ locis ſimul. hoc autem non videtur conuenire niſi Deo. ergo &c.

teat eſſentiam. Eſt enim vere ſolus: quia incommutabilis eſt,

*Quòd non eſt in Deo, aliquid quod non ſit Deus.*

HVIVS autem eſſentiæ ſimplicitas, ac ſinceritas tanta eſt, quòd non B eſt in ea aliquid, quod non ſit ipſa: ſed idẽ eſt habens, & quod habetur. Vnde Hilarius † in 7. lib. de Trini. ait. Non ex compoſitis (inquit) Deus, qui vita eſt ſubſiſtit: neque qui virtus eſt ex infirmis continetur, nec qui lux eſt, ex obſcuris coaptatur, nec qui ſpiritus eſt, ex diſparibus formis eſt. totum quod in eo eſt, vnum eſt. Item † Hilarius in 8. lib. de Trinit. Non humano modo Deus ex compoſitis eſt, C vt in eo aliud ſit, quod ab eo habetur, aliud ſit ipſe, qui habeat, ſed totum vita eſt natura, ſcilicet perfecta, & infinita, & non ex diſparibus conſtituta, ſed viuens ipſa per totum. De hoc eodem Boet. † in lib. de Trinit. ait. Quocirca, hoc vere eſt vnũ, in quo nullus numerus: nullum in eo aliud præter id quod eſt. neque enim ſubiectum fieri poteſt. Auguſt. † quoque in lib. de fide ad Petrum dicit. In Dei D ſubſtantia, nõ eſt aliquid, quod non ſit ſubſtantia, quaſi aliud ſit ibi ſubſtantia: aliud quod accidit ſubſtantię, ſed quicquid ibi intelligi poteſt, ſubſtantia eſt. Verum † hæc dici poſſunt, & facile credi; videri autem niſi puro corde omnino non poſſunt. Item Auguſtinus † in 15. lib. de Trinita. Sic habetur in natura vniuſcuiuſque trium, vt qui habet hoc, ſit quod habet; ſicut immutabilis, ſimplexq; ſubſtantia. Vnde Iſidorus † ait. Deus ſimplex dicitur, ſiue non amittendo quod habet, ſiue quod aliud non eſt ipſe, & aliud quod in ipſo eſt. & cum tantæ ſimplicitatis, atque ſinceritatis ſit natura diuina, eſt tamen in ea perſonarum trinitas. Vnde † Auguſtinus in xj. libr. de Ciuitate Dei ait. Non propter hoc naturam ſummi boni ſimplicem dicimus, quia pater eſt in ea ſolus, aut filius in ea ſolus, aut ſpirituſſanctus ſolus, ideſt, quia eſt ſola iſta nominum trinitas ſiue ſubſiſtentia perſonarum, ſicut Sabelliani putauerunt: ſed ideo ſimplex dicitur, quia eſt hoc quod habet: excepto quòd relatiue, quęque perſona ad alteram dicitur, nec eſt ipſa. Nam vtique pater habet filium, ad quem relatiue dicitur, nec tamen ipſe eſt filius, & filius ha-

† parũ poſt medium. — † poſt med. — † Cap. 3. — † De fide, & ſymbo. c. 9. to. 3. — † ca. 17. to. 3 — † 1. de Sum. bono. c. 1. — † ca. 10. to. 5

CONTRA. Forma ſubſtantialis, adeſt cuilibet parti materiæ. non enim perficit tantum totum, ſed ſingulas partes: ſed anima eſt forma ſubſtantialis corporis animati. ergo eſt in qualibet parte eius tota.

¶ Præt. Videmus, quòd anima æqualiter cito ſentit læſionem in qualibet parte corporis: hoc autem non eſſet, niſi anima adeſſet cuilibet parti. ergo anima eſt tota in qualibet parte corporis.

RESPONDEO. Dicendnm, quòd quidam poſuerunt animam dupliciter poſſe conſiderari. aut ſecundum ſuam eſſentiam, aut ſecundum quod eſt quoddam totum potentiale. Si primo modo, ſic dicebant ipſam non eſſe in toto corpore, ſed in aliqua parte eius, ſcilicet corde, & per cor viuificare totum cor- E pus per ſpiritus vitales procedentes a corde. Si ſecundo modo, ſic anima conſideratur, vt quædam potentia integrata ex omnibus particularibus potentiis, & ſic tota anima eſt in toto corpore, & non tota in qualibet parte corporis: immo ſicut dicit Phyloſophus ſecundo de anima. partes animæ ſe habent ad partes corporis: ſicut tota anima ad corpus totum. vnde ſi pupilla eſſet animal: viſus eſſet anima eius. Huius autem poſitionis cauſa, fuit duplex falſa imaginatio. Vna eſt, quia imaginati ſunt animam eſſe in corpore ſicut in loco, ac ſi tantum eſſet motor, & non forma, ſicut eſt nauta in naui. Alia eſt quia imaginati ſunt ſimplicitatem animæ eſſe ad modum puncti, vt ſit aliquid indiuiſibile habens ſitum indiuiſibilem: & vtrunq; horum ſtultum eſt. Et ideo dicendum cum Aug. quòd anima ſecundum eſſentiam ſuam conſiderata, tota eſt in qualibet [d] parte corporis. Idem dicit Alber. non tamen tota ſi accipiatur ſecundum totalitatem potentiarum: ſic enim eſt, tota in toto animali. & ratio huius eſt, quia nulli ſubſtantiæ ſimplici debetur locus, niſi A ſecundum relationem, quam habet ad corpus. anima autem comparatur ad corpus; vt eius formatio, a qua totum corpus, & quælibet pars eius habet eſſe, ſicut a forma ſubſtantiali, & tamen potentias eius, non omnes partes corporis participant, immo ſunt aliquæ potentiæ, quibus non eſt poſſibile perfici aliquid corporeũ, ſicut potentiæ intellectiuæ. Aliæ autem ſunt, quæ poſſunt eſſe perfectiones corporum; non tamen eas oẽs influit anima in qualibet parte corporis, cũ non quælibet pars corporis ſit eiuſdem armoniæ & cõmiſtionis, & nihil recipitur in aliquo, niſi ſecundũ proportionem recipientis; & ideo non eandem perfectionem recipit ab anima auris, & oculus, cum tamen quælibet pars recipiat eſſe. vnde ſi conſideretur anima prout eſt forma, & eſſentia, eſt in qualibet parte corporis tota. Si autem prout eſt motor ſecundum potentias ſuas, ſic eſt tota in toto, & in diuerſis partibus ſecundum diuerſas potentias.

Tex. 9. — 6. de Trini. cap. 6. to. 3. — D. 170. — Alber. lib. de quatuor coęuis. c. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd cum dicimus totam animam eſſe in qualibet parte corporis, intelligimus per totum, perfectionẽ naturæ ſuæ, & non aliquam totalitatẽ partium. totum enim & perfectum eſt idẽ: vt dicit phyloſophꝰ in tertio phyſic.

Tex. 64.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd perfectibile debet eſſe proportionatum ſuæ perfectioni. anima autem quàmuis ſit forma ſimplex: eſt tamen multiplex in virtute, ſecundum quod ex eius eſſentia oriuntur diuerſæ potentiæ, & ideo oportet corpus proportionatum ſibi, habere partes diſtinctas ad recipiendum diuerſas potentias. vnde etiam anima dicitur eſſe actus corporis organici; & quia non quælibet pars animalis habet talem diſtinctionem, non poteſt dici animal. ſed animę minus nobiles, quæ habent paruam diuerſitatem in potentiis perficiunt etiam corpus, quod eſt quaſi vniforme in toto & partibus. & ideo ad diuiſionem partium efficiuntur diuerſæ animæ actu in partibus. ſicut etiam in animalibus anuloſis, & plantis, non tamen ante diuiſionem in huiuſmodi animalibus, quælibet pars dicitur animal, niſi in potentia. ſicut nullius continui pars eſt, niſi in potentia. vnde nec pars ignis eſt aliquid actu, niſi poſt diuiſionem.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd viuere in animali dicitur duplex. vno modo viuere eſt ipſum eſſe viuentis, ſicut dicit Phyloſophus ſecundo de anima. Viuere viuentibus eſt eſſe, & hoc modo anima immediate facit viuere quamlibet partem corporis, inquantum eſt eius forma. alio modo dicitur viuere pro operatione animæ, quam facit in corde prout eſt motor, & talis eſt vita, quæ defertur per ſpecies vitales, & talem vitam influit primo in cor, & poſtea in omnes alias partes, & inde eſt, quòd læſo corde perit operatio animæ in omnibus partibus corporis. & per conſequens eſſe ipſarum partium, quod conſeruatur per operationem animę.

Tex. 13.

¶ Ad quartum dicendum, quòd anima non eſt in corpore, vel in partibus corporis ſicut in loco, ſed ſicut forma in materia, & ideo non ſequitur, quòd ſit in pluribus locis.

## EXPOSITIO TEXTVS.

Text. 14. ALIVD timor aliud le.} Videtur per hoc non deſignari compoſitio animæ, cum iſta ſecundum Philoſophum libro primo de anima, ſint paſſiones coniuncti.

Et dicendum, quòd amor, & timor, & huiuſmodi oīa dicū tur dupliciter; vel ſecūdum corporalem paſſionē. & ſic ſunt paſſiones coniuncti, nec remanent in anima ſeparata. vel ſecundum quòd conſiſtunt in apprehenſione, & affectione intellectiua: & ſic accidunt ipſi animę, ſecundum ſe, & ſunt in ipſa poſt ſeparationē a corpore. vnde etiā Philoſophus
c.17. & 11. Met. to. 39. ſeptimo ethicorum, & vndecimo meta. ponit delectationē etiam in natura diuina. {Sine indigentia creator.} Hoc

bet patrem, nec tamen ipſe eſt pater. In quo vero ad ſemetipſum dicitur, non ad alterum. hoc eſt quod habet, ſicut ad ſemetipſum dicitur viuus habendo vitam, & eadem vita ipſa eſt. propter hoc vtique natura hæc dicitur ſimplex, quòd non ſit aliud habens, & aliud id quod habet, ſicut in cæteris rebus eſt. Non enim habens liquorem liquor eſt, nec corpus color: nec anima ſapientia eſt. Ecce quanta eſt identitas, quanta eſt vnitas, & immutabilitas, ſimplicitas, puritas diuinæ ſubſtantiæ, iuxta infirmitatis noſtræ valitudinem aſſignauimus.

ideo dicit, quia omnia alia agentia ab ipſo, agunt propter finem alium a ſe, & ideo acquiſitione illius finis indigent: ipſe autem Deus propter ſeipſum omnia facit, vt dicitur Prouerb. 16. Vniuerſa propter ſe &c. & ideo agit ſine indigentia. {Sine habitu omnia conti.} hoc ideo dicit, quia habitus eſt eorum, quæ circa corpus adiacent, in quibus quodammodo ipſum corpus eſt: ſicut in veſtimento, cum autem continere, dicatur alio modo in corporalibus, quàm in ſpiritualibus, quia in corporalibus, quod ineſt continetur ab eo, in quo eſt, ſicut aqua a vaſe, in ſpiritualibus autem, quod ineſt continet illud, in quo eſt, ſicut anima corpus. Deus, qui eſt in rebus ſicut continens ipſas, non dicitur in eis eſſe, ſicut habens habitum in habitu, vt includatur ab eis. eſt enim intra omnia non incluſus, & ideo quàmuis ſit in omnibus ſicut continens: non tamen omnia ſe habent ad ipſum per modum habitus. {Non ex compoſitis Deus &c.} Ad intellectum huius literæ ſciendum eſt, quòd quando aliquid ſubſtantialiter componitur ex partibus, perfectio eſt ipſius compoſiti, & non alicuius partium, ſicut forma non habet eſſe, nec materia, ſed totum compoſitum, in Deo autem inuenitur perfectio, & quantum ad eſſe, & quantum ad bene eſſe. quantum ad eſſe, quia vita eſt. vnde ſi vita diuina eſſet alicuius vt compoſiti: oporteret, quòd ea ex quibus illud componeretur, non eſſent viuentia, & quia vita non habet aliquid admiſtum, quod
Cap. 1. non ſit vita, ſicut nec eſſe, vt dicit Boe. lib. de Hebdo. ideo non poteſt eſſe vt *Deus, qui non tantum viuit per vitam, ſed ipſemet eſt vita*: ſit ex aliquibus compoſitis adinuicem ad conſtitutionem alicuius tertij, quantum ad bene eſſe conſideratur diuina perfectio, quantum ad [d] tria. Primo, quantum ad poteſtatem, & ſecundum hoc ipſe Deus dicitur virtus, & non tantum habens virtutem. vnde non poteſt eſſe, quòd componatur ex aliquibus, quia in componentibus non eſſet virtus illa, & ita componeretur ex infirmis, ideſt, carentibus virtute, quæ eſt totius. virtus autem non habet aliquid admiſtum ſicut nec eſſe, ſed habens virtutem poteſt habere infirmitatem admiſtam. Secundo, quantum ad pulchritudinem, & ſic Deus dicitur lux. ſi autem iſta lux ſequeretur compoſitionem aliquam, componentia non eſſent lucentia ſicut videmus, quia ex congregatione diaphani efficitur corpus lucidum, vt cryſtallus, cum tamen partes diſperſæ, non haberent prius luciditatem, nihil autem obſcurū in Deo poteſt eſſe, qui eſt lux, ſicut nec non eſſe in eſſe. Tertio, quantum ad naturæ ſubtilitatem. dicitur enim ſpiritus eſſentialiter. vnde formalitas ſua, ſiue quidditas, non eſt ex aliquibus diſparibus, ideſt, diſſimiliter ſe habentibus ad formalitatem, ſicut humanitas ex anima, & corpore, per quam homo formaliter eſt. {Viuens per totum.} quia nihil eſt in eo, niſi vita.

D. 460.

## DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magiſter ea, quæ pertinent ad vnitatem eſſentiæ. hic determinat ea, quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de perſonis diſtinctis. In ſecunda de nominibus, quibus & perſonarum diſtinctio, & eſſentiæ vnitas deſignatur. 22. diſt. {Poſt prædicta differendum.} Prima in duas. In prima determinat de perſonis, quantum ad ipſarum diſtinctionem. In ſecunda, quantum ad earum ęqualitatem. 19. diſtin. {Nunc poſtquam coeterni.} prima in duas. In prima determinat de generatione filij, per quam diſtinguitur a patre. In ſecunda de proceſſione ſpiritusſancti, per quam diſtinguitur, ab vtroque 10. diſ. {Nunc vero poſt filii.} Prima in duas. In prima aſſerit veritatem. In ſecunda excludit errorem. ibi {Sed contra inquit.} Eſt autem error Arrij, qui poſuit generationem, non eſſe ab æterno. vnde ſequebatur, quod per eam diſtingueretur filius a patre eſſentialiter. {Sed contra inquit.} Hęc pars diuiditur in duas.

## DISTINCTIO IX.

A

*De diſtinctione perſonarum.*

NVNC ad diſtinctionem perſonarū accedamus. Teneamus ergo, vt docet Augu. † in lib. de fide ad Petrum: patrem, & filiū, & ſpiritumſanctum, vnum eſſe naturaliter Deum, nec tamen ipſum patrem eſſe, qui filius eſt, *a* nec ipſum filium eſſe, qui pater eſt, nec ſpiritumſanctum eſſe, qui pater eſt, aut filius. Vna enim eſt eſſentia patris, & filij, & ſpiritusſancti: in qua non eſt aliud pater, aliud filius, aliud

†cap. 1. to. 3

In prima ponit errorem, & rationem erroris, quæ talis eſt. Omne quod naſcitur, aliquando non fuit, ad hoc enim naſcitur, vt ſit, ſed filius eſt natus a patre. ergo aliquando non fuit, & ita non eſt coeternus patri. In ſecunda excludit. ibi {Qui hoc dicit.} & diuiditur in tres partes. Primo, obuiat per rationes Auguſt. Secundo, per Ambro. rationes. ibi {Eidem quoque.} Tertio, per rationes Hyla. ibi, {Et vt ait Hyla.} Circa primum duo facit. Primo, Auguſt. ſoluit rationem. Secundo, improbat poſitionem. ibi {Item ſi Dei filius.} Soluit autem rationem interimendo hanc. Omne quod natum eſt, aliquando non fuit, quod manifeſtatur per ſimile in corporalibus, quia ſplendor oritur ab igne, nec ignis eſt prius tempore, quàm ſplendor. Improbat autem poſitionem tali argumento. Chriſtus eſt Dei virtus, & ſapientia. 1. Cor. 1. ſed Deus pater nunquam fuit ſine virtute, & ſapientia. ergo Deus pater nunquam fuit ſine filio. {Eidem quoque.} hic excludit prædictum errorem per verba Ambroſi. & diuiditur in duas. In prima excludendo errorem, aſtruit diuinę generationis æternitatem. In ſecunda inquirit quibus verbis ęternitas conuenientius deſignetur. ibi {*Hic quæri poteſt.*} Prima in duas. In prima probat poſitionem. Secundo, reſpondet ad rationem. ibi {Si quæris a me.} improbat autem *poſitionē duabus viis. Prima eſt* per authoritatem Iſa. 43. Ante me non eſt &c. & patet in litera. Secunda eſt per rationem. ibi {Item dic, inquam mihi, quòd.} & eſt talis, quandocunque eſt pater eſt filius. Si igitur non ſemper fuit filius, Deus omnipotens, non ſemper fuit pater, & aliquando factus eſt pater. hoc autem non poteſt eſſe ſine ſui mutatione. ergo ipſe mutatus eſt, quod hæreticus non conceſſit. Sed quæritur a me.} hic ſoluit obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo, obuiat oſtendendo incomprehenſibilitatem diuinæ generationis. In ſecunda, arguit Magiſter preſumptionem, quorundam nitentium comprendere, & ſoluit authoritate, quam pro ſe inducunt. ibi {Quidam tamen de inge.} Obuiatio Ambroſ. habet hunc modum. Illa probatio nihil valet, quæ non magis ſe habet ad vnam partem, quàm ad aliam: ſed ratio hæretici innitebatur huic, quòd non poterat inueniri, ab homine modus generationis diuinæ, ſi ponatur ab æterno eſſe. Sed eadem dubitatio remanet, ſi ponatur, non ab æterno eſſe, quia generatio illa eſt inenarrabilis, & incomprehenſibilis. ergo obiectio hæretici nihil probat. {Hic quæri poteſt.} hic oſtendit quibus verbis æternitas generationis deſignari debeat. Et circa hoc quatuor facit. Primo, probat per authoritates Grego. & Auguſt. quòd debet ſignari per verba pręteriti temporis, propter perfectionem ipſius. Secundo, inducit contrarietatem per verba eorum. ibi {Eorum vero.} Tertio, ſoluit. ibi {Sed ne tanti.} Quarto confirmat ſolutionem per verba Hyla. ibi {Hyla. quoque &c.} & vltimo concludit, quæſtionis veritatem. ibi {Dicamus ergo &c.} {Et vt ait Hyl.} *hic excludit errorem* per verba Hyla. Et duo facit. Primo, improbat poſitionem. Secundo, ſoluit obiectionem. ibi {Sed inquiet hæreticus.} improbat autem hoc modo. Sicut pater ſe habet ad generationem, ita pater æternus ad æternam generationem. Sed Deus eſt pater ęternus,



æternus, vt hæretici concedunt. ergo & generatio qua generat fuit ſemper, & ab æterno. Sed ab æterno generare eſt æternum naſci. ergo & filius ab æterno eſt natus, & per hoc etiam reſpondet ad rationem ipſorum diſtinguendo hanc, Omne quod natum eſt, cepit eſſe. Si enim intelligatur de eo, quod naſcitur a nō ſemper gignente, ſicut eſt in creaturis, verū eſt: ſi de eo quod naſcitur a ſemper gignente, falſum eſt.

ſpiritusſanctus, quàmuis perſonaliter ſit alius pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus.

*QVAEST. I.*

A

Circa hanc partem querun-tur duo.

Primo. De diſtinctione filij a patre.
Secundo. De coeternitate.

Circa primum duo querun-tur.

Primo. Vtrum propter diſtinctionem poſſit dici fili[9] ali[9] a patre.
Secundo. Vtrum pater, & filius ꝑpter eandem diſtinctionem, poſſunt dici plures ęterni.

*Hic de coæternitate filij cum patre.*

B

GEnitus eſt enim a patre fili[9], & ideo alius: *a* nec tamen ante fuit pater, quàm filius, coeternæ ſunt enim ſibi tres perſonę.

*Argumentatio Arrianorum.*

† Li. 1. de fide. c. 5. to. 2

SEd contra hoc, inquit, hæreticus, vt refert Ambroſ. in primo † lib. de Fide. Omne quod natum eſt, principium habet, & ideo quia filius natus eſt, principiū habet, & eſſe cepit, quod hęreticorum ore ſic dictum eſt. Nam ipſe Arrius, vt meminit Auguſt. † in lib. 6. de Trinitate dixiſſe fertur. Si filius eſt, natus eſt, ſi natus eſt, erat quando non erat filius.

Cap. 1. to. 3

*Reſponſio Auguſtini catholica.*

QVi hoc dicunt, nō intelligunt etiam natum eſſe de † Deo ſempiternū eſſe, vt ſit coeternus patri filius, ſicut ſplendor, qui gignitur ab igne, atq; diffunditur, coetern[9] eſt illi, & eſſet coeternus ſi ignis eſſet æternus.

ARTIC. I.

*a Vtrum filius ſit alius a patre.*

† Ibidem. 1. p. q. 31. 2

AD PRImum ſic proceditur. Videtur, quòd filius, non ſit alius a patre. Alius enim ſecundū Priſ. eſt relatiuū diuerſitatis ſub
Lib. 2. ca. de ꝑnomine. ſtantiæ: ſed pater, & filius ſunt vnius ſubſtantiæ. ergo filius non poteſt dici alius a patre.

¶ 2 Item. Vnitas ſubſtantiæ impedit, quòd filius non poteſt dici aliud eſſe a patre, propter diuerſitatem ſignificatam per ly aliud: ſed alius, & aliud non differunt, niſi ſecundum modum ſignificandi, quia alius maſculine, aliud neutraliter ſignificat, cum igitur modus ſignificandi, non variet ſignificationem, videtur quòd nec etiam alius a patre dici poſſit.

¶ 3 Præt. Si filius dicitur alius a patre, hoc non eſt, niſi quia filius eſt a patre: ſed pater eſt a ſeipſo. ergo pater erit alius a ſeipſo.

¶ 4 Præte. Proprietas ſecundum Por. non facit alietatem: ſed
In prædicabilib[9] ca. de differen. magis alteritatem: pater autem non diſtinguitur a filio, niſi per proprietatem relationis. ergo pater non poteſt dici alius a filio, ſed alter.

Diſtin. 2. q. vnica. ar. 5. CONTRA. Quæcunq; diſtinguuntur realiter vnum eorum eſt alia res ab alio: ſed pater & filius, vt ſupra dictum eſt: diſtinguuntur realiter. ergo pater eſt alia res a filio, & eodem modo poteſt dici eſſe alius a filio. hoc etiam videtur per verbum Auguſt. in litera.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in diuinis inuenimus tria, ſcilicet eſſentiam, perſonam, proprietatem, quibus aptantur tria genera. Eſſentiæ enim, quia communis eſt, & indiſtincta aptatur neutrum genus, quod eſt informe, non importans ſexus diſtinctionem. Perſonæ vero quæ eſt diſtincta, & ſignificatur, vt aliquid exiſtens in natura diuina aptatur maſculinum genus, quod eſt genus diſtinctum, & non fœmininum

propter imperfectionem. Proprietati autem, quæ ſignificatur per modum formæ, aptatur genus fœmininum: ſic [d] etiam eſſentiæ aptari poteſt, inquantum eſſentia ſignificatur vt forma, & ideo propter vnitatem eſſentiæ, non poteſt dici pater aliud a filio, ſed propter diſtinctionem perſonæ dicitur alius. Iſtud autem videtur magis eſſe adaptatio, quàm expreſſio proprietatis locutionis. Vnde dicendum aliter, quòd hoc cōtingit, quia neutrum genus ſubſtantiuatur, & ideo importat diuerſitatem ſimpliciter, & abſolute, quæ eſt diuerſitas eſſentiæ. Sed maſculinum genus, & fœmininum, tenētur adiectiue. vnde ponunt diuerſitatē circa terminos perſonales, q. in locutione ponuntur, cum dicitur, filius eſt alius a patre, & hoc explicabitur in ſolutionibus argumentorum. D. 598.

*Oppoſitio Auguſtini contra hæreticum.*

ITem, ſi Dei filius inquit Auguſtin[9] † virtus, & ſapientia Dei eſt, nec vnquam fuit Deus ſine virtute, & ſapientia, coeternus eſt Deo patri filius. Dicit autem Apoſtolus † Chriſtum eſſe Dei virtutem, & Dei ſapientiam, aut ergo non fuit, quando non fuit filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem, & ſapientiam, quod dementis eſt dicere. Conſtat enim, quia ſemper habuit ſapientiam, ſemper ergo habuit filium.

† Ibidem.

† 1. Cor. 1

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd alius ſemper ſignificat diuerſitatem ſubſtantiæ: ſed ſubſtantia dicitur dupliciter. Quandoque. n. ſumitur pro eſſentia, ſicut eſt in vſu latinorum. Quandoque pro ſuppoſito eſſentiæ, vel pro re naturę primi prędicamenti, quæ dicitur hypoſtaſis, apud græcos, & hoc ſecundo modo, non eſt eadem ſubſtantia patris, & filij, quia ſic ſubſtantia ſignificat perſonam, & hac ratione, poteſt dici alius.

*Reſponſio Ambroſii, ad idem authoritate fulta.*

EIdem quoque Arrianicæ quæſtioni † Ambroſius in hunc modum reſpondet. Ego, inquam, filium natum eſſe confiteor, quod reliquum eſt infidelitatis, horreſco. Scriptum eſt enim in veteri teſtamento, vt vel vnum ex pluribus dicam. Ante † me non fuit alius Deus, & poſt me non erit. Quis ergo hoc dicit, pater, an filius? Si filius ante me, inquit, non fuit alius Deus. Si pater poſt me, inquit, non erit, hic priorem, ille poſteriorem: non habet. Inuicem enim in ſe,

† vbi ſupra.

† Eſa. 43.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd neutrum genus ſubſtantiuatur, & non maſculinum. *ſubſtantiuum autem* ſignificationem ſuam habet abſolutam: ſed adiectiuum ponit ſignificationem ſuam circa ſubiectum, quando autem aliquid dicitur [d] abſolute intelligitur de eo, quod ſimpliciter eſt, ſicut ens abſolute dictum, ſignificat ſubſtantiam: & ideo quia alietas eſſentiæ eſt ſimpliciter alietas, ideo neutrum genus ſubſtantiuatum importat alietatem eſſentiæ. Sed genus maſculinum, quia adiectiue tenetur, ponit alietatem circa ſuum ſubiectum. vnde ſi terminus perſonalis eſt ſuum ſubſtantiuum, deſignat diſtinctionem perſonarum. & ideo hæc eſt vera. pater eſt alius a filio. Si autem ſit terminus eſſentialis, deſignat diuerſitatem ſubſtantiæ. vnde hæc eſt falſa. pater eſt alius Deus a filio. Et ſimiliter neutrum [d] adiectiue ſumptum, quando adiungitur termino perſonali importat alietatem perſonæ, *vt cum dicitur, pater eſt* aliud ſuppoſitum a filio. vnde hoc non contingit ex variata ſignificatione, ſed ex eo, quòd alietas ſignificata in maſculino, & neutro, non ad idem refertur. D. 8. D. 81.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hęc eſt impropria, pater eſt a ſe, & exponenda eſt per negationem, ideſt, non eſt ab alio. iſta autem eſt propria. filius eſt a patre. vnde non eſt ſimile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proprietas in diuinis non tantum eſt proprietas, ſed etiam ſubſiſtens. paternitas enim eſt ipſe pater, & ideo proprietas facit alium magis proprie, quàm alterum: de hoc tamen infra plenius habebitur. Diſ. 26. q. 2. art. 2.

ARTIC.

ARTICVLVS II.

*Vtrum pater, & filius poſſint dici plures æterni.*

1.p.q.39.3. Et 1.d.33.4. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd pater & filius non poſſint dici plures æterni, per id quod habetur in ſymbolo Atha. Et tamen non tres æterni &c.

5.de Trini. c.8.to.3. ¶ 2 Præt. Auguſt. Quicquid in diuinis ad ſe dicitur, ſingulariter de tribus, & nõ pluraliter prædicatur, ſed æternus ad ſe dicitur. non enim eſt relatum. ergo ſingulariter de tribus dicitur, & non pluraliter.

†vbi ſup. circa princ. ¶ 3 Præt. Sicut vna deitas eſt trium perſonarum, ita etiam eſt vna æternitas, cũ æternitas ſit ipſa diuina ſubſtantia, ſed non poteſt dici. pater & filius ſunt plures dij propter vnitatem diuinitatis. ergo nec etiam ꝓpter vnitatem æternitatis poteſt dici: pater, & filius ſunt æterni.

Sed contra eſt, quod habetur in ſymbolo Atha. quòd tres perſonæ ſunt ſibi coæternæ. Si dicas, quòd hoc eſt, quia Deus eſt ſubſtãtiuum, ſed æternus eſt adiectiuum, & ideo æternꝰ recipit pluralem numerum, ſecundum numerum ſuppoſitorum.

†ibid. circa medium. CONTRA. Adiectiuum ſignificatur, per modum accidentis, ſed in Deo, non poteſt eſſe aliquod accidens, quia ſicut dicit Boe. lib. de trinit. 1.de Trin. cap. 10. cætera prædicamenta cum in diuinam venerint prædicationem mutantur in ſubſtantiam. ergo non poteſt, ibi eſſe adiectiuum.

¶ Pręt. Adiectiuum trahit numerum a ſubſtantiuo: ſed æternus eſt adiectiuum, cum ergo pater, & filius ſint plures quidam, videtur, quòd debeant dici æterni.

K RESPONDEO, Dicendum, quòd hæc eſt differentia inter adiectiua, & ſubſtantiua, quia ſubſtantiua ſignificant per modum ſubſtantiæ, & ideo ſignificant rem ſuã abſolute, & ideo D. 927. ſubſtantiuum, non d dicitur in plurali numero, niſi formatio ſua numeretur. Adiectiuum autem ſignificat per modum accidentis, quod non habet eſſe abſolutum, nec vnitatem, ſed eſſe ſuum, & vnitas ſuã dependet ex eo cui inhæret. Vnde etiam non multiplicatur ſecundum numerum per diuiſionem alicuius, quod ſit pars ſui, ſicut ſpecies ſubſtantiarum multiplicantur per indiuidua, ſecundum diuiſionem materiæ: ſed acci- D. 17. dens d multiplicatur ſecundum diuiſionem ſubiecti, in quo eſt, Vnde hæc albedo eſt alia ab illa inquantum hæc eſt huius, & illa illius: & ideo adiectiuum non habet numerum pluralem, niſi ex parte ſuppoſitorum. Dicendum igitur, quòd omnes termini ſignificantes ſubſtantiam per modum ſubſtantiæ, ſicut ſunt F ſubſtantiua, non prædicantur in plurali de tribus perſonis, eo quòd formatio ſignificata, ſcilicet ipſa eſſentia diuina, non diuiditur. Termini vero ſignificantes ſubſtantiam adiectiue per modum inhærentis, vel aſſequentis ſubſtantiam, vt dicit Damaſc. prædicantur in plurali de tribus perſonis, propter pluralitatem ſuppoſitorũ: Dam.1.fid. orth. c.11. ſed tamen in talibus terminis, qui ſignificant ſubſtãtiam adiectiue eſt ordo. Quædam enim ſignificãt, vt inhærenter, non ſignificantes ſubſtantiam, quãtum ad modum ſignificãdi, quẽ grammatici conſiderant dicentes, nomẽ ſignificare ſubſtantiam, cum qualitate, ſicut verba & participia, & iſta nullo modo debent prædicari in ſingulari, quia ſignificãt per modum actus, qui non ſignificatur, niſi vt inhærens. Quædam autem ſignificant ſubſtantiam, quãtum ad modum conſideratũ a grammaticis, ſicut nomina adiectiua. Omne enim nomen ſignificat ſubſtantiã, & qualitatẽ, ſed formæ, quæ eſt qualitas ſignificat, vt inhærentem, & talia poſſunt magis prædicari ſingulariter, & præcipue, quia poſſunt ſubſtantiuari, ſicut æternus, & huiuſmodi. Quando tamen talibus adiectiuis additur per cõpoſitionẽ aliqua prępoſitio, denotans habitudinem perſonæ ad perſonam, magis trahuntur ad ſuppoſitum, & tunc nunquã debent prędicari in ſingulari, ſed tãtum in plurali, ſicut coæternus.

DICO igitur ad primum, quòd ſi æternus ſubſtãtiue ſumatur, tunc prædicatur in ſingulari de tribus, & ſic accipit Athan. Si adiectiue, tunc prędicatur pluraliter: ſed coæternus ſemper debet pluraliter prædicari, propter habitudinem perſonæ ad perſonam, quam importat.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictum eſt: adiectiua non habent numerum ex ſeipſis, ſed ex ſuis ſuppoſitis, & ideo æternus, quàmuis non numeretur ex ſeipſo: quia abſolutum eſt, tamen prædicatur in plurali propter pluralitatem ſuppoſitorum, quæ relatiua ſunt. In cor. ar. Et per hoc patet ſolutio ad tertium, quia Deus non eſt adiectiuum, vt recipiat numerum ab alio, ſicut æternus. vnde non poſſet pluraliter prædicari, niſi, propter pluralitatem ſuæ formæ: quam pluralitatem non eſt in Deo ponere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis ſecundum rem non ſit accidens in diuinis: tamen quantum ad modum ſignificandi poteſt aliquid, vt adiacens ſignificari, vel aſſequens ſubſtantiam, & inde ſunt adiectiua in diuinis.

& pater in filio, & filius in patre cognoſcitur. Cum enim patrem dixeris, eius etiam filium deſignaſti, quia nemo ipſe eſt pater ſibi, cum filium nominas, ẽt patrem fateris, quia nemo ipſe ſibi filius eſt: itaque nec filius ſine patre, nec pater poteſt eſſe ſine filio. Semper ergo pater, ſemper & filius eſt.

*Inuectio Ambroſij in hæreticos.*

G ITem dic, †inquam, hęretice mihi, fuit ne quando Deus omnipotens, pater non erat, & Deus erat? Nam ſi pater eſſe cœpit: Deus ergo primo erat, & poſtea pater factus eſt: quomodo ergo immutabilis Deus eſt? Si enim ante Deus, poſtea pater fuit, vtique generationis acceſſione mutatus eſt: ſed auertat Deus hanc amentiam, quia ſemper habuit ſapientiam, ſemper habuit filium.

*Ineffabile eſt, quomodo filius ſit, & non habet priorem patrem, ſicut modus generationis in intelligibilis eſt, & ineffabilis.*

SEd quæris a me, inquit Ambroſ. †quomodo ſi filius ſit: non priorem habeat patrem, quæro inquit abs te, qũo, vel qñ filium putes eſſe generatum? Mihi enim impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum, mens deficit: vox ſilet, non mea tantum, ſed & angelorum ſupra poteſtatem, & ſupra angelos, & ſupra Cherubin, & ſupra Seraphin, & ſupra omnẽ ſenſum eſt, quia ſcriptum eſt. Pax †Chriſti ſupra omnem ſenſum eſt. †Philip.4. Et ſi pax Chriſti eſt ſupra omnem ſenſum, quomodo tanta generatio, non eſt ſupra omnem ſenſum? Tu ergo manum ori admoue. ſcrutari non licet ſuperna myſteria, licet ſcire, quòd natus ſit, non licet diſcutere, quomodo natus ſit. illud negare, non mihi licet, hoc quęrere metus eſt. Ineffabilis enim eſt illa generatio. Vnde †Iſaias. †53.c. Generationem eius, quis enarrabit?

*Quidam præſumunt diſcutere generationis ſeriem.*

QVidam tamen de ingenio ſuo pręſumentes, dicunt, illam generationem poſſe intelligi, & alia huiuſmodi, inhærentes illi authoritati Hieronymi ſuper Eccleſiaſten. H †In ſacris ſcripturis, †In ſi. c.3. quis, ſæpiſſime non pro impoſſibili, ſed pro difficili ponitur, vt ibi. Generationem eius quis enarrabit? ſed hoc non dicit Hieronymus ideo quòd generatio filij ęterna plene intelligi, vel explicari poſſit, a quoquam mortalium, ſed quia de ea aliquid intelligi, vel dici poteſt, quidam tamen hoc accipiunt I dictum de temporali generatione Chriſti.

*b Vtrum debeat dici ſemper gignitur, uel ſemper genitus eſt filius.*

HIc quæri poteſt, cum generatio filij a patre, nec principium habeat nec finem, quia æterna eſt, vtrũ





*QVAESTIO SECVNDA.*

B

Deinde quæritur de coæternitate, filij ad patrem.

Et queruntur duo.

Primo. Vtrum pater, aliquo modo ſit prior filio.

Secundo. Si non ſed generatio eſt ęterna: quibus verbis ſignificari debeat.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum pater ſit prior filio.*

op.1.c.2. AD PRImum ſic proceditur. Videtur, quòd pater ſit prior filio. Sicut ſe habet corruptio ad deſitionem, ita ſe habet generatio ad inceptionem: ſed omne, quod corrumpitur deſinit eſſe. ergo omne, quod generatur incipit eſſe per generationem. ergo filius cepit eſſe & ita eſt poſterior patre.

¶ 2 Præt. Nihil accipit aliquid, niſi qđ non habet: ſed omne quod generatur, accipit eſſe a generante. ergo omne, quod generatur ante generationem, non habet eſſe, & ſic idẽ quod prius.

¶ 3 Præter. Principiũ naturaliter prius eſt eo cuius eſt principium, ſed pater eſt principium filij. ergo, & ſi non tempore, ſaltem natura eſt prior ipſo.

¶ 4 Item. Dare eſſe eſt aliqua dignitas: ſed pater dat eſſe ſuum filio. ergo ad minus, dignitate pater eſt prior filio.

CONTRA. Omne illud quo aliquid eſt prius, non eſt ſimpliciter primum. ſi ergo filio eſſet pater prior, filius non eſſet ſimpliciter primum: ſed omnes dicunt deum eſſe primum principium, ſicut dicit Tex. 51. Philoſophus primo metaphyſice. ergo filius non eſſet deus, quod Arriani concedunt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd pater nullo modo eſt prior filio, neque duratione, neque natura, neque intellectu, neque dignitate: in patre enim, & filio non poſſumus, niſi duo conſiderare. Vel id quod abſolutum eſt, & hoc vtrique commune eſt. In hac diſt. q.1.ar.1. vnde ex hoc vnus, non habet prioritatem ad alium, cum eſſentia diuina, non ſit diuiſibilis, vt ſupra oſtenſum eſt. Vel id quod eſt ad aliquid: relatiuorum autem In pdicam. c. de Relat. eſt ſimul eſſe natura ſecundum philoſophum, & etiam tempo- A re, quia poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt: & etiam intellectu, cum vnum per alterum diffiniatur, quàmuis enim in hominibus ille, qui eſt pater ſit prior eo, qui eſt filius, vt Sor. Platone. nihilominus tamen, iſta duo relatiua, inquantum relatiua ſunt, pater, & filius, ſimul ſunt omnibus modis prædictis. vnde patet, quòd pater nullomodo poteſt eſſe prior filio, neque ſecundum id quod abſolutum, neque ſecundum id quod ad aliquid eſt.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd generatio, quæ opponitur corruptioni, eſt mutatio, & tali generationi ſemper annexa eſt inceptio, ſed generatio, prout eſt in diuinis, non eſt mutatio, vt ſupra dictum eſt, Diſt. 4.q.1. ar.1. ſed operatio naturæ diuinæ, prout eſt in patre. Et quia naturalis operatio ſemper ſequitur id cuius eſt, cum natura diuina, in patre ſit æterna, & generatio erit ęterna.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd, illud, quod accipit aliquid, non habet illud a ſe, non tamen ſequitur, quòd non habeat illud ſimpliciter, †P. ou. 8.c. quia poteſt eſſe, quòd illud accipere, nunquam inceperit, & ita filiꝰ accepit eſſe a patre, nec habet eſſe a ſe, ſed ab æterno a patre accepit eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principium poteſt dupliciter conſiderari, vel id, quod eſt principiũ, & hoc eſt prius naturaliter eo, cuius eſt principium, vel ſecundum relationem principij, & ſic eſt ſimul naturaliter cum principiato. ſi igitur eſſet aliquis, ab eodem habens, quòd ſit aliquis, & quòd ſit ad aliquid, omnino ſimul eſſet naturaliter, cum eo ad quod diceretur, & quia in diuinis pater ab eodem habet, quòd ſit aliquis, & non ſolum inquantum eſt pater, ſed ſimpliciter.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proprietas, quia pater dat eſſe eſt dignitas ſua, ſed quia dignitas eſt de abſolutis, ideo eadem dignitas eſt in patre, & filio, & eadem dignitas, quæ in patre eſt paternitas, in filio eſt filiatio: ſicut paternitas in patre eſt diuina eſſentia, vel diuina bonitas, & eadem eſſentia in numero, vel bonitas eſt filiatio in filio.

debeat dici filius ſemper gignitur, vel ſemper genitus eſt, vel ſemper gignetur. De hoc Gregorius †ſuper Iob ait. †Lib.29. mor.c.1. Dominus Deus Ieſus in eo, quòd virtus, & ſapientia dei eſt, de patre ante tempora natus eſt: vel potius, quia nec cepit naſci, nec deſijt. dicamus †verius ſemper natus; †ſuper 78. non autem poſſumus dicere ſemper naſcitur, ne imperfectus eſſe videatur. At vero, vt æternus deſignari valeat, & perfectus ſemper dicamus, & natus, quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & ſemper ad ęternitatem, quàmuis per hoc ipſum quòd perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expreſſione deuiamus, quia quod factum non eſt, nec poteſt dici proprie perfectum: ſed balbutiendo, vt poſſumus, excelſa dei reſonamus. Et dominꝰ noſtrę infirmitatis verbis condeſcendens. †eſtote, inquit †Matt. 5. perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Super illum locum etiam Pſalmi, Ego hodie genui te. De hac, itaque generatione filij loquitur Auguſtinus †ita. †ſup. Pſ.2. ibi. Ego hodie genui te to.8. Quanquam per hoc, quòd dicit hodie, etiam poſſet intelligi dies ille, quo Chriſtus ſecundum hominem natus eſt, tamen, quia hodie præſentiam ſignificat, atque in æternitate, nec pręteritum quicquam eſt, quaſi eſſe deſierit, nec futurum, quaſi nondum ſit, ſed præſens tantum, quia quicquid æternum eſt, ſemper eſt: diuinius tamen intelligitur de ſempiterna generatione ſapientiæ Dei. Ecce his verbis oſtendit Auguſtinus, quòd generatio filij ſemper eſt, nec præterijt, nec futura eſt, quia ęterna eſt. ideo enim dixit genui, ne nouum putaretur, ſcilicet ne videretur incepiſſe. hodie dixit, ne præterita generatio videretur. Ex his ergo verbis prophetæ, vt ait Ioannes †Chryſoſtomus, nihil aliud manifeſtatur, niſi quia ex ipſa eſſentia patris ſemper genitus eſt filius. †Hom.2.ad Heb.1.in ſi. to.4.

B *Origenes uidetur dicere contrarium ait enim, quòd ſemper generatur filius á patre.*

ORigenes vero ſuper Hieremiam dicit, †quòd filius ſemper generatur a patre, his verbis. †ſup.11.ca. Hier. hom. 6. circa ſin. Saluator noſter eſt ſapientia dei. ſapientia vero eſt ſplendor æternæ lucis. Saluator ergo noſter ſplendor eſt claritatis. ſplendor au- C tem non ſemel naſcitur, & deſinit, ſed quotiens ortum fuerit, lumen, ex quo ſplendor oritur, totiens oritur ẽt ſplendor claritatis. Sic ergo Saluator ſemper naſcitur. Vnde ait in libro †ſapiẽtiæ. Ante oẽs colles generat me Dominus: nõ vt quidam male legunt, generauit. His verbis aperte oſtendit Origenes ſane dici poſſe, & debere, ſemper filius naſcitur, quod videtur contrarium illi verbo Gregorii pręmiſſo, ſcilicet, non poſſumus dicere ſemper naſcitur. D

*Exponit præmiſſa uerba Gregorij, ne putetur inter doctores eſſe contrarietas.*

SEd ne tanti authores ſibi in tanta re contradicere videant, illa Gregorij E verba benigne interpretemur. Dominus (inquit) Ieſus ante tẽ-

### ARTICVLVS II.

### b Vtrum generatio diuina debeat ſignificari per tempus præſens.

(1.d.8.q.2.3) AD SECVNDUM ſic proceditur. Videtur, quòd generatio diuina debeat ſignificari per præſens tempus. Præſens enim maxime æternitati cõpetit, eo quòd non habet ſucceſſionem, ſed generatio diuina eſt æterna. ergo debet ſignificari per præſens tempus.

¶ 2 Præterea. (Tract. 6. Meta. c. 2.) Auicenna diſtinguit duplex agens: quoddam quod eſt cauſa fiendi tantum, & iſtud non influit in rem, niſi dum eſt in fieri: quoddam autem quod eſt principium eſſendi, & hoc agens, non ceſſat ab influendo in cauſatum ſuum, quandiu habet eſſe, conſtat autem, quòd pater non eſt principium filij, ſicut principiũ fiendi, quia filius, non eſt factus, ſed ſicut principium eſſendi, quia dat ſibi eſſe. ergo quandiu filius habet eſſe, pater dat ſibi eſſe, quæ datio eſt generatio: cum igitur filius veriſſime dicatur ſemper eſſe, & magis, quàm fuiſſe, verius diceretur ſemper naſci, q̃ ſemper natus.

CONTRA. Illud quod eſt ſemper in fieri eſt imperfectum: ſed quod ſemper naſcitur ſignificatur ſemper, vt in fieri. ergo ſignificatur, vt imperfectum. ergo non propriè dicitur filius, ſemper naſci, cum ab eo ſecludatur omnis imperfectio.

¶ Præter. Omne illud quod conſequitur generationem ſecundum modum intelligendi, eſt quaſi terminus generationis: ſed relatio filiationis cõſequitur generationem ſecundum modum intelligendi. ergo ſe tenet ex parte termini generationis. Sed terminus generationis, non ſignificatur per præſens: ſed per præteritum. ergo filius verius dicitur natus, quàm naſcens.

(Diſt. 8.q.2. ar. 3. Diſt. 4. q. 1. ar. 1.) RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut dictum eſt ſuperius. nullum verbum alicuius temporis perfecte æternitatem repræſentat. vnde cum generatio filij ſit æterna, vt dictum eſt, F non ſufficienter exprimitur per verbum alicuius temporis. vnde per diuerſorum temporum verba ſignificari poteſt, vt quicquid eſt perfectionis, in quolibet tempore diuinę generationi attribuatur, & omnis imperfectio excludatur: cum igitur in omni inferiori generatione, vel in quocunque fieri ipſum eſſe ſit imperfectum, qa huiuſmodi nõ ſunt niſi in fieri; & perfectio non eſt niſi quando fieri terminatur, & tunc eſſe non retinet generatio creaturæ; ſicut etiã in termino motus non eſt motus: in diuina tamen generatione inuenitur ſimul & perfectio, & eſſe. vnde ad ſignificandum eſſe diuinæ generationis: quod nunquã tranſit, poſſumus vti verbo præſentis temporis: vt dicamus filium generari a patre: ad ſignificandum vero generationis perfectionẽ poſſumus verbo præteriti temporis vti, vt dicamus filiũ natum: vt autem vtrunque concludatur ſimul, ſcilicet perfectio & eſſe generationis, cõuenientiſſime dicitur ſemper natus: vt per ſempiternitatem ſignificetur eſſe generationis indeficiens, & per præteritum tempus ipſius perfectio. Si autem diceremus ſemper naſcitur, deſignaretur ſolum eſſe generationis ĩdeficiẽs: ſed non perfectio: & ideo melius dicitur ſemper natus quàm ſemper naſcens. in aliis autem diuinis quæ non ſignificantur, vt in fieri conuenientius vtimur pręſenti tempore.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quamuis præſens æternitati conueniat maxime, quia ponit eſſe in actu, tamen in illis quæ per modum fieri ſignificãt, importat ĩperfectionem: quia talia dum habent eſſe imperfecta ſunt, & ideo in talibus cõueniẽtius vtimur præterito, præcipue ſi addatur aliquid ad indeficiẽtiam deſignandam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd per illam rationẽ probatur, quòd eſſe diuinæ generationis nunquam tranſeat, & hoc ſignificatur per præſens, tamen ex modo ſignificandi, quia ſignificatur, quòd per modum fieri importatur quędam imperfectio, & ideo oportet vti preterito tempore, & hoc ſequentia argumenta concludunt.

pora de patre natus eſt: vel potius quia nec cepit naſci, nec deſiit, dicamus verius ſemper natus.

#### Quæſtio de ipſis verbis Gregorij.

SEd quomodo verius dicitur hoc, ſcilicet q̃ filius ſemp natus eſt, quàm illud, ſcilicet, quòd de patre ante tempora natus eſt? Illud enim ſincera & catholica fides tenet, ac prædicat, vt iſtud. Quare ergo ait dicamus verius? cum vtrũque pariter ſit verum, niſi quia volebat hoc intelligi ad maiorem euidentiam: & expreſſionem veritatis dici quàm illud? His etenim verbis, omnis calumniandi H verſutis hereticis obſtruitur aditus, quibus Chriſti ſecũdum deitatẽ generatio ſine initio & ſine fine eſſe ac perfecta mõſtratur. Non autem adeo aperte monſtratur veritas cum dicitur: filius ante tempora genitus eſt de patre, vel filius ſemper naſcitur de patre: & ideo dicit Grego. quòd non poſſumus dicere ſemper naſcitur. Non inquam ita conuenienter, non ita congrue ad explanationem veritatis: poteſt tamen dici ſi ſane intelligatur. Semper enim naſcitur filius de patre, vt ait Origenes: non quòd quotidie iteretur illa generatio: ſed quia ſemper eſt: ſemper ergo naſcitur, ideſt natiuitas eius ſempiterna eſt.

#### Quòd filius ſemper generatur probat ex dictis Hilarij.

HIlarius quoque dicit filium naſci, ex patre in libro ſeptimo de Trinitate, (†paulo poſt medium.) †His verbis. Viuens Deus, & naturæ æternæ viuentis poteſtas eſt, & quòd cum G ſacramento ſcientiæ ſuæ, ex eo naſcitur, non potuit aliud eſſe, quàm viuens. †nam cum ait, Sicut me miſit viuens pater, & ego viuo propter patrem, docuit vitam in ſe per viuentem patrem ineſſe. (†Ioan. 6.) Ecce hic habes; quia filius naſcitur de patre. Item in eodem, †cum dicit Chriſtus, Sicut pater habet vitam in ſe, ſic† & filio dedit vitam habere in ſemetipſo, omnia viua ſua ex viuẽte teſtatus eſt. († Ibidem. †Ioan. 5.) Quòd autem ex viuo, viuum natum eſt, habet natiuitatis profectum ſine nouitate naturæ. Non enim nouum eſt, quod ex viuo generatur in viuum, quia nec ex nihilo eſt, & vita, quæ natiuitatem ſumit ex vita, neceſſe eſt per naturæ vnitatem, & perfectæ natiuitatis ſacramentum, vt in viuente viuat, & in ſe habeat vitam viuentem. Ecce hic habes, quia generatur ex viuo viuens filius. Item in eodem. †In Deo totum, quod eſt, viuit. (†parũ poſt.) Deus enim vita eſt, & ex vita non poteſt quicquam eſſe niſi viuum, neque ex deriuatione, ſed ex virtute natiuitas eſt. Ac ſi dum totum, quod eſt viuit, & dum totum, quod ex eo naſcitur, virtus eſt. Habet natiuitatem filius; non I de mutatione, & hic dicit, quia naſcitur. Item in nono libro de Trinitate. Donat†pater filio tantum eſſe, quantum eſt ipſe, cui innaſcibilitatis eſſe imaginem ſacramento natiuitatis impartit, quem ex ſe in ſua forma generat. (†Li. 9. poſt medium.) hic dicit, quia generat pater filium.

#### Breuiter docet, quid de hoc concedendum ſit.

K DIcamus ergo, filium natum de patre ante tempora, & ſemper naſci de patre, ſed congruentius ſemper natum, & eundem fatea-





### EXPOSITIO TEXTVS.

(1.Cor.1.) DICIT autem Apoſt. Chriſtum Dei vir. &c.} Contra: aut loquitur de eſſentiali ſapientia, aut de ſapientia genita. ſi de eſſentiali, conſtat, quòd illa eſſet in patre et ſi filius non eſſet, ſicut & eſſentia, ſed de ſapientia genita ſupra ab Auguſtino dictum eſt, diſtinctio. quinta, quòd pater non eſt ſapiens ſapientia, quam genuit. ergo etiam ſi filius non eſſet, non ſequeretur, quòd pater ſapiens non eſſet, & ita videtur ratio Auguſtini nihil valere. Et dicendum, quòd loquitur de ſapientia eſſentiali, ſecundum quòd eſt appropriata filio. in appropriato autem, inquantum huiuſmodi intelligitur ratio proprij, & ſic procedit Auguſtinus. Vel poteſt melius dici, quòd loquitur de ſapientia genita: nõ enim dicit, quòd per illam ſapiẽtiam pater ſit ſapiens, ſed quòd illam ſapientiam habeat. inconueniens autem eſt dicere, Deum nunc habere aliquam ſapientiam, quam nõ ſemp habuit: Quia hoc poneret mutationem in ipſo. { Quomodo igitur immutabilis &cæt.} Videtur, quòd hoc non ſequatur: Quia (5.phyſic. Tex. 10.) ſecundum Philoſophum in ad aliquid non eſt motus, & ita ex aduentu relationis, non poteſt concludi aliqua mutabilitas.

¶ Præter. Deus per hoc, quòd dat eſſe creaturæ dicitur creator, & per hoc, quòd dat eſſe filio dicitur pater: ſed non ſequitur ipſum eſſe mutabilem, quàmuis modo ſit creator, & ab æterno non fuerit. ergo etiam non ſequeretur, quòd eſſet mutabilis ſi non ſemper pater fuiſſet.

¶ Ad primum eſt dicendum, quòd quàmuis in ad aliquid non ſit motus ſicut in eo, quod terminat motum per ſe, vt quantitas, & æqualitas ſunt termini motus per ſe, tamen relationes nouæ non poſſunt innaſci realiter in aliquo niſi per motum: quàmuis enim relatio, non ſit terminus motus, per ſe tamen conſequitur motum. ſicut augmentum conſequitur æqualitas.

(Diſt.7.q.2. art. 1. D. 1089.) ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, Relatio qua deus relatiue dicitur ad creaturam, non eſt[d] realiter in ipſo deo: ſed in ipſa creatura, quæ mutatur. paternitas autem realiter eſt in ipſo deo, quia eſt proprietas conſtitutiua perſonæ. vnde non poſſet eſſe de nouo pater ſine mutatione ſui. { Vox, ſcilicet non mea tantum &c.} Vox angelorum hæc dicitur, quam exprimunt corporaliter in corporibus aſſumptis, vel ipſa ſpiritualis locutio ipſorum dicitur, ſecundum quod conceptiones ſuas ordinant ad innoteſcendum. Alibi tamen hoc habet quæri in ſecundo: { Scrutari non licet.} Vt quis tranſcendere velit limites fidei de temporali generatione: quæ quidem inquantum terminatur ad vnionem in perſona dei, tamen A quodammodo eſt effabilis, ex parte ipſius corporis aſſumpti, quod de virgine tractum eſt. { Quotiens ortum fuit lumẽ &c.} Hæc ſimilitudo relata ad æternam regenerationem intelligenda eſt, non ſecundum interruptionem actus, quæ in ortu luminis corporalis lumen facit, eo quòd ſol corporalis non ſemper pręſens eſt, ſed ſecundum continuationem tantum. { Viuens deus, & natura æterna &c.} In his verbis intendit Hilarius concludere filium a patre genitum viuentem eſſe, ſicut cuiuslibet naturæ intranſibilis, vel ęternæ eſt poteſtas viuentis, ideſt, vt viuum producat, ſecundum quòd ipſa viuit, ſed deus viuens eſt. ergo poteſtas ſua eſt, vt viuum ex ſe generet. Vel ſic. in quolibet viuo inuenitur poteſtas, quæ debetur viuo; ſed deus eſt viuens. ergo in eo inuenitur poteſtas, q̃ debetur viuo. hæc autem eſt vt viuum ex ſe producat. ergo filius, qui ex eo producitur, viuens eſt. primi igitur ſyllogiſmi maiorem ſubticet: minorem ponit, ibi { Viuẽs deus &c.} Concluſionem quæ eſt maior ſecundi tãgit cũ dicit. { Et naturę æternæ &c.} Ideſt naturæ æternæ eſt poteſtas viuentis, ideſt, quæ debetur viuenti. Secundi ſyllogiſmi minorem ſubticet. Concluſionem ponit ibi in his verbis lateri. { Qui cum ſacramento ſcientiæ &c.} Filius, qui naſcitur ex patre, cuius natiuitatis ſecretam ſcientiam ſolus pater habet comprehendendo. non poteſt ergo eſſe aliud, quàm viuens &c. Et ſumitur hoc ſacramentum prout dicitur ſacrum ſecretum. { Omnia viua ſua &c.} ideſt, omnia attributa, quorum quodlibet in filio viuit. { Perfectum natiuitati.} ideſt, perfectam rationem, & nomen natiuitatis. { Non enim nouum &c.} In his enim quæ per tranſmutationem generantur, quàmuis generatio, quæ eſt E a viuente terminetur ad viuum, tamen in principio generationis, quod generatur non eſt viuum: ſed filius dei ſemper viuus eſt. ergo non per deciſionem, vel mutationem genitus eſt: & ita oportet, quòd vita patris eademque numero in filio ſit: & propter hoc ſubiungit, quòd neceſſe eſt, vt in viue. viſcilicet filius in patre, inquantum filius eſt vita patris, qui in patre viuit: & eodem modo, in ſe habeat vitam viuentem, id eſt, eſſentiam patris qui eſt vita viuens. { Cui innaſcibili eſſe &cæt.} Ideſt, ſui innaſcibilis, non enim filius patrem in innaſcibilitatem imitatur. { Si gignenti eſt infinitum &cæt.} Infinitum ſumitur hic negatiue, non priuatiue: generatio enim paſſiua vel actiua, nullo fine terminatur, vel comprehenditur, non tamen dicenda eſt infinita per modum quantitatis ſicut tempus vel motus: quia ſic nunquam eſſet perfecta.

mur ab æterno eſſe, & patri coæternum, ideſt, authori. Pater enim generatione author eſt filij, vt in ſequenti oſtendetur. Vt ergo pater eſt æternus, ita & filius eſt æternus: ſed pater ſine authore, filius vero non; quia pater innaſcibilis, filius natus: & vt ait† Hilarius in duo († parum ante med.) B decimo lib. de trinitate, Aliud eſt ſine authore ſemper eſſe ęternum, aliud patri, ideſt, authori eſſe coæternum. Vbi autem pater author eſt, ibi natiuitas eſt, quia ſicut natiuitas ab authore eſt, ita & ab æterno authore, æterna natiuitas eſt. Omne autem, quod ſemper eſt, ẽt æternum eſt, ſed non tamen omne, quod ęternum eſt, etiam innatum eſt, quia quod ab ęterno naſcitur, habet æter- C num eſſe, quod natum eſt: quod autem non natum eſt, id cum æternitate nõ natum eſt. Quod vero ex æterno natum eſt, id ſi non æternum natum eſt: iam non erit, & pater author æternus. Si quid ergo ei, qui ab ęterno patre natus eſt, ex æternitate defuerit: idipſum authori, non eſt ambiguum defuiſſe, quia ſi gignenti eſt infinitum gignere, & naſcenti infinitum etiam naſci eſt. medium D enim quid inter natiuitatem dei filij, & generationem dei patris: nec ſenſus nec rõ admittit, quia & in generatione natiuitas eſt, & in natiuitate generatio eſt, quia ſine vtroque neutrum eſt. vtrunque ergo ſine interuallo ſui eſt.

#### Argumentatio hæretici.

SEd inquiet hæreticus. Omne quod natum eſt, B non ſemper fuit, quia in id natum eſt, vt eſſet. Nemo ambigit, quin ea, q̃ in rebus humanis nata ſunt, aliquando non fuerint: ſed aliud eſt ex eo naſci, quod non ſemper fuit; aliud eſt ex eo natum eſſe, quod ſemper eſt. ibi nec ſemper fuit qui pater eſt, nec ſemper pater eſt, & qui non ſemper eſt pater, non ſemper genuit. vbi autem ſemper eſt pater, ſemper filius eſt. Quod ſi ſemper deo patri C proprium eſt, quòd ſemper eſt pater, neceſſe eſt filio ſemper eſſe proprium, quòd ſemper eſt filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam noſtram, vt non ſemper fuerit, cui proprium eſt ſemper eſſe, quod natum eſt? Natum ergo vnigenitum deũ confitemur: ſed natum ante tempora: nec ante eſſe, quàm natum, nec ante natum, quàm eſſe, quia naſci quod erat, iam non naſci eſt, D ſed ſeipſum demutare naſcendo. hoc autem humanum ſenſum, & intelligentiam mundi excedit. non hoc capit ratio humanæ intelligentię, ſed prudentiæ fidelis profeſsio eſt.

## DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magiſter de generatione filij a patre. Hic determinat de proceſſione ſpirituſſancti ab vtroque. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de proceſſione eius æterna. In ſecunda de temporali. 14. diſtin. {Præt. Diligenter annotandũ.} Prima in tres. In prima determinat proceſſionis modum. In ſecunda proceſſionis principiũ. 11. diſtin. {Hic dicendum eſt ſpiritum.} Tertio, differentiam proceſſionis ad generationem. 13. diſtin. {Poſt hoc conſiderandum.} Prima in duas. In prima oſtendit proceſ-
†c. 17.to.3. ſionis modum. In ſecunda, ex modo procedendi concludit proprium procedentis nomen. ibi {Hic notandum eſt, quòd ſicut.} Prima in duas. In prima, oſtendit per authoritatẽ canonis, quòd ſpirituſſanctus procedit, vt amor. In ſecunda, oſtendit idẽ per authoritates ſanctorum. ibi {Nunc vero, quod incepimus.} Circa pri-
†1.cap.4. mum tria facit. Primo, ſecundum verba Auguſt. appropriat amorẽ de deo dictum. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt, ſpirituiſancto. Secundo, ponit appropriationis ſimilitudinem. ibi {Pluribus enim exemplis.} Tertio, inducit appropriationis authoritatem. ibi {Sed Dei verbum.}

## DISTIN. X.

A

*Hic de ſpirituſancto agitur, & primo, quòd ſit amor patris, & filii dicit.*

NVnc poſt filij æternitatem de ſpirituſancto quantum deo donante videre conceditur, diſſeramus. Spirituſſanctus amor eſt, ſiue charitas, ſiue dilectio patris, & filij. Vnde Auguſtinus† in decimoquinto libro de Trinitate ait. Spirituſſanctus, nec patris eſt ſolius; nec filij eſt ſolius, ſed amborum, & ideo communem qua inuicem, ſe diligunt pater, & filius, nobis inſinuat charitatem.

*Quia ſpirituſſanctus proprie dilectio dicatur, & tamen trinitas ſit dilectio.*

IOannes autem in epiſtola canonica, † ait. Deus charitas eſt. non dixit ſpirituſſanct⁹ charitas eſt, quod ſi dixiſſet, abſolutior eſſet ſermo, & non parua pars quæſtionis deciſa. Sed quia dixit, Deus charitas eſt, incertum eſt, & ideo quærendum eſt, vtrum deus pater ſit charitas; an filius, an ſpirituſſanctus; an deus ipſa Trinitas, quia & ipſa non tres dij: ſed deus eſt vnus. Ad quod
G Auguſtinus †in eodem libro ita dicit. Neſcio, cur ſicut ſapientia, & pater dicitur, & filius, & ſpirituſſanctus, & ſimul omnes, non tres, ſed vna ſapientia, non ita & charitas dicatur pater, & filius, & ſpirituſſanctus, & ſimul omnes vna charitas. Non ideo tamen quiſquam nos inconuenienter eſtimet charitatem appellare ſpiritumſanctum, quia & deus pater, & deus filius poteſt cha-
H ritas nuncupari, ſicut proprie verbum dei, etiam ſapientia dei dicitur, cum pater, & ſpirituſſanctus ſint ſapientia. Si ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet, quis aptius, quàm ſpirituſſanctus? vt ſcilicet in illa ſimplici ſummaque natura, non ſit aliud ſubſtantia, & aliud charitas: ſed ſubſtantia ipſa ſit charitas, & ipſa charitas ſit ſubſtantia, ſiue in patre, ſiue

†ibidem.

## QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intellectum huius partis quinque quæruntur.

Primo. Vtrum ſpirituſſanctus procedat vt amor.
Secundo. Vtrum ſit amor, quem pater habet in filium. & econtrario.
Tertio. Vtrum ſit nexus, vel vnio patris, & filij.
Quarto. Vtrum ex proceſſione ſua poſſit dici proprie ſpirituſſanctus.
Quinto. De numero perſonarum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum ſpirituſſanctus procedat ut amor.*

1.q.37, 1. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpirituſſanctus non procedat, vt amor. Quia ſpirituſſanctus procedit vt perſona in ſe ſubſiſtens, amor autem non ſignificat aliquid per modum ſubſiſtentis, immo per modum inhærentis formæ, vel paſſionis. ergo &c.

¶ 2 Præte. Nunquam natura communicatur, niſi per actum naturæ: ſed amor non ſignificat actum naturæ, ſed magis voluntatis. ergo cum per proceſſionem ſpirituſancti communicetur tota diuina natura perſonæ procedenti, videtur, quòd ſpi-
F rituſſanctus, non procedat, vt amor.

¶ 3 Præter. Non eſt idem modus proceſſionis creaturæ, & perſonæ diuinæ. Sed creaturæ procedunt a deo per actum voluntatis, cuius opus eſt creatio ſecundum Damaſcenum. ergo nulla perſona diuina procedit, per modum amoris, qui eſt actus voluntatis. Lib. 1. fid. orth.c.8.

¶ 4 Item. Modus proceſſionis perſonæ eſt proprius perſonæ procedẽti, quia per proceſſionem diſtinguitur vna perſona ab alia: ſed amor eſt cõmune tribus perſonis, vt dicitur in litera. ergo nullla perſona, vt amor procedit.

¶ 5 Præt. Non eſt idem appropriatum & proprium, quia appropriatum ſumitur iuxta rationem proprij. Vnde ſapientia, quæ appropriatur filio, nulli perſonæ propria eſt, ſed amor, vt dicitur in litera, eſt appropriatũ ſpirituiſancto, ergo non eſt proprius modus ſuæ proceſſionis vt pcedat vt amor.

CONTRA. imago creata, quæ eſt in anima, repræſentat trinitatem in creatura, ſed in imagine creata procedit, aliquid per modum notitiæ, & aliquid per modũ amoris. ergo. Cum igitur in trinitate increata procedat filius per modum notitiæ, erit alia perſona procedens per modum amoris.

ITEM cognitio perfecta, non eſt, niſi
I adiungatur voluntas: ſed ſicut ſe habet intellectus ad voluntatem, ita & verbum ad amorem. ergo verbum non erit perfectũ ſine amore, ſed verbum dei perfectum eſt. ergo & aſſociatur ſibi amor perfectus, & hic eſt ſpirituſſanctus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in proceſſione creaturarum duo eſt conſiderare, ex parte ipſius creatoris, ſcilicet naturam ex cuius plenitudine, & perfectione omnis creaturæ perfectio, & efficitur, & exemplatur, vt ſupra dictum eſt. Et voluntatem, ex cuius liberalitate, non naturæ neceſſitate, hæc omnia creaturæ conferuntur. Suppoſita autem ſecundum fidem noſtram proceſſione diuinarum perſonarum in vnitate eſſentiæ, ad cuius probationem ratio ſufficiens, non inuenitur, oportet proceſſionem perſonarum, quæ perfecta eſt, eſſe rationem & cauſam proceſſionis creaturæ. Vnde ſicut proceſsionem creaturarum naturæ diuinæ perfectionem imperfecte repræſen-
K tantium reducimus in perfectam imaginem diuinam, perfectionem pleniſſime continentem, ſcilicet filium, tanquam in principium, & quaſi naturalis proceſsionis creaturarum a Deo ſecundum ſcilicet imitationem naturæ, exemplar & rationem, ita oportet, ꝙ inquantum proceſsio creaturæ eſt ex liberalitate diuinæ volũtatis reducatur in vnum principium, quod ſit quaſi ratio totius liberalis collationis: hæc autem eſt amor, ſub cuius ratione oĩa a volũtate conferuntur, & iõ oportet aliquã perſonã eſſe in diuinis procedentẽ ꝑ modũ amoris. & hæc eſt.ſ.ſ. Et inde eſt, ꝙ qdã philoſophi totius naturæ amorẽ principiũ poſuerunt. D. 2.q.vnic. ar. 1. De Emped. vt intelligere hic San. Tho. vt recitatur eius opi. 8.phyſ. Tex. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet amor, inquantum amor non dicat quid perfectum, & ſubſiſtens, tamen inquantum eſt Dei amor a quo omnis imperfectio remouetur, habet, quòd ſit perfectum quid, & ſubſiſtens, & ſimile eſt de verbo.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut per primum ꝓceſſum naturæ cõicat tota natura diuina cũ ſit perfect⁹, ita & ꝑ primũ ꝓceſſum voluntatis, q̃ eſt ratio omnis proceſſionis voluntariæ a deo commu-



communicatur tota voluntas: & quia in Deo, idem eſt voluntas, & natura, nec tota voluntas, quæ infinita eſt, poſſet eſſe niſi in natura infinita, & non niſi boni infiniti, quaſi obiecti æquantis infinitam voluntatem. Vnde, nec amor, qui eſt ratio voluntatis poteſt eſſe niſi infinit⁹, ideo oportet etiam cõicari naturã. Vnde amor, quãmuis non dicat cõicationẽ naturæ, inquantum eſt amor. dicit tñ inquãtũ eſt amor Dei, & primus proceſſus diuinæ voluntatis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ creatura procedit a voluntate ſicut res operata ꝑ voluntatem: ſed ꝗ ſpũs ſanct⁹ ſicut rõ cuiuſlibet operis voluntatis; ſicut ẽt filius producit, vt ars oĩum eorũ, q̃ per intellectum dĩnũ cõſtituta ſunt. D.665.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd amor in diuinis tripliciter ſumitur. Quandoque enim ſumitur eſſentialiter. quandoque perſonaliter. quãdoque notionaliter. Quando ſumitur eſſentialiter, non dicit aliquam proceſſionem, vel relationem realem, ſed tantum rationis, ſicut etiam cum de Deo dicim⁹ intelligens, & intellectum: eadem enim perſona poteſt eſſe intelligens, & intellecta. Quando autem dicitur perſonaliter, tunc importatur proceſſio, & relatio realis, & ſignificatur ipſa perſona ſiue res procedens: ſicut amor, eſt quoddam procedens. Quando dicitur notionaliter ſignificat ipſam rationem proceſſionis perſonæ, quia amor non tantum eſt procedens, ſed etiam dicit rationem, ſub qua alia procedunt. Secundum ergo, quod eſt eſſentiale eſt commune tribus. ſed appropriatur ſpirituiſancto. vt cum dicitur, Deus charitas eſt. 1. Io. 4. Secundum autem ꝙ eſt perſonale, eſt proprium ſpirituſſancti. & dicitur, quòd ſpirituſſanctus procedit, vt amor. Secundum autem, quòd eſt notionale, eſt quædam relatio, vel notio communis patri, & filio, quæ etiam dicitur communis ſpiratio, & hoc modo ſignificatur amor in hoc verbo diligunt; cum dicitur, pater & filius diligunt ſe ſpirituſancto.

¶ Ad quintum dicendum, quòd amor ſecundum quod eſt proprium, non eſt appropriatum, Sapientia autem ita eſt appropriata, quòd nunquam poteſt eſſe proprium. Et ratio huius eſt, quia ſapientia non ſignificatur per modum alicuius exeuntis ab aliquo, ſed per modum quieſcentis in ſubiecto, & ideo ſemper eſt eſſentialis, & nunquam perſonalis. Sed amor ſignificatur per modum exitus: nihilominus tamen ſignificat aliquid abſolutũ. Exitus autem ille poteſt intelligi, vt realis, vel ſecundum rationem tantum. Ex parte ergo, qua ſignificat aliquid abſolutum eſt eſſentiale, & tunc relatio, vel exitus importatus, erit rationis tantum, ſicut cum dicitur, idem eidem idem. Quando autem ille exitus ſignificatur non tantum vt rationis, ſed vt realis, tunc amorem ſignificat perſonalem.

### ARTICVLVS II.

b *Vtrum ſpirituſſanctus ſit amor, quem habet pater in filium.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpirituſſanctus, non ſit amor, quem pater habet in filium, vel ecõtrario. Quicquid enim procedit in aliud tendens, non procedit vt per ſe ſubſiſtens, ſed ſpirituſſanctus procedit, vt perſona ſub-
A ſiſtens per ſe. ergo non procedit in filium.

¶ 2 Item, Quod procedit in aliquid recipitur in illo, niſi ſit ex defectu recipientis: ſed in filio, non eſt aliquis defectus. ſi ergo ſpirituſſanctus procedit a patre, vt in filium, filius recipit ſpiritumſanctum; ſed quicquid filius recipit a patre, recipit per generationem. ergo proceſſio per quam ſpirituſſanct⁹ procedit a patre in filium, eſt generatio, vel etiam prius ſecundum rationem, ſicut quod includitur in illa.

¶ 3 Præte. Et ſi filius aliquid accipiat a patre, tamen pater nihil accipit a filio. ergo cũ illud in quod eſt aliquid, ſe habeat in ratione recipientis, nullo modo poterit dici ſpirituſſanctus amor quẽ habet filius in patrem.

CONTRA. Omnis amor ꝓcedit ab amante in amatum: ſed ſpirituſſanct⁹ eſt amor, vt ſupra dictum eſt, ergo videtur cum pater amet filium, & ecõtrario, quòd ſpirituſſanctus ſit amor patris in filium, & econtrario. Art. antecedenti in reſpõſione ad quartum.

¶ Præt. Hoc videtur per authoritatẽ Hiero. in litera.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in proceſſione ſpiritus ſancti, eſt conſiderare duo, ſcilicet proceſſionem ipſam, & modum procedendi. Et quia ſpirituſſanctus procedit vt res diſtincta, & per ſe exiſtens, non habet ex proceſſione ſua inquantum proceſſio eſt, quòd ſit a patre in filium: vel econtrario, ſed quòd ſit in ſe ſubſiſtens. Si autem conſideretur mo-
D dus proceſſionis, quia procedit vt amor, vt dictum eſt, cum amatum ſecundum rationem intelligẽdi ſit id, in quod terminatur amor, & amans a quo exit amor, cum pater amet filium, poteſt dici amor patris in filium, & cum filius amet patrem, amor filij in patrem. Art. præcedent. ad ſecundum.

ET PER hoc patet ſolutio ad primum, quia ſpirituſſanctus, non habet vt ſit amor vnius perſonæ in aliam ex hoc, quòd eſt perſona procedens, ſed ex hoc, quòd procedit, vt amor.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum dicitur filius amari a patre, non prædicatur ſecundum rem, quòd filius aliquid a patre accipiat, ſed quòd terminetur in ipſum actus amoris, & ideo hoc quod dicitur eſſe ſpirituſſanctus amor patris in filium, non pertinet ad generationem: ſed ad ſpirituſſancti proceſſionem. Et per hoc patet ſolutio ad tertium, quia ſicut cum dicitur, quòd pater habet amorem in ſeipſum non ſignificatur ibi aliqua terminatio, vel acceptio ſecundum rem: ſed tantum ſe-
E cundum modum ſignificandi, ita etiam cum dicitur ſpirituſſanctus amor filii in patrem, non ponitur, quòd pater aliquid accipiat, niſi quòd ſecundum modum ſignificandi in ipſum terminatur amor filii, ſicut in amatum.

### ARTICVLVS III.

c *Vtrum ſpirituſſanctus ſit unio patris, & filij.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpirituſſanctus nõ ſit nexus, vel vnio patris, & filii: Qđ enim eſt diſcretum, & diſtinctum ab aliquibus, non eſt vnitiuum ipſorum: ſed ſpirituſſanctus eſt diſtinctus a patre, & filio. ergo nõ eſt vnio vtriuſque.

in filio, ſiue in ſpirituſancto, & tamen ſpirituſſanctus charitas proprie nuncupetur? Ecce his verbis aperte oſtendit Auguſtinus, quòd in Trinitate, charitas aliquando refertur ad ſubſtantiam, quæ cõmunis eſt triũ perſonarum, & tota eſt in ſingulis, aliquando ſpecialiter ad perſonam ſpirituſſancti: ſicut ſapiẽtia Dei, aliquando pro ſubſtantia diuina. aliquando pro filio proprie accipitur, & hoc in multis fieri reperitur.

*Exemplis confirmat eadem nomina, & proprie, & uniuerſaliter accipi.*

PLuribus enim exemplis doceri poteſt multa rerum vocabula, & vniuer-
†Ibidem. ſaliter† poni, & proprie quibuſdam rebus adhiberi: ſicut legis nomine, aliquando ſimul omnia veteris inſtrumenti ſignificantur eloquia; aliquando autem ꝓprie vocatur †lex, quæ per Moyſen data eſt. Multa alia ſuppetunt exempla, ſed in re aperta, vitanda eſt longitudo ſermonis. Sicut ergo vnicum Dei verbum proprie vocamus nomine ſapientiæ: cum ſit vniuerſaliter & ſpirituſſanctus, & pater ipſa ſapientia, ita ſpirituſſanctus proprio vocabulo, charitas nuncupatur: cum ſit pater, & filius vniuerſaliter charitas. †Ioan.1.

B *Authoritatem ponit, quòd filius proprie dicatur ſapientia.*

SEd Dei verbum, ideſt, vnigenitus Dei filius, aperte dictus eſt Dei ſapientia † ore Apoſtoli †dicentis; Chriſtum Dei ſapientiam, & Dei virtutem. Spiritus autem ſanctus, vbi ſit dictus charitas inuenimus, ſi diligenter Ioan. †Apoſtoli eloquium ſcrutemur, qui cum dixiſſet, Diligamus inuicem, quia dilectio ex
C Deo eſt, adiunxit, Et omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt, quia Deus dilectio eſt. Hic manifeſtauit ſe dixiſſe eam dilectionẽ eſſe Deum, quam dixit ex Deo. De⁹ ergo ex Deo eſt dilectio, ſed quia, & filius ex Deo patre nat⁹ eſt, & ſpirituſſanctus ex Deo patre ꝓcedit, quẽ poti⁹ eorum hic debeamus dictum accipere eſſe

† Ibidem. † 1. Cor. 1. † 1. Ioan. 4.

dilectionem, merito quæritur. Pater enim ſolus ita Deus eſt, vt non ſit ex deo, & ideo dilectio, quæ ita eſt Deus, vt ex deo ſit, non ipſe pater eſt, ſed aut filius, aut ſpirituſſanctus. Sed in conſequentibus, cum Dei dilectionem cõmemoraſſet Io. qua dilexit nos, & hinc hortatus eſſet, vt & nos inuicem diligamus, atq; ita in nobis Deus maneat: quia vtique dilectionem deum dixerat: ſtatim volens de hac re apertius aliquid eloqui, inquit, In hoc cognoſcimus, quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Spiritus itaque ſanctus de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipſum in nobis. hoc autem facit dilectio. Ipſe ergo Deus eſt dilectio. Deus ergo ſpirituſſanctus, qui procedit ex deo ſignificatur, vbi legitur. Deus dilectio eſt: & dilectio ex deo eſt. Ecce his verbis aperte dicit Auguſtinus, ſpiritumſanctum eſſe charitatem patris, & filij, & intantum quoq; ſermonem pro- G duxit, vt videtur dixiſſe ſpiritũ ſanctum, nõ ſolum eſſe dilectionem patris, & filij, qua ſe inuicem & nos diligunt: ſed etiam dilectionẽ, qua diligimus Deũ: ſed vtrum ipſe ſit charitas, qua nos diligimus Deum, in ſequenti explicabitur.

¶ 2 Præt. Nexus vel vnio, habet quaſi rationem medij inter ea quæ vniuntur, vel connectuntur: ſed ſpirituſſanctus, non eſt media in trinitate perſona, ſed tertia. ergo nõ eſt vnio, vel nex⁹.

¶ 3 Præt. Nexus dicitur quo aliqua nectuntur, ſed ſiue hoc intelligatur effectiue ſiue formaliter, illud quo aliqua nectuntur habet aliquam rationem principij annexam. ergo cum ſpiritus nullo modo ſit principium patris, & filij: immo econtrario, non poterit dici nexus, vel vnio vtriuſque.

CONTRA. Dion. lib. de diu. nom. c. 4. (Dio. c. 4. de di. no.) Amorem ſiue diuinũ ſiue angelicũ &c. Dicamus vnitiuam quandam, & concretiuam accipimus virtutem: ſed ſpirituſſanctus eſt amor patris, & filij. ergo eſt vnio ipſorum. Hoc etiam videtur ex authoritate Apoſtoli Epheſ. 4. ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis: & ita amor habet rationem vinculi, & nexus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd amor ſemper ponit complacentiam amantis in amatum. Quando autem aliquis placet ſibi in aliquo, trahit ſe in illud, & coniungit ſe illi quantum poteſt, ita vt illud efficiatur ſuum, & inde eſt, quòd amor habet rationem vniendi amantem, & amatum. Et quia ſpirituſſanctus procedit vt amor, ex modo proceſſionis habet vt ſit vnio patris, & filij. Poſſunt enim pater, & filius conſiderari. vel inquantum conueniunt in eſſentia, & ſic inuenitur in eſſentia. Vel inquantum diſtinguuntur in perſonis, & ſic vniuntur per conſonantiam amoris: quia & ſi per impoſſibile poneretur, quòd non eſſent vnum per eſſentiam, ad perfectam iocunditatem oporteret in eis intelligi vnionem amoris.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex ipſa proceſſione ſpirituſſanctus habet, quòd procedat vt perſona: ſed ex modo proceſſionis habet, quòd ſit vinculum, vel vnio amantis, & amati. Vtrum autem pater, & filius diligant ſe ſpirituſancto infra quæretur. (Diſt. 32. q. 1. ar. 1. & 2.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inquantum procedit a duobus, habet quòd ſit tertia in trinitate perſona. Sed ex modo procedendi, quòd ſit vnio vtriuſque perſonæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pater, & filius dicuntur vniri ſpirituſancto, non effectiue, ſed quaſi formaliter: ſed forma eſt duplex. Quædam enim manens, & quieſcens in his, quorum eſt forma, & ſic per modum formæ ſe habet ad perſonas diuina eſſentia, & ſic vniuntur formaliter amore eſſentiali. Et etiam aliquid formaliter vniens, non quaſi inhærens, ſed ſicut procedens ab vtroque vnitorum, ac ſi diceremus, aliqua duo corpora vniri per aliquem liquorem ab eis procedentem, & ita pater & filius, vniuntur ſpirituſancto. vnde non ſequitur, quòd ſit principium patris, & filij, ſed econuerſo. Hoc tamen magis diſcutietur, quando quæretur: vtrum pater, & filius diligant ſe ſpirituſancto.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum perſona procedens per modum amoris, proprie dicatur ſpirituſſanctus.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd perſona, quæ procedit vt amor, non proprie dicatur ſpirituſſanctus. Illud enim, quod eſt commune tribus perſonis, non efficitur proprium, niſi aliquo ꝓprio adiuncto. Sed ſpiritus conuenit tribus perſonis, Ioan. 4. Spiritus eſt Deus. Sanctus autem quod additur eſt etiam commune, & non proprium. ergo videtur, quòd ſpirituſſanctus, non ſit proprium nomen alicuius perſonæ.

¶ 2 Præt. Perſonæ diſtinguuntur per relationem originis; ſed huiuſmodi relationes, ſecundum modum intelligendi, conſequuntur proceſſiones perſonarum. ergo quælibet perſona debet denominari, ſecundum proceſſionem aliquam. Sed ſpiri- F tuſſanctus, nullam proceſſionem, vel proceſſionis modum exprimit. ergo non videtur eſſe nomen alicuius perſonæ. Si dicas, quòd dicitur ſpirituſſanctus, quia procedit vt amor, ſcilicet ad ſimilitudinem eius, quod dico duo amantes conſpirant ſibi in amore, per oſculum oris: vnde fit reſpiratio. Contra: ſecundum hoc, nomen ſpiritus, ſumeret ex ſimilitudine ſpirit⁹ corporalis: ſed omne tale nomen dicitur de Deo metaphorice, & non proprie: nec ſecundum prius. Cum igitur nomina perſonalia inueniantur in diuinis proprie, & etiam per prius, quàm in creaturis: vt dicit Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas &c. videt, quòd per iſtum modum, nulla perſona diuina debeat nominari ſpirituſſanctus.

¶ 3 Prꝭt. Sicut proceſſio, quæ eſt ꝑ modum amoris eſt ſancta, ita illa quæ eſt per modum naturę. (Di. 17.) ergo ſicut non dicitur filius ſanctus, ita non debet dici ſpirituſſanctus.

IN contrarium eſt tota Scriptura, & totus vſus Eccleſiæ, quæ tertiam in trinitate perſonam ſic nominat.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſpiritus eſt nomen poſitum ad ſignificandum ſubtilitatem alicuius naturæ. vnde dicitur tam de corporalibus, quàm de incorporeis. Aer enim ſpiritus dicitur propter ſubtilitatem, (H) & exinde attractio aeris, & expulſio dicitur inſpiratio, & reſpiratio: & exinde ventus etiam dicitur ſpiritus, & exinde etiam ſubtiliſſimi vapores, per quos diffunduntur virtutes animæ, in partes corporis dicuntur ſpiritus. Et ſimiliter incorporea propter ſuam ſubtilitatem dicũtur ſpiritus: ſicut dicimus duos ſpiritum, & angelum, & animam. Et inde eſt etiam, quòd dicimus deũ homines amantes ſe, & concordes, eſſe vnius ſpiritus, vel conſpiratos, ſicut etiam dicimus eos eſſe vnum cor, & vnam animam: ſicut dicitur Ethic. 9. (Cap. 11.) proprium amicorum eſt, vnam animam in duobus corporibus eſſe. Subtilitas autem dicitur per remotionem a materialitate. vnde ea, quæ habent multum de materia, vocamus groſſa, ſicut terrã. & ea, quæ minus, ſubtilia, ſicut aerem & ignem. Vnde cũ remoueri a materia magis ſit in incorporeis & maxime in Deo, ſpiritualitas ſecundum rationem ſignificationis ſuæ per prius inuetur (I) in Deo, & magis in incorporeis, quàm corporalib⁹, quàmuis forte ſecundum impoſitionem nominis, ſpiritualitas magis ſe teneat ad corporalia, eo quòd nobis qui nomina impoſuimus, eius ſubtilitas magis eſt manifeſta. Secundum hoc igitur dico, ꝙ ſpiritus, inquantum nominat ſubtilitatem naturæ, cõe eſt tribus ꝑſonis: ſed duplici ratione nominatur ſpirituſſanctus a ſpiritualitate. Vna & præcipua eſt vt credo, quia per ipſum, & dona ipſius in participationem diuinæ ſpiritualitatis trahimur, inquantum a temporalibus remouemur. vnde contemptores temporalium ſpirituales dñr, & hoc conuenit ſibi, inquantum procedit, vt amor, qui habet rationẽ primi doni, in quo omnia dona donantur. Alia ratio eſt, quia eſt amor patris in filium, quo ſe diligunt, & amantem & amatum dicimus in ſpiritu vniri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc, quod dico ſpirituſſanctus, (K) poteſt dupliciter conſiderari: vel inquantum ad virtutem vocabulorum, & ſic conuenit toti trinitati, prout ſumitur in virtute duarum dictionum, vel inquantum ad impoſitionem eccleſiæ, per quam hoc impoſitum eſt ad ſignificandũ vnã perſonam; quaſi circumlocutio vnius nominis: propter defectũ vocabulorum, quia linguæ noſtræ deficiunt a narratione Dei, & ſic proprie conuenit ſpirituiſancto. Et rationem conuenientiæ aſſignat Augu. in litera. Quia enim eſt communitas patris, & filij decet, vt communi nomine nominetur.

¶ Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ ex ratione ſuæ ꝓceſſionis. ſ. ſ. procedit vt amor, & inquãtũ eſt amor cõuenit ſibi, ꝙ noĩetur per ſpũalitatem, vt dictũ eſt. & ſic aliquo modo nomen ſpirituſſancti, quendam modum proceſſionis exprimit, quia amoris. (In cor. ar.)

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ſpiritus per prius dicitur de diuinis, q̃ de corporeis, ſicut prædictum eſt, & ideo obiectio, illa non tenet: nec credo ab illa ſimilitudine ſpiritumſanctum vocari. (In cor. ar.)

¶ Ad



*b Reſtat oſtẽdere, quod propoſuerat, ſcilicet, quomodo ſpirituſſanctus ſit amor, quo pater a filio, & filius a patre diligitur.*

NVnc ergo, quod incepimus oſtendere curemus, ſcilicet ſpiritum ſanctum dilectionem eſſe ſiue amorem patris, & filij, quo ſcilicet pater diligit filiũ, & filius patrem. De hoc Hieronymus† ſuper 17. Pſal. ait. (†In princ. to. 8.) Spirituſſanctus nec pater eſt, nec filius, ſed dilectio, quam habet pater in filium, & filius in patrem. Auguſt.† quoque in 6. li. de Trini. ait. (†ca. 4. in fi.) In omnibus æqualis eſt patri filius, & eſt vnius eiuſdemque ſubſtantiæ. †Quapropter, etiam ſpirituſſanctus, in eadem vnitate ſubſtantiæ, & ęqualitate ſubſiſtit. (†ibi. c. 5. t. 3)

*c Hic aperitur, quid ſit ſpirituſſanct.*

SIue enim ſit vnitas amborum, ſiue ſanctitas, ſiue charitas, manifeſtũ eſt, quòd non aliquis duorum eſt, quo vterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur, genitoremque ſuum diligat, ſintque non participatione, ſed eſſentia ſua, neque dono ſuperioris alicuius, ſed ſuo proprio ſeruantis vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes ſpiritumſanctũ eſſe, quo filius diligitur a patre, & pater a filio, & quo illi duo ſeruant vnitatem pacis. Spiritus† ergo ſanctus. vt ait Augu. in eodem, (†5. de Trin cap. 5.) commune eſt aliquid patris, & (B) filij, quicquid illud eſt. At ipſa communio conſubſtantialis, & coæterna eſt, quæ ſi amicitia conuenienter dici poteſt, dicatur: ſed aptius dicitur charitas, & hæc quoque ſubſtantia, quia Deus ſubſtantia, & Deus charitas eſt. Tria ergo ſunt, & non amplius: vnus diligẽs eum, qui de illo eſt, & vnus diligens eum de quo eſt, & ipſa dilectio. quę ſi nihil eſt, quomodo Deus dilectio eſt? Si non eſt ſubſtantia, (C) quomodo Deus ſubſtantia eſt?

*d Quòd ſicut ſpirituſſanctus communis eſt patri, & filio, ita commune nomen habet propriũ.*

HIc notandum eſt, quòd ſicut ſpirituſſanctus in trinitate ſpecialiter dicitur charitas, quæ eſt patris, & filij vnio, ita & nomẽ tenet proprie, quod patri, & filio communiter quodammodo congruit. Vnde Auguſtinus† in 15. libro (D) de Trinitate. (†ca. 19. to. 3) Si charitas (inquit) qua pater diligit filium &

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut dicit Dion. 12. cap. de di. no. Sãctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & immaculata munditia, & ideo conuenienter ſanctitas ſpiritualitati adiungitur, quæ etiam a materialitate ſeparationem dicit: vt ſic, per ſpiritualitatem deſignetur ſeparatio a materia, & per ſanctitatem a materialibus defectibus.

¶ Vel dicendũ, ꝙ natura ſemper eodem modo operatur, & iõ in opere naturæ, nõ eſt inuenire rectum, & non rectum, ſicut in opere voluntatis. Et ideo conuenienter ſanctitas, quæ rectitudinem voluntatis importat, adiungitur proceſſioni amoris, & non generationi, quæ eſt opus naturæ.

ARTIC. V.

*c Vtrum tantum tres perſonæ ſint in diuinis.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd non ſint tantum tres perſonę in diuinis. in diuinis enim nõ pl⁹ diſtat voluntas, & natura, quàm intellectus; ſed alia perſona eſt procedens per modum voluntatis, vel amoris ab illa, q̃ procedit per modum naturæ, vel generationis. ergo adhuc debet eſſe alia, quæ procedat per modũ intellectus.

¶ 2 Prꝭt. Sicut pater diligit filium, ita etiã diligit ſpiritumſanctum, ſed amor quo pater diligit filium eſt vna perſona. ergo & amor quo diligit ſpiritumſanctum eſt vna perſona, & ita ſunt plures, quàm tres.

¶ 3 Item. Sicut eſt perfecta bonitas & liberalitas in patre, & filio, ita & in ſpirituſancto, ſed propter ſummam bonitatem & liberalitatem conuenit patri, quòd naturam ſuam communicet alij, quia bonum eſt communicatiuum ſui. ergo eadem ratione ſpirituſſanctus communicabit naturam ſuam perfecta communicatione: ſed non perfecte communicat creaturæ. ergo communicabit alij diuinæ perſonæ.

¶ 4 Item. In deo non tantum eſt natura & voluntas, ſed plura alia attributa, quorum vnumquodque habet rationem principij: ſed voluntati & naturæ reſpondet aliqua proceſſio inquantum habent rationem principij. ergo etiam & alijs attributis reſpondebunt aliæ proceſſiones ſecundum quas multiplicabuntur perſonæ multo plures, quàm tres.

SED CONTRA. Videtur quòd ſit tantum duæ. Perſonæ enim non diſtinguuntur niſi ſecundum relationes originis. Sed relatio originis eſt ſecũdum quam aliquis eſt ab alio. ergo videtur quòd ſit tantum vna perſona, quæ ſit ens ab alia, & reliqua a qua eſt alius. ergo ſunt tantum duę perſonæ.

RESPONDEO, Dicendum, quòd non ſunt niſi tres perſonæ in diuinis. Et ratio hui⁹ eſt, quia in diuinis propter eſſentiæ ſimplicitatem, non poteſt eſſe diſtinctio, ſecundũ aliquid abſolutum, ſed ſecundum relationem, & tantum ſecundum relationem originis. vt infra probabitur. (Diſ. 26. q. 2. ar. 2.)

¶ Item. Relatio originis nõ poteſt conſtituere perſonam ſi ſignificet in communi, ſed oportet quòd ſignificet aliquid proprium & determinatum. Habet enim ſe loco differentiæ conſti- (A) tutiuæ reſpectu perſonæ, quam oportet eſſe propriam.

¶ Item. Quia perſona eſt nomen dignitatis oportet quòd illa relatio ſit ad dignitatem pertinens. ſic ergo oportet tria conſiderare in conſtituentibus perſonas, ſcilicet quòd ſit relatio originis, quòd ſit propria, quòd ſit ad dignitatem pertinens. Relatio autem originis in communi importatur in his duobus, qui ab alio, & a quo alius. Hoc etiam, quod dico a quo ali⁹ eſt quidem ad dignitatem pertinens, ſed commune eſt. Vnde oportet ad hoc, ꝙ cõſtituat perſonam, ꝙ determinetur ꝑ ſpecialem modum originis. In diuinis autem, non poteſt eſſe niſi duplex modus originis, ſecundum quod omne agens diuiditur in agẽs a natura, & agens a volũtate, & iſtæ actiones inuẽtæ in creaturis, vt ſupra dictum eſt, (Diſt. 4. q. 1 ar. 1.) reducunt in cauſam, & exemplar in duas proceſſiones in diuinis, quarum vna eſt, per modum naturæ, & vocatur generatio, & alia per modũ volũtatis, & võcatur ſpiratio, vt ſupra dictũ eſt. (Ibidem. vb. ſupra.) Oportet igitur, ita ſpecificare a quo alius per generationem, a quo alius per ſpirationẽ. Hæc autem duo non habent repugnantiam, quia idem poteſt eſſe principium plurium diuerſis modis. Vnde ex hoc, non cõſtituentur duę perſonæ, ſed vna tantũ, quia nihil habet virtutem diſtinguendi: niſi quod habet aliquam rationem oppoſitionis. Sic igitur habemus vnam perſonam, a qua eſt aliquis per generationem, & ſpirationem ſicut pater. ſi autem accipiamus aliud, ſcilicet qui eſt ab alio, quàmuis importet relationem originis, tamen non ſufficit ad conſtituendam perſonam, tum quia commune eſt, tum quia nihil dignitatis importat. Eſſe enim ab alio poteſt aliquid vel nobili, vel ignobili modo. Vnde oportet ad hoc, quòd conſtituatur perſona, quòd determinetur per ſpecialem modum ad dignitatem pertinentem, & iſti ſunt tantum duo in diuinis, & ideo oportebit ita dicere, qui eſt ab alio per generationem, & qui eſt ab alio per ſpirationem. Iſta autem duo, non poſſunt vni conuenire, quia vna res habet tantum vnum modum, quo oritur (E) ex alio. Non enim idem in ſpecie, eſt a natura & ab arte, nec per putrefactionem, [d] & ſeminationem: (D. 214) & ideo erit vna perſona, quæ eſt ab alia per generationem, & hic eſt filius, & alia, quæ eſt ab alia per ſpirationem, & hic eſt ſpirituſſanctus. Et cum iſtæ relationes, non poſſint multiplicari ſecundum numerum, ita quòd remaneat vnitas in ſpecie, eo quòd non eſt ibi aliqua diuiſio materialis, oportet, quòd ſint tantum tres perſonæ.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd proceſſio intellectus, & naturæ habent quandam ſimilitudinem, per quam diſtinguuntur, a proceſſione per modum voluntatis. Poteſt enim aliquid procedere ab vno, vel a pluribus. Quod autem procedit per modum naturæ, procedit vt ab vno. ſi illud perfectum ſit. & ſimiliter, quod procedit per modum intellectus: non enim plures homines habent vnam conceptionem in numero. Et ita filio, qui eſt tantum ab vno,

F ſcilicet a patre, attribuitur vterque modus: procedit enim per modum naturæ vt filius, & per modum intellectus vt verbum. ſed voluntas tendit in alium, & poteſt eſſe reciprocatio, vt ex duobus vna voluntatis ꝓcedat conformitas, quæ eſt vnio vtriuſque. Et ideo procedere per modum voluntatis conuenit ſpirituiſancto, qui procedit a duobus vniens eos, inquantum ſunt diſtinctę perſonæ. Inquantum. n. ſunt vna eſſentia, vniũtur per eſſentiam, & ſecũdũ hoc eſt inter eos amor eſſentialis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut eſt in inferioribus, ꝙ non alio actu potentia fertur in obiectũ, & [d] in actum ſuum. eodem enim actu intellect⁹ intelligit ſe, & intelligit ſe intelligere. ita etiam cum ſpiritusſanctus procedat vt amor, quo pater amat filiũ, non oportet, quòd ſit ali⁹ amor, quo amet illũ amorẽ, & præcipue cum ille amor, non differat ab iſto, niſi ſecundum numerũ, & non ſecundum rationem, & talis diuerſitas in diuinis, non poteſt eſſe, vt ſupra probatum eſt.

D. 32. & 41. & 44.

†Coloſ. 1.

Diſt. 9. q. 1. ar. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd liberalitas, & bonitas ſunt eſſentialia, eſſentialia autem non ſunt principia actuum notionalium, niſi ſecundum quòd ipſa eſſentia eſt idem re, quod ꝓprietas, vel notio, vt ſupra dictum eſt.

Diſt. 2. q. vnica. ar. 3.

Vnde bonitas vel liberalitas in patre, non eſt principium generationis: niſi inquantum bonitas eſt ſua paternitas, in filio autem bonitas non eſt paternitas, ſed filiatio. Vnde eadem bonitate, & liberalitate pater generat, & filius generatur, & pater ſpirat, & ſpiritusſanctus ſpiratur. Vnde ſecundum Auguſtinum: cum dico de quo eſt, eſt quæſtio originis, & non æqualitatis, ſed cum quæritur qualis, vel quantus. Et ideo per hoc, quòd ſpiritusſanctus, non producit aliam perſonam, non eſt minoris liberalitatis, vel bonitatis.

Li. 3. cõtra maxim. ca. 18. to. 6.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnia attributa diuina ſunt principium productionis per modum efficientis exemplaris: ſicut bonitatem omnia bona imitantur, & eſſentiam omnia entia, & ſic de aliis. Vnde omnis illa proceſſio eſt per modum naturæ: & ideo, non oportet eſſe plures modos proceſſionis in diuinis.

In cor. ar. ¶ Ad vltimum patet ſolutio per ea, quæ dicta ſunt.

G patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonſtrat amborum, quid conuenientius, quàm vt ille dicatur ꝓprie charitas, qui ſpiritus eſt communis amborum? Hoc enim ſanius creditur, & intelligitur, vt non ſolum ſpiritusſanctus charitas ſit in illa Trinitate, ſed non fruſtra proprie charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta ſunt, ſicut non ſolus in illa trinitate, vel ſpiritus eſt, vel ſanctus, quia & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus, & tamen ipſe non fruſtra dicitur ſpiritusſanctus. Qui.n. eſt communis ambobus, id vocatur ipſe proprie, quod ambo communiter. Alioquin, ſi in illa Trinitate ſolus ſpiritusſanctus eſt charitas: profecto, & filius, non ſolius patris: ſed etiam ſpiritusſancti filius inuenitur. Ait enim† Apoſtolus de Deo patre.. Tranſtulit nos in regnum filij charitatis ſuæ. Si ergo non eſt in illa trinitate charitas dei, niſi ſpiritusſanct⁹, filius eſt etiã ſpiritusſancti. Sed quia hoc abſurdisſimum eſt, reſtat, vt non ſolus ibi ſit charitas ſpiritusſanctus: ſed propter illa de quibus ſatis differui, proprie ſic vocatũ.

I

## EXPOSITIO LITERAE.

Spiritvs sanctvs amor eſt &c.} Hęc tria ſe habent ex additione adinuicem. Amor enim dicit ſimplicem inclinationem affectus in amatum. Vnde etiam quandoque paſſionem dicit, ſecundum ꝙ eſt in parte ſenſitiua, & ſic amor etiam in irrationabilibus inuenitur. Dilectio autem pręſupponit electionem ſicut ipſum nomen oſtendit. Vnde tantum rationabilium eſt: ſed charitas ponit quandam vehementiam dilectionis, inquantum dilectũ ſub ineſtimabili pręcio habetur, ſecundum quòd res multi pręcij caræ dicuntur. {Siue enim ſit vnitas &c.} Vnitas dicitur, inquantum eſt nexus patris, & filij, vt dictum eſt. ſed ſanctitas dicitur, inquantum procedit proceſſione voluntatis, in qua conſiſtit tota ſanctitas.

In hac diſt. ar. 3.



## DIVISIO TEXTVS.

Hic determinat de proceſſione ſpiritusſancti, quantũ ad ſuum principium, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ſpiritumſanctum procedere a patre, & filio. In ſecunda inquiritur: vtrum æqualiter ab vtroq; procedat. 12. diſtinc. {Item quęritur, cum ſpiritusſanctus.} Prima in duas. In prima probat veritatem. In ſecunda excludit errorem. ibi {Græci tamẽ dicunt.} Quæ diuiditur in duas. In prima oſtendit Gręcorum controuerſiã. In ſecũda reducit ad concordiam intellectus. ibi {Sciendum tamen eſt.} Prima in duas. In prima ponit obiectionem Græcorum. In ſecunda ſolutionem. ibi {Nos autem illa verba &c.} {Sciendum tamen.} Hic oſtendit Græcorum concordiam ad latinos, quantum ad ſenſum, quàmuis in verbis ſit differentia, & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quòd Græci concedunt ſpiritũſanctũ eſſe a filio in ſuo æquualenti, quia ſcilicet concedunt eum eſſe filij. Secundo, oſtendit per multas authoritates doctorũ Græcorum, quòd etiam concedunt ſpiritum ſanctum expreſſe eſſe a filio. ibi {Vnde & quidam eorũ.}

## DISTINCTIO XI.

A

*Quòd ſpiritusſanctus procedit a patre, & a filio.*

Hic dicendum eſt ſpiritumſanctum a patre eſſe, & filio, *a.* & procedere a patre, & filio, quod multi hæretici negauerunt. Quòd autem de vtroq; procedat, multis diuinorum eloquiorum teſtimoniis comprobatur. Dicit.n. Apoſtolus. †Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra. Ecce †hic dicitur ſpiritus filij. & alibi. Qui autem ſpiritum Chriſti non †habet, hic non eſt eius. Ipſe etiam filius de ſpiritusſancto dicit in †euangelio. Quem ego mittam vobis a patre. Patris autem ſpiritus dict⁹ eſt, vbi legitur. Si ſpiritus †eius, qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis habitat in vobis. Et ipſe Chriſtus dicit. Non †enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpirit⁹ patris veſtri qui loquitur, & in alio loco, quem mittet pater in nomine meo. †Et alibi, ipſe filius de ſpiritusſancto, ait. †De patre procedit. His & aliis pluribus authoritatibus oſtenditur, ꝙ ſpiritus ſanct⁹ a patre, & filio procedit.

H

†Gal. 4. †Augu. 15. de Trin. ca. 26. adducit ad idem. †Ioan. 10. †Ioan. 15. †Rom. 8. †Mar. 13. †Ioan. 14. †Ioan. 15.

## QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intelligentiã huius partis quatuor quęruntur.

Primo. Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre, & filio.

Secũdo. Dato, quòd ſic. Vtrum procedat ab eis, inquantum ſunt vnum, vel inquantum ſunt plures. Et ſi inquantum vnum.

Tertio. Quęritur. Vtrum inquantum ſunt vnum in eſſentia, vel inquantum ſunt vnum in aliqua notione.

Quarto. Vtrum poſſint dici pater, & filius vnus ſpirator.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre & filio.*

K Ad primvm ſic ꝓceditur. Videtur, ꝙ ſpi. ſ. nõ procedat a filio: ſed tm̃ a patre. Diony. de di. no. c. 2. Dicitur qdẽ, eſt fontana deitatis filius, & ſ. ſ. deigenæ deitatis, ſi ita oportet dicere pullulatiões ſunt diuinæ naturæ: & ſicut flores, & ſicut diuina lumina a sãctis eloquiis accepim⁹, ſed pullulatio, nõ ẽ a pullulatione, nec flos a flore. ergo nec. ſ. ſ. a filio. — 1. q. 3. ar. 2.

¶ 2 Præt. In legẽda B. And. dr̃. Pax vobis, & vniuerſis, q. credunt in vnũ Deũ patrẽ, & in vnũ filiũ eius do. no. Ieſum. & in vnum ſpũmſcm̃ procedentẽ ex p̃re, & in filio ꝑmanẽtẽ. qđ aũt ꝑmanet, in aliquo ꝓcedẽs ab alio, nõ procedit ab eo, in quo ꝑmanet, alˀs nõ diceretur manere in eo, ergo ſpũsſan. non procedit a filio. — quodl. 4. 7. & de po. q. 10. 4. op. 2. cap. 4.

¶ 3 Itẽ. Dam. ſ. ſ. ex patre dicim⁹, & ſpũm p̃ris noĩamus. ex filio autem ſpũm nõ dicimus. ſpũm vero filij nominamus. ergo &c. — 1. fid. orth. cap. 11.

¶ 4 Itẽ. Hoc vr̃ ꝑ quaſdã ſĩiitudines. Spũs. n. corporalis quo verbũ vocale ꝓfert, nõ ꝓcedit a verbo, immo vtrunq; a loquente. ergo nec ſpi. ſ. procedit a filio, qui eſt verbũ, ſed vtrunque a patre.

¶ 5 Item. Ex ſole procedit ſplendor, & calor, ita quòd neutrum ex altero, ſed filius eſt ſplendor patris. Heb. 1. ſpiritusſan. autem eſt ſicut calor, cum ſit amor. ergo &c.

¶ 6 Item.



¶ 6 Item. Videmus, quòd illud, quod procedit corporaliter: procedit ex vno loco in alium, & non ex illis duobus. ergo & ſpiritusſanctus procedit ex patre in filium, & non ex patre, & filio.

¶ 7 Item. Hoc videtur ratione. Nullum enim ſimplex poteſt eſſe a duobus, aliàs. n. effectus eſſet ſimplicior cauſa, quod eſt impoſſibile: ſed ſpiritusſanctus eſt ſimplex. ergo non eſt a duobus.

¶ 8 Pręt. Spiritusſanctus non minus conuenit cum patre quàm filius, nec minoris eſt dignitatis. ſi igitur filius communicat cum patre inſpiratione ſpiritusſancti, videtur, quòd ſpiritusſanct⁹ cõmunicet cum patre in generatione filij: & hoc eſt falſum. ergo & primum.

† Ioan. 15. † Niceno, Epheſino, Calcedo. & Conſtanti.

¶ 9 Præter. Aut pater ꝑfecte ſpirat ſpiritumſanctum, aut non. Si non. ergo eſt aliqua imperfectio in patre, quod eſt impoſſibile. Si perfecte, ergo ſuperfluus eſt alius ſpirans: in diuinis autem nihil eſt ſuperfluum. ergo filius non ſpirat ſpiritumſanctum.

In contrarium ſunt multæ authoritates in litera poſitæ.

¶ Idem oſtenditur per ſimilitudinem, quia in anima eſt imago Trinitatis, ſed amor in anima, qui repræſentat ſpiritumſanctum, procedit a notitia, quæ repræſentat filium. ergo in diuinis ſpiritusſanctus procedit a filio.

Vbi ſupra. ¶ Item. Omnis amor procedit ab amante: ſed ſpiritusſanctus amor eſt patris, & filij ſecundum authoritatem Dam. inductã, vt amor ipſorum. ergo procedit ab vtroq;.

Respondeo, Dicendum ſimpliciter, quòd ſpiritusſanctus procedit a filio. Hoc enim remoto, ineuitabiliter remouetur diſtinctio filii, & ſpiritusſancti. Cum enim diuinæ perſonæ ſecundum nihil abſolutum diſtinguantur, oportet, quòd omnis ipſarum diſtinctio ſit ſecundum relationes originis. Vnde ſi ſpiritusſanctus, & filius non diſtinguerentur per hoc, quòd vnus eſt ab alio, oporteret, quòd vterque eſſet vna perſona. Nec hoc remoto poſſet dici, quòd diſtinguerẽtur perſonaliter filius, & ſpiritusſanctus per diuerſum modum procedendi a patre, vt quòd filius procederet per modum naturæ, & ſpiritusſanctus per modum voluntatis. Ille enim modus diuerſus, aut diceret diuerſitatem per oppoſitionem relationis: & ſic rediret idem, quod prius. Aut diceret diuerſitatem in abſolutis, & tunc vel realem diuerſitatem, & ſic eſſet compoſitio in Deo, vel diuerſitatem rationum, & ſic non poſſet eſſe inter filium, & ſpiritum ſanctum, niſi diuerſitas rationis. Et hoc non ſufficit ad diſtinctionem perſonarum, vt ſupra dictum eſt. Et ideo cum filius nõ ſit a ſpiritusſancto, relinquitur, quòd ſpiritusſanctus ſit a filio.

D. 2. q. vni. art. 5.

In princip. ¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd locutiones illæ ſunt ſymbolicę. & ideo ex eis non procedit argumento: ſicut idem Diony. dicit in epiſtola ad Titum. Quia ſymbolica theologia non eſt argumentatiua. Et non ſimilitudo quantum ad aliquid, ſcilicet, quòd flores ſunt ab vno, non tamen quãtum ad omnia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpiritusſanctus dicitur manere in filio, non quòd non ſit diſtinctus ab eo: ſed quia virtus ſpiratiua eſt in patre, & a patre eſt in filio, ſicut & omnia, quæ filius habet, & ibi manet, & non procedit vlterius, quia ſpiritusſanctus non habet virtutem ſpirandi, vt ſcilicet ſpiret, ſed vt ſpiretur, vt ſupra dictum eſt de potentia generatiua filii.

Diſt. 7. q. 2. art. 2.

¶ Vel dicendum, quòd intelligitur de filio ſecundum naturam aſſumptam, in quo nihil fuit contrarium gratię ſpiritusſancti. & ideo in ipſo dicitur quieſcere, ſicut etiam dr̃ habitare in ſc̃is.

*Quòd Græci non concedunt ſpiritum ſanctum procedere a filio.*

Graeci tamen dicunt, ſpiritum ſanctum procedere tantum a patre, & non a filio. Quod ideo dicunt, quia veritas in euangelio fidem integre continente, de proceſſione ſpiritus loquẽs, ſolum patrem commemorat dicens. Spiritus, qui a patre procedit. † Et etiam ideo, quia in principalibus conciliis, † quæ apud illos celebrata ſunt, ita ſymbola eorum ſubiunctis anathematibus ſancita ſunt, vt nulli de Trinitatis fide aliud docere, vel aliter prædicare, quàm ibi continetur, liceat. In quibus quidem ſymbolis, cum ſpiritusſanctus, commemoretur procedere a patre, & nõ a filio, quicunque inquiunt a filio eum procedere addunt, anathema incurrunt: vnde & nos arguunt anathematis reos. Addunt etiã ad aſſertionem ſuæ opinionis, & in teſtimonium noſtræ damnatiõis de ſymbolo fidei, quòd ſecundum traditionem prædictorum conciliorum: Leo tertius Romę tranſcriptum in tabula argentea poſt altare beati Pauli poſita, poſteris reliquit, pro amore (vt ipſe ait) & cautela fidei orthodoxę. In quo quidem ſymbolo, in proceſſione ſpiritus, ſolus commemoratur pater, his verbis, Et in ſpiritum ſanctum dominum, & viuicatorem, ex patre procedentem, cũ patre, & filio coadorandum, & glorificãdum &c. Illud eſt ſymbolum, quod in Miſſa cãtatur, æditum in Niceno concilio. In fine cui⁹ ſubiũctũ eſt, Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema ſit. Ideoque Græci, nos anathematizatos dicũt, quia dicimus ſpiritumſanctum a filio procedere, quod ibi non continetur. Quod enim ſecundum nos ibi dicitur, qui a patre, filioque procedit, alterum à Latinis eſt additum. ſ. filioq;.

B

C

A ¶ Ad tertium dicendum, quòd Dama. in hac parte non creditur, quia dicitur fuiſſe tempore illo, quo incępit controuerſia ſuper hac quęſtione inter Gręcos, & Latinos; tamen non negat quin ſit ex filio, ſed dicit ſe non concedere, quòd ſit a filio, quia adhuc apud eos in dubio vertebatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd verbum eſt duplex, ſcilicet vocale, & verbũ mẽtis, & duplici verbo reſpõdet duplex ſpirit⁹. Verbo enim volubili reſpondet ſpiritus corporalis, verbo mentali ſpiritus amoris intimi. Vnde dico, quòd verbum ſecundum generationem æternã eſt ſimile verbo mẽtali. & ideo a verbo procedit ſpiritusſanctus, ſicut a verbo mentali amor. Sed filius ſecundũ quòd carnẽ aſſumpſit, hẽt ſimilitudinẽ verbi vocalis, & ſicut formatio vocis ſit per aerem reſpiratum: ita incarnatio verbi facta eſt operatione ſpiritusſancti.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd in illa ſimilitudine ſupponitur falſum. calor enim ꝓcedit ex ſplẽdore ſecundum Philoſophos; vnde dicit Auic. 6. de naturalibus. quòd ſol non facit calorem in inferioribus, niſi mediante ſplendore. — Par. 3. ca. 1.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd proceſſio dicitur proprie in diuinis, ſicut & generatio. Vnde non ſumitur a ſimilitudine proceſſionis localis, quia hoc eſſet metaphorice dictum: ſed dicit exitum a principio. Non autem omne, quod eſt a principio procedit in aliud, ſed aliquid procedit, vt in ſe ſubſiſtens, & ita procedit ſpiritusſanctus a patre, & filio.

D ¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd ſimplex non poteſt procedere a pluribus, quæ ſunt diuerſa per eſſentiam, quorum ſunt diuerſæ operationes. Sed pater, & filius virtute vnius naturæ ſpirant ſpiritum ſanctum vnica ſpiratione: & ideo, qui ſpiratur eſt ſimplex r

¶ Ad octauum dicendum, quòd non poteſt ſpiritusſanctus cõmunicare patri in generatione filii duplici ratione. Primo, quia filius procedit per modum naturæ, quia per actum generationis, & actus naturæ eſt vnius tantum. Sed ſpiritusſanctus procedit vt amor per modum voluntatis: ſed plures vniũtur in voluntate ad aliquem actum: & ideo ſpiritusſanctus poteſt eſſe a patre, & filio. Alia ratio eſt, quia repugnaret proprietati ſpiritusſancti, qua ſcilicet procedit a patre, & filio, vt amor. non enim poteſt eſſe, quòd duo ſint principium ſibiinuicem. Vnde ſicut pater filio non communicat paternitatem, vt ſeipſum generet, ita nec ſpiritusſanctus, vt filium generet. Sicut eſt inconueniens, quòd aliquid generetur ex ſeipſo, ita etiam vel plus, quòd aliquid generetur ab eo, cuius eſt principium.

E ¶ Ad vltimum dicendum, quòd pater perfecte ſpirat ſpiritumſanctum: ſed quia omnis perfectio patris communicatur filio, quæ non repugnat ſuæ proprietati, cum nihil diſtinguat inter eos, niſi originis relatio, oportet, quòd ſicut cõicat ſibi perfectionem diuinitatis, ita etiam perfectionem ſpirandi. vnde non eſt propter imperfectionem patris, quòd filius ſpiret, ſed propter perfectionem filii, qui habet totam perfectionem patris. Eodem enim modo poſſet argui, quòd filius non eſſet Deus, vel quòd non crearet.

ARTI-

F

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre, & filio inquantum ſunt unum.*

1.par.q.36. ar.4. & 1.d. 29. ar.4.

AD SECVNDUM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpiritusſačtus procedit a patre, & filio, non inquantũ ſunt vnum. Spiritusſanctus enim procedit ab eis, vt nexus, vel vnio quædam; ſed nexus eſt diſtinctorum. ergo procedit ab eis, vt diſtincti ſunt.

† cap.1.

¶ 2 Item. Pater, & filius diligunt ſe, & inquantũ ſunt vnũ in eſſentia, & inquãtum ſunt diſtinctæ perſonæ. Si enim per eſſentiam diſtinguerentur adhuc diligerent ſe. Diligunt autem ſe inquãtum ſunt vnum in eſſentia amore eſſentiali. ergo inquantum ſunt diſtincti in perſonis amore ab eis procedente: ſed hic amor eſt ſpiritusſanctus. ergo ſpiritusſanctus procedit ab eis inquantum ſunt diſtinctę perſonæ.

Ioan.15.

¶ 3 Itẽ. Actus ſunt ſuppoſitorum. ſi ergo ſpirare eſt actus patris, & filij, oportet, quòd ſit actus eorum, inquantum ſunt ſuppoſita diſtincta: ſed ſpiritusſanctus procedit ab eis per actum ſpirationis. ergo procedit ab eis inquantum ſunt perſonæ diſtinctæ.

*Reſponſio ubi determinantur prædicta.*

NOs autem illa verba ſic determinam⁹. Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, ideſt contrarium docuerit, vel contrario modo prædicauerit, anathema ſit. Aliud ergo pro oppoſito poſuit, qualiter & Apoſtolus in epiſtola ad Galatas. † Si quis aliud euangelizauerit, ideſt cõtrarium, anathema ſit, non dicit ſi quis addiderit. nam ſi illud diceret, ſibiipſi (vt ait Auguſtinus) prȩiudicaret. qui cupiebat venire ad quoſdam, quibus ſcribebat, ſicut ad Theſſalonicenſes, vt ſuppleret, quæ illorum fidei deerant, ſed qui ſupplet, quod minus erat, addit: non quod inerat, tollit. Qui autem prætergreditur fidei regulam, non incedit in via, ſed recedit a via. Ad illud autẽ, quod de euangelio opponunt, reſpondemus ita: quia cum dicat in eo veritas ſpiritumſanctum a patre procedere, non addit ſolo, & ideo etiam a ſe procedere non negat, ſed ideo patrem tantum nominat, quia ad eum ſolet referre etiam quod ipſius eſt, quia ab illo habet.

G H I

CONTRA. Pater, & filius diſtinguuntur paternitate, & filiatione. ergo ſi ſpiritusſanctus procedit ab eis inquantum ſunt perſonæ diſtinctæ, procedet a patre inquantum habet paternitatem: & a filio inquantum habet filiationem. ergo paternitate pater refertur ad ſpiritumſanctum: ſed pater paternitate refertur ad filium. ergo eadem relatione, ſcilicet paternitate refertur ad filiũ, & ſpiritumſanctum, & eadẽ erit proceſſio vtriuſq;, quod ſtare non poteſt.

Diſt.8. q.5. art.2.

¶ Item, vt dictum eſt. Nullum ſimplex procedit a pluribus, niſi in eſſentia vniantur, & operatione: ſed ſpiritusſanctus eſt ſimplex. ergo procedit a patre & filio, inquantum ſunt vnum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd omnis actus refertur ad duo originaliter, ſcilicet & ad agentẽ, & ad principium actionis. Agens autem eſt ipſum ſuppoſitum, vt homo, vel ignis: & principium actionis eſt aliqua forma in ipſo ſubſtantialis, vel accidentalis. Dico ergo ly, inquantum, poteſt dicere conditionem agentis, vel principium actionis. ſi dicat conditionem agentis, vel operantis, ſic procedit ſpiritusſanctus a patre, & filio, inquantum ſunt plures, & inquantum [d] ſunt diſtinctæ perſonȩ, quia ab eis pluribus, & diſtinctis procedit. Si autem dicat conditionem principij actionis: ſic dico, quòd procedit ab eis inquantum ſunt vnum. cum enim vna operatio non ſit, niſi ab vno principio, oportet aliquid eſſe vnum in patre, & filio, quod eſt principium huius actus, qui eſt ſpirare, qui eſt vnus, & ſimplex, quo vna & ſimplex perſona ſpiritusſnacti procedit.

D.1062.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad totum. Quid autem ſit illud vnum commune in patre, & filio, patebit in ſequenti articulo.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum ſpiritusſanctus procedat a patre, & filio, inquantum ſunt unum natura.*

*Quòd Græci in ſenſu conueniant nobiſcum, & uerbis differant.*

SCIENDVM eſt tamen, quòd Græci confitentur ſpiritumſanctum eſſe filii, ſicut & patris, quia & Apoſtolus ait. † Spiritum filij. Et veritas in euangelio. † Spiritum veritatis. Sed cum non ſit aliud ſpiritumſanctum eſſe patris, vel filii, quàm eſſe a patre, & filio, etiam in hoc in eandem nobiſcum fidei ſententiam conuenire videntur, licet in verbis diſſentiant.

*Authoritatibus Græcorum oſtendit ſpiritumſanctum etiam procedere a filio.*

VNDE etiam quidã eorum catholici doctores, intelligentes vnã, eandemq; fore ſententiam prædictorum verborum, quibus dicitur ſpũsſanctus procedere a filio, & eſſe filii, profeſsi ſunt ſpiritumſanctum etiam procedere a filio. Vnde Athanaſius in ſymbolo fidei. Spiritusſanctus a patre, & filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Ecce ſpiritumſanctum aperte dixit procedere a

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpiritusſanctus procedat a patre, & filio, inquantum ſunt vnũ in natura. Natura enim non communicatur, niſi per actũ naturæ: ſed ſpiritusſanctus procedendo accipit totam naturam diuinam, ſicut filius naſcendo. ergo principium act⁹, quo communicatur ſibi natura diuina, eſt natura. ergo &c. Et hoc idem videtur per Anſel. qui dicit, quòd ridiculũ eſt dicere, quòd propter relationem tota eſſentia patris, & filii, ſit in ſpiritusancto, & non potius propter eſſentiam.

Gala.4. Ioan.16.

De proceſſione ſpiritus ſancti.

¶ 2 Præt. Spiritusſanctus procedit, vt amor: amor autem dicit proceſſum voluntatis. ergo ſpiritusſanctus procedit a patre, & filio, inquãtum ſunt vnum in voluntate: ſed voluntas cum ſit de abſolutis, tenet ſe ex parte naturæ. ergo &c.

¶ 3 Præt. Cum proprietas recipiat numerum a ſuppoſito, impoſſibile eſt duorum ſuppoſitorum eſſe eandem numero proprietatem, vel notionem: ſed pater, & filius ſunt ſuppoſita diſtincta. ergo non poſſunt conuenire in aliqua vna notione: & ita ſpiritusſanctus non procedet a patre, & filio, inquantum ſunt vnum in notione aliqua. reſtat ergo, quòd inquãtum ſunt vnum in eſſentia.

SED CONTRA. In vnitate diuinæ eſſentiæ communicat non tantum filius, ſed etiam ſpiritusſanctus. Si igitur pater, & filius ſpirãt ſpiritumſanctum, inquantum ſunt vnum in natura, oportet, quòd etiam ſpiritusſanctus ſimul cum eis ſpiret ſeipſum, quod eſt impoſſibile. ergo & primum.

¶ Si dicas, ꝙ repugnat proprietas ſpiritusſancti. Contra. proprietates non diſtinguunt, nec determinant eſſentiam, ſed tantum perſonam. ergo quicquid conuenit eſſentiæ in perſona patris, & filii, conuenit etiam in perſona ſpiritusſancti.

K

RESPONDEO, Dicendum, quòd pater, & filius ſpirant ſpiritumſanctum, inquantum ſunt vnum in potentia ſpiratiua. Potentia autem ſpiratiua (ſicut & ſupra dictum eſt) dicit aliquid quaſi medium inter eſſentiam, & proprietatem, eo quòd dicit eſſentiam ſub ratione [d] proprietatis: ſic enim actus notionalis ab eſſentia egreditur, non ſicut ab agente, ſed ſicut ab eo, a quo agitur. Generatio enim non egreditur ab eſſentia inquantum eſt eſſentia, ſed inquantum eſt paternitas. Et ſi iſta duo, ſcilicet eſſentia, & paternitas differrent in diuinis, egrederetur ab vtroque generatio, ſed a paternitate immediate, & ab eſſentia, ſicut a primo principio. Similiter dico, quòd ſpiratio egreditur ab eſſentia, non ſicut a ſpirante, ſed ſicut a principio ſpirationis, inquantum habet rationem alicuius notionis, quæ eſt communis patri, & filio, quȩ dicitur communis ſpiratio, & ita ſpiratiua potentia dicit eſſentiam ſub ratione talis proprietatis. Et ideo dico, quòd procedit ſpiritusſanctus a patre, & filio, inquantum ſunt vnum in eſſentia, & in aliqua notione, ſcilicet in communi ſpiratione. Et propter hoc, ſoluenda ſunt argumenta ad vtranque partem.

Diſt.7.q.1. art.2. D.983.



A

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura communicatur per actum naturȩ, communiter loquendo, ſed determinata communicatio debet eſſȩ per actum naturæ ſub aliqua propria ratione acceptæ, & ideo communicatio, quæ eſt per ſpirationẽ, eſt actus diuinæ naturæ, inquantum habet rationem ſpirationis. Et hoc intendit Anſel. quòd impoſſibile eſt dicere, quòd proceſſionis, quȩ terminatur in naturã, non ſit aliquo modo natura principiũ, cum ſit ibi quaſi cõmunicatio vniuoca. Deus enim procedit a deo, ſicut ignis ab igne.

†Li.2. ſuper illud Ioan. 16. non loquetur a ſemetipſo in to.9. Hieron.

¶ Et per hoc patet ſolutio etiam ad ſecundum, quia eadẽ eſt ratio de voluntate, & eſſentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuerſorum ſuppoſitorum, ſecũdum eſſentiam diſtinctorum, non põt eſſe notio vna: ſed ſi eorũ ſit eſſentia vna, erit & operatio vna. Et quia relatio ſecundum intellectum innaſcitur ex aliqua operatione, per conſequens erit & relatio vna: & ita pater, & filius poſſunt cõuenire in vna proprietate relatiua.

a patre, & filio. Dydimus etiam eorum maximus doctor, in libro de ſpiritusancto. & ſpiritumſanctum a filio procedere dicit. Saluator, inquit, qui eſt veritas: non enim loquetur a ſe metipſo: hoc eſt, ſine me, & ſine meo, & patris arbitrio, quia inſeparabilis eſt a me, & a patris voluntate, quia ex ſe non eſt, ſed ex patre, & ex me eſt: hoc enim ipſum, quod ſubſiſtit, & loquitur a patre, & a me, illi eſt. Item ſpiritusſanctus, qui eſt ſpiritus veritatis, ſpiritusque ſapientię, non poteſt audire a filio loquente, quȩ neſcit, cum hoc ipſum ſit, quod profertur a filio, ideſt procedens Deus de Deo, ſpiritus veritatis procedens a veritate, cõſolator manans ex conſolatione. Item: Cyrillus Epiſcopus in epiſtola Neſtorio directa, ait, Spiritus intelligitur per ſe, ſecundum quod ſpiritus eſt, & non filius: ſed tamen non eſt alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & profluit ab eo, ſicut ex Deo patre. Ioannes quoque Chryſoſtomus in homelia quadam de expoſitione ſymboli, ſic ait. Ipſe eſt ſpiritus procedens de patre, & filio, qui diuidit dona propria, prout vult. Item in alia homelia. Credendum eſt ſpiritumſanctum patris eſſe, & filii. Iſtum ſpiritumſanctum dicimus patri, & filio coæqualem, & procedentem de patre, & filio. hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus Græcorum aperta habemus teſtimonia, quibus ſpiritusſanctus a patre, & filio procedere oſtenditur. omnis ergo lingua cõfiteatur ſpiritũſanctum procedere a patre, & filio.

B C

†Hom.1.in ſin.to.5.

†Hom.2.in ſymb. ante med.to.5. D.550.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ab eſſentia, inquantum eſt eſſentia, non eſt actus ſpirandi: ſed inquantum habet rationem talis proprietatis, ſcilicet communis ſpirationis. Et quia rationem hanc non habet eſſentiam in ſpiritu ſancto: ideo non ſequitur, quòd ſpirituſſanctus per eſſentiam ſuam ſpiret.

D

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſi proprietas in perſona eſſet aliud ab eſſentia, de neceſſitate determinaret ipſam per ſe, vel per accidens: ſed quia eſt idem quòd eſſentia ſecundum rem: ideo non aduenit ſibi, vt reſtringens, vel determinans eam; & tamen ſecũdum vnam proprietatẽ eſt principium vnius actus, cuius non eſt principium ſecũdum rationem alterius proprietatis, ſicut patet etiam, quòd eſt principium huius actus velle, ſecundum rationem voluntatis, & huius actus ſcire, ſecundum rationem ſcientiæ: & tamen eſſentia per hoc non determinatur realiter, neque diſtinguitur. Et ideo, cum ſecundum rationem communis ſpirationis eſſentia in patre, & filio, ſit principium actus notionalis, quo ſpiritumſanctum ſpirant, non oportet, quòd in ſpiritusancto eadem eſſentia ſit principium eiuſdem actus, cum eſſentia diuina in ſpiritusancto non ſit communis ſpiratio, ſicut in patre, & filio.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum pater, & filius ſint unus ſpirator.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd pater, & filius ſint vnus ſpirator. Per hoc enim non importatur niſi vnitas in actu ſpirandi: ſed vno actu ſpirant pater, & filius. ergo ſunt vnus ſpirator, ſicut vnus Deus propter vnitatem deitatis.

¶ 2 Præter. Sicut pater, & filius conueniunt in actu creandi, ita etiam in actu ſpirandi: ſed propter illam conuenientiam pater, & filius dicuntur vnus creator. ergo eadem ratione debent dici vnus ſpirator.

¶ 3 Prȩter. Principium dicit relationem conſequentem ad actum, quo eſt principium: ſed pater, & filius dicuntur vnum principium ſpirituſſancti, vt infra habebitur. ergo etiam dici debent vnus ſpirator.

Diſtin. 29. quæſt.vnic. art.4.

CONTRA. Quicunque ſpirant ſunt ſpirantes: ſed pater, & filius ſpirant ſpiritumſanctum. ergo ſunt ſpirantes. ergo etiam ſunt ſpiratores ſpirituſſancti.

RESPONDEO, Dicendum, quòd actus recipit numerum a ſuppoſitis: vnde etiam verbum ſignificans ſubſtantiam per modum actus, dicitur de pluribus perſonis pluraliter, quamuis ſit eſſentia vna, ſicut Ioan. 10. Ego & pater vnum ſumus. Actus autem ſignificatur etiam in verbo, & in participio, & in nomine verbali: ſed tamen participiũ plus accedit ad ſubſtantiã, quàm verbum, & adhuc nomẽ verbale magis, quàm participiũ. Et ideo nõ præſumimus dicere, quòd pater, & filius ſpiret ſpiritũſanctum, vel quòd ſint ſpirãs, vel quòd ſint ſpirator, ſed ꝙ ſpirent, & ſint ſpirantes, [d] & ſint ſpiratores, quamuis ſit actus vnus, quo ſpirant, tamen ſecundum quod vnumquodq; eorum magis accedit ad ſignificandum actum, minus proprie poteſt in ſingulari prædicari.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quamuis actus ſit vnus, tamen quando ſignificatur, vt actus egrediẽs a pluribus ſuppoſitis, oportet quòd ſignificetur pluraliter. Actus enim trahit numerum a ſuppoſitis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd creatio eſt actus trium perſonarum, non ſecundum quòd diſtinctæ ſunt: ſed ſecundum quod vniuntur in eſſentia, quia etiam per intellectum remota diſtinctione perſonarum, adhuc remanebit creatio. Et ideo dicimus, quòd pater, & filius, & ſpirituſſanctus, ſunt vnus [d] creator, quamuis non dicamus, quòd ſint vnus creans, quia nomen verbale plus recedit ab actu, quàm participium, ſed ſpiratio eſt actus conueniens pluribus ſuppoſitis quodammodo, ſecũdum quod diſtinguuntur, vt ſupra dictum eſt. Et ideo etiam in nomine verbali, oportet, quòd actus pluraliter ſignificetur.

D.411.

In corpore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principium non nominat aliquem actum, ſed tantum relationem: & quia pater, & filius referuntur vna relatione ad ſpiritumſanctum: ideo dicuntur vnum principium ſpirituſſancti, ſed non vnus ſpirator.

## EXPOSITIO LITERAE.

NISIT DEVS ſpiritum filii &c.} Hæc probatio non videtur ſufficiens, quia Grȩci confitentur ſpiritumſanctum eſſe filii, ſed nõ a filio. Sed dicendum, quòd cum oporteat genitiuum in aliqua habitudine conſtrui, non poteſt alia inueniri, niſi habitudo originis, q̃ ſola talis relatio perſonas diſtinguit: & ideo oportet concedere, quòd ſpirituſſanctus a filio oriatur. { Quem ego mittam &c.} Videtur etiam hæc probatio inſufficiens, quia hic loquitur de temporali proceſſione ſpirituſſancti, quam Græci a filio eſſe cõcedunt, non autem æternam. Sed dicendum, quòd cum temporalis proceſſio includat æternam, vt infra dicetur, oportet, quòd a quo procedit temporaliter, etiam ab æterno procedat. {Qui aliud docuerit &c.} Hæc Magiſter bene exponit, aliud pro contrario ſumens; quod enim non eſt contrarium ſacræ ſcripturæ, veritas eius eſt, ſecũdum Anſel. nec poteſt eſſe, quòd omnia credenda explicite in illo ſymbolo cõtineantur, in quo de deſcenſu ad inferos nulla mentio fit. Proceſſio autem ſpirituſſancti continetur ibi implicite, inquantum ibi continetur diſtinctio perſonarum, quæ aliter eſſe non poſſet, vt dictum eſt. Sed quærunt Græci quomodo fuerunt Latini auſi hoc addere. Ad quod dicendum, quòd neceſſitas fuit, ſicut eorum error oſtendit, & authoritas Romanȩ eccleſiæ ſynodum congregandi, in qua exprimeretur aliquid, quod implicite in articulis fidei continebatur.

E

D.15.q.4. art.3.

De proceſ. ſpirituſſancti in prin.

Diſt.9. q.1. art.1.

DIVI-

## DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO, quòd ſpiritusſanctus procedit a patre, & filio. Hic inquirit: vtrum ſit aliquis ordo reſpectu iſtius proceſſionis inter patrem, & filium. Et diuiditur ĩ tres partes. In prima excludit ordinem temporis. In ſecunda, ordinem dignitatis, vel poteſtatis, ibi: {Non tractandum.} In tertia, aſtruit ordinem naturæ, ibi: {Tamen in 15. lib.} In primo, tria facit. Primo, mouet quæſtionem. Secundo, ponit obiectionem hęretici, ibi: {Quod nititur.} Tertio, ponit ſolutionẽ, ibi; {His, & huiuſmodi queſtionibus &c.} {Nunc tractandum.} Hic excludit ordinẽ dignitatis, vel poteſtatis: oſtẽdens, ꝙ ſpiritusſanctus non plenius procedit a patre quàm a filio. Et primo, mouet quæſtionem. Secundo, ponit ſolutionem, ibi: {Ad quod dicimus &c.} {Tamen in 15.} Hic aſtruit ordinem naturæ. Et diuidit in quatuor partes, ſecũdum quatuor, quæ oſtendunt authoritatẽ ſpirationis in patre. Primo, per hoc, quòd dicitur ſpiritusſanctus a patre prĩcipaliter ꝓcedere. Secundo, ex hoc, quòd dicitur proprie procedere de ipſo, ibi: {Ex eodem ſenſu.} Tertio, per hoc, quòd dicitur ſpiritusſanctus eſſe a patre per filiũ, ibi: {Forte iuxta hãc.} Quarto, per hoc, quòd in proceſſione ſpiritusſancti, aliquãdo ſolus pater nominatur, ibi: {Inde eſt etiam quòd veritas.}

### DISTIN. XII.

A

*Vtrum ſpiritusſanctus prius, uel plenius procedat a patre, quàm a filio.*

ITEM quæritur cum ſpiritusſanctus a patre procedat, & filio: vtrum ſpiritusſanctus prius, vel magis proceſſerit a patre quàm a filio, quod nititur hæreticus oſtendere ita dicens. Si proceſsit ſpiritusſanctus a patre, proceſsit vtique aut nato iam filio, aut non nato filio. Si vero iam nato filio proceſſit, ante natus eſt filius, quàm proceſsit ſpiritusſanctus, *a* Pręceſsit igitur natiuitas filii pro ceſsionem ſpiritusſancti: ſi autem proceſsit a patre, non nato, filio ante proceſsit, quàm filius genitus fuerit.

*b Reſponſio Aug. ad id, quod primo quærebatur, ſcilicet, an prius a patre, quàm a filio proceſſerit.*

HIS, & huiuſmodi quæſtionibus magis laborioſis, quàm fructuoſis, reſpondet Auguſtinus in quintodecimo libro de Trinitate † dicens. In illa ſumma Trinitate, quæ Deus eſt interualla tẽporum nulla ſunt, per quæ poſſet oſtendi, aut ſaltem requiri: vtrum prius de patre natus ſit filius, & poſtea de ambobus proceſſerit ſpiritusſanctus. Nunquid ergo poſſumus quærere: vtrum iam proceſſerat ſpiritusſanctus de patre, quando natus eſt filius, an nondum proceſſerat, & illo nato de vtroq; proceſsit? Non poſſunt prorſus iſta ibi quæri: vbi ex tempore nihil inchoatur, vt conſequenti perficiatur in tempore. Ideo qui poteſt intelligere ſine tempore generationem filii de patre, intelligat ſine tempore proceſsionẽ ſpiritusſancti de vtroque. Ecce his verbis abſoluta eſt quæſtio illa, qua quærebatur: vtrum prius proceſſerit ſpiritusſanct⁹ a patre, quàm a filio.

† c.26.to.3.

G

H

*Hic agitur de eo, quod ſecundo quærebatur, ſcilicet, an magis, uel plenius proceſserit a patre, quàm a filio.*

NVNC tractandum eſt, quod ſecundo quęrebatur, ſcilicet: an plenius, vel magis procedat ſpiritusſanct⁹ a patre, quàm a filio. Ad qđ dicimus, quia ſicut non ante procedit a patre, q̃ a filio: ita non magis, vel plenius pro-

I

## QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intellectum huius partis tria quæruntur.

Primo. Vtrum generatio filii præcedat aliquo modo proceſſionem ſpiritusſancti.

Secũdo. Vtrum ſpiritusſanctus prius, vel plenius procedat a patre, quàm a filio.

Tertio. Vtrum procedat a patre mediante filio.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum generatio ſit prior proceſsione.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd generatio præcedat proceſſionem. Principium enim proceſſionis ad minus naturaliter, eſt prius proceſſione: principium autem proceſſionis ſpiritusſancti eſt filius, qui eſt terminus generationis, vt ſupra dictum eſt. ergo generatio præcedit proceſſionem.

Diſt. 5. q. 2. art. 1.

¶ 2 Item. Cum ſint duo agentia in rebus creatis, ſcilicet natura, & propoſitum, vel voluntas. Actio naturæ præcedit actionem voluntatis, quia actio voluntatis fundatur ſuper actionem naturæ, Sed generatio filij eſt a patre per modum naturæ;

F processio ſpiritusſancti ab vtroque per modum voluntatis. ergo generatio eſt prior proceſſione.

¶ 3 Pręter. In anima eſt imago Trinitatis, in qua proceſſus notitiæ a mente præcedit proceſſum amoris: ſed proceſſus notitiæ repræſentat generationem filij, proceſſus amoris proceſſionẽ ſpiritusſancti. ergo vt prius.

SED CONTRA eſt quod dicitur in litera, quòd ſpiritusſanct⁹ non procedit iam nato filio, quod oporteret ſi natiuitas proceſſionem præcederet.

¶ Præter. Sicut ſe habet filius ad patrem in ratione ordinis, ita ſpiritusſanctus ad filium; ſed pater nullo modo prior eſt filio, vt ſupra oſtẽſum eſt, nec itellectu, nec dignitate, nec tempore. ergo nec filius ſpiritusſancto prior eſt, ergo nec generatio ꝓceſſione: quia ſicut ſe habet filius ad ſpiritumſanctum, ita generatio ad proceſſionem.

Diſt. 9. q. 2. art. 1.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſecundum Aug. in diuinis non eſt aliquis ordo, niſi ordo naturæ: ordo autem naturæ eſt: quo aliquis eſt ex alio, non quo aliquis eſt prior altero. & ideo in diuinis nullo modo poteſt aliqđ altero prius dici. Et ratio huius eſt, quia in diuinis nõ poteſt conſiderari, niſi id, quod abſolutum eſt. & hoc vnum eſt, & indiuiſibile, in quo prioritas, vel poſterioritas non inuenitur, vel id, quod ad aliqđ dicitur; horum autẽ, quę ad aliquid dicuntur natura eſt, vt ſint ſimul tempore, intellectu, natura. Et ideo dicimus, quòd generatio non eſt prior proceſſione aliquo modo, qui poſſit ad diuina referri: ſed tantũ ſecundum modum intelligendi, qui eſt in intellectu noſtro tantum, accipiente generationem, & proceſſionem in diuinis ſecundum ſimilitudines repertas in creaturis, quę deficiẽtes ſunt ad repręſentandum generationem, & proceſſionem, prout ſunt in diuinis.

Lib. 3. cont. Maxim. 14. to. 6.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium ſecundum relationẽ principii, non eſt eo prius, cuius eſt principium aliquo modo, ſed id, quod eſt principium naturaliter eſt prius. ſi autem ille, qui eſt principium, ipſa relatione ſit quis, vel perſona diſtincta, omnis prioritas remouetur ab eo reſpectu illius, cuius eſt principium, & ita cum filius, vt ſupra dictum eſt, ipſa ſua relatione ſit perſona diſtincta, nullo modo eſt prior ſpiritusſancto: ſed verum eſt, quòd propter ordinem naturæ ſpiritusſanctus eſt a filio: quamuis enim communis ſpiratio non ſit proprietas perſonalis filii, eſt tamen ipſa perſona filii, ſicut bonitas diuina eſt ipſe Deus, & prima proceſſio correſpondens ſibi eſt proprietas perſonalis ſpiritusſancti.

K

Diſt. 9. q. 1. art. 1.

¶ Ad ſecundum dicendum, & tertium, quòd rationes illæ deficiunt ex hoc, quòd ſimilitudines inuentæ in creaturis non perfecte repręſentant ea, quæ ſunt in Deo; & hoc patet in propoſito, quia non inuenitur aliqua creatura, quæ ab eodem habeat, quòd ad aliquid dicatur, & ſit in ſe ſubſiſtens.

ARTI-



### ARTICVLVS II.

*b Vtrũ ſpiritusſanctus magis procedat a patre, quàm a filio.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpiritusſanctus magis procedat a patre, quàm a filio. Sicut enim dicit Philoſophus in libr. de cauſis. Omnis cauſa primaria plus eſt influens in ſuum cauſatum, quàm cauſa ſecundaria: ſed filius eſt quaſi ſecũda cauſa, pater autem quaſi primum principium, quod non eſt de aliquo. ergo ſpiritusſanct⁹ magis ꝓcedit a patre, q̃ a filio.

In prima ꝓpoſitione.

ca. 17. to. 3.

¶ 2 Item. Philoſophus in primo Poſteriorum. Propter quod vnumquodq; & illud magis: ſed filius hoc qđ eſt principium ſpiritusſancti habet a patre. ergo pater magis eſt principium, q̃ filius.

Tex. 5.

¶ 3 Pręter. Illud, quod eſt principiũ alicuius principaliter, & proprie, videtur eſſe magis eius principium, quàm illud, quod non eſt ita: ſed ſicut dicitur in litera, ſpiritusſanctus procedit a patre principaliter, & proprie, non aũt dr̄ hoc đ filio. ergo &c.

¶ 4 Præt. Spiritusſanctus non habet aliquid, quòd non habeat a patre: habet autem aliquid, quod non habet a filio: hoc ſcilicet, ꝙ procedit a patre. ergo ſpiritusſanct⁹ magis procedit a patre, quàm a filio.

cedit a patre, quàm a filio, Auguſt. tamen in quintodecimo libro de Trinita. † dicit, quòd ſpiritusſanctus principaliter ꝓcedit de patre. Non fruſtra, inquit, in hac Trinitate non dicitur verbum Dei, niſi filius, nec donũ Dei, niſi ſpiritusſanctus, nec de quo genitum eſt verbum, & de quo procedit principaliter ſpiritusſanctus, niſi De⁹ pater. Ecce audiſti, quia ſpiritusſanctus principaliter procedit a patre, ſed ne te hoc turbaret ipſe continuo, ex quo ſenſu hoc dixerit, aperit ſubdẽs. Iõq; addidi principaliter, quia & de filio ſpiritusſanctus procedere reperitur, ſed hoc quoque illi pater dedit non iam exiſtenti, & nondũ habenti, ſed quicquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo genuit eum, vt etiam de illo donum cõe procederet, & ſpiritusſanctus ſpirit⁹ eſſet amborum. Ecce expoſuit ipſemet quomodo principaliter ſpiritus procedat a patre, non quia prius, vel magis procedat a patre, quàm a filio, ſed quia cum procedit a filio, hoc ipſum habet filius a patre.

B

C

*Ex eodem ſenſu dicitur ſpiritusſanctus proprie procedere a patre.*

EX eodem ſenſu etiam dicitur procedere ꝓprie de patre. Vnde †Hiero. in expoſitione catholicæ fidei, Niceniq; ſymboli ait. Credimus in ſpiritumſanctum qui de patre procedit proprie. Item, ſpiritumſanctum verum deum inuenimus in ſcriptura, & de patre eſſe proprie. & item de patre filius, & ſpiritusſanctus proprie, & vere de patre procedit. Ecce aperte dicit ſpiritumſanctum proprie eſſe de patre, & proprie procedere a patre, quod non eſt ita intelligẽdum tanquam prius, vel plenius a patre procedat, quàm a filio: ſed quia hoc habet pater a ſe non ab alio, vt de ipſo ſit, & procedat ſpiritusſanctus, filius autem non a ſe: ſed a patre hoc habet, vt de ipſo ſit, & procedat ſpiritusſanctus.

† Ad Cyrillum, cuius initium eſt, Credim⁹ in vnum deũ. tom. 4.

*c Ex eodem ſenſu dicitur ſpiritusſanctus eſſe, & mitti a patre per filium.*

FORTE etiã iuxta hanc intelligẽtiam dicitur ſpiritusſanctus mitti per filium, & a patre eſſe per filium. Vnde Hilar. ad deum patrem de ſpiritusſancto, & filio loquens in duodecimo libr. de Trinit. † ait. In ſpiritusſancto tuo, ex te profecto, & per eum miſſo. Item: ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet: ita quòd ex te per eum ſpiritus ſanctus tuus eſt, quod & ſi ſenſu non percipiam, tamen teneo conſcientia. In ſpiritualibus enim rebus tuis hebes ſum. Itẽ in eodem. †Conſerua hanc oro fidei meæ religionem, vt quod in regenerationis meæ ſymbolo profeſſus ſum, ſemper obtineam te patrem, ſcilicet & filiũ tuum vna tecum adorem ſpiritumſanctum tuũ, qui ex te per

† In fine.

D

† Vbi ſupra.

CONTRA eſt quod dr̄ in litera.

¶ Præt. Vbi eſt ſumma æqualitas, non põt eſſe magis & plenius: ſed inter patrẽ & filium eſt ſumma æqualitas. ergo ſpiritusſanctus non põt eſſe magis ab vno, quàm ab alio.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſpiritusſanctus, nec prius, nec plenius, nec magis procedit a patre, quàm a filio. Et ratio huius tota eſt, quia pater, & filius ſunt vnum principium d ſpiritusſancti, & vbi eſt vnitas, non poteſt eſſe diſtinctio plenitudinis.

D. 1062.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pater quamuis dicatur principium filij, & ſpiritusſancti, tamen non poteſt dici cauſa proprie loquendo. Cauſa enim ſemper ponit diuerſitatem eſſentiæ: ſicut patet in omnibus, ſed principium aliquod, a quo aliquid fluit eſt conſubſtantiale rei, cuius eſt principium: ſicut dicimus, quòd punctum eſt principium lineæ, & cor principium animalis, & fundamentum domus, & ideo propter conſubſtantialitatem pater dicitur principium, ſed non cauſa.

Præter. Cauſatum habet dependentiam ad cauſam, ſed principium importat originem quandam, ſecundum quòd dicitur principium, ex quo incipit aliquid.

Item quamuis dicatur principium, non tamen poteſt dici primum, quia ibi non eſt aliquid prius, & poſterius, vt dictum eſt:

Diſt. 9. q. 2. art. 1.

A vnde patet, quòd illa authoritas non eſt ad propoſitum, quia pater nec eſt cauſa, nec primaria reſpectu filii, & ſpiritusſancti, ſi tamen in hoc non fiat vis, adhuc pater, & filius reſpectu ſpiritusſancti non ſe habent ſicut duo principia, ſed ſicut vnum. & ideo nullus gradus inter eos inuenitur in ſpirando ſpiritumſanctum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd dictũ Philoſophi verificatur quando illud, quod conuenit alicui propter aliquid aliud, eſt diuerſum in vtroque, & præcipue quãdo vnum eſt cauſa alterius eſſentiali ordine cauſæ: tunc enim cauſãlitas ſua eſt reſpectu totius ſpeciei, & nõ vnius indiuidui tantum, vt dicit Auic. ſicut calor eſt magis in igne, quàm in corpore miſto, quia ꝓpter ignẽ eſt in corpore miſto, ſed quãuis filius habeat a patre hoc, quòd ſpirat ſpiritũſanctũ, nihilominus tamen, nõ eſt hoc diuerſum in patre, & filio, quia eãdem virtutem ſpiratiuam, quam pater habet, filio communicat: & ideo per illam æqualiter pater, & filius ſpiritum ſanctum ſpirant. Et ſi etiam non eſſet vna numero, ſed ſpecie tantum, ratio nõ valeret: ſicut patet in omnibus vniuocis generationibus: non enim pater Sortis plus influit in filium Sortis, quàm Sortes.

Vt ſupra.

9. meta. c. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſpiritusſanctus dicitur eſſe principaliter a patre, quia in patre eſt authoritas ſpirationis, a quo etiam habet filius virtutem ſpiratiuam, & non propter aliquem ordinem, vel gradum prioritatis, vel poſterioritatis patris, & filii. ſimiliter etiam propter eandem rationem dicitur proprie procedere a patre, maxime cum hæc ꝑpoſitio .A. apud Græcos notet relationem ad primam originem. Vnde apud eos non dicitur, quòd lacus ſit a riuo, ſed quòd eſt a fonte: & inde eſt etiam, quòd non concedunt, quòd ſpiritusſanctus ſit a filio, ſed a patre: nihilominus tamen non eſt dicendum, quin etiam a filio proprie procedat, qui cum patre eſt vnum principium ſpiritusſancti, non autem ſic riuus, & fons ſunt vnum principium laci.

E

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſpiritusſanctus non aliter, nec alia proceſſione procedit a patre, quàm a filio: vnde proceſſio ſpiritusſancti tota eſt a filio, ſicut etiam tota eſt a patre; vnde nõ ſequitur, quòd alia res ſit in ſpiritusſancto, quæ non ſit a filio. Sed verum eſt, quòd illa proceſſio non eſt a filio ſecundum omnem ſui habitudinem: ſed hoc in nullo derogat plenitudini proceſſionis. Accidit enim proceſſioni ſpiritusſancti, quòd ſecundũ habitudinem, qua eſt a filio, ſit a patre, non quia a filio eſt ſpiritusſanctus, ſed quia filius eſt a patre

ARTI-

A R T I C V L V S III.

*c Vtrum ſpirituſſanctus procedat a patre mediante filio.*

1.p.q.36. art.3.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpirituſſanctus procedat a patre mediante filio. Illud enim per quod aliquid procedit, videtur eſſe mediũ in proceſſione. Sed ſpirituſſanctus ꝓcedit a patre ꝑ filiũ. ergo ꝓcedit a patre mediante filio.

†Vbi ſupra.

¶ 2 Præt. Conſtat, quòd tertium non exit a primo, niſi ꝑ medium, ſed ſpirituſſanctus dicitur eſſe tertia perſona in trinitate. ergo non procedit a patre, qui eſt principium non de principio, niſi mediante filio.

† 15. de tri. c.27.to.3.

¶ 3 Præter. In imagine creata, amor repræſentat ſpiritumſanctum, & notitia filium: ſed amor nõ procedit a mente, niſi mediante notitia. ergo nec ſpirituſſanctus a patre, niſi filio mediante.

SED CONTRA. Videtur, ꝙ immediatius ꝓcedit a pře, q̃ a filio. Immediatum enim dicitur principium principalius, quàm mediatum, vt patet in primis propoſitionibꝰ, quæ immediate dicuntur:

1.Poſt. t.5.

ſed ſpirituſſanctus procedit principaliter a patre. ergo immediatius procedit ab ipſo, quàm a filio.

I

RESPONDEO, Dicendum, quòd omne medium aliquo modo diſtinguitur ab his, inter quæ medium dicitur, cum autem in ſpiratione pater, & filius ſint duo ſpirantes, inquantum ſunt vnum in potentia ſpiratiua, poſſumus loqui de actu ſpirationis per comparationem ad ipſos ſpirãtes, vel ad principium ſpirandi, ſicut virtute, cuius fit ſpiratio. Si autem conſideremus ipſum principium, ſcilicet potentiam ſpiratiuam, cum in hoc non diſtinguantur pater, & filius, non poteſt dici ſpiratio eſſe a patre mediante filio. Si autem conſideremus ipſos ſpirantes, qui diſtincti ſunt, & ſecundum hoc præbent ſuppoſitum ſpirationi: ſic eſt ibi mediatio, ſecundum quod eſt ibi ordo naturæ, quia filius eſt ex patre, & ſpirituſſanctus ſimul a patre, & filio:

5. de trinit. c.7.

vnde dicit Ricardus, quòd generatio in diuinis eſt a patre immediate, ſed proceſſio ſpirituſſancti quodammodo eſt mediate, & quodammodo immediate. Immediate quantum ad virtutẽ ſpiratiuam, quæ eſt vna patris, & filii. Et iterum quantum ad ipſum ſuppoſitum patris, quod immediate eſt principium proceſſionis, quia ipſe ſimul, & filius ſpirant. Sed mediate inquantum filius, qui ſpirat, eſt a patre.

K

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd per hoc, quòd dicitur, ſpiritumſanctum procedere a patre per filium deſignatur authoritas in patre reſpectu filii: quia filius habet a patre, quòd ſpiritumſanctum ſpiret. ex hoc autem non ponitur mediatio aliqua, niſi ex parte ſuppoſitorum, quę diſtinguuntur per hoc, quòd vnum eſt ab alio ratione cuius in vno eſt authoritas reſpectu alterius.

In cor. art. Art. præce.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpirituſſanctus vno modo, vt dictum eſt, procedit a patre mediante filio, ſed hoc non excludit, quin etiam immediate a patre procedat, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd imago quæ eſt in anima, defi-

F cienter repræſentat Trinitatem: notitia enim eſt omnino diſtincta a mente: & ideo ſimpliciter amor a mente mediante notitia procedit. Sed in diuinis perſonis, filius, non quantum ad omnia diſtinguitur a patre: & ideo ſecundum aliquid non eſt ibi mediatio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quando ſunt multæ cauſæ agentes ordinatę poſſunt dupliciter cõſiderari, ſecundũ quod eſt duo inuenire in agente, ſcilicet ipſum agens, qđ exercet actionem, & virtutem ipſius, quę eſt principiũ actionis impoſitio. Si igitur conſiderent cauſæ agentes ordinatę ſecũdum rationem agẽtis, cuius eſt agere: ſic quanto agens eſt poſterius, tanto magis eſt proximũ & immediatum ad actionem, & ad id, quod per actionem educitur: ſi autẽ cõſiderentur quãtum ad virtutẽ, quæ eſt principium operationis, quanto cauſa eſt magis prima, tanto eſt magis immediata, eo quòd agẽs ſecundum, non agit, niſi inquantum eſt motum a primo: & ſecundum quod virtus primi eſt in ipſo. Vnde oportet, vt ſemper, reſoluatur virtus vltimi agentis in virtutẽ agentis primi, verbi gratia, quòd planta generat plantam, hoc habet a virtute ſolis, & ꝙ ſol moueat ad generationẽ plantæ, habet a virtute motoris ſui, quicunque ſit ille: & inde eſt, quòd quia deus eſt agens primum, ipſe immediatius ſe habet ſecundum virtutem ſuam ad quamlibet operationem naturæ, quàm aliquod agens naturale. Et inde eſt etiam, quòd propoſitiones primæ dicuntur immediatę, quia pręḋicatum non coniungitur ſubiecto per virtutem alterius cauſæ præcedentis. Inde eſt etiam, quòd hæc prępoſitio per, quæ denotat cauſam mediam, quandoque notat authoritatem in recto, quandoque in obliquo. In recto, vt cum dicitur, Rex facit hoc per baliuũ. tunc enim mediatio attenditur quantum ad ipſos operantes. In obliquo, cum dicitur, Præpoſitus facit hoc per regem. Hic enim cõſideratur mediatio quantum ad virtutem, quæ eſt principium operationis. Virtus enim ſuperioris eſt quaſi medium, per qđ operans ſuę operationi coniungitur. In patre autem & in filio non eſt accipere diſtinctionem quantum ad principium operationis, quia illud eſt idem in vtroq;, ſcilicet diuina potentia, ſed ſolum quantum ad operantes, qui ſunt adinuicem diſtincti. Et ideo, cum in patre ſit authoritas, dicitur pater operari per filium; & nullo modo filius per patrem. Inde eſt etiam, ꝙ ſecundum aliquem modum filius eſt medium in operatione patris, ſed pater nullo modo in operatione filii.

D.504.

vnigenitum tuum eſt, promerear. Ecce aperte dicit ſpiritũſanctum a patre per filium, & mitti & eſſe, quod non eſt intelligendum quaſi a patre per filium minorem mittatur, vel ſit: ſed quia ex patre, & filio eſt, & mittitur ab vtroque, ſed hoc ipſum habet filius a patre vt ab ipſo, & ſit, & mittatur ſpiritus ſanctus. Hoc ergo voluit ſignificare Hila.† diſtinctionem faciens in locutione, vt oſtenderet in patre eſſe authoritatem. Inde eſt etiam, quòd veritas oſtendens patrem eſſe authorem proceſsionis, qua procedit ſpirituſſanctus a filio dixit in euangelio. De patre procedit, cum de patre, & filio procedat ſpirituſſanctus. Vnde Auguſtinus† quęrit ſi de patre, & filio procedit ſpirituſſanctus, cur filius dixit de patre procedit? Cur putas, niſi quia ſolet ad eũ referre, etiã quod ipſius eſt, ſicut & de quo & ipſe eſt: ſicut ait, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me? Si igitur hic intelligitur eius doctrina, quam tamen dixit nõ ſuam, ſed patris, quanto magis illic intelligendus eſt ſpirituſſanctus de ipſo procedere, vbi ſic ait, De patre procedit, vt non diceret de me non procedit, a quo autem habet filius, vt ſit deus. Eſt enim de deo deus ab illo habet vtique, vt etiam de illo procedat ſpirituſſanctus. Et ideo ſpirituſſanctus, vt etiã de filio procedat, ſicut procedit de patre, ab ipſo habet patre. Quapropter, qui poteſt intelligere in eo, quod ait filius, Sicut habet pater vitam in ſe-

G

metipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo, non ſine vita exiſtenti, iam filio vitam patrem dediſſe, ſed ita eum ſine tempore genuiſſe, vt vita, quam pater filio gignendo dedit, coęterna ſit vitę patris, qui dedit: intelligat etiam: ſicut habet pater in ſemetipſo, vt de illo procedat ſpirituſſanctus, ſic dediſſe filio, vt de illo procedat idem ſpirituſſanctus, & vtrunque ſine tempore. Ita ergo dictũ eſt, ſpiritũſanctum

H

de patre procedere, vt intelligatur etiam, quòd procedit de filio de patre eſſe & filio. Si enĩ quicquid habet de patre, habet filius, de patre habet vtiq; vt de illo procedat ſpirituſſanctus: ſed nulla ibi tempora cogitentur, quæ habent prius, & poſterius, quia ibi omnino nulla ſunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

AVT IAM nato, aut non nato.} Videtur, quòd neceſſarium ſit alterum dare, quia differunt per affirmationem, & negationem. Et dicendum, quòd vtraque iſtarum eſt duplex, ex eo quòd cum dicitur ſpirituſſanctus procedit a patre iam nato filio, participium poteſt deſignare tempus præteritum. Aduerbium nunc proximũ ante præſens tempus, & ſic eſt falſa, quia ſignificatur quòd generatio



ratio filij duratione proceſſionem ſpirituſſancti præcedat: & in hoc ſenſu negatiua eſt vera: ſi negatiue ſumatur, vt feratur negatio ad totum, & non ad participium tantum. Si autem participium deſignat perfectionem natiuitatis, & aduerbium nunc æternitatis, & ſic vera eſt, quia exiſtente perfecta generatione filii eſt ab æterno proceſſio ſpirituſſancti, & in hoc ſenſu negatiua falſa eſt{Aut plenius, vel magis &c.} Hæc duo differunt, vt plenius dicatur ꝓcedere ab illo, a quo plura recipit, ſed magis ab illo, qui de maiori virtute ad eius proceſſionẽ operatur.{Principaliter procedit &c.} videtur eſſe falſum. quia ſi a patre principaliter. ergo ſecundario a filio. Et dicẽdum, quòd principaliter non dicit gradum virtutis, ſed ordinẽ originis, quia a patre filius habet, quòd ſpiritumſanctum ſpiret.

A

†c.27.to.3.

DIVISIO TEXTVS.

POſtquàm determinauit de proceſſione æterna ſpirituſſancti quantum ad modum, & principium, hic determinat de ipſa per comparationem ad generationem, & diuiditur in partes duas. In prima inquirit: vtrum ſpirituſſanctus procedens poſſit dici genitus, vt filius. In ſecunda: vtrum poſſit dici ingenitus, ibi:{Nunc conſiderandum.} Prima, in duas. Primo, oſtẽdit, quòd ſpirituſſanctus procedens non poteſt dici filius. Secundo, inquirit differentiam generationis filij, & proceſſionis ſpirituſſancti, ibi:{Inter generationem vero.} Circa primum duo facit. Primo inquirit, vtrum ſpirituſſanctus poſſit dici genitus. Secundo, cum non dicatur genitus, ſed procedens: quare filius non tãtum dicitur genitus, ſed etiam procedens, ibi:{Cum autem ſpirituſſanctus} Vtraq; pars diuiditur in quęſtionem, & reſponſionem {Inter generationem &c.} Hic inquirit differentiam generationis, & proceſſionis. Et circa hoc duo facit. Primo, determinat quęſtionem quantum ad id, quod ſcire poſſumus, ſcilicet, quòd ſpirituſſanctus procedit, & non gignitur: filius autem procedit, & gignitur, Secundo, quantum ad id, quod perfecte ſcire nõ poſſumus, qualiter ſcilicet differunt proceſſio, & generatio, quia cum vtrunque ſit ineffabile, vtriuſque modum plene comprehendere non valemus, ibi:{Quid autem inter naſci &c.}{Nunc conſiderandum.} Hic oſtendit, quòd ſpirituſſanctus ſicut nec genitus, ita nec ingenitus dici debet. Et primò, oſtẽdit veritatem. Secundo, remouet obiectionem, ibi:{Hieronymus tamen.} vbi tria facit. Primò, inducit contrarietatem. Secundo, ponit ſolutionem, ibi:{Sed vt iſta.} Tertió, ponit ſolutionis confirmationem, ibi: Quòd autem Hierony.&c.}

QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intelligentiam huius partis, quatuor quæruntur.

Primo. Vtrum in Deo ſit aliqua proceſſio.

Secũdo. Si eſt vtrum ſit vna tantum, vel plures.

Tertio. Qualiter duæ proceſſiones nominari debeant.

Quarto. Si ſpirituſſanctus, qui procedit, non dicatur genitus; vtrum debeat dici ingenitus.

DISTIN. XIII.

A

*Quare ſpirituſſanctus cum ſit de ſubſtantia patris, non dicatur filius, uel genitus, ſed tantum procedens.*

POST hæc conſiderandum eſt, quantum a talibus, quales nos ſumus intelligi poteſt cum ſpirituſſanctus procedat de patre, & ſit de ſubſtantia patris, cur non dicatur eſſe natus: *a* ſed potius procedere. & cur non dicatur filius? Quare autem ſpirituſſanctus non dicatur, vel ſit natus: & ideo non ſit filius, Auguſtinus oſtendit in quintodecimo libro de Trinit.† dicens, Si ſpirituſſanctus filius diceretur amborum vtique filius diceretur, quod abſurdiſsimum eſt: filius quippe nullus eſt duorum, niſi patris, & matris. Abſit autem vt inter Deum, & patrem, & Deum filium tale aliquid ſuſpicemur. Abſurdiſsime ergo filius diceretur amborum, ideſt patris, & filii: amborum enim filius diceretur, ſi eũ ambo genuiſſent, quod abhorret omnium ſanorum ſenſus, non ergo ab vtroq; eſt genitus, ſed procedit ab vtroque amborum ſpiritus. His verbis oſtenditur: cur ſpirituſſanctus cum ſit de patre, non tamen dicatur genitus, vel filius.

B

*Cum ſpirituſſanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere.*

CVM autem ſpirituſſanctus non dicatur genitus, ſed tantum procedens, quæri ſolet: cur non dicitur filius tantum genitus, ſed & procedens, ſicut ipſe in euangelio Ioannis ait.† Ego ex Deo proceſsi, vel exiui, & veni in mundum. Non ergo tantum ſpirituſſanctus procedit a patre,

C

ſed etiam filius. Ad quod dicimus, quòd cum vterque procedat a patre diſsimiliter tamen. Nam ſpirituſſanctus, vt ait Auguſtinus in 5. libro de Trini.† procedit a patre non quomodo natus, ſed quomodo datus, vel donum: filius autẽ proceſsit naſcendo, exiit vt genitus. Ac per hoc, illud eluceſsit, vt po-

† c.15.

† c.14.to.3.

A R T I C V L V S PRIMVS.

*Vtrum proceſſio ſit in Deo.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo nõ ſit proceſſio. Proceſſio enim dicit motum quendam proceſſiuum: omnis autem motus indigentię, & imperfectionis eſt, & Deo non competit. ergo in Deo non eſt proceſſio.

1.p. q. 27. art.1. Et de poten. q.10 arti.1.

¶ 2 Item. Proceſſio dicit exitum vnius ab alio: exitus autẽ eſt per diſtantiam exeuntis ab eo, ex quo exit, cum igitur in diuinis perſonis ſit omnino indiſtantia: videtur, quòd ibi non ſit proceſſio.

¶ 3 Pręter. Omnis proceſſio eſt ab aliquo in aliquid, ſed diuinæ perſonæ cũ ſint per ſe ſubſiſtentes, non ſunt ab aliquo in aliquid. ergo videtur, quòd non conueniat eis procedere.

CONTRA. Ioan.15. Cum venerit paracletus, quem ego mittam a patre ſpiritum ve. qui a patre proce. ergo &c.

¶ Præter. In anima eſt imago Trinitatis: ſed in anima inuenitur notitia procedere a mente, & amor ab vtroque. videtur ergo, quòd ſit proceſſio etiam in diuinis perſonis.

RESPONDEO, Dicendum, quòd proceſſio dicitur dupliciter. Vno modo dicit motum localem, qui proprie eſt motus animalis motu progreſſiuo, & talis proceſſio non poteſt eſſe in

D

diuinis, niſi metaphorice loquendo. ſecundum ſimilitudinem enim talis proceſſionis dicitur diuina ſapiẽtia, vel bonitas procedere in creaturas, ſecundum quod ſimilitudinem ſuam gradatim efficit in illis, ſecundum quem modum quædã Deo aliis ſimiliora ſunt. Alio modo dicitur proceſſio eductio principiati a ſuo principio, & cum in diuinis perſonis vna ſit ab alia, ſicut a principio, per modum iſtum, proprie eſt proceſſio in diuinis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in creaturis quælibet proceſſio eſt per aliquem motum, vel mutationẽ, quia nec aliquid localiter procedit, niſi per motum. Nec aliquid a cauſa ſua egreditur, niſi aliqua mutatione contingente circa ipſum, a quo egreditur, ſi ſit de eſſentia eius, vel ſaltem circa id, quod egreditur. In diuinis autem eſt origo vnius perſonæ ab alia, ſine aliqua mutatione, vt ſupra de generatione dictum eſt, cum nihil prædicetur de Deo, ſecundum id, quod imperfectionis eſt in ipſo.

Diſt.4. q.1. art.1.

E

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis in diuinis perſonis non ſit diſtantia ſecundum locum, neque ſecundum eſſentiam: eſt tamen diſtinctio in perſonis, ſecundum proprietates perſonales. & hoc ſufficit ad rationem proceſſionis.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ proceſsio localis eſt in aliquid, ſicut in terminum motus, ſed quod procedit a cauſa, non oportet, ꝙ in alterum procedat, & ſic ſumitur proceſſio in diuinis.

A R T I C V L V S II.

*b Vtrum proceſſio diuina ſit tantum una.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd in diuinis vna tantum ſit proceſſio. Sicut enim paternitas notat proprietatem originis, vt a quo eſt aliquis, ita proceſſio, vt qui eſt ab alio, ſed ſupradictum eſt, quòd in diuinis non poteſt

1.p.q.27.3. 4. Et 4.cõt. ca.14. Di.7. q.2.ar.2.

teſt eſſe, niſi vna paternitas. ergo nec niſi vna proceſsio.

¶ 2 Præter. In omnibus habentibus vnam naturam in ſpecie, non eſt niſi vnus modus, quo natura illa communicatur: vnde etiam dicit Commen. octauo Phyſic. quòd mures, qui generantur ex putrefactione terræ, & qui generantur ex ſemine, non ſunt eiuſdem ſpeciei. Sed per proceſsionem perſonarum communicatur natura diuina, quæ eſt vna tantum non ſolũ in ſpecie, ſed et in numero. ergo nõ eſt niſi vnus modus proceſsionis in diuinis. Texc. 46.

¶ 3 Præter. Operationes, vel actus diſtinguuntur ad inuicem penes terminos, & penes principia. Sed proceſſio in diuinis eſt ſemper ab eodẽ principio. quia omnis proceſſio eſt virtute naturæ ipſius producentis: eſt etiam ad eundem terminum per proceſſionem acceptum, quia in proceſsione diuina ſemper accipitur diuina natura. ergo videtur quòd nõ ſit, niſi vna proceſsio in diuinis. †Lib. 3. cõt. Maximinũ. c. 14. to. 6.

¶ 4 Præter. Si ſunt duæ proceſsiones, aut differentiam habebunt ex parte eſſentiæ, aut ex parte relationum, cum nõ ſint plura in diuinis: ſed ex parte eſſentię non inuenitur diuerſitas, niſi rationis ſecũdum pluralitatem attributorum: diuerſitas autem rationis nõ cauſat pluralitatem realem, qualem oportet eſſe proceſſionum duarum, ſecũdum quas duæ perſonę realiter diſtinctæ procedunt. ergo ex parte eſſentiæ, non poteſt ſumi realis diuerſitas proceſſionum. Similiter nec ex parte relationum: relationes enim ſecundum rationem intelligendi conſequuntur proceſſiones: eo enim filius eſt, quia a patre procedit, ergo videtur, quòd nullo modo poſſunt eſſe proceſſiones plures in diuinis.

Contra. Secundum vnam proceſſionem eſt vnus tantum procedens: ſed in diuinis ſunt duæ perſonæ procedentes, ſcilicet filius, & ſpiritusſanctus, vt habetur in litera. ergo videtur, quòd oportet eſſe duas proceſſiones.

Respondeo, Dicendum, quòd quidam dicunt, quòd iſtæ duæ proceſſiones realiter diſtinguuntur, nec oportet quærere quo diſtinguantur: quia ſunt prima diſtinguentia perſonas, ſicut nec quærimus quo diſtinguuntur rationale, & irrationale. Sed hoc non videtur conueniens, quia generatio, & proceſſio nullam habent oppoſitionem adinuicem: omnis autem diſtinctio formalis eſt ſecundum aliquam oppoſitionem. Et præterea, proceſſio, & generatio ſignificantur per modum operationum, hoc autem non conuenit, vt per operationes, vel motus, diſtinguantur operantia, vel operata, ſed magis econuerſo: quia actiones differunt ſpecie ſecundum formas agentium, vt calefacere, & infrigidare, & motus ſecũdum terminos. Et ideo alii dicunt, quòd differentia ſumitur ex hoc, quòd generatio eſt proceſſio naturę, & proceſſio ſpirituſſancti eſt proceſſio voluntatis. Sed hoc etiam non competit, quia voluntas, & natura in diuinis ſolum ratione diſtinguuntur: vnde realis diſtinctio, realis diſtinctionis ratio eſſe non poteſt, quia principium non eſt debilius principiato. Et præterea, ſecundum hoc proceſſio intellectus, ſecundum quam dicitur ver- F bum, eſſet alia a proceſſione naturæ, ſecundum quam dr̃ filius. Et ideo dicendum, quòd in diuinis non poteſt eſſe aliqua realis diſtinctio, & pluralitas, niſi ſecundum relationes originis. Et ideo ſecundum hoc, nos oportet inueſtigare pluralitatem procedentium, & proceſſionum. Dico igitur ſecundum hoc, quòd eſt in diuinis aliqua proceſſio, ſecundum quam, vna perſona procedit ab vna: & hęc eſt proceſſio generationis, ſecundum quam filius eſt a patre, & ideo dicitur eſſe a patre, & ideo per modum dicitur eſſe naturæ, vel intellectus: procedit enim vt filius, & vt verbum, quia in vtroque modo iſtarum proceſſionum, ſcilicet naturæ, & intellectus, eſt vnius ab vno proceſſio. Item, eſt aliqua proceſſio in diuinis, quæ eſt ſimul a duobus, ſcilicet ab eo, qui procedit, & abeo, a quo procedit: & hęc diſtinguitur a prima ſecundum originẽ, quia iſta ſecunda proceſſio eſt a præcedente ſecũdum proceſſionem prędictam, quæ eſt per modum naturæ, & inde eſt, quòd iſta proceſſio dicitur per modum voluntatis eſſe, quia per conſenſum ex duobus volentibus poteſt vnus amor procedere: & ſecundum iſtos modos diuerſos originis, producuntur plures perſonæ relatione originis diſtinctę, ſcilicet filius, qui eſt a patre, & ſpiritusſanctus, qui eſt ab vtroque. vnde concedo, quòd niſi ſpiritusſanctus eſſet a filio, non eſſet aſſignare diſtinctionẽ realem inter filium, & ſpiritumſanctum. †Ibid. Aug.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd paternitas dicit modum determinatum originis, qui vlterius non poteſt multiplicari ſecundum diuerſam rationem originis, ſed tantum ſecundum materiam, vt diuerſificetur in numero: ſed proceſſio dicit originem in communi, & poteſt ſecundum duos modos originis determinari, ſcilicet, quòd ſit proceſſio vnius ab vno non procedente, & quòd ſit proceſſio etiam a procedente: plures modi non poſſunt inueniri, qui diſtinguantur ex ratione originis: & ideo non poſſunt eſſe plures proceſſiones in diuinis, quàm duæ. Si enim acciperetur proceſſio ab vno procedente, vel pluribus, non eſſet differentia, niſi ſecundum vnum, & plura, quæ differentia nullo modo ad originem pertinet: ſicut ſi diuideretur greſſibile, non per bipes, & quadrupes, ſed per album, & K nigrum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in natura creata eſt duplex communicatio; vna, quæ eſt per modum naturę: & alia, quæ eſt per modum amoris, non autem in vtraque communicationum communicatur natura, ſed tantum in ea, quæ eſt per modum naturæ: ex imperfectione autem voluntatis creatæ eſt, quòd non poteſt communicari per eam natura, quia illud, quod procedit per modum voluntatis, ſcilicet amor, non eſt hypoſtaſis per ſe ſubſiſtens, ſicut in diuinis: & ideo ex perfectione diuinæ naturæ eſt, quòd communicetur non tantum per actum naturæ, qui eſt generatio, ſed per actum voluntatis, qui eſt conſenſus amoris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diſtinguuntur proceſſiones in diuinis & penes principium, & penes finem. Vt enim ſuperius

teſt, ſcilicet: cur ſpiritusſanctus etiam non ſit filius, cum & ipſe a patre exeat: ideo ſpiritus non dicitur filius, quia neque natus eſt, ſicut vnigenitus; neque factus, vt per Dei gratiam in adoptionem naſceretur, ſicut nos.

*b Quod non poteſt diſtingui a nobis inter generationem filii, et proceſsionem ſpiritusſancti.*

Inter generationem vero filii, & proceſſionem ſpiritusſancti, dum hic viuimus, diſtinguere non ſufficimus. Vnde Auguſtinus Maximino præmiſſam quæſtionem refricanti, ſcilicet quęrẽti: cur ſpiritusſanctus non diceretur filius, cum de patris eſſet ſubſtantia, reſpõdens ſic ait. Quęris a me, ſi de ſubſtantia patris eſt filius, de ſubſtãtia patris, eſt etiã ſpũſſanctus, cur vnus filius & alius non ſit filius. Ecce reſpondeo ſiue capias, ſiue non capias: de patre eſt filius, de patre eſt ſpiritusſanctus, ſed ille genitus eſt, iſte procedens. Ideo ille filius eſt patris, de quo eſt genitus: iſte autẽ ſpiritus eſt vtriuſq;, quoniã de vtroque procedit: ſed ideo cum de illo loqueretur ait, De patre procedit, quoniam pater pceſsionis eius eſt author, qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit, vt etiam de ipſo procederet ſpiritusſanctus. Nam niſi procederet etiam de ipſo, nõ diceret diſcipulis, † Accipite ſpiritumſanctum, eumque inſufflando daret, vt a ſe G quoque procedere ſignificans aperte oſtenderet flando, quod ſpirando dabat occulte. Quia ergo ſi naſceret̃ non tm̃ de pr̃e, nec tãtum de filio, ſed de ambobus vtiq; naſceretur, ſine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborum nullo modo eſſet, non oportuit naſci eum de ambobus: amborum eſt ergo ſpiritusſanctus procedendo de ambobus. † Ioan. 20

H *Hic dicit, quòd non ualet inter duo illa diſtingui.*

Qvid autem inter naſci, & procedere interſit: † de illa excellentiſsima natura loquens explicare quis poteſt? Non enim omne, quod procedit, naſcitur: quamuis omne procedat, quod naſcitur: ſicut non omne quod bipes eſt, homo eſt, quamuis bipes ſit omnis, qui homo eſt: hoc ſcio. di- I



rius dictum eſt, q̃uis natura diuina ſit principium generationis in patre, non tamen abſolute ſub ratione naturæ, ſed ſub rõne paternitatis. d Et ſilr̃ a natura diuina inquantum eſt natura, q̃ acquiritur in filio per gñationẽ, non habet filius quòd ſit filius, ſed ab eo ꝙ natura in filio, ſm̃ rem eſt ipſa filiatio, & ita patet, quòd ipſę relationes ſe habent aliquo mõ vt principium, & vt terminus ad ipſas pceſſiones. D. 983.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd cum ſm̃ proceſſiones diſtinguãtur perſonæ, quæ realiter plures ſunt, non poteſt dici, quòd proceſſiones re non differunt, ſed ratione tantum. nihil enim cauſat diſtinctionem maiorem formaliter loquẽdo, q̃ ſit diſtinctio qua diſtinguunt̃ ipſa adinuicem, ſed ſicut proprietates pſonales, ſm̃ quòd cõparantur ad eſſentiã ſunt idem re, quia ſunt diuina eſſentia, a qua tm̃ ratione differunt, ſecũdum aũt, quòd ad aliquid dicuntur ſunt, ſm̃ rem plures, & ita etiã de proceſſionibus. quia ſcd̃m quòd comparã tur ad naturã, vt principium, vel termin⁹, non diſtinguunt̃ niſi ratione, ſm̃ quod dr̃ in deo, voluntas & natura ratione differre, ſed quia comparãtur etiam ad proprietates relatiuas, ſicut ad principiũ, vel terminum, vt dictũ eſt, ideo ex hoc etiam habent realem differentiam. Iſa. 53. Diſt. 2. q. 1. art. 5

¶ Quòd ergo obijcitur, quòd relationes conſequuntur pceſſiones, vnde magis videtur, quòd proceſſiones diuerſæ cauſent diuerſitatem relationum, quàm econuerſo, vel ad minus erit ibi circulatio.

¶ Dicendum, quòd relatio in diuinis non tm̃ habet, quòd ſit relatio, ſed etiam, quòd ſit perſonalis, ideſt, conſtituens perſonam, & ex hoc habet quaſi actum differentiæ conſtitutiuæ, & formæ proprie ipſius perſonæ, cuius eſt operatio generationis, vel ſpirationis, & ideo non eſt inconueniens, quòd ſm̃ relationis rationẽ, relationes conſequantur ipſas proceſſiones, & recipiant differentiam ab eis, ſm̃ autem, quòd ſunt formę propriæ ipſarum perſonarum, cauſent differentiam proceſſionum.

ARTICVLVS III.

*Vtrum proceſſio ſpiritusſancti debeat dici proceſſio, vel generatio.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ proceſſio ſpi. ſancti non debet nominari proceſſio, ſed generatio. Si. n. non ſit generatio, tunc contra generationẽ diuidit: ſed nullum cõe diuiditur contra proprium. cum igitur proceſſio ſit cõmunis generationi & proceſſionis ſpi. ſancti: videtur quòd pceſſio ſpi. ſancti non debeat nominari proceſſio. 1. p. q. 27. ar. 4.

¶ 2. Præt. Sicut generatio filij dicit ſpecialem modũ originis, ita & proceſſio ſpi. ſancti, aliàs non eſſet proprietas conſtitutiua perſonę, vt prius dictum eſt: ſed proceſſio non dicit aliquem ſpecialem modum originis, vt dictum eſt. ergo modus originis ſpiritusſancti non debet per proceſſionem nominari. Arti. antec. Art. 1. iſtius Diſt.

¶ 3 Præt. Sicut filius accipit totam naturam, & ſubſtantiã patris, ita & ſpiritus ſanctus: ſed illa proceſſio, ſecundum quam aliquis accipit naturam eius a quo procedit, dicitur generatio, et in inferioribus, vt patet inducendo in ſingulis. ergo videtur, ꝙ proceſſio ſpiritusſancti, debet dici generatio.

A ¶ 4 Præt. Dama. dicit, diffiniens gñationem ſic. Generatio eſt diuinæ naturæ opus exiſtens, vt viſionẽ quod gñatur non ſuſcipiat, & vt neque deus prior, neque poſterior ſit: ſed proceſsio ſpi. ſan. eſt opus diuinæ naturæ &c. ergo vr̃ ꝙ ſit gñatio. Quòd aũt ſit opus diuinæ naturę, & nõ volũtatis, probat̃ per Hyl. qui dicit, ꝙ omnib⁹ creaturis ſubſtãtiã voluntas attulit, ſed filio natura dedit, ſed ſpi. ſan. nõ eſt creatura, & ita non habet ſubſtantiam per voluntatem: ſed per naturam patris. Lib. 1. fidei ortho. c. 8. De ſyno. in propoſi. 24. †65. q. q. 2. to. 4.

Contra. Quicquid procedit p modum gñationis, pcedit vt genitum, pręcipue in rebus viuentibus: ſed ſpi. ſan. non procedit vt genitus, alś eſſent duo filii in trinitate, quod non poteſt eſſe. ergo proceſsio ſpi. ſan. non debet dici generatio. c. 26. to. 3.

Respondeo. dicendum, ꝙ in diuinis eſt accipere cõe, & pprium, q̃uis non ſit accipere vl̃e, & particulare. Ad hoc. n. ꝙ ſit vl̃e, & particulare, exigit̃ aliqua diuerſitas realis. vt s̃ dictum eſt, quidditatis cõicabilis, & eſſe quod pprium eſt. Et talis diuerſitas non põt eſſe in diuinis, ſed eſt ibi accipere cõe, & proprium dupl̃r, ſ. ſcd̃m rem, & ſm̃ rõnem. Sm̃ rẽ, ſicut dicim⁹ eſſentiã eẽ cõem trib⁹ pſonis, & vnãquãq; perſonam diſtingui, per id quod ſibi eſt proprium. Secundũ rõnem aũt, ſicut qñ intellectus nr̃ in diuinis accipit aliqd, & q̃tum ad rõnem cõem, D vel indeterminatã, quantum ad rõnem determinatam & propriã, quia vtrunq; ad dignitatẽ pertinet, & ratio generis, & rõ differentiæ. Sicut in diuinis eſt ratio cognitionis quæ cõmunis eſt, & ratio ſcientiæ, quæ propria eſt, & determinata, nec tamen vnum eſt genus alterius, ſecũdum ꝙ in Deo ſunt. Ita dico, quòd proceſsio, dr̃ ſecundum rationem cõem originis, generatio autẽ ſecundum determinatam originis rationem. Vnde ſe habent ſicut cõe & proprium, non tamen ſicut genus & ſpecies. Diſt. 9. q. vni. ar. 1.

Ad primvm. ergo dicendum, quòd proceſsio, ſecundum quòd ſumitur in communi ratione, non condiuiditur generationi, ſed prout ſumitur, ſecundum determinatum modum proceſsionis, qui ſpi. ſancto competit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd frequenter inuenimus, quòd aliquod proprium denominatur nomine cõmuni, ſicut omne conuertibile dicitur proprium, ſiue ſignificet quid eſt res, ſiue non: ſed tamen hoc nomen ſibi ſpecialiter retinet illud conuer E tibile quòd ſubſtantiã non ſignificat, quia non addit aliquid nobilitatis quo nominari poſsit. Non autem ſic dicimus in propoſito, non enim origo ſpi. ſancti nominatur communi nomine, quia nihil addit ſecundum rationem, ideſt, communem, vel minus quàm generatio filij, cum ſpiritus ſanctus filio ſit æqualis in dignitate,

¶ Sed huiuſmodi aſsignantur tres rationes. Prima eſt: quia ſpiritusſanctus maxime accedit ad proceſsionem, non enim tantum ipſe procedit ſicut & filius, ſed a procedete procedit, quod filio non competit.

¶ Secunda eſt, quia cum proceſsio dicatur dupliciter, ſcilicet ſecundum motum localem, & ſcd̃m exitum d cauſati a cauſa, vterq; modus aliquo modo competit origini ſpi. ſancti. Inquãtum enim procedit, vt perſona diſtincta, ſic ſua proceſsio habet ſimilitudinem ad exitum cauſati a cauſa. Inquantum autem procedit vt amor, qui tendit in alterum nõ ſicut in recipiens, ſed ſicut in obiectum, habet ſimilitudinẽ cum pceſsione locali, D. 1064.

ſtinguere autem inter illam generationem, & hanc proceſsionem neſcio, nõ valeo, non ſufficio. Ac per hoc, quia illa & iſta eſt ineffabilis, ſicut propheta de filio loquens ait. Generationem eius quis enarrabit? ita de ſpiritusſancto veriſsime dicitur. proceſsionem eius quis B enarrabit? Satis ſit ergo nobis, quia non eſt a ſeipſo filius, ſed ab ipſo de quo natus eſt, nõ eſt a ſeipſo ſpiritusſanctus, ſed ab illo de quo procedit, & quia de vtroque procedit ſicut iam oſtendimus. De ſpiritusſancto quomodo ipſe de deo ſit, nec tamen ipſe filius ſit, quoniam procedendo non naſcendo legitur eſſe de deo, iam ſuperius quantum viſum eſt, diſputauimus.

*d An ſpiritusſanctus debeat dici ingenitus.*

Nvnc conſiderandũ eſt, cũ ſpiritusſanctus non ſit genitus: vtrum debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus, ſpiritumſanctum nec genitum: nec ingenitum debere dici. Vnde Augu. ad Oroſiũ ait: ſpiritumſanctũ, nec genitum, nec ingenitum fides certa declarat: quia ſi dixerimus ingenitum duos, patres affirmare videbimur: ſi autem genitum, duos filios credere culpamur. Sicut enim ſolus filius dicitur genitus, ita & ſolus pater dicitur ingenitus, eo quòd ab alio non ſit. Vnde Augu. † in 15. lib. de Tri. Pater inquit. ſolus nõ eſt de alio, ideo ſolus appellatur ingenitus, nõ quidẽ in ſcripturis, ſed in conſuetudine diſputantium, & de re tanta ſermonem qualem valuerint proferentium. Filius autem de patre natus eſt, & ſpiritusſanctus de patre principaliter & communiter de vtroq; C procedit. Ideoque, cum ſpiritumſanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vocabulo, vel duos patres in illa trinitate, vel duos qui nõ ſunt, de alio quiſpiam ſuſpicetur. Ecce his verbis aperte oſtẽdit, ſpiri. ſan. nec genitum, nec ingenitum debere dici.

quæ eſt ex aliquo in aliquid. Pater enim amat filium amore, qui eſt ſpi.ſanctus. Filio autem non competit proceſſio, niſi ſecundum vnum modum, ſcilicet exitum a cauſa.
¶ Tertia ratio, & credo ꝙ melior eſt, quia in rebus creatis inuenimus aliquid in ſe ſubſiſtẽs, procedere per modum naturæ: & hoc dicim⁹ generari. vñ ſm hoc potuim⁹ ꝓceſſionem filii proprio noĩe noĩnare, ſ. generationis noĩe. Sed non inuenimus aliquid in creaturis per ſe ſubſiſtens, ꝓcedere ꝑ modum amoris, ſicut ſpi.ſanctus procedit. Et ideo iſtã proceſſionẽ non potuim⁹ nominare nomine proprio, ſed tãtum communi.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ꝓceſſio amoris inquãtum hmõi non habet ꝙ ꝑ ipſam natura aliqua cõicetur, ſed hoc habet inquantum eſt in diuinis: vbi non põt eſſe aliquid imperfectũ. Et ideo ſpiri.ſanctus ſm rõnem proceſſionis, cõiter loquẽdo, nõ habet, ꝙ cõicetur ſibi natura, & ideo talis ꝓceſſio non põt dici generatio ſcd̃m ſuam propriã rõnẽ. Ex ipſa.n.ratione generationis eſt, quòd natura genito cõicetur, quàmuis .n. diuerſitas rationis nõ ſufficiat ad realẽ proceſſionum differentiã, ſufficit tñ ad differentẽ nominationẽ. (5. de Tri. 7. to. 3. vbi s̃.)
¶ Ad quartum dicendum, ꝙ natura non ẽ principiũ proceſſionis [d] ſpi.ſancti ſub ratione naturæ, ſed ſub ratione voluntatis a qua procedit amor. & ideo ſua proceſſio nõ dr̃ natiuitas, cum natiuitas a natura dicatur. Nec tamen ex hoc ſequitur, ꝙ ſpi.ſanctus ſit creatura. Voluntas enim comparatur, vt principium ad ipſa principiata, & ſic comparatur ad creaturas. Vel ad ipſam rationem principiandi, & ſic comparatur ad amorem, qui eſt ſpirituſſanctus ſicut intellectus ad artẽ, vt ſuperius dictum eſt. (D. 665.) (Diſt. 10. q. 1. ar. 3)

### ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum ſpirituſſanctus debeat dici ingenitus.*

(1. p. q. 33. ar. 4.) AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſpi.ſanctus debet dici ingenitus. Et primo per auctoritatem Hieronymi in litera.
¶ 2 Præt. Terminus infinitus conuertitur cum negatione, ſuppoſita exiſtentia ſubiecti, ſicut non homo, non eſt homo. quicquid enim eſt, & non eſt homo, eſt non homo: ſed ingenitus eſt terminus infinitus. ergo cum ſpiritusſanctus ſit, & non ſit genitus, videtur quòd ſit ingenitus.
¶ 3 Præt. ingenitum, aut dicit relationem, aut abſolutum: ſed non dicit relationem notionalem, quia tunc non poſſet dici eſſentia ingenita. ergo videtur, quòd ſit de abſolutis, & ita videtur conuenire ſpirituiſancto.
SED IN CONTRARIVM eſt, quod dicitur in litera, ꝙ ſolus pater ingenitus eſt. ergo non ſpi. ſanctus.
RESPONDEO. Dicendum, quòd in diuinis proprie loquẽdo nihil põt dici priuatiue, quia ad rationem priuationis [d] exi- (D. 1059.)
F gitur, quòd aliquid ſit aptum natum habere quod non habet. hoc autem deo competere non poteſt. Vnde oportet, quòd ingenitus ſumatur negatiue, & non priuatiue. Sed negatio quædã negat in genere determinato, & hæc habet aliquid ſimile priuationi, inquantum ponitur aliquod determinatum genus. Et ẽt quædam negatio extra genus, & hæc eſt abſoluta negatio: q̃ nullum genus determinat.
¶ Dico ergo, quòd ingenitus ſi dicat negationem extra genus, tunc conuenit omni ei, qđ eſt, & qđ non eſt ab alio per generationẽ, ſiue ſit ab aliquo alio, ſiue non, & ſiue ſit creatum, ſiue increatum. Et ſm hoc, poſſum⁹ dicere patrem ingenitum & ſpi.ſanctũ, & eſſentiam diuinã, & primas creaturas quę non exierunt in eſſe per generationẽ. Si autem ſit negatio in genere, hoc poteſt eſſe dupliciter, ſecundum, quòd in diuinis accipitur. Vel in genere diuinæ naturæ, & ſic adhuc conuenit patri ſpi. ſancto, & eſſentiæ. Vel in genere principij in natura diuina, & ſic nõ conuenit niſi patri, & tunc erit notio patris. Principium enim aliquod poteſt innoteſcere. aut ſecundum quòd aliquid eſt ab illo, & ſic pater innoteſcit per generationem, & ſpirationem actiuam, aut ſecundum quòd nõ eſt ab alio: & ſic eſt notio patris ingenitus.
AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Hieron. accipit ingenitum, id eſt, non genitum: ſecundum ꝙ negatio eſt extra genus vel in genere diuinæ naturæ, & non in genere principij. (vbi ſup.)
¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ negatio termini infiniti, non ẽ negatio in aliquo genere determinato, ſed tantum in genere entis. & ideo poteſt dici de omni ente, cui non conuenit affirmatio, ſed negatio quæ negat in aliquo genere determinato, non poteſt dici extra illud genus.
¶ Ad tertium dicendum, quòd ingenitus ſecundum quòd cõuenit tantum patri, dicit notionem patris: & ſic non conuenit K eſſentiæ, ſecundum autem quòd cõuenit eſſentiæ & ſpirituiſancto, non dicit aliquam notionem: nec etiam aliquid de abſolutis: quia ſic etiam conueniret filio, ſed remouet notionem quãdam, ſcilicet generationem paſſiuam.

*Quòd Hieronymus dicit ſpirituſſan. ingenitum, quod videtur. ꝓdictis aduerſari.*

HIeronymus tamen in regulis diffinitionum contra hæreticos ſpi. ſan. dicit ĩgenitum his verbis. Spirituſſan. pater nõ eſt, ſed in- G genitus, atq; infectus. pater nõ eſt, quia patris eſt, & in patre eſt, proceſſionem habet ex patre & non natiuitatem. Filius non eſt, quia genitus non eſt. Ecce his verbis dcitur. ſpi.ſan. eſſe ingenitus: quod vr̃ aduerſari præmiſſis verbis Auguſtini.

*Determinatio ſecundum diuerſas acceptiones.*

SED vt iſtam quæ videt̃ repugnãtiã de medio abigamus, dicimus ꝙ Hieron. aliter accepit nomen ingeniti, & aliter Aug. Accepit .n. Aug. ingenitum qui, vel qđ † ab alio non eſt, & ſm hõc de ſolo patre dr̃. Hiero. vero ingenitũ dicit nõ genitũ, & ſm hoc de ſpir.ſancto poteſt dici, cum ſpi.ſanctus non ſit genitus.

*Ex his verbis Hieron. oſtendit ex quo ſenſu dixerit ſpiritumſanctum ingenitum.*

QVòd autem Hierony. ita acceperit oſtenditur ex verbis ſuis, quibus in eodem tractatu vtitur, faciens talem diuiſionẽ. Omne quod eſt, aut ĩgenitum eſt, aut genitum, aut factum. Eſt ergo quod nec natum eſt, nec factũ. & eſt quod natum eſt, & factum non eſt: & eſt quod nec natum eſt, nec factum eſt, & eſt quod factum, eſt & natum non eſt, & eſt quod factum eſt, & natum eſt, & renatum eſt. & eſt quod factum eſt, & natum eſt, & renatum non eſt. Nunc propoſitorum ſingulis rebus ſubſiſtentiã deſtinemus. Quod ergo nec natum, nec factum eſt pater eſt. non enim ab aliquo eſt: quod autem natum eſt, & factum non eſt, filius eſt: qui a patre genitus eſt, non factus eſt, H quod iterum, nec natum, nec factum eſt ſpirituſſan. eſt: qui a patre procedit, quod etiam factum eſt, & natum non eſt cælũ & terra &c. quę ſunt inſenſibilia: quod autem factum & natum, & renatum eſt, homo eſt, quod vero factum eſt, & natum ẽ, & renatũ non eſt, animalia ſunt. Ecce his verbis oſtendit Hieronymus ſe ingenitum accipere non genitum. aliter enim non eſſet præmiſſa diuiſio vera, ſcilicet omne qđ eſt: I aut ingenitum, aut genitũ, aut factum eſt. atque in diuiſionis huius proſecutione, in aſignatione ingeniti, vbiq; ponit nõ natum.

### EXPOSITIO TEXTVS.

ABSIT autem, vt inter deum &c. {Sic enim proceſſio ſpirituſſancti materialiter videtur: quia pater ſe habet ad generationem vt principium actiuum: mater autem vt materiale, quia materiã miniſtrat. {Neſcio} ſcilicet per artem acquiſitam. {Non valeo.} per naturalẽ virtutem vel induſtriam. {Non ſufficio.} per defectum vſus vel exercitij. {Omne quod eſt, aut ingenitum &c.} Sciendum eſt quòd iſtius diuiſionis membra variantur materiali multiplicatione, & non formali, & ideo vnum membrum bis repetitur, inquantum duobus conuenit, ſcilicet patri & ſpirituiſancto.

DIVI-



### DIVISIO TEXTVS.

HIc incipit Magiſter, determinare de temporali proceſſione ſpi.ſancti. Et diuidit in partes duas. In prima determinat proceſſionem tpalem ſpi.ſancti. In ſecunda, determinat nomen ſpi.ſancti, quod rõnem temporalis proceſſionis oſtendit in 15. diſt. ibi. {Hic quęritur, cũ ſpi. ſanctus per quem &c.} Prima, ĩ duas. In prima determinat de tẽporali ꝓceſſione in communi. In ſecunda, quantum ad ſpeciales modos miſſionis in 16. di. {Nunc de ſpi. ſancto vide.} Prima in duas. In prima, oſtendit ſpi.ſanctum a patre, & filio, temporali proceſſione procedere. In ſecunda, inquirit, vtrũ a ſeipſo tẽporali proceſſione procedat. 15 diſt. {Hic conſiderandum eſt &c.} Prima, in duas. In prima oſtẽdit proceſſionem ſpi.ſancti temporalẽ eſſe a patre, & filio. In ſecunda, excludit errorem, circa intellectũ temporalis proceſſionis. ibi {Sunt autem aliqui.} Circa primũ duo facit. Primo, determinat veritatẽ temporalis proceſſiois, quantum ad principium a quo procedit, oſtendens per Aug. quòd procedit a patre & filio. Secundo, oſtendit veritatem, quantum ad hoc, quòd ab eis dicitur procedere temporaliter. ibi {De temporali autem.} {Sunt autẽ aliqui.} Hic excludit errorem dicentium, in proceſſione temporali ſpi.ſanctum non dari, ſed tantum dona eius. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit ſpiritumſanctũ, qui deus eſt, temporali proceſſione dari. ſecundo, ex hoc oſtendit, quòd nullus homo ſpi.ſanctum dare poteſt. ibi {Hic quæritur, vtrũ ſancti &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, mouet quæſtionem, & determinat eam, oſtẽdens quòd nullus homo ſpi. ſanctum dare poteſt, nec etiam Chriſtus, ſecundum quod homo. Secundo, obijcit in contrarium, & ſoluit. ibi {Sed nunc videtur contrarium.}

(Cap. 27. to. 3.)

## DISTIN. XIIII.

A

*Quòd gemina eſt proceſſio ſpirituſſancti.*

PRAETEREA diligẽter annotandum eſt, ꝙ gemina eſt proceſſio ſpi.ſancti, æterna v3. quæ ineffabilis ẽ, quæ a patre, & filio eternaliter, & ſine tpe proceſſit, & *a* tpalis quæ a patre, & filio ad ſanctificãdã creaturam ꝓcedit, & ſicut ab æterno cõiter, ac ſimul procedit a patre & filio: *b* ita & in tẽpore cõiter, & ſimul ab vtroque procedit ad creaturam non diuiſim a patre in filium, & a filio ad creaturam. Vnde Augu. in 15. lib. de Trini. ait. Spiritus ſanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad ſanctificãdam creaturam: ſed ſimul de vtroque procedit: quàmuis hoc, filio pater dederit, vt ſicut de ſe, ita etiam de illo procedat.

## QVAESTIO I.

A

### Ad intellectum huius partis tria quæruntur.

Primo. De proceſſione temporali, ſecundum ſe.
Secundò. Ratione cuius ſpiritusſanctus temporaliter procedere dicatur, vel ſecundum quid fiat.
Tertio. A quo fiat.

### Circa primum duo quæruntur.

Primo. Vtrum ſit aliqua temporalis proceſſio ſpi.ſancti.
Secundo. Vtrum ponat in numerum cum æterna.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum aliqua proceſſio ſpirituſſancti, ſit temporalis.*

(1. p. q. 43. art. 7.) AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd nulla proceſſio ſpi.ſancti, ſit temporalis. Sicut enim generatio eſt proprietas æterna filij, ſecundum quam diſtinguitur a patre: ita proceſſio ſpi.ſancti eſt proprietas ſm quã diſtinguit a patre & filio, ſed generatio filii non dicitur temporalis, niſi ſecundum naturam aſſumptam. cum igitur ſpi.ſanctus nullam aſſumpſerit naturam, nec aſſumet, videtur quòd nulla ſit eius proceſſio temporalis.

A ¶ 2 Præt. Omne illud, cui conuenit aliquid temporaliter eſt mutabile, vel variabile hoc autem ſpi. ſancto non conuenit, cum ſit verus deus. ergo nec temporalis proceſſio.
¶ 3 Præt. Secundum Phyloſophum lib. de cauſis. Inter rem cuius ſubſtantia, & operatio eſt in tempore, & inter rem cuius. (propoſitione 31.) ſubſtantia, & operatio eſt in momento æternitatis, ẽ res media, cui⁹ operatio eſt in tẽpore, & ſubſtantia in ęternitate. Rẽ autem illã cuius ſubſtantia, & operatio eſt in æternitate, dicit ſubſtantias ſeparatas, & præcipue deum. cum igitur ꝓceſſio ſit operatio ipſius dei. ſiue actiuæ, ſiue paſſiuæ intelligatur. videtur quòd non ſit in tempore, & ita nec temporalis dici debeat. (In prin. to. 7.)
¶ 4 Prę̃t. Illud, qđ eleuat hominem ſupra tempus non poteſt dici temporale, ſed ꝑ proceſſionem ſpirituſſancti in hominem, eleuatur homo ſupra omnia temporalia: quia ſecundum Aug. inquantum aliquod æternũ mente capimus, non in hoc modo ſumus. ergo non debet dici temporalis. (Cap. 26. to. 3.) (4. de Trini. c. 20. to. 3.)
¶ 5 Præt. In proceſſione temporali, quæ etiam miſſio dicitur, includitur intellectus proceſſionis æternæ ſecundum Auguſt. ſed denominatio debet fieri a digniori. igitur, & ſi in proceſſione eſſet aliquid tẽporale, non deberet dici tpalis, ſed æterna. (5. de Tri. c. 15. & 16. & 2. de Trini. cap. 5.)
CONTRARIVM dicitur per authoritates in litera.
¶ Pręterea. Cõtingit aliquem ex tempore habere ſpiritumſanctum, qui prius non habuit, ſed ſpirituſſanctus non habetur niſi vt procedens a patre & filio, cum ſit donum vtriuſque, D ergo eſt eius aliqua proceſſio temporalis ſecundum quam procedit ad ſanctificandum creaturam, vt in litera dicitur.
RESPONDEO dicendum, quòd quàmuis in perſonis diuinis proprie loquendo, dicatur proceſſio ſecundum rationem exitus a principio, qui non neceſſario tendit in aliud, tamen proceſſio ſpi.ſancti ex modo ſuæ proceſſionis habet inquantũ, ſcilicet, procedit vt amor, quòd in alium tendit, ſcilicet in amatum ſicut in obiectum. Et quia proceſſiones perſonarum æternæ, ſunt cauſa & ratio totius productionis creaturarum, ideo oportet quòd ſicut gñratio filii eſt ratio totius productionis creaturæ ſecundum quod dicitur pater in filio omnia feciſſe, ita etiam amor patris tendens in filium vt in obiectum ſit ratio in qua deus omnem effectum amoris creaturis largiatur, & inde, eſt ꝙ ſpirituſſanctus qui eſt amor, quo pater amat filiũ. eſt etiam amor, quo amat creaturam impartiendo ſibi ſuam perfectioné. Poterit [d] ergo proceſſio iſtius amoris dupliciter conſiderari. Vel ſecundum quod tendit in obiectum æternum, & ſic dicetur æterna proceſſio. Vel ſecundum quod procedit vt amor in obiectum creatum, inquantum, ſcilicet per illum amorem creaturę aliquid a deo confertur, & ſic dicetur proceſſio temporalis, ex eo quòd ex nouitate effectus conſurgit noua relatio creaturæ ad deum, ratione cuius, oportet deum ſub noua habitudine ad creaturam ſignificari, vt patet in omnibus quæ de deo ex tempore dicuntur. (D. 1064.) E
AD PRIMVM ergo dicendum, quòd generatio de ratione ſui non dicit reſpectum, niſi ad eum a quo eſt generatio. Hoc autẽ dupliciter poteſt eſſe in filio. Aut, ſicut a quo accipit diuinam naturam, & ſic eſt generatio æterna a patre. Aut, ſicut a quo accipit naturam humanam, & ſic eſt temporalis generatio a matre. Proceſſio autem ſpi. ſancti vt dictum eſt, nõn ſolum dicit reſpectum ad principium a quo procedit, ſm quem æterna tm̃modo eſt, ſicut & generatio, ſed etiam importat reſpectum ad eum in quem procedit, ſm quẽ tpalis dici poteſt (Diſt. 13. q. vnica, art. 2)

*De temporali proceſſione ſpirituſſancti ſpecialiter agitur.*

DE temporali aũt proceſſione, Beda in Homilia dñicæ primæ poſt Aſcenſ. ita loquitur. Cum gratia ſpi. ſancti datur hoĩbus B profecto mittitur ſpiritus a patre, mittitur & a filio, procedit a patre, procedit & a filio, q̃a eius miſſio eſt ipſa proceſſio. His verbis oſtendit aperte donationem gratiæ ſpi.ſancti dici proceſſionem, vel miſſionẽ eiuſdem, ſed cum donatio, ſiue datio non ſit niſi temporalis: conſtat, quia & hæc proceſſio, ſiue miſſio tẽporalis eſt. Hanc quoque temporalem ſpiritusſancti proceſſionem Augu. in C 15. lib. de Tri. inſinuat dicens, ſpi. ſanctũ ꝓceſſiſſe a Chriſto, quando poſt reſurrectionẽ inſufflauit in diſcipulos, his verbis cum reſurrexiſſet Chriſtus a mortuis, & apparuiſſet diſcipulis ĩſufflauit &, ait. Ac-

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inquantum per amorem qui eſt ſpirituſſanctus, aliquod donum creaturæ confertur, nulla mutatio, vel variatio fit in ipſo amore, ſed in eo cui per amorem aliquid datur: ſi tamen mutatio, & non potius perfectio di ci debet. Et ideo ille temporalis reſpectus, non ponitur circa ſpiritumſanctum realiter, ſed ſolum ſecundum rationem, realiter auté in creatura quę mutatur, ſicut fit cum dicitur, Deus dñs ex tépore.

Ioan, 20. Luc. 6

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio diuina dupliciter poteſt conſiderari. Vel ex parte operantis, & ſic eſt æterna, vel quãtum ad effectum operationis, & ſic poteſt eſſe temporalis: ſed tamen quia deus non agit per operationem, quæ ſit media inter ipſum & operatum, ſed ſua operatio eſt in ipſo, & ẽ tota ſua ſubſtantia, ideo operatio eius, eſſentialiter æterna eſt, ſed effect⁹ tpalis.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd aliquid poteſt dici temporale multipliciter, vel quia ſubiacet variationi tẽporis, & hoc modo proceſſio non dicitur temporalis, etiam quãtum ad effectum gratiæ: uel, quia habet initiũ in tempore, & ſic gratia dicitur temporalis, & eadem ratione ꝓceſſio rõne effectus.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ aliqđ cõiunctũ non põt affirmari niſi ꝓ vtraque parte, ſed negari põt ꝓ altera parte tantũ, ſicut patet in veritate & falſitate copulatiuæ propoſitionis. Et quia temporale, claudit in ſe quandá negationem cum affirmatione, ſcilicet aliquãdo eſſe, & pri⁹ non fuiſſe, æternum autem importat tantum affirmationem eſſendi, ideo coniunctum non poteſt dici æternum niſi vtrũque æternum ſit. (†cap. 26) temporale autẽ dici poteſt etiam ſi alterum ſit tantum temporale, ſicut creator importat diuinam operationem, & connotat effectum in creatura actualiter, ratione cuius, deus non dicitur creator ab æterno: ſed ex tempore. (†Matth. 28.)

ARTICVLVS II.

*b Vtrum proceſſio temporalis diſtinguatur realiter ab æterna.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd temporalis proceſſio ponat in numerum cum æterna vt ſit alia, & alia proceſſio. Aeternum enim & temporale nõ poſſunt idẽ eſſe in eſſentia, ſed quæ differunt per eſſentiam ſimpliciter mul- F tiplicantur, & numerantur. ergo æterna proceſsio, & temporalis ſimpliciter ſunt duæ.

¶ 2 Item, idem nõ eſt ſignum ſuiipſius, ſed proceſsio temporalis ſm Aug. eſt ſignum æternæ. ergo non ſunt vna proceſsio. (lib. 5. de Trini. cap. 15. to. 3. & 2. de Tri. c. 5.)

¶ 3 Præt. Cũ vna dicatur ꝓceſsio æterna & alia temporalis, aut hoc erit, quia eſſentialiter differunt, aut: quia vna addit ſuper aliam. Sed æterna non poteſt addere ſupra temporalẽ, quia ſic temporalis, eẽt naturaliter prior æterna. Nec etiam, temporalis poteſt ſe habere ex additione ad æternam, cũ æterno: quia perfectum eſt, cui nihil ſit addibile. ergo relinquitur, quòd eſſentialiter differant, & ita ſimpliciter ſunt duę. (5. Met. tex. 21.)

¶ 4 Præterea. Sicut filius ſe habet ad generationem paſsiuam, ita & ſpirituſſanct⁹ ad proceſsionem paſſiuam: ſed propter æternam generationem, & temporalem, filius dicitur habere duas natiuitates, & bis natus. ergo & ſpirituſſanctus, dicitur habere duas proceſſiones.

CONTRA. proceſsio ponit aliquid in ipſo procedente: ſed proceſsio temporalis inquantum eſt temporalis, nihil ponit circa ſpi. ſan. ergo oportet, ꝙ in proceſsione temporali, eſſentialiter includatur æterna. ergo non differunt eſſentialiter, nec ſimpliciter ſunt plures.

¶ Item. Ea quæ non ſunt eiuſdem rationis, nõ connumerantur adinuicem: ſed temporale, & æternũ non ſunt eiuſdem rationis. ergo non poteſt dici ꝙ ſint duæ, proceſſiones, temporalis, & æterna.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cũ proceſsio ſemper dicat reſpectum procedẽtis ad illum a quo procedit, ſpi. ſanctus aũt ad patrẽ non referẽ niſi rõne æterna, oportet, quòd nulla proceſsio ſpi. ſancti ſit alia eſſentialr̃ ab æterna, ſed põt ſibi aduenire aliquis reſpectus, alius ex parte ei⁹ in quem eſt, ſicut in amatum, & ratione illius dicitur tpalis.

¶ Dicendum, ergo ꝙ eſt vna proceſsio eſſentialiter pp reſpectum vnum procedentis ad id, a quo procedit, quem principaliter importat. Proceſsio autem eſt duplex, vel gemina ratione duorũ reſpectuũ in duo obiecta, ſ. in ęternum & tpale, quorum vnus, ſ. ęternus, realiter eſt in ipſo procedente. Alius aũt ſm rationem tm̃ in ſpi. ſanctum, ſed ſm rem in eo, in quem ꝓcedit. Horum tm̃ reſpectuum, primus includitur in ſecundo, ſicut ratio & cauſa eius. vñ ſecũdũ ſe habet ex additione ad primum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ proceſsio non dr̃ tpalis, ſm id qđ eſt, ſed rõne reſpectus ad creatnram, tpalis dr̃, vt dictũ eſt.

¶ Ad

cipite ſpiritum ſanctum, vt eũ etiam de ſe procedere oſtenderet, & ipſe eſt virtus quæ de illo exibat: vt legitur in euangelio, & ſanabat omnes. Et vt oſtenderet hanc proceſsionem ſpirituſſancti nõ eſſe aliud quàm donationem, vel dationem ipſius ſpirituſſancti, addit. poſt reſurrectionem dominus Ieſus bis dedit ſpiritum ſanctum. ſemel in terra propter dilectionem proximi. & iterum de cælo propter dilectionem dei, quia per ipſum donũ, diffunditur charitas in cordibus noſtris, qua diligimus deum, & proximum.

*Quòd aliqui dicũt ſpiritum ſanctum non dari, ſed dona eius.*

B

SVNT autem aliqui ꝗ dicunt ſpiritũſanctũ *a* ipſum deum nõ dari, *b* ſed dona eius quæ nõ ſunt ipſe ſpirituſſanctus. Et vt aiunt, ſpirituſſanctus dicitur dari cum gratia eius, quæ tamen non eſt ipſe, datur homini, & hoc dicunt Bedam ſenſiſſe in ſuperioribus verbis, quibus dicit ſpiritumſanctum procedere cum ipſius gratia datur hominibus, tanquam non ipſemet detur, ſed eius gratia.

*Quòd ipſe ſpirituſſanctus qui deus eſt, & datur, & mittitur.*

SED quòd ipſe ſpirituſſanctus qui deus eſt, & tertia in trinitate perſona detur, aperte oſtendit Auguſt. in 15. lib. de Trini. ita dicens. eundem ſpiritumſanctum datum cum inſufflaſſet Ieſus, de quo mox ait. † Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpirituſſancti, non debemus ambigere. Ipſe ergo eſt qui etiam de cælo datus eſt die Pentheco ſtes: quomodo ergo deus non eſt qui dat ſpiritumſanctum, immo quãtus deus eſt qui dat deum? Ecce his verbis aperte dicit ſpiritumſanctum, ipſum ſcilicet deum dari hominibus G a patre & filio, & quòd ipſe ſpirituſſanct⁹, qui deus eſt, ac tertia in trinitate perſona nobis detur, noſtriſque infundatur, atque illabatur mẽtibus, aperte oſtendit Ambro. in lib. 1 de ſpirituſancto dicẽs. † Licet multi dicantur ſpiritus, quia legitur, qui facit angelos ſuos ſpiritus, vnus tamen eſt dei ſpiritus. (†ibi c. 4. t. 1) † Ipſum ergo vnum ſpiritum, & Apoſtoli, & Prophetæ ſunt conſecuti: ſicut etiam vas electionis dicit: quia vnum ſpiritum † potauimus quaſi eum, qui non queat ſcindi, ſed infundatur animis & ſenſibus illabatur, vt ſecularis ſitis reſtringat ardorem, qui ſpirituſſanctus non eſt de natura rerum corporalium, nec de ſubſtantia inuiſibilium creaturarum His verbis aperte dicit ſpiritumſanctum ipſum qui creatura non eſt infudi mentibus noſtris. (†Pſal. 103. †1. Cor. 12.) Item in eodem. Omnis mutabilis eſt creatura, ſed non mutabilis ſpiritus ſanctus. I Quid autem dubitem dicere, quia datus eſt ſpirituſſanctus cum ſcriptum ſit, charitas dei diffuſa eſt in cordibus † noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus ẽ nobis. (†Rom. 5) Qui cum ſit inacceſsibilis natura, receptibilis tamen propter ſuam bonitatẽ nobis eſt complens virtute oĩa, ſed ꝗ ſolis participeẽ iuſtis. ſimplex ſubſtãtia opulẽtus virtutibus, vnicuique præſens diuidens de K ſuo ſingulis, & vbique totus.



In hac diſt. art. 1. iſtius quæſt. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd proceſſio temporalis dicitur eſſe ſignum æternæ, quantum ad effectum ex quo conſurgit reſpectus ille temporalis, ſecundum quem proceſſio temporalis dicitur, effectus autem huius proceſſionis eſt amor gratuit⁹ qui eſt ſimilitudo quædã amoris increati, qui eſt ſpirit⁹ ſanc. & per conſequens ſignum eius.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd quàmuis æterno, ſecundũ rem nihil ſit addibile, nihilominus tñ ęternũ poteſt *d* intelligi in aliqua habitudine ſe habere ad aliquod tẽporale: quæ tamẽ habitudo non ponitur realiter, circa ipſum ęternũ, vt dictũ eſt. (D. 569.) Et ꝗa intellectus poteſt repræſentari per nomen, quia voces ſunt notæ earũ quæ ſunt in anima paſſionũ: ideo poteſt æterno imponi aliquod nomen, prout intelligitur ſub illa habitudine ſicut de⁹ dr̃ dñs ex tpe: ita ẽt dr̃ proceſſio temporalis. (Ibidem. 1. periher. in prol.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd generatio filij temporalis, & æterna diſtinguitur, etiam ſecundum reſpectum ad principiũ a quo ſunt: quia æterna eſt a patre & temporalis a matre, et ſecundum diuerſas naturas, & ideo vna realiter non eſt alia, ſed de proceſſione non eſt ſimile, vt dictum eſt. (Art. antec.)

¶ Quintum, concedimus.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd proceſſio temporalis, & æterna, conſideratæ ſecundum reſpectum procedentis ad principium a quo eſt, ſunt omnino idem ne dum eiuſdem rationis, & ex hac parte non numerantur. Sed conſideratæ ſecundum reſpectum ad id, in quod eſt proceſſio per modum dictum, non ſunt eiuſdem rationis, ſcilicet per vniuocationẽ: ſed analogice: quia vnũ eſt ratio alterius, & ita poſſunt connumerari, ſicut etiam dicimus deum & hominem duas res.

## QVAESTIO II.

B

### Deinde queritur, ſecundum quid attendatur proceſſio temporalis.

Et circa hoc duo quæruntur.

Primo. Vtrum, ipſe ſpirituſſanctus, ſecundum proceſſionem temporalẽ detur, vel tm̃ dona eius, vel vtrunque. Et ſi vtrunque, quæritur,

Secundo. Secundum quæ dona dicatur ſpiritumſanctum dari, vel procedere temporaliter.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum ſpirituſſanctus temporaliter detur.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd ipſe ſpirituſſanctus non procedat temporaliter, vel detur. Illud enim quod ſecundum ſe, eſt vbique non videtur vſquam, ſecundum ſe procedere, ſed ſpirituſſanctus cum ſit deus eſt vbique. ergo non poteſt in quemꝗ procedere.

¶ 2 Si dicas, quòd poteſt eſſe ſecundum aliquem modum in aliquo ſecundum quem prius non erat, adhuc habetur propoſitum: quia ſecundum Diony. & auth. lib. de cauſis. deus eodem modo ſe habet ad omnia, quàmuis non omnia eodem modo ſe habeant ad ipſum: ſed iſte modus diuerſus in creaturis eſt ex diuerſis perfectionibus, quas ex deo cõſequuntur. ergo videtur quòd ex hoc, quòd ſpi. ſan. dicitur aliter eſſe in iſto ꝙ prius non fuit, non propter aliud eſſe, niſi quia aliquem effectum conſequitur iſte quem prius non conſequebatur, & ſic tota datio, vel proceſſio refertur ad dona, & non ad ipſum ſpiritumſanctum. (Dio. de di. no. c. 3. propoſit. 24.)

¶ 3 Item, vt dictum eſt, proceſſio temporalis, nihil ſecundum rem addit ex parte ipſius procedentis ad proceſſionem æternã: ſed ſecundum proceſſionem æternam, ipſe ſpirituſſanctus non A procedit in aliquam creaturam. ergo nec ſecundum temporalem, quantum ex parte ipſius ſpi. ſancti: ſed ſolum quantum ad dona ipſius. (In hac diſt. q. 1. ar. 2.)

¶ 4 Præt. Conſtat quòd virtus infuſa non eſt deficientior in operibus meritorijs, ꝙ virtus acquiſita in operibus politicis: ſed virtus acquiſita ſufficiẽtior dirigit hominem in omnibus ciuilib⁹. ergo infuſa, in omnibus meritoriis. non igitur oportet. vt videtur quòd cum virtute infuſa ipſe ſpirituſſanct⁹ detur: ſed, vel ſolus ſpirituſſanctus, vel ſola virtus.

CONTRA. Rom. 5. dr̃. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritumſan. &c. ergo vr̃ quòd vtrunq; detur.

¶ Præt. Amor habet rationem primi doni, quia ĩ ipſo omnia ex liberalitate conferuntur. cũ igitur ſpirituſſan. ſit amor. videtur, quòd habeat rationem doni: ſed non niſi: quia datur. ergo videtur, quòd ipſe ſpirituſſan. det. (†c. vlt. co. 3.)

C ¶ VLTERIVS, quæritur circa hoc ſi vtrunque datur, quid per prius datur. Et videtur, quòd ſpirituſſanct⁹ quia per ipſum dant alia. Et quia habet rationem primi doni. I

¶ Sed econtrario, videtur ꝙ dona per prius: quia dona ipſius diſponunt nos ad hoc, quòd ipſum habeamus, diſpoſitio autem prior eſt eo ad quod diſponitur. ergo &c.

RESPONDEO dicendum, quòd ipſemet ſpi. ſan. procedit temporali proceſſione, vel datur, & non ſolum dona eius. Si enim conſideremus proceſſionem ſpi. ſancti ex parte eius a quo procedit, non eſt dubium quin ſecundum illum reſpectum ipſemet ſpi. ſanctus procedat. Si autem conſideremus proceſsionem, ſecundum reſpectum ad id in quo procedit, tunc ſicut dictum eſt, reſpectus iſte in ſpi. ſancto ponitur: non quia ipſe realiter referatur, ſed quia alterum refertur ad ipſum. (In hac diſt. q. 1. ar. 1.) Cum igitur in acceptione donorum ipſius, non ſolum relatio noſtra terminetur ad dona: vt ipſa tantum habeamus: ſed etiam ad ſpi. ſanctum; quia aliter ipſum habemus, ꝙ prius, nõ tantum dicentur D dona ipſius procedere in nos: ſed etiam ipſemet. ſecundum hoc enim ipſe dicitur referri ad nos, ſecundum quod nos referimur in ipſum. Et ideo procedit ipſe in nos & dona ipſius: quia & dona eius recepimus: & per eadem ad ipſum nos aliter habemus, inquantum per dona eius, ipſi ſpirituiſancto coniungimur: per donum nos ſibi aſſimilans.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd cum dicitur deus eſſe vbique importatur quædam relatio dei ad creaturam, quæ quidem realiter non eſt in ipſo: ſed in creatura. Contingit autem ex parte creaturę iſtas relationes multipliciter etiam diuerſificari, ſecundum diuerſos effectus: quibus deo aſſimilatur, & inde eſt, quòd ſignificatur vt aliter ſe habens ad creaturam, quàm prius. Et propter hoc ſpi. ſan. qui vbique eſt ſm relationem creaturæ ad ipſum, poteſt dici de nouo eſſe in aliquo: ſm nouam relationem ipſius creaturę ad ipſum.

E ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quàmuis ille modus aliter ſe habendi, diuerſificetur ex diuerſis donis receptis in creatura, tamen relatio creaturæ non ſiſtit in donis illis: ſed vlterius tendit in eum per quem illa dona dantur. & ideo poſſumus ſignificare nos alio modo habere ſpiritumſanctum, & ſpiritumſanctum aliter a nobis haberi: & hoc ſignificatur cum dicitur ipſemet in nos procedere, vel nobis dari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non dicitur ipſemet in nos procedere: quia circa ipſum aliquid fiat: ſed quia ex eo quòd nos ad ipſummet aliter nos habemus, ipſe poteſt ſignificari ſub alio reſpectu ſe habere ad nos. Et ita dicitur in nos procedere quantum ad illum reſpectum quem proceſſio ponit ad id in quod eſt proceſſio: licet non quantum ad illum quem ponit ad id a quo eſt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus infuſa eſt multo ſufficientior, quàm virtus acquiſita, & ex ratione ſuæ perfectionis habet, quòd nos maxime deo coniungat & aſſimilet: ſm quam coniunctionem innaſcitur nobis nouus reſpectus ad deum.

Incircunſcriptus ergo eſt, & infinitus ſpirituſſanctus, qui diſcipulorum ſenſus ſeparatorũ infundit: quem nihil poteſt fallere. Angeli ad paucos mittebantur, ſpiritus autem ſanctus populis infundebatur. Quis ergo dubitet, quin diuinum ſit, quod infunditur ſimul plu- B ribus, nec videtur? Vnus eſt ſpiritus ſanctus qui datus eſt omnib⁹, licet ſeparatis apoſtolis. Et hic aperte dicit Amb. quòd ſpi. ſanct⁹, qui eſt ſubia ſimplex cum ſit vnus datur pluribus. Alia quoque authoritate hoc idem aſtruitur. ſ. quòd ſpi. ſanctus, qui eſt filio æqualis hominibus detur. Ait .n. Aug. de verbis Apoſtoli. † Si charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui dat⁹ eſt nobis, a quo datẽ? Ab illo ꝗ dedit dona hominibus, quę dona? Spiritum ſanctum, qui tale dat donum qualis eſt ipſe. magna eſt miſericordia eius donum dat æqualem ſibi, quia donum eius ſpiritus ſanctus eſt. († Aug. de verbo. Dñi ſeru. 43. to. 10. ad. Roma. 5.) ꝑmiſſis his & aliis pluribus authoritatib⁹ aperte mõſtratur, quòd ſpiritus æqualis patri & filio nobis datur, nec ideo tamen minor eſt patre, & filio. Vnde Auguſt. in 4. lib. de Trin. † Non ideo minorem eſſe ſpiritum ſanctum: quia eum pater miſit, & filius arbitrandum eſt.

vnde quanto ſufficientior eſt, tanto magis in ipſa ſpiritusſancti[9] procedere dicitur, & cum ipſa. vtrum autem oporteat aliquod donum creatum dari cum ſpi.ſancto, erit quæſtio infra. Diſt. 18. q. vnica, ar. 3.

¶ Alia duo concedimus.

¶ Ad id quod vlterius quæritur, dicendum quòd ordo aliquorũ ſm naturã põt dupliciter cõſiderari. Aut ex parte recipientis vel materiæ, & ſic diſpoſitio eſt prior q̃ id ad quod diſponit, & ſic per prius recipimus dona ſpi.ſancti, q̃ ipſum ſpiritum: quia per ipſa dona recepta ſpirituiſancto aſſimilamur. Aut ex parte agentis & finis, & ſic quod propinquius erit fini & agenti dicit̃ eſſe pri[9]: & ita per prius recipimus ſpiritumſanctũ quàm dona eius: quia & fili[9] per amorem ſuum alia nobis donauit. & hoc ẽ ſimpliciter eſſe prius. c.26.to.3.

*An uiri ſancti & eccleſiæ Prælati dent, vel dare poſſint ſpiritum ſanctum.*

C

Hic quæritur, vtrum & viri ſancti dẽt, vel dare poſſint alijs ſpiritũ ſanctum. Quem ſi aliis dãt, cũ ei[9] donatio ſupra ſit dicta proceſſio, videtur ab eis ꝓcedere ſpiritusſan. vel mitti, ſed creator a creatura nõ ꝓcedit, vel mittit̃. Reſtat ergo, vt ipſi nõ dent ſpiritũ ſanctum, nec dare poſſint. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. Non aliquis diſcipulorum Chriſti dedit ſpiritum ſanctum. Orabant quippe, vt veniret in eos, quibus manum imponebant, non ipſi eum dabãt, quem morẽ in ſuis præpoſitis etiam nũc ſeruat eccleſia. Denique & Simon magus offerẽs apoſtolis pecuniã, nõ ait. date & mihi hanc poteſtatem vt dẽ ſpiritum ſanctum, ſed cuicunque inquit, impoſuero manus accipiat ſpiritum ſanctũ: quia nec ſcriptura ſuperi[9] dixerat. Videns autẽ Simon, quia apoſtoli darent ſpritum ſanctum, ſed dixerat. videns aũt Simon, quia per impoſitionem manuũ apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus. Ecce his verbis oſtendit Auguſt. nec apoſtolos, nec alios eccleſiæ ꝑlatos dediſſe, vel dare ſpiritum ſanctum. Act. 8. G

ARTICVLVS II.

*b Vtrum proceſsio temporalis ſpirttusſancti attendatur, ſecundum omnia dona.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd ſecundum omnia dona proceſsio temporalis ſpiritusſancti attendatur. Omne .n. donum quod creaturæ confertur ex liberalitate diuinę voluntatis ꝓcedit, ſed ratio conferendi per liberalitatem eſt amor. ergo videtur, quòd ſecundum quælibet dona creaturæ collata, ſpiritus ſanctus detur, vel procedat.

¶ 2 Præt. In collatione cuiuſlibet doni creatura ſecundum aliquem reſpectum ſe habet ad deum, ſecundum quem prius non habebat. aſſimilatur enim ſibi ſecundum participationem illius perfectionis: quam de nouo a deo recepit, ſed hoc erat ſpiritumſanctum temporaliter procedere, quod ſignificari ſpiritumſanctum in habitudine aliqua ad creaturam, ex eo quòd creatura nouo modo referebatur ad ipſum. ergo videtur quòd ſpiritusſanctus etiam ſecundum dona naturalia mittatur, & nõ tantum ſecundum gratum facientia.

4. de Trini. c. 20. to. 3. ¶ 3 Præt. Secundum Aug. Mitti eſt cognoſci, quòd ab alio ſit, ſed aliquis ſine gratia gratum faciente poteſt cognoſcere ſpiritumſanctum ab alio eſſe per fidem informem. ergo videtur, ꝙ proceſsio temporalis nõ ſemper ſit ſm donum gratum faciens.

¶ 4 Præt. Rabanus dicit, quòd ſpiritusſanctus datus eſt apoſtolis ad operationem miraculorum. hoc autem donum non eſt gratum faciens, ſed tantum gratis datum. ergo etiam ſecundum hęc dona poteſt attendi temporalis proceſſio ſpiritusſancti.

Contra. Sapientia. 1. Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Quicunque autem caret gratia gratum faciente, pro ficto habetur. ergo in nullum talem ſpirituſſ. procedit.

¶ 5 Præt. Spiritusſanctus non procedit in aliquem niſi quem inhabitat deus, ſicut in templo ſuo, quia per ſpiritumſanctum efficitur quis templum dei. 1. Corin. 6. Sed in nullo dicitur habitare deus niſi per gratiam gratum facientem. ergo ſm hoc donum, tantum temporalis proceſſio ſpiritusſancti attenditur.

Respondeo dicendum, quòd in exitu creaturarum a primo principio attenditur quædam circulatio, vel regiratio, eo quòd omnia reuertuntur ſicut in finem in id, a quo ſicut a principio prodierunt. Et ideo oportet, vt per eadem quibus eſt exitus a principio & reditus in finem attendatur.

Diſt. 13. q. 1. art. 1. ¶ Sicut igitur, dictum eſt, quòd proceſsio perſonarum eſt ratio productionis creaturarum a primo principio, ita etiam eſt eadem proceſsio ratio redeundi in finem. Quia per filium & ſpiritumſanctum ſicut & cõditi ſumus: ita etiam & fini vltimo coniungimur, vt patet ex verbis Auguſt. poſitis in 3. diſtinct. vbi dicit. Principium ad quod recurrimus, ſcilicet patrem, & formam quam ſequimur, ſcilicet filium &c. & Hyla. dicit infra 31. diſt. Ad vnum initiabile omnium initium per filium vniuerſa referimus. Secundum hoc ergo proceſsio diuinarum per- Lib. de vera relig. c. 55. cir. fi. to. 1. Hilar. 2. de Tri. i princ.

F ſonarum in creaturas poteſt conſiderari dupliciter. Aut inquantum eſt ratio exeundi a principio, & ſic talis proceſsio attenditur ſecundum dona naturalia in quibus ſubſiſtimus, ſicut dicitur a Diony. Diuina ſapientia, vel bonitas in creaturas procedere, ſed de tali proceſſione non loquitur hic. Poteſt etiam attendi inquantum eſt ratio redeundi in finem. & ſic eſt ſecundum illa dona tantum: quæ proxime coniungunt nos fini vltimo, ſcilicet Deo: quæ ſunt gratia gratum faciẽs & gloria, & de iſta proceſſione loquimur hic. Sicut enim in generatione naturali generatum non coniungitur generanti in ſimilitudine ſpeciei, niſi in vltimo generationis, ita etiam in participationibus diuinæ bonitatis non eſt immediata coniunctio ad deum per primos effectus, quibus in eſſe naturæ ſubſiſtimus, ſed per vltimos, qb[9] fini adhæremus, & ideo cõcedimus, ſpi. ſanc. nõ dari, niſi ſm dona gratum faciẽtia. 4. de di. no.

Ad primvm, ergo dicendum, quòd quàmuis in collatione donorum naturalium, vel gratis datorum attendatur magna liberalitas, tamen perfectio liberalitatis attenditur in his, H quæ ultimæ perfectioni coniungunt, & iſta ſunt quæ immediate ordinant nos in finem, & ideo ſecundum iſta dona præcipue ſpiritusſancti proceſſio attenditur.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd in proceſsione ſpiritus, ſecundum quod hic loquimur: prout ſcilicet, claudit in ſe dationem ſpiritusſancti non ſufficit, quòd ſit noua relatio qualiſcunq; eſt creaturæ ad deum, ſed oportet quòd referatur in ipſum ſicut ad habitum: quia quod datur alicui habetur aliquo modo ab illo. Perſona autem diuina non poteſt haberi a nobis niſi, vel ad fructum perfectum, & ſic habetur per donum gloriæ, aut ſecundum fructum imperfectum, & ſic habetur per donum gratiæ gratum facientis. Vel potius ſicut id, per quod fruibili coniungimur, inquantum ipſæ perſonæ diuinæ quadam ſui ſigillatione in animabus noſtris relinquunt quædam dona, quibus formaliter fruimur, ſcilicet amore & ſapientia, propter quod ſpiritusI ſanctus dicitur eſſe pignus hæreditatis noſtræ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non qualiſcunque cognitio ſufficit ad rationem miſsionis, ſed ſolum illa quę accipitur ex aliquo dono appropriato perſonæ, per quod efficitur in nobis cõiunctio ad deum, ſecundum modum proprium illius perſonæ, ſcilicet per amorem, quando ſpiritusſanctus datur. vnde cognitio iſta eſt quaſi experimentalis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis operatio virtutum non ſit donum gratum faciens, tamen cum dono gratum faciente conferri poteſt. Et quia Apoſtoli hoc donum non ſine gratia gratum faciente acceperunt, ideò dicuntur temporaliter accepiſſe ſpiritumſanctum, in collectione huius doni.

QVAESTIO III.

C

*Vtrum ſpiritusſanctus detur a uiris ſanctis.*

K Deinde q̃ritur a quo ſpi. ſanctus ꝓcedit. Et q̃ritur hic: vtrum ſpi. ſanc. detur a ſanctis viris. alia .n. quæ ad hanc inquiſitionem pertinent infra dicentur. Videtur autem, quòd ſancti viri ſpi. ſanctum dare poſſunt. Remisſio .n. peccatorum non ſit niſi per ſpi. ſanctũ, ſed ſancti viri poſſunt remittere peccata. Io. 20. Quorum remiſeritis peccata &c. ergo videtur quòd poſſunt dare ſpiritumſanc. Diſt. 16. q. vnica. ar. 2.

¶ 2 Præt. Gratia ſpi. ſan. eſt ſicut lumen ſpũale, ſed vnũ corpus illuminatũ lumine corporali poteſt, & aliud illuminare. ergo, & vnus exñs in gratia poteſt alteri gratiam conferre.

¶ 3 Præt. Qui dat occaſionem damni, damnum dediſſe videtur. ergo qui facit aliquid, quo facto conferretur gratia ſpiritus ſancti, videtur gratiam ſpiritus ſancti conferre, ſed miniſtri eccleſiæ ſacramenta diſpenſant in quibus gratia ſpiritusſancti datur. ergo videtur, quòd ſpiritumſanctum dare poſſint. Cato libro de moribus

Contra. Dans, nunquàm eſt inferior eo quod datur. Sed quilibet miniſter eccleſiæ, eſt inferior ſpiritusſancto, & quaſi inſtrumentum ipſius. ergo nullus talis, ſpiritumſanctum dare poteſt.

¶ Præterea. Spiritusſanctus non datur niſi in gratia gratum faciente: gratiam autẽ talem nulla creatura conferre poteſt. ergo nec ſpiritum ſanctũ. Probatio medię. Nullum ĩfinitum poteſt eſſe a potẽtia finita: gratia autem habet quandam virtutem infinitam, inquantũ ſcilicet ipſi deo, qui eſt infinitus coniungit. ergo cum omnis potentia creaturæ ſit finita, gratia gratum faciens a nulla creatura conferri poteſt. †Ibidem.

Respondeo Dicẽdum, quòd nulla creatura poteſt dare ſpiritumſanctum, ſed ſolus deus. Cum enim in proceſsione temporali, vt dictum eſt, duo ſint, ſcilicet reſpectus ętern[9], quo ſpiritusſanctus exit a patre & filio, & reſpectus temporalis, q̃ cõſurgit ex eo quòd creatura per donum ſuſceptum nouo modo ſe habet ad ipſũ, conſtat, quòd neutro modo poteſt ab aliqua creatura ꝓceſſio tẽporalis ſpiritusſancti intelligi: quòd enim a nulla creatura ſpiritusſanctus ꝓcedat ſecundum relationem ęternam, nulli dubium eſt. Similiter etiam, nulla creatura gratiam gratũ facientem, in qua ſola ſpiritusſanctus datur, conferre poteſt: cuius ratio poteſt dupliciter aſsignari. Primo, quia cum omnis operatio creaturę præſupponat potentiam materiæ, impoſsibile eſt quòd aliqua creatura aliquam formam producat[d] in eſſe, quæ non educitur de potentia materiæ: & inde eſt, quòd anima rationalis a ſolo deo creatur. Et quia gratia gratum faciens eleuat hominẽ ſupra totum eſſe naturæ: inquantum elicit actum & ordinat in finem, in quem natura per ſua principia attingere non poteſt, non eſt perfectio educta de potentia materiæ, & ideo a ſolo deo confertur. Alia ratio põt eſſe, quia cum omnis actio ſit ſm aliq̃ ſimilitudinem in per ſe agentibus, ſm quod vr̃ ꝙ vnumquodque agit ſibi ſimile, oportet, ſi aliqua ꝑfectio acquiſita ĩ aliquo immediate coniungat alicui ſicut ſimilitudo ipſius, quòd immediate ab ipſo producatur. Et quia per gratiam efficimur ipſi deo coniuncti, & nõ mediante aliqua creatura, ideo oportet, quòd gratia immediate a deo in nos procedat. Tertia ratio, põt etiam ſumi ex virtute ipſius gratiæ, ex qua eliciuntur in nobis actus meritorii, qui ducunt in infinitum bonum, ſicut obiectio tangit: & ex eo quòd in omnibus agẽtibus ordinatis per modũ agẽtis & inſtrumenti, ultima ꝑfectio attribuitur primo agenti: ſicut forma ſubſtantialis non eſt per calorem ignis, qui eſt quaſi inſtrumentum, ſed per virtutem cæleſtem. In hac diſt. q. 1. ar. 2. Cap. 3. D. 643.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ miniſtri eccleſiæ non remittunt peccata authoritate, vel per modum efficientis, ſed ſolus deus. qui dicit Iſa. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Remittunt autem per modum miniſterii, & ideo et poſſunt dici miniſtri collationis ſpiritusſancti, ſed non datores: quia hoc importat authoritatem.

D. 178 In cor. hui[9] art. ¶ Ad Scd̃m dicendũ, quòd lumen ſpirituale eſt nobilius & potẽtius quàm lumen corporale, & ex ſua dignitate habet ꝙ a nullo creato poteſt produci ſicut & anima[d] rationalis, vt dictum eſt.

A ¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui dat occaſionem damni, videtur dãnum feciſſe interpretatiue, ſed non proprie, & tamẽ qui dat occaſionem dãni facit aliquid proportionatum & ſufficiens, ad hoc quòd dãnum ſequatur, ſed nulla operatio miniſtri in ſe conſiderata prout exit a miniſtro eſt proportionata & ſufficiens, vt ſequatur ſpiritusſancti donatio, ſed ſolũ hoc habet ex diuina inſtitutione & dignatione, & ideo tota cauſalitas in deum refertur. †Ad Galat. 3. to. 4.

*Quòd non poſſunt dare ſpiritum ſanctum hic docet.*

Et qđ plus eſt, non poſſe etiam dare dicit in eodem lib. † ſubdens de Chriſto. Scriptum eſt, quòd acceperit a patre promisſionẽ ſpiritusſancti, & effuderit: in quo vtraque natura monſtrata eſt, humana, ſcilicet & diuina: accepit quippe vt homo, effudit vt deus. Nos autẽ accipere quidem hoc donum poſſumus pro modulo noſtro, effundere vero ſuper alios, non vtiq; poſſumus, ſed vt hoc fiat deum ſuper eos a quo id efficitur, inuocamus. His verbis, expreſſe dicit nos ſpiritumſanctum nõ poſſe ſuper alios effundere, ideſt, aliis dare.

*Quòd videtur contrarium.*

Sed huic videtur contrarium, quod Apoſtolus ad Galat: de ſe loquẽs ait. † Qui tribuit vobis ſpiritum: & operatur virtutes in vobis. Ecce euidenter dicit ſe tribuiſſe ſpiritum: ſed intelligendum eſt Apoſtolum dixiſſe hoc, non quia haberet poteſtatem & auctoritatem dandi ſpiritumſanctum, ſed quia miniſterium habuit, in quo dabatur à deo ſpiritusſanctus. Vt .n. ait Auguſt. † ſuper eundem locum exponens illud Apoſtoli verbum: Ab Apoſtolo prædicata eſt eis fides, in qua prædicationẽ aduẽtum & præſentiam ſpiritusſancti ſenſerant: ſicut illo B tempore in nouitate inuitationis ad fidem, etiam ſenſibilib[9] miraculis præſentia ſancti ſpiritus apparebat, vt in Actibus Apoſtolorum legitur. † Aperte hic oſtendit, quomodo illis ſpiritum ſanctũ tribuerit Apoſtolus, nõ vtique ipſum mittendo in eos, ſed prædicando eis fidẽ Chriſti, quam illis recipientibus, quòd ſpiritusſanctus in eis eſſet aliquibus ſignis viſibilib[9] monſtrabatur. Non ergo homi C nes quantuncunq; ſancti, dare poſſunt ſpiritumſanctum.

DISTIN. XV.

A

*Vtrum ſpiritus ſanctus detur a ſeipſo.*

Hic conſiderandum eſt, cum ſpi. ſcũs detur hominib[9] a patre & filio, quod eſt ipſum tpaliter procedere ab utroque uel a mitti, utrum ẽt a ſeipſo detur: ſi datur D a ſe, & procedit uel mittit̃ a ſe.

EXPOSITIO TEXTVS.

Non diuiſim a patre, &c.} litera. Videtur ſibi cõtradicere: quia ſ dixit duas eſſe proceſſiones. Et dicẽdũ, quòd non ſunt ſimpliciter duæ, vt dictũ eſt, ſed una alteram ĩcludit, & hoc in uerbis iſtis datur intelligi, & etiam aliud, ſcilicet, quòd pater immediate ſpirat ſpiritũ ſanctum ſicut filius, non ſolum quantum ad uirtutem, ſed etiã quantum ad ſuppoſitum, ſicut duo hoĩes aliquid ſit̃ opantes. Diſt. 13. in Cap. 2. Art. antece.

¶ Vt eum etiam de ſe &c.} Videtur quòd hoc non ſit neceſſarium, quia ſpiritus ſanctus etiam a ſeipſo temporaliter datur & procedit, non tamen ex hoc oſtendit̃ quod a ſeipſo ſit. Dicendum, quòd cũ dicitur ſpiritusſanctus a ſe dari, totum hoc refertur ad donũ in quo ſpiritusſanctus datur, & non ad ipſam perſonam procedentem, quia ſpiritusſanctus non eſt a ſeipſo ſicut a principio originante: ſed cum per flatum corporalẽ ſpiritusſanctus ſignificaretur, oſtendebatur quòd etiam ipſa perſona ſpiritusſancti a filio procedebat {Et ipſe eſt virtus &c.} Videtur falſum dicere, quia virtus appropriatur filio, vt habetur infra. 1. Corinth. 1. Chriſtum dei virtutem &c. Et dicendum, quòd virtus poteſt[d] & patri & filio & ſpirituiſancto appropriari, ſecundum diuerſas rationes. patri quidem, inquantũ virtus ad perfectionem poteſtatis pertinet, quę patri appropriatur. Filio uero, inquantum eſt media inter eſſentiam & operationem, ita quòd, res per ſuam virtutem operatur, ſicut pater per filium. Inquantum autem facit opus bonum & operãtem, ſic appropriatur ſpirituiſancto, cui appro E priatur bonitas, vel quantum ad effectum uirtutis, qui eſt aliquod beneficium præſtitum ex liberalitate diuina, cuius collectionis ratio, eſt amor. Diſt. 31. q. 2 art. 1. D. 233.

DIVISIO PRIMAE PARTIS TEXTVS.

Oſtenſo quia ſpiritusſanctus procedit tpaliter & datur a patre & filio. hic inquirit, vtrum etiam a ſeipſo detur vel mittat̃: et diuiditur in partes duas. In prima, oſtendit quòd ſpi. ſcũs & datur & mittitur a ſeipſo. In ſecunda, inducit ſimilitudinẽ de miſſione filij. ibi {Ne aũt mireris.} Oſtendit aũt in prima partes duas. Primo, ꝙ ſpi. ſcũs a ſe detur. ſ. per Augũ. authoritatem, & per duas rõnes, quarum vna talis eſt. Quidqđ põt pr̃ & filius, põt & ſpũs ſcũs. Sed pater & filius poſſunt dare ſpi. ſcm̃. ergo &c. Alia eſt. Quidquid operatur pater & filius, operatur ſpũs ſcũs, & ſic vt prius. Et rõnes iſtæ habent efficaciã ꝑ p effectum cõnotatũ in miſſione & datione ſpi. ſci ex parte creaturæ. Operatio .n. & potentia reſpectu creaturæ, eſt cõis oĩbus trib[9] ꝑſonis. {Ne aũt mireris.} Hic

induelt miſſionem filij ad notificãdum miſſionem ſpiritusſan. et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de filij miſſio ne in communi. In ſecunda, quantum ad ſpeciales modos. ibi {Hic quæritur; vtrum ſemel tantum.} Prima, in duas. In prima, mouet quæſtionem de miſſione filij duplicẽ; qualiter, ſcilicet itelligat, & a quo mittatur. In ſecũda, ſoluit ibi {Quo circa quærendum} Et hec diuidit in duas. In prima, ſoluit quã tum ad miſſionis modum. In ſecunda, q̃tũ ad miſſionis principium. ibi {Et quod a ſpiritu ſancto.} Et hec diuiditur ĩ duas. In prima, oſtendit ꝙ non ſolum filius miſſus eſt a patre; ſed ẽt a ſpirituſancto. In ſecunda, oſtendit ꝙ etiam a ſeipſo. ibi {Deinde oſtendit.} Et hæc in duas. In prima, oſtendit filiũ eſſe datum a ſeipſo. In ſecunda oſtendit filium eſſe miſſum a ſeipſo. ibi {Quòd autem a ſeipſo.} Et circa hoc tria facit. In prima, oſtendit veritatem. In ſecunda, cõcludit intentionem ſuam. ibi {Ex ſupradictis aperte.} In tertia, excludit obiectionem. ibi {Sed adhuc opponitur.}

cap.19.to.3

Ad quod dicimus, quia ſpirit⁹ ſanctus & deus eſt & donum, ſiue datũ, & ideo dat & datur; dat quidem inquantum deus, & datur inquantum donũ. *B* Cum autem donatio ſiue datio ſpiritusſancti ſit operatio dei; & communis ſit & indiuiſa operatio trium perſonarum, donat itaque ſpiritusſanctus non tantum a patre & filio, ſed etiã a ſeipſo, Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. ait, quòd ſeipſum dat. Sicut (inquit) corpus carnis nihil eſt aliud quàm caro, ſic donũ ſpiritusſancti nihil eſt aliud quàm ſpiritus ſanctus. In tantum ergo donum dei eſt, inquã tum datur eis quibus datur. apud ſe autem deus eſt, & ſi nemini datur, quia deus erat patri & filio coęternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant & ipſe datur, ideo minor eſt illis. Ita enim datur ſicut dei donum, vt etiam ſeipſũ det ſicut deus. Non enim dici poteſt non eſſe ſuæ poteſtatis. de quo dictum eſt, Spiritus vbi vult ſpirat. Ecce aperte dicit quòd ſpiritusſanctus ſeipſum dat. Si enim ſpiritusſanctus ſeipſum dare non poteſt, G & eum pater dare poteſt, & filius, poteſt vtique aliquid pater & filius, quod non poteſt ſpiritusſanctus. Item ſi pater & filius dant ſpiritum ſanctũ, nec ipſe dat; aliquid ergo pater operatẽ & filius, quod non operatur ſpiritusſanctus. dat ergo ſpiritusſanctus ſeipſum. Si autem ſeipſum dat, tũc & a ſeipſo procedit & mittitur; quod vtique verum eſt. Nam proceſſio temporalis ſpiritusſancti vel H miſſio, ipſius eſt donatio & ipſa dei operatio. procedit ergo ſpiritusſanctus temporaliter a ſe & mittitur a ſe, quia datur a ſe.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Ad intellectum huius partis de tribus quæritur.

Primo, De miſſione, ſecundum ſe.
Secundo, De ipſa ex parte miſſi.
Tertio, De eadem ex parte mittentis.

### Circa primum duo queruntur.

Primo, Vtrum miſſio, aut datio conueniat diuinis pſonis.
Secundo, Quid ſignificet, vtrum eſſentiam, vel notionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum miſſio conueniat diuinis perſonis.*

1.par.q.43. art.1. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd miſſio non conueniat diuinis perſonis. Miſſio enim videtur dicere quandam loci mutationem, ſecundum quod dicimus nuntium mitti ad aliquem locum. Sed diuinis perſonis quæ vbique ſunt, non conuenit aliqua loci mutatio. ergo nec miſſio.

To.5 ¶ 2 Præte. Super illud Ezech. 16. Conuertens reſtituam eos &c. dicit Hiero. Quod cõiunctum eſt & in vno corpore copulatum, mitti non poteſt; ſed vna perſona coniuncta eſt alij, maiori vnione, quàm aliqua copulatio corporalis. ergo vna perſona non poteſt mitti ab alia.

lib.3.fi.ort, cap.14. ¶ 3 Item. Nihil pertinens ad inferioritatem, poteſt dici de vna perſona reſpectu alterius, cũ non ſint gradus in trinitate. vnde dicit Damaſ. quòd Chriſtus non eſt obediens patri, niſi ſecundum quòd homo; miſſio autem & datio videntur importare quandam inferioritatem in miſſo & dato. ergo neutrum conuenit diuinæ perſonæ.

Diony. 13. cæl.Hierar. ¶ 4 Item. Conſtat quòd diuina perſona eſt in infinitum dignior, quàm aliquis angelus; ſed angeli ſuperiores qui ſunt aſſiſtentes, ſecundum Dion. non mittuntur ad nos propter ſuam dignitatem, ergo multo minus diuinæ perſonæ mittuntur.

E IN CONTRARIVM ſunt autem plurimæ auctoritates canonis & ſanctorum, in litera.

RESPONDEO, Dicendum, quòd miſſio, vel datio ratione ſuę ſignificationis dicit exitum alicuius vt miſſi ab aliquo ſicut a mittente, & ad aliquem terminum. Iſte autem exitus in creaturis, eſt, ſecundum diſtantiam corporalẽ miſſi a mittente. et in comparatione ad terminum ponit in miſſo eſſe vbi nõ fuit prius. Quia aut oĩs imperfectio amouenda eſt ab his quæ in diuinam prędicationem veniũt, ideo miſſio in diuinis intelligitur non ſecundum exitum localis diſtantiæ, nec ſecundum aliquam nouitatem aduenientẽ ipſi miſſo, vt ſit vbi prius non fuerat, ſed ſecundum exitũ originis ab aliquo, vt a principio, & ſecundũ nouitatem aduenientem ei ad quem fit miſſio, vt nouo modo perſona miſſa in eo eſſe dicatur. Ex quo patet, quòd miſſio de ratione ſui differt a proceſſione & datione. Proceſſio enim inquantũ proceſſio, dicit realem diſtinctionem & reſpectum ad principium a quo procedit, & nõ ad aliquem terminũ. Datio autem nõ importat diſtinctionem dati a principio a quo datur: quia idem poteſt dare ſeipſum, ſed tantum ab eo cui datur, vt ſupra dictum eſt. Sed miſſio ponit diſtinctionem in miſſo & ad principium & ad terminum. Dist. 14.q. 2.ar.1 Et ideo cum dicitur, ſpiritusſanctus mitti, includitur in ſignificatione miſſionis, vterque reſpectus, ſcilicet temporalis & æternus. Aeternus, prout a patre & filio procedit: & temporalis, put ſignificatur in habitudine ad creaturam quæ nouo modo ad I ipſum ſe habet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis ſpiritusſanctus qui vbique eſt, non poſſit eſſe vbi non fuerat loci mutatione circa ipſum intellecta tamẽ, poteſt eſſe aliquo mõ quo prius non fuerat mutatione facta circa illud, in quo eſſe dicitur, & in hoc ſaluatur ratio miſſionis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Glo. Hiero. intelligitur de miſſione creaturę quæ fit per loci mutationem, quæ non poteſt eſſe niſi eius quod localiter ſeparatur: ad diuinam aũt miſſionẽ ſufficit diſtinctio perſonarum in eſſentiæ vnitate. vbi ſ̃.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obedientia eſt proprie reſpectu præcepti, quod proprie ad dominium pertinet. vnde patet, quòd obedientia gradum importat dignitatis, vnde non poteſt dici de perſona filij, vel ſpirituſſancti ſecundum diuinitatem, mittere autem non ponit gradum dignitatis, ſed authoritatem principij in vno, reſpectu alterius, qui ab illo exit, & iſte ordo K eſt in diuinis perſonis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non ſecundum eandem rationem miſſio dicitur de angelo, & de diuina perſona. Angelus enim miſſus localiter mouetur, cum ſit vbi prius non fuerat, qa cum ſint in cælo, non ſunt in terra. vnde miſſio talis aliquam indignitatem, vel inferioritatem gradus ponit circa miſſum. non autem miſſio diuinæ perſonæ a qua omnino loci mutatio excluditur. Et præterea effectus ille ad quem eſt miſſio perſonę diuinæ etiam immediate [d] eſt ab ipſa perſona, ſcilicet gratia gratum faciens, vt dictum eſt. Effectus autem ſuperiorum angelorum efficitur in nos, mediantibus inferioribus angelis ſecundum Diony. & ideo non dicuntur ipſi ſuperiores angeli ad nos mitti, ſed inferiores [d] qui circa nos immediate operantur, ſicut etiam nec miſſio diuinæ perſonæ eſt ſecundum illas perfectiones, quas creatura a deo recipit, agente aliqua media creatura. D.680. Dist. 14.q. 2.art.2. De cæleſt. Hierar. cap. 13. D.161.

ARTI-



ARTICVLVS II. A

*Vtrum miſſio ſignificet notionem.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd miſſio ſignificet notionem. Dicit enim Beda in quadam Homil. Homi. pri. dñicæ poſt Aſcenſ. in princ. to.7. quòd miſſio ſpiritusſancti eſt eius proceſſio, ſed proceſſio eſt notionale, ergo & miſſio.

¶ 2 Præt. Quicqd importat originem in diuinis, eſt notionale, quia eſſentia diuina nõ originatur, nec aliquam perſonam originat; miſſio autem, vt dictum eſt, In ar. antc. importat exitum originis ab alio ſicut a principio. ergo eſt notionale. c,5.to.3.

CONTRA. Secundũ Dion. Omne nomẽ cõnotans effectum aliquẽ in creatura, dictum de deo pertinet ad communitatem eſſentiæ: ſed miſſio importat effectum aliquẽ in creatura, vt dictum eſt. ergo ſignificat eſſentiam. De diu. no. cap. 2.

¶ Pręt. Nulla notio communis eſt filio & ſpirituiſancto: ſed miſſio cõmunis eſt vtrique. vterq; enim legitur miſſus, vt in litera dicitur. ergo miſſio non dicit aliquam notionem.

RESPONDEO Dicendum, quòd q̃dam nomina ſunt in diuinis, quæ ſignificant tantum perſonam, vt pater & filius. quædam quæ tantum ſignificant eſſentiam, ſicut hoc nomen eſſentia. quædam quæ ſignificant vtrunque, ſicut dictum eſt, de potentia generandi & Diſt.7.q.1. art.2. ſpirandi. Et ita dico, quòd miſſio eſt & eſſentiale & notionale, ſecundum aliud & aliud. Secundum enim reſpectum quem importat miſſio ad ſuum principium, eſt notionale, ſecundum autem reſpectum quem importat ad effectum in creatura eſt eſſentiale. Sed circa hoc eſt duplex opinio. quidam enim dicũt, quòd principaliter ſignificat notionẽ, ex conſequenti eſſentiã ſecundum effectum connotatum. Alij dicunt econuerſo, & hoc mihi videtur verius eſſe, conſiderata virtute vocabuli. Miſſio enim ſecundum rationem ſui nominis, non dicit exitum ab aliquo, ſicut a principio a quo miſſio eſſe habeat, ſed ſolum in ordine ad effectum miſſionis ponitur authoritas alicuius ad miſſum. Seruus enim qui mittitur a domino, non exit ab ipſo ſecundum ſuum eſſe, ſed ſicut a principio mouente ipſum per imperium ad hunc actum. Sed quia in diuinis perſonis non poteſt eſſe authoritas reſpectu miſſi, niſi ſecundum originem eſſendi, ideo ex cõſequenti, importatur relatio originis in miſſione, ſecundum quam eſt notionale, & principaliter importatur ordo ad effectum miſſionis, ſecundum quem eſt eſſentiale. Sed in proceſſione temporali eſt econuerſo, quia proceſſio ſecundum rationem ſuam, prout ſumitur in diuinis, dicit exitũ a principio originante, & non dicit ordinem ad effectum niſi ex conſequenti, ſcilicet quantum ad modum proceſſionis, qui Art. antec. eſt temporalis, vt dictum eſt, & ideo proceſſio temporalis videt eſſe principaliter notionale, & ex conſequenti ſignificare eſſentiam ratione connotati effectus. Dico autem, quòd hic accedit plus ad eſſentiam, quàm miſſio, vt patet ex dictis.

Ibid. vbi ſ̃. ET PER HOC patet ſolutio ad tria prima argumenta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd notio poteſt ſignificari in diuinis dupliciter. aut proprie ſicut paternitas, vel innaſcibilitas: aut communiter, ſicut eſſe ab alio, vel a quo eſt alius, & hoc D.931. modo ſignificatur notio in miſſione, & ideo cõmunis [d] eſt in duabus perſonis ab alio exiſtentibus.

*Non eſt mirum, ſi ſpiritusſanctus dicatur mitti vel procedere a ſe, cum etiam filius dicatur mitti a ſe.*

C

NE autẽ mireris, quòd ſpiritusſanctus dicitur *a* mitti vel pcedere a ſe. Nam & de filio dei di- B cit Aug. in 2. lib. de Tri. Quòd non tantum a patre miſſus eſt, ſed etiam a ſeipſo & a ſpirituſancto, quærens quomõ filius vel ſpiritusſanctus ſit miſſus, cum vterque ſit vbique tanquã de⁹. Nam vterq; (inquit Aug.) legitur miſſus. de ſpirituſancto enim legitur, Quem mittet pater in nomine meo. Et item. Si abiero mittam eum ad vos. Et filius de ſe dicit. Exiui a patre, & veni in mundum. Et Apoſtolus dicit. Miſit deus filium ſuũ. C In propheta autem dictum eſt ex perſona dei. Cælum, & terrã ego impleo. Itaque vbique de⁹ eſt, vbique ergo eſt filius, vbiq; eſt etiam ſpiritusſanctus. Illuc ergo miſſus eſt filius & ſpiritus ſanctus vbi erant.

Homi. pri. dñicæ poſt Aſcenſ. — Ioan.14. — Ioan.16. — Ibid. vbi ſ̃. — Galat. 4. — Hiere. 23.

## QVAESTIO II.

B

*Vtrum miſſio conueniat omnibus perſonis.*

*Quomodo intelligenda ſit miſſio vtriuſque.*

QVo circa, quærendum eſt quomodo intelligatur miſſio filij vel ſpiritusſancti. Pater enim ſolus (inquit Aug. in eodem) nuſquam legitur miſſus ſed filius B & ſpiritusſanctus. Et de filio primum videamus quomodo miſſum eum Apoſtolus dicat. Miſit deus filium ſuum factum ex muliere. vbi ſatis oſtendit eo ipſo miſſum filium, quo factum ex muliere. proinde mitti a patre ſine ſpirituſancto nõ potuit, quia pater intelligitur miſiſſe eum cum fecit ex fœmina, quod vtique non fecit ſine ſpirituſancto. Ecce hic dicit filium miſſum a patre & ſpiritu ſancto.

C

*b Quòd a ſpiritu ſãcto filius ſit miſſus, authoritatibus confirmatur.*

ET quid a ſpirituſancto filius ſit miſſus: vt ait Aug. in eodem, authoritatibus confirmatur. Ipſe

DEINDE quæritur cui cõuenit mitti. Et videtur quòd toti trinitati. Sicut enim dicit Dama. in diuinis oĩa vnũ ſunt pter in generationẽ, generationem & proceſſionẽ: ſed miſſio nullum horum eſt. ergo videtur, ꝙ toti trinitati conuenit. Lib. pri. fid. orth. c.2. Lege pter. ibidem.

¶ 2 Præt. Miſſio diuinæ perſonę intelligitur, ſecundum hoc quòd ipſa perſona p miſſionem manifeſtatur. vnde dicit Auguſt. quòd mitti eſt cognoſci ꝙ ab alio ſit, ſed effect⁹ in creatura qui fit per miſſionẽ, manifeſtat totam trinitatem, ſicut cauſatum ſuam cauſam. ergo videtur ꝙ tota trinitas mittat. Galat. 4. — 4. de Trini. c.20.to.3.

¶ 3 Pręt. Sicut dona appropriata filio, & ſpirituiſãcto ſunt cõmunicabilia creaturæ, ſcilicet ſapientia, bonitas: ita & dona appropriata patris, ſcilicet potentia: ſed ratione illorum donorũ appropriatorum eis, dicuntur ſpirituſſanctus & filius mitti. ergo eadem ratione & pater. cap.38.

¶ 4 Item. Vbicunq; eſt filius, vel ſpiritusſanctus, eſt & pater, ſed ſpirituſſanctus, vel filius dicuntur mitti, quia nouo modo D exiſtunt in aliqua creatura. ergo videtur quòd ſimul cum eis pater mittatur, & ita toti trinitati conuenit mitti.

SED CONRTA. Videtur quòd ſolus filius mittatur. ſicut enim dicit Auguſt. Mitti eſt cognoſci, quòd ab alio ſit, ſed cognitio appropriatur filio qui eſt verbum & ſapientia patris. Ergo ſolus filius videtur mitti. 4. de Trini. c.20.to.3.

¶ Item. Videtur quòd ſolus ſpirituſſanctus. Omnia enim dona ſpiritualia pertinent ad manifeſtationem ſpiritus, vt habetur. 1. Corin. 12. Vnicuique &c. Sed per miſſionem manifeſtatur perſona diuina. ergo videtur quòd ſolus ſpiritus mittatur in omnibus donis.

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dictum eſt, in omni miſſione oportet, quòd ponatur aliqua authoritas alicuius ad ipſum miſſum: in diuinis autem perſonis nõ eſt authoritas niſi ſecundum originem, & ideo nulli perſonæ diuinæ conuenit mitti niſi ei, quæ eſt ab alio, reſpectu cuius, poteſt in alio deſignari authoritas, & ideo ſpirituſſanctus & filius, dicuntur mitti & non pater, vel trinitas ipſa. In hac diſt. q.1.art.1. E

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quòd in miſſione includitur intellectus proceſſionis & generationis implicite, quantũ ad id, quod commune eſt eis, ſcilicet eſſe ab alio, quàmuis non quantum ad propriam rationẽ generationis, vel proceſſionis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in miſſione non tantum eſt effectus doni creati creaturæ collati ſed etiam, vt dictum eſt, ponitur authoritas alicuius principij reſpectu ipſius miſſi. vnde in miſſione perſonæ cognoſcitur perſona ab alia eſſe ſecundũ Auguſt. & quia hoc non conuenit toti trinitati, nec ipſi patri, ideo non poteſt dici pater vel trinitas mitti. Et præterea effectus ille magis appropriatur vni perſonæ, quàm alij, ſecundum quem una perſona dicitur mitti, & non alia. In cor. ar. — vbi ſupra.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd potentia quæ appropriatur patri, non habet rationem, vt pertineat ad reditum in finem, ſed magis

gis pertinet ad exitum a principio : dicit enim potentia rationem principij,&ideo non pertinet ad miſſionem quæ fit ad reuocandum rationalem creaturam in deum.

In cor.ar.2. q.præce. De pot. q.2 art. 5.

¶ Et prætcrea, pater in quo eſt prima authoritas, non poteſt deſignari mitti,quia reſpectu eius nulla habetur authoritas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum pater ſit in filio, & filius in patre & vterq; in ſpirituſancto, quando filius mittitur ſimul & venit pater & ſpirituſſanctus, ſiue intelligatur de aduentu filij in carnem cũ ipſe dicat Ioan.8.Et non ſum ſolus &c. ſiue intelligatur de aduentu in mentem. cũ ipſe dicat Io. 14. Ad eũ veniemus &c. Et ideo aduentus vel inhabitatio cõuenit toti trinitati,quæ nõ dicuntur niſi ratione effectus, cõiungentis ipſi trinitati, quàmuis ille effectus ratione appropriationis poſſit ducere magis in vnam perſonam quàm in aliã:ſed miſſio ſuper hoc addit authoritatem alicuius reſpectu pſonæ,quæ mitti dicitur,& ideo non poteſt conuenire niſi perſonæ, quæ eſt ab alio principio

¶ Ad quintum dicẽdum,quòd quàmuis cognitio approprieť filio, tamen donum illud ex quo ſumitur experimẽtalis cognitio quę neceſſaria eſt ad miſſionem, non neceſſario appropriatur filio, ſed quandoque ſpirituiſancto ſicut amor.

Lib.3.c.1. to.2.

Chriſtus dicit per Iſaiam. Nũc miſit me dominus & ſpiritus eius. de hoc Amb. in lib. 3. de ſpirituſancto,ita ait. Quis eſt qui dicit. Miſit me dominus & ſpiritus eius : niſi qui venit a pr̃e vt ſaluos faceret peccatores ideſt,Chriſtus ? ergo & pater filium miſit & ſpiritus.

Ibid.c,2. Iſaia 9.

Idem in eodem. Datus eſt a patre, vt Iſaias dicit. Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis. Datus eſt audeo dicere, & a ſpiritu : qa & a ſpiritu miſſus eſt.

Iſai.61. Luc.4.

Dicit enim filius dei. Spiritus domini ſuper me : pp quod vnxit me : euãgelizare pauperibus miſit me; pdicare captiuis remiſſionem &c. quod cum de libro Iſaiæ legeret, ait in euangelio. hodie completa eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris, vt de ſe dictum ſignificaret. Bene autem dixit ſuper me, quia quaſi filius hominis, & vnctus eſt & miſſus ad prædicandum. Nam ſecundum diuinitatem non ſuper Chriſtum eſt ſpiritus, ſed in Chriſto. Ecce ex his verbis oſtendit Ambr. filium eſſe miſſum & datum nobis. non tamen a patre, ſed etiam a ſpirituſancto.

¶ Ad ſextum dicendum,quòd in dono,duo eſt conſiderare, ſcilicet rationem doni,& ſic manifeſtat omne donum ſpiritumſanctum inquantum habet rationem primi doni, ſecundum quod eſt amor:aut ſecundum ſpeciem doni,& ſic aliquod donum manifeſtat ipſum filium ſicut ſapientia,vel ſcientia.

## QVÆSTIO III.

C

### Deinde quęritur de miſſione per comparationem ad mittentem.

### Et circa hoc duo quæruntur.

Primo. Vtrum alicui perſonæ conueniat quòd mittat ſe,vel procedat a ſe, vel det.

Secundo. Vtrum filius mittatur a ſpirituſancto.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum aliqua perſona mittat ſe, uel det.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nulla perſona det ſe, vel mittat ſe. Dans enim ſemper videtur habere authoritatem reſpectu dati:ſed nulla perſona habet authoritatem reſpectu ſuiipſius.ergo videtur,quòd nulla perſona det ſe.

Diſt. 24.

¶ 2 Item,Supra dixit Magiſter, quòd homines non poſſunt dare ſpiritumſanctum,quia ab eis non procedit: ſed nulla perſona procedit a ſeipſa,aliàs eſſet principium ſuiipſius, ergo nulla perſona ſeipſam dare poteſt.

In hac diſt. q.1.ar.2.

¶ 3 Item,Sicut dictum eſt,miſſio ponit exitum ipſius miſſi a mittente:ſed nulli perſonæ conuenit exire a ſeipſa. ergo nulli perſonæ conuenit mittere ſe.

F ¶ 4 Item,Sicut dictum eſt,proceſſio principaliter importat reſpectum perſonæ ad principium,a quo diſtinguitur : ſed nulla perſona diuina diſtinguitur a ſeipſa.ergo nec a ſe procedit.

In hac diſt q.1.art.2.

¶ 5 Pręt.Hæc præpoſitio.A.importat habitudinem principij : ſed nulla res eſt principium ſuiipſius. ergo:& ſi cõceditur quòd aliqua perſona mittit ſe, non debet concedi ꝙ mittatur a ſe.

CONTRA. Auguſt. 4.de Trin. ſicut generari eſt filiũ eſſe a patre, ita filium cognoſci eſſe a patre,eſt filium mitti : ſed iſta cognitio poteſt cauſari a filio. ergo & miſſio filij poteſt eẽ a filio.Item:hoc videtur ex his quæ in litera dicuntur.

c.20.to.3. †vbi s. c.2

RESPONDEO dicendum, quòd ſecundum differentiã donationis d miſſionis & proceſſionis ſuperius aſſignatam diuerſimode oportet ĩ hac quæſtione loqui. Si enim accipiamus donationem, ſiue dationem de ratione dationis non videtur plus eſſe niſi quòd datum libere a dante habeatur. Hoc autẽ põt eſſe dupliciter, aut ſicut aliquis libere ſeipſum habet, vel aliquid quod in ipſo eſt. Aut ſicut libere aliquis habet ſuam poſſeſſionem, vel id reſpectu cuius,dominium habet,ſecundũ quod habere multis modis dicitur. Vnde de ratione dationis non eſt, quòd ponať aliqua authoritas reſpectu ipſius dati. poteſt enim aliquis & ſeipſum ex amore dare alicuius in amicum,niſi ſpecificetur datio,ſecundum ſpecialem modum habendi,qui eſt ſecundum dominium,talis donatio nulla eſt reſpectu diuinorum. Et ideo donatio non exigit aliquam rationem principij reſpectu ipſius dati.Vnde dari,poteſt conuenire & eſſentiæ diuinę,prout dicimus,quòd pater dat eſſentiam ſuam filio, & poteſt conuenire patri,vt dicatur,pater ſeipſum dare, & ſimiliter filio,& ſpiritui ſancto.nec notabitur aliqua diſtinctio dantis ad datum,niſi forte ſecundum rationem, ſicut intelligentis ad intellectum : & ſic concedimus ſimpliciter, quòd perſona dat ſe, & datur a ſe.

D.901. In hac diſt, q.1.ar.1. †c.5.to.3.

I

¶ Sed circa miſſionem eſt maior difficultas quam atteſtatur opinionum diuerſitas. Quidam enim dicunt,quòd omnes tales ſunt falſæ,Spiritus ſanctus mittit ſe.vel, Filius mittit ſe.Et dicunt rationes Magiſtri non valere, quia cum miſſio includat in ſe notionem, nõ oportet quòd in potentia vel operatione miſſionis,tres perſonæ conueniant,ſicut nec in generatione vel potentia generandi. Et dicunt etiam non eſſe ſimile de miſſione in carnem,ſecundum quam filius ſeipſum mittere dicitur:quia in illa miſſione, natura creata aſſumitur in vnitatem diuinæ perſonę, quod non contingit in aliis miſſionibus. Et ſi in authoritate aliqua inuenitur,quòd ſpiritus ſanctus mittat ſe, gloſandum eſt,ideſt,a ſpiritu ſancto eſt effectus, in quo ab alio cognoſcitur eſſe. Sed quia ſancti communiter talibus locutionibus vtuntur,& præcipue Aug.& Magiſter hoc concedunt:ideo alii dixerunt,quòd miſſio aliquando proprie ſumitur, aliquando improprie. Quando miſſio ſumitur proprie,importat diſtinctionem miſſi a quo fit miſſio ; & ideo hoc modo non poteſt dici,quòd ſpiritus ſanctus mittat ſe. Communiter autem ſumitur, & improprie miſſio, pro influentia vel datione, & ſic dicunt ſpiritum ſanctum mittere ſe,quia dat ſe, vel quia inſpirat ſe, & hæc opinio eſt Præpoſitini,& Altiſiodoreñ. Et qa hæc opinio parum uidetur recedere a prima,ideo dixerunt alii quòd proprie dicitur ſpirituſſanctus ſe mittere,& huic conſentiendum

K

Altiſio.lib. 1. ſuæ ſummæ. c.7.

*Quòd filius ſit datus etiam a ſeipſo.*

DEINDE oſtendit eſſe datum etiam a ſeipſo ita dicens † in eodem lib.cũ .n. nõ diffinitũ fuerit per Prophetam,a quo datus ſit filius, oſtenditur datus gratia trinitatis, vt etiam filius ipſe dederit. Ecce hic dicit, ꝙ filius ſe dedit: quia trinitas eũ dedit. Si autem filius a ſe datus eſt. a ſe ergo miſſus eſt & a ſe proceſſit, & hoc vtique verũ eſt & concedi oportet,cũ eius miſſio ſit diuina operatio.

G

*Quòd filius ſit miſſus a ſe.*

D

QVOD autem a ſe mittatur Auguſt. aſtruit in lib.2.de Trin. †dicens.Forte aliquis cogat vt dicamus etiam a ſeipſo miſſum eſſe filium,quia & Marię conceptus & partus,operatio trinitatis eſt. Sed inquit aliquis : quomodo pater eum miſit,ſi ipſe ſe miſit? Cui reſpondeo quærens vt dicat : quomodo eum pater ſanctificauit, ſi ipſe ſe ſanctificauit ? Vtrumque enim domi-

H



In hac diſt. q.1.ar.1.

dictum eſt,importat duo,ſcilicet miſſum eſſe ab alio, ratiõe authoritatis quam importat,& iterum effectum,ſecundum quod nouo modo in aliqua creatura ſpi.ſanctus dicitur.Vnde ſenſus eſt,ſpirituſſanctus mittitur,ideſt,eſt ab aliquo, & fit nouo modo in aliquo,nulla tamen mutatione facta circa ipſum,vt prius dictum eſt.

In hac diſt. q.1.ar.11.

Notandum eſt autem, quòd diuerſimode verificať locutio, quando aliquod coniunctũ prædicatur de aliquo ſecundum eſſe,& quando ſecundum fieri. Quando .n. prædicatur ſcd̃m eſſe, oportet quòd vtrunq; illorum ĩ eſſe dicatur, vt ſi dicã, Sor. eſt homo albus,oportet eũ eſſe hominem & album eſſe, niſi alterũ diminuat rationem alterius,vt cum dicitur,Homo mortuus. Sed quando prædicatur coniunctum ſecundum fieri, ſufficit ꝙ alterum in fieri p̃dicetur, vt ſi dicam. Sor. eſt nunc factus homo albus, ſufficit ad veritatẽ huius locutionis, ꝙ ſit nunc factus albus, quàmuis non ſit factus homo.

¶ Item notandum ẽ, quòd quãdo aliquod compoſitum prędicatur de aliquo ſecũdum fieri, diuerſimode ſe habet in faciente & in facto,quia ex parte facti,oportet,quòd vtrunque prædicetur ſecundum eſſe,& ſi non vtrunque ſecundum fieri,vt ſi dicam, Iſte eſt factus homo albus, oportet eum eſſe hominem & eſſe album,niſi alterum ſit diminuens,non autẽ oportet, quòd fiat homo,ſed ſufficit quòd fiat album.Ex parte autem facientis,qa faciens non refert ad factũ,niſi ſm id qđ fit in ipſo: ſufficit ꝙ faciens dicatur facere alterum tantum,vt ſi dicam, pictor facit parietem album, non oportet quòd faciat eum eſſe parietem,& eſſe album,ſed ſufficit ſi facit eſſe eum album tantum. Dico igitur, quòd miſſio, quia ponit miſſum eſſe in aliquo eo modo quo prius non erat,& ſic fieri in illo,ſecundum illũ modum importat quandam factionem,non dico realem factionẽ, ſed rationis tantum, quæ terminatur ad relationem rationis, & non rei,ſicut dicitur,Deus factus refugiũ. Senſus ergo eſt,ſpiritus ſanctus eſt miſſus, ideſt, factus eſt ens ab alio exiſtens in creatura per gratiam.Vnde oportet ad hoc, vt dicatur, miſſus, quòd & ſit ab alio,& fiat in aliquo, ſecundum nouam habitudinem.Propter quod pater non poteſt dici mitti, quia non eſt ab aliquo. Si autem accipiamus ex parte mittentis,tunc mittere ſpiritumſanctum nihil aliud eſt, q̃ facere ſpiritumſanctum exiſtentem ab alio eſſe in aliquo ſecundum nouam habitudinem,& ideo cuicunque perſonæ conuenit facere alterum iſtorum,ſcilicet quòd ſit in aliquo ſecundum nouam habitudinem dicetur mittere ſpiritumſanctum, quàmuis non ſit principium ſpirituſſancti,ſecundum quod eſt ab aliquo.Et quia tota trinitas facit ſpiritumſanctum eſſe in aliquo ſecundum nouam habitudinem propter donum collatum totius trinitatis.ideo tota trinitas dicitur mittere ſpiritumſanctum, & ipſe ſeipſum mittit,& ipſe a ſe mittitur ſub eodem ſenſu.

I ¶ VLTERIVS ſi loquamur de proceſſione,habebit minus de proprietate,& minus proprie dicetur ſpiritumſanctum procedere a ſe quàm mitti a ſe:ſed tamen,quia proceſſio temporalis, vt dictum eſt, ponit nouam habitudinem ad creaturam in quam procedit,& omnis nouitas pertinet ad aliquam factionẽ, ideo etiam ſecundum proceſſionem temporalem ſpiritumſan. ens ab alio eſt,& exiſtens nouo modo in aliquo.Et ſic ſub eodẽ ſenſu concedetur,ꝙ ſpi.ſanctus procedat a ſe temporaliter.

Ibid. vbi s.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd non eſt de ratione dationis,ꝙ ponatur aliqua authoritas reſpectu dati;niſi quãdo datur aliquid quod habetur per modum dominij,& talis datio non eſt in diuinis,vt dictum eſt.

Ioan.10. Ioan.17.

nus ait. Quem pater inquit ſanctificauit,& miſit in hunc mũdum. Et alibi. Ego pro eis ſanctifico meipſum. Item quæro, quomodo pater eum tradidit, ſi ipſe ſe tradidit? Vtrunque.n. legitur. Credo quòd reſpondebit ſi probe ſapit, quia vna voluntas eſt patris & filii, & inſeparabilis operatio. Sic ergo intelligat illam incarnationem, & ex virgine natiuitatẽ in qua filius ĩtelligitur miſſus, vna eademque operatione patris & filii inſeparabiliter eſſe factã, non inde ſeparato ſpi. ſancto. ergo a patre & filio miſſus eſt idem filius, qa a patre & a verbo eius factum eſt, vt mitteretur, ideſt,incarnatus,hominibus appareret. Non enim miſſus eſt mutãdo locum, quia in mundo erat, qua pp pater inuiſibilis, vna cũ filio ſecum inuiſibili,eundem filium viſibilem faciẽdo, miſiſſe eũ dictus eſt. Qui ſi ita viſibilis fieret, vt cũ patre inuiſibilis eſſe deſiſteret, .i. ſi in ſubſtãtia inuiſibilis verbi in creaturam viſibilem mutata, & tranſiens vertetur, ita miſſus a patre intelligeretur filius, vt tantũ miſſus, non etiã cum patre mittẽs inueniretur. Cur vero ſic accepta eſt forma ſerui,vt maneret incommutabilis forma dei : manifeſtũ eſt, quòd a patre & filio,non a parentibus factum ſit quòd apparet in filio,i.ab inuiſibili patre cũ inuiſibili filio, idem ipſe filius viſibilis mitteretur.

B

*Summatim colligit,quæ ex prædictis aſſumuntur.*

EX ſupradictis aperte mõſtratur,quòd filius miſſus eſt a patre,& a ſpiritusãcto, & a ſeipſo,& quę ſit ipſa miſſio, ſcilicet incarnatio,ideſt,quòd factus eſt homo, p qđ viſibilis apparuit,quod ẽ opus commune patris & filii & ſpirituſſancti.

C

A ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd neutrum horum homines efficiunt,quæ in miſſione importantur, quia nec gratiam conſerunt, nec ab eis ſpi.ſanctus psocedit.& ideo nullo modo poteſt homo mittere ſpiritumſanctum.

In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd miſſio non ponit tantum exitum, ſed cum hoc aliquid aliud,ſcilicet eẽ in creatura ſecundũ nouam habitudinẽ. Et quàmuis ſecundũ alterum,ſcilicet exitum nõ referatur ad ſe ſicut ad principiũ. tamen ſm utrunque cõiunctum refert ad ſe ſicut ad principiũ: ipſe enim facit ſe exiſtentem ab alio, ſecũdum nouam habitudinem eſſe in aliquo, ratione perfectionis quam illi confert.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd quàmuis proceſſio importet tantũ reſpectum ad perſonam a qua habet eſſe, tamen proceſſio temporalis, vt dictum eſt, importet reſpectum ad creaturam in quam procedit,& huius ratione, temporaliter dicitur procedere a ſe, ſicut & mitti a ſe.

In hac diſt. q.1.ar.2.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd ipſe ſpirituſſanctus quàmuis non ſit principium ſuiipſius ſimpliciter, tamen ipſe facit ſe exiſtentem ab alio eſſe in aliquo, ſecundum nouam habitudinem. Et ſm hoc, totum coniunctum referť in ſe,ſicut in principium ratione alterius tm̃,ut patet ex p̃dictis.

In hoc ar.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum ſpirituſſanctus mittat, uel det filium.*

D AD SECVNDVM ſic proceditur.Videtur quòd ſpiritus ſanctus non det,vel mittat filium.Auguſt. enim dicit exire filium a patre & venire in mundum, hoc eſt filium mitti a patre,ſed filius non exit a ſpirituſancto.ergo nõ mittiť ab ipſo.

2. de Trini. c.5.to.3.

¶ 2 Item,ſicut filius ſe habet ad patrem,ita ſpirituſſanctus ad filium, ſed filius nullo modo mittit patrem. ergo nec ſpiritusſanctus filium.

CONTRA. Iſa.48.Et nunc miſit me dominus, & ſpiritus eius,& exponit Glo.de filio.ergo mittiť a patre,& ſpi. ſancto.

Lib.3.c.2.

¶ Item,Amb.lib. de ſpirituſancto. Datus filius eſt a patre,ut Iſa. dicit 9. Filius datus eſt nobis. Datus eſt,audeo dicere & a ſpiritiuſancto; quia a ſpi.ſancto miſſus eſt.ergo &c.

RESPONDEO dicendum, quòd quiddam diſtinguunt triplicem miſſionẽ filij.Vnam, qua miſſus eſt in carnem. Aliã, qua mittitur in mentem.Tertiam,qua mittitur ad predicandũ, & ſecundum hanc vltimam miſſionem,dicunt filium miſſum a ſpirituſancto, nõ autem ſecundum duas primas, ſed ſolum a patre. Cuius ratio eſt ſecundum eos, quia miſſio ad prædicandũ poteſt conuenire Chriſto ratione humanæ naturæ,cuius aſſumptio præſupponitur. Sed duæ primæ miſſiones referuntur ad ipſam perſonam filij, quia miſſio in carnem conuenit ipſi perſonæ ſecundum ſe,& non ratione humanæ naturæ,cuius aſſumptio conſequitur miſſionem ſecundum intellectum ; ſicut effectus cauſam; & ſicut terminus motum. Et ſimiliter in mentem non mittitur ratione humanæ naturæ, & quia ſpiritusſanctus non habet authoritatem reſpectu perſonæ filij:ſed tantum reſpectu naturæ aſſumptæ: ideo concedunt tertiam miſſionem filij eſſe a ſpi.ſcõ,& non duas primas. Sed quia vt dictum eſt:non requiritur de neceſſitate quòd in mitente ſit authoritas reſpectu miſſi, ſed tantum efficentia reſpectu eius, ſecundum quod miſſus dicitur mitti:ideo concedimus,quòd ſpirituſſanctus, & tota trinitas miſit filium, ſecundum quamlibet miſſionem, & præcipue cum Aug. expreſſe dicat eum miſſum a ſpirituſancto loquens

E

In hac diſt. q.1.art.2.

loquens de miſſione in carne.in 2 de Trini,Mitti inquiens a patre ſine ſpirituſancto non potuit; quia pater intelligitur eum miſiſſe,cum fecit eum ex fœmina, quod vtique non fecit ſine ſpirituſancto.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quando pater dicitur mittere filium:in mittente intelligitur auctoritas reſpectu miſſi, non inquantũ eſt mittens, ſed inq̃tum eſt pater.&ideo filium mitti a patre eſt ipſum exire a patre:non autem oſtenditur auctoritas in mittente,cũ ſeipſum filius mittere dicit, vel cum ſpiritusſanctus eum mittat.& ideo filium mitti a ſe, vel a ſpirituſancto, non eſt ipſum exire a ſe,vel a ſpirituſancto. (2. de Trini. c.50.to.3.)

*Quæſtio: cur dicat a meipſo non ueni.*

Sed adhuc opponitur: ſi filius a ſeipſo miſſus eſt.cur ergo ait, a meipſo non veni? Ad hoc Aug. reſpondet in 2.lib.de Trini. dicens,hoc dictum eſſe, ſecundũ formam ſerui, ſecũdum quam non fecit, vt mitteretur, ideſt; non eſt operatus incarnationem,ſed ſecundum formã dei.

¶Ad ſecũdũ .ergo dicẽdũ,ꝙ fili⁹ nõ põt mittere pr̃em: qa pr̃ nõ põt mitti,cũ nõ ſit ab alio:ſi ab alio eẽt & mitti poſſet,& fili⁹ eũ mitteret.

Expositio partis textvs.

Si enim ſpirituſſanctus ſeipſum dare nõ poteſt &c.} Hic ponit Magiſter duas rationes ad oſtẽdendum, quòd ſpi.ſanctus dat ſe, quarum prima ſumitur ex parte potentiæ.ſecunda,ex parte operationis, quorum vtrunque commune eſt tribus perſonis.Sed videtur,quòd non valeant: quia nos dicimus, quòd pater poteſt generare filium,& generat.filius aũt non põt,nec gñat, nec tñ aliqua diuiſio ptãtis,aut operationis ſequit̃:& ſilr̃ videtur in propoſito.

¶Sed dicendum,ꝙ ſi dare & procedere temporaliter eſſet tantũ ſecundum relationem æternæ originis, rationes non valerent, ſicut nec de generatione:ſed quia hoc includit etiam efficientia reſpectu quorundam effectuum in creatura, qui communiter ſunt a tota Trinitate:ideo rationes neceſſario concludunt.

Divisio secvndae partis textvs.

Hic quæritur. Vtrum ſemel &c.} Hic determinat de miſſione filii,ſecundum ſpeciales modos ipſius. Et diuiditur in partes duas.In prima, determinat veritatem. In ſecunda, remouet obiectionem.ibi {Hic quęritur: cum pater.} Prima in duas.In prima,diſtinguit duos modos miſſionis filij. In ſecunda aſſignat ipſorũ dr̃iam. ibi{Ecce diſtincti ſunt.} Prima in duas. In prima,mouet quæſtionem. In ſecunda,ponit ſolõnem.ibi{Ad quod dicim⁹ &c.} {Ecce diſtincti.} Hic aſſignat differentiam inter duos modos aſſignatos.Et diuiditur in duas, ſecundũ duas differentias quas aſſignat.Secunda,ibi.{Præt.Notãdum eſt.} {Hic q̃ritur.} Hic excludit obiectionem.Et circa hoc tria facit. Primo,mouet obiectionem.Secundo,ponit ſolutionẽ.ibi{Ad quod di.} Tertio, ex ſolutione improbat quorundam errorem, quem primo,ponit.ibi{Ideoq; pu.}Secundo improbat.ibi{Quòd Aug.&c.}

## QVAESTIO IIII.

D

**Ad intellectum huius partis de duobus q̃ritur.**

Primo. De miſſione filij inuiſibili,ſecundum ſe:quia de viſibili dicetur in tertio.

Secundo. De miſſione ꝑ cõparationẽ ad eos, adquos fit miſſio.

**Circa primum tria quęruntur.**

Primo. Vtrum,miſſio inuiſibilis conueniat filio.

Secundo. Vtrum,ſit diſtincta a miſſione ſpi. ſancti inuiſibili. (Diſt. 1.q.2. art. 2.)

Tertio. Vtrum, aliqua miſſio ſit æterna: ſicut proceſſio eſt æterna, & temporalis.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum filius inuiſibiliter mittatur in mentem.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd filius inuiſibiliter in mentem non mittatur. Ad miſſionem enim diuinæ perſonæ requiritur,quòd cognoſcatur ipſa perſona aduenienſ, & præcipue in miſſione ſapientiæ, quam nullus habens ignorat; ſed aduenientẽ F filio non cognoſcitur eius aduentus. Iob.9. Si venerit ad me non intelligo.ergo videtur,quòd filius non mittatur in mentẽ.

¶ 2 Item,miſſio eſt idem quod proceſſio temporalis,vt ſupra dictum eſt:ſed ſicut ſupra diximus,proceſſio non habet, quòd dicatur temporalis,niſi ſecundum reſpectum in quem eſt, quẽ reſpectum hebet proceſſio ſpiri.ſancti,ex ipſo mõ ꝓceſſionis, inq̃tum procedit ut amor.Cũ igit̃ ꝓceſſio filii ex ſuo mõ,nõ habeat reſpectum vt in quem:ſed ſolum vt a quo, videtur ꝙ proceſſio temporalis filio non conueniat, & ita nec miſſio. (Diſt. iſta q. 1.art. 1. — Ibidem.)

*Vtrum ſemel tantum miſſus ſit filius, an ſæpæ.*

Hic quæritur,vtrum ſemel tantum miſſus ſit filius an ſæpæ mittat̃. Si enim miſſio filij ipſius tantũ incarnatio eſt cum ſemel tantum incarnatus ſit,& ſemel tãtum videtur miſſus: at ſi ſæpæ mittitur,eſt & alia ei⁹ miſſio,q̃ incarnatio.Sed quæ ẽ illa?nunquid æterna genitura miſſio

¶3 Pręt. Perſona diuina nõ mittitur niſi in donis gratię gratum facientis:ſed dona pertinentia ad intellectum quæ appropriantur filio, non ſunt gratum facientia, cũ ſint coĩa bonis & malis, vt dicitur. 1.Corin.13. Si habuero omnem ſcientiam &c. ergo filius non dr̃ mitti inuiſibiliter in donis ſibi appropriatis,&ita nullo mõ.

In contrarivm eſt quod habetur.Sap.9.Mitte illã ſapientiam de cælis,ſcilicet tuis &c.Non autem loquitur de ſapientia eſſentialiter dicta, quia illa non mittitur, cum non ſit ab alio.ergo loquitur de ſapientia genita,quæ eſt filius.

¶ Item, Augu.Sicut filium generari,eſt ipſum eſſe a patre: ita H filium mitti,eſt cognoſci,quòd ſit a patre.hoc autem contingit. ergo & filium mitti. (Libro 4.de Ttini.c.20. to.3.)

Respondeo dicẽdum,quòd ſicut in exitu rerũ a principio,dicitur bonitas diuina in creaturas procedere, inquantũ repræſentatur in creatura per ſimilitudinem bonitas diuina in ipſa recepta.Ita in reductione rationalis creaturæ ĩ deum, intelligitur proceſſio diuinæ perſonæ,quæ & miſſio dicitur inquantum propria relatio ipſius perſonæ diuinæ,repręſentatur in anima per ſimilitudinem aliquam receptam,quæ eſt exemplata & originata ab ipſa proprietate relationis æternæ.Sicut proprius modus quo ſpi.ſanctus refertur ad patrem eſt amor, & propri⁹ modus referendi filium in patrem eſt, quia eſt verbum ipſius manifeſtans ipſum.vnde ſicut ſpi.ſanctus inuiſibiliter procedit in mentem per donum amoris,ita filius per donum ſapientiæ, in quo eſt manifeſtatio ipſius patris,qui eſt vltimũ ad qd̃ recurrimus. Et quia ſecundum receptionem horum duorum, efficitur I in nobis ſimilitudo ad propria perſonarum:ideo ſecundum nouum modum eſſendi:prout res eſt in ſua ſimilitudine,dicuntur perſonæ diuinæ in nobis eſſe,ſecundum quòd nouo modo eis aſſimilamur, & ſ̃m hoc vtraque proceſſio dicitur miſſio.

Vlterivs ſicuti prædicta originantur ex proprijs perſonarum:ita etiam effectum ſuum non conſequuntur,vt coniungantur fini niſi virtute diuinarum perſonarum: quia in forma impreſſa ab aliquo agente,eſt virtus imprimentis. Vnde in receptione huiuſmodi donorum,habentur perſonæ diuinæ nouo modo quaſi ductrices in finem, vel coniungentes. Et ideo, vtraque proceſſio dicitur datio, inquantum eſt ibi nouus modus habendi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad rationem miſſionis non requiritur, quòd ſit ibi cognitio actualis perſonę ipſi⁹, ſed tantum habitualis:inquantum,ſcilicet in dono collato, qd̃ eſt habitus, repræſentatur proprium diuinæ perſonæ: ſicut in ſimilitudine: & ita dicit̃,quòd mitti eſt cognoſci, quòd ab alio K ſit per modum repreſentationis. Sicut aliquid dicitur ſe manifeſtare,vel facere cognitionem de ſe: inquantum ſe repræſentat in ſui ſimilitudine,ſed tamen me habere actuale donũ in quo perſona diuina detur,nõ poſſum ſcire certitudinaliter in actu, propter ſimilitudinem actuum moralium ad actus meritorios,& ſi poſſim ex aliquibus ſignis conijcere,niſi per reuelationem fiat certitudo.& ideo dicit Iob.Si venerit &c. quia certitudinaliter gratia gratum faciens, in qua eſt aduentus diuinæ perſonæ,cognoſci non poteſt:quamuis ipſum donum perceptum ſit in ſe ſufficienter ductiuum in cognitionem aduenientis perſonæ.

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd proprium ſpi.ſancti quod eſt amor, poteſt dupliciter habere reſpectum ad creaturam,vel vt ad obiectum, vel ſecundum rationem principij exemplaris ad principiatum exemplatum: ſed proprium filij vnam tantum habere poteſt relationem dictarum,ſcilicet illam quæ eſt ſecundum rationem principij, & hoc ſufficit ad proceſſionem temporalem



poralem filij,quàmuis ſecundum plura poſſit attendi reſpectus A temporalis in proceſſione ſpirituſſancti: & itaetiã miſſio vtrique conuenire poteſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando aliquid participatur, non ſecundum ſuum actum perfectum, ſed ſecundum aliquem modum,non dicitur ꝓprie haberi ſicuti aĩalia habẽt aliquem modum prudentiæ, non tamen dicuntur prudentiã habere:qa nõ habent actum rationis, qui proprie ẽ actus prudentiæ, ſcilicet ipſa electio. vnde magis habent aliquid ſimile prudentiæ, quàm prudentiam. Videmus autẽ in cognitione duos gradus. Primum, ſecundum quòd cognitio d intellectiua tendit in vnum. (D.106.) Secundum, prout verum accipit vt conueniẽs, & bonum, & niſi ſit aliqua reſiſtentia ex tali cognitione ſequitur amor, & delectatio, quia ſecundum Philoſophũ 7. Ethi. (cap. 14.) Delectatio conſequitur operationem perfectam non impeditam. Vnde felicitas contemplatiua eſt quando aliquis peruenit ad vltimam operationem intellectus, & ipſam ſine impedimento exercet. Conſtat autem, quòd in proceſſione verbi æterni eſt cognitio perfecta,ſecũdum omnem modum, & ideo ex tali notitia procedit amor.vnde dicit Auguſt. Verbum, quòd inſinuare intendimus,cum amore notitia eſt. (9. de Trini. c.10.to.3.) Quaudocunque igitur habetur cognitio ex qua non ſequitur amor gratuitus,non habetur ſimilitudo verbi,ſed aliquid illius. Sed ſolum tunc habetur ſimilitudo verbi, quando habetur cognitio talis.ex qua procedit amor: qui coniungit ipſi cognito, ſecundum rationem conuenientis. Et ideo non habet filium in ſe inhabitantem niſi qui recipit talem cognitionem. hoc autem non poteſt eſſe ſine gratia gratum faciente. Vnde conſtat,quòd ſimpliciter & proprie loquendo filius,nec datur, nec mittitur, niſi in dono gratię gratum facientis,ſed in alijs donis quę pertinent ad cognitionẽ,participatur aliquid de ſil̃itudine verbi.

eius dicenda eſt, an etiam alia miſſio quærenda eſt?

*a Quòd duobus modis dicitur filius mitti.*

Ad quod dicim', quòd duobus modis dicitur filius mitti pręter B illam c æternam genituram quę ineffabilis eſt, ſecundum quam etiam miſſus poſſet dici, vt videtur quibuſdam: ſed melius, & verius ſecundum eã dicitur genitus. pręter eam ergo duobus modis dicitur mitti, ſcilicet, vel cum viſibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum ſe in animas pias ſic transfert, vt ab eis percipiatur,ac cognoſcatur. Hos duos miſſionis modos Auguſt.aperte diſtinguit in 4.lib. de Trini. dicens. † Non enim ipſo quòd de patre natus eſt, miſſus dicitur filius: ſed vel eo quòd apparuit huic mundo verbum caro factum.Vnde dicit. † A patre exiui, & veni in mundum, vel eo quòd ex tempore cuiuſquã mẽte percipitur, ſicut dictum eſt,de ſapientia.†Emitte illam de cęlis ſanctis tuis, & a ſede magnitudinis tuę, vt mecum ſit & mecum laboret,ideſt, doceat me laborare. Et tunc vnicuique mittitur cum a quoq̃ cognoſcitur, atque percipitur quantum cognoſci, & percipi poteſt pro captu, vel proficien

(†c.20.to.3. — †Io.1.&16. — † Sap.9.)

## Articvlvs II.

*Vtrum miſſio filij diſtinguatur a miſſione ſpirituſſancti.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd miſſio filij diſtinguatur a miſſione ſpirituſſancti. Miſſio enim eſt temporalis proceſſio, vt ſupra dixit Magiſter.Sed alia eſt ratio proceſſionis filij,alia ratio proceſſionis ſpirituſſancti: quia ſpirituſſanctus procedit vt amor, filius vt verbum. ergo & alia ratio miſſionis. (Diſt.14)

¶2 Item,Omne quod conuenit aliquibus,ſecundum prius & poſterius,non conuenit eis ſecundum eandem rationem. Sed ſpirituiſancto cõuenit datio ꝑ prius,quàm filio: quia habet rationem primi doni. ergo alia eſt ratio dationis in vtroque. ergo & miſſionis,cum miſſio ſit ipſa datio.

¶ 3 Præt. Dona in quibus datur filius, & ſpirituſſanctus ſunt diuerſa, & non dependentia adinuicem. Sed eorum quæ non dependent adinuicem vnum poteſt eſſe ſine alio. ergo miſſio filij poteſt eſſe ſine miſſione ſpirituſſancti,& econuerſo: & ita ſunt diſtinctę etiam ſecũdũ tẽpus miſſionis.

¶ 4 Præt. Videmus ſenſibiliter quoſdam ſimplices feruentes eſſe in amore diuino,qui tamen ſunt valde hebetes in cognitione diuinæ ſapientiæ,& econuerſo,cum igitur miſſio filij ſit ſecundum donum ſapientiæ, & miſſio ſpirituſſancti ſit ſecũdum donum amoris: videtur quòd vna miſſio ſine alia poſſit eſſe.

Contra. Miſſio ſpirituſſancti, eſt ad ſanctificandum creaturam, vt ſupra dixit Magiſter. Si igitur miſſio filii quæ eſt etiam in gratia gratum faciente, cuius eſt ſanctificare, eſſet alia a miſſione ſpirituſſancti,eẽnt duę miſſiones ad ſanctificandum creaturã rõnalẽ,& ita altera ſuperflueret,quod nõ inuenit̃ in operibus diuinis.ergo vna miſſio non diſtinguitur ab alia. (Diſt.14)

Respondeo dicendum, quòd de diſtinctione miſſionum filij & ſpirituſſancti,tripliciter contingit loqui:aut quantum ad ipſarum diuerſitatem realem, aut quantum ad rationem miſſionis, aut quantum ad earum ſeparationem. Si primo modo,cum in miſſione duo conſiderentur, ſcilicet exitus perſonæ miſſæ ab alia, & effectus ſecundum quem nouo modo in creatura, perſona diuina eẽ dicitur. vtroque autem modo miſſio filij eſt alia a miſſione ſpirituſſancti, ſecundum rem. Quia & generatio qua fili⁹ exit a patre, eſt alia a proceſſione ſpirituſſancti qua exit ab vtroque. Similiter donũ ſecundum quod,perficit intellectum, ſcilicet ſapientia, ſecundum quod, attenditur miſſio filij,eſt aliud a dono quod perficit affectum,vel voluntatem, ſecundum quod attenditur miſſio ſpirituſſancti. Si autem ſecundo modo de earum diſtin- C ctione loquamur, hoc autem poteſt eſſe dupliciter, aut ſecundum rationem propriam vtriuſque, aut ſecundum communẽ: ſi ſecundum communem,tunc eadem ratio eſt miſſionis filij & ſpirituſſancti quantum ad vtrunque, quia & eſſe ab alio commune eſt vtrique,& ſimiliter eſſe nouo modo in creatura. Sed ſecundum propriam rationem vtrunque differt,quia & propria ratio proceſſionis filij non eſt propria ratio proceſſionis ſpirituſſancti, cum ille procedat vt amor, & hic ut filius, vel verbum:& ſimiliter proprius modus quo filius dicitur eſſe in creatura non eſt proprius modus quo ſpirituſſanctus eſt, quinimmo,vnus per ſapientiam,alter per amorẽ. Si autem tertio modo,tunc dico,quòd vna miſſio nũquam eſt ſine alia: quia amor ſequitur notitiam,notitia perfecta, ſecundum quam eſt,& miſſio filij ſemper inducit in amorem.& ideo ſimul infunduntur, & ſimul augmentantur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quàmuis ſit alia D proceſſio ſecundum rem,conueniunt tamẽ in quodam communi, ſecundum rationem quod eſt eſſe ab alio. (Diſt. 13. q. vnica art.1.)

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd vt prius diximus, in diuinis non eſt prius & poſterius, tamen exitus ſpirituſſancti præſupponit exitum filij, ſecundum ordinem naturæ, & ex parte iſta, ſi liceret ita loqui poſſemus dicere, quòd miſſio filij ex parte exitus importati,eſt prior miſſione ſpirituſſancti:ſed hoc eſſet ſecundum rationem propriam utriuſque,& non ſecundum rationem communem.Si autẽ conſiderentur iſtę miſſiones quantum ad effectum in creatura.hoc dupliciter. Vel ex parte ipſius dantis,vel mittentis. Vel ex parte ipſorum donorum in quibus fit miſſio. Si ex parte donorum, tunc ſimpliciter naturaliter notitia præcedit amorem, & ex parte illa miſſio filij miſſionẽ ſpirituſſancti,ſed hoc erit ſecundum rationis propriæ conſiderationem & non communis,ſicut omnes ſpecies motus æqualiter conueniunt in ratione communi motus: tamen ſecundũ eſſe ſuum proprium, motus localis eſt prior alijs motibus. Si E autem ex parte dantis, cum primum mouens & inclinans ad dandum ſit ipſe amor,ſic datio ſpi.ſancti eſt prior datione filij, ſed hoc non ita exprimitur in ratione miſſionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dona in quibus mittitur filius, & ſpirituſſanctus conſequuntur ſe inuicem neceſſario, vt ſupra oſtenſum eſt,& ideo ratio procedit ex falſis. (In corpore.)

¶ Ad quartum dicendum, quod illa notitia ex qua procedit amor, viget in feruentibus diuino amore, quà, ſcilicet cognoſcunt diuinam bonitatem inquantum eſt finis:& inquantum eſt largiſſime in eos profluens ſua beneficia, & talem notitiam perfecte non habent qui amore ipſius non accenduntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd utraque miſſio ordinatur ad finem vnum vltimum, ſcilicet coniungere deo, ſed effectus vtriuſque miſſionis differt ſecundum duo,quę inueniuntur in rationali creatura,quibus deo coniungitur, ſcilicet intellectus, & affectus, & ita neutra ſuperfluit.

ARTI,

ARTICVLVS III.

*c Vtrum miſſio poſſit eſſe æterna.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ miſſio poſſit eſſe æterna, ſicut dicit Grego. Eo mittitur filius, quo generatur, ſed generatio eius eſt æterna: ergo, & miſſio. (Homil. 26. in nocte Paſchæ. to. 2.)

¶ 2 Item, Sicut miſſio dicit reſpectum a quo eſt, & in quem: ita & proceſſio amoris, vt s̃ dictum eſt: ſed proceſſio amoris eſt æterna à patre in filium. ergo, & miſſio poteſt eẽ æterna. (In hac diſt. q. 1. art. 2.)

¶ 3 Præt. Sicut miſſio dicitur per reſpectum ad creaturam: ita & donum, ſed donum ſpi. ſancti dicitur ab æterno. ergo, & miſſio poteſt dici æterna.

CONTRA eſt illud, quod Augu. in litera dicit: Non eo, quòd de patre natus eſt, dicitur filius miſſus &c.

tis ĩ deum, vel perfecte in deo animæ rationalis.

*Quòd ſecundum alterum ſemel, & ſecũdum alterum ſit ſæpe miſſus: & ſecundum alterum, ut ſit homo, & ſecundum alterum, ut ſit cum homine.*

E

ECce diſtincti ſunt duo modi miſſionis filij, & ſecundum alterum ſemel tantum miſſus eſt dei filius, ſecundum alterum ſæpe miſſus eſt, & mittit̃ quotidie. Nam ſecũdum alterum miſſus eſt, vt ſit homo, quod ſemel tãtum factum eſt, ſecundum alterum vero mittitur, vt ſit *a* cũ homine, quomõ quotidie mittitur ad ſanctos, & miſſus eſt, etiam ante incarnationem ad omnes ſanctos q ante fuerunt, & etiã ad angelos. Vnde Aug. de filio, i. de ſapientia patris† loquẽs in 4. lib. de Tri. ait. Ali- (Cap. 20.)
G ter mittitur ſapiẽtia, vt ſit cũ homine, aliter miſſa eſt, vt ſit hõ. *b* In animas. n. ſanctas ſe transfert, & amicos dei, & prophetas conſtituit: ſicut etiam implet ſanctos angelos, ſed cũ venit plenitudo tẽporis miſſa eſt nõ vt impleret angelos, nec vt eſſet angelus, nec vt eſſet cũ hominibus, uel in hominibus tantũ, vt antea in patrib⁹ erat,

¶ Pręt. Miſſio ſemper ponit nouum modum exiſtendi in aliquo ipſius miſſi: ſed nihil nouum eſt æternum: ergo non eſt æterna: ſed tm̃ temporalis, & hoc ſimpliciter concedendum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Greg. poteſt tripliciter exponi. Vno modo, quòd loquatur de generatione temporali ipſius filij, ſecundum quam dicitur miſſus in carne. Secundo modo, vt ly eo, non ſit aduerbium, ſed ablatiui caſus: vt ſit ſenſus. ab eo a quo generatur mittitur, & hoc verum eſt. Tertio modo, vt loquatur non de miſſione in actu: ſed ſecundũ aptitudinem, ex hoc enim filius eſt, vt ita dicam, miſſibilis, quo a patre per generationem exiuit. Eſſe enim ab alio non dicit totam rationem miſſionis, vt patet ex dictis.

Ibid. vbi s̃. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd proceſſio amoris quàmuis ſit in aliquem, non tamen ponit nouum modum exiſtendi in illo, & ideo poteſt eſſe æterna: ſed miſſio ponit nouitatem exiſtendi in aliquo, & ideo non poteſt eſſe æterna. Et propter hoc, quàmuis poſſit cõcedi aliquo modo, quòd ſpi. ſanctus procedat a patre in filium ab æterno, non tamen conceditur, quòd mittatur a patre in filium ab æterno.

¶ Ad tertium dicendum, quòd miſſio eſt nomen verbale, vnde importat actualem relationem ad creaturam, ſed donum imponitur ab aptitudine donandi, & ideo non importat actualem reſpectum ad creaturam, propter quod ab æterno ſpiri. ſanctus dicitur donum, non autem miſſus, ſicut nec datus.

## *QVÆSTIO V.*

E

Deinde quæritur de miſſione filij, per comparationem ad eos ad quos mittitur.

Et circa hoc tria quæruntur.

Primo. Ad quos fiat miſſio filij, vel ſpiritusſancti.
Secundo. Suppoſito, quòd ad omnes ſanctos: Vtrũ, plenius poſt incarnationem, quàm ante.
Tertio. De effectu inuiſibilis miſſionis: Vtrum, faciat eos ad quos mittitur, non in hoc mundo eſſe.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum miſſio fiat ad creaturas irrationales.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd miſſio fiat etiam ad creaturas irrationales, eſt enim miſſio ad ſanctificandum creaturam: vt dictum eſt, ſed quædam creaturæ irrationales dicuntur ſanctificari, vt templum, & vaſa. ergo, & ad eas fit miſſio. (Diſt. 14. q. 2. ar. 2.)

¶ 2 Item. In nullo poteſt eſſe gratia, niſi miſſio ad ipſum fiat: ſed in ſacramentis continetur gratia, & tamẽ ſunt in ſenſibiles creaturæ. ergo ad eas fit miſſio.

F ¶ 3 Item. Filius non tantum procedit, vt verbum manifeſtans patrem per modum cognitionis: ſed etiam, vt repræſentans patrem ſecundum ſimilitudinem naturæ, ſed omnes creaturæ, ẽt inſenſibiles habent ſimilitudinem generationis filij, inquantũ procedunt in aliqua imitatione diuinæ naturæ, ſecundum attributa participata: ſicut rationalis creatura participando ſapientiam, habet ſimilitudinem ipſius inquantum procedit, vt verbum. ergo cũ ratione iſtius aſſimilationis dicatur fili⁹ mitti ad rationales creaturas, inquãtum eſt verbum, eadem ratione debet mitti ad irrationales, inq̃tum eſt filius.

CONTRA. Miſſio diuinæ perſonæ eſt tantum ſecundũ gratiam gratum facientem, vt dictum eſt, huius autem creaturæ rationales tantum capaces ſunt. ergo ad eas tantum fit miſſio. (Ibid. vbi s̃.)

¶ VLTERIVS, Quæritur, vtrum ad omnes ſanctos ratione augmenti gratiæ, dicatur mitti filius, vel ſpi. ſanctus. Et videtur, quòd non. Quia miſſio dicit nouum modũ exiſtendi perſonæ diuinæ in creatura, ſed per gratiæ augmentum non dicitur aliomodo, deus eſſe in ſanctis, quàm prius. ergo ad eos non fit miſſio diuinæ perſonæ. II
H

¶ Præt. Miſſio perſonæ fit ad reuocandum rationalem creaturam, vt Magiſter dicit, ſed non reuocantur niſi errantes. ergo cum ſancti non ſint errantes, ad eos non fit miſſio.

¶ Contra. Spiritusſanctus miſſus eſt ad Apoſtolos in Penteco. in viſibili miſſione, ſed miſſio viſibilis demonſtrat inuiſibilem. ergo etiam & inuiſibiliter: ſed ipſi prius habebant gratiam. ergo ſecundum augmentum gratiæ in ſanctis, dicitur ad eos mitti filius, vel ſpiritusſanctus.

¶ VLTERIVS. Queritur, vtrum ad angelos, & ad alios beatos fiat miſſio ſpi. ſancti. Videtur, quòd non. Miſſio enim ſemp eſt ſecundum aliquem effectum gratię, cui in eo mittitur, ſed in angelis, & beatis qui deuenerunt ad terminum vitæ, neque datur de nouo gratia, neq; augetur. ergo ad eos non fit miſſio. III
I

¶ Item, Non eſt idem nuntius, & ad quem fit miſſio: ſed in miſſione filij & ſpiritusſancti angeli ſe habent, vt nuntij: quia cuſtodiunt, & ſuggerunt. ergo videtur, quòd ad eos non fiat miſſio: quia ſic oporteret ire in infinitum.

¶ Sed contrarium, habetur ex litera.

¶ VLTERIVS. Quæritur, vtrum ad Chriſtum ſecundum quod homo poſſit fieri miſſio. Videtur, quòd non. miſſio enim ſemper eſt ad diſtans, ſed humana natura nunq̃ fuit in Chriſto diſtans a diuina, immo a principio conceptionis ſuæ fuit coniuncta per vnionem, & per plenitudinem omnis gratiæ. ergo videtur quòd ad eum non fiat miſſio. IIII

¶ Præt. Miſſio eſt ad ſanctificandum creaturam, ſanctificatur autem quod non eſt ſanctum, cum igitur Chriſtus nunq̃ fuerit non ſanctus: videtur quòd ad eum non poſſit fieri miſſio.

K ¶ Contra. Miſſio ſpi. ſancti eſt ipſa datio, ſed ſpiritusſanctus datus eſt Chriſto, vt dicitur Ioan. 3. Non .n. ad menſurã &c. ergo ad eum fit miſſio.

¶ Præt. Miſſio viſibilis eſt ſignum inuiſibilis: ſed ad Chriſtum facta ẽ miſſio viſibilis ſpiritusſancti in colũbæ ſpecie. Matth. 3. ergo & inuiſibilis.

RESPONDEO dicendum, quòd cum miſſio diuinæ perſonæ ſit ſolum in donis gratiæ gratum facientis, ad illos ſolum fit miſſio, quibus huiuſmodi dona conferri poſſunt, & ideo concedimus, quòd ad omnes rationales creaturas poteſt fieri miſſio, niſi ſint deprauatæ per obſtinationem in malo, ſicut dæmones & damnati, & non ad irrationales creaturas.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ſanctificari tripliciter dicitur. Vno modo, ſecundum quòd ſanctum dicitur mundum, prout ſanctificatio dicitur emundatio a peccato per gratiam. Alio modo, ſecũdum quod ſanctum dicitur firmum, dicitur ſanctificatio, & confirmatio in bono per donũ gratiæ, vel gloriæ. Et iſtis duobus modis eſt tantum in rationali creatura,



& ſecundum hos tantum fit miſſio. Tertio modo dicitur ſanctificatio, ſecundum quòd aliquid accommodatur ad vſum diuini cultus, quem decet omnis munditia, & hoc modo dicũtur templum, & vaſa ſanctificari.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in ſacramentis non habetur gratia ſicut in ſubiecto gratiæ, ſed ſicut in inſtrumento in quo confertur gratia, De hoc tamẽ habebitur in quarto. (Diſt. 1. q. 1. ar. 1.) vnde ſanctificatio ſacramentorum pertinet ad tertium modum, ſm̃ quem non fit miſſio.

& in ꝓphetis, ſed vt ipſum verbum fieret caro, ideſt, homo.

*Quòd ſecundum alterum modum dicitur miſſus in mundum. ſecundum alterũ non.*

PRæterea notandũ eſt, quòd cum his duob⁹ modis mittatur fili⁹, ſecũdum alterum dicit̃ miſſus in mundum. ſecundum alterũ vero nõ. Eo enim modo miſſus in mundum dicitur quo viſibilis mũdo apparuit. Vnde Aug. in eodem lib. ait. Cum ex tp̃e cuiuſquam mente percipitur mitti quidem dicitur, ſed non in hunc mundũ. Non. n. ſenſibiliter apparet, i. corporeis ſenſibus præſto eſt. Nam & nos, ſecundum quod mente aliquid æternũ capimus *c* non in hoc mundo ſumus: & omnium iuſtorum ſpiritus etiam in carne viuentium, inquantum diuina ſapiunt, nõ ſunt in hoc mundo. Ex p̃dictis liquet, quòd præter ineffabilem geniturã duobus modis mittitur filius, ſ. cum viſibiliter apparuit, vel inuiſibiliter percipitur mente.

*Cur pater non dicitur miſſus, cum ab aliquo cognoſcitur ſicut filius.*

B

HIc quæritur cur, pater non dicitur miſſus cũ ex tẽpore a quoquam cognoſcitur ſicut filius? Ad qđ dicimus: quia in eo eſt principii authoritas, quæ non habet de quo ſit, a quo filius eſt, & ſpiritus ſanctus. Pater enim eſt, vt ait Aug. in eodem. lib. principium diuinitatis totius, vel ſi melius dicitur deitatis, quia principiũ eſt filij & ſpi. ſancti.
C Nam vt ait Aug. in eodem. †Si voluiſſet etiam deus pater per ſubiectã creaturam viſibiliter appareret, abſurdiſſime tamẽ, aut a filio quẽ genuit, aut a ſpi. ſancto q de illo ꝓcedit miſſus

¶ Ad tertium dicendũ, quòd miſſio pertinet ad ꝓreditũ creaturæ ĩ finem, & ideo non poteſt eſſe miſſio, niſi ſecũdum illa quę poſſunt dicere relationem in finẽ: ſed generatio filii inquãtum filius eſt, dicitur tantum ſecundum exitum a principio, & ideo ſecundum rationem illam non pertinet ad miſſionem, ſed magis ad creationem, ſecundũ quod res æducuntur in eſſe, prout dicitur, quòd per filium oĩa facta ſunt: ſed ratio verbi & amoris poſſunt ſe habere ad vtrũque, & ideo ratio verbi & amoris pertinet ad creationem, & ad miſſionem. (4. de Trini. 20.)

¶ Et præterea, imitatio diuinæ naturę quam filius perfecte accipit, eſt etiam ſecundum primos effectus quibus in eſſe naturę ſubſiſtimus: qui non ſufficiunt ad talem coniunctionis rationem, qualem miſſio requirit.

¶ Quartum concedimus.

¶ Ad id quod vlterius quæritur dicendum, quòd filius & ſpiritusſanctus dicuntur mitti ad ſanctos ſecundum augmentum gratiæ. Sed augmentum gratiæ poteſt eſſe dupliciter, aut ſecundum intentionem eiuſdem virtutis tantum, & ratione huius augmenti non dicitur noua miſſio, aut ſecundũ quod per augmentum gratiæ perficit in nouum vſum, vel actum gratiæ, & ſecundum hoc dicitur ſpi. ſanctus & filius mitti noua miſſione, verbi gratia. Notitia talis quę habetur de deo, vt ex ea procedat amor ſufficit ad rationem miſſionis filij. Quando autem, ita notitia per inſpirationem eleuatur, vt etiam diuina myſteria cognoſcat, ſic datur in dono prophetiæ. Et ſimiliter eſt de ſpi. ſancto, quia amor charitatis quicunque ſufficit ad miſſionem ſpi. ſancti, ſed quando virtus amoris excreſcit, vt ratione amoris cõferatur ſibi aliquis alius vſus gratiæ, vt miracula facere, vel ſine difficultate omnem tentationẽ vincere, vel aliquid huiuſmodi. tunc dicitur eſſe noua miſſio ſpi. ſancti. Quidam tamen dicunt quòd in omni, augmento gratiæ gratum facientis, eſt miſſio diuinæ perſonæ, quod etiam facile poteſt ſuſtineri.

¶ Ad primum igitur dicendum, quòd quàmuis non ſit alius modus accipiendo generales modos, tamen eſt ſecundum aliquem ſpecialem modum inquantum, ſecundum ſpecialẽ vſum gratiæ aſſimilat ſibi illum ad quem fit miſſio. Vel etiam eſt in eo pleniori modo, & hoc ſufficit ad miſſionem quantum ad ſecundam opinionem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd reuocare aberrantem accidit miſſioni ex parte eius ad quẽ fit miſſio qui eſt in culpa. miſſio enim determinat terminum ad quem, vt ſcilicet per miſſionẽ gratia conferatur, non autem ex ratione miſſionis determinat̃ terminus a quo, ſiue ſit ſtatus culpę: ſiue ſit ſtatus naturalium tantum, vel etiam ſtatus minoris gratiæ. Vel dicendum, quòd quàmuis non reuocet actu errantem, tamen gratia facit, ne erret, & hæc eſt quædam reuocatio ab errore.

¶ Ad id quod vlterius queritur de angelis & beatis, dicẽdum, quòd viſio quæ eſt eſſentialis beatitudini, & charitas, & huiuſmodi quæ pertinent ad præmium ſubſtantiale non augentur
A in eis ex quo iam beati ſunt effecti, ſed per hoc non tollitur qn aliquę reuelationes nouæ fiant in eis, cũ quantuncunque perficiatur eorum cognitio in infinitum a dei cognitione excedat̃, & ſecundum illas nouas reuelationes conſurgũt ad dei amorẽ, non quidem vt magis ament, ſed vt ſub alia ratione eorũ amor *d* dirigatur in deum. (D. 308.)

¶ Dicendum igitur ad primum, quòd angelis facta eſt miſſio filij & ſpiri. ſancti in ipſa collatione gratiæ, vel gloriæ. Vlterius etiam fit ad eos miſſio filij & ſpi. ſancti poſtquàm beati ſunt effecti ſecundũ nouas reuelationes, & nouos mõs amandi. Et per hoc patet reſponſio ad primũ: quia quàmuis non fiat ad eos miſſio ſecundum augmẽtum gratiæ intenſiue, fit tamen ſecundum qđ quodãmodo eorum gratia extenſiue ad plura augetur ex nouis reuelationibus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in eadem miſſione non ẽ idem nuntius, & ad quem fit miſſio, ſed in diuerſis nõ eſt incõueniens. (4. lib. d' Tri. c. 21. to. 3.) Dico igitur, quòd in miſſione diuinarum perſonarum ad nos angeli ſunt miſſi, vel nuntij, nõ tanquàm ipſi menti illabentes, ſed per miniſterium exterius. In miſſione vero quæ fit ad eos, non ſunt ipſi ſicut nuntij, niſi forte, ſecundũ quod ſuperiores angeli cooperantur diuinis perſonis in illuminatione inferiorum, ſed tamen non erit abire in infinitum, quia eſt deuenire ad ſupremos angelos qui immediate lumen diuinę reuelationis recipiunt.

¶ Ad id quod vlterius Quęritur de Chriſto, dicendum, quòd non eſt dubium quin ad humanã naturam in Chriſto miſſus
D ſit dei filius miſſione viſibili quæ eſt in carnem. Sed vtrum ad Chriſtum ſecundum quod homo eſt mittatur filius inuiſibiliter, vel ſpi. ſanctus viſibiliter, vel inuiſibiliter, dubium eſt. Quidam enim dicunt, quòd ad ipſum nulla inuiſibilis miſſio facta eſt. Cuius rationem aſſignant. Quia Chriſtus ab initio cõceptionis ſuæ plenus fuit omni gratia. vnde gratia in eo nullo modo *d* fuit augmentata. Et ideo neque ratione collationis gratię, neque ratione augmenti põt ad eum fieri miſſio inuiſibilis, ſed miſſio viſibilis ſpi. ſancti ad ipſum facta eſt ad manifeſtationẽ interioris gratiæ, & non alicuius miſſionis interioris quę aliquam nouitatem in gratia importaret. (D. 312.)

¶ Alij dicunt & verius, vt videtur, quòd ad animam Chriſti facta eſt miſſio inuiſibilis in collatione gratiæ quam in initio ſuæ conceptionis accepit, ſed poſtmodum nulla miſſio ad eum facta eſt, quia nulla circa ipſius gratiam innouatio facta eſt.

¶ Ad primum dicendum, quòd humana natura quàmuis tem-
E pore non fuerit ante vnionem, tamen prius eſt ipſam conſiderare ſecundum intellectum in ſe quàm, vt vnitam, & ideo ad ipſam fit miſſio filij per gratiã vnionis: quæ dicitur miſſio in carnem. Similiter etiam ſecundum quod intelligitur vnita, adhuc eſt diſtans a diuina natura, ſecundum conditionem naturę, quàmuis non ſecundum vnitatem perſonæ, & ideo ad naturam humanam ẽt vnitam põt fieri miſſio per gratiam inuiſibilem in mentẽ, quàmuis tempore, natura gratiã nõ præcedat.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſanctificare eſt ſanctum facere: ſanctum autem facere contingit dupliciter, vel ex non ſancto, vel ex ſancto. Ex non ſancto dupliciter. Vel priuatiue, ideſt, quòd primum fuerit natum habere ſanctitatem non habens: & ſic ſanctificari non conuenit Chriſto. Vel negatiue, & ſic conuenit Chriſto ex non ſancto fieri ſanctum ſecundum humanam naturam, quæ prius quàm eſſet, ſancta non erat: & hoc ſufficit ad rationem miſſionis. Ex ſancto autem fieri ſanctum, eſt dupliciter. Vel ex minus ſancto facere magis ſanctum, & in tali

tali ſanctificatione adhuc ſaluatur ratio miſsionis. Sed talis ſanctificatio, vel miſsio, Chriſto non competit, vel ſecundum continuationem ſanctitatis, vt ſit ſanctificari, in ſanctitate continuari, ſed hoc proprie non dicitur. Vnde hæc ſanctificatio non ſufficit ad rationem miſsionis, quia non ponitur aliqua innouatio, quãuis talis ſanctificatio Chriſto cõueniat; vt ipſe dicit Ioan. 17. Ego pro eis ſanctifico meipſum.

¶ Ad tertium, ſecundum aliam opinionem poteſt dici, quòd non omnis datio eſt miſsio, ſed illa quæ fit alicui preexiſtenti, quàmuis hoc non multum habeat rationis.

In cor. ar. ¶ Ad quartum, patet reſponſio per prędicta.

†c.2.to.3

diceret. Congruẽter aũt ille dr̃ miſſus, q in carne apparuit miſiſſe, aut ille q ĩ ea nõ apparuit.

*Putauerunt quidam filium et ſpiritum ſanctum minorem patre: quia miſſi dicuntur.*

IDeoq; putauerũt quidam hæretici, cum pr̃ non ſit miſſus, ſed filius & ſpi. ſan. patrẽ eẽ maiorẽ, ac filiũ minorẽ eſſe & ſpir. ſan. atq; patrẽ quaſi maiorẽ miſiſſe vtrunq; quaſi minorem, qđ Aug. improbat in 4. lib. de Tri. illis contradicens. † Non ideo inqt, arbitrandũ eſt, minorem eſſe filium, ꝙ miſſus eſt a patre: nec ideo minorẽ ſpũmſanctũ, quia & pater eum miſit & fili⁹. Siue.n. ꝑꝑ viſibilem creaturã, ſiue ꝑꝑ principii cõmendationem, non ꝑpter inæqualitatẽ, vel imparilitatem, vel diſsimilitudinẽ ſubæ, in ſcripturis hæc

G poſita intelliguntur. Non ergo ideo pater dicitur miſiſſe filiũ, vel ſpiritumſanctum, ꝙ ille eẽt maior, & illi minores, ſed maxime ꝑꝑ auctoritatẽ principii cõmendandã, & quia in viſibili creatura nõ ſicut ille apparuit. Ecce oſtẽſum eſt, quæ ſit miſsio filij, & quibus modis mittatur.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum miſſio inuiſibilis fuerit plenior poſt incarnationem, quàm ante.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd miſsio inuiſibilis non plenior fuerit poſt incarnationem, quàm ante. Miſsio enim fit per quandam irradiationem diuinæ bonitatis in donis gratiæ gratum facientis: ſed ſol corporalis, cui bonitatem diuinam Diony. aſſimilat 4. cap. de diui. no. ſemper æqualiter irradiat. ergo videtur, quòd miſsio omni tempore æqualiter fiat.

Aug. lib. de bono coniugali c. 21. to. 6. ¶ 2 Præt. Aug. dicit quòd cælibatus Ioan. non præfertur coniugio Abraæ, & ita videtur, quòd ſancti no. te. non ſint maioris meriti, quàm ſancti ve. te. ſed plenitudo miſsionis attendiť, ſecundum copiam gratiæ, quæ eſt principium merendi. ergo videtur, quòd non plenius ſit facta poſt incarnationẽ, quàm ante. Hoc etiam videtur, quòd ſancti ve. te. proponuntur nobis in exemplum perfectæ virtutis, ſicut patet ad Hæbr. 11. vt Iob proponitur in exemplum patientiæ, Abraam in exemplum fidei, & ſic de aliis.

c. 20. to. 3. CONTRA. Augu. 4. de Trini. exponens illud Ioa. 7. Nondum erat ſpiritus datus &c. quomodo hoc intelligitur niſi ꝙ illa datio ſpiritus, vel miſsio futura erat, qualis nunquam ante fuerat? non enim antea nulla erat, ſed non talis erat. ergo videtur quòd poſt incarnationem plenior fuerit.

¶ Præt. Tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis. Gala. 4. Non autem niſi propter plenitudinem gratiæ. ergo vr̃ ꝙ plenius gratia collata ſit, & miſsio facta hoc tp̃e, q̃ ante.

RESPONDEO dicendum, quòd de miſsione poſſumus loqui dupliciter. Vel ex parte ipſius mittentis, & ſic cum apud ipſum nulla ſit tranſmutatio, æqualis fit miſsio in omni tempore, niſi forte ſecundum prædeterminationem ſapientiæ, & præſcientiæ ſuæ, ſecundum quod præordinauit ſine ſui mutatione ſ̃m diuerſas cõgruitates temporum, aliquid vno tp̃e facere, & non alio. Vel ex parte eorum, ad quos fit miſsio, & ſic illi q magis ſunt parati ad perceptionẽ gr̃æ, pleniorẽ gr̃am conſequunť.

¶ Dicendum igitur, quòd quia per aduentum Chriſti remotũ eſt obſtaculum antiquæ damnationis, totum humanum genus effectum eſt paratius ad perceptionẽ gratiæ, q̃ ante, tum ꝑpter ſolutionem precij, & victoriam diaboli. tum etiam propter doctrinam Chriſti, per quam clarius nobis innoteſcunt diuina, & ideo loquendo communiter, plenior facta eſt miſsio poſt incarnationem, quàm ante: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Sed verum eſt, ꝙ quaſi ad aliquas ſpeciales perſonas eſt in

Augu. lib. de peccato origi. lib. 2. ca. 24. to. 7. ſiue de gratia Chriſti lib. 2. c. & to. citatis. ve. te. pleniſsima facta miſsio, ſecundum perfectionem virtutis, & ipſi tamen de plenitudine Chriſti acceperunt inquantum in fide mediatoris ſaluati ſunt, ſecundum Auguſt.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd illa ratio procedit ex parte ipſius mittentis, qui quantum in ſe eſt, ſemper æqualiter ſe habet ad gratiam conferendam.

¶ Ad ſecundum, ꝙ ſancti ve. teſta. dupliciter poſſunt conſiderari. Vel quantum ad gratiam perſonalem, & ſic per fidem mediatoris conſecuti ſunt gratiam æquæ plenam his, qui ſunt in

F no. te. & multis plus & multis minus. Vel ſecundum ſtatum naturę illius temporis, & ſic cum adhuc continerentur obnoxij diuinæ ſententiæ pro peccato primi parentis, nondum ſoluto precio, erat in eis aliquod impedimentum, vt non ad eos, ita plena miſsio fieret, ſicut fit in no. teſta. etiam per traductionem in gloriam, in qua omnis perfectio naturę amouetur.

ARTICVLVS TERTIVS.

*c Vtrum per miſſionem inuiſibilem efficimur ne ſimus ĩ hoc mũdo.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ per miſſionem inuiſibilem efficimur, ꝙ non in hoc mundo ſimus. Qui enim eſt in cælis, nõ eſt in mundo: ſed Apoſtolus in perſona omnium ſanctorum dicit Phi. 3. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. ergo videtur quòd ſancti ad quos fit miſſio, non ſint in mundo

¶ 2 Item Aug. dicit, Quòd anima verius eſt vbi amat, quàm vbi eſt, ſed eſſe eſſentialiter in aliquo, eſt veriſſimus mod⁹ eſſendi in eo. ergo ſancti eſſentialiter ſunt in cæleſtibus quæ amant. Bernardus in tracta. de præcepto & diſpenſatione cir. ſi.

H ¶ 3 Præt. Cum anima ſit ſubſtãtia incorporalis, non determinatur ad locum niſi per accidens. ibi ergo erit anima eſſentialiter, vbi eſt per accidẽs: ſed in ſuo obiecto eſt anima per accidẽs ſicut in ſua materia. ergo eſſentialiter eſt, vbi eſt ſuum obiectũ.

¶ 4 Nos dicimus angelos eſſe in aliquo loco, propter hoc, ꝙ ibi operantur, ſed operatio animæ eſt circa obiectum. ergo anima eſſentialiter eſt, vbi eſt ſuum obiectum.

CONTRA. Forma nunquam excedit id, cuius eſt forma: ſed anima eſt forma eſſentialis corporis. ergo non eſt eſſentialiter niſi vbi eſt corpus: corpus autem nunquam eſt extra mundum, quandiu viuimus. ergo miſſio inuiſibilis non facit nos in hoc mundo non eſſe.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ anima noſtra comparať ad duo; ſ. ad corpus cui dat eſſe ſubſtantiale, per quod ẽt ipſa eſt. non enim eſt aliud animæ eſſe, quàm hoc quod corpori dat, vt

I ſupra dictum eſt. Comparatur ẽt ad obiectum ſuum a quo recipit eſſe ſecundum perfectionem ſecundã, quod eſt eſſe accidentale. Et ideo, anima eſſentialiter eſt, vbi ẽ corpus ſuum, ad quod habet eſſentialem relationem. Vbi autem eſt obiectum ſuum, non eſt eſſentialiter, ſed ſolum per quadam cõformitatẽ, prout dicitur, ꝙ ſcientia eſt aſſimilatio ſcientis ad rem ſcitam. Diſt. 8. q. 5. art. 2.

ET HOC modo intelligitur, quod dr̃ in litera ſ̃m, ꝙ aliqđ æternum mente percipimus, non in hoc mundo ſumus: quia non conformatur affectus noſter, & intellectus mundanis reb⁹ caducis, ſed cæleſtibus, & æternis. & ſic etiam intelligẽdum eſt, quod Apoſtolus dicit. Noſtra conuer. eſt.

¶ Vnde patet reſponſio ad primum. Philip. 3.

¶ Ad ſecundũ dicendum, ꝙ quàmuis eſſe ſubſtantiale aĩæ ſit in cõiunctione ad corpus, tñ tota nobilitas ipſius eſt, ſ̃m ꝙ ꝑ act⁹ ſuos nobiliſſimos, ſuis ꝑfectionibus coniungitur. Et ideo Aug. dicit animam verius eſſe vbi amat, quia ibi eſt, ſecundum ſuum

K nobilius eſſe, quod eſt ſecundum perfectionem vltimam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd locus non conuenit animæ niſi per accidens, tñ ad hoc ꝙ in loco eſſentialiter eſſe dicať oportet ꝙ etiã eſſentialiter cõiũgať ei, ratione cuius ſibi locus attribuiť, ſed anima non coniungiť obiecto ſuo eſſentialiter, ſed tm̃ ſ̃m ſimilitudinem ipſius receptã in anima, quia lapis nõ eſt in aĩa, ſed ſpecies lapidis, ſcđm Philoſ. cui ẽt ſpeciei, ſiue intentioni, cõiungitur anima, non q̃tum ad eſſe primum qđ eſt ſubſtantiale, ſed q̃tum ad eſſe ſecundum, quod eſt eſſe accidentale. Et ideo ratione obiecti ſui, non dr̃ anima eſſentialiter eſſe in loco. 3. de anima tex. 38.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ operatio angeli in res corporales eſt operatio actiua, & ideo oportet, ꝙ p virtutẽ ſuam quæ non ſeparatur ab eſſentia ſua, coniungatur corpori in quod operať, ſicut motor mobili, ſed operatio animæ intellectualis in rem quam cognoſcit. & diligit eſt operatio non actiua, ſed receptiua, & ideo non oportet, quòd coniungatur ei eſſentialiter, ſed quòd intentio illius recipiatur in ipſa anima.





EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

SECVNDVM quam etiam miſſus poſſet dici: quia ex ipſo, ꝙ filius a patre eſt, conuenientiam habet, vt ab eo mittať, vt miſſio ñ ſ̃m actũ miſſionis intelligatur, ſed ſecundum aptitudinem ad miſſionẽ. {Et tunc vnicuique &c.} Hoc intelligendum eſt non tantum de cognitione ſpeculatiua, ſed quæ eſt etiam quodãmodo experimentalis, quod oſtendit hoc, quod ſequitur. {Atque percipitur.} quod proprie experientiã in dono percepto demonſtrat. Dicitur autem anima rõnalis in Deum proficiens quantum ad ſtatum viæ perfecta in Deo, quãtum ad ſtatum patrię: vbi vtraque miſſio complebitur propter ꝑfectam cognitionem & perfectum amorem. {Quomodo quotidie mittitur ad ſanctos.} Non quòd ei, qui gratiam habet, quotidie miſſio fiat, ſed per hoc oſtenditur nullum tempus eſſe determinatum miſſioni ſpirituſſancti, vel filij, ad quod diuina liberalitas coaptetur. {Principium totius diuinitatis &c.} Hoc poteſt exponi dupliciter. Vt in totalitate deitatis perfectio deſignetur, & ſic principium totius deitatis pater dicitur, inquantum eſt principium filij, in quo eſt perfecta deitas: ſed hoc intentioni Auguſtini non competit, quia per hunc modum etiam filius totius diuinitatis principium diceretur: quia ſpirituſſanctus, cuius eſt principium perfectam diuinitatem habet. Vnde melius exponitur vt deſignetur totalitas diuinarum perſonarum quantum ad numerum: vt ſic intelligatur principium totius diuinitatis, quia in omnibus perſonis diuinis ipſe eſt principium: non quòd ſui ipſius principium ſit: ſicut & fundamentum dicitur principium totius domus, quamuis non ſuiipſius, ideo vero melius dicitur principium deitatis, quàm diuinitatis: quia diuinũ a Deo denominatur: vnde diuinitas importat participatam deitatem, & non per eſſentiam, qualiter in Deo eſt.

DISTIN. XVI.

A

*De miſsione ſpirituſſancti, quæ fit fit duobus modis uiſibiliter, & inuiſibiliter.*

NVNC de ſpirituſancto videndum eſt præter illam ineffabilem, & æternam proceſsionẽ, qua procedit a patre, & filio, & non a ſeipſo, quæ ſit eius temporalis proceſsio, quæ dicitur miſsio, ſiue datio. Ad quod dicimus, quòd ſicut filius duobus modis dicitur mitti. Vno quo viſibiliter apparuit. altero, quo inuiſibiliter caſtis mẽtib⁹ percipitur: ita & ſpirituſſanctus a patrę, & filio, ac ſeipſo duobus modis procedere, ſiue mitti, ſiue dari dicitur: vno viſibiliter, altero inuiſibiliter. Datus enim eſt viſibilis creaturæ demonſtratione: ſicut in die Penthecoſtes, aliiſque vicibus: & datur quotidie inuiſibiliter illabendo mentibus fidelium.

*a Prius de illo modo miſſionis, qui fit uiſibiliter.*

B ET PRIMO agamus de illo miſsionis modo, qui fit viſibili ſpecie. de hoc Auguſt. in ſecundo libro de Trinit. † ita ait. In promptu eſt intelligere de ſpirituſancto, cur miſſus ipſe dicatur. a Facta eſt enim quædam creaturæ ſpecies ex tempore, in qua viſibiliter oſtenderetur ſpirituſſanct⁹, ſiue cũ in ipſum dominum corporali ſpecie columbæ deſcendit, ſiue cũ in die Penthecoſtes factus eſt ſubito de cælo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ

C ſunt illis linguæ diuiſæ, ſicut ignis, qui & inſedit ſuper ſingulos eorum. Hęc operatio viſibiliter expreſſa, & oculis oblata

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de proceſſione temporali ſpirituſſancti in communi: hic deſcendit ad ſpeciales modos miſſionis. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de miſſione viſibili. In ſecunda, de inuiſibili decimaſeptima diſtinctione, ibi: {Iam nunc accedamus.} Prima in duas. In prima, diſtinguit duos modos proceſſionis temporalis ſpirituſſancti. In ſecunda, oſtendit differentiam ipſius ad viſibilem miſſionem filij, ibi: {Sed prius quærendum.} Et hęc in duas. In prima, oſtendit differentiam per hoc, quòd filius ſecundum viſibilem miſſionem minor patre dicitur, non autem ſpirituſancto. In ſecunda, ex conſequenti oſtendit alium modum, quo pater maior filij dici poteſt, quàm propter miſſionem viſibilem, ibi: {Hilarius videtur dicere.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit, quòd filius propter miſſionẽ viſibilem minor patre dicitur, non autem ſpi. ſancto. Secundo, oſtendit, quòd propter eãdem viſibilem miſſionem filius ſeipſo, & ſpirituſancto minor dici poteſt, ibi: {Notandum autem, quòd filius &c.

QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intelligentiam huius partis quatuor quæruntur.

Primo. De ipſa miſſione viſibili ſecundum ſe.

Secũdo. Ad quos fieri debeat.

Tertio. Quibus ſpeciebus.

Quarto. Per quos miſſio viſibilis adminiſtrata ſit.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum miſſio uiſibilis cõueniat diuinæ perſonæ.* † c. 5. to. 3.

AD PRIMUM ſic proceditur. Videtur, quòd miſſio viſibilis diuinæ perſonæ non competat. Miſſio enim eſt, vt prius dictum eſt, ſecundum quod diuina perſona aliquo nouo modo eſt in aliquo, quo prius nõ fuit: ſed in nulla creatura viſibili poteſt eſſe aliquo modo, quo prius non fuerit: eſt enim in omnibus creaturis eſſentialiter, potentialiter, præſentialiter: & præter hoc eſt in ſanctis mentibus per gratiã, quo modo in aliquo viſibili corporeo eſſe non poteſt. ergo videtur, quòd miſſio viſibilis non ſit eſſe. †Matth. 3. † Act. 2. Di. 15. q. 1. art. 1.

¶ Si dicis quòd eſſe in illis creaturis viſibilibus alio modo eſt, quia ſicut in ſigno.

¶ Contra. Omnis effectus repræſentans cauſam ſuam eſt ſignum illius, quo in ipſam poteſt deueniri: ſed omnes creaturæ repræſentant ipſum Deum tanquam cauſam per imaginem

D vel veſtigium. ergo ſecundum hoc in omnibus creaturis mittetur viſibiliter, nec alio modo erit in illis viſibilibus creaturis, in quibus mitti dicitur, quàm prius.

¶ Præter. Ratio ſacramenti eſt, quòd in ipſo ſit Deus, ſicut in ſigno viſibili. ſi igitur propter hoc dicitur viſibiliter mitti: quia in rebus viſibilibus eſt, ſicut in ſignis: tunc illæ res eſſent ſacramenta, & in omnibus ſacramentis eſſet miſſio viſibilis.

¶ Præter. Aug. dicit in litera, quòd ex hoc ſpirituſſanctus viſibiliter mitti dicitur, quòd facta eſt quędam ſpecies creaturæ ex tempore, in quo viſibiliter oſtenderetur: ſed in apparitionibus ve. te. in viſibilibus creaturis oſtendebantur diuinæ perſonæ, ſicut ipſi Habraæ. Ge. 18. ergo ſecundum hoc videtur, quòd miſſio viſibilis non ſit aliud, quàm apparitio.

¶ Si dicitur, quòd miſſio viſibilis oſtendit miſſionem inuiſibilem, quod non facit apparitio.

E ¶ Contra. Per miſſionem inuiſibilem efficitur aliquis dignus Dei amore: ſed nemo ſcit vtrum amore, vel odio dignus ſit. Eccle. 9. nec videtur, hoc vtile ſcire, quia aliàs non eſſet ita homini occultatũ. ergo videtur, quòd nulla viſibilis apparitio fiat ad miſsionis interioris manifeſtationem.

¶ Præter. Nihil poteſt manifeſtari per aliquid, niſi ſufficienter illud ducat in ipſum: ſed nulla creatura viſibilis ducit ſufficienter in cognitionem gratię inuiſibilis. ergo videtur, quòd inuiſibilis miſsio per viſibiles ſpecies non manifeſtetur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut proceſsio temporalis non eſt alia, quàm proceſsio ęterna eſſentialiter: ſed addit aliquẽ reſpectũ ad effectum tẽporalem: ita ẽt miſsio viſibilis nõ eſt alia eſſentialiter ab inuiſibili miſsione ſpirituſſancti: ſed addit totam rationem manifeſtationis per viſibile ſignum.

¶ Ad rationẽ ergo viſibilis miſsionis ſpi. ſancti tria cõcurrũt. ſ. quòd miſſus ſit ab aliquo, & quòd ſit in alio ſ̃m aliquẽ ſpecialẽ

modum, & quòd vtrunque iſtorum per aliquod viſibile ſignum ostendatur, ratione cuius tota miſſio viſibilis, dicitur. F

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd illa viſibilis creatura ſecundum quã miſſio dicitur viſibilis aliter ſe habet in miſſione viſibili filii, & in miſſione viſibili ſpirituſſancti. Quia in miſſione filij ſe habet non ſolum; vt per quod, vel in quo oſtenditur miſſio: ſed etiã vt ad quod fit miſſio, quia naturam humanam viſibilem aſſumpſit in vnitatem perſonæ, ſecundum quam aſſumptionem, viſibiliter in carnem mitti dicitur. Et ideo in ipſa natura viſibili, quodam nouo modo exiſtit, ſcilicet per vnionem, non tantum in anima, ſed etiam in corpore. Et in miſſione viſibili ſpirituſſancti illa creatura viſibilis non ſe habet, vt ad quod fit miſſio: ſed ſolũ vt oſtendens miſſionem inuiſibilem factam in aliquem, & ideo nõ oportet, quòd in illa creatura viſibili ſit nouo modo, niſi ſicut in ſigno: ſed eſt nouo modo in eo, ad quem fit miſſio.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quãuis omnis creatura ſignificet Deum eſſe & bonitatem ipſius: nõ tamen ſignificat ipſum eſſe per gratiã in aliquo, niſi ad hoc ſpecialr inſtituatur, ſicut illæ creaturæ viſibiles, ad hoc ſpãliter factæ ſunt, vt in eis pñtia. ſ. ſ. inſinuetur.

mortalibus, miſſio ſpirituſſancti dicta eſt, nõ vt appareret eis ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inuiſibilis, & incommutabilis eſt, ſicut pater, & filius: ſed vt exterioribus viſis, corda hominum commota, a temporali manifeſtatione venientis ad occultam æternitatem ſemper præſentis cõuerterentur. G Ecce his verbis aperit Aug. illum modum miſſionis, qui viſibiliter exhibetur, cum tamen ipſe ſpiritus in ſui natura non videatur. Qui nec in illis creaturis magis erat, quàm in aliis, ſed ad aliud. In illis enim erat, vt per eas ad homines veniens oſtenderetur eſſe in illis, *b* ad quos creaturę illæ veniebant. Non enim ſpirituſſanctus temporali motu tũc venit, vel deſcẽdit in homines, H ſed per tẽporalem motum creaturæ ſignificata eſt ſpiritualis, & inuiſibilis ſpirituſſancti infuſio. Et vt apertius dicam, per illum modum miſſionis ſpiritus ſancti corporaliter exhibitum monſtrata eſt ſpiritualis, & interior miſſio ſpirituſſancti, ſiue donatio, de qua agendum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per ſacra ſignãtur pñtia diuinæ inhabitationis: ſicut in ſignis inſtitutis, nõ ad tps: ſed ſemper: ſed illę creaturæ viſibiles, non fuerũt inſtitutę, vt ſignarent gratiã diuinæ inhabitationis ſemper, ſed ſolum in illo tpe determinato, & iõ non eſt ſile. Vel alr dicendũ, & melius, ꝙ ſacra ve. le. ſignabãt quidẽ gratiã affuturã, ſed non pñtẽ, eo ꝙ in eis gra nõ conferebatur. Sacra vero no. le. nõ tm̃ ſunt ſigna: ſed ẽt cauſę quodãmodo. & iõ non ſignant gratiã, vt iã habitã, ſed vt per ſacra inducendã, ſed illæ ſpẽs ſunt tm̃ ſigna pñtis gratiæ, & non cãę. ſicut patet ꝙ circa Xpm, ad quẽ viſibilis miſſio facta eſt, nihil gratiæ inuiſibilis effectũ eſt. Vñ ẽt oẽs ad quos miſſio viſibilis facta eſt, grãm habẽt: nõ aũt oẽs qb9 ſacra conferunt, gratiã ſuſcipiũt: quia cãlitas ſacramentorum impeditur. ſignificant enim gratiam, nõ vt exiſtentem, ſed vt cauſandam quodammodo per ipſa.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ miſſio viſibilis includit in ſe apparitionẽ, & ſuper hoc aliquid addit. ſ. rõnem miſſionis, q̃ in duobus conſiſtit, vt dictum eſt. Vnde de rõne apparitionis, *non eſt niſi* quòd aliquod diuinũ in ſigno viſibili manifeſtetur, non autem ꝙ manifeſtetur origo vnius perſonæ ab alia, nec inhabitatio ſm ſpãlem modũ eſſendi, in eo cui fit apparitio, vel in aliquo alio. ſicut patet in apparitione facta Habraæ, q̃uis. n. apparuerũt tres ad manifeſtãdũ numerũ pſonarũ; tñ ordo vnius pſonę, ſm quẽ eſt ab alio, in illo ſigno viſibili nõ manifeſtabatur. & inde eſt, ꝙ apparitio poteſt patri conuenire, non autem miſſio viſibilis.

In corp. ar.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ nullus per ſe põt ſcire vtrũ dignus ſit odio vel amore, ſed põt ſibi diuinitus pp aliquã vtilitatẽ manifeſtari, & nõ ſolũ ſibi ſed aliis ẽt: qa qđ eſt vni vtile, nõ eſt vtile omnibus. vnde non oportet quòd ſi vni reueletur, ꝙ omnibus.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quàmuis vna creatura viſibilis, non ſufficiat ad hoc, quòd ducat in cognitionem inuiſibilis miſſionis, tamen ex ſua nouitate excitat videntes in admirationẽ, & inquiſitionem, & tunc inquirentibus per gratiam inuiſibilem, & per doctrinam prędicatoris exterius poteſt miſſio inuiſibilis deſignata edoceri.

## Articvlvs II.

*b Vtrum miſſio uiſibilis debuerit fieri ad patres veteris teſtamenti.*

*Cum filius ſit minor patre ſecundum formam creatam, in qua apparuit, cur non & ſpirituſſanctus ſimiliter?*

Sed prius quærendum eſt, cum filius dicatur minor patre ſecundũ miſſionem, qua in forma creata apparuit: cur ſpirituſſanctus non dicatur ſimiliter minor patre, cum in forma creata apparuerit? Nam de filio, quòd minor ſit ſecundum formam, qua miſſus apparuit, aperte oſtendit Aug. in 4. lib. de Trini. † dicens. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege vſque adeo paruum, vt factum, itaque eo miſſum quo factum. fateamur ergo factũ minorem, & intantum minorem, inquantum factum: & intantũ factum, inquantum miſſum. Ecce habes, quia filius inquantum eſt miſſus, ideſt factus minor eſt patre. Cur ergo ſpirituſſanctus nõ dicitur minor patre, cum & creaturam aſſumpſerit, in qua apparuit? Quia aliter ſpirituſſanctus aſſumpſit creaturam, in

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur etiam ꝙ ad patres ve. te. miſſio viſibilis fieri debuerit. Miſſio. n. viſibilis eſt ſignum inuiſibilis miſſionis, ſed ad patres vet. teſt. facta eſt miſſio inuiſibilis, vt ſupra dictum eſt. ergo videtur, quòd etiam viſibilis fieri debuerit. Diſtin. 15 q. 5. ar. 2.

¶ 2 Præt. Conſtat, ꝙ gratia no. teſta. eſt gratia plenitudinis, inquantum de plenitudine Chriſti omnes accipimus. Si igitur ad illos de primitiua eccleſia propter gratiæ plenitudinem miſſio ſpirituſancti fiebat: videt quòd etiam ad oẽs fideles fieri debuerat. †ca. 19. to. 3 Galat. 4.

¶ 3 Pręt. Per viſibiles miſſiones, & viſibilia ſigna, apoſtoli notitiã fidei in multos diffuderunt. ſicut dr̃ Marci vlt. Illi aũt pfecti &c. Sed ſicut illi tenebant ad pdicationẽ fidei, ita etiã & prælati noſtri tpis. ergo videt ꝙ ad eos etiam miſſio viſibilis fieri debebat.

¶ 4 Præt. Conſtat, quòd beata virgo pleniſſimam gratiam habuit inter omnes puras creaturas. ſi igitur miſſio viſibilis fit ad oſtendendum plenitudinem gratiæ inhabitantis. videtur, ꝙ ad ipſam fieri debuerit miſſio ſpecialis.

I Econtrario, Videtur, quòd ad Chriſtum non debuit fieri miſſio. Miſſio enim viſibilis, eſt ſignũ inuiſibilis miſſionis: ſed ad Chriſtum nulla miſſio inuiſibilis ſpirituſſancti facta eſt, niſi forte in principio ſuæ conceptionis. ergo videtur, ꝙ poſtmodum nulla miſſio viſibilis ad eum fieri debuerit.

Respondeo, Dicendum, quòd ſicut in miſſione inuiſibili ſpirituſſancti ex plenitudine diuini amoris redundat gra in mentem, & per illum effectũ gratiæ accipitur cognitio illius perſonæ diuinæ experimẽtalis ab ipſo, cui fit miſſio: ita in miſſione viſibili attenditur alius gradus redundantię, inquantum ſcilicet gratia interior propter ſui plenitudinẽ quodãmmodo redundat in viſibilem oſtenſionem, per quã manifeſtatur inhabitatio diuinæ perſonæ, non tm̃ ei, cui fit miſſio, ſed etiã aliis. Vnde oportet, quòd ad miſſionem viſibilem duo concurrant, ſcilicet, quòd ſit gratiæ plenitudo in illis, ad quos fit miſſio, et vlterius, ꝙ plenitudo ordinetur ad alios, vt per aliquem modũ gra abũdans redundet in eos, propter quod manifeſtatio gratiæ interioris non tm̃ habẽti, ſed ẽt aliis fit: & ideo Chriſto primo, & poſtmodũ apoſtolis miſſio viſibilis. ſ. facta eſt: qa per eos pluries gratia diffuſa eſt, ſecundũ quod per eos eccleſia plãtata eſt.

¶ Ad primvm igitur dicendum, ꝙ quàmuis aliqui patres ve. te. gratiam pleniſſimam acceperint perſonalem, tamen quia nondum erat tempus gratiæ propter impedimentum originalis peccati, a quo nondum morte Chriſti natura humana remedium acceperat: ideo non debuit ſignificari plenitudo gratiæ, vt præſens: ſed tantum vt futura in apparitionibus, & legalibus ſacramentis. Vel ex alia parte non erat tunc tempus ſpiritualis propagationis, per quam ſpirituali modo diuerſæ gẽtes in Dei cognitione regenerantur: ſed carnali propagatione cultus diuinus a patribus in filios procedebat: & ideo non debuit ſignificari gratia per miſſionem viſibilem, quæ ſignificat gratiam tendentem in alios.

¶ Ad



¶ Ad ſecundum dicendum, quòd fideles primitiuæ eccleſię, erãt quaſi ſemen quoddam ſpirituale, per quos debuit pullulare fides in omnibus gentibus: & ideo ad eos viſibilis miſſio facta eſt ad oſtendendum, quòd per eos plantanda erat eccleſia in cognitione Dei per vniuerſum mundum. A

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplici ratione, non oportet modo fieri miſſionem viſibilem, ſicut tũc. Primo, quia iſte eſt naturalis ordo, quòd ex viſibilibus in inuiſibilia veniatur: vnde primis tanquam adhuc rudibus in Dei cognitione ſigna viſibilia oſtendebantur. Sed iam modo innoteſcente: & publicata fide, ſufficit cognitio in inuiſibilibus ſignis, quæ ſunt dona gratiarum mentibus infuſa: videm9 enim aliquid proficere nouæ plantulæ, quod poſtmodum ſibi nõ adhibetur quãdo ad perfectũ venit. Alia ratio eſt, quia ſigna illa, & viſibiles miſſiones fuerunt quaſi argumentum confirmans fidei veritatẽ: illius autem, cuius probatio ſemel perfecte facta eſt, non oportet probationẽ iterari: ſed ex ſuppoſitione prioris probationis procedere; ita etiam non oportet, quòd per noua ſigna modo fides pbetur: ſed per ea, quę tunc facta ſunt.

qua apparuit, aliter filius. Nam filius accepit per vnionem, ſpiritus vero non. Filius enim accepit hominem ita vt fieret homo, ſpiritus vero ſanctus non ita accepit *columbam, vt* fieret columba. De hoc Aug. in 2. lib. de Trinit. †ita ait. Ideo nuſquã ſcriptum eſt, quòd Deus pater maior ſit ſpirituſancto, [vel ſpirituſſanctus minor patre, quia B nõ ſic eſt aſſumpta creatura, in qua apparet ſpirituſſanctus, ſicut aſſumptus eſt fili9 hominis, in qua forma, ipſius Dei verbi perſona pręſentaretur, non vt haberet verbum Dei, ſicut alij ſancti ſapiẽtes, ſed quòd ipſum verbũ erat. Aliud eſt enim verbum in carne, aliud verbum caro, ideſt, aliud eſt verbum in homine, aliud eſt verbum homo. C Caro enim pro homine poſita eſt in eo, quòd ait, verbum caro factum eſt. Non ergo ſic aſſumpta eſt creatura, in qua apparuit ſpirituſſanctus, ſicut aſſumpta eſt caro illa, & humana forma ex virgine Maria. Nõ enim columbam, vel illum flatũ, vel illum ignem beatificauit, ſibiq; in vnitatem perſonę coniunxit ſpirituſſanctus in æternũ. Aperte ex prædictis oſtenſum eſt, ſecundum quid filius minor dicatur patre, & quare filius dicat patre minor, & nõ ſpũſſanctus.

†c. 6. to. 3.

*Quòd filius, ſecundum quod homo factus eſt non modo patre, ſed ſpirituſancto, & etiam ſeipſo minor eſt.*

Notandvm aũt, quòd filius, ſecundum quod homo factus eſt, non tãtum patre, ſed ſpiritu ſancto, & etiam ſe ipſo minor dicitur. Et quòd etiam ſeipſo minor dicatur ſecundum formam ſerui, Aug. oſtendit in 1. lib. de Tri. † dicens. Errauerũt homines ea, quæ de Chriſto ſecundum hominem dicta ſunt ad eius ſubſtãtiã, quę ſempiterna eſt, trãſferentes. Sicut illud, quod ipſe dominus ait. † Pater maior me eſt, quod propter formam ſerui veritas dicit, ſecundum quem modum etiam ſeipſo minor eſt filius: quomodo. n. non etiã ſeipſo minor eſt factus, qui ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens? Non enim ſic accepit

¶ Ad quartum dicendum, quòd inter alios, qui fuerunt de primitiua eccleſia in die Penthecoſtes, etiam beatę Virgini viſibilis miſſio ſpirituſſancti facta eſt: ſed quanuis ſingularem plenitudinem gratiæ conſecuta ſit, tamen nõ fuit ad ipſam facta miſſio viſibilis ſpecialis, quia non ordinabatur gratia ſua ad plantationem eccleſiæ per modum doctrinæ, & adminiſtrationis ſacramentorum, ſicut per Apoſtolos factum eſt: vnde Apoſtolus dicit primæ ad Thimoth. ſecundo. Mulierem in eccleſia loqui non permitto.

¶ Ad quintum dicendum, quòd miſſio viſibilis oſtendit miſſionem inuiſibilem non ſemper tunc fieri, ſed ſufficit ſi etiam prius facta fuerit. Quare autem tunc miſſio viſibilis ad Chriſtum facta ſit, dicetur infra.

Art. ſequẽ.

## Articvlvs III.

*c Vtrum miſſio uiſibilis fiat tantum in ſpecie corporali.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd miſſio viſibilis non ſolum fiat in ſpecie corporali. Eſt enim triplex miſſionis genus, ſcilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, vt dicitur in glo. Iſid. 1. Per quamlibet autem harum poteſt fieri diuinorũ manifeſtatio. ergo videtur, quòd ſicut eſt miſſio aliqua, quæ fit ſecundum viſionem intellectualem, ſcilicet per gratiam inuiſibilem: & aliqua, quæ fit ſecundum corporalem, ſcilicet ſecundum ſpecies corporales, ita etiam fit aliqua ſecundum viſionem imaginariam per ſpecies imaginarias. E

In princ. capitis.

¶ 1 Præter. Quanto aliquid nobilius eſt, tanto nobiliores proprietates habet: ſed nobilioribus proprietatibus creatura nobilior diuinam bonitatem repræſentat. ergo cum miſſio viſibilis, ſit ad manifeſtandum diuinas perſonas. videtur, quòd ſemper per creaturas nobiliſſimas fieri debet, vt per ſtellam, vel aliquid huiuſmodi: & non per columbam, vel ignem.

¶ 3 Præter. Spiritum veritatis non decet aliqua fictio: ſed ſpirituſſanctus eſt ſpiritus veritatis, vt dicitur Ioan. quintodecimo. Ergo non decet, quòd per aliquas ſpecies, quibus non ſubſit, rei veritas appareat: & ita videtur, quòd columba illa, in qua apparuit verum animal fuerit, & lingue & ignis, veræ linguæ, & verus ignis. Quod non videtur, quia non comburebat ignis, & columba peracto illo officio, reuerſa eſt in priſtinam materiam, vt ſancti dicunt. Et præterea ſi eſſent verę res, non ducerentur in aliud.

¶ 4 Præter. Spirituſſanctus vnus eſt, vt dicitur primę Corinth. decimo. Vno ſpiritu potati ſumus: ſed ſignum debet reſpondere ſignato. ergo videtur, quòd in vno tantum ſigno ſpirituſſanctus apparere debuerit.

¶ 5 Præter. Sicut ſpirituſſanctus inuiſibiliter mittitur in mẽtem, ita & filius, & per vtranque miſſionem ordinatur aliquis ad plantationem eccleſiæ. cum igitur miſſio viſibilis ad hoc oſtendendum facta ſit, videtur, quòd ſicut ſpirituſſanctus viſibilibus ſignis ad aliquos miſſus eſt, ita & filius etiam ſine hoc, quòd carnem aſſumpſit. †c. 7. 8. & 9. to. 3. † Ioan. 10.

Respondeo, Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, *miſſio viſibilis* fit ad ſignificandum plenitudinem gratiæ redundantis in multos: propter quod, manifeſtatio talis aliis etiam fit. Redundat autem gratia dupliciter, ſcilicet per inſtructionem, & per operationem, ſecundum quòd ſe habet aliquo modo ille, in quo eſt gratiæ plenitudo efficienter ad gratiam. Vterque autem modus redundantiæ fuit in Chriſto. Ipſe enim per doctrinam ſuam nos in Dei cognitionem adduxit, vt dicitur Ioan. primo. Vnigenitus, qui eſt in ſinu &c. Ipſe etiam gratiam dedit, inquantum Deus effectiue, & inquantum homo per modum meriti. Vnde ad ſignificandum redundantiam gratiæ ipſius in nos, per modum operationis facta eſt miſſio viſibilis ad ipſum in baptiſmo, quia tunc ipſe nihil [accipiens] a baptiſmo tactu, ſuæ mundiſſimæ carnis vitam regenerantem contulit aquis, efficienter vt Deus, & meritorie, vt homo. Et ideo in ſpecie columbæ facta eſt ad eum miſſio ſpirituſſancti, ad ſignificandum fęcunditatem ſpiritualem, quia columba animal fęcundiſſimum eſt. Propter quod etiam pater apparuit in ſono vocis naturalem filiationem ipſius proteſtans dicens. Hic eſt filius meus dilectus &c. Ad cuius filiationis ſimilitudinem per baptiſmalem gratiam in filios adoptionis regeneramur, vt dicitur Romanorum octauo. Quos præſciuit, & prędeſtinauit conformes fieri imagini filii eius &c. Ad inſinuandam vero redundantiam gratiæ ex ipſo in alios per modum doctrinæ apparuit ſpiritus ſuper ipſum in nube lucida, cuius eſt lumen ſpargere. Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum. In quo ſignatur effuſio doctrinæ per prædicationem ſecundum Gregorium. Et hoc *in tranſfiguratione*, vt dicitur Matth. 17. ſecundum gloſſam Auguſtini, [& Bern. Et ideo cum vox patris tunc ſuper ipſum intonuit. Hic eſt filius meus dilectus. additum eſt: Ipſum audite. Vnde patet, quòd non oportet fieri viſibilem miſſionem ad Chriſtum a principio conceptionis ſuæ: ſed tunc quando incœpit eius gratia in alios redundare. ſimiliter etiam apoſtolis bis facta eſt viſibilis miſſio ſpirituſſancti. Primo,

D. iſta. arti anteced. Mar. 17. Greg. li. 27. mora. c. 22. Aug. lib. an not. in Iob. ca. 37. to. 4.

 ad

ad inſinuandum redundātiam gratiæ, ex ipſis per modum operationis, in adminiſtratione ſacramentorum in ſpecie flatus, vt legitur Ioan. 20. Vnde & ibi dicitur, Quorum remi. &c. Vt oſtenderetur, quia talis authoritas non deuenit in eos, niſi ex influxu capitis, ſcilicet Chriſti. In Chriſtum autem deuenit immediate ab ipſo patre, & propter hoc in ipſo ſignificabatur hæc authoritas, per volatum columbę deſuper aduenientis. In apoſtolis autem, per ſpeciē flatus a Chriſto procedentis. Secundo, facta eſt ad eos miſſio viſibilis, ad inſinuandum redundantiam per modum doctrinę: & hoc in die Pentecoſt. vt legitur Actuū 2. Et

† c. 1. to. 3.

ideo apparuit ſuper eos ī linguis igneis: verbis, vt eſſent proflui, & charitate feruidi, zelantes proximorum ſalutem.

¶ Ad primvm igitur dicendum, φ viſio imaginaria dicitur proprie reuelatio, & non apparitio, vel miſſio, & huiuſmodi viſiones prophetis ſæpe factæ ſunt. In miſſione enim viſibili oſtenditur præſentia gratiæ inhabitantis: ſpecies autem, quæ eſt in imaginatione, non eſt neceſſario rei præſentis, ſicut ſpecies, quæ eſt in ſenſu: & ideo per corporales ſpecies exteriori viſioni ſubiectas, magis debet manifeſtari interior miſſio, quàm per imaginarias.

† Epīa 66. to. 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quanuis in nobilioribus creaturis diuinæ perfectionis ſimilitudo, quo ad attributa eſſentialia magis inueniatur expreſſa: tamen quo ad exitum vnius perſonæ ab alia, & quantum ad modum proceſſionis donorum a Deo, & effectus ipſorum, poteſt etiam in ignobilioribus creaturis ſimilitudo conuenientior attendi, ſicut fęcunditas in columba, & locutio in lingua: & hoc oportuit per miſſionem viſibilem ſignificari. Vel dicendum ſecundum Diony. 5. cap. cæl. hiera. quòd inferiores creaturæ eo ipſo, quo magis diſtant a participatione diuinarum perſonarum, conuenientius per ea diuina manifeſtantur, vel ſignificantur: quia non poteſt ex hoc aliquis error prouenire, propter manifeſtam diſtantiam eorum a diuinis, qui error poſſet contingere, ſi per nobiles creaturas diuina ſignificarentur: de facili enim poſſet aliquis errare credens aliquod numen eſſe in ſtella, vel in aliqua nobiliori creatura.

D. 362.

¶ Ad tertium dicendum, quòd columba illa non fuit d verum, & naturale animal: ſed tantum ſimilitudo columbę viſibiliter oſtenſa in aliqua materia ad hoc præparata. Vnde etiam peracto officio in priſtinam materiam eſt reuerſa. Nec fuit ibi aliqua fictio, quia illa ſimilitudo columbę non oſtendebatur ad manifeſtandum aliquam veritatem in ipſa columba, ſed ad manifeſtandas proprietates inuiſibilis miſſionis. Et ideo non fuit ibi falſitas ſigni, quia ſignatum reſpondebat ſigno, & res ſimilitudini, ſicut aliquis loquens per metaphoricas locutiones, non mentitur: non enim intendit ſua locutione ducere in res, quæ per nomina ſignificantur, ſed magis in illas, quarum illæ res ſignificatæ per nomina ſimilitudinem habent, & ſimiliter de igne. Sed natura viſibilis, in qua filius apparuit, aſſumebatur ad eſſe, & non tantum ad ſignum. Et ideo oportuit, quòd verum eſſe hominis haberet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſpecies illæ, in quibus ſpiritus ſanctus apparuit, ſignificant effectus ſpirituſſancti, ſecundū quos ſpirituſſanctus dicitur multiplex, quāuis ſubſtātialiter ſit vnus, vt dicitur Sap. 7. Et ideo ſecundum plures ſpecies apparuit, & pluries. Sed quia natura viſibilis, in qua filius apparuit, aſſumpta eſt ad eſſe vnum in perſona filij Dei, ſicut eſt vnum eſſe perſonæ, ita eſt vna tantum talis miſſio.

¶ Ad vltimum dicendum, quòd apparitio ſub aliena ſpecie, quę includitur in miſſione viſibili, non competit, niſi eo, quòd non habet ſpeciem, per quam corporaliter videri poſſit. Miſſio autē

F viſibilis, vt dictum eſt, non debuit eſſe ante tempus gratiæ: tempus autem gratiæ incepit, quando filius Dei carnem aſſumpſit. Et quia inſeparabiliter aſſumpſit, ideo tēpore, quo conuenit fieri viſibilem miſſionem, ſemper habet ſpeciē viſibilē propriā, in qua videri pōt: vnde nunq̄ cōpetit ſibi miſſio viſibilis, niſi vna, quę eſt in natura aſſumpta. Quare aūt ſpi. ſctūs naturam nō aſſumpſerit in vnitatem perſonæ quæretur in tertio.

Art. antece.

Diſt. 1. q. 2. art. 3.

† 1. de Trin. 7. to. 3.

Artic. IIII.

*Vtrum ſpecies miſſionis uiſibilis, ſint formatæ miniſterio angelorum.*

Ad qvartum ſic proceditur. Videtur, quòd illæ ſpecies viſibiles, miniſterio angelorū formatę non ſint. Dicit. n. Aug. 3. de Tri. φ ſermones Dei in nō. te. non per angelos, ſed ꝑ ipſum Deū facti ſunt. ergo illa locutio, ſiue ille ſonꝰ qui in nouo teſtō factus eſt, Hic ē fi. meꝰ di. non eſt per angelos formatus, & eadē ratione, nec alia, q̄ ad miſſionem pertinent viſibilem.

c. 10. to. 3.

Matth. 17.

¶ 2 Præt. Corpori, quod per angelum formatur, vnitur angelus ſicut motor mobili: ſi igitur illæ ſpecies per angelos formatæ ſunt, tunc ſunt corpora aſſumpta ab angelis. ergo in eis non dicetur mitti diuina perſona, ſed angelus.

¶ 3 Item. Sicut viſibilis miſſio filij facta eſt per corpus aſſumptum, ita miſſio viſibilis ſpirituſſancti per huiuſmodi ſpecies. Sed corpus Chriſti aſſumptum, angeli nullo modo formauerūt. ergo nec ſpecies illas viſibiles.

li. 28. mor. Cap. 2.

Contra. Greg. 3. moral. loquēs de illa voce, qua pr̄ reſpondit filio, Et clarificaui, & clarificabo. Io. 12. ita dicit. Nimirū de cæleſtibus loquens verba ſua, q̄ ab hominibus audiri voluit, I rationali adminiſtrante creatura formauit, & eadem ratio eſt de aliis. ergo videtur, quòd omnes adminiſtratę ſunt per angelos.

Dion. cæle. hiera. c. 15.

¶ Item ſecundum Dion. Hæc eſt lex diuinitatis, vt vltima a primis per media perficiantur: ſed angeli ſunt medij inter Deum, & creaturam corporalem. ergo videtur, quòd operationes, quæ fiunt in corporales creaturas, fiant miniſterio angelorum.

Respondeo, Dicendum, quòd in hoc eſt duplex opinio. Quidam dicunt, quòd in hoc differunt miſſiones noui teſtamenti ab apparitionibus veteris teſtamenti, quòd apparitiones ve. teſta. factæ ſunt per angelos, vt ſancti cōmuniter volunt: miſſiones autem no. teſta. factę ſunt immediate per diuinas perſonas. Quapropter, in illis ſpeciebus, diuinæ perſonæ mitti dicuntur, & non angeli. Alij dicunt econtrario, quòd vtrunque angelorum miniſterio perfectum eſt. Videtur autem, quòd vtrique quantum ad aliquid verum dicant. In vtroque enim, ſcilicet apparitione ve. teſta. & miſſione viſibili, eſt duo conſiderare, ſcilicet illud, quod exterius apparet, & aliquid, quod inte-K rius efficitur, vel factum ſignatur: ſed tamen diuerſimodè, quia in apparitione ve. teſta. illud exterius apparens, non refertur vt ſignum ad illud, quod interius eſt: ſed ad aliquid aliud, ſicut ad ſignādum Trinitatem, vel aliquid huiuſmodi: vnde illud, quod interius eſt, nihil aliud eſt, quàm ipſa cognitio, vel illuminatio animæ de rebus, quæ per ſigna exteriora ſignificantur. Et quia illuminationes diuinæ deſcendunt in nos ſecundum Diony. per angelos, ideo miniſterio angelorum in illis apparitionibus vtrunque factum eſt, ſcilicet & quod exterius eſt, & quod interius: & ideo nullo modo eſt ibi miſſio diuinę perſonæ, quæ tantum attenditur ſecundum immediatum effectū ipſius perſonæ diuinę: In miſſione autem viſibili, illud, quod exterius apparet, eſt ſignum eius quod interius eſt factum, vel tunc, vel prius: vnde interius non ponitur tantum aliqua cognitio: ſed aliquis effectus gratię gratum facientis, qui eſt immediatę a diuina perſona, ratione cuius, diuina perſona mitti dicitur. Vnde in miſſione

Dio. c. 5. cæleſt. hierar. in princ. & Cap. 4.

formam ſerui, vt formam Dei amitteret, in qua erat æqualis patri. In forma ergo Dei, vnigenitus patris eſt æqualis patri. In forma ſerui etiam ſeipſo minor eſt. Non ergo immerito ſcriptura dicit vtrunque, ſcilicet, & æqualem patri filiū, G & patrem maiorem filio. Illud enim propter Dei formam, hoc autem propter formam ſerui intelligitur. De hoc eodem in libro ſecundo de Trinita. † ait. Dei filius æqualis eſt patri ſecundum Dei formam, in qua eſt, & minor patre ſecundum formam ſerui, quam accepit, in qua non modo patre: ſed etiā ſpirituſancto, nec hoc tantum: ſed etiam ſeipſo minor inuentus eſt, propter quam, vt idem ait in libro cōtra Maximinum: H hic etiam non tantum patre, ſed etiam ſeipſo, ſpirituque ſancto minor factus eſt: & etiam minoratus eſt paulo minus ab angelis. Eſt ergo Dei filius, vt ipſe ait in ſecundo libro de Trinitate. †Deo patri natura ęqualis, habitu minor, ideſt in forma ſerui quam accepit. His authoritatibus aperte oſtenditur, G filius ſecundum formam ſerui minor patre, & ſeipſo, & ſpirituſancto.

*Hilarius aliter dicit, ſcilicet, quòd pater ſit maior, nec filius tamen minor.*

Hilarivs autem dicere videtur, quòd pater ſit maior filio, nec tamen filius ſit minor patre. Pater enim dicitur maior proH pter authoritatē, quia in eo eſt auctoritas generationis, ſecundum quā ipſe filius dicit, Pater



ne viſibili illud, quod eſt interius immediate ſine miniſterio A angelorum effectū eſt, propter quod ratione illius effectus perſona diuina mitti dicitur, ſed quantum ad id, quod eſt exterius, angeli miniſterium habent, vt Greg. dicit.

Vbi ſupra.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd Augu. loquitur de ſermone, quē filius Dei in corpore aſſumpto ꝓtulit, quē conſtat immediate a Deo eſſe prolatū.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quāuis angelus habeat operationē in creatura exterius apparente, non tamen habet in effectu interiori: & ideo ratione eius perſona diuina mitti dicitur. Nec eſt inconueniens, vt pſona diuina ſimul & angelus mittatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus aſſumptum eſt vnitum ipſi perſonæ diuinę, vnione ad vnū eſſe perſonale. Vnde non decuit propter ſuam dignitatem, vt non a Deo formaretur: non autem ſimilis ratio eſt in aliis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dictū Greg. referēdum eſt tantū ad illud, quod exterius eſt, & non quātum ad interius ſignatum.

15. cap. cæl. hierar.

¶ Ad quintum dicēdum, φ dictū Dion. habet veritatē ī effectibus, q. a creatura poſſunt eſſe: non aūt talis effectus eſt gratia: & ideo quantum ad interius, quod eſt in miſſione viſibili angeli non habent operationem, ſed ſolum quantum ad exterius.

†Ad Phil. 2.

maior me eſt. & Apoſtolus. † Donauit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Cum ergo ait pater maior me eſt, hoc eſt, ac ſi diceret, donauit mihi nomen. Si ergo, inquit Hilarius in libro nono de Trinitate. † Do-

† Poſt med.

nantis auctoritate pater maior B eſt, nunquid per doni confeſsionem filius minor eſt? Maior itaque donans eſt, ſed minor iam non eſt, cui vnum eſſe donatur: ait enim. † Ego & pater vnum ſumus: ſi non hoc donatur Ieſu, vt confitendus ſit in gloria Dei patris minor patre eſt. Si autem in eadem gloria ei donatur eſſe, qua pater eſt: habes, & in donantis authoritate, quia maior eſt. & in donati confeſsione, quia vnum ſunt. Maior itaque pater filio eſt, & pla- C ne maior, cui tantum donat eſſe quantus eſt ipſe, cui innaſcibilitatis imaginem ſacramento natiuitatis impartit, quem ex ſe in forma ſua generat. Audiſti lector, quid ſuper hoc dicat Hilarius, cuius verba vbicunque occurrerint diligenter nota, pieque intellige.

† Ioan. 10.

### EXPOSITIO TEXTVS.

Glof. interlinearis ad Hebr. 7.

Sed etiam minoratur paulo minus ab angelis.} Sed contra eſt, quod dicitur in glo. Hebr. 5. Natura humana, quam filius Dei aſſumpſit, nihil melius eſt, niſi ſolus Deus. Sed dicendum, quòd dicitur minoratus ſecundum quid, ſcilicet propter corporis paſſionem: non autem propter naturæ aſſumptæ inferioritatem, quantum ad illud indiuiduum, in quo eſt aſſumpta, quàmuis non vniuerſaliter ſit verum de humana natura, quòd angelis non ſit inferior. {Hila. aliter dicere videtur.} Videtur hoc eſſe impoſſibile: quia magis, & minus relatiue dicuntur. ergo ſi pater eſt maior, filius eſt minor. Ad quod quidam dicunt, quòd pater dicitur eſſe d maior filio: quia plures habet notiones, nec tamen filius eſt minor, quia vna notio patris, ſcilicet innaſcibilitatis nō habet cor- E reſpondentem notionem in filio, ex qua filius minor dici poſſit: ſed hoc nec proprietas locutionis admittit. Tum quia ſecundum relationes non attenditur æqualitas, vel inæqualitas, vt infra ex verbis Auguſtini habebitur. Tum, quia ex pluribus proprietatibus nulla res maior dicitur: ſed ex maiori quantitate. Eſt etiam præter intentionem Hilarij, vt verba ſequentia oſtendunt. Et ideo aliter dicendum eſt, quòd dans, & recipiens poſſunt comparari dupliciter: vel quantum ad id, quod datur: vel quantum ad rationē dationis. Si primo modo. ſic dans aliquando inuenitur eo maius, cui dat, quando ſcilicet non tantum recipit recipiens, quantum eſt in dante: & aliquādo ęquale quando tantundem recipitur: ſicut etiam in generatione vniuoca: nunquam autem dans poteſt eſſe minus. Si autem conſiderentur ſecundo modo, ſic dans ex eo, quod datur, habet dignitatem quandam: ſed accipiens nullam imperfectionem habet ex hoc, quod accipit, niſi imperfecte accipiat: & ideo ſi comparemus patrem ad filium, quantum ad id, quod filio a patre datur,

D. 617.

Diſt. 19.

A neque pater maior, neque filius minor dicitur. Si autem quantum ad rationem dationis: ſic dignitas dantis patri non ſubtrahitur, ratione cuius maior dicitur, vt maior magis ſonet perfectionem dignitatis, quàm cōparationē magnitudinis: ſed quia filius perfecte recipit quicquid pater habet, nulla minoratio ſibi cōuenit: & ideo etiā nullum nomen minorationis filio pōt cōuenire. Et quāuis patri attribuatur authoritas a ſanctis: tñ filio nō attribuitur ſubauthoritas: ſed ē per abuſum loquentiū ꝓſumptū, & hoc ſonant verba Hil. dicentis. quòd maior eſt donans: ſed non eſt minor, cui vnum eſſe donatur. {Innaſcibilitatis.} Sic expone. Cui. ſ. filio pater. Impartitur. i. dat eſſe. Imaginem innaſcibilitatis. i. ſui innaſcibilis. Et hoc ſacramento natiuitatis, id eſt ſacra, & ſecreta natiuitate.

9. de Trini. poſt med.

† Diſt. 16.

## DISTIN. XVII.

*De miſſione ſpirituſſancti, qua inuiſibiliter mittitur.*

Iam nunc accedamus ad aſsignandā miſsionē ſpirituſſancti, qua B inuiſibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipſe ſpirituſſanctus, qui Deus eſt, ac tertia in trinitate perſona, vt ſupra oſtēſum eſt, † a patre, & filio, ac ſeipſo temporaliter procedit, id eſt mittitur, ac donatur fidelibus, ſed quæ ſit iſta miſsio, ſiue donatio, vel quomodo fiat, conſiderandum eſt.

*Præmittitur quiddam ad hanc oſtenſionem neceſſarium, ſcilicet, quòd ſpirituſſanctus eſt charitas, qua Deum diligimus, et proximum.* C

A

Hoc autem, vt intelligibilius doceri, ac plenius perſpici valeat, ꝓmittēdū eſt quiddam ad hoc valde neceſſarium. Dictum quidem eſt ſupra, & ſacris auctori-

Divisio textvs.

Poſt quàm determinauit de miſſione viſibili ſpi. ſancti. Hi determinat, de miſſione eiꝰ inuiſibili. Et diuidit in duas partes. In prima, determinat veritatem, ſm ſuā opin. Secūdo determinat obiectiones ī cōtrariū factas, ibi: {Hic qrit ſi charitas} Circa primū tria facit. In prima, prædicit Intentionē. In ſecunda, proponit veritatē, ibi: {Vt aūt intelligibilius &c.} In ter- D tia, inducit probationē, ibi: {Ne autē in re tanta &c.} Et hæc diuiditur in duas, ſm duo, quæ probat. Primo, probat charitatem eſſe ipſum ſpi. ſanctum. Secundo, probat ſpi. ſanctū tunc dari nobis, qñ nos facit Deū diligere, ibi: {Tunc. n. nobis &c.} Prima, in duas, In prima, probat charitatē eſſe ſpi. ſanctum. In ſecunda, excludit quandā rñſionem, ibi. {Sed ne forte.} Circa primū duo facit. Primo, oſtendit charitatem eſſe Deum. Secundo, ſpecialiter ipſam eſſe ſpiritumſanctum, ibi: {Cum autem fraterna,}

### QVAESTIO PRIMA.

A

Ad intellectū huius partis quinq; quæruntur.

Primo. Vtrum charitas ſit aliquid creatum in anima.
Secūdo. Vtrum ſit ſubſtantia, vel accidens.
Tertio. Ad quam menſuram detur.
E Quarto. Vtrum poſſit cognoſci ab habente ipſam.
Quinto. Vtrum ipſa charitas ſit ex charitate diligenda.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum charitas ſit aliquid creatum in anima.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd charitas non ſit aliquid creatum in anima. Agens enim, quod ſine medio operatur perfectius eſt, q̄ illud, qđ non agit, niſi per medium: ſed ſpirituſſanctus operatur in nobis velle, & perficere in actibus meritoriis, ſecundum Apo. Qui enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Ro. 8. ergo cum ipſe ſit perfectiſſimus agens: videtur, quòd non moueatur ad hāc operationem per aliquem habitum creatū medium.

22. q. 23. 2. Et de virt. q. 2. art. 1.

¶ 2 Item. Sicut anima ſe habet ad corpus, vt vita ipſius: ita ſe habet Deus ad animam, vt dicit Auguſt. ſed anima non viuificat corpus per aliquam formam mediam. ergo nec ſpirituſſanctus animam per habitum medium.

Aug. de verbis Apoſto. ſermo. 30. to. 10.

F bus oſtenſum, † quòd ſpirituſſanctus amor eſt patris, & filij, quo ſe inuicem amant & nos. His autem addendum eſt, quòd ipſe idem ſpūſſanctus eſt amor, ſiue charitas, qua nos diligimus Deum, & proximum, quæ charitas cum ita a eſt in nobis, vt nos faciat diligere Deum, ac proximum: tunc ſpirituſſanctus dicitur mitti, ac dari nobis, & qui diligit ipſam dilectionem, qua diligit proximum in eo ipſo Deum diligit, quia ipſa dilectio Deus eſt, ideſt, ſpirituſſanctus.

G lectionē, qua diligit, quàm fratrem, quem diligit. Ecce iam poteſt notiorem deum habere, quàm fratrem, plane notiorē, quia præſētiorem, quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem deū, & dilectione amplectere proximum. Ipſa eſt dilectio, quæ omnes bonos angelos, & omnes dei ſeruos cōſociat vinculo ſanctitatis: quāto ergo ſanctiores ſumus, quanto a tumore ſuperbiæ inaniores :c: tanto ſumus dilectione pleniores, & quo niſi deo eſt plenus, qui plenus eſt dilectione? His verbis ſatis oſtendit Auguſtinus, quòd dilectio ipſa, qua diligimus deum, vel proximū, deus eſt. Sed adhuc apertius in eodem libro † ſubdit dicens. Dilectionem fraternam quantum commendet Ioannes Apoſtolus, attendamus. † Qui diligit, inquit, fratrem in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt: manifeſtum eſt, quòd iuſtitiæ perfectionē in fratris dilectione poſuerit. Nam in quo ſcandalum nō eſt, vtique perfectus eſt; & tamen videtur dilectionem dei tacuiſſe, quod nunquam faceret, niſi quia in ipſa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertiſsime enim in eadē epiſtola paulopoſt dicit ita. † Dilectiſsimi, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo eſt, & omnis, qui diligit ex deo natus eſt, & cognouit deum, qui

*Authoritatibus ita eſſe confirmat.*

H NE autem in re tanta aliquid de noſtro influere videamur ſacris authoritatibus, quod dictum eſt, corroboremus. De hoc autem Auguſtinus in octauo libro de Trinit. † ait. Qui proximum diligit, conſequens eſt, vt ipſam præcipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio eſt: conſequens ergo eſt, vt pręcipue Deū diligat. Item in eodem. † Deus dilectio eſt, vt ait Ioannes Apoſtolus: vt quid ergo imus & currimus in ſublima cælorum, & ima terrarum quærentes eum, qui eſt apud nos, ſi nos velimus eſſe apud eum? Nemo dicat, nō noui quid diligam, diligat fratrem, & diligat eandem dilectionem. Magis enim nouit di-

I

¶ 3 Præter. Eſſe gratię immediatius eſt a Deo, & propinquius, quàm eſſe naturæ: ſed Deus in creatione non eſt vſus aliquo medio, quando naturam inſtituit. ergo nec in creatione, quando gratiam infundit.

¶ 4 Hoc etiam oſtenditur ex dignitate charitatis. omnis enim creatura ē vanitas. ſi ergo charitas ē creatura, vanitas erit: ſed vanitas non coniungit veritati, nec confirmat in veritate. ergo charitas non cōiūgeret nos Deo, quod falſum eſt. († Diſt. 10.)

¶ 5 Pręter. Nullum lum finitum eſt virtutis infinitæ, cum virtus fluat ab eſſentia: ſed omnis creatura finita eſt. ergo nullius creaturæ virtus infinita eſt: ſed virtus charitatis infinita eſt, quia mouet per infinitam diſtantiam; cōiungit enim creaturam creatori, & facit de peccatore iuſtum. ergo videt, ꝙ non ſit creatura:

¶ 6 Item. Nulla creatura eſt dignior, q̄ aīa Chriſti, ſed charitas eſt dignior, q̄ anima Chriſti: quia ipſa charitate anima Chriſti bona eſt. ergo charitas non eſt creatura. († c. 7. to. 3.)

¶ 7 Præter. Maiori bono debetur maior amor: ſed Deus eſt infinitum bonum, & infinita fecit pro nobis: igitur debemus ſibi infinitum amorem: ſed amor, quo diligimus Deū eſt charitas. ergo charitas ē quid infinitū. ergo nō eſt creatura. († Cap. 7. p. † 1. Ioan. 4.)

¶ 8 Præter. Omne creatum eſt in prædicamento aliquo: ſed quicquid continetur in decem generib' eſt aliqua natura; ſi ergo charitas gratia ſit quid creatum, erit natura quædam; ſed natura adueniens naturæ non facit, niſi naturam. ergo anima habens charitatem, ſi charitas ſit quid creatum nō habebit, niſi eſſe naturæ: ſed per charitatē poteſt inereri. ergo natura aliqua per ſe poterit in actus meritorios, quod eſt hæreſis Pelagiana. videtur ergo, quòd charitas non ſit quid creatum.

CONTRA. Omne, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis: ſed amor increatus, qui eſt ſpirituſſanctus participatur in creatura. ergo ſecundum modum ipſius, creaturæ: ſed modus eius eſt finitus. ergo oportet, quòd recipiatur in creatura aliquis amor finitus: ſed omne finitum eſt creatum. ergo in anima habente ſpiritumſanctum, eſt aliqua charitas creata.

¶ Item. Omnis aſſimilatio fit per formam aliquam: ſed per charitatem efficimur cōformes ipſi Deo, qua amiſſa, dicitur anima deformari. ergo videtur, quòd charitas ſit quædam forma creata manens in anima.

¶ Prætér. Conſtat, quòd Deus aliquo modo eſt in ſanctis, quo non eſt in creaturis, ſed iſta diuerſitas non poteſt poni ex parte ipſius Dei, qui eodem modo ſe habet ad omnia. ergo videtur, quòd ſit ex parte creaturæ, ſcilicet, quòd ipſa creatura habeat aliquid, quod alia non habent. Aut ergo habet ipſum diuinum eſſe, & ſic omnes iuſti aſſumerentur a ſpirituſancto in vnitate perſonæ, ſicut natura humana aſſumpta eſt a Chriſto in vnitatem perſonæ ipſius filii Dei, quod non poteſt eſſe: Aut oportet, quòd illa creatura, in qua ſpeciali modo Deus eſſe dicitur: habeat in ſe aliquem effectum Dei, quem alia non habent. iſte autem effectus non poteſt eſſe tantum actus, quia ſic in iuſtis dormientibus non eſſet alio modo, quàm in aliis creaturis. ergo oportet, quòd ſit aliquis habitus: oportet igitur aliquem habitū charitatis creatum eſſe in anima, ſecundum quem ſpirituſſanct' ipſam inhabitare dicitur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd tota bonitas ipſius animæ eſt ex charitate: vnde quantum bona eſt, tantum habet de charitate, & ſi charitatem non habeat, nihil eſt, ſicut dicitur. 1. Cor. 13. Conſtat autem quòd per charitatē anima nō habet minus de bonitate in eſſe gratiæ, quàm per virtutem acquiſitā in eſſe politico. Virtus autē politica duo facit: quia facit bonum habentē, & opus eius bonum reddit, multo fortius igitur hoc facit charitas. († c. 8. lib. 8. to. 4.) Neutrum autem horum effici poterit, niſi charitas ſit habitus creatus. († 1. Ioan. 2.) Conſtat. n. quòd omne eſſe a forma aliqua inhærente eſt, ſicut eſſe albū ab albedine, & eſſe ſubſtantiale a forma ſubſtantiali: ſicut igitur non poteſt intelligi, quòd paries ſit albus ſine albedine inhærente: ita non poteſt ītelligi, quòd anima ſit bona in eē gratuito ſine charitate, & gratia informante ipſam. († 1. Ioan. 4.) Similiter etiam, cū actus proportionetur potentiæ operatiuæ, ſicut effectus proprię cauſæ, īpoſſibile eſt intelligere, quòd actus perfectus in bonitate ſit a potentia non perfecta per habitum, ſicut etiam calefacere non poteſt eſſe ab igne, niſi mediante calore. Et ideo cum actus charitatis perfectionem quandam habeat ex hoc, quòd eſt meritorius omnibus modis, oportet ponere charitatem eſſe habitum creatum in anima, quæ quidem efficienter eſt a tota Trinitate; ſed exemplariter manat ab amore, qui eſt ſpirituſſanctus: & ideo frequenter inuenitur, quòd ſpirituſſanctus ſit amor, quo diligimus Deum, & proximum, ſicut etiam dicitur a Dion. quòd eſſe diuinum eſt eſſe omnium rerum, inquantum. ſ. ab eo omne eſſe exē- (Cap. 4. cæleſt. Hierar.) K plariter deducitur. Magiſter tamen vult, quòd charitas non ſit aliquis habitus creatus in anima; ſed quòd ſit tātum actus, qui eſt ex libe. arbitrio moto per ſpūmſanctū, quē charitatem dicit.

¶ Ad cuius explanationem, quidam dixerunt, quòd ſicut lux dupliciter poteſt conſiderari. Vel prout eſt in ſe, & ſic dicitur lux. Vel prout eſt in extremitate diaphani terminati, & ſic lux dicitur color, quia hypoſtaſis coloris eſt lux, & color nihil aliud eſt, quàm lux incorporata. Ita dicūt, quòd ſpirituſſanctus, prout in ſe cōſideratur, Spirituſſanctus, & Deus dicitur. Sed prout conſideratur, vt exiſtens in aīa, quam mouet ad actū charitatis, dt charitas. Dicunt. n. quòd ſicut filius vniuit ſibi naturā humanā ſolus, quamuis ſit ibi operatio totius Trinitatis, ita ſpirituſſanct' ſolus vnit ſibi voluntatē, quāuis ibi ſit operatio totius trinitatis. Sed hoc nō pōt ſtare, q̄a vnio humanæ naturæ in Chřo terminata eſt ad vnum eſſe perſonę diuinæ: & ideo idem actus nume-



nō diligit non cognouit deum, quia Deus dilectio eſt. Iſta contextio ſatis aperte declarat eandem ipſam fraternam dilectionem. Nam fraterna dilectio eſt, qua diligimus inuicem non ſolum ex Deo, ſed etiam Deum eſſe tanta Ioannis authoritate ſcilicet prædicari. Cum ergo B de dilectione diligim' fratrem de Deo diligimus fratrem: nec poteſt fieri, :c: vt eandem dilectionem non præcipue diligamus, qua fratrē diligimus, quoniam Deus dilectio eſt. Item, qui non diligit fratrem non eſt in dilectione: & qui non eſt in dilectione, non aſt in Deo, quia Deus dilectio eſt. Ecce apertiſſime dicit fraternam dilectionem Deum eſſe.

ait Ioan. † Dilectio ex deo eſt. & paulopoſt. Deus dilectio eſt. vbi manifeſtat eam ſe dixiſſe charitatem, vel dilectionem domini, quam dixit ex deo: deus ergo ex deo eſt dilectio. Item in eodem Ioan. † volens de hac re apertius loqui. † In hoc, inquit, cognoſcimus, quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Spiritus itaque ſanctus, de quo dedit nobis facit nos in deo manere, & ipſum in nobis: hoc autem facit dilectio. ipſe eſt igitur deus dilectio eſt. Ex his apparet, quòd ſpirituſſanctus dilectio eſt, vel charitas.

*Quòd fraterna dilectio cum ſit Deus, non eſt pater, uel filius, ſed ſpirituſſanctus tantum.* C

CVM autem fraterna dilectio ſit Deus, nec pater eſt, nec filius, ſed tantum ſpirituſſanctus, qui proprie in Trinitate dilectio, vel charitas dicitur. Vnde Auguſt. in libro decimoquinto de Trinita. † Si in donis Dei nihil maius eſt charitate, & nullum eſt maius donum Dei, quàm ſpirituſſanctus, quid conſequentius, eſt quā vt ipſe ſit charitas, quæ dicitur & De' & ex Deo. ita. n.

*Quòd non eſt dictum per cauſam illud, Deus charitas eſt, ſicut illud, tu es patientia mea, & ſpes mea.*

SED ne forte aliquis dicat illud dictū eſſe per expreſsionem cauſæ. Deus charitas eſt, eo ſcilicet, quòd charitas ſit ex deo, & non ſit ipſe deus, ſicut dicitur, deus noſtra patientia, & ſpes, non quòd ipſa ſit iſta, ſed quia iſta ex eo ſunt. Occurrit Auguſtinus oſtendens, non hoc eſſe dictum per cauſam, ſicut illa in D 15. libro de Trinitate, † ita dicens. Non dicturi ſumus, quòd quidam dicunt, ſcilicet charitatem non propterea eſſe dictam

numero eſt perſonæ diuinæ, & naturę humanę aſſumptę: ſed voluntas alicuius ſancti, non aſſumitur in vnitate ſuppoſiti ſpirituſſancti. Vnde cum operatio a ſuppoſito vnitatem habeat, & diuerſitatem, non poteſt eſſe, quòd intelligatur eſſe vna operatio voluntatis, & ſpirituſſancti, niſi per modum, quo Deus operatur ī qualibet re: ſed iſte mod' non ſufficit ad oꝑationis ꝑfectionē, q̄a oꝑatio conſequitur conditiones cauſæ proximæ in neceſſitate, & contingentia, & perfectione, & huiuſmodi, & non primę cauſæ. Vnde non eſt intelligere, quòd ſit operatio perfecta voluntatis, per quam vniatur ſpiritui ſancto, niſi ſit ibi habitus perficiens potentiam operatiuā. Nec poteſt eſſe ſimilitudo actus voluntatis ad ſpiritumſanctum niſi ſit ſimilitudo ſpirituſſancti in anima per aliquam formā, quæ eſt principium actus, quo ſpiritui ſancto cōformetur, quia act' ad hoc nō ſufficit, vt dictū eſt. († 1. Ioan. 4. In cor. arti.)

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd in gratificatione animæ, eſt conſiderare duplicem operationem ſpirituſſancti. Vnam, quæ terminatur ad eſſe ſecūdum actum primum, qui eſt eſſe gratū in habendo habitum charitatis. Aliam, ſecundum quam operatur actum ſecundū, qui eſt operatio mouens voluntatem in opus dilectionis: & vtroque modo oportet incidere mediū, non propter indigētiam, vel defectum ipſius ſpiritus operātis, ſed propter neceſſitatem animæ recipientis: ſed diuerſimode, quia quo ad primum effectum, qui eſt eſſe gratiæ, charitas eſt medium per modum cauſæ formalis: quia nullum eſſe poteſt recipi in creatura, niſi per aliquam formam. Ad effectum autem ſecundum, qui eſt operatio, eſt medium charitas in ratione cauſæ efficientis, ſecundum quod virtutem, quæ eſt principium operandi, reducimus in cauſam agentem, quia etiam non eſt poſſibile aliquam operationem perfectam a creatura exire, niſi principium illius operationis ſit perfectio potentiæ operantis, prout dicimus habitum elicientem actum, eſſe principium eius. († Cap. 19.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima comparatur ad corpus non tantum vt cauſa agens, ſecundum quod eſt motor corporis, ſed etiam vt forma: vnde formaliter ſeipſa facit viuere corpus, ſecundum quod viuere dicitur eſſe viuentium. Deus autem non eſt forma ipſius animæ, vel voluntatis, qua formaliter viuere poſſit: ſed dicitur vita animę, ſicut principium exemplariter influens vitam gratię ipſi. Similiter dicendum de luce, quòd lux poteſt dupliciter conſiderari. Vel prout eſt in ipſo corpore lucido: & ſic ſe habet ad illuminationem aeris, vt principium efficiēs, nec illuminat niſi per formam luminis influxam ipſi diaphano illuminato. Vel prout eſt in diaphano illuminato, & ſic eſt forma ipſius, qua formaliter eſt lucidum. Deus autem, dicitur eſſe illuminans lux per modum lucis, quæ eſt in ipſo corpore lucenti per ſe, & non per modum, quo illuminatum formaliter illuminatur a forma lucis in ipſo recepta: ſed A illi lumini recepto aſſimilatur charitas, vel gratia recepta in anima.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnino ſimile eſt de creatione, & recreatione: ſicut enim Deus per creationem contulit rebus eſſe naturæ: & illud eſſe eſt formaliter a forma recepta in ipſa re creata, quæ eſt quaſi terminus operationis ipſius agentis: & iterum forma illa q̄ eſt principiū operationum naturalium, quas Deus in rebus operatur: ita etiam & in recreatione Deus confert animæ eſſe gratiæ, & principium formale illius eſſe eſt habitus creatus, quo etiam perficitur operatio meritoria, quam Deus in nobis operatur: & ita iſte habitus creatus, partim ſe habet ad operationem ſpirituſſancti, vt terminus, & partim, vt medium. († 1. Ioan. 4. † c. 17. Aug. † 1. Ioan. 4.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd charitas inquantum eſt ex nihilo, habet ꝙ ſit vanitas: ſed inquantum procedit a Deo, vt ſimilitudo ipſius, non habet rationē vanitatis, immo coniungendi ipſi Deo.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquid dicitur facere dupliciter. Vel per modum efficientis, ſicut pictor facit parietem album: vel per modum formæ, ſicut albedo facit album. Facere igitur de peccatore iuſtum vel Deo coniūctum, eſt ipſius Dei, ſicut efficientis, & ipſius charitatis, ſicut formę. († c. 17. to. 3.) Vnde non poteſt cōcludi, quòd charitas ſit virtutis infinitæ: ſed ſolum, quòd eſt effectus virtutis infinitæ.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd nobilitas aliquorum poteſt attēdi dupliciter, vel ſimpliciter, vel ſecūdum quid, Videtur autem ſimpliciter dignius eſſe, quod ſecundum ſuum eſſe nobilius eſt: & hoc modo, anima Chriſti, & anima cuiuſcunque iuſti eſt nobilior, quàm charitas creata, quæ habet eſſe accidentis. Videtur etiam aliquid dignius ſecundum quid, quod ſecūdum aliquod dignius eſt. & hoc modo charitas creata eſt nobilior, quàm anima Chriſti. In quolibet enim genere actus eſt nobilior, quàm potentia, quantum ad illud genus: vnde ſicut albedo corporis E Chriſti quantum ad hoc eſſe, quod eſt eſſe album, eſt nobilior, quàm ſit corpus Chriſti: ita etiam ſcientia eius creata eſt nobilior, q̄ anima eius quantum ad hoc, ꝙ eſt eſſe ſcientē, q̄d eſt eſſe ſecundū quid. Et ſimiliter charitas quantum ad tale eſſe, quia ſe habet in eſſe illo ad animam Chriſti, ſicut actus ad potentiam.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ ſm Phil. 8. Eth. nunq̄ in quibuſdā amicitiis contingit æquiualens reddere: ſed ſufficit ad æquitatē amicitiæ illud, quod eſt poſſibile reddi, ſicut filius nunquam poteſt patri carnali reddere aliquid æquiualēs ei, quod ab ipſo accepit, ſcilicet eſſe & doctrinam, & nutrimentum: multo minus diuinis beneficiis, & bonitati ſuę poſſumus reddere amorē ęquiualentem: vnde nō ſequitur, quòd amor, quo Deum diligimus, ſit infinitus quantum ad ſubſtantiam actus, ſed infinitatem habet ex hoc, quòd obiectum amoris omnibus aliis præponitur: ſed ſufficit, quòd amemus cum amore commenſurato nobis. (Cap. 10.)

Deum, quòd ipſa charitas ſit ipſa ſubſtantia, quæ Dei digna ſit nomine. ſed quòd donũ ſit Dei, ſicut dictũ eſt de Deo, tu es patiẽtia mea. Nõ ideo vtiq; dictũ eſt, Tu es patientia mea, ꝙ Dei ſubſtantia eſt noſtra patientia: ſed quia ab illo nobis eſt. Vnde alibi, † Ab ipſo eſt patiẽtia mea hunc enim ſenſum ſtatim refellit ſcripturarum ipſa locutio: tale eſt enim, Tu es patientia mea, quale eſt, Domine ſpes mea, & Deus meus miſericordia mea, & multa ſimilia: Non eſt autem dictum, Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deꝰ charitas mea, ſed ita dictum eſt. Deus charitas eſt, ſicut dictum eſt: Deus ſpiritus eſt, qui hoc non diſcernit intellectum a domino, non expoſitionem quærat a nobis. non enim apertius quicquam poſſumus dicere. Deus ergo charitas eſt. Ex prædictis clareſcit, quòd ſpirituſſanctus charitas eſt, qua diligimus Deum, & proximum. Vnde facilius eſt nobis oſtendere q̃uo ſpirituſſanctꝰ mittatur, ſiue det̃ nobis.

*d Quomodo ſpirituſſanctus mittatur, uel detur nobis.*

TVnc enim mitti, vel dari dicitur, cum ita in nobis eſt, vt faciat nos diligere Deum, & proximum, per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. Vnde Auguſtinus hunc modum miſſionis inſinuans in quintodecimo de Trinit. † ait, Deus ſpirituſſanctus, qui procedit ex Deo cum datus fuerit homini accẽdit eum ad diligendum Deum, & proximum, & ipſe dilectio eſt. Non enim habet homo vnde diligat Deum, niſi ex Deo.
G Ecce quomodo datur, vel mittitur nobis ſpirituſſanctus, ſecundum quod dicitur datum, ſiue donum: quod donum Auguſtinus cõmendat, explanans apertius quomodo detur in eodẽ libro. † Dilectio, inquit, Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, vt Apoſtolus ait, † per ſpiritumſanctũ, qui datus eſt nobis. Nullum eſt iſto Dei dono excellentius. † hoc ſolum eſt, qđ diuidit inter filios regni, & filios perditionis: dantur & alia per ſpiri-
H tum munera, ſed ſine charitate nil proſunt: niſi ergo tãtum impartiatur cuiq̃ ſpirituſſanctus vt eum Dei, & proximi faciat amatorem, a ſiniſtra non transfertur ad dextram: nec ſpiritus ſanctus proprie dicitur donum niſi propter dilectionem, quam qui non habuerit, † etſi loquatur omnibus linguis, & habuerit prophetiam, & omnẽ ſcien-
I tiam, & omnem fidem, & diſtribuerit omnem ſubſtãtiã ſuam, & tradiderit corpus ſuum ita

¶ Ad vltimum dicendum, quòd natura dicitur multipliciter
De duabus naturis, in princ. ſecundum Boetiũ: dicitur.n.vno modo natura omne quod eſt vel ſubſtantia, vel accidens, & hoc modo gratia eſt natura quædam. Alio modo dicitur natura, quòd eſt principium motus, & quietis ipſius, in quo eſt: vnde illud dicitur eſſe naturale, vel quod cauſat̃ a principiis naturalibus, vel cauſari poteſt: & hoc modo charitas non eſt natura, quia
† Pſal. 70. per principia naturalia creaturæ non poteſt cauſari, & ſecundum hunc modum dicit Pelagius,
† Pſal. 61. per naturalia ſola hominem poſſe in actus meritorios.

ARTIC. II.

*Vtrum charitas ſit accidens.*

AD SECVNdũ ſic procedit̃. Videtur, ꝙ charitas non ſit accidens. Nullum enim accidens extenditur vltra ſuum ſubiectum: ſed charitas extenditur vltra ſuũ ſubiectum, quia charitate etiã alios amamus. ergo videtur, quòd charitas non ſit accidens.
¶ 2 Item. Omne accidens eſt cauſatũ a ſubſtantia, quia ſe
Tract. 2. meta. c. 1. cundum Auic. ſubiectum eſt, quod eſt in ſe completum, præbens alteri occaſionem eſſendi: ſed charitas non cauſatur a principiis animæ, in qua eſt. ergo videtur quòd non ſit accidens.
¶ 3 Præt. Nullum accidens eſt melius, & nobilius ſuo ſubiecto, ſed charitas eſt melior, quàm anima. ergo non eſt in anima, ſicut accidens in ſubiecto. Probatio mediæ, Propter quod vnũquodq; & illud magis: ſed aĩa eſt bona propter charitatẽ. ergo charitas eſt melior.
¶ 4 Item. Agens ſemper eſt honorabilius patiente ſecundum
Tex. 19. philoſophum in 3. de anima: ſed charitas agit in animam mundando ipſam a peccatis. ergo eſt honorabilior anima, & ita idem quod prius.

CONTRA. Quicquid poteſt adeſſe, & ab eſſe præter ſubiecti corruptionem eſt accidens, charitas eſt huiuſmodi. ergo &c.

D. 12. RESPONDEO, Dicendum, quòd omne illud quod [d] aduenit alicui poſt eſſe completum, aduenit ſibi accidẽtaliter, niſi forte aſſumatur ad participationem ipſius eſſe ſubſtantialis, ſi-
q. v. artic. 2. cut dictum eſt ſupra. 8. diſtin. de anima; ſed hoc tamen non ſufficit, vt dicatur accidens in ſe. poteſt enim aliquid in ſe ſubſtantia eſſe, & aduenire alicui accidentaliter ſicut veſtimenta, ſed ſi adueniat poſt eſſe completum vt forma inhærens, de neceſſitate eſt accidens, & quia poſt eſſe naturale animæ aduenit ſibi charitas, vt forma perficiens ipſam ad eſſe gratiæ, prout
Art. antec. dictum eſt, ideo oportet, quòd ſit accidens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idem accidens numero nunquam extenditur vltra ſubiectum ſuum, ideſt, vt ſit in alio ſicut in ſubiecto, ſed bene extenditur extra ſubiectum ſuum ſicut ad obiectum operationis, ſed diuerſimode in operatione actiua, & paſſiua. Quia in actiua extenditur ad obiectum extrinſecum, imprimens ſimilitudinem formæ ſuæ in ipſo. ſicut patet, quòd calor ignis actiue calefacit aliud corpus,
F & eſt operatio actiua. ſimiliter etiam quando eſt operatio paſſiua, extenditur in aliud obiectũ extrinſecũ, cuius ſimilitudo in ipſo recipitur: & ita anima per habitum ſciẽtiæ ſcit ea, quæ ſunt extra ipſam: & per habitum amoris eadem amat.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſubiectum diuerſimode [d] ſe
D. 21. habet ad diuerſa accidentia. Quædam autem ſunt accidentia naturalia, quæ creantur ex principiis ſubiecti, & hoc
† c. 17. to. 3. dupliciter. Quia vel cauſantur ex principiis ſpeciei, & ſic sũt propriæ paſſiones, q̃ conſequũtur totam ſpeciem. Vel ex principiis indiuidui, & ſic ſunt cõmunia cõſequentia principia naturalia indiuidua. Sunt etiam quædam accidentia per violẽtiam inducta, ſicut calor in aqua, & iſta ſunt repugnãtia principiis ſubiecti. Quædam autẽ ſunt, quæ
† c. 17. quidẽ cauſantur ab extrinſeco non repu
† Ad Ro. 5. gnãtia principiis ſubiecti, ſed magis perficiẽtia ipſa, ſicut lumen in aere, & ita
† c. 18. etiã charitas in anima eſt ab extrinſeco.
¶ Tamen ſciendum, quòd omnibus accidentibus communiter loquendo, ſubiectum eſt cauſa quodammodo, inquantum, ſcilicet accidentia ineſſe ſubiecti ſuſtentantur: non tamẽ ita, quòd ex principiis ſubiecti omnia
† 1. Cor. 13. accidentia educãtur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratione poſſet probari, quòd nulla perfectio animæ eſſet accidens, nec aliqua ꝑfectio corporis, quia vnumquodque perfectibile habet bonitatem ex ſua perfectione.
¶ Dicendum eſt igitur, quòd ſimpliciter anima eſt melior charitate, & quodlibet ſubiectum ſuo accidente, ſed ſecundum quid eſt econuerſo. Cuius ratio eſt, quia eſſe ſecundum Dion. 5. c. de diui. nominibus, eſt nobilius omnibus aliis, quæ conſequuntur eſſe; vnde eſſe ſimpliciter eſt nobilius, quàm intelligere, ſi poſſet intelligi intelligere ſine eſſe. Vnde illud, quod excedit in eſſe ſimpliciter, nobilius eſt omni eo, quod excedit in aliquo de conſequentibus eſſe, quamuis ſecundum aliud poſſit eſſe minus nobile. Et quia anima, & quælibet ſubſtãtia habet nobilius eſſe,
K q̃ accidẽs, ideo ſimpliciter nobilior eſt, ſed quantũ ad aliqđ eſſe, vel ſ̃m aliqđ accidẽs, põt accidẽs eſſe nobilius, q̃a ſe hẽt ad ſubſtantiã, ſicut actus ad potentiã, & hanc bonitatẽ cõſequentẽ hẽt ſubſtantia ab accidentibus, ſed non ad bonitatẽ primã eſſendi.
¶ Ad quartum dicendũ, quòd charitas non dr̃ agere in animam per modum efficientis, ſed ſolum formaliter, & ſecundum id, quod forma eſt, quantum ad eſſe ſecundum, nobilior eſt.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum charitas detur ſecundum capacitatẽ naturalium.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd charitas detur
22. q. 24. artic. 3. ſecũdum capacitatem naturalium. Ita dicitur Matth. 25.
Gloſ. interlinearis. Dedit vnicuique ſecundum propriam virtutem, ibi glo. Hiero. Non pro largitate vel parcitate, alij plus, vel minus recipiunt, ſed



ſed ſecundum virtutem recipientium. Sed ante aduentum charitatis, non intelligitur, niſi virtus, quæ eſt ſecundum naturalia. ergo videtur, quòd ſecundum capacitatem naturalium charitas infundatur.
¶ 2 Item. Sicut ſe habet forma ſubſtantialis ad eſſe naturæ, ita charitas ad eſſe gratiæ: ſed forma ſubſtantialis datur ſecũdum capacitatem materiæ, vt dicit Pla-
2. de anima. tex. 24. to. ergo & charitas datur ſecundum capacitatem naturæ, quæ per eam perficitur.
¶ 3 Præt. Sicut gloria præſupponit gratiam, ita gratia præſupponit naturam. Sed gloria datur ſecũdum modum gratiæ, vt qui plus habet de capacitate, plꝰ etiam de gloria recipiat. ergo videtur, quòd etiam charitas detur ſecundum capacitatem naturæ, vt qui meliora naturalia habet, maior ſibi
† D. 10. charitas infundatur.
¶ 4 Item. In quibuſcunq; inuenitur perfectio eiuſdem rationis, videtur eſſe idem modus conſequendi illam perfectionem, cum vnaquæq; res proprium modum habeat. Sed charitas inuenitur ĩ hominibus, & angelis ſecundum rationem eandem, quod patet ex actu, & fine, cum igitur angeli cõſecuti ſint maiorem charitatem, & meliora gratuita, ſecundum gradum naturalium, videtur etiam quòd in hominibus ita ſit.

CONTRA, natura angelica altior eſt, & ſublimior, quàm natura humana. Sed aliqui homines, ſecundum gradum gratiæ aſſumuntur ad ſublimius præmium, quàm angeli, cum ſecundum Gregorium ad ſingulos ordines angelorum, aliqui homines aſſumantur. ergo videtur, quòd perfectiones gratiæ, & gloriæ, non dentur ſecundum menſuram naturalium.
Eccleſ. 50. Hoc idem videtur per hoc, quod dicitur Prouerbio. 30. ſtella
Hom. 17. ſuper Ezech. to. 2. matutina inter. Vbi dicit Gregor. quòd gratia maior infunditur, ſecundum quod ad habendam gratiam, aliquis magis nititur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cum Deus habeat ſe æqualiter ad omnia, oportet quòd diuerſitas donorum receptorum ab ipſo, attendatur, ſecundum diuerſitatem recipientium. Diuerſitas autem recipientium attenditur, ſecundum quòd aliquid eſt magis aptum, & paratum ad recipiendum, ſicut autem videmus in formis naturalibus, quòd per diſpoſitiones accidentales, ſicut calorem, & frigus, & huiuſmodi, materia efficitur magis, vel minus diſpoſita ad ſuſcipiendum formam, ita etiam in perfectionibus animæ ex ipſis operibus animæ, anima efficitur habilior, vel minus habilis ad conſequendum perfectionem ſuam. Sed tamen differenter ſe habent operationes animæ, ad perfectiones infuſas, vel acquiſitas. Acquiſitæ enim perfectiones ſunt in natura ipſius animæ, in potentia, non pure materiali, ſed etiam actiua, qua aliquid eſt in
D. 1103. cauſis ſeminalibus. Sicut patet, quòd omnis ſcientia [d] acquiſita eſt in cognitione primorum principiorum, quæ naturaliter nota ſunt, ſicut in principiis actiuis ex quibus concludi poteſt. Et ſimiliter virtutes morales ſunt in ipſa rectitudine rationis, & ordine, ſicut in quodam principio ſeminali. vnde
cap. 5. Philoſophus ſeptimo ethico. dicit eſſe quaſdam virtutes naturales, quæ ſunt quaſi ſemina virtutum moralium. Et ideo operationes animæ ſe habent ad perfectiones acquiſitas, non ſolum per modum diſpoſitionis, ſed ſicut principia actiua. Per-
A fectiones autem infuſæ ſunt in natura ipſius animæ, ſicut in potentia materiali, & nullo modo actiua, cum eleuent animam ſupra omnem ſuam actionem naturalem. Vnde operationes animæ ſe habent ad perfectiones infuſas ſolum ſicut diſpoſitiones. Dicendum eſt igitur, quòd menſura, ſecundum quam datur charitas, eſt capacitas ipſius animæ, quæ eſt ex natura ſimul, & diſpoſitione, quæ eſt per conatum operũ, & quia ſecundum eundem conatũ magis diſponitur natura melior: ideo qui habet meliora naturalia dummodo ſit par conatꝰ magis recipiet de perfectionibus infuſis, & qui peiora naturalia, quandoque magis recipiet, ſi adſit maior conatus.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd virtus recipientis, non eſt conſideranda ſecundum naturam tantum, ſed etiã ſecundum diſpoſitionem conatus aduenientem naturæ, & ita etiam eſt in formis ſubſtantialibus reſpectu materiæ. vnde patet ſolutio ad ſecundum.
¶ Ad tertium dicendum, quòd ipſa gratia eſt diſpoſitio naturæ ad gloriam. vnde nõ requirit, quòd interueniat alia diſpoſitio inter charitatem, & gloriam, ſed inter naturam, & gratiam cadit conatus medius, quaſi diſpoſitio.
D ¶ Ad quartum dicendum, quòd in angelis non eſt aliquid, quod contendat ad motum naturæ intellectualis: ex quo [d] co-
D. 1158. natus naturæ retardetur, ſicut in natura hominis eſt natura ſenſitiua, quæ tendit in contrarium de ſe motus naturæ intellectiuæ, ſcilicet delectabile ſecundum ſenſum, niſi cogatur, & reguletur ab ipſa: & ideo in angelis eſt diuerſitas ſecundum diuer-
Diſt. 3. q. p. art. 4. ſitatem naturæ. Hæc tamen melius in ſecundo dicentur.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum charitas certitudinaliter ab habente cognoſcatur.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd chari-
De vtr. q. 10 arti. 10. tas certitudinaliter ab habente cognoſcatur. Ita enim dici-
Quodli. 8. art. 4. tur in litera. Magis nouit quis dilectionem, qua diligit, quàm
E fratrem quem diligit: ſed fratrem ſuum certitudinaliter cognoſcit. ergo multo magis charitatem, qua ipſum diligit.
¶ 2 Item. Philoſophus dicit ſecundo Poſteriorum, quòd in-
Lect. 20. cõtra Platonẽ conueniens eſt habere nos nobiliſſimos habitus, & nos lateant. Sed charitas eſt habitus nobiliſſimus. ergo videtur, quòd ab habente certitudinaliter cognoſcatur.
¶ 3 Præter. Quicunque habet fidem, ſcit ſe habere fidem: ſed fides non magis eſt præſens, quàm charitas. ergo & qui habet charitatem ſcit ſe habere illam.
¶ 4 Item. Quicquid cognoſcitur ab anima, cognoſcitur ab ea per hoc, quòd præſens ſibi efficitur per ſimilitudinẽ: ſed magis eſt p̃ſens animæ, qđ eſt in ipſa eſſentialiter, quàm qđ eſt per ſui ſimilitudinem. ergo cum charitas eſſentialiter ſit in anima, videtur quòd certius cognoſcatur ab habente, quàm res exteriores, quæ per ſui ſimilitudinem cognoſcuntur.
¶ 5 Præt. Charitas eſt quoddam lumen ſpirituale, vt habetur 1. Io. 1. Qui diligit fratrem, in lumine manet: ſed lux ſeipſa vr̃. ergo vr̃, ꝙ ſimiliter charitas, & ſic certius, quàm alia cognoſcat.
CONTRA

vt ardeat nihil ei prodeſt. Quãtum ergo bonum eſt, ſine quo ad æternam vitam neminem tãta bona perducunt? ipſa vero charitas, vel dilectio (nã vnius rei nomen eſt) vtrunq; perducit ad regnum. Dilectio ergo, q̃ Deus eſt, & proprie ex Deo eſt, ſpirituſſanctus eſt: per quem diffunditur in cordibus noſtris deus charitas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectiſſime ſpirituſſanctus, cum ſit deus vocatur, ẽt donum dei: quod donũ ꝓprie, quid niſi charitas intelligendum eſt, quæ perducit ad eum, & ſine qua quodlibet aliud dei donum, non perducit ad deum. Ecce hic aperitur, quod ſupra dictum erat, ſcilicet, quòd charitas ſit ſpiri-
C tuſſanctus, & donum excellentius, & quomodo hoc donum, ideſt, ſpirituſſanctus detur nobis, ſcilicet, cum ita impartitur alicui, ideſt, ita habet eſſe in aliquo, vt eum faciat dei, & proximi amatorem, quod cum facit, tunc dicitur dari ſiue mitti alicui, & tunc ille dicitur proprie habere ſpiritumſanctum.

*B Vtrum concedendum ſit, quòd ſpirituſſanctus augeatur in homine, & magis, uel minus habeatur uel detur.*

HIc quæritur: ſi charitas ſpirituſſanctus eſt: cũ ipſa augeatur, & minua-
B tur in homine, & magis vel minus per diuerſa tempora habeatur, vtrum concedendum ſit, quòd ſpirituſſanctus augeatur, vel minuatur in homine magis, vel minus habeatur. Si enim in homine augetur, & magis, vel minus datur, vel habetur, mutabilis eſſe videtur. Deus autem omnino immutabilis eſt. Videtur ergo, quòd vel ſpirituſſanctus, non ſit charitas, vel charitas, non augeatur, vel mi-
C nuatur in homine. Item charitas, non habenti datur vt habeat, & habenti vt plenius habeat. Si ergo ſpirituſſanctus charitas eſt, & non habenti datur vt habeat, & habenti vt plenius habeat: ſed quomodo datur non habenti, cum ipſe vt deus ſit vbique, & in omnibus creaturis totus? & quomodo

pleniuſ datur vel habetur ſine ſui mutatione?

*b Reſponſio ad primam quæſtionem.*

HIs itaq; reſpōdemus dicentes, quòd ſpiritus ſanctus ſiue charitas, penitus immutabilis eſt: nec in ſe augetur vel minuitur, nec in ſe recipit magis vel minus: ſed in homine vel potius homini augetur & minuitur, & magis vel minus datur vel habetur: ſicut deus dicitur magnificari & exaltari in nobis: qui tamen in ſe nec magnificatur nec exaltatur. Vnde Propheta. † Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Super quem locum ait authoritas. †Deus nō in ſe, ſed in corde hominis grandeſcit. Sic igitur ſpiritusſanctus homini datur. & datus amplius datur, ideſt, augetur, & magis ac minus habetur, & tamen immutabilis exiſtit.

*Reſponſio ad ſecundam.*

CVMQVE vbique ſit & in omni creatura totus, ſunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes habent ſpiritumſanctum in quibus eſt. alioquin & irrationales creaturę haberent ſpiritumſanctū: quod fidei pietas nō admittit.

*Authoritate confirmat utranque reſponſionem.*

G VT autem certius fiat quod diximus, authoritate firmamꝰ quòd ſpiritusſanctus magis & minus percipiatur & homini augeatur, & non habenti detur: & habenti vt plus vel plenius habeatur August. † oſtendit ſuper Io. dicens. Sine ſpirituſancto conſtat Chriſtum nos diligere & eius mandata ſeruare non poſſe, & id nos poſſe atque agere tanto minus, quanto H illum percipimus minus: tanto vero amplius quanto illum percipimus amplius. Ideoque nō ſolum non habenti, verum etiā habenti non in caſſum promittitur. non habenti quidem ut habeatur: habenti autem ut amplius habeatur. Nam ſi ab alio minus & ab alio amplius nō haberetur, ſanctus Heliſeus ſancto Helyæ non diceret. †Spiritus qui eſt in te, duplo ſit in me. Chriſto autem qui eſt dei fi- I lius, non ad menſuram datus

CONTRA. Per charitatem, quæ eſt in aliquo, efficitur F dignus dei amore: ſed vt dicitur Eccleſiaſt. 9. Nemo ſcit &c. ergo videtur, quòd nullus ſciat ſe habere charitatem certitudinaliter.

¶ Præte. Apoſtolus dicit 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: cum ergo nullum maius ſignum poſſit haberi de charitate, quàm non habere conſciētiam peccati mortalis, & hoc non ſufficit, videtur, quòd per nullum ſignum poſſit aliquis certitudinaliter ſcire ſe habere charitatem.

Tex. 1. RESPONDEO, Dicendum, quòd ſecūdum Philoſophū ſecūndo Metaphyſi. aliquid dicitur eſſe difficile ad cognoſcēdum dupliciter, uel ſecūdum ſe uel quo ad nos. Dicēdum eſt igitur, quòd ea quæ †Pſ. 63. per eſſe ſuum non †Gloſ. Caſſiodori. ſunt vnū in materia, quātū in ſe eſt, ſunt ibidem. maxime nota, ſed quo ad nos ſunt difficillima ad cognoſcēdum: propter quod Vbi ſup. dicit Philoſophꝰ ibidem, quòd intellectꝰ noſter ſe hēt ad manifeſtiſſima naturæ: ſicut oculus veſpertilionis ad lucem ſolis. Cuius ratio eſt: quia cum intellectus noſter potentialis ſit in potentia ad omnia intelligibilia & ante intelligere non ſit in actu aliquod eorum, ad hoc quòd intelligat actu, oportet quòd reducatur in actum per ſpecies acceptas a ſenſibus, illuſtratas lumine intellectus agentis: quia Tex. 32. ſicut dicit Philoſophus tertio de anima: ſicut ſe habent colores ad uiſum, ita ſe habent phantaſmata ad intellectum potentialē. vnde cum naturale ſit nobis procedere ex ſenſibilibus ad intelligibilia ex effectibus in cauſas, ex poſteriorībꝰ in priora ſecundum ſtatum uiæ, quia in patria alius modus erit intelligendi, & ideo eſt quòd potentias animæ & habitus, non poſſumus cognoſcere niſi per actus, & actus per obiecta. In actu autem animæ eſt plura conſiderare, ſcilicet ſpeciem ipſius actus quæ eſt ab obiecto, & modum, & effectum. Si igitur accipiamus actum charitatis qui eſt diligere Deum & proximum, ex ſpecie actus non diſcernitur: utrum ſit a potentia imperfecta, vel perfecta per habitum. quia ad idem obiectum ordinatur potentia & habitus: ſicut ſcientia & intellectus poſſibilis. Modus autem quem ponit habitus in opere eſt facilitas & delectatio: ut dicit Cap. 3. Philoſophus ſecundo Ethi. quòd ſignum habitus oportet accipere ſientem in opere delectationem. Per iſtum autem modum non diſcernitur: vtrum ſit ab habitu charitatis infuſo, uel ab habitu acquiſito. Effectus autem proprius dilectionis ſecundum quòd eſt ex charitate eſt in uirtute merendi. hoc autem nullo modo cadit in cognitionem noſtram niſi per reuelationem. Et ideo nullus certitudinaliter poteſt ſcire ſe habere charitatem. Sed poteſt ex aliquibus ſignis probabilibus coniicere charitatē etiam increatam, quæ Deus eſt, quandiu uiuimus per ſpeciem non videmus, ut dicitur 1. Corinth. 13. Quàmuis quidam aliter dicant, quòd ipſam charitatem quæ Deus, eſt in nobis videmus, ſed uiſio eſt adeo tenuis, ſcilicet, quòd nec uiſio poteſt dici, nec aliquis percipit ſe videre, eo quòd uiſio ipſius Dei quaſi confunditur & admiſcetur in cognitione aliorum: ſicut etiam dicunt quòd anima ſemper ſe intelligit: ſed tamen non ſemper de ſe cogitat. hoc autem quomodo intelligendum eſt, ſupra diſtin. 3. dictum eſt. Diſt. 3. q. 1. arti. 2.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd auctoritates Aug. in litera poſitę loquuntur de cognitione ex parte ipſius cognoſcibilis, & nō ex parte cognoſcentis.

¶ Ad ſecundum dicendum; quòd Philoſophus ibi loquitur de habitibus nobiliſſimis partis cognitiuę. Sed iſtorum habituum actus perfecte exprimūt ſuos habitus quātum ad id, quod eſt propriū eis, ſicut in actu ſciētiæ eſt certitudo per cauſam, in qua expreſſè ſcientia demōſtrat: & multo plus eſt hoc in intellectu principiorum. Et iō, qui habet ſcientiam ſcit ſe habere quamuis non econuerſo: quia aliqui ſe credunt habere, qui nō habēt. Semper enim ad rectum menſuratur obliquū. Et ideo Tract. 74. ſuper Ioann. to. 9. ſecundum Philoſophum in Ethi. Virtuoſus eſt menſura 3. ethi. c. 7. in operibus humanis: quia illud eſt bonum, quod virtuoſus appetit, & ſimiliter etiam eſt de rectitudine intellectus, quia illud eſt verū, quòd videtur habenti rectum intellectū: non autem, quod videtur cuilibet.

¶ Et per hoc patet etiam ſolutio ad tertium, quia actus fidei per ipſum obiectum, quod eſt creditum, diſtinguitur ab 4. Reg. c. 2. actibus aliorum habituum, vel potentiæ imperfectæ, quę non poteſt per ſe in tale obiectum, & ideo habens fidem ſcit ſe illam habere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquid cognoſcatur ab anima non ſufficit, quòd ſit ſibi præſens quocunque modo: ſed in ratione obiecti. Intellectui autem noſtro nihil eſt ſecundum ſtatum viæ præſens, vt obiectum, niſi per aliquam ſimilitudinem ipſius, vel ab ipſo effectu acceptam, quia per effectus deuenimus in cauſas. Et ideo ipſam animam, & potentias eius, & habitus eius non cognoſcimus, niſi per actus, qui cognoſcuntur per obiecta: niſi largo modo velimus loqui de cognitione, vt Auguſtinus loquitur, ſecundum quòd intelligere nihil aliud eſt, quàm præſentialiter intellectui quocunque modo adeſſe.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per hoc, quòd charitas creata, vel increata eſt lux, oſtenditur, quòd in ſe cognoſcibilis ſit: ſed non cognoſcitur ab intellectu noſtro in ſe, niſi per effectum K ſuum ratione iam dicta. In corp. ar.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum charitas ſit ex charitate diligenda.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd charitas non ſit ex charitate diligenda. Quatuor enim tantū ſunt diligenda ex charitate: ut in tertio dicitur, ſcilicet Deus, proximus, anima, corpus: ſed charitas nullum horum eſt; ergo &c. 22. q. 25. artic. 1. diſti. 27. q. vnica art. 7.

¶ 2 Item. Nulla res denominat ſeipſam, quia albedo non dicitur alba: ſed dilectum denominatur a dilectione. ergo dilectio non diligitur, nec charitas charitate amatur.

¶ 3 Præt. Sicut ſe habet ſenſus ad ſentire, ita ſe habet affectus ad diligere: ſed ſenſus proprius non ſentit ſe ſentire. ergo nec affectus



eſt ſpiritus. neq; enim ſine gratia ſpiritusſanctus eſt mediator dei & hominū, homo Chriſtus. Quia. n. eſt vnigenitus filius equalis patri, nō eſt gratię ſed naturæ, ꝙ autem in vnitatem perſonæ vnigeniti aſſumptus eſt homo, gratiæ eſt nō na B turæ: d: Cęteris autem ad mēſuram datur, & datus additur, donec vnicuiq; pro modo ſuæ perfectionis propria menſura cōpleatur. Ecce expreſſum hēs, ꝙ ſpirituſſanctus magis & minus datur vel accipitur, & homini datus augetur, & habenti & non habenti datur: quia ſpirituſſanctus eſt charitas, quę nō habenti datur, & in habente augetur, & proficit: īmo vt verius & magis proprię loquar, homo in ea proficit, & deficit aliquando, & tūc ipſa dicitur proficere vel deficere, quæ tamen non ꝑficit, nec deficit in ſe: quia deus eſt. Vnde Aug. in hom. 9. ſuper epiſtola in Ioan. †ait. Probet ſe quiſque quantum in illo profecerit charitas, vel potius, quantum ipſe in charitate profecerit. Nam ſi charitas Deus eſt, nec proficit, nec: e: deficit. Sic ergo dicitur proficere in te charitas: quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligēdum ſit, cum dicitur ſpirituſſanctus augeri in nobis: quia nos in eo, ſcilicet proficimus: ſic & alia huiuſmodi.

*Quia aliqui dicunt ſpiritumſanctum non eſſe charitatem, qua diligimus Deum & proximum.*

SVPRA dictum eſt, ꝙ ſpirituſſanctus charitas eſt patris, & filij, qua ſe inuicem diligunt & nos, C & ipſe idem eſt charitas, quæ diffunditur in cordibus noſtris ad diligendum Deum & proximum, horum alterum omnes catholici cōcedunt. ſ. quòd ſpirituſſanctus eſt charitas patris & filij. Quia autem ipſe idem

A affectus diligit ſuam dilectionem. charitas autem eſt in affectu. ergo charitas ex charitate non diligitur.

¶ 4 Præt. Omne quod diligitur aliqua dilectione diligitur. Si igitur actus charitatis amatur, oportet, quòd aliquo alio actu ametur, & ille eadem ratione erit diligendus. ergo hoc modo ducitur in infinitum, quod non eſt ponendum. ergo videtur, quòd charitas non ſit ex charitate diligenda.

CONTRA eſt, quod habetur in litera ex verbis Auguſt. Qui proximum diligit, conſequens eſt, vt ipſam præcipue dilectionem diligat: ſed proximus diligēdus eſt ex charitate. ergo & charitas.

¶ Item, Proximus non eſt diligendus ex charitate, niſi inquantum habet imaginem Dei: ſed expreſſius repreſentat Deū charitas, quàm imago naturalis quæ eſt in anima. ergo videtur quòd ipſa ſit magis ex charitate diligenda.

RESPONDEO, Dicendum, quòd aliquid eſt diligibile dupliciter. Vel ſicut ratio dilectionis. Vel ſicut obiectum, ſicut †Tra. 9. ſuper Epi. Io. to. 9. etiam color videtur vt obiectum, & lumen vt ratio, per quam color eſt viſibilis in actu. Sicut autem eodem actu videtur color & lux, ita etiam eodem actu diligiturd quod amatur D. 754. Et 829. ut obiectum, & vt ratio obiecti. Sciēdum eſt igitur, quòd charitas poteſt tripliciter ſumi, vel pro charitate increata, quæ ſpirituſſanctus eſt: vel pro charitate habituali, vel pro actu charitatis. Quodlibet autem iſtorum eſt ratio diligendi, & poteſt eſſe obiectum dilectionis, ſicut proximum diligimus inquantum in ipſo Deus inhabitat, & habitum charitatis habet, & actum exercet, & ſic diliguntur vt ratio diligibilis. Si autem conſiderentur in ſe, ſic adhuc diliguntur ut obiectum dilectionsi. Sic autē non diligitur charitatis habitus vel actus dilectione amicitiæ vel beniuolentiæ, quę inanimatorum eſſe nō poteſt, vt Philoſophus. cap. 1. 8. Ethico. dicit. Sed dilectione cuiuſdam complacentiæ ſecundum quod diligere dicimur illud, quod approbamus, & quod eſſe volumus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas eſt quodammodo medium inter Deum & proximum: quia eſt ſimilitudo Dei, & etiam eſt ratio diligendi ipſum prximum, & ideo conſequitur ad dilectionem vtriuſque.

¶ Ad ſecundum dicendum quòd denominatio propriæ eſt ſecundum habitudinem accidentis ad ſubiectum, ſic autem dilectum non denominatur a dilectione: ſed magis ſicut obiectum, & ideo ratio non procedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in potentiis materialibus hoc contingit quòd potentia non reflectitur ſuper ſuum actū propter hoc, quòd determinata eſt ſecundum compilationem organi. viſus enim particularis non poteſt cognoſcere niſi illud, cuius ſpecies ſpiritualiter in pupilla poteſt recipi, & ideo viſus nō poteſt comprehendere ſuum actum. Si autem hoc eſſet neceſſarium, in omnibus, quòd actus cuiuſlibet potentiæ nō cognoſceretur a propria potentia: ſed a ſuperiore, tūc oporteret, vel quòd in potentiis animæ iretur in infinitum, vel remaneret aliquis actus animæ imperceptibilis. Et ideo dicendum, quòd potentię immateriales reflectuntur ſuper ſua obiecta, quia intellectus intelligit ſe intelligere, & ſimiliter voluntas vult ſe velle, & diligit ſe diligere. Cuius ratio eſt, quia actus potentiæ immaterialis non excluditur a ratione obiecti. obiectum enim voluntatis eſt bonum, & ſub hac ratione, diligit voluntas omne quod diligit, & ideo poteſt diligere actum ſuum inquantum eſt bonus. & Propo. 15. ſimiliter eſt ex parte intellectus, & propter hoc, libro de cauſis dicitur, quòd cuiuſcunque actio redit in eſſentiam agentis per quandam reflexionem, oportet eſſentiam eius ad ſeipſam redire, ideſt, in ſe ſubſiſtentem eſſe non ſuper aliud delatam, ideſt, non dependentem a materia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd actus dilectionis ſecūdū quod tendit in alterū, conſtat quòd differt numero ab actu dilectionis qui in alio diligitur, ſiue diligat ut obiectum, ſiue vt ratio diligendi. Sed quia etiam animam ſuam poteſt aliquis ex charitate diligere poteſt etiam ex charitate actum ſuę charitatis diligere. Et tunc diſtinguēdum eſt, quia, vel dilectio fertur in actum dilectionis proprium, ſicut in rationem dilectionis tatum. Et ſic conſtat, quòd eodem actu numero diligis diligens & actus eius, & ſic idem Di. 10. actus diligitur per actum, qui eſt ipſe. Vel diligit ut obiectum dilectionis, & ſic eſt alius actus dilectionis numero, qui diligitur, & quo diligitur. Sicut patet planius in actu intellectus. Cum. n. actus diſtinguantur per obiecta, oportet dicere diuerſos actꝰ, qui terminantur ad obiecta diuerſa. Vnde ſicut ſunt diuerſi actus quibꝰ intellectus intelligit equum & hominem, ita ſunt diuerſi actus in numero, quo intelligit equum & quod intelligit actum illis ſub ratio D. 32. & 41. & 103. & 104. & 624 ne actus. Nec eſt inconueniens, quòd in actibus animæ eatur in infinitum in potētia: dummodo actus non ſint infiniti in actu. Vnde etiam Auicenna concedit non eſſe impoſſibile quin relationes conſequentes actum animæ, multiplicentur in infinitū. 3. Met. c. 1

D

EXPOSITIO PRIMAE PARTIS TEXTVS

COnſequēs eſt, ut ipſa prędicta &c.{ Hoc intelligitur & de dilectione creata & increata. Qui enim diligit aliquem, vult ſe diligere illum, & ita actum dilectionis ſuæ diligit & in ipſo diligitur ipſa dilectio increata, ſicut exemplar in exemplato, quia nihil eſt bonum, vel diligibile, niſi ſecundum quod eſt in eo ſimilitudo boni increati. {Magis enim nouit dilectionem &c. {Totum quod ſequitur de certitudine dilectionis, ſiue de habitu creato intelligatur, ſiue de dilectione increata, exponitur ſecundum quod aliquid dicitur certum ex ſe, & non ex parte cognoſcentis: ſed actus dilectionis etiam ex parte cognoſcentis notus eſt: ſed utrum ex tali habitu procedat, incertum eſt. {Et quo niſi Deo plenus eſt. } Hoc ideo dicitur, quia cum dono charitatis etiam ipſe ſpiritus E ſanctus datur ſecundum quod nouo modo inhabitare dicitur creaturam per nouam ſimilitudinem ſuiipſius in ea{ Qui diligit, fratrem &c. } lumen comparatur charitati, non quantum ad 1. Io. 2. virtutem manifeſtationis, quia ſic magis ad dona pertinet intellectus. Sed quantum ad virtutem actionis, ſicut enim lumen eſt forma vrt motiua in tota natura: eo quòd eſt qualitas primi alterantis, ita charitas mouet, & informat omnia dona inquantum eſt ſimilitudo primi doni quod eſt ſpirituſſanctus. {Ipſam fraternam dilectionem ſolum &c. } hoc enim quod dicitur. Nam fraterna, interponitur per parentheſim. dicitur autē fraterna dilectio Deus eſſe, prędicatione cauſali per modū quo Diony. dicit, quòd eſſe diuinum eſt eſſe omnium, quia ab eo omne eſſe traducitur & exemplatur. {Non dicturi ſumus charitatem &c. } in hoc differt charitas ab aliis virtutibus ſecundum intentionem Magiſtri & Auguſt. quia alie uirtutes, quæ in ſe aliquid imperfectionis important in habente; ut fides patiētia & huiuſ- Dio. 4. c. de cæl. Hier.

huiuſmodi. ita ſunt a Deo, ꝙ in deo, non ſunt per eſſentiam. Charitas autem, quę nihil imperfectionis habet, etiam de deo eſſentialiter prædicatur, & ab eo in nobis eſt. Nec tamen ſequitur, quòd illa charitas, quæ forma mentis noſtræ eſt ſit illa eadem numero, quæ eſſentialiter de deo dicitur: ſicut etiam eſſe dicitur de deo proprie; nec tamen illud eſſe eſt idem numero, cum noſtro eſſe. { Nullum enim iſtorum diuido &c. } Videtur hoc eſſe falſum: quia ſapientia ponitur excellentiſſimum donorum.

¶ Ad quod dicendum, quòd ſecundum quòd dona con- †c. 32. to. 3.
diuiduntur virtutibus, ſapientia digniſſimum donorum dicitur. Et hanc dignitaté habet a charitate cui ſemper cõiungitur, ſecundum quam diuinam veritatem ſaporat. Si autem donum vniuerſaliter ſumatur pro omni eo, quod ex dei munere poſſidemus: ſic charitas ſimpliciter potiſſima ē, quæ nos fini coniungit.

ſit charitas, qua diligimus deũ, & proximum a pleriſque negatur. Dicunt enim, ſi ſpiritusſanctus charitas eſt patris, & filij & noſtra. eadem ergo charitas eſt, qua deus diligit nos, & qua nos diligimus eum. Hoc autem, ſanctorum authoritates negare videntur. Dicit enim Auguſt.† in lib. de ſpiritu & li- G
tera. Vnde eſt dilectio, niſi vnde, & ipſa fides, ideſt, a ſpirituſancto? Non enim eſſet in nobis, niſi diffunderetur, in cordibus per ſpiritumſanctum. Charitas autem dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris. non qua ipſe nos diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos; ſicut iuſtitia dei dicitur, qua nos iuſti eius munere efficimur, & domini ſalus, qua nos ſaluat, & fides Chriſti, qua nos fideles fa- H

## DIVISIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

HIc queritur ſi ſpirituſſanctus &c. } In parte iſta Magiſter obijcit contra prædeterminata. Et diuiditur in partes duas. In prima, obijcit per rationem, In ſecunda per authoritates. ibi { Supradictum eſt, quòd ſpirituſſanctus. } Prima in tres. Primo, ponit obiectionem. Secundo, reſponſionem. ibi { His itaque reſpondeo. } In tertio reſponſionis confirmationem. ibi { Vt autem certius. } Obiectio autem eſt duplex, vt patet in litera, & ſimiliter ſolutio. { Supradictum eſt. } Hic obijcit per authoritates, & diuiditur in tres partes, ſecundum tria quę contra Magiſtrum ex authoritatibus eliciuntur. Primum eſt, ꝙ alia eſt dilectio, qua nos diligimus deum, & deus diligit nos. dilectio autem qua deus diligit nos, eſt ſpirituſſanctus. ergo dilectio, qua nos diligimus deum eſt aliud, quàm ſpirituſſanctus. Secundum eſt, quòd dicitur charitas eſſe ex deo, ſicut & fides, ſed fides eſt ex deo, ita quòd non eſt deus. ergo & charitas, & hoc ponit ibi { Si aliud eſt inquiunt. } Tertium eſt, quòd charitas dicitur affectio, vel motus mentis, ſed ſpirituſſanctus, non eſt huiuſmodi. ergo &c. & hoc ponit ibi { Alias quoque. } Quælibet harum partium diuiditur in obiectionem, & ſolutionem.

## *QVAESTIO II.*

B

### Ad intelligentiam huius partis quinque quæruntur.

Primo, Vtrum charitas augeatur.
Secundo. De modo augmenti.
Tertio. Vtrum quolibet actu augeatur.
Quarto. Vtrum ſit aliquis terminus augmenti.
Quinto. Vtrum diminuatur.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum charitas augeatur.*

22. q. 24. 4. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd charitas, non augeatur. Nihil augetur, niſi quantum; ſed nullum ſimplex eſt quantum, quia omne quantum eſt diuiſibile. charitas autem eſt ſimplex habitus, & ita non eſt quantum per ſe, nec ſimiliter per accidens, cum eius ſubiectum, ſcilicet anima, ſit etiam indiuiſibile. ergo non augetur. Si dicis quòd quanta eſt, non quantitate molis, ſed virtutis;

¶ 2 Contra. Quantitas virtutis diuiditur, ſecundum obiecta in quę virtus poteſt: ſed in omnia obiecta charitatis poteſt quælibet charitas, quantumcunque parua. ergo non augetur, ſecundũ quantitatem virtutis.

¶ 3 Item. Cum augmentum ſit ſpecies mot⁹, quicquid augetur mouetur, & quod eſſentialiter augetur, eſſentialiter mouetur: ſed quod mouetur eſt corpus, vt probat Philoſophus, & qđ naturaliter mouetur corrumpitur, cum igitur charitas, non corrumpatur, quia Charitas, nunquam excidit. 1. Cor. 13. nec ſit corpus mobile, videtur quòd nõ eſſentialiter augeatur. 6. physic. tex. 32. †cap. 17.

¶ 4 Item. Cuius cauſa ſemper ſe habet eodem modo illud, neque augetur, neque minuitur, nec aliquo modo variatur; ſed cauſa immediata charitatis deus eſt, qui ſemper eodem modo ſe habet. ergo charitas, non variatur per augmentum.

cit. His verbis videtur monſtrari diſtinctio inter charitatem, qua nos deus diligit, & qua nos diligimus, & ſicut iuſtitia noſtra dicitur dei, non quòd ipſe ſit iuſtus ea: ſed quia ea nos iuſtos facit. Similiter & fides, & ſalus. ſic videtur dicta charitas dei, quæ eſt in nobis, non quòd ipſe ea diligat: ſed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem † in lib. 15. de trini. ait. Cum Ioannes commemoraſſet dei dilectionem, non qua nos eum, ſed qua nos ipſe dilexit. & miſit filium ſuũ litatorẽ ꝓ peccatis noſtris &c. Ecce, & hic videtur manifeſte diuidere dilectionem qua nos diligimns deum ab ea, qua ipſe diligit nos. Si ergo inquiunt ſpirituſſanctus dilectio eſt, qua deus diligit, & qua nos diligi-

¶ 5 Præt. Conſtat, quòd augmentum qualitatis, non poteſt reduci, ad aliquam ſpeciem motus, niſi ad alterationem. Sed alteratio, vt probat Philoſophus in ſeptimo phyſico. non eſt, niſi circa partem animæ ſenſitiuam, & circa obiecta eius. cum ergo charitas qualitas ſit, & ſit in parte intellectiua, aliquando eſſet in angelis, qui ſenſitiua carent; videtur, quòd non augeatur. Tex. 20.

CONTRA, Auguſtinus dicit Charitas, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit roborata perficitur: omne autem in quo progreſſus, ſecundum diuerſos gradus attenditur augetur. ergo &cæt. Tract. 5. ſupra Epiſto. Ioan. to. 9.

I ¶ Pręt. Per actum deuenimus in cognitionem habitus: ſed contingit actum charitatis intenſiorem fieri. ergo etiam & charitas augeri poteſt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd quidam poſuerunt charitatem eſſentialiter, non augeri, & horum fuit quadruplex opinio. Quidam enim dixerunt, vt Magiſter in litera, quòd charitas, ſecundum ſe non augetur: ſed dicitur augeri in nobis, inquantum nos in charitate proficimus, & hoc quia ponit charitatem eſſe ſpiritumſanctum, in quem variatio, non cadit. Sed hoc non poteſt ſtare. Quia non eſt intelligibile, quòd nos in charitate, quæ ſpirituſſanctus eſt proficiamus, niſi aliquid fiat in nobis, quod prius, non fuit, & hoc non poteſt eſſe tantum actus; cum omnis actus ſit ex virtute aliqua, & actus perfectus quali ſpirituſancto vnimur, eſt a virtute perfecta per habitum. Alij dixerunt, quòd charitas eſſentialiter, non augetur, ſed dicitur augeri, inquantum magis firmatur
K in ſubiecto, ſecundum ipſam radicationem. Sed ex hoc etiam ſequitur ipſam augeri eſſentialiter. Nulla enim forma poteſt intelligi magis firmari, in ſubiecto, niſi per hoc quòd habet maiorem victoriam ſuper ſubiectum ſuum. augmentum autem victorię redundat in augmentum virtutis, & per conſequens in augmentum eſſentiæ, quia virtus, ſi non eſt ipſa eſſentia, oportet quòd ſit ab eſſentia, & commenſuretur ſibi ſicut effectus cauſæ proximæ. Alij dixerunt, quòd charitas eſſentialiter, non augetur, ſed adueniente maiori charitate minor charitas, quæ inerat, deſtruitur. Hoc etiam non poteſt ſtare, quia nulla forma deſtruitur, niſi vel ex contrario agente, vel per accidens ex corruptione ſubiecti, cum igitur ſubiectum charitatis maneat, & charitas adueniens charitati inuentæ, non contrarietur: non poteſt eſſe, quòd deſtruatur, nec per ſe, nec per accidens, ſicut ignis paruus a magno igne propter conſumptionem materię. Alij dixerunt, quòd charitas, non augetur



augetur, niſi quantum ad feruorem. *Sed hoc etiam non poteſt* ſtare, quia feruor charitatis dupliciter accipitur. proprie & metaphorice. Metaphorice, ſecundum quòd dicimus charitatem eſſe calorem, & intenſionem actus charitatis metaphorice
Dio. c. 4. de di. nom. dicimus feruorem, ſecundum quòd Dionyſius ponit feruidum in amore angelorũ.
Sic autem feruor acceptus, eſt per ſe cõſequens eſſentiã charitatis. vnde non poteſt in tali feruore fieri augmentum, niſi ipſa charitas eſſentialiter augeatur, cũ ſimul varietur res, & omnia, quæ per ſe conſequuntur ipſam. Alio modo dicitur feruor, prout eſt in parte ſenſitiua: cum enim vires inferiores, ſequãtur motum ſuperiorum, ſi ſit intenſio, ſicut videmus, quòd ad apprehenſionem mulieris dilectę totum corpus exardeſcit, & mouetur, ita etiam quando affectus ſuperior mouetur in deum conſequitur, quędam impreſſio, etiam in virtutibus ſenſitiuis, ſecũdum quam incitantur ad obediendum diuino amori. Intenſio autem iſtius feruoris, non ſufficit ad augmentum charitatis, quia ſecundum augmentum iſtius feruoris, *non attenditur quantitas meriti, cum* conſiſtat in diſpoſitione corporis. Vnde magis feruentes, non ſemper magis merentur. Sed ille, qui dicitur creſcere in charitate, creſcit etiam in merito, ſi ſit in ſtatu merendi. Et ideo
D. 1051. dicendum, quòd charitas[d] eſſentialiter augetur. Sciendum tamen eſt, quòd augeri nihil aliud eſt, quàm ſumere maiorem quantitatem. vnde ſecundum quòd aliquid ſe habet ad quantitatem, ita ſe habet ad augmentum. Quantitas autem dicitur dupliciter: quædam virtualis, quædam dimenſiua. Virtualis quãtitas, non eſt ex genere ſuo quantitas, quia non diuiditur diuiſione eſſentię ſuæ, ſed magnitudo eius attenditur, ad aliquid diuiſibile extra, vel multiplicabile, quod eſt obiectum, vel actus virtutis. Sed ex genere ſuo eſt, vel forma accidentalis, *in genere qualitatis, vel forma ſubſtantialis*, quæ tamen non eſt maior, vel minor. Et ideo, augmentum ſecundum quantitatem virtutis, non pertinet ad ſpeciem motus, quæ augmentum dicitur: ſed magis ad alterationem, & hoc modo augetur charitas, & aliæ qualitates. Quantitas autem dimenſiua eſt quorundam per accidens, ſicut albedinis, quæ dicitur quanta ſecundum quantitatem ſuperficiei, vt in præ-
c. de quant. dicamentis dicitur. Vnde non augetur, niſi per accidens: ſed per ſe inuenitur in corporibus, quæ per ſe augentur. Hoc autem contingit dupliciter. Quia aliquando illud quod ſumit maiorem quantitatem, mouetur de quantitate minori in maiorem. Aliquando autem eſt ſine motu ipſius, quod augeri dicitur. vnde non quælibet pars augetur, ſicut quælibet pars moti, per ſe mouetur. Et hoc contingit, quando efficitur maior quantitas per additionem quantitatis, ſicut quando additur lignum ligno, vel linea lineę. vnde hoc eſt augmentum, ſed non motus augmenti. Quòd autem moueatur, aliquid ad maiorem quantitatem contingit dupliciter: vel ita quòd quantitas ſit per ſe terminus motus, vel quòd conſequatur terminum. Quando per ſe quantitas eſt terminus motus oportet, quòd ſit ibi additio ad totum, & quòd ad quamlibet partem, vt totum augeatur, & quælibet pars eius, ſicut eſt in animali, & in planta, & tunc proprie eſt motus augmenti. Vnde motus augmenti, non eſt niſi in habentibus nutritiuam. Conſequitur autem terminum motus, quando eſt ad formam aliquam, quam conſequitur aliqua quantitas. Cuilibet enim formæ debetur quantitas determinata, & quia motus, non

mus, duplex dilectio eſt, immo duo diuerſa eſt, quod abſurdum, & a veritate longe eſt. Nõ eſt ergo dilectio, qua nos diligimus, ſed qua Deus tantum diligit.

*Reſponſio ad prædicta determinans authoritates.*

HIs reſpondemus prædictarum authoritatũ verba determinantes, hoc modo. Charitas dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua ipſe nos diligit, ſed qua nos diligere facit &c. His verbis, non diuiditur nec diuerſa oſtenditur charitas, qua Deus nos diligit ab ea, qua nos diligimus, ſed potius, cum ſit vna atque eadem charitas, & dicatur ipſa dei charitas diuerſis de cauſis, & rationibus Dei charitas in ſcripturis appellari oſtenditur. Dicitur enim dei charitas, vel quia deus ea diligit nos, vel quia nos ea ſuos dilectores facit.

A ſpecificatur, niſi ab eo, quod eſt per ſe terminus motus, ideo talis motus: non dicitur per ſe motus augmenti, ſed vel generatio ſi ſit forma ſubſtantialis: ſicut quando ex aere ſit ignis, vel alteratio, quando eſt forma accidentalis, ſicut in rarefactione aeris patet.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd charitas, quàmuis non habeat quantitatem dimenſiuam, neque per ſe, neque per accidens, quia ſubiectum etiam ei⁹ non eſt quantum, tamen in ea quantitas virtutis eſt. ratione cuius augeri dicitur. ſicut & albedo, & calor. † Rom. 5.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quantitas virtutis attenditur dupliciter: vel quantum ad numerum obiectorum, & hoc eſt per modum quantitatis diſcretę: vel quantum ad intenſionem actus ſuper idem obiectum, & hoc eſt ſicut quantitas continua, & ita excreſcit virtus charitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitas non dicitur augeri, [d] quaſi ſubiectũ augmenti, cum ſit accidens; ſed quia ſecundum ipſam attẽ- D. 315
ditur augmentum: ſicut etiam quantitas augeri dicitur, & albedo variari, quando aliquid per albedinem variatur. Nec oportet, quòd ſi eſſentialiter augetur, quòd deſtruatur. Dicitur enim aliquid ſecundum eſſentiam ſuam moueri dupliciter: vel quia eſſentia eſt per ſe terminus motus: & ſic moueri [d] per eſſentiam, eſt eſſentiam amittere, & corrumpi: vel quia eſt ſecundum aliquid coniunctum eſſentiæ, quod eſt per ſe terminus motus, ſicut dicitur aliquid moueri eſſentialiter, dum ſecundum locum mouetur: quia D. 909
D ſecundum ſuam eſſentiam in loco eſt. Et ſic eſſentiale augmentum dicitur, quod eſt ſecundum quantitatem eſſentiam conſequentem, manente vna, & eadem eſſentia ſub diuerſa quantitate, ſiue quantitas ſit ipſa eſſentia rei, ſicut quantitas virtutis eſt idem cum ipſa virtute: & tamen mouetur per ſe loquendo, ſecũdum quantitatem, ſecundum maiorem, & minorem perfectionem virtutis, nec tunc per ſe ſecundum eſſentiã mouetur, quia eſſe ſuum retinet, ſiue ſit aliud ab eſſentia: ſicut patet in augmẽto corporali. Nec oportet, quòd omne, quod mouetur ſit corp⁹, niſi accipiatur de motu naturali, qualis non eſt motus animę.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quanuis cauſa efficiens charitatis ſit in ſe immobilis: tamen ſecundum ordinem ſapiẽtiæ ſuæ poteſt alicui maiorem charitatem præbere, pro beneplacito ſuę voluntatis, & ſecundum quod aliquis diuerſimode ſe ad charitatem præparat, qui etiam ſe habet aliquo modo ad charitatẽ, *vt cauſa materialis recipiens: ad cuius diuerſitatem etiam ſequitur variatio in effectu.*

E ¶ Ad quintum dicendum, quòd cum alteratio paſſiua includat in intellectu ſuo paſſionem, ſicut duplex eſt paſſio, ita & duplex eſt alteratio. Dicitur enim communiter paſſio vno modo omnis receptio; ſecundum etiam quòd intelligere pati dicitur. Et ſic etiam alteratio ſecundum iſtam paſſionem conſiſtit in qualibet variatione circa receptionem alicuius qualitatis. Et hoc modo poteſt eſſe alteratio, etiam in ſubſtantiis pure intellectualibus. et ſic alteratio poteſt eſſe in charitate. Alio modo dicitur proprie paſſio, quando abiicitur aliquid a ſubſtantia, & hoc eſt ex actione contrarij tranſmutantis. Et ſecundum iſtam paſſionem alteratio dicta non eſt, niſi circa ſenſibilia, & circa ſenſibilem partem animæ per ſe: & circa intellectum per accidens quantum ad illas qualitates, quæ in parte intellectiua ex ſenſibus oriuntur, ſicut ſunt omnes habitus acquiſiti, quorum non eſt charitas.

Cum ergo ab Apoſtolo † dicitur charitas Dei diffundi in cordibus noſtris, non eſt dicta charitas Dei, qua diligit nos, ſed qua facit nos dili-
B gere, ideſt, non ibi appellatur charitas dei, eo quod deus ea nos diligit, ſed eo, quòd nos ea ſui dilectores facit. Et quòd ea rõne poſſit dici charitas Dei, quia nos ea diligere facit ex ſimili genere locutionis oſtenditur: ſicut dicitur iuſtitia Dei, qua nos iuſtificat, & domini ſalus, qua nos ſaluat, & fides Chriſti, qua nos fideles facit.

*Determinatio ſecundæ.*

C Similiter & aliam exponimus authoritatem, vbi ait, dilectionẽ dei commemorati, non qua nos eum, ſed qua ipſe dilexit nos, ac ſi diceret: commemorat dile

ARTICVLVS II.

*b Vtrum charitas augeatur per additionem.*

22.q.24.5. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd charitas augeatur per additionem. Philoſophus enim dicit primo de generatione. augmentum eſt præexiſtenti quātitati additamentum. Si igitur charitas augetur, oportet quòd præexiſtenti charitati alia charitas addatur.

Tex. 32.

¶ 2 Item. Nihil poteſt augere charitatem, niſi deus, qui dedit, ſed deus non agit aliquid in anima de nouo, niſi per nouum influxū: non poteſt autē intelligi nouus in fluxus, niſi aliquid de nouo infundatur. ergo videtur, quòd charitas augeatur per hoc, quòd alia charitas de nouo infuſa præſenti addatur.

ctionem Dei: non ſecundum quòd nos ea diligimus deum: ſed ſecundum quòd ipſe ea diligit nos. Sed aliud eſt inquiunt quod magis vrget. dixit enim ſupra Augu. † quòd dilectio eſt a ſpirituſancto a quo fides. Sicut ergo fides, non eſt ſpirituſſanctus a quo eſt: ita nec charitas. quomodo enim charitas ſpirituſſanctus eſt, ſi ab ipſo eſt? Nam ſi ab ipſo eſt, & ipſe eſt. ergo ſpiritus a ſeipſo eſt. Ad quod dicimus: ſpirituſſanctus quidem a ſeipſo non eſt: ſed tamen & a ſeipſo datur nobis, vt

†De ſpiritu & litera. vbi ſup.

¶ 3 Item. Si non augetur per additionem nouæ charitatis a Deo, non videtur poſſe augeri, niſi per receſſum a contrario charitatis. Sed contra, augmentum charitatis poteſt eſſe in illis, in quibus nihil eſt de contrario charitatis: ſicut in angelo, & homine in ſtatu innocentiæ. ergo videtur, quòd iſto modo charitas, non augeatur, ſed prædicto modo.

¶ 4 Præt. Videtur ſecundum hoc, quòd Deus, non eſt cauſa augmenti charitatis, ſed homo, qui ſe a contrario charitatis refrenat ſicut a concupiſcentia, & hoc eſt inconueniens. ergo videtur, quòd non augeatur, niſi per additionem.

CONTRA. Simplex ſimplici additum, nihil maius efficit, vt probat Philoſophus: ſed charitas eſt quid ſimplex. ergo per additionem charitatis ad charitatem, non efficitur maior charitas.

1.de generatione. Tex. 8.

¶ Præt. Secundum Dionyſ. 5. cap. de diu. nom. tantum diſtat inter ipſas dei participationes, & participantes, quòd participatio, quanto ſimplicior eſt, tanto nobilior, participans vero quanto maiorem habet compoſitionem donorum participatorum, tanto nobilius eſt. ſicut eſſe eſt nobilius, quàm viuere, & viuere, quàm intelligere. ſi vnum ſine altero intelligatur. Omnibus enim eſſe præeligeretur, ſed quod habet plura ex his melius eſt. Sed charitas eſt quædam participatio diuinæ bonitatis. ergo quanto compoſitior eſt per additionem charitatis ad charitatem minus valebit. igitur ſi charitas augetur per additionem, quanto magis augetur, minus erit eligenda. hoc autem eſt ridiculum. ergo non augetur per additionem.

cap. 5. de di. no.

RESPONDEO, Dicendum, quòd eorum qui ponunt charitatem eſſentialiter augeri, dicta reuertuntur in duas opiniones, quarum vna eſt, quòd augetur per additionem charitatis ad charitatem. Alia eſt, quòd augetur per intenſionem ſecundum acceſſum ad terminum, & in hoc reuertitur, quòd quidam dicunt charitatem augeri, per multiplicationem ſui in anima, ſicut lux in aere. lux enim non augetur, niſi per intenſionem, ſicut aliæ qualitates. Primam autem poſitionem non poſſum intelligere, quia in omni additione oportet intelligere duo diuerſa, quorum vnum alteri additur. Si autem intelligantur duæ charitates, aut intelligentur diuerſæ, ſecundum ſpeciem, aut ſecundum numerum. Conſtat, quòd non ſecundum ſpeciem, cum omnes charitates, ſint in eadem ſpecie virtutis. Diuerſitas autem ſecundum numerum eſt ex diuerſitate materię, ſicut hæc albedo differt ab illa numero, quia eſt in diuerſo ſubiecto. vnde non poteſt qualitas addi qualitati, niſi per hoc, quòd ſubiectum ſubiecto additur. Charitas autem quæ poteſt addi, nunquam fuit in alio ſubiecto, antequam in iſto. & ſecundum hoc, quod eſt in iſto non differt numero ab alia charitate, in eodem exiſtente, vt probatum eſt. vnde nullo modo eſt intelligere, ibi additionem. Sed iſta poſitio prouenit ex falſa imaginatione, quia augmentum charitatis imaginati ſunt ad modum angmenti corporalis, in quo fit additio quantitatis ad quantitatem. Et ideo dico, quòd quando charitas augetur, nihil ibi additur: ſicut Philoſophus etiam dicit in quarto phyſico. quòd aliquid efficitur magis album, vel magis calidum, non per additionem alicuius albedinis, vel calo-

In hac diſ. quæſt. 1. ar. 1.

Tex. 84.

F ris, ſed quia illa qualitas, quæ prius inerat, intenditur, ſecundum propinquitatem ad terminum. Hæc autem intenſio contingit diuerſimode, in qualitatibus ſimplicibus, & compoſitis primis, & ſecundis. Qualitates enim compoſitę, vel ſecundę, intenduntur ſecundum intenſionem qualitatum primarum, ſicut ſapor, & ſanitas, & alia huiuſmodi, ſecundum intenſionem caloris, & frigoris, humoris, & ſiccitatis. Qualitates autem primę, & ſimplices, intenduntur ex cauſis ſuis, ſcilicet ex agente, & recipiente. Agēs enim intendit reducere patiens de potentia in actum ſuæ ſimilitudinis, quantumcunque poteſt: ſicut autem, non calidum eſt potentia caloris, ita minus calidum eſt potētia reſpectu magis calidi. Vnde ſicut per potentiam

ſupra dictum eſt. Dat enim ſeipſum nobis ſpirituſſanct⁹. & ex hoc ſenſu dictum eſt, quòd charitas ab ipſo eſt in nobis, & tamen ipſa ſpirituſſanctus eſt. fides autem eſt a ſpirituſancto, & non eſt ſpirituſſanctus, quia donum, vel datum, ſolummodo G eſt, non Deus dans.

*Quòd alias inducunt rationes, & auctoritates ad idem probandum.*

ALias quoque inducunt rationes ad idem oſtendendum, ſcilicet quòd

calidi efficitur de non calido calidum, non quòd ponatur ibi aliquis calor, ſed quia calor, qui eſt in potentia educitur in actum, ita etiam efficitur magis calidum per actionem calidi, inquantum educitur calor, qui inerat vt actus imperfectus, in maiorem perfectionem, & maiorem aſſimilationem agentis: & hoc contingit, ſecundum quòd potentia ſubiecta actui, quæ H quidem quantum in ſe eſt, ad multa ſe habet, magis ac magis terminatur ab actu illo. Vel quia augetur virtus agentis, ſicut ex coniunctione plurium luminarium intenditur illuminatio. Vel ex parte ipſius materiæ, ſecundum quòd magis efficitur ſuſceptibilior illius actus, ſicut aer quanto plus attenuatur fit ſuſceptibilior luminis. Intenſio autem charitatis, non contingit ex hoc, quòd virtus agentis fortificetur, ſed tantum ex hoc, quòd natura recipiens, quæ quantum in ſe eſt, diſpoſitionem quandam habet, ſecundum quòd eſt in potentia ad plura, magis ac magis præparatur ad ſuſceptionem gratiæ, ſecundum quòd ex dicta multitudine, ſcilicet confuſione potentialitatis, in vnum colligitur per operationes, quibus ad charitatem ſuſcipiendum præparatur, vt prius dictum eſt. Et ideo Diony. perfectum ſanctitatis ſemper deſignat, per hoc, quod eſt exparſa vita in vnicam conſurgere. Et ſic patet, quòd augmentum charitatis ſimile eſt augmento qualitatū naturalium: licet origo eius differat ab origine illarum. Cuius ratio eſt, quia I qualitates naturales educuntur de potentia materiæ, quarum inchoationes, quaſdam materię Deus opere creationis indidit, & ideo quando in actum procedunt, eſt exitus de imperfecto ad perfectum. Dona autem gratuita, non educuntur, quaſi de potentia naturæ, quia nihil eſt in potentia naturali, quod per agens naturale educi non poſſit. Et ideo origo gratiæ eſt per nouam infuſionem, ſed augmentum eius eſt per hoc, quòd de imperfecto ad perfectum, actus infuſus educitur.

Arti. 1. iſti⁹ quæſtio.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd propoſitio philoſophi intelligitur de augmento corporali, quod fit ſemper per additionem quantitatis, quia in hac materia ab ipſo proponitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd deus vna & eadem [d] operatione agit in omnia, quæ ſunt, quàmuis forte illa operatio differat ſolum ſecundum rationem, ſecundum quod exit a ratione diuerſorum attributorum, vel diuerſarum idearum. Vnde dico, quòd vna, & eadem operatione infunditur gratia, & augetur: K nec eſt diuerſitas, niſi ex parte recipientis, quod ex illa operatione plus minuſue recipit, ſecundum quod ad eam diuerſimode præparatur, ſicut eadem irradiatione ſolis efficitur aer clarus, & magis clarus depulſis nebuloſis vaporibus, qui receptionem luminis impediebant. vnde non oportet, quòd ſit ibi alia, & alia claritas.

D. 31.

¶ Pręt. Etiam ſi eſſent duæ operationes, non oporteret, quòd terminarentur ad duo diuerſa, ſecundum ſubſtantiam, ſed primo terminaretur ad eſſe charitatis imperfectæ. Secundo, ad eandem charitatem, ſecundum perfectionem, ſecundum quod aliquid educitur de imperfecto, ad perfectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non eſt de ratione intenſionis alicuius qualitatis, quòd ſit per remotionem a contrario, ſed hoc accidit qualitati, ſecundum quod ineſt in ſubiecto participante contrarium. Sed hoc eſt de neceſſitate intenſionis, quòd qualitas



qualitas educatur de imperfecto ad perfectum ſicut patet de A diaphano, in quo nihil eſt contrarium luci, quòd poteſt lumen intendi, ſecundum crementum virtutis illuminantis. Hæc autem imperfectio eſt ex potentialitate ipſius naturæ, quæ ſubijcitur perfectioni, & actui. Cum enim omnis potentia receptiua ad multa ſe habeat ſecundū iſtā multitudinem ipſi⁹ diſſimile eſt principio agenti, quod eſt terminatum ad actū vnum, & ſecundum quòd iſta confuſio potentialitatis magis ſubijcitur actui, perfectior perficitur actus, & ipſum perfectum magis efficitur vnum, & magis aſſimilatum principio agenti. Hęc autem confuſio potentialitatis, eſt in qualibet natura creata, ſecundum quod nō dum eſt perfecta per actum. Vnde etiam per iſtum modum ponit Diony. cap. 3. cæleſt. hierar. purgationem in angelis, ſcilicet ſecūdum qđ remouentur a confuſione diſſimilitudinis.

†c. 10. to. 3.

charitas, nō ſit ſpirituſſanctus, quia charitas affectio mētis eſt & motus animi. ſpirituſſanctus vero non eſt affectio animi, vel motus mentis: quia ſpirituſſanctus immutabilis eſt, & increatus: non eſt ergo charitas.

B

*Quòd charitas eſt motus, uel affectus animi.*

QVòd autem charitas ſit affectio animi, & motus mentis authoritatibus confirmat. Dicit enim Auguſt. † in tertio libro de doctrina Chriſtiana. Charitatem voco, motum animi ad fruendum deo propter ipſum, & ſe ac proximo propter Deum. Idem in lib. de moribus eccleſiæ catholicę, tractans illud ver C bum † Apoſtoli. Nec mors, nec vita ſeparabit nos a charitate

†Rom. 8.

¶ Ad quartum dicendum, quòd codē modo ſumus cauſa augmenti gratiæ, ſicut & cauſa ipſius gratiæ, ſcilicet per modum diſpoſitionis tantum. Sed efficientia vtrobique eſt ex parte ipſius Dei, ſicut patet ex his, quæ ſupra dicta ſunt.

In corp. ar.

ARTICVLVS III.

*Vtrum charitas augeatur quolibet actu.*

22.q.24. art. 6. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd charitas quolibet actu augeatur. Vbi enim eadem cauſa eſt, & idem effectus. Sed omnes actus charitatis ſunt eiuſdem ſpeciei, quantum ad eſſe morale, ſicut omnes actus fortitudinis. ergo cum aliquis actus charitatis charitatem augeat, videtur etiam quòd quilibet actus.

¶ 2 Item. Quod facere poteſt maius, poteſt etiam facere minus: ſed quolibet actu charitatis meretur, quis vitam ęternam. ergo & poteſt mereri augmentum charitatis.

¶ 3 Præt. Quilibet actus charitatis eſt longe potentior quantum ad eſſe gratię, quàm actus qui ſunt ex naturalibus tantum, ſed per actus, qui ſunt tantum ex naturalibus homo præparatur per modum diſpoſitionis ad recipiendum gratiam. ergo multo magis, per quemlibet actum charitatis diſponitur ad charitatis augmentum.

CONTRA. Ex eiſdem principiis, ex quibus aliquid naſcitur, & augmentatur: ſed vnus actus, non ſufficit ad diſpoſitionem, vt charitas infundatur. ergo nec ad hoc vt augeatur. Probatio medie: Maiorem cauſalitatem habet actus noſter ad virtutem acquiſitam, quàm ad charitatem infuſam: ſed vnus actus, non ſufficit ad generationem virtutis acquiſite, quinimmo ex frequenti bene agere fit homo bonus ſecundum Philoſophum. ergo multo minus vnus actus ſufficit diſponere ad charitatem.

2. Ethi. c. 1.

¶ Item ſecundum augmentum charitatis augetur etiam præmium ſubſtantiale: ſed non quolibet actu charitatis augetur pręmium ſubſtantiale. Dicitur enim communiter, quòd pluribus operibus in charitate factis, non plus meretur, quis quantum ad augmentum præmij ſubſtantialis, quàm vno actu ex æquali charitate facto. ergo non quolibet actu charitatis charitas augetur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd non eodem modo ſe habet actus informatus charitatę ad augmentum charitatis, & actus præcedens charitatem ad habendam charitatem. Actus enim qui eſt ex charitate ordinatur ad augmentum charitatis, & per modum diſpoſitionis, & per modum meriti, ſed actus præcedens charitatem ordinatur, ad conſequendum charitatem ſolum per modum diſpoſitionis, vt ſupra dictum eſt, & non per modum meriti, quia ante charitatem nullum poteſt eſſe meritum. Neuter autem actus ordinatur ad habendam, vel augmentandam charitatem, per modum alicuius efficientiæ, ſicut actus noſtri, ad habendum habitus, acquiſitos. Sciendum eſt igitur, quòd actus, qui præcedit charitatem quandoque vnus ſolus diſponit vltima diſpoſitione, vt infundat charitas, ſecundum [d] immobilitatem diuinę bonitatis, per quam vnicuique largitur, ſecundum quod pręparatum eſt ad recipiendum. Quandoque autem vnus actus, non diſponit niſi diſpoſitione remota. & ſequens actus magis diſponit, & ſic deinceps, ſecundum quod ex multis bonis actibus peruenitur ad vltimam diſpoſitionem, inquantum actus ſequens, ſemper agit in virtute omnium præcedentium, vt patet in guttis cauantibus lapidem, quòd non quilibet aufert aliquid de lapide, ſed omnes pręcedentes diſponunt, & vna vltima agens in virtute omnium præcedentium, inquantum ſcilicet, inuenit materiam diſpoſitam per præcedentes, complet cauationem. Hoc autem ideo contingit, quia homo eſt dominus ſui actus. Vnde poteſt agere, ſecundum totam virtutem naturæ ſuæ, vel ſecundum partem, quod non contingit in illis, quæ agunt ex neceſſitate naturæ. ſemper enim agunt tota virtute ſua. Quando ergo ita eſt, quòd homo non habens charitatem ex tota virtute bonitatis naturalis ſibi indite mouetur ad charitatem: tunc vnus actus diſponit [d] eum vltima diſpoſitione, vt charitas ſibi detur. Quando vero non D ſecundum totam virtutem, ſed ſecundum aliquid eius præparatur ad charitatem: tunc actus non eſt ſicut diſpoſitio vltima, ſed remota, & per plures actus poterit peruenire ad diſpoſitionem vltimam. Similiter dico ex parte alia, quòd quando actus charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad virtutem naturæ, & quantum ad virtutem habitus infuſi: tunc vnus actus diſponit, & meretur augmentum charitatis, vt ſtatim fiat. Quando autem non ſecundum totam virtutem procedit actus ille, tunc eſt vt diſpoſitio remota, & poterit tunc per plures actus peruenire ad augmentum charitatis, non tamen de neceſſitate: quia homo quantumcunque ſit diſpoſitus poteſt non agere, ſecundum rationem diſpoſitionis illius, quod non contingit in diſpoſitionibus, non voluntariis ratione iam dicta.

Art. ãnced.

†c. 11. to. 1.

D. 311. & 316.

†Pſal. 70.

D. 314

Dei. †Charitas Dei, inquit, hic dicta eſt virtus, quæ animi noſtri rectisſima affectio eſt, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur, quòd charitas eſt affectio, & motus animi. ac per B hoc, non videtur eſſe ſpirituſſanctus.

*Reſponſio determinans authoritates.*

AD quod dicimus hoc ita eſſe †dictum, ſicut dicitur Deus eſt ſpes noſtra, & patientia noſtra, quia facit nos ſperare, & pati. Ita charitas dicitur eſſe motus ſiue affectio animi, quia per eam mouetur, & afficitur animus ad C diligendum Deum. non autem mireris ſi charitas cum ſit ſpirituſſanctus, dicatur mot⁹ men

Paulo ſup.

AD RRIMVM igitur dicendum, quòd non eodem modo ſe habet quilibet actus charitatis, eo quòd vnus poteſt eſſe magis intenſus, & etiam vnus poteſt eſſe diſponens in virtute plu- E rium præcedentium, vt dictum eſt. & ideo non ſequitur idem effectus.

In cor. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd præmium ſubſtantiale vitæ æternæ ordinatur, ſicut finis ad actus charitatis, & commenſuratur adinuicem, non ſecundum æquiperantiam: ſed ſecundum proportionem. Vnde actui charitatis debetur præmium ſubſtantiale, & actui maioris charitatis, maius præmium. Vnde quilibet actus charitatis, inquantum eſt informatus tali habitu ordinatur ad præmium ſubſtantiale: non tamen ad augmentum præmij: ſicut nec ad augmentum charitatis, ſecundum quod charitas remanet primum principium merendi, ſed ſolum ſecundum quod augmentum charitatis pertinet ad perfectionem præmij.

¶ Ad tertium iam patet, reſponſio per id, quod dictum eſt: quia actus charitatis excedit actum præcedentem charitatem in hoc quòd habet virtutem merendi: & ita accedit plus ad cauſalitatem charitatis, quàm actus præcedens charitatem.

Vbi ſupra.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliqua perfectio introducatur, duo requiruntur. Vnum ex parte introducentis, vt ſua operatio commenſuretur, ſecuudum æqualitatem perfectioni introducendæ. Non enim ex parua calefactione inducitur calor ignis, ſed ex tali calefactione, quę habet æqualem virtutem ad minus ex ſuo principio calori ignis. Aliud ex parte recipientis, vt diſpoſitio ſua proportionetur eodem modo perfectioni inducendæ. Contingit autem quandoque, ſicut in operibus animę, quòd aliquid diſponitur, & pfectionē recipit a ſeipſo, vt in ſcientia, & virtute patet. Vnde ad perfectam diſpoſitionem ſufficit, quòd anima operetur, ſecundum virtutē proportionatam illi perfectioni, quæ inducenda eſt, & quia tota capacitas animæ vix ſufficit ad receptionem tantæ perfectionis, quanta eſt charitas, niſi Deus de ſua liberalitate ſuppleret: ideo ad hoc, quòd ſit in anima vltima diſpoſitio ad charitatem requiritur actus, qui ſit ſecundum totam virtutem ſuam, & iſte ſufficit quantum in nobis eſt. Sed minor non ſufficit ad talem diſpoſitionem. Vlterius in illis perfectionibus, in quibus qer actum animæ, non tantum eſt diſpoſitio: ſed etiam ipſa perfectio exigitur, quòd actus ipſius animæ ſit proportionatus, & æqualis in virtute ipſi perfectioni introducendæ. Omnis autem habitus de ratione ſua habet, quòd ſit difficile mobilis, ideſt, habet firmitatem quandam. Vnde quando vna actio animæ habet firmitatem, inducit habitum, ſicut patet, quòd vna demonſtratio propter ſui certitudinem, & firmitatem facit habitum ſcientiæ. Quando autem vnus actus, non habet firmitatem, non ſufficit vnus: ſed oportet, quòd ſint plures. Vnde ex vno argumento dialectico, non generatur opinio, ſed ex pluribus congregatis. Ita etiam quia actus voluntatis humanæ, non habet firmitatem, cum voluntas indeterminate ſe habeat ad multa. habitus virtutum politicarum, qui acquiruntur per actus voluntatis, non poſſunt acquiri tantum per vnum actum: ſed oportet quòd multi conueniant. Habitus autem charitatis, non habet firmitatem per actum animæ, ſed a cauſa ſua, quę Deus eſt. & ideo vnus actus voluntatis poteſt ſufficere ad hoc, quòd charitas infundatur, & ſimiliter ad hoc, quòd augeatur.

†Sapien. 8. tis, cum etiam in libro†Sapientiæ, dicatur de ſpiritu Sapientiæ, quæ attingit a fine vſque ad finem, qui eſt actus mobilis, certus, incoinquinatus, quod non ideo dicitur, quòd Sapientia ſit aliquid mobile, vel actus aliquis, ſed quia ſui immobilitate omnia attingit, non locali G motu, ſed vt vbique ſemper ſit, & nuſquam incluſa teneatur. Sic ergo charitas dicitur motus animi, non quòd ipſa ſit motus, vel affectio, vel virtus animi, ſed quia per eam, quaſi eſſet virtus afficitur mens[a], & mouetur. Sed ſi charitas ſpiritusſanctus eſt, qui operatur in ſingulis prout vult, cum per eum mens hominis afficiatur, & moueatur ad credendum, vel ſperandum, & huiuſmodi, ſicut ad diligendum. quare non ſic dicitur charitas motus, vel affectio mentis, ad credendum vel ſperandum, ſicut ad diligendum? Ad quod ſane dici poteſt, quia alios actus, atq; motus virtutum operatur charitas, ideſt, ſpirituſſanctus me-

In reſp. ad 2. iſtius art. ¶ Ad quintum dicendum, quòd quando eſt talis actus charitatis, qualis requiritur ad augmentum charitatis, tunc etiam augetur præmium ſubſtantiale, quod debetur charitati maiori conſequenti actum, non charitati, quæ eſt radix actus. Non autem omnes ſunt tales, vt dictum eſt, & ideo ad multitudinem actuum, non ſequitur de neceſſitate augmentum præmij ſubſtantialis.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum augmentum charitatis habeat, aliquem terminum.*

22. q. 24. ar. 7. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd augmentum charitatis habeat aliquem terminum. Perfectio enim non excedit capacitatem perfectibilis, ſed capacitas animæ finita eſt. ergo non poteſt recipere, niſi perfectionem finitam, ſed omnis motus qui eſt ad finitum, finitus eſt. ergo augmentum charitatis, quod eſt ad perfectionem animę eſt finitū.

¶ 2 Præt. Nihil ordinate mouetur, ad id quod conſequi, non poteſt ſecundum philoſophum: ſicut, qui non poteſt eſſe in Aegypto, non mouetur ordinate ad eundum illuc, ſed in infinitum diſtans nullus poteſt conſequi, cum nullus motus poſſit eſſe, ſecundum diſtantiam infinitam. ergo nullus motus eſt infinitus; ſed augmentum charitatis eſt quidam motus. ergo venit ad aliquem terminum. [3. Phyſico. Tex. 47. & 6. phy. tex. 31.]

¶ 3 Præt. Sicut infra dicit Magiſter gratia Chriſti, nihil poteſt etiam Deus maius facere: ſed ſi augmentum charitatis, & gratiæ eſſet in infinitum, qualibet charitate poſſet eſſe aliqua maior. ergo non eſt infinitum. Et ſimiliter poteſt dici de beata Virgine, de qua dicit Anſel, quòd ea puritate nituit, qua ma- [In. 3. d. 13. De concep. virg. c. 18.]

F ior ſub Deo nequit intelligi. Et ſimiliter etiam de beatis, quorum charitas augeri non poteſt. Per quę omnia videtur, quòd augmentum charitatis veniet ad terminum aliquem, qui augeri non poteſt.

CONTRA. augmentum charitatis eſt, ſecundum maiorem aſſimilationem ad Deum: ſed quantumcunque aliquis accedat ad Dei ſimilitudinem ſemper in infinitum diſtat ab eo. ergo ſemper magis poteſt accedere, & ita videtur, quòd augmentum charitatis, ſit in infinitum.

¶ Præte. Quando charitatis actus procedit a maiori charitate maioris eſt virtutis in merendo, ſed actus charitatis imperfecte meretur augmentum charitatis. ergo multo magis merebitur, quando charitas magis perficietur, & ita augmentum charitatis, nunquam ſtabit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd de termino[d] augmenti charitatis dupliciter poſſumus loqui. Aut quantum ad id quod eſt: aut quantum ad id quod poteſt eſſe. Sicut etiam dicimus quòd ſummum malum, non eſt quo non poſſit eſſe aliquid peius, tamen aliquid eſt ſumme malum, quo nihil eſt peius. Si- D. 313.
H militer dico, quòd augmentum charitatis peruenit ad aliquem terminum, vltra quem charitas, non augetur in quolibet homine, non tamen peruenit ad aliquem terminum, vltra quem non poſſit augeri. Cuius ratio eſt ex parte eius, quod mouetur, ſecundum hoc augmentum, & ex parte eius, ad quod mouetur. Id autem ad quod mouetur anima in augmento charitatis eſt ſimilitudo diuinæ charitatis, cui aſſimilatur, ad quam cum infinita ſit in infinitum poteſt accedi plus, & plus, & nunquam adęquabitur perfecte. Ex parte autem eius, quod mouetur eſt, quòd ipſa anima, quantum plus recipit de bonitate diuina, & lumine gratię ipſius; tanto capacior efficitur ad recipiendum: & ideo quanto plus recipit tanto plus poteſt recipere. Cuius ratio eſt, quia potentię materiales ſunt terminatæ, & finitæ, ſecundum exigentiam materiæ: & ideo non poſſunt recipere, niſi ſecundum proportionem materię. potentiæ autem immateriales, non limitantur ex materia, ſed magis ſecundum quantitatem bonitatis diuinæ in eis perceptæ. Vnde
I quanto plus additur de bonitate tanto magis eſt de potentia ad capacitatem. ſicut patet de exemplo philoſophi de ſenſu, & intellectu. 3. de anima. Dicit enim quòd ſenſus a fortibus ſenſi- Tex. 7.
bilibus corrumpuntur, & non augetur eorum capacitas, quia ſunt potentiæ materiales: ſed intellectus quanto magis intelligit difficilia tanto etiam plus poteſt: ita etiam quanto natura ſpiritualis plus recipit de charitate plus poteſt recipere. Quidam autem comparantes capacitatem ſubſtantiæ ſpiritualis capacitati ſubſtantiæ materialis dixerunt, quòd eſt terminus in augmento charitatis, ſecundum capacitatem naturæ, ſcilicet, quòd tantum recipit de charitate, quòd impleatur capacitas prima quę erat ex natura, nec poteſt plus recipere. Et ponunt exemplum de aere, qui habet terminum ſubtilitatis ſuæ, quem non excedit. vnde poteſt in eo intendi lumen, ſecundum quod magis, & magis depuratur a vaporibus permiſtis, ſed quando peruenitur ad puritatem naturæ ſuæ, non poteſt amplius puri-
K ficari, nec illuminari ab eodem illuminante. Sed non eſt ſimile de capacitate ſubſtantiæ materialis, & ſpiritus, vt dictum eſt. In hac diſt. q. 1. ar. 3.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quàmuis capacitas animæ ſit[d] finita in actu, tamen poteſt plus, & plus in infinitum elongari, ſecundum quòd plus, & plus recipit. Nun- D. 202.
quam tamen erit infinita, nec recipiet perfectionem infinitam: ſicut etiam patet in additione numeri, qui in infinitum eſt impoſſibilis, nunquam tamen eſt, aliquis numerus infinitus in actu, quia potentia additionis numerorum, vt dicit Commen. in 3. phyſico. non eſt vna, ſed ſemper ex noua additione Tex. 68.
efficitur alia potentia in numero, ſecundum quòd efficitur noua ſpecies numeri. Vnde quælibet potentia poteſt exire, in actum, non tamen poteſt eſſe, vt omnes exeant in actum, quia in quolibet actu additur etiam potentia. Et ita eſt etiam hoc de capacitate animæ.

¶ Ad



¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quodlibet augmentum charitatis terminatum eſt, & eſt ad terminum quem conſequi poteſt homo: ſed tamen ille terminus, cum non ſit actus purus eſt permiſtus potentiæ. vnde adhuc poteſt eſſe aliud augmentum numero, & ita in infinitum augmentum ſuccedere augmento. & hoc modo intelligitur augmentū charitatis interminatū.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia Chriſti, quàmuis ſecundum eſſentiā eſſet finita, tamen ſecundum quid fuit infinita, inquantum ſcilicet erat diſpoſitio congruitatis ad vnionem, & inquantum concurrebat in operationem Chriſti, qui erat virtutis infinitę ex hoc, ꝙ erat perſona diuina, & aliis modis, vt dicetur in tertio. Et ex hoc habebat, ꝙ non poterat augeri. [diſt. 17. q. 1. ar. 2. q. 3.] Ad illud, quod obijcitur de beata virgine dicendum eſt, ꝙ differt puritatis augmentum & charitatis. Augmentum enim puritatis eſt, ſecundum receſſum a contrario, & quia in beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo peruenit ad ſummum puritatis, ſub Deo tamen in quo non eſt aliqua potentia deficiendi, quę eſt in qualibet creatura quantum in ſe eſt. Charitatis autem augmentum eſt, per acceſſum ad diuinam bonitatem, & ideo non habuit beata Virgo ſummam charitatem, qua maior non poſſit intelligi, quia etiam profecit in charitate & gratia. Ad illud, quod obijcitur de beatis dicendum, quòd charitas non augetur in eis, propter conditionem ſtatus, quia non ſunt in via, ſed in termino viæ. vnde datur eis premium, ſecundum illud, quod charitas in ſtatu viæ in eis creuit.

diantibus virtutibus, quarum actus ſunt, vtpote actū fidei, id eſt, credere fide media, & actum ſpei, ideſt, ſperare media ſpe. Per fidem enim & ſpem, prædictos operatur actus. diligendi vero actum per ſe tantum ſine alicuius virtutis medio operatur, ideſt, diligere B Aliter ergo hunc actum operatur, quàm alios virtutum actus. Ideoque differenter de hoc, & de aliis loquitur Scriptura, quæ iſtum ſpecialiter charitati tribuit. Eſt ergo charitas vere ſpirituſſanctus. vnde Auguſtinus†premiſſum Apoſtòli verbum tractans in eodem libro, charitatem dicit eſſe bonū, quo nil melius eſt. & per hoc ipſam eſſe Deum ſignificat dicens. Si nulla res †ab eius charitate nos ſeparat, quid eſſe non ſolum melius, ſed etiam certius hoc bono poteſt? Ecce dicit, quia charitate nihil eſt melius. charitas ergo ſpirituſſanctus eſt, qui eſt Deus, & donum Dei, ſiue datum, qui diuidit ſingulis fidelibus dona. nec ipſe diuiditur, ſed indiuiſus ſingulis datur. Vnde Aug. †vbi Ioan. dicit non ad menſurā dari Chriſto ſpiritum ait, cæteris vero diuiditur, non quidem ipſe ſpiritus, ſed dona eius. [†de mori. Eccleſ. c. 1 to. 1.] [†Tract. 74. ſup. Io. to. 9 Io. 3.]

ARTICVLVS V.

*e Vtrum charitas minuatur.*

2. 2. q. 24. ar. 10. AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd charitas minuatur. Contraria enim nata ſunt fieri circa idem: ſed augmentum, & diminutio ſunt contraria, cum igitur charitas augeatur: videtur, quòd minuatur.

In Enchir. c. 121. to. 3. 10. conf. 29. to. 1. ¶ 2 Item. Aug. dicit, vbi magna cupiditas, ibi parna charitas. Et alibi. Minus te amat, qui aliquid tecum amat: ſed contingit cupiditatem augeri. ergo etiam charitatem cōtingit minui.

¶ 3 Præte. Veniale peccatum eſt malum culpæ: ſed omne malum aliquod bonum adimit ſibi oppoſitum, cum igitur malo culpæ opponatur bonum gratiæ, vel charitas: adimet veniale peccatum bonum charitatis: ſed non adimit totum, quia ſic excluderet a regno. ſola enim charitas diuidit inter filios regni, & perditionis, ſecundum Augu. & ſic eſſet mortale. ergo adimit aliquid eius. ergo diminuit ipſam. [15. de trin. c. 18. to. 3.]

¶ 4 Item. Secundum quod aliquis ſe diſponit ad charitatem, & gratiam ſecundum hoc ſibi Deus infundit, quia ſecundum Auguſt. lumen diuinæ gratiæ omnibus preſens eſt. Sed quòd aliqui non ſuſcipiant eam eſt. quia auertunt ſe ab illo: ſicut qui claudit oculos ad lumen ſolis: ſed contingit, quòd aliquis minus diſponit ſe ad charitatem, quàm prius fecerat. ergo minus participabit de lumine gratiæ & de charitate. [de ſpū, & aīa c. 17. to. 3.]

CONTRA. quęlibet charitas creata eſt finita: ſed omne finitum, ſecundum philoſophum primo phyſico. conſumitur per ablationem, ablato quodam ſemper, & ſemper. ſi igitur veniale diminuit aliquid de charitate ſequens etiam diminuet, & ſic multiplicatis venialibus tota charitas tolletur, ſed charitas non tolletur, niſi per mortale peccatum. ergo multa venialia fient vnum mortale, quod nullus ponit. Si dicas, quòd in iſta ablatione eſt ſicut in diuiſione continui, quæ eſt in infinitum, ſi fiat ſecundum eandem proportionem, & non ſecundum eandem quantitatem. [Text. 37.]

¶ CONTRA. Quando eſt diuiſio ſecundum eandem proportionem, illud quod poſt aufertur ſemper eſt minus eo, quod
A prius auferebatur, ſicut ſi primo auferatur tertia pars lineæ, & poſtea tertia illius reſidui, & ſic deinceps, ſemper acceptum poſt, erit minus ſecundum quantitatem. Sed ꝙ ſequens veniale, non habet minorem virtutem, quam primum poteſt contingere. ergo adimet de charitate, quantum & primum, & ita ex toto charitas conſumetur per ablationem.

RESPONDEO, Dicēdum, quòd charitas, non poteſt diminui eſſentialiter, niſi forte per ſucceſſionem, ita ſcilicet quòd deſtruatur charitàs, quæ ineſt per mortale peccatum, & poſtmodum minor infundatur, per minorem præparationem. Et cauſa huius eſt, quia cauſa diminutionis charitatis, non poteſt ſumi ex parte [d] Dei, cū nullus defectus reducatur in ipſum, qui eſt actus completus ſicut i cauſam, oporteret ergo, ſi charitas diminuatur, quòd diminutionis cauſa ex parte noſtra ſuſcipiatur. Defectus autem contingens ex parte noſtra, vel eſt D. 435
C ex ceſſatione actus, vel ex inordinatione. Ex ceſſatione actus, non poteſt remitti charitas, ſicut habitus virtutum acquiſitarum, ſecundum id quod in ſe eſt. Firmitas enim charitatis ipſius, non eſt ex actu noſtro, ſed ex principio influente, vt dictum eſt. Vnde ceſſantibus actibus, manet nihilominus idem robur charitatis. Sed verum eſt, quòd per actus frequentes diſponuntur omnes vires animę, & membra corporis redigun- [In hac diſt q. 2. ar. 2.]
tur in obſequium charitatis, in quo conſiſtit feruor, vt dictum eſt, & ideo ex ocio teſcit charitatis feruor. Habitus autem acquiſitarum virtutum, robur & firmitatem habent ex noſtris operibus. vnde ceſſantibus operibus, remittitur robur virtutis etiam in ſe. Inordinatio autem actus, vel eſt circa finem, vel circa ea, quæ ſunt ad finem. Si circa finem, ita ſcilicet quòd finis tollatur, ſic charitas, ſecundum quam adhæretur fini, tollitur. & hoc fit per mortale peccatum. Si autem circa ea, quæ ſunt ad finem, ita ſcilicet quòd finis remaneat, & inordinate [In hac diſt. q. 1. ar. 2.]
D aliquis immoretur circa ea quæ ſunt ad finem, talis inordinatio, quę eſt peccati venialis, non attingit charitatem, quæ eſt ſecundum adhæſionem finis, & ideo nihil diminuit de ipſa. Sed verum eſt, quòd ſicut ea quæ ſunt ad finem diſponunt ad finem, ita inordinatio in eis eſt diſpoſitio ad inordinationem, quæ eſt circa finem, ſecundum quod dicimus, quòd veniale peccatum eſt diſpoſitio ad mortale. Vnde per huiuſmodi venialia, diſponitur quis ad amiſſionem charitatis. Et inde eſt, quòd charitas dicitur diminui, quantum ad radicationem, & feruorem[a], & non quantum ad eſſentiam. Quantum ad radicationem quidem, ſecundum quod fit diſpoſitio ad contrarium. vnde minuitur firma inhæſio charitatis. Secundum feruorem vero, prout impeditur obedientia inferiorum virium ad ſuperiores, ex quo dictus feruor cauſabatur.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd contraria nata ſunt fieri circa idem, niſi alterum naturaliter inſit. Et dicitur na-
E turaliter ineſſe, quando conſequitur cauſas eius. Vnde dico, quòd augmentabilitas, quia ex parte ſuſcipientis, & influentis poteſt eſſe aliqua cauſa augmenti, & non diminutionis, vt dictum eſt. In corp. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd commenſuratio cupiditatis & charitatis per oppoſitum, poteſt intelligi dupliciter. Vel quantum ad ipſum fieri charitatis, vel quantum ad eſſe. Si quantum ad fieri, tunc verum eſt, quòd quanto per actus inordinatos magis dominatur in eo cupiditas, minus diſponitur ad charitatem, vel augmentum eius, quia ad habendum charitatem, vel ad perficiendum in ea diſponuntur actus noſtri. Si quantum ad eſſe, tunc cum actus noſtri, non ſint cauſa eſſe ipſius charitatis ex inordinatione actuum per cupiditatem, nihil derogatur charitati quantum ad ſuum eſſe, ſed ſolum quantum ad feruorem, ſecundum quod dehabilitantur inferiores partes a charitatis obedientia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd veniale non pōt adimere aliq̄d de charitate, quia non attingit ad illā partē aīæ, vbi eſt charitas.

*An concedendum ſit, quòd per donum donentur dona.*

HIc queritur cum ſpirituſſanctus per quem dona diuiduntur, ipſe ſit donum: vtrum concedendum ſit quòd per donum diuidãtur, aut dentur dona. Ad quod dicimus, quia per donum quod eſt ſpirituſſanctus ſingulis propria diuiduntur. & ipſum communiter omnes boni habent. Vnde† Auguſt. in 15. libro de Trinit. ait, per donum, quod eſt ſpirituſſanctus in commune omnibus membris Chriſti multa dona, quæ ſunt quibuſq; propria, diuiduntur. Non enim ſinguli quique habent omnia, ſed hi illa, alii alia, quamuis ipſum donum a quo cuique propria diuidunt̃, omnes habeãt, ideſt ſpi. ſanctum. Ecce aperte dicit per donum dona dari.

†c.19.to.3.

## DISTINCTIO XVIII.

A

G *Vtrum ſpirituſſanctus eadem ratione dicatur donum & datum, ſiue donatum.*

PRæterea diligẽter cõſiderandum eſt, cum ſpirituſſanctus dicatur donum & datum: vtrum eadem ratione vtrumque nomen ei conueniat, quod vtiquè videri poteſt.

Sicut enim ſuperior pars intellectus, eſt in conſideratione principiorum per ſe notorum, per quæ alia cognoſcuntur. vnde quantumcunque dubitatio oriatur circa concluſiones, de certitudine principiorum nihil minuitur, ita etiam ſuperior pars affectus eſt in adhæſione finis, propter quem omnia diliguntur. Vnde quæcunque inordinatio cõtingit circa illa, quæ ſunt ad finem, ipſa non minuitur inhæſio finis, quæ eſt per charitatem, niſi ponatur finis contrarius. Vnde veniale, quia non ponit finem indebitum, nõ attingit ad illud ſupremum affect⁹, vbi eſt charitas. Sed ſicut veniale, non eſt peccatum ſimpliciter, ſed ſolum inquãtũ eſt diſpoſitio ad mortale, ita etiam priuat bonum, quod ſe habet vt diſpoſitio ad charitatem, ideſt, feruorem qui contingit in habilitate actus ex diligenti obedientia, vel ſubiectione inferiorum virium ad ſuperiorem partem affectus, in qua eſt charitas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd diſpoſitio ad charitatem eſt ſecundum actus inferiorum virium, prout operantur circa ea quæ ſunt ad finem. ſicut per ea quæ ſunt ad finem deuenitur in finem. Habito etiam fine, non indigetur his, quę ſunt ad finem. Vnde quæcunque inordinatio fit circa ea, non redundat in deordinationem finis, niſi per modum diſpoſitionis. ſicut etiam cognitio principiorum primorum, determinatur in nobis per ſenſus, qui ſi etiam deſtruantur, non minuitur certitudo principiorum, quæ non eſt acquiſita, ſed naturaliter inſita. & ſimiliter eſt de charitate infuſa.

### EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

SICVT Deus dicitur magnus, & excelſus in nobis.} Inquantum ſcilicet magnos nos, & altos in ſe facit, quod non poteſt eſſe, niſi ſecundum ampliorem perceptionem bonitatis ipſius, & ideo oportet redire in hoc, quod aliquod creatum a Deo in nobis ponatur. {Sunt tamen multi, qui eum non habent.} Illi enim eum tantum habere dicuntur, quorum eſt vt hæreditas, qui ipſo fruuntur, vel in ſpe, vel in re. {Sine ſpirituſancto conſtat Chriſtum &c.} Hoc poteſt dupliciter intelligi. Vel ita, quòd ſine ſpirituſancto a nobis habito per charitatem, per charitatis donum non poſſumus præcepta Dei implere, vel Chriſtum diligere, & hoc verum eſt meritorie. Vel ſine ſpirituſancto, quocunque modo operante in rebus, & ſic verum eſt, quòd nec homo, nec aliqua creatura ſine ſpirituſancto operationem aliquam habere poteſt. Sed hoc non eſt de intentione Auguſt.

4. Reg. 2. {Spirituſſanctus, qui eſt in te duplo &c.} Videtur hoc non eſſe ad propoſitum, quia vt notula exponit. hoc intelligitur, quia petiit duplex donum, ſcilicet prophetiæ, & miraculorum, quę in Helia erant, & quòd non petierit magis ſpiritumſanctum habere. Sed dicendum, quòd etiam iſta expoſitione ſtante, probatur intentio Auguſt. quia ſi omnes acciperent eum æqualiter. ſi ipſe ſpiritumſanctum habebat: non enim in ſe fieri petiuiſſet. Et ſi non habebat, vel ſe habere neſciebat, ſimpliciter ſpiritumſanctum petiuiſſet. Vnde per hoc, quòd ſpiritumſanctum habere ſicut in Helia erat petiit, oſtendit Heliam multis excellentiis ſpiritumſanctum habere. Propria menſura comple.} dicitur eſſe propria menſura vniuſcuiuſque, & ex parte ipſius Dei, quantum ipſe vnicuique prædeſtinauit, & ex

In hac diſt. q. 1. ar. 3. parte ipſius, qui recipit conſiderata ſimul capacitate naturaliũ, & conatu eius. {Supra dictum eſt, quòd ſpirituſſanctus &c.} Nota, quòd authoritates, quæ contra Magiſtrum inducuntur, tria dicunt. Quędam enim primo, inductę dicunt aliam eſſe charitatem, qua Deus diligit, & qua nos diligimus. Quod Magiſter exponit. Aliam eſſe rationem, vel ſecundum modum intelligendi, & non ſecundum rem. Aliæ vero ſecundo intro-

F ductę dicunt dilectionem a ſpirituſancto eſſe, & ita cum ſpirituſſanctus, non ſit a ſe charitas nobis data, non erit ſpirituſſanctus. Sed ipſe reſpondet, quòd quàmuis ſpirituſſanctus non ſit a ſe, tamen datur a ſe, & ſecundum hunc modum charitas dicitur a ſpirituſancto. Sed hæc reſponſio eſt inſufficiens, quia non tantum dicitur charitas datur a ſpirituſancto, ſed ẽt eſt ab eo: quod de ſpirituſancto concedi, nõ poteſt. Aliæ tertio introductę dicũt, charitatem eſſe motum, vel affectum mentis, quod ſpirituiſancto, non conuenit. Sed ad hoc reſpondet, ꝙ iſta prædicatio eſt ꝑ cauſam, eo quòd charitas, motus vel affectionis mentis cauſa eſt, qui eſt diligere Et hęc expoſitio vera eſt, quàmuis non ſecundum intentionem Magiſtri. charitas enim eſt cauſa affectionis ſicut habit⁹ eliciens actum, & nõ ſolum ſicut mouens animam ad actum dilectionis, vt ipſe intendit. Vnde conſequenter mouet quæſtionem, cum ſpirituſſanctus, qui charitas ab eo dicitur moueat

H animam ad omnes actus virtutum, quare ſpecialiter dicitur mouere ad actum dilectionis. Et reſponſio ſua patet in litera: ſed eius, quod in ſolutione ſupponit cauſam non aſſignat, ſcilicet quòd ſpirituſſanctus cauſet hunc actum, qui eſt diligere, nullo habitu mediante. vnde quo ad hoc remanet inſoluta.

### DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de temporali proceſſione ſpirituſſancti. Hic determinat nomen, quod ſibi competit ſecundum rationem, quod temporaliter procedit, ſcilicet donum. Diuiditur ergo in duas partes. In prima determinat de dono, ſecundum quod dicitur de ſpirituſancto per comparationem ad alia dona. In ſecunda, determinat de hoc nomine donum de ſpirituſancto dicto, per comparationem ad hoc nomen datum, quod etiam de ipſo dicitur, ibi: {Prę̨terea diligen-

I ter conſider.} Et hęc diuiditur in duas. In prima inquirit: vtrum eadem ratione ſpirituſſanctus dicatur donum & datum, & obiicitur ad vtranque partem. In ſecunda, determinat quęſtionem, ibi: {Ad quod dicimus, quòd ſcilicet,} Et hæc diuiditur in duas. In prima, oſtendit differentiam doni ad datum, ſecundum quod de ſpirituſancto dicuntur, quantum ad id, quod in ipſo dono eſt. In ſecunda, quantum ad id, cuius eſt donum, ibi: {Et ſecundum hoc, quòd ſempiternæ.} In dono autem duo conſiderantur, ſcilicet relatio, vel proprietas, ſecũdum quam dicitur donum, & proceſſio, ex qua ſecundum rationem intelligendi conſequitur talis ratio. Primo ergo aſſignat differentiam ex parte relationis. Secundo, ex parte proceſſionis, ibi: {Et notandum, quòd ſicut filius.} Prima in duas. Primo, oſtendit, quòd donum dicitur ſpirituſſanctus in eadem relatione, vel notione, qua dicitur ſpirituſſanctus. In ſecundo, mouet quæſtionem, & determinat eam, ibi: {Sed quæritur, cui donabilis &c.} {Et notandum &c.} Hic aſſignat differentiam ex

K parte proceſſionis. Et diuiditur in tres. In prima, oſtendit differentiam, quia ſpirituſſanctus proceſſione, qua donum eſt, habet eſſentiam diuinam, non autem inquantum datum eſt. In ſecunda, mouet quæſtionem & ſoluit eam, ibi: {Hic oritur quæſtio.} In tertia, inducit quandam concluſionem, ibi; {Ex prædictis patet &c.} ſcilicet, quòd nomen doni conuenit ſpirituiſancto per proceſſionem æternam, & nomen dati ſecundum proceſſionem temporalem. {Et ſecundum hoc, quòd ſempiterna,} Hic oſtendit differentiam quantum ad id, cuius eſt donum, & diuiditur in duas partes. In prima, aſſignat differentiam. In ſecunda, mouet duas quæſtiones, Primam ibi: {Hic quæritur: vtrum filius.} quam ſoluit. Secundam ibi: {Poſt hoc quæritur: vtrum ſpirituſſanctus.} Cuius ſolutionem differt.

QVAESTIO



## QVAESTIO PRIMA.

A

Circa hanc partem quinque quæruntur.

Primo. Vtrum donum ſit eſſentiale, vel perſonale.

Secundo. Vtrũ ſit proprium ſpirituſſancti.

Tertio. Vtrum per hoc donum omnia dona dentur.

Quarto. Vtrum ſpirituſſanctus proceſſione, qua donum dicitur, etiam De⁹ dicatur.

Quinto. Vtrum poſſit dici donum noſtrum.

*Quare ita eſſe uidetur.*

CVm enim idem ſit ſpiritumſanctũ dari, & ſpiritumſanctum donari, ex eadem ratione videtur ſpirituſſanctus dici datum & donũ. hoc etiam videtur Augu. ſignificare † in lib. 15. de trini. cũm ait. Spirituſſanctus intantum donum Dei eſt, inquantum datur eis, quibus datur. apud ſe autem Deus eſt, & ſi nemini detur. Ecce aperte dicit ſpiritum ſanctum donum appellari, quia datur. Si autem ex eo tãtum appellatur donum, quia datur, nõ ab æterno fuit donum, quia non datur niſi ex tempore.

†c.19.to.3.

*Reſponſio, quare datum uel donatum dicatur ſpirituſſanctus.*

A

AD quod dicimus, quia ſpirituſſanctus & donum dicitur, & datũ, ſiue donatum: ſed datũ ſiue donatum ex eo tantũ dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

*Hic quare donum.*

DOnum vero dicitur, nõ ex eo tantum quòd donetur: ſed *a* ex proprietate quam habuit ab æterno. vnde & ab æterno fuit donum. ſempiterne enim donum fuit: non quia daretur, ſed quia proceſsit a patre & filio. Vnde Auguſt. in libro 4. † de Trinitate ait. Sicut natum eſſe eſt filio a patre eſſe, ita ſpirituiſancto donũ dei eſſe, eſt a patre procedere & a filio. Hic aperte oſtenditur, quòd ſpirituſſanctus eo donum eſt, quòd proceſsit a patre & filio: ſicut filius eo eſt a patre, quòd natus eſt ab eo. Non eſt enim filio idẽ

B eſſe a patre & ſpiri. ſan. i. non ea proprietate filius dicitur eſſe a patre, qua ſpi. ſanctus. nam filius dicitur eſſe a patre, quia genitus eſt ab eo: ſpi. ſctũs vero dicitur eſſe a patre & a filio, quia ſpirituſſanctus eſt donum patris & filij. i. quia procedit ab vtroque, *b* eo enim dicitur ſpirituſſanctus, quo donum, & eo donum quo procedens. Vnde Auguſt. in † lib. 5. de tri. ait. Spirituſſanctus qui non eſt trinitas, ſed in trinitate intelligitur in

C eo quòd proprie dicitur ſpiritusſãctus, relatiue dicitur, cum & ad patrem & ad filium refertur: quia ſpirituſſanctus & patris, & filij, ſpiritus eſt, ſed ipſa relatio non apparet in hoc nomine. apparet autem cum dicitur donum dei. Donũ eſt enim patris & filij, quia & a patre procedit, & a filio. Ecce his verbis aperte oſtenditur eadem relatione dici ſpiritumſanctum, & donum. donum autem; quia

D procedit a patre, & filio. proprietas ergo qua dicitur ſpirituſſanctus vel donũ, proceſsio ipſa eſt. de qua poſt plenius agemus, cum alijs. Cum ergo ab æterno proceſſerit ab vtroque, & ab æterno donum

†c.20.to.3.

†c.11.to.3.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum donum, ſit nomen eſſentiale.*

2.p.q.28. ar.1. AD PRIMUM. ſic proceditur. Videtur, quòd donum ſit nomen eſſentiale. Omne enim nomen connotans effectum in creatura, ſignificat diuinam eſſentiã vt communiter dicitur. Sed hoc nomen donum, connotat effectum in creatura. dicitur enim ſpirituſſancti donum, inquantum eſt donabilis creaturæ in aliquo effectu. ergo eſt eſſentiale.

¶ 2 Præte. Nullum nomen perſonale cõuenit eſſentiæ, quia eſſentia, nec genita eſt nec gignens: ſed eſſentia diuina dicitur donata eſſe filio a patre. vt dicitur Philippenſ. 2. Donauit illi nomẽ &c. Quod etiam accipit ex verbis Hil. ſupra poſitis. 16. diſt. vlti. ca. ergo donum eſt nomen eſſentiale.

¶ 3 Item. Spirituiſancto conuenit eſſe donum, inquantum procedit, vt amor: ſed amor in diuinis etiam eſſentialiter dicitur, vt habetur ex verbis Auguſt. ſupra diſt. 10. poſitis. ergo

diſ.10. ĩ lit. Aug. 15. de tri. c. 17. t. 3 videtur, quòd & donum.

¶ 4 Præt. Quicquid habetur ab aliquo, hoc dicitur eſſe datum, vel donatum: ſed non intellecta diſtinctione perſonarum adhuc poſſemus habere Deum ad fructum, & non habemus hæc a nobis. ergo eſſet datum nobis, quicquid autem intelligitur in diuinis, excluſa per intellectum diſtinctione perſonarum eſt eſſentiale. ergo donum eſt eſſentiale.

CONTRA. Quicquid conuenit alicui perſonæ ſecundum rationem originis, non eſt eſſentiale, ſed notionale. Donum autem dicitur ſpirituſſanctus, inquantum ab æterno procedit, vt dicitur in litera. ergo non eſt eſſentiale, ſed perſonale.

diſt. 15. q. 3. ar. 1. RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, dare, vel donare dicitur dupliciter. Vno modo illud quod habetur per modum dominij, vt poſſeſſio. Alio modo illud, quod habetur quaſi intrinſecum ſibi, ſicut aliquis habet ſeipſum, vel materiam ſuam, vel qualitatem. Quàmuis autem in diuinis perſonis, non ſit dominium vnius reſpectu alterius, tamen eſt ibi authoritas principij. Dicendum igitur, quòd datio

A poteſt importare authoritatem reſpectu dati, & ſic donum, vel datum eſt notionale. Poteſt etiam non importare authoritatem, ſed tantum hoc, quòd id quod datur, libere habeatur. Et hoc modo ipſa eſſentia dicitur dari, vel donari. Et ſecundum hoc, donum, vel datum, non eſt perſonale, ſed eſſentiale, tamen ſemper importat diſtĩctiõnẽ dantis ad eum cui datur, quàmuis non ad id quod datur.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ nomen poteſt connotare effectum in creatura dupliciter. Vel ſecundum rationem principij tantum, & quia eadem eſt operatio totius trinitatis, oportet quòd tale nomen cõmune ſit toti trinitati, & ad eſſentiam pertinens. Vel ita, quòd cum ratione principij, reſpectu creaturę, etiam aliquid aliud importet. Et tunc, quàmuis ſecundum reſpectum ad creaturã det intelligere eſſentiam ex conſequenti, ſicut cauſa intelligitur in effectu: tamen ſecundũ aliud, quod ſignificat, poteſt ad perſonam pertinere, ſicut aſſumere carnem importat, & operationẽ, quæ communis eſt trib⁹ perſonis, & terminum operationis, in quem terminata eſt aſſumptio, quod proprium eſt perſonæ filij: & ideo ſibi ſoli conuenit. Similiter dico, quòd donum præter reſpectum, quem importat ad illud cui donabile eſt, importat reſpectum ad illum a quo eſt, ſicut a principio reſpectu eius authoritatem habente, & ex hac parte eſt notionale.

¶ Ad ſc̃m dicendũ, ꝙ ſi dare importet auctoritatem reſpectu dati in dante, ſic eſſentia non dr̃ dari, ſed alio modo, vt dictum eſt. In corp. ar.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad tertium, quia amor eſſentialis, quàmuis ſit habens rationem primi doni, in quo alia dona dantur: tamen reſpectu eius non poteſt denotari auctoritas, & ideo ratione prędicta, amor, non poteſt dici donari, ſecundum quod authoritas importatur in donante reſpectu dati.

E ¶ Et ſimiliter etiam dicendum ad quartum, quia donum in cuius ratione importatur auctoritas, non remanet non intellecta diſtinctione perſonarum.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum donum ſit proprium ſpirituſſancti.*

1. p. q. 38. ar. 2. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd donum non ſit proprium ſpirituſſancti. Tẽporalis. n. proceſſio, vel miſſio ſpirituſſancti, dr̃ eius donatio. Sed filius mittit ſicut ſpir. ſan. & habet aptitudinẽ ad miſſionem a ꝓceſſione æterna, ſicut ſpi. ſan. vt patet ex dictis. ergo filius põt dici donũ, ſicut ſpi. ſan.

diſt. 15. q. 4. ar. 2. ¶ 2 Prę. Cum perſonæ diſtinguantur ꝑ proceſſiones æternas, nomẽ proprium ꝑſonæ põt deſignari in actũ proceſſionis; ſicut



filius

filius deſignatur in generatione, inquantum eſt filius: ſed nomen doni, non deſignatur in proceſſione ęterna, quia ſecundum eam, pater non dicitur donare donum, ſicut dicitur generare filium. ergo videtur, quòd non ſit proprium ſpiritusſancti.

¶ 3 Item. Propria perſonarum dicunt tantum relationem, quia in abſolutis diuinæ perſonę non diſtinguũtur: ſed donum, non dicit tantum relationem, immo aliquid aliud, quod datur. ergo videtur, quòd non ſit nomen propriũ ſpiritusſancti.

†c.15.to.3.

¶ 4 Præte. Spiritusſanctus, non habet niſi vnam notionẽ, quæ eſt eius proceſſio: ſed alio modo innoteſcit ſpiritusſanctus, inquantum eſt donum, & inquantum eſt procedens. ergo videtur, quòd notio qua donũ dicitur, non ſit propria ſpiritusſancti, & ita nec nomẽ doni.

†cap. 16.
Li.15.c.17.

IN contrarium eſt, quod dicit Aug. lib. de Trini. Quia ſicut in trinitate ſolus filius dicitur verbum, ita ſolus ſpiritusſanctus dicitur donum: ſed quod cõuenit ſoli alicui perſonę eſt proprium ſibi. ergo nomen doni proprium eſt ſpiritusſancti.

RESPONDEO, Dicendum, quòd donum, & datum differunt, vt in litera dicitur, & horũ differentia poteſt attendi quantum ad tria, ſcilicet quantum ad conſignationem. Datum enim conſignificat tempus, cum ſit participium: donum autem non, cũ ſit nomen. Inde eſt, quòd donum competit magis diuinis, quæ ſine tẽpore ſunt quàm datum. vnde donum poteſt eſſe æternum, ſed non datum.

4. ethi. c.2.

¶ Item. Quantum ad ſignificationem, quia donare addit ſupra dare. Donum enim vt dicit Philoſophus, eſt datio irreddibilis, non quę recompenſari non valeat, ſed illa quæ recompenſationem non quærit. vnde donum importat liberalitatem in dante. Item quantum ad modum ſignificandi: quia donum importat aptitudinem ad dandum. Datum autem importat dationem in actu. Aptitudo autem ad dandum, poteſt attendi dupliciter. Vel ex parte ipſius dati, quaſi paſſiua, ſicut calęfactibile ad calefactionem aptitudinem importat. Vel ex parte dantis, quia actiua, & talis aptitudo eſt ſecundum rationem, qua aliquid datur liberalitęr. Ratio autem omnis liberalis collationis eſt amor: quod enim propter cupiditatem datur vel propter timorem, non liberali datione datur, ſed talis datio magis dicitur quęſtus, vel redẽptio. Quia igitur ſpiritusſanctus eſt amor ex ratione ſuę proceſſionis habet in ſe, & quòd detur, & quòd ſit ratio dandi. vnde eſt donum per ſe, & primo. Alia autem quæ dantur, non ſunt dona, niſi ſecundum quòd participant aliquid amoris, vt ex amore data. Si igitur colligantur tres dictæ rationes doni, adiuncta auctoritate dantis ad donum, patet quòd in trinitate donum ſpirituiſancto conuenit, ſecundum ſuam pro-

fuit. Non ergo ſpiritusſanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur: nã & ante fuit donũ, quàm donaretur. Vnde Augu. in 5. lib. † de Tri. Semper procedit ſpiritusſanctus, & non ex tẽpore, ſed ab æternitate procedit: ſed quia ſic procedebat vt eſſet donabile, iam donũ erat antequam eſſet cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitũ donum, aliter cum dicitur donatum, nam donum poteſt eſſe etiam antequam detur. donatũ autem niſi datum fuerit, nullo modo dici poteſt. Sempiterne ergo ſpiritusſanctus † eſt donũ, temporaliter autem donatum. His verbis aperte oſtenditur, quòd ſicut ſpiritusſanctus, ab æterno procedit, ita ab ęterno donum eſt: non quia donaretur a patre filio, vel a filio patri, ſed quia ab æterno proceſsit donabilis.

*Quæritur cui donabilis.*

SEd quęritur cui donabilis: vtrum patri & filio, an tantum nobis qui nondum eramus? Si autem nõ erat donabilis patri & filio, ſed tantum nobis, & ex eo donũ erat, quia ſic donabilis procedebat, videtur quòd filius eadẽ ratione ſemper donum fuerit, quia a patre proceſsit ab æterno donabilis nobis in tẽpore. Nam & de filio legitur, † quòd datus eſt nobis. Ad quod dicimus, quia ſpiritusſanctus nobis tantum non patri uel filio donabi-

†Eſa. 9.

F cesſionem æternam, inquantum procedit vt amor, qui eſt ratio liberalis collationis. Vnde ſicut amor eſt ſibi proprium, ita donũ.

¶ AD PRIMVM igitur dicendũ, quòd donum non importat miſſionem in actu, ſed rationem liberalis collationis vel dationis. Quæ quamuis ſit idem re, quod miſſio in diuinis perſonis, tñ differunt rõne. Vnde quamuis filius detur, vel mittatur, tñ rõ liberalis dationis eſt amor, qui eſt ſpi. ſan. & iſta rõ nõ pertinet ad filiũ. vñ nõ proprie põt dici donũ, etſi dicatur datus.

¶ Ad ſcdm dicendũ, quòd ſicut dictum eſt, proceſſio filij nominatur etiam quantum ad proprium ſuũ modũ, ſ. nomine ſuę generationis, & iõ ex propria ſua pceſſione, põt trahi ſua proprietas, ſ. filius. Sed proceſſio ſ. ſ. nõ hẽt nomen quãtũ ad modũ ſuæ proceſſionis proprium. Vñ ex actu pſonali quo ſignat procedere, nõ põt trahi ad propriũ pertinẽs ad modũ proceſſionis, ſcdm quòd dicitur amor, vel donum.

Diſt. 13. q. vnica. ar. 3.
† vbi ſup. cap. 15.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd hoc nomẽ donum vel datũ, præter relationẽ ex q dr donũ vel datũ, dat intelligere rẽ quãdã q dat, quamuis forte, non ſicut partẽ ſignationis nominis, quia ſubiectum nõ includit in ſignificatione nois ſignificãtis accidẽs cõcretiue. vt dicit Com. 5. Meta. quamuis Auic. cõtrariũ ſenſerit. Sed ad rõnẽ dati, vel doni, nihil refert vtrũ illa res data ſit i hoc genere vel in illo, & ſcdm quòd coartat donũ cõditionibus prædictis, oportet quòd res illa data, relationẽ ſignificet, quia donũ vt rõ dãdi eſt amor, nec amor põt dari, vt reſpectu cuius habeatur auctoritas, niſi perſonalis, quæ ad aliquid eſt.

Tex. 14.
Auic. 6. naturaliũ par. 1. c. 2.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd ſicut eſt in eſſentialibus, quòd vna eſſentia cõis eſt bonitas, & ſapientia, & omnia alia attributa, ſcdm diuerſas rationes: ita etiam in perſonalibus, quia vna proprietas, vel notio, ſecundum rem differt ſcdm diuerſas rationes ſignificandi in nomine: ſicut proprietas verbi alio modo ſignificatur dũ dicitur filius, & dum dicitur verbum. Ita etiam proprietas ſpiritusſancti poteſt ſcdm diuerſas rationes, diuerſis nominibus ſignificari, & poteſt eſſe, quòd ſecundum rationem intelligendi, vna illarum rationem conſequatur ad aliam, ſicut etiam eſt in eſſentialibus attributis, quòd voluntas pręſupponit intellectum. vnde ratio doni conſequitur rationem amoris ſimili modo.

G

lis proceſsit, ſicut & nobis tantum datus eſt: & filius uere datus eſt nobis, & ab æterno proceſsit a patre: non ut donabilis tantum, ſed ut genitus, qui & donari poſſet. proceſsit ergo ut genitus & donabilis, ſed ſpiritusſanctus non procedit ut genitus, ſed tantum ut donũ: donum autem ſemper fuit non ſolum quia donabilis, ſed quia proceſsit ab utroque, & quia donabilis fuit. Vnde Auguſtinus † in quinto libro de Trinitate. Eo ipſo, quòd daturus eum erat Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur. & ideo donabilis eſt, ſed aliter donabilis, quàm filius. Nam & aliter datus, & aliter proceſsit, quàm filius. Filij enim proceſsio genitura eſt,

H uel natiuitas. Spiritusſancti uero proceſsio, natiuitas non eſt, utraque uero ineffabilis eſt.

*d Quòd ſicut filius naſcendo accepit, non tantum ut eßet filius, ſed etiam eßentia, ita & ſpiritusſanctus procedendo accepit, non tantum ut eßet donum; ſed etiam ut eßet eſſentia.*

I

ET notandum, quòd ſicut filius naſcendo accepit, non tantum ut filius ſit; ſed omnino ut ſit, & ut ipſa ſubſtantia ſit, ita & ſpiritusſanctus a patre, & filio procedendo, ac-

K

ARTICVLVS III.

*Vtrum per donum, quod ſpiritusſanctus eſt, dentur omnia dona.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd per donum, quod eſt ſpiritusſanctus, non dentur omnia dona. Sicut. n. dicit philoſophus. 5. phyſ. Alterationis nõ eſt alteratio, aliàs in infinitum abiretur. Si ergo donum datur per donum, ibitur in infinitum, & hoc non eſt ponere. ergo videtur, quòd dona, non dentur per aliud donum.

Tex. 10.

¶ 2 Præt. Vt ſupra habitum eſt ex verbis Hila. ipſa eſſentia diuina eſt data a patre filio. Si igitur omne datum datur per ſpiritumſanctum, tunc eſſentia datur filio, per ſpiritusſan. & hoc eſt inconueniens, quia ſpiritusſanctus eſſet principium filij. ergo videtur, quòd per hoc donum, nõ dentur omnia dona.

d.16. Hilar. 9. de Trin. poſt med.

¶ 3 Item. Filius eſt etiam datus nobis Iſa. 9. Sed ſpiritusſanctus, non habet aliquam rationem principij reſpectu filij. ergo videtur, quòd non omne datum datur per hoc donum.

†c.15.to.3.

¶ 4 Præt. Nihil datur per donum aliquod, niſi illud donum detur. Sed multa dantur nobis a Deo, in quibus non datur ſpiritusſanctus. Sicut data naturalia, & gratiæ gratis datæ. ergo videtur, quòd non omnia dona dentur per hoc donum.

CONTRA eſt, quod in litera dicit.

¶ Præt. Illud quod eſt primum in quolibet genere, eſt cauſa omniũ, quæ ſunt in genere illo, vt habetur ex verbis philoſophi in 2. Meta. ſed ſpiritusſanctus, habet rationem primi doni, inquantum ipſe eſt amor patris, & filij. ergo videtur, quòd per hoc donũ omnia dentur.

†c.26. to.3.
Text. 4.

RESPONDEO, Dicendum, quòd aliquid dicitur dari multipliciter. Quandoque ex ipſa proprietate naturæ, ſecundum quod dicimus, quòd ignis dat calorem ſuum, & ſol ſplendorem, & huius dationis non eſt principium voluntas. Quandoque ex voluntate, vt principio dationis. Et hoc contingit dupliciter. Quandoque enim per dationem intenditur aliqua vtilitas ipſius dantis. Vel quantum ad remotionem mali, ſicut quando aliquid datur ex timore, & talis datio dicitur redemptio. Vel quantum ad acquiſitionem alicuius boni, & talis datio eſt proprie quęſtus, vel venditio. Quandoque autem non intenditur vtilitas aliqua in ipſo dante, & hæc datio dicitur liberalis, & proprie dicitur donatio. Conſtat autem, quòd illa datio in qua intenditur vtilitas dantis, nunquam competit Deo. vnde ipſa ſingulariter dicitur liberalis, quia in omnibus aliis dantibus, intenditur aliqua vtilitas in dante, vel boni temporalis, vel ſpiritualis. Vnde nulla datio eſt pure liberalis: vt dicit Auicen. niſi Dei, & operatio ipſius. Ratio autem liberalis dationis eſt amor, qui ſecundum Diony. mouet ſuperiora ad prouiſionem minus habentium. Et quia ſpiritusſanctus eſt amor: ideo ipſe eſt ratio omnium eorum datorum, quorum principium eſt diuina voluntas, ſicut ſunt omnia data creaturis.

Tract. 5. metaph. cap. 4.
4. c. de diui. no.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd philoſophus intendit dicere, quòd alteratio non terminatur ad alterationem per ſe loquendo: non tamen intendit dicere, quòd vna alteratio non poſſit eſſe cauſa alterius. & ita etiam vnum donum poteſt eſſe cauſa alterius, & non ibitur in infinitum, quia erit deuenire ad primum donum, quod datur per ſeipſum, & non per aliud donum ſpiritusſancti.

cepit, non tantum vt ſpiritusſanctus ſit, vel donum, ſed etiam vt omnino ſit, & vt ſubſtantia ſit. quod vtique non accepit, ex eo quòd datur: nam cum non detur niſi ex tempore, ſi hoc haberet, ex eo quòd datur, accepiſſet ergo ex tempore, vt eſſet. Vnde Auguſt. † in quinto libro de Trinitate. Filius non hoc tantum habet naſcendo, vt filius ſit, ſed omnino, ut ſit. Quæritur ergo, utrum ſpiritusſanctus, eo quod datur, habeat non tantum ut donum ſit, ſed omnino ut ſit. quod ſi non eſt niſi quia datur, ideſt, ſi non habet eſſe, niſi eo quòd datur, ſicut filius naſcendo habet non tantum, ut ſit filius; quod relatiue dicitur, ſed omnino vt ſit ipſa ſubſtantia: quomodo iam ſpiritusſanctus erat ipſa ſubſtantia, cũ non prius daretur, quàm eſſet cui daretur? Non ergo eo, quòd datus: ſed procedendo habet ut ſit donum, & ut ſit eſſentia, ſicut filius, non eo, quòd datus eſt, ſed naſcendo accepit, non tantum ut ſit filius, ſed ut ſit eſſentia. Vnde Auguſtinus in 15. libro de Trinitate † ait. Sicut filio præſtat eſſentiam ſine initio temporis, ſine ulla mutabilitate naturæ de patre generatio, ita ſpirituiſancto præ-



A ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd datio illa, qua pater dat eſſentiam filio, eſt datio ex proprietate naturę. vnde ad illam dationem, comparatur natura vt principium, & non voluntas, vt ſupra dictum eſt. & ideo talis datio, non eſt per ſpiritumſanctũ.

diſt. 15. q. 3 ar. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis ſpiritusſanctus, non ſit principium filij, eſt tamen principiũ effectus, ſecundum quem filius dicitur dari, vel mitti. & ideo etiam ipſe filius eſt datus per donum, quod eſt ſpiritusſanctus, ſcilicet per amorem. vnde dicitur Ioã. 3. Sic Deus dilexit mundũ &c.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd quamuis omnia dona, & naturalia & gratuita, dentur nobis a Deo per amorem, qui eſt primum donum, non tamen in omnibus donis datur ipſe amor, ſed tantum in dono, quod eſt ſimilitudo illius amoris, ſcilicet, in dono charitatis. Cũ enim dicitur, quòd alia dona dãtur per donum amoris, qui eſt ſpiritusſanctus, præpoſitio per, non notat cauſam ex parte recipientis, vt ſit ſenſus, per hoc, quòd recipit donum amoris, recipit alia dona: ſed notat habitudinem cauſæ ex parte dantis, qui per hoc, quòd amat creaturam ſuam, omnia data dat.

†c.2. to.3.
†d.26.

ſtat eſſentiam, ſine ullo initio temporis, ſine ulla mutabilitate naturæ, de utroq; proceſsio.

B

*Quòd ex prædictis uidetur, quòd filius, non tantum ſit filius natiuitate, ſed etiam de ſimili, eßentia, & ſpiritusſanctus proceſsione.*

HIc oritur quæſtio: ſi filius naſcendo habet nõ tantum ut ſit filius, ſed ut ſit eſſentia, & ſpiritusſanctus procedendo, non tantum ut ſit donum, ſed ut ſit eſſentia: ergo & filius natiuitate eſſentia eſt, & ſpiritusſanctus proceſsione eſſentia eſt, cum alibi dicatur, quòd nec pater eo pater eſt, quo Deus, nec filius eo

C filius, quo Deus, nec ſpiritusſanctus eo donum, quo Deus, quia ut ait Auguſt. † in ſeptimo libro de Trinitate: His nominibus eorum relatiua oſtenduntur, non eſſentia. Vnde poſt plenius agemus.

*Reſponſio.*

AD quod breuiter reſpõdentes dicimus, quia nec filius natiuitate eſſentia eſt, sed tantum filius, nec

D ſpiritusſanctus proceſsione eſſentia

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum eadem proceſſione ſpiritusſanctus habeat, quòd ſit donum, & Deus.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd non eadem proceſſione, ſpiritusſanctus habeat, quòd ſit Deus, & quòd ſit donum. Non enim eſt eadem ratio communis, & proprij. Sed donum

E eſt proprium ſpirituiſancto, Deus autem eſt commune. ergo non eſt idem donum, & Deus.

¶ 2 Præter. Quicquid habet ſpiritusſanctus, per proceſſionem, ſecundum rationem intelligendi conſequitur ipſam proceſſionem. Sed deitas non eſt conſequens proceſſionem, quia non procedit, neque per ſe, neque per accidens, ſicut etiam non generatur. ergo videtur, quòd ſpiritusſanctus, non habet per proceſſionem, quòd ſit Deus.

CONTRA. Spiritusſanctus non eſt Deus, niſi inquantum habet deitatem: ſed per proceſſionem recepit totam deitatem a patre. ergo proceſſione eſt Deus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut in filio eſt ſignificare proprietatem eius per modum relationis, vt cum dicitur filiatio, & per modum exitus vel emanationis, vt cum dicitur generatio paſſiuè, vel natiuitas, ita eſſet etiam in ſpiritusſancto, ſi nomina eſſent poſita: ſed propter defectum nominũ vtimur eodem

nomine ad ſignificandum emanationem ipſius, & proprietatem, vel relationem, ſcilicet nomine proceſſionis. Dico igitur, quòd proceſſio poteſt dicere emanationem ſpirituſſancti, vel relationem, ſiue proprietatem eius. Si relationem, vel proprietatem, ſic ſpirituſſanctus proprietate ſua, formaliter loquendo, eſt ſpirituſſanctus, & donum, & amor, non autem Deus: ſicut nec filius filiatione eſt Deus formaliter loquendo, ſed filiatione eſt filius, & deitate Deus, & ſapientia ſapiens. Si dicat emanationem, tũc poteſt dici, quòd ſpirituſſanctꝰ ſua ꝓceſſione eſt Deus, & donum, ſicut etiam filius ſua natiuitate eſt filius & Deꝰ: ſed diuerſimode, quia deitas ſe habet ad generationem ſolũ, vt accepta per generationem, ſed filiatio, ſecũdum rationem intelligendi, eſt conſequens generationem. Et ſimili ratione conceditur, quòd filius naſcendo, accipiat diuinitatem, & non ſolum ita, quòd gerundiuum importet cõcomitantiam, vt dicitur de aliquo currendo eſt homo, ſed importat ordinẽ ad acceptum, vt ſit ſenſus: filius naſcendo accepit deitatẽ, ideſt, per natiuitatẽ accepit diuinitatem. Et ſimiliter ẽ de proceſſione ſpirituſſancti. hæc autem plenius dicta ſunt ſup.

†circa fin.

† 5. de trin. circa fin.

dist. 10. q. vnica. ar. 4.

¶ Ad primvm igitur dicendum, ꝙ nõ eodem modo formaliter, ſecũdum rationem ſpirituſſanctus eſt Deus, & donum, ſed per eãdem emanationem habet vtrunque: quia ſicut filiꝰ nihil habet niſi quod naſcendo accepit, ita & ſpirituſſanctus nihil habet, niſi quod procedendo accepit.

eſt, ſed tantum donum, & tamen vterque, ille naſcendo, iſte procedendo, accepit vt eſſet eſſentia. Non enim vt ait Hilarius † in lib. 5. de trinitate, per defectionem, aut protenſionẽ, aut deriuationẽ ex Deo, Deus eſt, ſed ex virtute naturæ in naturam eandem, natiuitate ſubſiſtit filius: & ex virtute naturæ in naturam eãdem, proceſſione ſubſiſtit ſpiritusſanctus.

*Exponit uerba Hilarij.*

QVod itaque intelligi poteſt: ex patre qui eſt virtus ingenita, naturam quam habet eandem filius natiuitate, ideſt naſcendo, & ſpiritusſanctus proceſſione, ideſt procedendo habet. Vnde ipſe idem apertius eloquẽs, quod dixerat aperit ſubdens. Natiuitas, inquit, Dei, † non poteſt non eam de qua profecta eſt naturam tenere. Non enim aliud quàm Deus ſubſiſtit, quod non aliunde, quàm de Deo ſubſiſtit. Ecce his verbis aperitur, quomodo accipiẽdum ſit illud: de patre generatio præſtat eſſentiam filio: & de vtroque proceſſio præſtat eſſentiam ſpirituiſancto: non quia ille eſſentia ſit filius, & iſte eſſentia ſit ſpiritusſanctus, immo proprietate perſonali: ſed quia & ille naſcendo, & iſte procedendo eſſentiam habet eandem, & totam que in parte eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia diuina, nõ accipit nouum eſſe in ſpirituſancto per proceſſionem, cum vnum & idem ſit eſſe trium perſonarum, & ideo non procedit, neque per ſe, neque per accidens, neque etiam proceſſionem conſequitur, ſed hoc, quod ſpirituſſanctus habeat deitatem, conuenit ei ex ſua proceſſione.

## Articvlvs v.

*e Vtrum ſpirituſſanctus poſſit dici donum noſtrum.*

AD Qvintvm ſic proceditur. Videtur, quòd ſpirituſſanctus poſſit dici donum noſtrum. Donum enim dicitur ſecundum reſpectum ad creaturam: ſed eis, quæ important reſpectum ad creaturam poteſt addi meum, vel noſtrum, vt creator noſter. ergo videtur, quòd ſpirituſſanctus poſſit dici donum noſtrum.

¶ 2 Item. Sanctus nihil adimit de ratione huius, quod dicitur ſpiritus: ſed dicitur ſpiritus noſter, vt ſpiritus Helye. ergo videtur, quòd poteſt dici ſpirituſſanctus noſter.

F ¶ 3 Item. Sicut filius importat relationem æternam, a qua imponitur, ita & pater: ſed dicitur pater noſter. ergo etiam poteſt dici filius noſter.

¶ 4 Præte. Quicquid datur nobis eſt noſtrum, ſed filius datus eſt nobis. ergo eſt filius noſter.

¶ 5 Præte. In Deo idem eſt deitas, & Deus, & ſapientia, & bonitas, & oĩa huiuſmodi; ſed dicit Deꝰ noſter. ergo ẽt põt dici Deus ſapientia nr̃a, vel eſſentia nr̃a.

Sed econuerſo. Videtur, ꝙ non põt dici Deus noſter. In pronomine.n. nr̃m, vel meũ, importatur aliqua habitudo, vel relatio creatoris, ad creaturã, ſed Deus ẽ nomen abſolutũ, & nomen naturæ, vt dicit Amb. ergo vr̃, ꝙ nõ põt dici Deꝰ nr̃.

Lib. 1. de fi. de. c. 1. to. 1

Respon. Dicendum, quòd Deus, nõ poteſt habere aliquã relationẽ ad nos, niſi ꝑ modũ principij. Cum aũt cauſæ ſint quatuor, ipſe nõ eſt cã materialis noſtra, ſed ſe habet ad nos in ratione efficiẽtis, & finis, & formę exẽplaris, non aũt in ratione formæ inhærẽtis. Conſiderãdũ eſt igitur in nominibꝰ diuinis, ꝙ omnia illa nomina, q̃ importãt rationem principij, per modum efficientis, vel finis, recipiũt additionem dictorũ pronominum, ſicut dicimus, creator noſter, & bonum noſtrum. Ea autem, quæ dicũtur per modũ formæ inhærentis, non recipiunt dictorum pronominũ additionem. et talia ſunt nomina omnia diuina, q̃ in abſtracto ſignificãtur, quæ omnia ſignificantur per modum formæ, vt eſſentia, bonitas, & huiuſmodi. vnde in talibus non poteſt fieri additio. Non.n. poſſum dicere, quòd Deus ſit eſſentia noſtra, vel ſubſtantia, vel aliquid huiuſmodi: tamen in iſtis nominibus conſiderandus eſt qdã ordo, quia q̃dã horũ abſtractorũ importãt rationẽ principij efficientis & exemplaris, vt ſapientia, & bonitas, & huiuſmodi. qñq; fit additio dictorũ pronominũ, vt cũ dicimus Deus eſt ſapientia noſtra cauſaliter, per modum quo dicitur ſpes noſtra, quia per eius ſapientia efficit̃ in nobis ſapientia, exẽplata a ſua ſapientia, ꝑ quã ſapientes ſumus formal̃r. Quædã aũt non importãt rationem principij, niſi forte exemplaris, & talibꝰ non cõſueuit fieri dicta additio. Non.n. conſuetũ eſt dici quòd Deꝰ ſit eſſentia noſtra, vel ſubſtãtia noſtra. Tñ ẽt qñq; iſtis nominibus, fit talis additio ꝑꝑ habitudinem principij exemplaris, ſicut Dio. dicit. 4. cap. cęl. hier. quòd eſſe omniũ eſt ſuper eſſe deitatis, licet huiuſmodi locutiones magis ſint exponendæ, q̃ extẽdẽdæ.

†c. 14. to. 3.

K ¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd donũ importat quandam relationem in actu. ſ. ad dantem, & quandam ſolum in aptitudine, quantum eſt in ratione ſui nominis. ſ. ad eum cui datur. Et ideo poteſt ſemper dici donum dantis: ſed non eſt eius, cui datur, niſi quando ſibi eſt datum in actu: & propter hoc dicimus datum noſtrum, & non donum noſtrum.

*Quòd ſpirituſſanctus dicitur donum, & donatum ſecundum prædictos duos proceſſionis modos.*

EX prędictis patet, ꝙ ſpirituſſanctus ſempiterne donum eſt, & tẽpaliter datũ, vel donatum: G ex quo apparet illa diſtinctio geminæ proceſſionis, de qua ſupra egimus. nam ſecundũ alterã ꝓceſſionem dicitur donatum vel datum, ſecundum alteram vero, dicitur donum.

*e Secundum hoc, ꝙ donum eſt, refertur ad patrem & filium, ſecundum quod datum, ad eum qui dedit, & ad eos quibus datum eſt.*

H ET ſecundum hoc, quòd ſempiterne donum eſt, refertur ad patrem, & filium, ſecundum hoc vero, ꝙ dicitur datum vel donatum, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur, & eius dicitur eſſe qui dat, & illorũ, quibus datur. Vnde Auguſt. † in 5. lib. de tri. ait. Quod datum eſt, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos, quibus dedit. itaque ſpirituſſanctus, non tantum patris, & filij, qui dederunt, ſed etiam noſter dicitur, qui accepimus. I ſpiritus ergo & Dei eſt, qui dedit: & noſter, qui accepimus: non ille ſpiritus noſter quo ſumus, qa ipſe ſpiritus eſt hominis qui in ipſo eſt: quãuis & illũ ſpiritũ qui hominis dr̃, vtiq; accepimus, ſed aliter ille: aliter iſte nr̃ dicitur. Aliud eſt



¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpirituſſanctus eſt quædam circumlocutio inuenta, ad exprimendum perſonam ſpirituſancti; ipſe autem inquantum eſt perſona ſubſiſtens, non importat relationem principij, ſed magis eius, qui eſt a principio, & ideo non poteſt dici ſpirituſſanctus noſter. Sed ſpiritus importat rationem principij, inquantum a ſpiritu ẽ inſpiratio, propter quod poteſt dici ſpiritus noſter.

†Luc. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pater importat rationẽ principij, filius autẽ nõ, ſed magis eius, quod eſt a principio, & iõ non poteſt dici filiꝰ noſter, ſicut dicitur pater noſter, quàmuis etiam non dicatur pater noſter, ꝓut imponitur nomen a paternitate æterna, ſic enim eſt pater ſolius filij naturalis.

†Num. 11.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd quàmuis filius datus ſit nobis, non tamen datꝰ eſt nobis in filium, ſed in doctorem, vel ſaluatorem, & ideo poteſt dici ſaluator noſter, ſed non filiꝰ noſter. Et ſi objiciatur: eſt filius & eſt noſter. ergo eſt filiꝰ noſter. patet, quòd ẽ fallacia accidentis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſapientia in abſtracto ſignificat id quo aliquis eſt formaliter ſapiens, & propter hoc ratione prædicta, non poteſt proprie dici, quòd ſit ſapientia, niſi per modum, qui dictus eſt.

In corp. ar.

¶ Ad vltimum dicendum, ꝙ Deus quamuis ſignificet eſſentiam diuinam quantum ad id cui imponitur, tamen quantum ad id a quo imponitur nomen: ſignificat operationem, vt ſupra dictum eſt, ex verbis Damaſc. Et ideo poteſt dici Deus noſter. Tamen diuerſimode poteſt dici Deus omnium, & iuſtorum. Deus enim dicitur omnium propter relationem principij, inquantum ſcilicet eſt creator omnium. Dicitur autem Deus iuſtorum ſpecialiter, ſecundum rationem finis, quem contingunt. Et ideo dicitur etiam ab eis haberi. Alia enim licet ordinentur in ipſum ſicut in finem, non tamen conſequuntur ipſum niſi iuſti, qui coniunguntur ſibi per gratiam, & gloriam. & ideo etiam omnium communiter dicitur, vel finis, vel aliquid huiuſmodi. Sed abſolute dicitur de iuſtis, quia Deus eſt eorum, quia habent ipſum, ſicut ſuam hæreditatem, & per quendam modum paſſionis.

primo fidei ortho. c. 12 ſup. d. 2. in expoſit. literæ.

In expoſit. literæ.

enim quod accepimus, vt eſſemus, aliud quod accepimus, vt ſancti eſſemus. Quòd autem ſpirituſſanctus noſter dicatur, ſcriptura oſtendit. Scriptum eſt enim de Ioan. † quòd in ſpiritu Helyę veniret. Ecce dictus eſt Helyæ ſpiritus, quem accepit Helyas, ſcilicet ſpiritus ſanctus. Et Moyſi ait dominus. Tollam de ſpiritu tuo, † & dabo eis, ideſt, dabo illis de ſpiritu ſancto, quem iam tibi dedi. Ecce & hic dictus eſt ſpiritus Moyſi. Patet ergo, quòd ſpirituſſanctus, noſter dicitur ſpirituſſanctus, quia nobis datus, & datus vtique ad hoc, vt ſancti eſſemus: ſpiritus vero creatus, ad hoc eſt datus, vt eſſemus.

*An filius cum ſit nobis datus, poſſit dici noſter, ut ſpirituſſanctus.*

HIc quęritur, vtrum & filius, cum ſit nobis datus, dicatur vel poſſit dici noſter. Ad quod dicimus, quòd filius dicitur noſter panis, noſter redemptor, & huiuſmodi. ſed noſter filius non dicitur, quia filius dicitur tantum relatiue ad eum, qui genuit: & ideo noſter filius, non poteſt dici, ſed patris tantum. In eo autem, quod dicitur datus, & ad eum qui dedit, & ad eos, quibus datus eſt refertur, A vt ſpirituſſanctus, qui etiam cum in ſcriptura, vt ſupra dictum eſt, dicatur ſpiritus noſter, vel ſpiritus tuus, vel illius, vt de Moyſe, & Helya dictum eſt, nuſquam tamen in ſcriptura occurrit ita dici ſpirituſſanctus noſter, vel tuus, B vel illius, ſed ſpiritus noſter, vel tuus ſpiritus, vel illius, quia ſpirituſſanctus eo dicitur, quo donum, & vtrunque relatiue dicitur ad patrem & filium: & hoc ſempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum noſtrum, accipitur donũ pro donato, vel dato. Cum vero donum accipitur eo modo, quo ſpirituſſanctus, donum tantum patris, & filij dicitur non hominis: ita & filius ſub C hac appellatione, non poteſt dici noſter, vt dicatur filius noſter, ſicut nec dicitur ſpirituſſanctus noſter, & tamen de filio dicitur, panis noſter; & de ſpiritu, ſpiritus noſter. Ille noſter panis, quia nos reficit, nobis datus. iſte noſter ſpiritus, quia nobis inſpirat̃ a patre, & a filio, & in nobis ſpirat ſicut vult. Vnde Auguſt. † in quinto libro de Trinit. ait, quod de patre natum eſt, ad patrem ſo- D lum refertur, cum dicitur filius, & ideo filius patris eſt, & non noſter. † Dicimus tamen, & panem noſtrum da nobis, ſicut dicimus ſpiritum noſtrum.

## Expositio textvs.

NOn enim ſinguli, quicquam habent.} Sciendum quòd ſanctis donum, non ſolum increatum commune eſt, ſed etiam dona ad gratiam gratum facientem pertinentia, quæ ſimul infnnduntur, & ſine quibus ſpirituſſanctus non habetur: ſed dona gratis data, dantur magis ad manifeſtationem, ſcilicet recepti, quàm ad coniungendum ſpiritui, & hoc propter vtilitatem aliorum. 1. Corinth. 12. & diuiduntur diuerſis prout competit vtilitati eccleſiæ. Sed ipſa relatio, non apparet in hoc nomine &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia ſicut dicitur donum dationis, ita ſpi. ſpirationis. Sed dicendum, quòd in nomine ſpiritus, non importatur relatio, niſi per accidens ex modo ſignificandi prout ſignificatur, vt terminus actionis alicuius. Sed in nomine doni importatur relatio, etiam quantum ad ſignificationem, quia hoc ipſum donare, vnde nomen doni ſumitur, magis pertinet ad genus relationis, quàm etiam actionis: quia dare nihil eſt aliud, quàm ſuũ alterius facere. Nomen etiam ſpiritus imponitur ad ſignificandum ſubſtantiã, ratione alicuius proprietatis, ſcilicet ſubtilitatis, vt ſupra dictum eſt. vnde & aerem ſpiritum dicimus & animam, ſed nomen doni, non imponitur ad ſignificandum ſubſtantiã: ſed ad ſignificãdum, aliquid circa ſubſtantiam, quod conſequitur dationem, vnde non reducitur ad prædicamentũ ſubſtantiæ. {Non enim ait Hilar. &c.} Hic Hila. a diuinis perſonis excludit tres modos emanationis qui ſunt in diuerſitate ſubſtantiæ. Vnus eſt, quando aliquid generatur ex re corrupta, vt vermis ex carne putrefacta, vel aer ex aqua, & hoc notat cum dicit. {Per defectionem.} Secundus, quando producitur ex re manente cõiuncta ſibi, ſicut ramus ex arbore. Et hoc tangit, cum dicit. {Protenſione.} Tertius eſt, quando producitur aliquid ex re manente, ſed ſeparata ab ea, vt riuus ex fonte, vl̃ ex ſilice. Et hoc tangit cum dicit. {Deriuatione, vel deciſione.} Et ſic etiam homo eſt ex homine, quorum nullus diuinis perſonis conuenit. {Sed ex virtute naturæ.} Non tanquam generante, ſed tanquam principio generationis per modum formæ. {Subſiſtit filius natiuitate.} ideſt, naſcitur ſubſiſtens. {In naturam eandem.} Non ſolum ſpecie ſicut in aliis generationibus vniuocis, ſed numero. {Natiuitas, inquit Dei &c.} E Hęc expoſita eſt ſuperius. 5. diſt. {Non ille ſpiritus noſter, quo ſumus &c.} Sciendum, quòd in ſpirituſancto ſumus, non quidem formaliter, ſed effectiue, ſed ſpiritu creato, quæ eſt anima ſumus formaliter. Spirituſancto autem ſumus ſancti effectiue, & formaliter, ſecundum quòd per charitatem, quæ eſt exemplatum amoris, qui eſt ſpirituſſanctus, formaliter ſanctificamur, & per hoc nobis ſpirituſſanctus coniungitur. {Tollam de ſpiritu tuo.} Numeri. 11. Hoc enim non dicitur, quia Moyſi gratia minorata eſſet, quantum ad ſtatum habitus, ſed quantum ad vſum ſolicitudinis, aliis in ſui auxilium ſubſtitutis. {De ſpiritu etiam ſuo.} Dicitur illis collatum, non quia perſona ſpirituſancti diuiſibilis ſit, vel quòd habitus gratiæ de ſubiecto, in ſubiectum transferri poſſit, & diuidi, ſed quia acceperunt minorem gratiam, quàm Moyſes habuerat, & ad ſimiles actus, & quaſi ex gratia Moyſi propagatam, inquantum eis gratiam talem orando impetrauit. {Poſt hoc quæritur: vtrum ſpirituſſanctus.} Iſtam quęſtionem ſoluet Magiſter in 30. diſt.

diſtin. 10. q. vnic. ar. 4

De trin. circa fin.

†c. 14. to. 3.

†Matth. 6.

In expoſit. literæ.

**DIVISIO PRIMAE PARTIS TEXTVS.** F

POSTQVAM determinauit Magiſter de perſonis diuinis, quantum ad earum diſtinctionem, per relationes æternas: hic incipit determinare de ipſis quantũ ad earum æqualitatem. Diuiditur autẽ hæc pars in duas. In prima, oſtendit æqualitatem perſonarum. In ſecunda, mouet quandam dubitationem, quæ oritur ex quibuſdam locutionibus, quibus in ſua probatione, vſus fuerat. 21. diſt. ibi {Hic quæritur quomodo trahens.} Prima in duas. In prima, oſtendit ſecundum quid attendenda ſit perſonarũ æqualitas. In ſecunda, ſecundum illa ꝑſonarum æqualitatem oſtendit. ibi {Quòd autem æternitate &c.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit, ꝙ æqualitas perſonarum attenditur, quã tum ad æternitatẽ, magnitudinem, & poteſtatem. Secundo, oſtendit qualiter iſta tria ſe habent ad inuicem, ſcilicet, ꝙ ſunt idem ſecũdum rem, quod diuina eſſentia. ibi {Cumq; enumerentur &c.} {Quòd autem æternitate.} Hic oſtendit propoſitum, & diuiditur in tres partes. In prima, ex prædictis relinquit æqualitatem perſonarum, quantum ad æternitatem. In ſecunda, oſtendit earum æqualitatẽ quã tum ad magnitudinem. ibi {Nunc ſupereſt oſtendere.} In tertia, quantum ad poteſtatem 20. diſtin. ibi {Nunc oſtendere reſtat &c.} Nunc ſupereſt &c. Hic oſtendit perſonarum æqualitatem, quantum ad magnitudinem. Et primo, oſtendit æqualitatem in magnitudine. Secundo, inducit quandam concluſionem. ibi: {Propterea cum Deus dicitur trinus.} Prima in tres, ſecũdum tres vias, quibus ꝓbat ęqualem magnitudinem trium perſonarum. Primo, oſtendit ex mutua inhęſione. Secundo, ex remotione eorum, quæ inæqualitatem facere poſſent. ibi {Sed iam nũc ad proba.} Tertio, ex ratione diuinę ſimplicitatis, & veritatis. ibi {Sciendum eſt igitur tantam &c.} Circa primum tria facit. Primo, manifeſtat propoſitũ. Secundo, proponit intentũ. ibi {Sciendũ igitẽ eſt &c.} Tertio, ponit ęqualitatis ſignũ. ibi {Et inde eſt ꝙ pater.

Margin: † ſup. d. 15. — † diſt. 25. — † infra d. 30 — † ca. 1. to. 3.

*Vtrum ſpirituſſanctus ad ſeipſum referatur.*

POſt hæc queritur: vtrũ ſpirituſſanctus ad ſeipſum referatur. hoc. n. videẽ ex prædictis poſſe probari. † Si enim quod datur, refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur, & ſpirituſſanctus datur a ſeipſo, vt prædictum eſt. † ergo refertur ad ſeipſum. Cuius queſtionis determinationem, in poſterũ differimus, donec † tractemus de his, quæ relatiue dicuntur de Deo ex tempore, in quibus datum & donatum continentur.

## DISTIN. XIX.

A

*Hic de æqualitate trium perſonarum.*

NVnc, poſtquam coæternitatem trium perſonarum pro modulo facultatis noſtrę inſinuauimus, iam de earundem: *a*: æqualitate aliquid ſupereſt eloqui. Fides enim catholica ſicut coęternas ita & :*b*: coæquales tres perſonas aſſerit. Aequalis eſt enim in omnibus patri filius, & patri, & filio ſpirituſſanctus, quia vt Auguſt. † in lib. de fide ad Petrum. Breuiter aperiens quomodo intelligatur ęqualitas docet: nullus horum alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine: aut ſuperat poteſtate, quia nec filio, nec G ſpirituiſancto, quantum ad naturę diuinæ vnitatem pertinet, aut anterior, aut maior eſt pater, nec filius ſpiritusſancto. Aeternum quippe, & ſine initio eſt, quòd filius de patris natura extitit, & æternum & ſine initio eſt, quòd ſpirituſſanctus de natura patris, filiique procedit. Ob hoc ergo, tres recte vnum credimus, & dicimus Deum: quia vna prorſus ęternitas, vna immenſitas, vna naturaliter trium perſonarum eſt diuinitas. Ecce breuiter aſſignauit Augu. in quo trium perſonarum conſiſtat ęqualitas, ſcilicet, quia alia aliam non excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut poteſtate.

H *Quòd æternitas & magnitudo, & potentia in Deo ſunt unum, licet ponantur quaſi diuerſa.*

B

CVmq; enumerentur iſta quaſi diuerſa, in Deo tamen vnum, & idem ſunt, ſcilicet eſſentia diuina ſimplex, & incommutabilis. vnde Auguſt. † in 7. lib. de Trin. Non alio magnus, alio Deus eſt: ſed eo magnus, quo Deus eſt, quia I non aliud illi eſt magnum eſſe, aliud Deum eſſe. Eadem quippe eius magnitudo eſt, quæ virtus, & eadem eſſentia, quæ magnitudo. Pater ergo & filius ſimul vna eſſentia, & vna magnitudo. Ita etiam & potentia Dei

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic queruntur duo.

Primo. De ęqualitate.
Secundo. De illis in quibus attenditur ęqualitas.

Circa primum quæruntur duo.

Primo. An in diuinis ſit ęqualitas.
Secundo. An ibi ſit mutua æqualitas.

**ARTICVLVS PRIMVS.**

*a Vtrum æqualitas ſit in diuinis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ æqualitas nõ ſit in diuinis. ſicut. n. dicit Philoſophus in 5. metaph. vnum in quantitate facit æquale. Sed in deo, non eſt quantitas, vt ſup. dixit Auguſt. ꝙ eſt ſine quãtitate magnus. ergo videtur, quòd non ſit æqualitas. ibi. 1. pa. q. 42. art. 1. Et. 1. d. 24. q. 2. & d. 31. Tex. 16. 5. de trin. c. 1. to. 3. ſup. diſ. 8.

¶ 2 Præte. Quicqd ẽ in diuinis de abſolutis ſigñat diuinam ſubſtãtiã: ſed ſm vnitatẽ ſubſtãtię attẽdiẽ idẽtitas, & nõ ęqualitas. ergo videẽ, quòd per hoc, quod probatur vna eſſentia triũ perſonarum, magis probetur identitas, quàm æqualitas.

¶ 3 Item. Qualitas magis ſe hẽt ad ſpũalia, q̃ quãtitas, qa q̃dã ſpẽs qualitatis, vt ſcientia, & virtus, & hmõi, inueniũẽ in ſubſtãtiis ſpũalibus. nõ aũt ſpẽs, quãtitatis, niſi forte numerꝰ ſm quẽ non attẽdiẽ hęc æqualitas ꝑſonarũ. ergo cũ ſm qualitatẽ potiꝰ ſit ſimilitudo, q̃ æqualitas. vẽ ꝙ iſta cõueniẽtia in eſſentialibus magis dicenda ſit ſimilitudo, q̃ æqualitas.

¶ 4 Præt. Oĩs æqualitas dicit ꝓportionẽ, & cõmẽſurationẽ quãdã, ſed infinitorũ nõ eſt aliqua cõmenſuratio nec proportio. cũ igiẽ diuinæ ꝑſonæ infinitæ ſint, non videtur in eis eſſe æqualitas. † ca. 1. to. 3.

IN contrariũ eſt, quod in ſymbolo dicitur. Et totę tres perſonę coętrernę ſibi ſunt, & coęq̃les. Athanaſij.

RESPONDEO, Dicendũ, quòd ſicut dicit Philoſophus, vnum in ſubſtantia facit idem, vnũ in quantitate facit æquale. vnum in qualitate facit ſimile. Quàmuis autem in diuinis, nõ ſit qualitas, vel quãtitas, ſecundum cõem rõnẽ gñis, ſunt tñ ibi aliquę ſpẽs qualitatis, ſm ꝓprias rationes ſuas, quãtũ ad dr̃ias cõſtitutiuas. & ſilr aliquę ſpẽs quãtitatis, ſm id qđ eſt ꝓpriũ eis, vt magnitudo & duratio: & iõ rõne eorũ dr̃ ĩ diuinis æqualitas, & ſilitudo. Sicut aũt ea q̃ ſigñanẽ ꝑ modũ qualitatis, vt ſapiẽtia, & hmõi, nõ ſunt aliud, ſm rẽ ab eſſentia, ſed ſolũ, ſm rõnẽ, ita ẽt ſilitudo, & idẽtitas ĩ diuinis differũt ſm rõnẽ, & non ſm rẽ. & ſilr eſt de æqualitate. Et inde eſt, ꝙ diuerſimode inueniẽ æqualitas, & ſilitudo in diuinis ꝑſonis, & ĩ aliis rebꝰ. In aliis. n. æqualibꝰ nõ eſt eadẽ quãtitas, ſm eſſẽtiã, ſed ſolũmõ ſm cõmẽſurationẽ, & ſilr vna qualitas ſm ſpẽm, quia in eis eſt aliud qualitas, & eſſentia, q̃ reſpicit eſſe ſicut actũ ꝓpriũ, qualitas autẽ vel quãtitas, nõ dr̃ ꝑ reſpectũ ad eſſe, ſed tm̃ dicũt q̃dditatẽ alicuius gñis. Vñ põt dici vna q̃titas, vbi nõ ẽ vnũ eſſe, ſed nõ põt dici vna eſſentia abſolute, niſi vbi ẽ vnũ eſſe. & hoc ẽ vbi ẽ eadẽ eſſentia ſm numerũ. Et ĩde ẽ, ꝙ ad rõnẽ æqualitatis, vnitas ſm numerum, non requiritur, ſed ad idẽtitatem requiriẽ vnitas, ſecundũ numerum. In diuinis autem perſonis, idẽ eſt magnitudo, & ſapientia, quod eſſentia. vnde æqualitas, & ſimilitudo perſonarum, attenditur ſecundũ eadẽ ſapiẽtiã numero, & magnitudine. Tex. vbi ſupra. K

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd æqualitas non cauſatur ex vno in quantitate ſolum ſecundum rationem quantitatis communem, ſed etiam ſecũdum rationem alicuius ſpeciei quantitatis. Ad rationem enim æqualitatis ſufficit, quòd ſit vnitas numeri, vel etiam temporis. Et ita cum in diuinis ſit ratio aliquarum ſpecierũ quãtitatis, poteſt ibi eſſe æqualitas proprie. Sed quia qđ inuenitur in pluribus, conuenit eis, ſm id, qđ eſt eis cõe, & nõ ſm qđ eſt eis ꝓpriũ: ideo põt melius dici, quòd æqualitas conſequitur rationem quantitatis in communi, quæ conſiſtit in quadam diuiſibilitate: vnde rõ quantitatis inuenitur ꝓprie in illis, quæ ſecundum ſe diuiduntur: & ſic Deo non conuenit. Inuenitur etiam quodammodo in illis, quorum diuiſio attenditur, ſecundum ea, quæ extrinſecus ſunt, ſicut virtus dicitur diuiſibilis, & quantitatis rationem habens ex ratione, & diuiſione actuũ, & obiectorum. Et talis ratio quantitatis, ſcilicet virtualis Deo cõuenit: & per conſequens æqualitas.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratione iam dicta patet, quòd identitas ponit vnitatẽ in eſſentia ſecundum numerum: & quia in rebus creatis, ex quarum conſideratione nomina imponimꝰ, etiam illa, quæ de Deo prædicantur, vnitas eſſentiæ non eſt, niſi in eodẽ ſuppoſito: ideo identitas nullã importat diſtinctionẽ in ſuppoſito, ſed magis vnitatem: vnde filius non poteſt dici maſculine loquendo, idem patri, ſed neutraliter tantum: vt vnitas ad eſſentiam referatur: æqualitas vero, & ſimilitudo, quæ important vnitatem quantitatis, vel qualitatis non ſecundum eſſentiam, vel eſſe, quantum eſt de ſui ſignificatione, non important vnitatem quantitatis, vel qualitatis in numero: ſed ſufficit, quòd ſint idem ſpecie. Hæc autem vnitas eſt in diuerſis ſuppoſitis: et ideo æqualitas, & ſimilitudo ſimul cum vnitate importãt diſtinctionẽ: & propter hoc dicimus filium ſimilem patri, vel ęqualẽ: non tñ eundẽ. Et inde eſt, ꝙ potius Magiſter de æqualitate, q̃ de identitate determinauit: quia in identitate importatur tãtum vnitas eſſentię. Nec etiam ſecundum quemlibet modum diuinis perſonis competit, ſcilicet maſculine: ſed in æqualitate importatur vtrunque, & vnitas eſſentię per modum quantitatis ſignatæ, & perſonarum diſtinctio. In cor. arti. — † Diſt. 9. — Diſt. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis in ſimilitudine ſimiliter importetur vtrunq;, vt patet ex verbis Hila. in ſecunda diſ. poſitis, quòd ſimilitudo ſibiipſi nõ eſt: tamẽ æqualitas addit aliquid ſupra ſimilitudinem, & includit eam quando dicitur de diuinis perſonis. Cum enim in diuinis non niſi quantitas ſit virtutis, quę fundatur in qualitate, in vnitate talis quantitatis ponitur vnitas qualitatis, & priuatur intenſionis exceſſus, vt patet, quia quæcunque æqualia ſunt in colore, ſunt etiam ſimilia, ſed non conuertitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd æqualitas eſt ſpecies proportionis: eſt enim æqualitas proportio aliquorum, habẽtium vnã quãtitatem. Dico igitur de qualitate, ſicut de quibuſdam aliis, quod prędicatur de Deo quantum ad rationem differentiæ, quod eſt habere vnam quantitatem, & non quantum ad rationem generis, quæ conſiſtit in commenſuratione quantitatis. Vnde dico, quòd diuina magnitudo nullo modo eſt menſurabilis, vel menſurata, nec ab alio, nec a ſe. Primo, quia mẽſuratio ponit terminationem, & diuina magnitudo non habet terminũ, intra, nec extra: & ideo infinita dicitur, non quidem per extenſionẽ priuatiue: ſed per negationem termini. Secundo, quia commenſuratio nõ eſt vnius quantitatis ad ſe, ſed duarũ: & nulla alia magnitudo põt eſſe ęqualis ſibi: pater autem & filius, non habent aliam, & aliam magnitudinem: ſed vnã & eãdem ſecundum quam æquales dicũtur, & ita diuinæ magnitudini nihil diuerſum ab ipſa commenſuratur. Tertio, quia ſicut omnis motus reducitur ad mouens, quod non eſt motum neque a ſe, neque ab alio, ita omnis menſuratio reducitur ad vnum primum, quod nullo modo eſt menſuratum; ſed eſt omnium menſura: & hoc Deus eſt, vt etiã Commentator dicit 10. Metaph. A — † c. 4. to. 1. — † Sup pſal. 101. concio 2. to. 8. — Tex. c. 7.

(Text) eſſentia diuina eſt, vnde Augu. in 7. lib. confeſſionum. Voluntas, & potẽtia dei, deus ipſe eſt. *a* Aeternitas quoq; dei eſſentia diuina eſt: quod Aug. oſtendit ſuper illum locum Pſal. In generatione, & generationem anni tui, dicens. Eſt generatio generationum, quæ non tranſit collecta de omnibus generationibus, ideſt ſanctis: in illa erunt anni dei, qui non tranſeunt, ideſt æternitas dei. Non enim aliud ſunt anni dei, aliud ipſe: ſed anni Dei æternitas dei eſt: æternitas vero ipſa dei ſubſtantia, eſt nihil habens mutabile. Incũcuſſe ergo teneamus, quòd vnum, idemque eſt, ſcilicet eſſentia diuina æternitas dei, potentia, magnitudo. Et tamen conſueuit ſcriptura hęc, & his ſimilia quaſi diſtincte ponere. In his ergo verbis trium æqualitatem perſonarum breuiter complexus eſt Aug. quia alius alium, nec æternitate, nec magnitudine, nec potẽtia ſuperat. Quòd autem æternitate aliqua trium perſonarum aliam non excedat, ſupra oſtenſum eſt, vbi coęternitas trium perſonarum inſinuata eſt.

*Hic de magnitudine, quòd ea aliqua perſonarum aliam non excellit.*

C

NVNC ergo ſupereſt oſtendere, quòd magnitudine, vel potentia alius alium non excedat. & prius de magnitudine videamꝰ.

*Quod nõ eſt maior una perſona alia, nec maius aliquid duæ, quàm una, nec tres, uel duæ, quàm una.*

a

B SCIENDVM eſt ergo, quia pater non eſt maior filio, nec pater, vel filius maior ſpiritusſancto, nec maius aliquid duæ perſonæ ſunt ſimul quàm vna, nec tres ſimul maiꝰ aliquid, quàm duæ, nec maior eſt eſſentia in tribus, quàm in duabus, nec in duabus quàm in vna: quia tota eſt in ſingulis. Vnde Ioannes Damaſcenus † ait. Confitemur deitatis naturam omnem, perfecte eſſe C in ſingula ſuarum hypoſtaſeon, ideſt perſonarum, omnem in patre, omnem in filio, omnem in ſpiritusſancto. Ideoque perfectus deus pater, perfectus deꝰ filius, perfectus deus ſpirituſſanctus. † Lib. 3. fid. orth. c. 6.

*Quomodo dicitur deus pater eſſe in filio, & filius in patre, et ſpiritus ſanctus in utroq;, & ſingulus in ſingulis.*

b

D AT inde eſt, quòd pater dicitur eſſe in filio, & filius in patre, & ſpirituſſanctus in vtroque, & ſingulus in ſingulis. Vnde Aug. in libro de fide † ad Petrum. † c. 1. to. 3.

**ARTICV. II.**

*b Vtrum æqualitas in diuinis ſit mutua.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit ibi mutua ęqualitas. Ita etiam dicit Diony. 10. cap. de diuinis nomi, quòd in cauſa, & in cauſatis, non recipimus cõuerſionem ſimilitudinis, & ęqualitatis: ſed quãuis in diuinis perſonis nõ ſit cauſa, & cauſatum: eſt tamen ibi principium, & quod eſt de principio. ergo videtur, quòd filius, qui eſt a patre, ſicut a principio ſit ſimilis, & æqualis patri, ſed non econuerſo. Capi. 9. de di. no.

¶ 2. Præter. Vnumquodque eſt æquale illi, quo non eſt minus: & nihil eſt ęquale illi, quo eſt maius: ſed ſupra dixit Hila. Filius nõ eſt minor patre, & tamen pater eſt maior filio. ergo filius eſt æqualis patri: ſed non econuerſo. E Diſt. 16.

¶ 3 Item. Cum nihil ſibiipſi ſit ęquale, omne quod æquale dicitur, præſupponit aliquid, cui æquale dicatur: ſed filius ſecundum ordinem naturæ præſupponit patrem: non autem pater præſupponit aliquid. ergo videtur, quòd filius ſit æqualis patri: & non econuerſo.

CONTRA Eſt quod in ſymbolo dicitur tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales. ergo eſt ibi mutua ęqualitas. Athanaſij.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cum æqualitas fundetur in vnitate quantitatis, idem eſt aliquid eſſe æquale alicui, quòd habere quantitatem illius, & eſſe ſimile, quòd habere qualitatem illius. Qualitas autem alicuius dicitur, quam proprie, & plene habet. Contingit autem quandoque, quòd qualitas illa perfecta eſt in vtroque: vnde vtriuſque dici poteſt: & ſecundum hoc in talibus poteſt dici, quòd vtrunque alteri ſimile eſt.

Quan-

Quandoq; autem qualitas aliqua eſt proprie, & plene in vno: & in alio eſt tantum quædam imitatio illius, ſecundum aliquã participationem: & tunc illa qualitas non dicitur vtriuſque: ſed eius tantum, quod eam plene poſſidet. Et tunc illud, quod non plene habet, dicetur ſimile ei, quod plene habet, & non econuerſo: vt ſi dicam[9], ꝙ pictura eſt ſimilis homini, & non ecõuerſo. Non enim dicitur, quòd homo ſit ſimilis ſuæ imagini, proprie loquẽdo. Vlterius aſſimilari ſupra hoc, quod eſt ſimilem[d] eſſe, ponit
D.850. Et 1164. quẽdam motum, & acceſſum ad vnitatẽ qualitatis, & ſimiliter adæquari ad quãtitatem. In diuinis autem perſonis, non eſt aliquis motus: ſed loco motus eſt ibi acceptio, prout dicitur vna perſona ab alia accipere: vnde nõ poteſt eſſe aſſimilatio, vel adæquatio, niſi ſecundum rationem acceptionis. Dico igiť, quòd quia magnitudo, vel bonitas eſt plene in qualibet diuinarum perſonarũ, quælibet pſona põt dici æqualis, vel ſimilis alij. Sed quia vna perſona accipit ab alia, & non econuerſo, ideo perſona accipiẽs poteſt dici adæquari, vel aſſimilari illi perſonæ, a qua accipit, & non econuerſo.[d]
D.321. Concedimus igitur inter patrem, & filium eſſe mutuam ſimilitudinẽ, vel ęqualitatem, quia pater eſt ſimilis filio, & econuerſo. Non autem mutuam adæquationem,[d] vel aſſimilationem: quia filius adæquatur patri, & aſſimilatur, & non econuerſo.
D.80. 415. & 471.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd Diony. loquitur in cauſatis illis, quæ non perfecte recipiunt ſimilitudinem ſuæ cauſæ, quòd non eſt in diuinis perſonis, quia tota plenitudo patris eſt in filio: & ideo poteſt ibi dici mutua ſimilitudo, vel æqualitas. Vnde Dion. ibidem dicit, quòd in coordinatis, ideſt æqualibus poſſibile eſt ſimilia ſibiinuicem eſſe, & conuertere ad alterutram ſimilitudinem. (Vbi ſupra.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd per hoc, quòd dicitur pater maior filio, non ponitur aliquis gradus magnitudinis, ſed tantum ordo auctoritatis. Vnde per hoc non remouetur mutua ęqualitas, ſed tantum mutua adæquatio.

D.617. ¶ Ad tertium dicendum, quòd[d] æqualitas non de neceſsitate præſupponit aliquid aliud, ſed ſupponit. Vnde non oportet quòd illud quod dicitur ęquale, habeat aliquem ordinem, vel prioritatis vel principij ad illud cui æquale dicit, vel ecõuerſo.

## QVAESTIO II.

B

### Deinde quęritur de illis in quibus attenditur illa æqualitas.

### Et circa hoc quæruntur duo.

D. 43. q. 1. art. 1. Primo. De æternitate.
Secũdo. De magnitudine, quia de potentia infra quæretur.

Propter vnitatem naturalem totus pater in filio, & ſpirituſancto eſt: totus quoque ſpirituſſanctus in patre, & filio eſt, nullus horum extra quemlibet ipſorum eſt, propter naturæ diuinæ vnitatem. Ecce hic aperit aliquatenus. Non enim poteſt plene tantum ab homine reſerari archanum, ex qua intelligentia dicatur ſingula perſonarum tota eſſe in aliis. Vnde etiã Hilarius iſta interius perquirens in libro tertio† de Trinitate ait. Affert pleriſque obſcuritatem ſermo domini cum dicit. † Ego in patre, & pater in me eſt. nec immerito: natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius nõ capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis cõparatio humana præſtabit: ſed qđ nõ intelligibile eſt homini, Deo eſſe poſsibile eſt. Cognoſcendum itaque, atque intelligẽdum eſt quid ſit illud. Ego in patre, & pater in me eſt, ſi tamen comprehẽdere hoc ita vt eſt, valebimus, vt quod natura rerum pati non poſſe æſtimatur, id diuinę veritatis ratio conſequatur. Patrem igitur in filio, & filium in patre eſſe plenitudo diuinitatis in vtroque perfecta eſt, quia plenitudo diuinitatis eſt in filio, quod in patre eſt, hoc & in filio eſt, quod in ingenito eſt, hoc in genito: alter ab altero, & vterque vnũ: is ſcilicet, qui eſt nihil habens, quod non ſit etiam in eo, a quo eſt; non duo vnus, ſed alius in alio, quia non aliud in vtroque, vt vnũ ſint in fide noſtra vterq;, non vnus, nec eundem vtrunq;, nec aliud confitemur: quia deũ ex deo natum, nec eundem natiuitas, nec aliud eſſe permittit. Eandem ergo in vtroque, & virtutis ſimilitudinem, & deitatis plenitudinem confitemur, quia veritas dicit. † Ego in patre, & pater in me eſt. Omnia enim filius accepit a patre: nam ſi partem eiuſdem, qui genuit, accepit. ergo neuter perfectus eſt: deeſſet enim ei vnde deceſsit, nec plenitudo erit in eo, qui ex portione conſtiterit. Neuter ergo eorum perfectus eſt, ſi plenitudinem ſuam, & eum, qui genuit, amittit: nec qui natus eſt, conſequitur. Fateamur ergo, quòd filius eſt in patre, & pater in filio, deus in deo, vt idem Hilar. ait in ſeptimo libr. † de Trinitate. Non per duplicem conuenientium generum coniunctionem, nec per inſitam capacioris ſubſtantię naturam: ſed per naturę vnitam ſimilitudinem per natiuitatem naturę viuentis ex viuente natura: dum res non differt, dum naturam

† In princ. † Ioan. 14. † Ioan. 14. q. 23. to. 4. † Prope fin.

De æternitate præter ea, quæ ſupra diſ. 8. quæſita ſunt, duo quæruntur.

Primo. Quid ſit ęternitas ſecundum rem.
Secũdo. Quomodo ſe habeat ęternitas ad ęternitatem.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum æternitas ſit ſubſtantia Dei.*

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd æternitas non ſit ipſa diuina ſubſtantia. Nihil enim eſt cauſa ſuiipſius: ſed Deus eſt auctor ęternitatis, vt dicit Auguſt. lib. 83. quęſtionum: & eſt etiam ante æternitatem, ſicut cauſa eius, vt dicitur lib. de cauſis. ergo videť, quòd æternitas non ſit ipſe Deus. (Propoſ. 2.)

¶ 2 Item. Vnumquodque menſuratur primo ſui generis: ſed primum eſſe eſt diuinum eſſe. ergo per eius menſuram menſuratur omne eſſe. Sed eſſe temporalium menſuratur per tempus, & euiternorũ per æuũ. ergo videtur, cum vnius non ſit niſi vna menſura, quòd æternitas ſit idem ſecundum rem, quod æuum, & tempus.

¶ 3 Pręter. In omnibus participationibus diuinæ bonitatis, eſt communitas in nomine, & in ratione cuiuſdam analogię inter perfectionem participatã a creatura, & principium communicationis in Deo, ſicut ſe habet bonitas creaturæ cum bonitate increata: ſed ſecundum Diony. ſicut Deus dicitur ſapiens, inquantum implet alios ſapientia, ita per hoc dicitur ęternus, quòd eſt cauſa ęui, & temporis. 10. cap. de di. no. ergo videtur, ꝙ æuum, & tẽpus debeant dici æternitas. (Cap. 7. de diui. no. & 10.)

¶ 4 Item. *Menſura eſt proportionata menſurato*: ſed omne eſſe in ſe conſideratum indiuiſibile eſt: quia nihil habet ad miſtum, vt dicit Boe. lib. de hebdo. & quamdiu res manet eſſe ſuum ſubſtantiale non variatur, quamuis accidentia varientur. Cum igitur eſſe temporalium menſuretur tempore, videtur quòd tẽpus ſit menſura indiuiſibilis, & permanens, & ſic non differat ab æternitate. (Cap. 1.)

K

¶ 5 Pręter. In quocunque eſt inuenire ſucceſſionem illud menſuratur tempore: ſed eſſe euiternorum, ſicut angeli, & ſubſtãtiæ cæli, non menſuratur tempore. ergo videtur, quòd eorum eſſe non habeat ſucceſſionem: & ita videtur, quòd non differat ab æternitate.

Respondeo, Dicendum, quòd diuerſitatem æternitatis temporis, & ęui, quidam voluerunt accipere, quòd tempus habet principium, & finem. Aeuum principium habet, & non finem. Aeternitas nec principium, nec finem: ſed ſecũdum hoc non attenditur eſſentialis eorum diuerſitas, quia poſito, quòd tempus nunquam inceperit, nec nunquam finiatur, adhuc tempus non erit æternitas, vt dicit Boe. Suppoſito etiam, quòd angeli ſemper fuerint, æuum adhuc differret ab ęternitate. Quid tamen veritatis habeat ex his, quæ dicentur, patebit. Sciendum eſt igitur, quòd tria prædicta nomina ſignificant durationem quandam. (Lib. 5. de cõſol. proſa vltima. In hoc artic.)



A quandam. Duratio autem omnis attenditur, ſecundum quod aliquid eſt in actu: tandiu enim res durare dicitur, quamdiu in actu eſt, & nondum eſt in potentia. Eſſe autem in actu contingit dupliciter. Aut ſecundum hoc, quòd actus ille eſt incompletus, & potentię permiſtus, ratione cuius vlterius in actum procedit, & talis actus eſt motus: eſt enim motus actus exiſtentis in potentia, ſecũdum quod huiuſmodi, vt dicit Philoſophus. Aut ſecundũ quod actus non eſt permiſtus potentiæ, nec additionem recipiens perfectionis: & talis actus, eſt act[9] quietus, & permanens. Eſſe autem in tali actu contingit dupliciter. Vel ita, quòd ipſum eẽ actu, quod res habet ſit ſibi acquiſitũ ab alio: & tunc res habens tale eſſe eſt potentialis reſpectu huius actus, quem tamen perfectum accepit. Vel eſſe actu eſt rei ex ſeipſa, ita quòd eſt de ratione quidditatis ſuæ, & tale eſſe, eſt eſſe diuinum in quo non eſt aliqua potentialitas reſpectu huius actus. Sic igitur patet, ꝙ eſt triplex act[9]. Quidam cui non ſubſternitur aliqua potentia, & tale eſt eſſe diuinum, & operatio eius: & huic reſpondet loco menſuræ æternitas. Eſt alius actus, cui ſubſtat potentia quædam: ſed tamen eſt actus completus acquiſitus in potentia illa, & huic reſpondet ęuum. Eſt autem alius, cui ſubſternitur potentia, & *admiſcetur ſibi potentia ad actum* completum ſecundum ſucceſſionem, additionem perfectionis recipiens, & huic reſpondet tempus. Cum igitur vnicuique rei reſpondeat propria menſura: oportet, quòd ſecundum conditionẽ actus menſurati accipiatur eſſentialis differentia ipſius menſuræ. *Inuenitur autem in actu, qui motus eſt ſucceſſio prioris*, & poſterioris. Et hęc duo, ſcilicet prius, & poſterius, ſecundum quod numerantur per animam, habent rationem menſuræ per modum numeri, quæ tempus eſt. Vnde dicit Philoſophus quòd tempus eſt numerus motus, ſecundum prius, & poſterius. Et eſt numerus numeratus, & *non numerus ſimpliciter*. Sicut enim dicimus, quòd duo canes eſt numerus numeratus, & duo eſt numerus ſimpliciter. Ita etiam numerus prioris, & poſterioris in motu eſt numerus numeratus, qui *eſt tẽpus*. Ex quo patet, quòd illud, quod eſt de tempore quaſi materiale fundatur in motu, ſcilicet prius, & poſterius: quod autem eſt formale, completur in operatione animæ numerãtis, propter quod dicit Philoſophus. Quòd ſi non eſſet anima, non eſſet tempus. Sic igitur de ratione huius menſuræ, quę eſt tempus, ſunt duo, ſcilicet, quòd accipiantur ibi plura ad minus duo: vel duo nunc, inter quæ eſt tempus: vel duo tempora continuata per vnum nunc, & quòd illa ſint ſuccedentia. Continuitas etiam accidit tempori ex ratione motus, quem menſurat. Vnde ſi aliquis motus eſſet non continuus nunc habens ordinem ad motum continuum cæli, tempus menſurans illum motum non eſſet continuum. Ex quo patet, quòd tempore non menſuratur, niſi id, quod includitur in tempore, & ſecundum principium, & finem. Motus enim cæli, & ſi ponatur ſemper fuiſſe ſecundum Philoſophum: tamẽ vnaquæque reuolutio, vel pars reuolutionis, quę menſuratur tempore ſecundum prius, & poſterius accepta in ipſa principium habet, & finem, ſecundum hoc iterum eſt, quòd tempus habet principium, & finem: quia *non eſt menſura*, niſi habentis principium, & finem. In actu autem illo, qui eſt actus completus, nõ eſt intelligere prius, & poſterius, nec aliquã plura, & ita nec ſucceſſionem: vnde menſura, quæ reſpõdet eis non eſt per modum numeri: ſed magis per modum vnitatis. Sicut ergo prius, & poſterius tẽporis, prout intelliguntur numerata, complent rationem temporis ita permanentia actus, ſecundũm quod intelligitur in ratione vni[9], quod habet rationẽ mẽſurę, complet rationem æui, & æternitatis. Sed quia eſſe euiternorum eſt acquiſitũ ab alio: ideo æuum menſurat eſſe, quod habet principium: non autem ęternitas, quæ menſurat eſſe, quod nõ eſt acquiſitũ ab alio. Et ſecũdum hoc poteſt ſuſtineri dicta differentia: licet nõ vniformiter ſumpto principio, quia æternitas reſpicit illud eſſe, quod nõ habet principium efficiẽs. Aeuum autẽ quod habet tale principium: tempus vero reſpicit actum, qui habet principium, & finem durationis, vt menſuratur tempore.

3. phyſ. t. 6. † Amb. ſup 2. ad Corin. c. 5. ibi, deus erat in 10. to. 4. 4. phyſ. tex. 101. 4. phy. t. 98. 8. phyſ. t. 7. † c. 10. to. 6.

¶ Ad primvm igitur dicendum, ꝙ ſicut patet ex prædictis: æuum[d] nihil aliud eſt, quàm æternitas quædam participata: vnde non inueniũtur authores antiqui multum curaſſe de differentia æui, & ęternitatis: propter hoc Diony. vtitur vno pro alio: vnde ſi proprie accipiatur cauſa, & actor: Deus dicitur eſſe actor æternitatis, non qua ipſe æternus eſt: ſed ęternitatis participatæ, quæ æuũ eſt: ſicut dicimus, quòd ipſe eſt cauſa omnis bonitatis non ſuæ, ſed eius, quę ab ipſo in creaturas effluit, ſicut a principio. Poſſet etiam dici, quamuis non ita bene, quòd cauſa communiter accipitur pro omni eo, quod eſt etiam prius ſecundum rationem: cum enim eſſentia diuina ſecundum intellectum ſit prius quàm eſſe ſuum, & eſſe prius quàm æternitas, ſicut mobile eſt prius motu, & motus prior tempore. Dicetur ipſe Deus eſſe cauſa ſuæ æternitatis ſecundum modum intelligendi, quamuis ipſe ſit ſua æternitas ſecundum rem. (In cor. arti. D.585.)

E ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd omnibus illis, in quibus inuenitur diuerſa ratio menſurandi: oportet eſſe diuerſas menſuras proprias: non enim eodem modo mẽſurantur pãnis, & vinum. Vndę cum diuerſa ratio mẽſurandi ſit in diuerſis actibus: oportet, quòd reſpondeant eis diuerſæ menſuræ propriæ: veruntamen vna earum poteſt ordinari ad aliam, ſicut ad primam menſuram, & excedentem. Vnde ſicut diuinum eſſe eſt menſura omnis actus, ita æternitas eſt menſura omnis durationis excedens, & non coæquata: ſed præter hoc oportet habere alias proprias menſuras propter diuerſos modos menſurandi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuina bonitas participatur in diuerſis ſecundum diuerſos modos: perfectioni autem participatæ duplex nomen imponitur. Vel ſecundum rationem communem perfectionis illius: & tunc nomen eſt commune, & ipſi principio communicanti, & omnibus participantibus ſecundum analogiam, ſicut bonitas, entitas, & huiuſmodi. Vel ſecundum

dei non degenerat natiuitas: dum non aliud aliquid ex deo, quàm deus naſcitur: dum nihil in his nouum eſt, nihil alienum: nihil ſeparabile. Ecce his verbis, prout humana permittit infirmitas, intelligi poteſt, ex quo ſenſu Chriſtus dixerit ſe eſſe in patre, & patrem in ſe. Ex eodem ſenſu etiam intelligitur ſpirituſſanctus eſſe in vtroque, & ſingula perſonarum in ſingulis: quia ſcilicet in ſingulis eſt eadem plenitudo diuinitatis, & vnita ſimilitudo naturæ, quia non eſt maior diuina natura in aliqua harum perſonarum, ſed vnius, & indifferentis naturæ ſunt hæ tres perſonæ. Ideoque altera in altera eſſe dicitur, vt prædictum eſt. Vnde etiam Ambroſ. † prædictorum verborum ſententiam nobis aperiens ſuper epiſtolam ſecundam ad Corinth. ait. Per hoc intelligitur pater eſſe in filio, & filius in patre, quia vna eſt eorum ſubſtantia. Ibi eſt enim vnitas, vbi nulla diuerſitas. Ecce trium illuſtrium virorum teſtimoniis, ſcilicet Auguſt. Hila. atque Amb. in idem concurrentibus, reuelatione ſpirituſſancti in eis loquentis, pie credere volentibus oſtẽditur, tamen quaſi per ſpeculum, & in enigmate, qualiter accipiendum ſit cum dicitur, pater in filio eſſe, vel filius in patre, vel ſpirituſſanctus in vtroque.

*Ad id, quod cœperat redit, ut oſtendat, ſcilicet, quòd magnitudine unus non ſuperat alium.*

Sed iam nunc ad propoſitum redeamus, cœptoq; inſiſtamus, oſtendentes, quòd magnitudine nulla trium perſonarũ aliã ſuperat: quia nulla maior aliis, nec maius aliquid ſunt duæ, quàm vna, nec tres quàm duę, nec maior deus, quàm ſinguli eorum, quia ſingulus illorum perfectus eſt, nec eſt, quo creſcat illa perfectio.

C *Quòd nulla perſonarum pars eſt in Trinitate.*

D

Nec eſt aliqua trium perſonarum pars dei, vel diuinæ eſſentiæ, quia harum verus, & plenus deus eſt, & tota, & plena diuina eſsẽtia eſt: *a* & ideo nulla iſtarũ in trinitate pars eſt: vnde Aug. in libro quarto † contra Maxi. hæreticum ſic ait. Putas deum patrem, cum filio, & ſpirituſancto vnum deum non poſſe eſſe.

dum proprium modum, quo recipitur, vel eſt in aliqua creatura, vt patet, quòd cognitio participatur a Deo in omnibus cognoſcentibus, & hoc nomen ſenſus, imponitur ad ſignificãdum cognitionem, ſecundum aliquem modum determinatum habendi ipſam: & propter hoc, non eſt commune omnibus: ſimiliter æternitas nominat durationem ſecundum illum modum, quo eſt in principio ſuo. & ideo aliæ durationes participatæ non dicuntur nomine æternitatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tempus per ſe eſt menſura [d] motus primi: vnde eſſe rerum temporalium non menſuratur tempore, niſi prout ſubiacet variationi ex motu cœli. Vnde dicit Commẽtator quarto Phyſico. quòd ſentimus tempus, ſecundum quod percipimꝰ nos eſſe in eſſe variabili ex motu cæli. Et inde eſt, quòd omnia, quæ ordinantur ad motum cæli, ſicut ad cauſam, cuius primo menſura eſt tempus, menſurantur tempore, & quicunque ſentit quamcunque variabilitaté, quę cõſequitur ex motu cæli, ſentit tempus, quã uis nõ videat ipſum motum cęli.

D. 1151.

T.c.101.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd quamuis actus, qui menſuratur æuo, ſit totus ſimul ſine ſucceſſione, hoc eſſe tamen eſt ab alio. & in hoc ab æternitate æuum diſcernitur, vt prius dictum eſt.

Diſt.8.q.2. art.2.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum nunc æternitatis ſit ipſa æternitas.*

1. p. q. 10. art.2. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd nunc æternitatis, non ſit ipſa æternitas. Nunc enim æternitatis temporis, & æui, videtur vnum eſſe, quod ſignificatur, cum dicitur, quando motus eſt, & angelus eſt, & Deus eſt: ſed æternitas non eſt tempus, vt dictum eſt. ergo nunc æternitatis, quod eſt idem, quòd nunc temporis, non eſt idem, quòd æternitas. (Art.antece.)

¶ 2 Item. Omne nunc eſt indiuiſibile: ſed æternitas eſt diuiſibilis: quod videtur ex hoc, quod in litera inducitur: In generatione, & generatione anni: & loquitur de duratione ęternitatis. ergo videtur, quòd nunc æternitatis non ſit æternitas.

5.de conſo. proſa vlt. & 1.de Trini. c.9. ¶ 3 Item. Nunc ſtans facit æternitatem, vt Boe. dicit. Et ita nũc eſt cauſa æternitatis: ſed non poteſt idem eſſe cauſa ſuiipſius. ergo non eſt idem æternitas, & nunc æternitatis.

¶ 4 Præter. Sicut ſe habet nunc temporis ad tempus, ita ſe habet nunc æternitatis ad ęternitatem: ſed nunc temporis nõ eſt tempus, ſicut nec punctus eſt linea. ergo nec nunc ęternitatis eſt æternitas.

CONTRA. Aeternitas eſt ipſe Deus: ſed in diuina eſſentia non eſt aliqua realis diuerſitas. ergo non differt ibi, nunc ęternitatis, & ęternitas.

4.Phyſ.tex. 101. RESPONDEO, Dicendum, quòd ſecundum Philoſophum, tempus eſt menſura ipſius motus, & nunc temporis eſt menſura ipſius mobilis. Vnde, ſicut eſt idem mobile ſecundum ſubſtantiam in toto motu, variatur tamen ſecundum eſſe, ſicut

Times enim, ne pater ſit pars vnius dei, qui conſtat ex tribus. noli hoc timere, nulla enim fit partium in deitatis vnitate diuiſio: vnus eſt deus pater, & filius, & ſpirituſſanctus, ideſt ipſa Trinitas, vnus eſt deus. ergo inquis, deus pater, eſt pars dei. abſit. Tres enim perſonæ ſunt, G pater, & filius, & ſpirituſſanctus: & hi tres, quia vnius ſubſtantię ſunt, vnum ſunt: & ſumme vnum ſunt, vbi nulla naturarum, nulla eſt diuerſitas voluntatum. Si enim natura vnum eſſent, & conſenſione vnum non eſſent, non ſumme vnum eſſent: ſi vero natura diſpares eſſent, vnum non eſſent. Hi ergo tres, qui vnum ſunt propter ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, H vnus deus eſt. Pars ergo Trinitatis eſſe non poteſt, quicunque vnus eſt in tribus. In trinitate ergo, quæ deus eſt, & pater deus eſt, & filius Deus eſt, & ſpirituſſanctus deus eſt: & ſimul hi tres vnus deus: nec huius Trinitatis tertia pars eſt vnus, nec maius aliquid duo, quàm vnus, ibi eſt: nec maius aliquid ſunt omnes, quàm ſinguli, quia ſpiritualis non corporalis eſt magnitudo. Qui poteſt capere capiat, qui autem nõ poteſt, credat, & oret I vt quod credit, intelligat. Verum eſt enim, quod dicitur per prophetam: Niſi credideritis, nõ intelligetis. His verbis aperte oſtendit indifferentem magnitudinem trium perſonarũ. Item in eodem. † Tu nempe dixiſti vnum deum, non ex partibus eſſe compoſitum, & hoc de patre tantum vis intelligi. Ille inquis, virtus eſt ingenita ſimplex, & tamen in hac ſimplici virtute multa videris commemorare cum dicis: Deus deum genuit, bonus bonum genuit, ſapiens ſapientem, clemens clementem, potens potentẽ. Nunquid ergo bonitas, & ſapientia, & clementia, & potẽtia partes vnius ſunt virtutis, quã ſimplicem eſſe dixiſti? Si dixeris partes ſunt, ſimplex ergo virtus ex partibus conſtat. Et ſimplex iſta virtus, te diffiniente, vnus eſt deus. ergo deum ex partibus compoſitum eſſe dicis? non dico, inquis. non ſunt ergo partes. Si ergo in vna perſona patris, & illa inuenis, quæ plura videntur, & partes non inuenis, quia vna virtus ſimplex eſt, quãto magis pater, & filius, & ſpirituſſanctus, & propter indiuiduam deitatem vnus deus eſt, & propter vniuſcuiuſque proprietatem tres perſonæ ſunt: &

† Ibidem.

F dicitur, quòd Sortes in foro eſt alter a ſeipſo in domo, ita nunc eſt etiam idem ſecundum ſubſtantiam in tota ſucceſſione temporis, variatum tantum ſecundum eſſe, ſcilicet ſecundum rationem, quam accepit prioris, & poſterioris: ſicut autem motus eſt actus ipſius mobilis inquantum mobile eſt: ita eſſe eſt actus exiſtentis, inquantum ens eſt. Vnde quacunq; menſura menſuretur eſſe alicuius rei, ipſi rei exiſtenti reſpondet nunc ipſius durationis, quaſi menſura: vnde per nunc æui menſuratur ipſum exiſtens, cuius menſura eſt æuum, & per nunc æternitatis menſuratur illud ens, cuius eſſe menſurat ęternitas. vnde ſicut ſe habet quilibet actus ad id, cuius eſſe eſt actꝰ, ita ſe habet quęlibet duratio ad ſuũ nunc. Actus autem ille, qui menſuratur tempore, differt ab eo, cuius eſt actus ſecundum rem, quia mobile non eſt motus, & ſecundum rationem ſucceſſionis, qa mobile non habet ſubſtantiam de numero ſucceſſiuorũ, ſed permanentium. Vnde eodem modo tẽpus a nunc temporis differt dupliciter, ſcilicet ſecũdum rẽ. quia nunc non eſt tempus, & ſecũdum ſucceſſionis rationẽ, quia tempus eſt ſucceſſiuũ, & non nunc temporis. Actus autem, qui menſuratur ęuo, ſcilicet ipſum eſſe [d] æuiterni, differt ab eo, cuius eſt actus re quidem, ſed non ſecundum rationem ſucceſſionis, quia vtrunque ſine ſucceſſione eſt. Et ſic etiam intelligenda eſt differentia æui ad nunc eius. Eſſe autem quod menſuratur æternitate [d], eſt idem re cum eo, cuius eſt actus, ſed differt tantum ratione: & ideo ęternitas, & nunc æternitatis non differunt re, ſed ratione tantum, inquantum ſcilicet, ipſa æternitas reſpicit ipſum diuinũ eſſe, & nunc æternitatis quidditatem ipſius rei, quæ ſecundum rem nõ eſt aliud, quàm ſuum eſſe, ſed ratione tantum.

D. 742. & 130. & 506.

D.573.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd non eſt idem nunc ęternitatis temporis, & æui. Et quando dicitur: Quando eſt motus, eſt angelus, & Deus, poteſt ſignificari tripliciter nunc, vel æternitatis, vel æui, vel temporis. Si ſignificetur nunc temporis, tunc dicetur motus eſſe in illo, ſicut in propria menſura. Angelus autem, & Deus, non ſecundum rationem menſurationis, ſed K magis ſecundum concomitantiam quandam, prout æternitas, & æuum cum tempore ſimul ſunt, nec ſibi deficiunt. Si autem ſignificetur nunc æternitatis, tunc dicitur Deus eſſe in illo, ſicut in menſura propria, & adæquata: angelus autem & mobile, ſicut in menſura excedenti. Si autem ſignificetur nunc æui, reſpondebit angelo, ſicut menſura adæquata, & Deo ſecundum cõcomitantiam, & mobili, ſicut menſura excedens.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd æternitas indiuiſibilis eſt. Et quòd pluraliter aliquando ſignificetur, hoc poteſt eſſe dupliciter: vel ſecundum quod participatur in diuerſis, pręcipue in beatis, vt dicitur Dan. 12. Qui ad iuſti. eru. mul. vel ratione menſuræ inferioris, cui per ſe accidit diuiſio, ſcilicet ratione temporis. Vnde eſt ſenſus. Anni æternitatis, ideſt æternitas, ſub qua poſſibile eſſet contineri plurimos annos, ſicut in menſura excedenti.

¶ Ad



¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut eſſe ſecundum rationem intelligendi, conſequitur principia ipſius entis quaſi cauſa, ita etiam menſura entis ſe habet ad menſuram eſſendi, ſecundum rationem cauſæ. Vnde nunc æternitatis ſecundum rationem, videtur eſſe cauſa æternitatis: ſed ex hoc non oſtenditur diuerſitas in re, ſed tantum in ratione, ſicut nec inter ipſum diuinũ eſſe, & ipſum ens.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd non eſt ſimilis ratio de tempore, & nunc temporis, & de æternitate, & nunc æternitatis: & ratio aſſignata eſt.

## QVÆSTIO III.

C

Deinde quæritur de magnitudiné. Et circa hoc quærun tur duo.

Primo. Vtrum magnitudo Deo conueniat, & quid ſit.

Secundo. De ſigno æqualitatis in magnitudine diuinarum perſonarum, ſecundum quod in ſe eſſe dicuntur.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum magnitudo competat Deo.*

AD PRIMUM ſic proceditur. Videtur, quòd magnitudo Deo non competat. Magnitudo enim eſt quædã conditio materiæ: ſed nulla conditio materialis de Deo dicitur, niſi metaphorice. ergo videtur, quòd magnitudo Deo non conueniat, niſi metaphorice.

Tex.9. ¶ 2 Præter. Magnum & paruum ex oppoſito diuiduntur: ſed ſecundum Philoſophum, omne paruum eſt magnum, ſicut & omne paucum eſt multum, vt decimo Metaphy. dicit. ergo videtur etiam, quòd omne magnum ſit paruum: ſed Deus non eſt paruus. ergo non eſt magnus.

E ¶ 3 Item. Magnitudo eſt quantitas continua: ſed in Deo non poteſt eſſe continuatio cum ſit ſimplex, & indiuiſibilis. ergo nec magnitudo.

¶ Si dicas, quòd in Deo eſt quantitas virtutis, ſecundum quam dicitur magnus.

¶ Contra. Deus ſecundum virtutem ſuam dicitur potẽs: ſed hic diuiditur potentia contra magnitudinem. ergo non intelligitur de magnitudine virtutis.

CONTRA. Eſt quod dicitur in ps. 146. Magnus Deus, & magna virtus eius &c.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in Deo non poteſt eſſe quantitas, niſi virtutis, & cum æqualitas attendatur ſecũdum aliquam ſpeciem quantitatis, æqualitas non erit niſi ſecundum virtutem. Virtus autem ſecundum Philoſophum, eſt vltimum in re de potentia. Vnde etiam dicitur in ſeptimo Phyſic. quòd virtus eſt perfectio quędam, & tunc vnumquodque perfectum eſt, quãdo attingit propriam virtutem: omnibus igitur illis modis, quibus contingit pertingere ad vltimum, eſt conſiderare vir

6. Ethi.c.2. Tex.18.

propter perfectionem ſingulorum, partes vnius dei non ſunt? Virtus eſt pater, virtus eſt filiꝰ, virtus eſt ſpirituſſanctus, hoc verum dicis: ſed quòd virtutem de virtute genitam, & virtutem de virtute procedentem non vis habere eandem naturam, hoc falſum dicis: & hoc B contra fidem rectam, & catholicam dicis. His verbis aperte docetur, quòd tres perſonæ illæ non ſunt partes dei, vel diuinæ eſſentię, nullaq; illarum Trinitatis pars dicẽda eſt, nec vna aliàs vlla maior aliis.

*Cum dicimus tres perſonas eſſe unam eßentiam, nec ut genus de ſpeciebus, nec ut ſpeciem de indiuiduis prædicamus: quia non eſt eßentia genus, & perſona ſpecies, uel eſſentia ſpecies, & perſona indiuiduum.* C

B

HIc adiiciendum eſt, quòd tanta æqualitas eſt trium perſonarũ, atque indifferens magnitudo, quòd cum dicamus tres perſonas vnam eſſe eſſentiã, vel ſubſtantiam, nec vt genus de ſpeciebus, nec vt ſpeciem de indiuiduis prædicamus. Non enim D eſſentia diuina genus eſt, & tres perſonę ſpecies, vel eſſentia diuina ſpecies, & tres perſonę indiuidua. Quod Auguſt. rationibus probabilibus, atque irrefragabilibus aperte demõſtrat in libro ſeptimo † de Trinitate ita dicens. Si eſſentia genus eſt, ſpecies autem perſona, vt nonnulli ſentiunt, oportet appellari tres ſubſtantias, vt appellantur tres perſonæ, ſicut cum ſit animal genus, & equus ſpecies, appellantur tres equi, iidemq; B tria animalia: nõ enim ſpecies, ibi pluraliter dicitur, & genus ſingulariter, vt ſi diceretur tres equi ſunt vnum animal: ſed ſicut tres equi ſpeciali nomine, ita tria animalia generali nomine dicuntur. Cum ergo tres perſonas vnam eſſentiam eſſe fateamur, nõ tres eſſe eſſentias, cum tres equi tria animalia dicantur, non vnum: patet, nomine eſſentiæ non ſignificari genus, nec noĩe perſonæ ſpeciem.

† c.6.to.3.

*Hic probat, quòd non dicitur ut ſpecies de indiuiduis.*

SI vero dicunt nomine perſonæ non ſpeciem ſignificari, ſed aliquod ſingulare, atque indiuiduum, & nomine eſſentiæ ſpeciem intelligi, ut perſona non dicatur, ſicut homo: ſed quomodo dicitur hic homo, uelut Abraam, Iſaac, & Iacob, uel quis alius, qui etiam digito pręſens demonſtrari poſsit, ſic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraã, Iſaac, & Iacob tria indiuidua, ita tres homines, & tria

A tutem rei. Hoc autem contingit tripliciter. Primo, in operationibus, in quibus contingit gradus perfectionis inueniri. Vnde dicitur habere virtutem ad operandum, quod attingit completam operationem, prout dicitur 2. Ethic. quòd virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secundo, etiam reſpectu ipſius eſſe rei, ſecundũ quòd etiam Philoſophus dicit primo cæli, & mundi. quòd aliquid habet virtutem, vt ſemper ſit. Item ſecundum plenitudinem perfectionis reſpectu ipſius entis, ſecũdum quod attingit vltimum naturę ſuæ. vnde etiam virtus circuli dicitur ſecundum Philoſophum, quando attingit complete diffinitionem ſuam. Si igitur virtus diuina cõſideretur ſecundum perfectionẽ ad opus, erit virtus potentię operatiuę. Si autem conſideretur perfectio quantum ad ipſum eſſe diuinum, virtus eius erit æternitas. Si autem conſideretur quantum ad complementum pꝰfectionis ipſius naturæ diuinæ, erit magnitudo. Quod patet ex hoc, quòd ipſe probat æqualitatem in magnitudine ex hoc, quòd tota plenitudo naturæ patris eſt in filio. Secũdum quẽ etiam modum, Auguſt. dicit, quòd in his, quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius eſſe, quod melius, ſecundum quod etiam dicimus aliquem hominem eſſe magnum, qui eſt perfectus in ſciẽtia, & virtute. Et ſicut omnipotentiæ ſuæ virtute, omnes potẽtias operatiuas fundat, & in eis operatur, ita per virtutem æternitatis ſuæ inſtituit, & firmat omnem durationem, & per virtutem magnitudinis ſuę omnia implet, & continet.

Cap.5.

Tex.163.

1.phy.t.5.

† Vbi ſupra Aug.

6.de trinit c.8.to.3.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd magnitudo ſecundum rationem generis ſui, quod eſt quantitas, eſt conditio materiæ: & ſecundum hoc non prædicatur de Deo, ſed ſecundum rationem differentiæ ſuæ, quæ conſiſtit in ratione completionis, prout dicimus aliquem ex paruo fieri magnum, quando attingit completam quantitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quantitas continua diuiditur in infinitum: ſed non in infinitum augetur: & ideo ratione diuiſionis infinitę, quodlibet paruum [d] poteſt habere minus, in cuius reſpectu videtur magnum: ſed tamen non quolibet magno eſt aliquod maius, reſpectu cuius poſſit dici minus, ſicut patet in quantitate cęli. Nihilominus tamen, ſi magnum & paruum non dicatur ſecundum relationem, ſed abſolute, prout conſideratur quantitas determinata ad aliquam ſpeciem, ſic quamuis quodlibet minus ſit maius: non tamen quodlibet minus eſt paruum, nec quodlibet maius eſt magnum, vt dicit Philoſophus tertio cæli, & mundi. Nihilominus tamen, ſciẽdum, quòd Deus ſicut dicitur magnus, ita etiam dicitur paruus, vt dicit Dionyſ. 9. cap. de di. no. & accipit paruum pro ſubtili, ſecundum quod ipſe penetrat omnia, etiam profundas cogitationes, & ſecundum quod dicitur, quòd principia ſunt parua quantitate, & magna virtute.

D.977.

Tex.9.

¶ Ad

¶Ad tertium dicendum, quòd continuitas ſequitur magnitudinem dimenſiuam. Non autem magnitudinem virtutis, quæ ſola debet in Deo intelligi.

In cor. arti. ¶Ad quartum, patet iam ſolutio per ea, quæ dicta ſunt: quia virtus non tantum dicitur reſpectu operationis, ſecundũ quod hic accipitur potentia, ſed etiam aliis modis, vt dictũ eſt. Vbi ſupra.

### ARTIC. II.

*b Vtrum pater ſit in filio, & econ uerſo.*

† vbi ſupra. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd pater non ſit in filio, nec econuerſo. Tex. 23. Philoſophus enim in quarto Phyſico. aſſignat octo modos eſſendi in: quorũ nullus poteſt aptari ad hoc, quòd pater in filio eſſe dicatur, vel econuerſo. neque enim eſt ſicut totũ in partibus, neq; ſicut ecõuerſo. Neque ſicut genus in ſpeciebus, neque ſicut econuerſo. neque ſicut in loco. neque ſicut forma in materia. neq; ſicut in mouente, ſicut regnum eſt in rege. neque ſicut in fine optimo, vt de facili poteſt probari. ergo pater nõ eſt in filio.

¶ 2 Præte. Eorum, quorum vnum eſt apud alterum, vt diſtinctũ ab ipſo, vnũ non eſt in altero: ſed filius eſt apud patrẽ, vt dicitur Io. primo. Et verbũ erat apud Deum. ergo videtur, quòd pater non ſit in filio, nec econuerſo. †Lib. & cap. citatis.

¶ 3 Item. In diuinis non eſt niſi relatio originis: ſed hæc præpoſitio in, importat aliquam habitudinem. ergo in diuinis non poteſt importare niſi relationem originis: ſed non eandm relationem habet filius ad patrem, & pater ad filium. ergo vel non vterque eſt in altero, vel eodem modo.

CONTRA. Vbicunque eſt eſſentia patris eſt pater: ſed tota eſſentia patris eſt in filio, & econuerſo. ergo pater eſt in filio, & econuerſo.

¶Præt. In vno relatiuorum intelligitur aliud: ſed pater, & filius ſunt relatiua, ergo videtur, quòd pater ſit in filio, & econuerſo.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in diuinis perſonis eſt duo conſiderare, ſcilicet eſſentiam, quæ eſt vna & eadem, & relationes, quibus diſtinguuntur: & ſecundum vtrumq; pater dicitur eſſe in filio, & econuerſo, ſecundum diuerſorum aſſignationes. Secundum enim tres doctores, qui in litera inducũtur, ſcilicet Aug. Hila. Amb. hoc dicitur propter eſſentiæ vnitatem, quia eſſentia patris eſt in filio, & pater non deſerit naturam ſuã. vnde vbi eſt natura ſua, ibi eſt ipſe, ſicut patuit etiam ex verbis Hil. ſupra diſ. v. induc. ſed ſecundum Dam. hoc intelligitur ſecundum rõnem relationis, put in vno relatiuorũ intelligiẽ aliud. Lib. 3. fi. ortho. c. 6.

¶AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ſtricte accipiendo, non omnes modi, quo aliquid eſt in aliquo, continentur in illo octo, niſi per quandam ſimilitudinis reductionem, ſicut eſſe in tempore reducitur ad illum modum, quo aliquid dicitur eſſe in loco, quia vtrunque eſt, ſicut menſuratum in menſura, ſic etiam

F per quãdam ſimilitudinem ille modus poteſt reduci ad aliquẽ illorum. Si enim hoc accipiatur quantum ad vnitatem eſſentiæ, tunc pater dicitur eſſe in filio, propter hoc, quòd eſſentia patris in filio eſt: vnde ad illum modum reducitur, ad quem reduceretur, ſi eſſentia in filio eſſe diceretur: hoc autem eſt per modum, quo natura communis eſt in aliquo ſuppoſito, & reducitur ad illum modũ, quo genus eſt in ſpecie, quamuis in diuinis non ſit genus, & ſpecies, vt ifra patebit. Dist. 25. q. vnica. ar. 3. Si autem accipiatur quantum ad relationem, tunc reducetur ad illum modum, quo aliquid eſt in aliquo, ſicut in principio mouente, & efficiente: quamuis. n. pater non ſit principium efficiens filij, tamen eſt originans ipſum. Vnde filius eſt in patre, ſicut originatum in originante, & econuerſo, pater in filio, ſicut originans in originato, ſed adhuc magis proprie dicitur in diuinis filius in patre, etiam ex parte relationis, quàm in humanis, quia filius ex ipſa relatione eſt pſona ſubſiſtens: ſua enim relatio eſt ſua perſonalitas, quod in aliis rebus nõ cõtingit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd vna perſona dicitur eſſe apud aliam ratione diſtinctionis: ſed dicitur eſſe in alia, vel quantum ad eſſentiam, vel quantum ad intellectum relationum, quia in vna intelligiẽ alia, quamuis vnum relatiuum ab altero ſit diſtinctum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſi accipiatur pater eſſe in filio propter vnitatem eſſentiæ, eodem modo eſt pater in filio, & filius in patre: & tunc hæc præpoſitio in, nõ importabit aliquam relationem realem, ſed tantum relationem rationis, qualis eſt inter eſſentiã, & perſonam, ſecundum quam eſſentia dicitur eſſe in perſona. Si autẽ hoc accipiatur ex parte relationis, tũc eſt alius, & alius modus, vt dictum eſt, ſecundum diuerſam habitudinem patris ad filiũ, & filij ad patrem. In reſp. ad primum.

animalia. cur ergo pater, & filius, & ſpirituſſanctus ſi ſecundum genus, & ſpeciem, & indiuiduum iſta diſſeruimus, non ita dicũtur tres eſſentiæ, vt tres perſonæ?

*Alio modo probat idem.*

ALIO quoque modo idẽ probat Aug. ſcilicet, quòd eſſentia diuina non eſt genus, nec perſonæ ſpecies, vel eſſentia non eſt ſpecies, nec perſone indiuidua. Vna, inquit, eſſentia nõ habet ſpecies, ſicut vnum animal non habet ſpecies. pater ergo & filius, & ſpirituſſanctus nõ ſunt tres ſpecies vnius eſſentie. diuina ergo eſſentia genus non eſt. Sed nec ſpecies eſt eſſentia diuina, & perſona indiuidua, ſicut homo ſpecies eſt: indiuidua autem Abraam, Iſaac, & Iacob. Si enim eſſentia ſpecies eſt vt homo, ſicut non dicitur vnus homo eſſe Abraam, Iſaac, & Iacob: ita nõ dicetur vna eſſentia eſſe tres perſonæ: non itaque ſecundum genus, & ſpecies iſta dicimus.

*Non ſecundum materialem cauſam dicuntur tres perſonæ una eſſentia.*

NOTANDVM etiã, quòd eſſentia diuina nõ eſt materia trium perſonarum, vt Auguſt. † in eodem docet tanquam ſecundum communem, eandemque materiam tres perſonæ dicantur eſſe vna eſſentia, ſicut ex eodem auro ſi fierent tres ſtatuę, diceremus tres ſtatuas vnum aurum: non autem ſic Trinitatẽ, ideſt, tres perſonas dicimus vnam eſſen-

G tiam, & vnum deum, tanquam ex vna materia tria quædam ſubſiſtant. In ſtatuis enim ęqualibus, plus auri eſt tres ſimul, quam ſingulę, & minus auri eſt vna, quàm duę. In illa vero eſſentia Trinitatis, nullo modo ita eſt. non ergo ſecundum materialem cauſam tres perſonas vnam dicimus eſſe ſubſtãtiam, vel eſſentiam ſicut tres ſtatuę dicuntur vnum aurum.

H *Nec ita dicuntur tres perſonæ una eſſentia, ut tres homines una natura, uel unius naturæ.*

HIC quoque addendum eſt, quòd tres perſonas non ita dicimus vnam eſſentiã eſſe, vt Aug. † in eodem ait, vel vnius eſſentię, ſicut dicimus aliquos tres homines eiuſdem ſexus, & eiuſdẽ temperationis corporis, eiuſdẽq; animi, vnam eſſe naturam vel vnius naturæ. Nam in his † vbi ſupra.

I rebus, non tantum eſt vnus homo, quantum tres homines ſimul: & plus aliquid ſunt homines duo, quàm vnus homo, ſicut & in ſtatuis eſſe diximus, at

K

## EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS

### TEXTVS.

IN GENERATIONE & generationẽ anni tui. } Pſal. 101. Aeternitas per annos Dei intelligitur, non propter ſui multitudinem, cum ſit vna & ſimplex: ſed inquãtum virtute comprehendere poteſt magnam multitudinem inferioris menſurę, quæ diuiſibilis eſt. Sicut etiam dicimus ante mundum tempus fuiſſe, non quidem in re, ſed ſecundum imaginationem, prout imaginamur tpis, quod cum mundo incœpit poſſibilem fuiſſe additionẽ fieri ex parte ante, quæ additio tota ſub æternitate continetur. { Confitẽmur diuinitatis naturam omnem. } ideſt totam, & perfectam, & ſimile in ſequentibus accipiendum eſt. { Nec exemplum aliquod rebus diuinis &c. } Verũ eſt, quòd ſufficienter diuina demonſtret. Quia in qualibet ſimilitudine inuenitur maior diſſimilitudo, vt ſupra,



pra, ſecũda diſt. dictũ eſt. { Sed quòd ĩtelligibile eſt homini &c. } cum enim diuina natura, & virtus, quæ infinita eſt noſtrum intellectũ excedit, nihil quod intelligere poſſimus eſt, quòd Deus facere non poſſit: ſed multa, quę intelligere non poſſumus, facere poteſt, & in ipſo eſſe poſſunt, & ſunt: non enim in eo poteſt eſſe aliquid, quod nõ ſit, nec eſt aliquid, quod non eſſe poſſit, quia mutabilis eſſet, ſi ſibi aliquid poſſet addi, vel ſubtrahi { Id diuinę veritatis rõ &c. } quaſi dicat: ſufficiat nobis ad credendum quaſi ratio vel mediũ probans diuina veritas, ex qua nobis ſacra ſcriptura tradita eſt, quamuis ex rerum naturis ratio ſumpta diſſentire videatur. { Patre igitur in filio &c. } Sic cõſtrue, patrem eſſe in filio, & filium in patre. { Perfecta plenitudo &c. } ideſt ex hoc quòd plena diuinitas in vtroque eſt, ſequitur, quòd pater ſit in filio, & econuerſo: quod probat cõſequenter cum dicit. { Quia plenitudo &c. } & rõ ſua talis eſt. Plenitudo diuinitatis in vtroque oſtendit, quòd quicquid eſt in vno, eſt in alio, quia ſi vni deeſſet, quod alter haberet, neuter perfectus eſſet, quia dãs deitatem, daret partem ſubſtantiæ ſuæ, & ita vterque, ſcilicet pater dans, & filius recipiens, haberet terminum deitatis: & ita patet, quòd niſi totum quod vnus habet, alter accipiat plenitudo diuinitatis in vtroque eſſe nõ poteſt. Sed ad hoc, quod eſt totum, quod eſt in patre, eſſe in filio, ſequitur patrem eſſe in filio, quia vbicunque eſt tota natura patris, ibi eſt pater. ergo ad plenitudinem deitatis in vtroque, ſequitur patrem eſſe in filio, & econuerſo. Similiter etiam conſtruẽdum eſt hoc, quod dicit. { Quia plenitudo deitatis in filio, hoc eſt, quod in patre eſt, } ideſt ad plenitudinem deitatis, hoc ſequitur. { Nec eadem natiuitas. } qa nihil a ſeipſo naſcitur. { Nec aliquid eſſe permittit. } qa nihil naſcitur ex aliquo viuo, niſi ad minus eandem naturam in ſpecie accipiat. hoc modo vt nomen filiationis cõſequatur. Vnde cum diuina natura non poſſit multiplicari in diuerſa ſecundum numerum, eo quòd eſt immaterialis, reſtat, vt eandem numero naturam accipiat. Et ita aliud non eſt, ſed alius. { Non per duplicem conuenientiam generum &c. } ſicut coniungũtur alia ſimilia in genere, vt equus, & aſinus, vt procreetur noua ſpecies. { Nec per infinitam &c. } ſicut in arbore inſeritur ramus alterius arboris. { Sed per naturæ vnitam ſimilitudinem } ideſt cõuenientiam in vna natura ſecũdum numerum. Si enim in vna natura ſecundum ſpeciem tantum eſſet conuenientia, diceretur ſimilitudo, ſed non vnita. { Per neceſſitatem viuæ naturæ } ideſt filij, qui eſt viuens natura. { Ex viuente natura. } patre, qui eſt viuens natura. { Dum res } ſcilicet eſſentialis. { Nõ differt. } { Dum natura Dei non degenerat natiuitas. } ſicut eſt, quando propter indiſpoſitionem materiæ non recipitur ſpecies agentis, completa in patiente, ſed degenerat in aliud genus.

in deo non eſt ita. Nõ enim maior eſſentia eſt pater, & filius ſimul, quàm ſolus pater, vel ſolus filius: ſed tres ſimul illæ perſonę æquales ſunt ſingulis. Ex præmiſsis patet, quòd tres perſonæ dicuntur diuina eſſentia, nec ſecũdum materialem cauſam, vt

B tres ſtatuæ vnum aurum, nec ſecundum complexionis ſimilitudinem, vt tres homines vnius naturę, nec vt genus prędicatur de ſpecieb⁹, vel vt ſpecies de indiuiduis. i. continens de contentis, maius de minoribus.

*Quæ uidentur aduerſari prædictis.*

HIS autẽ videntur aduerſari, quæ quidam ſacræ ſcripturæ tractatores catholici, in ſuis ſcriptis

C tradiderũt, in quibus ſignificare videntur, quòd eſſentia diuina ſit quiddam cõmune, & vniuerſale, velut ſpecies, tres vero perſonæ ſunt tria particularia, .i. tria indiuidua, numero differentia. Vnde Io. Damaſ. † inter doctores Græcorũ magnus, in lib. quem de Tri. ſcripſit, quẽ & Papa Eugenius transferri fecit, †3. fi. orth. in prin. c. 6.

ait. Cõmunia, & vniuerſalia prędicantur de ſubiectis ſibiipſis particularibus. Cõe ergo ſubſtantia eſt, particulare vero hypoſtaſis. i. perſona. particulare autem dicitur, non quòd partẽ naturę habet, ſed particulare numero, vt athom⁹. i. ĩdiuiduũ, Numero. n. & non natura differre dicuntur hypoſtaſes. Item in eod. † Subſtãtia ſignificat cõem & circumplectiuã ſpẽm homohydeon. i. ſimiliũ ſpecie, hypoſtaſeon. i. pſonarũ, vtputa, Deus homo. hypoſtaſis autem indiuiduum demonſtrat. ſ. patrem, filium, ſpi. ſanctum, Petrum, Paulum, & huiuſmodi. Ecce aperte dicit ſubſtantiam eſſe vniuerſale, hypoſtaſim vero particulare: & quòd deus eſt ſpecies vt homo, & quòd pater, & filius, & ſpirituſſanctus ſunt indiuidua, ſicut Petrus, Paulus, eo quòd numero differant, quę præmiſſę ſententię Auguſt. penitus cõtra dicere videntur. quid ergo dicemus ad hoc? Hoc vtique dicere poſſumus, atque debemus, quòd ea, quę Aug. tradidit ſuperius, ſine omni hęſitatione tenenda ſunt. † Dam. vbi ſupra. ὁμοειδέων. ὑποςάσεων. ὑπόςασισ.

## DIVISIO SECVNDAE PARTIS

### TEXTVS.

SED IAM ad propoſitum redeamus. } Hic oſtendit ſecundo modo æqualitatem in magnitudine diuinarum perſonarum, remouendo ea, quæ inæqualitatem facere poſſent. Et diuiditur in partes duas. In

A prima, oſtendit veritatem. In ſecunda, ſoluit quandam contrarietatem, ibi: { His autem videtur ad. } Prima in duas. In prima oſtendit, quòd diuinæ perſonæ non conueniunt in eſſentia, ſicut in toto. In ſecunda, oſtendit quòd non conueniunt in eſſentia, ſicut in parte, ibi: { Notandum etiam, quòd eſſentia. } Prima in duas. In prima oſtendit, quòd perſonæ diuinæ non cõueniunt in vna eſſentia, ſicut partes in toto integrali. In ſecunda, quòd non cõueniunt in eſſentia, ſicut partes in toto vniuerſali, ibi: { Hic adiiciẽdum eſt. } Primum oſtendit dupliciter ex verbis Aug. Primo ſic. vbicunq; eſt totum integrale, oportet eſſe partes diuerſas per eſſentiam: ſed in diuinis perſonis non eſt eſſentiæ, vel naturę diuerſitas. ergo non ſunt partes vnius naturæ, quaſi integrantes ipſam. Secundo, ibi: { Vel in eodem. } oſtendit idem per ſimile, qa ſicut in vna perſona, ſcilicet patris, inueniũtur plura attributa, vt bonitas, ſapientia, & huiuſmodi, ita in natura diuina inueniuntur plures perſonæ: ſed pater nõ dicitur eſſe compoſitus ex pluribus attributis, ſicut ex partibus qa ſimplex eſt. ergo pari ratione, quia natura diuina ſimplex eſt, non erit compoſita ex perſonis, ſicut ex partibus. { Hic adiiciendum. } Hic oſtẽdit, quòd perſonę non conueniunt in eſſentia, ſicut in toto vni-

D uerſali, & probat hoc dupliciter. Primo ſic. Omne genus prædicatur pluraliter de pluribus ſpeciebus ſimul acceptis, vel de pluribus indiuiduis ſub illis ſpeciebus contentis, ſicut homo, & aſinus ſunt animalia, & duo homines duo animalia: ſed eſſentia non prædicatur in plurali de tribus perſonis: nõ enim dicimus, quòd tres perſonę ſunt tres eſſentiæ, ſed vna eſſentia. ergo tres perſonæ nõ conueniunt in vna eſſentia, ſicut ſpecies in genere. Eadem ratione probat, quòd nec ſicut indiuidua in ſpecie, ibi: { Si vero dicunt } Secundo, ibi: { Alio quoque modo. } probat idẽ ſic. Nihil vnum exiſtens habet ſub ſe ſpecies, ſicut genus, vel indiuidua ſicut ſpecies: ſed eſſentia diuina eſt vna numero. ergo neque ſe habet ad perſonas, ſicut genus ad ſpeciem, neque ſicut ſpecies ad indiuidua. { Sciendum eſt &c. } Hic oſtẽdit, quòd tres perſonæ non conueniunt in eſſentia, ſicut in parte. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quòd non cõueniunt in ipſa, ſicut in parte materiali. Secundo, quòd non conueniunt in ipſa, ſicut in proprietate formali, ibi: { His quoque addendum. } Primum ſic

E probat. In omnibus, quę conſtituuntur ex vna materia, ſicut anuli ex auro, plus eſt de materia in pluribus, quàm in vno: ſed non plus eſt de eſſentia diuina in tribus perſonis, quàm in vna tantum. ergo neque ſe habet ad perſonam, ſicut materia. Eodẽ modo oſtendit, quòd non conueniunt in ipſa, ſicut in proprietate formali, ſicut dicimus homines eiuſdem complexionis eſſe vnius naturæ, quia in his maius aliquid ſunt duo, quàm vnus quod non eſt in diuinis perſonis. { Ex his autem videtur &c. } Hic ſoluit contrarietatem. Et circa hoc duo facit. Primo, inducit contrarietatem ex verbis Dama. qui videtur dicere, quòd eſſentia eſt ſicut ſpecies, & perſonæ ſicut particularia. Secundo, ponit ſolutionem, ibi: { Hæc autem, quę hic dicuntur. } Et circa hoc duo facit. Primo, exponit qualiter intelligendum ſit, quòd eſſentia eſt ſicut ſpecies prædicata de perſonis, ſicut de partib⁹: quia ſcilicet, hoc dicitur ſecundum ſimilitudinem quandam, & non ſecundum proprietatem. Secundo, oſtendit qualiter intelligendum

ligendum ſit, quod dicit perſonas numero differre, quia ſcilicet **F** ſunt relationibus diſtinctæ, vt vna non ſit altera, & non per eſſentiam diuinam, vt quod eſt in vna, non ſit in alia, ibi: {Quod autem Ioannes dicit &c.} {Sciendum eſt igitur &c. Hic probat tertio æqualitatem magnitudinis perſonarum, ex ratione veritatis ſic. Vbicunque eadem eſt veritas, & magnitudo non eſt maior magnitudo, & veritas ſecundum rem. ergo vbi nō eſt maior veritas, nec maior magnitudo. Sed non magis verū eſt, tres perſonas eſſe, quàm vnam tantum. ergo non eſt maior magnitudo trium perſonarum, quàm vnius tātum. {Præter. cum Deus} Hic concludit ex dictis, quòd Deus quāuis dicatur Trinus, nō tamen dicendus eſt triplex. In illis enim rebus inuenitur triplicitas, vbi tria excedunt vnum in magnitudine: ſed tres perſonæ non excedunt vnam in magnitudine. ergo non eſt dicenda triplicitas trium perſonarum, reſpectu vnius.

*Quòd ſane poſſunt intelligi, quæ Ioannes dicit, & quomodo, oſtendit.*

HAec autem quæ hic dicuntur, licet in ſermonis ſuperficie aliquid a fide alienum reſonare videantur, ſane tamen intelligi quæunt, piumque lectorem, **G** atque intellectorem plurimum efflagitant, in quorum explanatione mallem ſilens alios audire, quàm loquendo maliuolis detrahendi occaſionem præſtare. Videtur tamen mihi ita poſſe accipi cum ait. † Subſtantia eſt commune, & hypoſtaſis eſt particulare, non ita hæc accipit cum de deo dicantur, ut accipiuntur in philoſophica diſciplina, ſed per ſimilitudinem eorum, quæ a philoſophis dicuntur, locutus eſt, vt ſicut ibi commune, vel vniuerſale dicitur, quod prędicatur de pluribus: particulare vero vel indiuiduū, quod de vno ſolo, ita hæc eſſentia diuina dicta eſt vniuerſale, quia de omnibus perſonis ſimul, & de ſingulis ſeparatim dicitur: parriculare vero ſingula

† Dam. vbi ſupra.

## QVAESTIO IIII.

**D**

## Hic quæritur de duobus ſecūdum duas rationes, quę in hac lectione habentur. **H**

### Circa primam probationem quęruntur duo.

Primo. Vtrum in diuinis ſit totum integrale.
Secūdo. Vtrum ſit ibi totum vniuerſale.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum in diuinis ſit totum integrale.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd in diuinis ſit totum integrale. Vbicunque enim eſt quantitas aliqua, ibi eſt ratio totius integralis, cum omnis quantitas in partes diuiſibilis ſit: ſed in Deo eſt quantitas virtutis. ergo eſt ibi totum integrale.

¶ 2 Præter. Sicut quantitas continua integratur ex ſuis partibus, ita & numerus: ſed in diuinis eſt numerus perſonarum, ſcilicet ternarius, cuius pars quædam eſt vnum, & duo. ergo videtur, quòd ſit ibi totum integrale. **I**

¶ 3 Item. Quicquid eſt aliquid alicuius, & non eſt illud, eſt pars integralis illius: ſed pater eſt aliquid Trinitatis, & non eſt Trinitas. ergo eſt pars integralis Trinitatis.

¶ 4 Præter. Ex ſola natura nunquam conſtituuntur res naturę, & præcipue vbi ſunt plures res naturæ in vna natura: ſed in vna natura diuina ſunt plures res naturæ, ſcilicet pſonæ: ergo oportet, quòd ad conſtitutionem perſonæ aliquid aliud naturæ diuinæ adueniat: & ſic erit ibi aliquid integratum ex pluribus.

CONTRA. Omne totum integrale eſt cōpoſitum ex partibus: ſed in Deo nulla eſt compoſitio, ſed ſumma ſimplicitas, vt ſupra habitum eſt. ergo in diuinis non eſt totum integrale. — Diſt. 8. q. 4. art. 1.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ratio totius integralis conſiſtit in compoſitione. Ratio autem partis integralis habet imperfectionem annexā, quibus diuina ſimplicitas & perfectio **K** repugnat: vnde non poteſt [d] ibi eſſe totum integrale, & pars. — D. 974.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quantitas virtutis non attenditur ſecundum diuiſionem virtutis intrinſecus, ſed magis attenditur eius diuiſio reſpectu exteriorum. Vel ſecundum numerum obiectorum, vel ſecundum intenſionem actus, vel ſecundum modos agendi: vnde patet, quòd in quātitate virtutis non eſt ratio totius, & partis integralis, quia partes integrales ſunt intra ſuum totum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in diuinis, vnitas vel dualitas non eſt pars ternarij, niſi ſecundum rationis acceptionem. Cuius ratio eſt, quia alio modo eſt numerus in rebus diuinis, & in rebus creatis, & alio modo vnitas. Cum enim vnum ſit, quod eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum ab aliis: cum vnumquodque autem creatū per eſſentiam ſuam diſtinguatur ab aliis, ipſa eſſentia creati, ſecundū quod eſt indiuiſa in ſe, & diſtinguens ab aliis, **F** eſt vnitas eius, & plures vnitates conſtituentes numerum perſōnarum creaturarum, ſunt plures eſſentiæ congregatæ ſecundum numerationem, ita quòd nihil eſt in vna, quòd ſit in alia ſecundum numerum idem: ſic ergo numerus in rebus creatis habet rationē diſtinctionis, & cuiuſdam coacervationis diſtinctorū per eſſentiam, & ex hoc habet rationem toti[9] integralis. Vnitas autē perſonalis eſt ipſa pprietas relatiua, diſtiguēs vnā perſonam ab alia, & nō eſſentiam ipſius, perſonæ: vnde tres perſonę nō ſunt differentes per eſſentiā cum vna numero eſſentia ſit in tribus perſonis. Et ideo nō poteſt ibi eſſe coacervatio: ſed tantum diſtinctio. Et propter hoc, numerus non habet rationem totius integralis, niſi forte ſecundum quod in intellectu coadunantur rationes proprietatum perſonalium: ſed per hoc non erit integratio alicuius rei: ſed in ratione tantum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc eſt falſa, Pater eſt aliquid Trinitatis, ſi intelligatur partitiue: ſignificaretur enim, quòd haberet partem eſſentiæ Trinitatis ex hoc, quòd aliquid cum ſit neutrum, eſſentiam ſignificat. Sed hæc eſt vera: Eſt aliquis Trinitatis, ex quo non poteſt concludi, quòd ſit pars Trinitatis, niſi ſecundum rationem, quia ſcilicet non eſt tot perſonæ, quot eſt Trinitas, quia Trinitas eſt tres perſonæ, & non pater.

¶ Ad quartum dicendum, quòd naturæ diuinæ nihil additur ad conſtituendum rem naturæ, cum in Deo idem ſit, quo eſt, [d] & quod eſt, ſiue qui eſt. Diſtinctio autem non eſt ex ratione naturæ: ſed ex ratione proprietatis relatiuæ, quæ quidem ſecundum quod comparatur ad eſſentiam, eſt ratio tantum, & non re ab ipſa differens. Prout autem comparatur ad correlatiuum cui opponitur, facit realem diſtinctionem perſonæ, vt ſupra dictum eſt. — D. 1081. Diſtin. 9. q. vnic. art. 1.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum in diuinis ſit totum uniuerſale.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd in diuinis ſit totū vniuerſale. Quicquid enim prędicatur de aliquo ſubſtantialiter, & non conuerſim, prædicatur de ipſo, vt totum vniuerſale de parte ſubiectiua: ſed eſſentia diuina, vel Deus hoc modo pdicatur de patre: pater. n. eſt eſſentia diuina: ſed nō quicunq; eſt eſſentia diuina eſt pater. ergo ibi eſt totum vl'e.

¶ 2 Præt. Vniuerſale, & particulare differunt, ſicut cōe, & ppriū: ſed in diuinis inuenitur cōe & proprium, quia eſſentia eſt cōis, & relatio eſt propria perſonæ. ergo eſt ibi vl'e & particulare.

¶ 3 Item. Supra diſt. 5. ex verbis Hila. habitum eſt, quòd filius Dei generis ſui poteſtatē in habitu aſſumptæ humilitatis exercuit: genus autem ſuum nominat naturam ſuam. ergo videtur, quòd eſſentia ſit genus, & vniuerſale reſpectu perſonarum.

¶ 4 Præter. Scientia eſt ſpecies cognitionis: ſed de Deo vtrunq; dicitur, ſcilicet, quòd cognoſcit, & ſcit: ergo videtur, quòd in diuinis ſit totum vniuerſale.

CONTRA. Vbicunque eſt vniuerſale, & particulare, particularia ſunt potentia in ſuis vniuerſalibus, ſicut differentię in genere: ſed in diuinis non eſt aliquid in potentia. ergo non eſt ibi vniuerſale, & particulare. **K**

¶ Præt. Omne ſuperius eſt pars integralis conſtituens diffinitionem inferioris: vnde dicit Porphy. quòd genus ſe habet ad ſimilitudinem materiæ, & differentia ad ſimilitudinem formę, & ſpecies ad ſimilitudinē cōpoſiti: ſed in diuinis non eſt totū integrale & pars. ergo etiam nec totum vl'e, & pars ſibi reſpondens. — In præd. c. de diff.

RESPONDEO, Dicendū, quòd in diuinis non poteſt eſſe vniuerſale, & particulare. Et huius ratio poteſt quadruplex aſſignari. Primo, quia ſecūdum Auic. vbicunq; eſt genus, [d] & ſpēs, oportet eſſe quidditatem differentē a ſuo eſſe; vt prius dictū eſt. & hoc in diuinis non cōpetit. Secundo, quia eſſentia [d] vl'is non eſt eadem numero in ſuis inferioribus, ſed ſecundum rationem tantum, eſſentia autem diuina eſt eadem numero in pluribus perſonis. — 2. par. logi. cę. c. 2. D. 675. & 464. Diſt. 8. q. 1. art. 1. D. 634.



perſonis. Tertio quia vniuerſale exigit pluralitatem in his, quæ **A** ſub ipſo continentur, vel in actu, vel in potentia. In actu, ſicut eſt in genere, quod ſemper habet plures ſpecies. In potentia, ſicut in aliquibus ſpeciebus, quarum forma quantum eſt de ſe, poſſibilis eſt inueniri in multis, cum omnis forma ſit de ſe communicabilis, ſed quòd inueniatur tātum in vno ē ex parte materię debitæ illi ſpeciei, quæ tota adunatur in vno indiuiduo, ut patet in ſole, qui conſtat ex tota ſua materia, & iſta pluralitas eſt ſecundum numerum, qui numerus ſimpliciter eſt fundatus in ſubſtātiali diſtinctione. Tres autem perſonæ, non numerantur tali numero, vt dictum eſt, & ideo eſſentia nō habet rationem vniuerſalis. Quarto, quia particulare ſemper ſe habet ex additione ad vniuerſale. In diuinis autem propter ſummam ſimplicitatem non eſt poſſibilis additio, & ideo, nec vniuerſale, nec particulare. — Arti. antec.

quælibet perſonarum, quia nec de aliis cōiter, nec de aliqua aliarum ſingulariter pdicatur. pp ſimilitudinem ergo pdicationis, ſubſtantiā dixit vniuerſale, & perſonas particularia, vel indiuidua, propter hoc idē ēt eandem diuinam eſſentiam dixit eſſe ſpeciem cōem, & circumplectiuam ſimilium ſpecie perſonarū, quia ſicut hæc ſpecies homo, de ſuis prædicatur indiuiduis: velut de Petro, Paulo, & aliis, nec iſta ſpecie differunt, ſed conueniunt, ita deus de tribus prædicatur perſonis, quæ in diuinitate non differūt, ſed per omnia cōueniunt. Hāc ergo ſimilitudinē inter res ſempiternas, & res tēporales perpēdens Ioannes: vniuerſitatis & particularitatis nomina, q̄ rebus tpalibus proprie conueniunt, ad res ęternas trāſtulit. Aug. vero maiorē videns diſſimilitudinē q̄ ſimilitudinē īter res pdictas, ab excellentia trinitatis pdicta noīa remouit,

**B** *Ex quo ſenſu dixerit perſonas differre numero.*

QVòd aūt Ioannes dicit hypoſtaſes differre numero, non natura, in eo q non differre natura ait, veriſſime & ſine ſcrupulo loquit. Qđ vero dicit differre numero, cauendū eſt qūo intelligat, diuerſis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

AD PRIMVM igitur, quòd modus prędicandi proportionatur ipſis rebus, de quibus ſit prędicatio, cum ſecundum Hilar. ſermo ſit rei ſubiectus. Vnde ſicut nulla res in creaturis inuenitur ſimilis ex toto vnitati eſſentię in tribus perſonis, Sed ſecundum aliquid: ita etiam nullus modus prædicandi in creaturis eſt ſimilis huic modo prædicandi quo eſſentia, vel deus de tribus perſonis prædicatur. Dico igitur, quòd ſecundū id qđ tactum eſt in obiectione, habet ſimilitudinē cū mō pdicandi totius vl'is, ſed differt ſecundū alia, quę ſupra dicta ſunt. — 4. de Trini. ante med. In corp. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd commune quantum eſt de ſe, non determinat rei cōmunitatem, vel rationis; ſicut vniuerſale, & ideo eſſentia poteſt dici communis, non autem vl'is.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Hila. loquitur ad ſimilitudinē creaturarum, prout communiter loquendo dicimus, genus hominum, vnum genus eſſe, ſecūdum quòd eſt multitudo aliquorum ſe habentium ad vnum principium: ita etiam dicitur genus diuinum ipſa pluralitas perſonarum, ſecundum ordinem emanationis ab vno principio, qui eſt pater.

¶ Ad quartum dicendū, quòd in creaturis quædam inueniuntur, quæ tàm ſecundum rationem generis, quàm ſecundum rationem ſpeciei dicunt aliquid perfectionis. Vnde attribuitur deo vtrumque, ſecundum propriam rationem, ſicut patet in cognitione, & ſcientia. Et hæc quidē q̄uis in creaturis ſe habeāt ſicut genus & ſpecies, tn̄ in diuinis non ſic ſe habent, qa vnum ſm rem nihil addit ſuper alterum, ſed ſolum ſm̄ rationem.

## QVAESTIO V.

**E**

## Circa ſecundam probationem, quæritur de veritate.

### Et quæruntur tria.

Primo, Quid ſit veritas
Secūdo, Vtrum omnia ſint vera vna veritate, quæ eſt veritas increata, ſiue prima.
Tertio, De conditionibus veritatis, ſcilicet æternitate, & incommutabilitate eius.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum veritas ſit eſſentia rei.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd veritas ſit idem quod eſſentia rei. Dicit enim Aug. lib. Soliloquiorum, q verum eſt id, quod eſt. Et ab alijs, dicitur quòd verū eſt indiuiſio eſſe, & eius quod eſt. ergo vnumquodque dicitur verum, ſecundum q habet eſſe: eſſe autem eſt actus eſſentię. ergo cum vnumquodq; veritate formaliter ſit verum, videtur q omnino idem ſit veritas & eſſentia. — De ver. q. 1. art. 1. 8. c. 5. to. 1.

¶ 2 Præt. Quæcunq; differunt re, vel rōne, vnum pōt intelligi ſine altero, vnde ēt ſm Boe. lib. de Hebdo. pōt intelligi deus nō intellecta eius bonitate: ſed eēntia rei non pōt intelligi ſine veritate. ergo eēntia rei & veritas nō differūt neq; re, neq; rōne. — Cap. 2.

¶ 3 Item. Quicquid differt ſecundum rōnem ab ente, ſe habet ex additione ad illud: ſed quod habet ſe ex additiōe ad aliquid contrahit, & determinat illud, ſicut ſe habet hō ad aīal. Cum igitur verum non contrahat ens: quia verū & ens conuertuntur, videtur q veritas neq; re, neq; ratione ab eſſentia differat. — Dama. vbi ſupra. † vbi ſupra.

¶ 4 Præt. Anſel. dicit, quòd veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. Conſtat autem, q loquit metaphorice de rectitudine, quia rectitudo proprie dicta, ē paſſio continui. Sed bonitas, & iuſtitia, ſecundū propriā rōnē habēt, q ſint rectitudo ſola mente perceptibilis. ergo videt, quòd veritas re, & ratione ſit idem quod bonitas, & iuſtitia. — lib. de veri. cap. 12. † vbi ſupra.

**C** CONTRA. Contingit aliquid verum dicere & de ente & de non ente: ſed nō entia non habent eſſentiam. cum ergo omne verum veritate ſit verum, videtur quòd veritas non ſit idem quòd eſſentia.

¶ Præt. Veritas eſt ſola mente perceptibilis, vt patet, per Anſel: ſed illud, quod eſt ſola mente perceptibile non eſt in ſenſibilibus, ſed tantū in intelligibilibus, eſſentia autē eſt vtriuſq;. ergo eſſentia & veritas non ſunt idem. — Ibidem.

¶ Item. Veritas & falſitas ſunt tantum in complexis, quia ſingulū incomplexorum neq; verū, neq; falſum eſt: ſed eſſentia eſt rerum incomplexarum. ergo non eſt idem quòd veritas.

¶ Item. Veritati opponitur falſitas: ſed falſitatem contingit inuenire in entibus ſicut dicimus aurum falſum, ſed de ente non dicitur non ens, ergo falſum non eſt idē, quod non ens. ergo nec veritas eſt idem, quod eſſentia: quia ſi contrariū de cōtrario nō prædicatur, vt idem, nec oppoſitum de oppoſito.

**D** RESPONDEO, Dicendum, quòd eorum, quæ ſignificantur nominibus, inuenitur triplex diuerſitas. Quædā enim ſunt quæ ſecundū eſſe totū completū ſunt extra animā, & huiuſmodi ſunt entia completa, ſicut homo & lapis. Quædam autē ſunt, quæ nihil habent extra aīam, ſicut ſomnia & imaginatio chimeræ. Quædam autem ſunt, quę habent fundamentū in re extra animam, ſed complementū rationis eorum quantū ad id, quod eſt formale eſt per operationem animæ, vt patet, in vl'i. Humanitas enim eſt aliquid in re, non tamen ibi habet rationē vniuerſalis, cum non ſit extra animam aliqua humanitas multis cōmunis, ſed ſecundū quòd accipitur in intellectu adiungitur ei per operationem intellectus intentio, ſm quam dicitur ſpecies. Et ſimiliter eſt de tempore, quod habet fundamentum in motu. ſ. prius & poſterius ipſius motus, ſed quantum ad id, quod eſt formale in tēpore. ſ. numeratio, completur per operationē intellectus numerantis. Similiter dico de veritate, quòd habet fundamentum in re, ſed ratio eius completur per actionē intellectus **E** quando. ſ. apprehenditur eo modo quo eſt. Vnde dicit Philoſophus 6. metaphyſice, q verū & falſum ſunt in anima, ſed bonū & malū in rebus. Cum autem in re ſit quidditas eius & ſuum eſſe, veritas fundatur in eſſe rei magis quā in quidditate, ſicut & nomē entis ab eſſe imponitur, & in ipſa operatione [d] intellectus accipiētis eſſe rei ſicut eſt per quādā ſimilationē ad ipſum, completur relatio adæquationis in qua cōſiſtit ratio veritatis. Vnde dico, quòd ipſum eſſe rei eſt cauſa veritatis ſecundū quòd eſt in cognitione intellectus. Sed tamen ratio veritatis per prius inuenitur in intellectu quā in re, ſicut etiā calidū & frigidū, & alię cauſæ ſanitatis ſunt cauſa ſanitatis, quæ eſt in animali, & tn̄ animal per prius dicitur ſanum, & ſigna ſanitatis & cauſa ſanitatis dicuntur ſana, ſecundū analogiam ad ſanum, quod de animali dicitur. Vnde dico, quòd verū per prius dicitur de veritate intellectus, & de enuntiatione dicitur inquantum eſt ſignum illius veritatis, de re dicitur inquantum eſt cauſa. — D. 43.

Vnde res dicitur vera, quę nata eſt de ſe facere veram apprehenſionem quantum ad ea, quę apparent exterius in ipſa, & ſimiliter dicitur falſa res, quæ nata eſt facere, quantum ad id quod apparet exterius de ipſa, falſam apprehenſionem, ſicut auricalcum dicitur aurum falſum. Et inde eſt etiam, quòd homo dicitur falſus, qui dictis, vel factis oſtendit de ſe aliud quàm ſit, & per oppoſitum intelligitur veritas, quę eſt virtus in dictis & factis conſiſtens, vt dicit Philoſo. 5. Metaph. tex. 34. Vtraque autem veritas, ſcilicet intellectus & rei inducitur ſicut ī primum principium in ipſum deum, quia ſuum eſſe, eſt cauſa omnis eſſe, & ſuum intelligere, eſt cauſa omnis cognitionis. Et ideo ipſe eſt prima veritas, ſicut & primum ens: vnumquodque enim ita ſe habet ad veritatem ſicut ad eſſe, vt patet ex dictis. Paulo ſupe. Et inde eſt, quòd prima cauſa eſſendi, eſt prima cauſa veritatis, & maxime vera, ſcilicet deus, vt probat Philoſophus 2. Metaphyſ. Tex. 4. Veritas autem enunciationis reducitur in prima principia per ſe nota, ſicut in primas cauſas, & præcipue in hoc principium, quòd affirmatio, & negatio, non ſunt ſimul vera, vt dicit Auice. 2. parte logicæ c. 4. Sic ergo patet quomodo diuerſæ diffinitiones de veritate dantur. Quędam enim veritatis diffinitio datur ſecundum hoc, quod veritas completur in manifeſtatione intellectꝰ, ſicut dicit Auguſtinus lib. de vera relig. ca. 36. to. 1. Veritas eſt qua oſtenditur id quod eſt. Et Hilar. Hilar. 5. de Tri. añ me. Verum eſt declaratiuum, aut manifeſtatiuum eſſe. Quædam autem datur de veritate, ſecundum quòd habet fundamentum in re, ſicut illa Auguſt. 2. ſolilo. c. 5 to. 1. Verum eſt id quod eſt. Et alia magiſtralis, Verum eſt indiuiſio eſſe & eius quod eſt. Et alia Auic. Tracta. 7. Meta. c. 1. Veritas cuiuſque rei, eſt proprietas ſui eſſe, quod ſtabilitum ei eſt. Quædam autem datur, ſecundum commenſurationem eius quod eſt in intellectu ad id, quod eſt in re, ſicut dicitur. Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum: & Auguſt. 2. ſoliloq. 5 to. 1. Verum eſt quod ita ſe habet, vt cognitori, videtur ſi velit, & poſſit cognoſcere. Quædam autem datur de veritate, ſecundum quòd appropriatur filio, cui etiam appropriatur cognitio, ſcilicet ab Auguſt. lib. de vera relig. Cap. 36. Veritas eſt ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſſimilitudine eſt. Quędam autem datur de veritate, comprehendens omnes veritatis acceptiones, ſcilicet. Veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. In rectitudine tangitur commenſuratio, & in hoc, quòd dicitur ſola mente perceptibilis, tāgitur id, quod complet rationem veritatis. Paulo ſupe. Patet etiam ex dictis, quòd veritas addit ſupra eſſentiam, ſecundum rationem, ſcilcet ordinem ad cognitionem, vel demonſtrationem alicuius.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd eſſe dr̄ dupliciter. Vno modo, ſecūdum quòd ens ſignificat eſſentiam rerum, put diuiditur per 10. genera. Alio modo, ſecundum quòd eſſe ſignificat compoſitionem quam anima facit, & iſtud ens Philoſophus appellat verum. 5. Metaph. tex. 14. Et ſimiliter Auguſt. cum dicit, quòd verum eſt id, quod eſt. q. d. verum eſt quando dicitur de eo, quod eſt, et ſimiliter intelligitur quod dicitur. vbi ſupra. Verum eſt indiuiſio eſſe & eius quod eſt. Et ſi in negatiuis ſit veritas quæ non conſiſtit in compoſitione, ſed in diuiſione: tamen veritas negatiue fundatur ſupra veritatem affirmatiue, cuius ſignum eſt, quòd nulla negatiua probatur niſi per aliquam affirmationem. Vel poteſt dici, quòd diffinitiones iſtæ dantur de vero non ſecundum completam ſui rationem, ſed ſecundum illud quod fundatur in re.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut bonitas dicit rationem per quā eſſentia ordinatur ad appetitū, ita veritas dicit rōnem per quam eſſentia ordinaẗ ad intellectum. Vnde ſicut nullum eſſe appetitur, amota ratione boni, ita nullum eſſe intelligitur amota ratione veri: nihilominus tamen, alia eſt ratio veri, & alia ratio entis. Dupliciter enim dicitur aliquid non poſſe intelligi ſine altero. Aut ita quòd vnum non poſſit intelligi ſi non ponatur alterum eſſe, & ſic dicitur, quòd eſſe non poteſt intelligi ſine vero, ſicut etiam nō poteſt intelligi ſine hoc, quòd F eſt eſſe intelligibile. Siue ita, quòd quandocunque intelligitur vnum intelligatur alterum. ſicut quicunque intelligit hominē intelligit animal. Et hoc mō eſſe poteſt intelligi ſine vero, ſed non econuerſo: quia verum non eſt in ratione entis, ſed ens in ratione veri, ſicut poteſt aliquis intelligere ens, & tamen non intelligat aliquid de ratione intelligibilitatis, ſed nunquam poteſt intelligi intelligibile, ſecundum hanc rationem, niſi intelligatur ens. vnde etiam patet, quòd ens eſt prima conceptio intellectus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verum addit ſupra ens ſicut & bonum, & vnum. Nullum tamen eorum addit aliquam differentiam contrahentem ens, ſed rationem, quæ conſequitur omne ens, ſicut vnum addit rationem indiuiſionis, [d] & bonum rationē finis, D. 79. & verum rationem ordinis ad cognitionem, & ideo hæc quatuor conuertuntur ens, bonum, vnum & verum.

H ¶ Ad quartum dicendum, quòd rectitudo dicitur de bonitate iuſtitia, & veritate, metaphorice, & ſecundum diuerſas rationes. Inuenitur enim in recto quædam æqualis proportio principij, medij, & finis, vnde ſecundum hoc, quòd aliquis in diſtribuendo, vel communicando menſuram, æqualitatis iuſtitiæ ſeruat, vel menſuram præcepti legis, dicitur rectitudo iuſtitiæ. Secundum autem quòd aliquid non egreditur commenſurationem finis, dicitur rectitudo bonitatis. Secundum autē, quòd non egreditur ordinem commenſurationis rei & intellectus, dicitur rectitudo veritatis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſecundum Auice. Tractat. 1. Metaph. c. 1 de eo quòd nullo modo eſt, non poteſt aliquid enuntiari, ad minus enim oportet, quòd illud de quo aliquid enuntiatur, ſit apprehenſum, & ita habet aliquod eſſe ad minus in intellectu apprehendente, & ita conſtat, quòd ſemper ueritati reſpondet aliquod eſſe, nec oportet quòd ſemper reſpondeat ſibi eſſe in re extra animam, cum ratio veritatis compleatur in ratio- I ne animæ.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quàmuis eſſe ſit in rebus ſenſibilibus, tamen rationem eſſendi, vel intentionem entis, ſenſus non apprehendit, ſicut nec aliquam formam ſubſtantialē, niſi per accidens, ſed tantum accidentia ſenſibilia. Ita etiam q̄uis veritas ſit in rebus ſenſibilibus, prout dicit̄ eſſe veritas in rebus, tamen intentio veritatis ſolo intellectu percipitur. Vel dicendum, quòd quàmuis res ſenſibiles ſenſu comprehendantur, tamen earum adæquatio ad intellectum ſola mente capitur, & pro tanto dicitur, quòd veritas eſt ſola mente perceptibilis.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd cum ſit duplex operatio [d] D. 758. intellectus: vna quarum dicitur a quibuſdam imaginatio intellectus, quam Philoſophus tertio de anima nominat intelligentiam indiuiſibilium, 3. de anima tex. 21. quæ conſiſtit in apprehenſione quidditatis ſimplicis, quæ alio etiam nomine formatio dicitur. K Alia eſt quam dicunt fidem, quę conſiſtit in compoſitione, vel diuiſione propoſitionis. Prima operatio reſpicit quidditatem rei. Secunda reſpicit eſſe ipſius. Et quia ratio [d] veritatis fundatur in eſſe, & non in quidditate, vt dictum eſt. D. 1162. In corp. Ideo veritas, & falſitas proprie inuenitur in ſecunda operatione, & in ſigno eius, quod eſt enuntiatio, & non in prima, vel ſigno eius, quod eſt diffinitio, niſi ſecundū quid, ſicut etiam quidditatis eſſe eſt quoddam eſſe rationis, & ſecundum iſtud eſſe dicitur veritas in prima operatione intellectus, per quem etiam modum dicitur diffinitio vera. Sed huic veritati non adiungitur falſitas per ſe, quia intellectus habet verum iudicium de proprio obiecto, in quod naturaliter tendit, quod eſt quidditas rei, ſicut & viſus de colore: ſed per accidens admiſcetur falſitas, ſcilicet ratione affirmationis, vel negationis annexæ, quod contingit dupliciter. Vel ex comparatione diffinitionis ad diffinitum: & tunc dicitur diffinitio falſa reſpectu alicuius, & non ſimpliciter: ſicut diffinitio circuli eſt falſa de triangulo.
Vel

*Quibus modis dicantur differre numero, & ſecundum quem modum perſonis conuenire poſſet.*

DIcuntur enim aliqua differre numero, quando ita differūt, vt hoc non ſit illud, nec aliquid quod illud eſt, vel in ipſo eſt: qualiter differunt Socrates, & Plato & huiuſmodi, quæ apud Philoſophos dicuntur indiuidua, vel particularia, iuxta quem modum non poſſunt dici tres perſonę differre numero. Dicuntur quoq; differre numero quę in enumeratione, ſiue computatione non ſibi adiunguntur, ſed a ſe inuicem diſcernuntur, vt cum de aliquibus rebus loquētes dicimus, vna, duę, tres, Et ſecundum hunc modum forte dixit Ioannes hypoſtaſes. ideſt, perſonas differre numero. Poſſumus enim dicere, pater eſt vnus, & pater & filius G ſunt duo, & pater & filius & ſpirituſſanctus ſunt tres. Et item: hæc perſona eſt vna, & hęc, & illa ſunt duæ, & hæc & illa & alia, ſunt tres. Conuenientius tamen tres illæ perſonæ, proprietatibus tantum diſtingui dicuntur, de quarum diſtinctione, ſecundum proprietates in ſequenti tractabitur.



Nunc vero ad inceptum redeamus, quę dicta ſunt repetentes, vt ſæpius verſando, familiarius innoteſcant.

*Quòd vna perſona non eſt maior alia, nec tres ſimul quàm una, & hoc ratione oſtendit catholica.*

SCiendum eſt ergo, tantam eſſe æqualitatem in trinitate, vt ait Auguſtinus in 8. lib. de Trin. vt nō ſolum pater nō ſit maior quàm filius, ſed nec pater & filiꝰ ſimul maius aliquid ſint, quàm ſpirituſſanctus, aut quælibet perſona minus aliquid ſit quàm ipſa trinitas. Quòd autem ita ſit aliquo modo, ſi fieri poteſt, demōſtrandum eſt. Quantum ergo ipſe creator adiuuat, attendamus, inquit Aug. in eodē, quomodo in hac trinitate duæ, vel tres perſonæ non ſunt maius aliquid quàm vna earum.

*Ratione ſubtiliſſima utitur, ad oſtendendum quòd ita ſit.*

E

B QVòd ibi magnum dicitur, aliunde magnū non eſt, quàm eo quo vere eſt: quia ibi magnitudo ipſa veritas eſt, a & veritas eſſentia. Non ergo ibi maiꝰ eſt quod verius non eſt. Non autem verius eſt pater, & filius ſimul, quàm pater ſolus; vel filius, non ergo maiꝰ eſt aliquid vterque ſimul, quàm ſingulus eorum, & quia æque etiam vere eſt ſpirituſſanctꝰ, ideo pater & C filius ſimul nō ſunt aliquod maius, quàm ipſe, quia nec verius ſunt. Item, in eſſentia veritatis, hoc eſt uerum eſſe, quod

Vel in reſpectu partium definitionum adinuicem, in quibus implicatur impoſſibilis affirmatio, ſicut definitio vacui, quòd eſt locus, in quo nullum corpus eſt, & hæc definitio dicitur falſa ſimpliciter, vt in 5. metaphy. dicitur, Tex. 34. ſed hoc non contingit niſi in quidditatibus compoſitorum: quia in quidditatibus rerum ſimplicium, nō deficit intellectꝰ niſi †Diſt. 26. ex hoc, quòd omnino nihil intelligit, vt in 9. Metaphyſic. dicitur. Tex. 22 Secundæ autem operationi admiſcetur falſitas etiā per ſe: non quidem quantum ad primas affirmatiōes, quas naturaliter intellectus cognoſcit, vt ſunt dignitates, ſed quantū ad conſequentes: q̄a rationem inducendo contingit errare per applicationem vnius ad aliud. In corp. ar. Patet igitur ex dictis, quòd verum proprie loquendo, quod inuenitur tantum in cōplexis, non impedit conuerſionem veri, & entis: quia quælibet res in complexa habet eſſe ſuum; q̄d non accipitur ab intellectu niſi per modum complexionis, & ideo ex ipſa ratione quam addit verum ſupra ens, ſcilicet ordinem ad intellectum, ſequitur iſta differentia, quòd verum ſit complexorum, & ens dicatur de re extra animam incomplexa.

¶ Ad vltimum dicendum, quòd ſicut dictum eſt, ens eſt prima conceptio intellectus, In corp. vnde enti nō poteſt aliquid opponi per modum contrarietatis, vel priuationis, ſed ſolum per modum negationis, quia ſicut ipſum non fundatur in aliquo, ita nec oppoſitum ſuum, oppoſita enim ſunt circa idem: ſed vnū, verum, & bonum, ſecundum proprias intentiones fundantur ſupra intentionem entis, & ideo poſſunt habere oppoſitionem contrarietatis, vel priuationis fundatę ſuper ens, ſicut & ipſa ſuper ens fundantur. Vnde patet, quòd non eodem modo ſe habet verum, & falſum, & malum, & bonum, ſicut ens & non ens, niſi accipiatur non ens particulariter pro remotione alicuius, cui ſubſternitur aliquod ens, vnde ſicut quælibet priuatio entis particularis fundatur in bono: & falſum fundatur in aliquo vero ſicut in aliquo eſſe. Vnde ſicut illud in quo eſt falſitas, vel malitia, eſt aliquod ens, ſed non eſt ens completum, ita etiam illud quod eſt malum, vel falſum, eſt aliquod bonum, vel verum incompletum.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum omnia ſint vera veritate increata.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd omnia ſint vera vna veritate, quę eſt veritas increata. Sicut enim dictum eſt, in ſolutione præcedentis articuli, verum dicitur analogice de illis in quibus eſt veritas, ſicut ſanitas de omnibus ſanis: ſed vna eſt ſanitas numero a qua denominatur animal ſanum ſicut ſubiectum eius, & medicina ſana ſicut cauſa eius, & vrina ſana, ſicut ſignum eius. ergo videtur, quòd vna ſit veritas qua omnia dicuntur vera.

2 ¶ Præt. Omnis rectitudo attenditur per aliquam menſurā: ſed veritas eſt rectitudo quædam. cum igitur videamus omnibus temporalibus reſpondere vnum tempus quaſi menſuram, videtur etiam quòd omnibus veris reſpondeat vna veritas, ſecundum quam dicantur vera.

3 ¶ Præt. Sicut ſe habet bonitas ad bona, ita ſe habet veritas ad vera: ſed omnia ſunt bona vna bonitate. 8. de Trini. c. 3. to. 3. Vnde Auguſtinus lib. de Tri. Bonus eſt homo, bona eſt facies, bonum eſt, hoc & illud tolle hoc & illud, & videbis bonum: omnis boni. Vnde vr̄ quòd ſit vna bonitas numero in omnibus participata ſe- A cundum quam dicunẗ bona. ergo videtur, quòd ſimiliter omnia dicantur vera vna veritate, quæ eſt veritas increata.

4 ¶ Si dicas ꝙ oīa dicuntur vera, veritate increata exēplariter.

¶ Contra. Vniuſcuiuſque formæ exemplar eſt in Deo, quod eſt creatrix eſſentia. Si igitur hoc ſufficeret vt omnia dicerentur vera veritate increata: quia exemplātur ab ipſa, videtur quòd ſimiliter omnia poſſent dici colorata: q̄a exemplantur colore, qui eſt in deo exemplariter, quod eſt inconueniens.

CONTRA, mala fieri eſt verum: ſed nullum malum eſt a Deo. ergo uidetur, ꝙ non omnia vera ſint vera veritate īcreata. ibi. c. 1. to. 1

RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dictum eſt, ratio veritatis Arti. antec. in duobus conſiſtit, in eſſe rei, & in apprehenſione virtutis cognoſcitiuę proportionata ad eſſe rei. Vtrunque autem horum quàmuis vt dictum eſt, reducatur in deum ſicut in cauſam efficientem & exemplarem Diſt. 8. q. 1. art. 1.: nihilominus tamen, quælibet res participat ſuum eſſe creatum, quo formaliter eſt, & vnuſquiſque intellectus participat lumen, per quod recte de re iudicat, quod quidē eſt exemplatum a lumine increato. Habet etiam intellectus ſuam operationem in ſe, ex qua completur ratio veritatis. Vnde dico, quòd ſicut eſt vnum eſſe diuinum quo omnia ſunt, ſicut a principio effectiuo exemplari: nihilominus tamen in rebus diuerſis eſt diuerſum eſſe, quo formaliter res eſt, ita etiam eſt vna veritas. ſ. diuina, qua omnia vera ſunt ſicut principio effectiuo exemplari. nihilominus ſunt plures veritates in rebus creatis quibus dicuntur veræ formaliter.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd aliquid dicitur ſe- D cundum [d] analogiam tripliciter. Vel ſecundum intentionem D. 547. tantum & non ſecundum eſſe: & hoc eſt quando vna intentio refertur ad plura per prius & poſterius: quæ tamen non habet eſſe niſi in vno: ſicut intentio ſanitatis refertur ad animā, vrinam, & dietam diuerſimode, ſecundum prius & poſterius: non tamen ſecundum diuerſum eſſe: quia eſſe ſanitatis non eſt niſi in animali. Vel ſecundum eſſe & non ſecundum intentionem: & hoc contingit quando plura parificantur in intentione alicuius communis, ſed illud commune nō habet eſſe vnius rationis in omnibus, ſicut omnia corpora parificantur in intentione corporeitatis. Vnde logicus, qui conſiderat intentiones tantum dicit, hoc nomen corpus de omnibus corporibus vniuoce prædicari, ſed eſſe huius naturæ non eſt eiuſdem rationis in corporibus corruptibilibus & incorruptibilibus. Vnde quantum ad metaphyſicum, & naturalem, qui conſiderant res ſecundum ſuum eſſe, nec hoc nomen corpus, nec ali- E quid aliud dicitur vniuoce de corruptibilibus, & incorruptibilibus. vt patet. 10. Metaphy. ex Philoſopho & Commentatore. Tex. c. 5. Vel ſecundum intentionem & ſecundum eſſe, & hoc eſt quando neque parificatur in intentione communi neque in eſſe, ſicut ens dicitur de ſubſtantia & accidente, & de talibus oportet quòd natura communis [d] habeat aliquod eſſe in vnoquoque eorum de quibus dicitur, ſed differens ſecundum rationem maioris, vel minoris perfectionis. D. 975. Et ſimiliter dico, quòd veritas, & bonitas, & omnia huiuſmodi, dicuntur analogicè de Deo, & creaturis. Vnde oportet, quòd ſecundum ſuum eſſe omnia hæc in Deo ſint: & in creaturis ſecundum rationem maioris perfectionis, & minoris, ex quo ſequitur cum non poſſint eſſe ſecundum vnum eſſe vtrobique, quòd ſint diuerſę veritates.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum veritas ſit quædam rectitudo, & commenſuratio, oportet quòd in ratione veritatis In cor. arti. intelligatur mēſura, & ſicut dictum eſt, oportet eſſe cōmenſura-

tionem rei ad intellectum, vt compleatur ratio veritatis. Res autem diuerſimode ſe habent ad diuerſos intellectus: quia intellectus diuinus eſt cauſa rei, vnde oportet, quòd res menſuretur per intellectum diuinum, cum vnumquodque menſuretur per ſuum primum principiũ, & ideo dicit Anſelmus, quòd res dicitur eſſe vera quando implet hoc, ad quod eſt ordinata in intellectu diuino. Sed res ſe habẽt ad intellectum noſtrum ſicut cauſa, inquantum ſcilicet intellectus accipit d a rebus, & inde ẽ quòd ſcientia noſtra non menſurat res, ſed mẽſuratur ab eis, vt dicitur, 10. Metaphy. Non enim ita ideo eſt in re, qa ſic videtur nobis, ſed magis quia ita eſt in re, verum eſt, quod videtur nobis. Sic ergo intellectus diuinus eſt, vt menſura prima non menſurata. Res autem, eſt menſura ſecunda, menſurata. Intellectus autem noſter, eſt menſuratus, & non menſurans. Dico igitur, quòd prima mẽſura veritatis eſt vna tantum, ſed menſuræ ſecundæ, ſcilicet ipſę res ſunt plures, vnde ſunt plures veritates. Et ſi non eſſet niſi vna d menſura veritatis, adhuc non ſequeretur, ꝙ eſſet tm̃ vna veritas, quia veritas non eſt menſura, ſed commenſuratio, vel adęquatio, & reſpectu vnius menſuræ poſſunt eſſe diuerſæ commenſurationes in diuerſis, vnde non eſt ſimile de tempore, quia tempus eſt ipſa menſura.

Anſel. de ver. c. 11.
D. 355. & 873.
Text. 5.
D. 108.

eſt eſſe, & hoc eſt eſſe, quod eſt magnum eſſe: hoc eſt ergo magnum eſſe, quod verum eſſe, qđ ergo ibi æque verũ eſt, & ęque magnum eſt, quod ergo ibi plꝰ veritatis non habet, non habet plus magnitudinis plus autem veritatis non habet qđ verius non eſt. Non eſt autem verius vna perſona quàm alia, vel duę q̃ vna, vel tres ſimul q̃ ſingula. nõ ergo plus veritatis hẽt vna q̃ alia, vel duę q̃ vna, vel tres ſimul quàm ſingula. Sic ergo & ipſa trinitas non eſt maius aliquid quàm vnaquæque ibi perſona, ſed tâm magnũ quàm ſingula. Non enim ibi maior eſt quę verior non eſt, vbi ipſa veritas eſt magnitudo. Ecce modo conuenienti, & ratione catholica oſtenſum eſt, quomodo H indifferens ſit magnitudo triũ perſonarũ: quia nec vna maior eſt alia: nec duæ maius aliquid q̃ vna: nec tres ſimul maius aliquid, quàm ſingula.

*Quòd deus non eſt dicendus triplex, ſed trinus.*

G PRæterea cum deus dicatur Trinus, non tamẽ debet dici triplex. ibi enim nõ eſt triplicitas, vbi ſumma eſt vnitas, & indifferẽs æqualitas. Vnde Auguſtinus in lib. 6. de Trinit. ait. Non quoniam deus trinitas eſt, ideo triplex putandus eſt: alioquin minor eſſet pater ſolus, vel filius ſolus, quàm ſimul pater & filiꝰ. Cum itaque tantus eſt ſolus pater, vel ſolus filius, vel ſolus ſpirituſſanctus, quantus eſt ſimul pater, & filius, & ſpirituſſanctus, nullo modo dicendus eſt triplex deus: nõ enim pater cũ filio & ſpirituſancto maior deus eſt, quàm ſinguli eorum: quia nõ eſt quo creſcat illa perfectio, perfectus autem eſt, & pater, & filius & ſpirituſſanctꝰ, & perfectus dicitur deus ſingulus eorum, & ideo trinitas potius, q̃ triplex dici debet.

*Quòd non eſt ita in rebus corporeis, vt in trinitate.*

IN rebus corporeis nõ tantum eſt vna quantum tres ſimul, & plꝰ ſunt duę, q̃ vna res. In trinitate vero ſumma, tantũ eſt vna perſona quantum tres ſimul, & tantum ſunt duæ quantum vna, & in ſe infinitæ ſunt, quia non eſt finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur, quòd ſuperiꝰ dictum eſt, ſcilicet quomodo B & ſingula ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia ĩ omnibus, & vnum in omnibus eſt, & vnũ omnia. Ecce iam oſtendimus ſufficienter, qualiter in trinitate, aliqua perſona aliam non ſuperat in magnitudine.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſimiliter dico de bonitate, quòd eſt vna bonitas, qua ſicut principio effectiuo exemplari omnia ſunt bona. Sed tamen bonitas qua vnumquodque formaliter eſt bonum, diuerſa eſt in diuerſis: ſed quia bonitas vniuerſalis non inuenitur in aliqua creatura, ſed particulata, & ſecundum aliquid, ideo dicit Auguſtinus, quòd ſi remoueamus omnes rationes particulationis ab ipſa bonitate, remanebit in intellectu bonitas integra, & plena, quæ eſt bonitas diuina, quæ *videtur in bonitate creata* ſicut exemplar in exemplato.

¶ Ad quartum dicendum, quòd exemplar rerum eſt in deo dupliciter. Vel quantum ad id quod eſt in intellectu ſuo, & ſic ſecundum ideas eſt exemplar intellectus diuinus omnium quę ab ipſo ſunt, ſicut *intellectus artificis per formam* artis omniũ artificiatorum. Vel quantum ad id, quod eſt in natura ſua ſicut ratione ſuæ bonitatis qua bonus, eſt exemplar omnis bonitatis, & ſimiliter eſt de veritate. Vnde patet, quòd non eodem modo deus eſt exemplar coloris, & veritatis: & ideo obiectio non procedit.

¶ Ad vltimum dicendum, quòd quàmuis malum non ſit bonum, nec ſit a deo, nihilominus intelligere malum bonum eſt, & a Deo eſt, & ideo veritas quæ conſiſtit in commenſuratione intellectus ad priuationem exiſtentem extra animam, bo- K na eſt, & a Deo, & ideo dicit Ambroſius, quòd omne verum a quocunque dicatur, a ſpiritu ſancto eſt.

Amb. ſ 12. ca. 1. ad Corint. circa illud. ꝑpter q̄ notũ vobis facio. tomo 3.

ARTICVLVS III.

*Vtrum ſint plures veritates æternæ.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſint plures veritates ęternæ. Sicut patet ex dictis. Diuerſarum propoſitionum diuerſæ ſunt veritates: ſed pater eſt deus, filius eſt deus, ſunt duæ propoſitiones. ergo & ſunt duæ veritates, ſed vtrunque iſtorum ab æterno eſt verum. ergo plures veritates, ſunt æternæ.

1. p. q. 16. ar. 7. de verit. q. 1. art. 5.

¶ 2 Præterea. Omnia quæcunquæ fuerunt, ſunt, & erunt: deus ab æterno præſciuit, quæ conſtat, quòd plura ſunt: ſed deus non præſciuit niſi verum. ergo plura vera ſunt ab æterno.

2. ſoliloq. c. 18. & 19. tomo. 1.

F ¶ 3 Item. Augu. 83. quæſt. Probat animam eſſe immortalem per hoc, quòd eſt ſubiectum *veritatis, quæ eſt æterna*: ſed conſtat quòd veritas, quæ eſt in intellectu noſtro ſicut in ſubiecto, non eſt veritas diuina per eſſentiam. ergo videtur, quòd plures veritates ſint æternæ. Quòd autem veritas ſit æterna ſic probatur. Omne illud ad cuius remotionem ſequitur poſitio eius, eſt æternum: ſed ſi negatur veritas eſſe, ponitur eſſe. ergo *veritas eſt* æterna. Probatio mediæ. Si veritas nõ eſt, veritatem eſſe eſt falſum: ſed ſi affirmatio eſt falſa, negatio eſt vera. ergo veritatem non eſſe erit verum: ſed non eſt verũ niſi in aliqua veritate. ergo aliqua veritas eſt.

¶ 4 Præt. Illud quod non põt intelligi nõ eſſe eſt æternũ, quia q̄cquid põt non eſſe, poteſt intelligi non eſſe: ſed veritas non poteſt intelligi non eſſe, quia quicquid intelligitur, intelligitur per iudicium veritatis. ergo videtur, ꝙ veritas quę eſt in intellectu ſit æterna, & immutabilis.

cap 7. to, 3.

¶ 5 Præterea. Idem videtur de veritate enuntiationis. Si enim veritas enuntiationis mutetur, vel deſtruatur, hoc erit, vel per deſtructionem ſigni, vel per deſtructionem rei: ſed neutro modo deſtruitur, vel mutatur. ergo veritas enuntiationis eſt immutabilis & æterna. Probatio mediæ. Nõ exiſtente ſigno, rectum eſt rem ſignari: ſed veritas eſt rectitudo, & veritas ſigni eſt rectitudo ſignificationis, ergo ſi nõ ſit enunciatio, vel quodcunque ſignum veritatis, adhuc remanebit veritas ſigni. Similiter probatur, quòd non mutetur ex mutatione rei, quia, vt dictum eſt, vnumquodque habet veritatem, quando implet id ad quod eſt ordinatum in mente diuina, ſed ceſſante curſu Sortis, adhuc iſta enunciatio, Sortes currit, facit id ad quod ordinata eſt in mente diuina, quia ſignificat Sortem currere. ergo videtur quòd deſtructa, vel mutata re, non mutatur neque deſtruitur *veritas ſigni*.

Arti. 1. iſtiꝰ q. ad ſcđm ex Anſel.

¶ *6* Pręterea. Idem videtur de veritate quæ eſt in re, quia ut dicit Auguſtinus. Pereunte vero, non perit veritas: ſed veritas rei non poſſet deſtrui, vel mutari niſi per mutationem rei. ergo videtur, quòd nullo modo pereat.

2. ſolilo. 15 to. 1.

¶ *7* Item. Omne totum eſt maius ſua parte, eſt quædam veritas quæ nullo modo videtur mutabilis, & ſimiliter multa huiuſmodi. ergo vf, ꝙ ſint plures veritates æternæ immutabiles.

CONTRA. Auguſt. dicit quòd vera ęternitas, & ſola immutabilitas in deo eſt: ſed veritas Dei eſt vna tantum ſicut & eſſentia. ergo videtur, quòd ſit vna tantum veritas æterna, & immutabilis.

De natura boni c. 1. & ſeqnt. to. 6. & de vera Innocen. c. 3. to. 3.

RESPONDEO, Dicendum, quòd eſt vna tantum veritas æterna, ſ. veritas diuina. Cum enim ratio veritatis in actione compleatur intellectus: & fundamentum habeat ipſum eſſe rei, iudicium de veritate ſequitur iudicium de eſſe rei, & de intellectu. Vnde ſicut eſſe vnum tantum eſt æternum, ſcilicet diuinũ, ita vna tãtum veritas. Similiter de mutabilitate veritatis idem dicendum eſt, quod de mutabilitate eſſendi, vt ante ſupra dictum eſt, ſimpliciter immutabile non eſt niſi eſſe diuinum, vnde ſimpliciter immutabilis veritas eſt non niſi vna, ſ. diuina. Eſſe autem aliarum rerum quarundam dicitur mutabile mutatione variabilitatis, ſicut eſt in contingentibus, & horum etiam veritas mutabilis eſt & *contingens*. Quorundam vero eſſe eſt mutabile ſolum ſecundum vertibilitatem in nihil, ſi ſibi relinqueretur: & horum veritas ſimiliter mutabilis eſt per vertibilitatem in nihil, ſi ſibi relinqueretur. Vnde patet, quòd nulla veritas eſt neceſſaria in creaturis. Similiter etiam ſi loquaris de veritate ſecundum quòd ratio eius completur in ratione intellectus, patet ꝙ nullus intellectus eſt æternus, & inuariabilis ex natura ſua, niſi intellectus diuinus. Ex quo etiam patet, ꝙ ſola veritas vna q̄ in Deo eſt, & quę deꝰ eſt, eſt æterna & imutabilis.

Art. antec.



A AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut trium perſonarum vna eſt eſſentia, qua quælibet habet eſſe, quàmuis ſint plures proprietates quibus diſtinguuntur, quæ tñ oẽs non differunt ſecundum rem ab eſſentia: ita etiam eſt vna veritas trium perſonarum ex parte ipſius rei, de qua ſit enuntiatio. Sed quòd ſint enunciationes plures *veræ, eſt p̃* intellectum noſtrum. Vnde veritas quæ eſt in iſtis enunciationibus quæ formaliter ſunt, vel quæ eſt in intellectu noſtro nõ eſt æterna, ſicut, nec propoſitiones, nec intellectus noſter æternus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd rationes *ideales rerũ*, quæ ſunt in deo ab æterno, non ſunt aliud, ſecundũ rem ab ipſo intellectu & eſſentia diuina. Vnde ſicut veritas eſſentiæ eſt vna ſecundum rem: ita etiam veritas omnium illarum rationum, & non multiplicatur, niſi ſecundum reſpectum ad diuerſas res. Vnde *ex hoc* non probatur, quòd ſint plures veritates ab æterno, ſed ſolum hoc, quòd ſit vna veritas plurium, ſecundum rationem.

¶ *Ad tertium* dicendum, quòd ſi anima non eſſet, nec aliquis intellectus creatus, veritas ſecundum quòd conſiſtit in operatione animæ, non eſſet. Poſſet tamen remanere, ſecundũ quod fundamentum habet in re. Remaneret etiam intentio veritatis intellecta in deo. Vnde cum anima nõ ſit æterna, nec aliq̄s *intellectus creatus* anteq̃ hæc eſſent, nulla veritas creata erat. Et ſi obiicitur veritas non eſt, ergo veritatem eſſe eſt falſum, quantum ad illud tempus in quo non erat veritas creata: Dico quòd non ſequitur, quia quando non eſt veritas, nec etiam falſitas eſt. hoc autem quòd non ſit veritas, vel falſitas, non eſt ex defectu veritatis, vel falſitatis quantum ad intentiones ipſarũ, ſed ex defectu eorum in quibus veritas habet eſſe. Sicut enim dicimus de vniuerſalibus, quę ſunt incorruptibilia & æterna, quia non corrumpuntur niſi per accidens, ſcilicet quantum ad eſſe quod habent in alio, quod poteſt non eſſe: ita etiam eſt de veritate, & falſitate, quòd conſideratæ ſecundum intentiones ſuas, non accidit eis corruptio per ſe, ſed ſolum ſecundum eſſe quod habent in alio, & ex hoc procedit probatio Auguſt. quia omnis *virtus, quæ apprehendit rationem intentionis alicuius*, oportet quòd ſit virtus non obligata ad corpus, nec dependens a corpore, eo quòd virtutes apprehenſiuæ, quæ ſunt impreſſæ in organis corporalibus, vt patet in ſenſibus, nõ apprehendunt intentionem rationis, vt rationem hominis, vel coloris, ſed tantum apprehendunt huiuſmodi, ſecundum quòd ſunt particulata. Virtus autem quæ non dependet a corpore, eſt incorruptibilis, & ita probatur quòd anima intellectiua eſt immortalis ex eo quòd apprehendit veritatem. Virtutes enim ſenſitiuæ q̃uis ſint veræ in ſuis apprehenſionibus, non tamen apprehendunt rationem ſue veritatis, ſicut facit intellectus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliquid non poſſe intelligi nõ eſſe, contingit dupliciter, vel ex parte ipſius intellecti, vel ex parte intelligentis. Ex parte intellecti, ſicut illud quod de ratione ſua habet eſſe, ſicut eſt deus, cuius eſſe eſt ſua quidditas per quã intelligitur. Ex parte intelligentis ſicut non poteſt intelligi res ſine actu intelligendi: vnde ſi actus intelligendi non eſſet, nihil poſſet intelligi, vnde non poteſt intelligi actus intelligendi non eſſe. Vtroque modo veritas non poteſt intelligi nõ eſſe, quia verum habet in ratione ſua eſſe, ſecundum quod fundatur in re, & habet in ratione ſua actum intellectus, ſecundum quòd completur in anima. Tamen ex hoc nõ ſequitur, quòd ſit æterna niſi ſub hac cõditione ſi ab æterno fuiſſet intelligere, quàmuis enim non poſſit intelligi de veritate non eſſe, ita ſcilicet ꝙ apprehendatur intentio veritatis, & non apprehendatur eſſe, tamen poſſibile eſt, nec iſtum intellectum eſſe, nec illud eſſe in quo veritas fundatur, ſicut aliquando fuit, ſed illa veritas ſola eſt æterna: quę fundatur in eſſe æterno & intellectu æterno.

¶ Ad quintum dicendum, quòd vtroque modo veritas enunciationis poteſt mutari, ſi enim nulla enunciatio eſſet, veritas enunciationis non eſſet.

¶ Et quod obiicitur, quòd adhuc rectum eſſet rem ſignificari: Dicimus, quòd verum eſt, ſed tñ illa rectitudo nihil eſt aliud, q̃ ſignabilitas rei, & hoc non ponit *veritatem ſigni in actu*, ſed tantum in potentia. Similiter etiam quando mutatur res, mutatur veritas enunciationis. Vnde ſecundum Philoſophum, eadem propoſitio quandoque poteſt eſſe vera, & quandoq; falſa. Et quod vlteriꝰ obijcitur, quòd implet illud ad quod ordinatum eſt in mente diuina, Dicendum. quòd enunciatio poteſt dupliciter conſiderari. Vel vt res quædam, & ſic eſt in ipſa veritas rei, ſicut in qualibet re, quando implet illud ad quod ordinata ẽ in mente diuina, & talis veritas manet in ipſa, etiã mutata re. Vel vt ſignum talis rei, & ſic veritas eius eſt per adæquationẽ ad rem illam. Mutata autem re, tollitur adęquatio ſigni ad ſignatum, ſine aliqua mutatione ipſius ſigni, quod manifeſtum eſt in relationibus poſſe contingere, vnde veritas enunciationis non manet.

In prædic. c. de ſubia. In ſexta ꝓprietate.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd pereunte re vera, perit veritas quantum ad illud eſſe quod habet in re illa. Sed tamen poteſt C remanere *intentio veritatis*, ſecundum eſſe quod habet in alia re, vel ſecundum eſſe quod habet in anima. Quæ omnia ſi auferantur, non remanebit veritas niſi in deo: nec ille defectus accidit veritati per ſe, ſed per accidens, vt dictum eſt, quia ſecundũ Philoſophum, Deſtructis primis ſubſtantijs, impoſſibile eſt a'i quod cæterorum remanere, quàmuis vniuerſalia ſint per ſe incorruptibilia.

Arti. 2. iſtiꝰ quæſtionis. In prædic. c. de ſubſt.

¶ Ad ſeptimum dicendum ſimiliter, quòd veritas propoſitionum neceſſariarũ poteſt deficere per accidens, quantum ad eſſe quod habet in anima, vel in rebus, ſi res illæ deficerent, tunc enim non remanerent *iſtæ veritates niſi* in deo, in quo ſunt vna & eadem veritas.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

D SI ERGO in vna perſona patris illa inuenis &c.} Videtur, quòd ipſe arguat a maiori affirmando. Magis enim videtur, quòd in vna perſona ſimplicitas inueniatur, quàm in duabus ſimul acceptis. Reſpondeo dicẽdum, quòd eſt locus a minori, quia agit in vna perſona patris, & accipit ea quę ſunt diuerſa ſecundum rationem, vt *ſapientiam virtutem & huiuſmodi*: ſed in duabus perſonis patris & filijs accipit hoc quod eſt vnum ſecundum rationem, ſcilicet naturam diuinam, quæ ſecũdum numerum etiam multiplicari non poteſt. {Sicut tres ſtatuæ dicuntur vnum aurum.} Videtur hoc eſſe falſum, quia materia non prędicatur de compoſito, *cum ſit pars*. Et *dicendum*, quòd hoc eſt verum in naturalibus, quorum materia non eſt tota ſubſtantia eorũ, ſicut in artificialibus quę ordinantur in genere ſubſtantiæ per ſuam materiam, vt Commen. dicit in 2. de anima. Formæ enim artificiales, accidentia ſunt. {Subſtantia ſignificat cõmunẽ &c.} E ideſt, ſubſtantia quæ communis in *diuinis dicitur*, ſe habet ad modum ſpeciei quę colligit plura indiuidua. Sic enim in eſſentia tres perſonæ vniuntur, non ita quòd in diuina eſſentia ſit ſpecies, vt Magiſter exponit. {Dicuntur enim aliqua differre numero &c.} Ratio huius diſtinctionis hæc eſt: quia diuerſitas, ſecundum numerum in his, quę ſimpliciter numerantur eſt ex diuiſione eſſentiæ, vnde vnum indiuiduum non eſt alterum, nec aliquid, quod eſt in vno, idem numero eſt in alio, ſed numerus in diuinis perſonis conſequitur *diſtinctionem* relationum, quæ quidem diſtinguunt ſuppoſita, ſed non diuidunt eſſentiam, & ideo pater non eſt filius, ſed tamen quod eſt in patre, eſt etiam in filio. {Præterea cum deus dicatur trinus &c.} Huius ratio eſt, quia triplicitas eſt quædam proportio contenta ſub *multiplicitate*, quæ eſt inæqualitatis ſpecies, & ideo vbi eſt triplicitas, oportet inæqualitatem eſſe.

Tex. c. 8.

DIVISIO TEXTVS. F

POSTQVAM probauit æqualitatem perſonarũ in magnitudine, hic oſtendit earum ęqualitatem in poteſtate. Et diuiditur in partes duas. Primo, proponit intentum. Secundo, propoſitum probat rationibus Aug. ibi {Nihil inquit patre minus.} Et hęc diuiditur in duas. In prima Augu. probat ꝓpoſitũ per authoritatem. In ſecunda ꝑ rationem. ibi {Item alio mõ ꝓbat filiũ. Circa primũ duo facit. Primo.n.ponit ꝓbatio Aug. Secũdo, refellitur duplex hæreticorum reſponſio. ibi {Tu autem hoc de potentia.} Probatio talis eſt, Si filius minus habet in poteſtate, quàm pater, non omnia habet, q̃ pater habet, ſed omnia quę pater habet, filius habet, vt dicit Ioan. 17. ergo non habet minus in poteſtate, quàm pater, & ita eſt æqualis patri in poteſtate. {Tu autem &c.} Hic refellũtur reſponſiones hæretici. Et diuiditur in duas partes, ſecundum duas reſponſiones. Secũda. ibi {Sed inquis pater a nemine potentiã accepit.} Prima reſponſio hæretici ad authoritatẽ inductã, eſt talis. Verũ eſt ꝙ quicquid hẽt pr̃ habet filius, ſicut bonitatem, ſapientiam, potẽtiam, & huiuſmodi. Sed non tantum habet de vnoquoque, quantum pater. Hoc enim non videtur haberi ex auctoritate inducta. Quod refellit Aug. hoc modo. Omnia quæ habet pater, habet filius, ſed omni potentiã habet pater. ergo & filius, & ſic tantundem habet de potentiã. Reſponſio ſecunda talis eſt, & ſi fili⁹ habet omnia quæ pater, tamen hoc ipſo pater potentior oſtenditur quòd hoc filio dedit. Quod refellit Aug hoc modo. Verum eſt quòd pater potentiam filio dedit, aut ergo dedit ſibi æqualem, vel non, ſi æqualem, tunc ſicut pater eſt omnipotẽs, & filius omnipotens. ſi non ęqualem, ergo non omnia quę pater habet, filius habet. {Item, alio mõ.} Hic ponitur ſecũda probatio ꝑ rationẽ. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit rõnem. Secundo, cõfirmat ꝑ ſimilitudinẽ. ibi {Hoc aũt per ſimilitudinẽ humanã &c.} Tertio refellit hæretici reſponſionẽ. ibi {Sed forte dices eo ipſo pr̃.} Probatio talis eſt. Si pater genuit filium minorẽ ſe in poteſtate, aut potuit eũ gignere æqualẽ & noluit: aut voluit, ſed non potuit. Si potuit, ſed non voluit, inuidus fuit, ſi voluit, ſed non potuit, oĩpotens nõ fuit, quorũ vtrunq; eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt filiũ non eſſe æqualẽ patri in ptãte, & ad hoc inducit ſimilitudinem de generatione humana, vt patet in litera. {Sed forte dicet.} Hic refellit reſponſionẽ hæretici. Poſſet enim dicere, quòd eo ipſo quo filius eſt a patre, eſt inæqualis ſibi. Quod refellit Aug. ſic. Aequalitas & inæqualitas attenditur ſecũdum quantitatem, & non ſecundum relationem, ſed in hoc quòd dicimus filium eſſe a patre, nõ deſignat niſi relationem originis. ergo ex hoc non oſtenditur inæqualitas patris ad filium.

## DISTINCTIO XX.

A

*Oſtenſo, quòd aliqua perſonarum aliam non ſuperat magnitudine; nũc oſtendit quòd alia non excedit aliam, potentia.*

NVnc oſtendere reſtat, quomodo aliqua harum perſonarum aliã non excellat potentia, vt ſicut vna & indifferens eſt magnitudo trium, ita vna & indifferens monſtretur potentia trium. Sciendum eſt ergo quòd non eſt potentior pater filio, nec filius, vel pater, ſpirituſancto. Nec maiorem potentiam habent duo vel tres ſimul, quàm ſingulus eorum, quia nec plus põt pater ſimul, & filius, quàm ſolus ſpiritusſanctus. Nec hi tres ſimul pl⁹ poſſunt quàm ſingulus eorum, quia omnipotentiã *a* quam habet pater, & filius accepit naſcendo, & ſpiritusſanctus procedẽdo. Quod Aug. rationibus & authoritatibus probabiliter aſtruit in libro contra Maximinum, qui dicebat patrem meliorem, ac potentiorem filio.

*b Quòd non poteſt minus filius, quàm pater.*

G NIhil ĩquit patre min⁹ habet ille qui dicit. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. Nam ſi minus habet in poteſtate aliquid quàm pater, non ſunt eius omnia quę habet pater. Sed eius ſunt oĩa, quæ habet pater, tantã ergo habet poteſtatẽ fili⁹ q̃tam pater. Aequalis ergo eſt patri. Nõ.n. poteſt qui accepit, ĩæqualis eẽ ei qui dedit. Tu aũt hoc de potentia ſapis, quòd potens ſit filius, ſed potẽtior pr̃, ut ſcd̃m H doctrinã veſtrã, potens potẽtẽ potuerit generare vel gignere, & non oĩpotens oĩpotentem. habet ergo pater oĩpotẽtiam, quã non habet filius, & ſi hoc ẽ, falſum eſt qd̃ ait filius, Omnia quæ habet pater, mea ſunt.

1. cõt. Max.
3. cõt. Max. 12. to. 6
Ioan. 17.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quæruntur tria.

Primo. An filius ſit omnipotens.

Secũdo. An ſit æqualis patri in omnipotentia.

Tertio. Vtrum ſit aliquis ordo inter patrem & filium.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum filius ſit omnipotens,*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd filius non ſit omnipotens. Potentia enim, vt dictum eſt, dicitur ſecũdum virtutem ad opus. Sed aliqua operatio eſt, quæ pertinet ad omnipotentiã patris, in quam non poteſt filius, ſcilicet generatio actiua, nõ enim filius poteſt generare, vt ſupra habitũ eſt. ergo videtur ꝙ non ſit oĩpotens.

Diſt. 7. q. 1 ar. 1.
Diſt. ead. q. 2. ar. 2

¶ 2 Præt. Deus dicitur omnipotens, q̃a omnia poteſt quod ſimpliciter poſſibile eſt, ſed maximũ poſſe patris oſtenditur in generatione filij. Maius enim eſt generare filium in infinitum quàm creare cælum & terram. cum igitur iſtud poſſe filio detrahatur, videtur quòd non ſit omnipotens.

¶ 3 Si dicas, quòd poſſe generare non eſt aliquid, ſed ad aliquid, & ita quàmuis filius non poſſit generare, non tamen ſequit, ꝙ nõ poſſit oĩa.

¶ 4 Contra. cum dico omnia ĩcludo vniuerſaliter oĩa entia, ſed relatiua cõtinent in entibus. ergo videtur quòd diſtributio ẽt fiat pro relatiuis.

¶ Si dicas, quòd intelligitur reſpectu omnium creatorum, & non reſpectu eorum quæ in deo ſunt.

Contra, ſecundum hoc ratio Auguſt. in litera poſita nihil valeret. Arguit enim, quòd ſi pater non potuit generare filium, I æqualem ſibi non fuit omnipotentes. ergo videtur quòd omnipotentia patris, etiam ad generationem filii ſe extendat, ſed filius non poteſt generare. ergo non habet omnipotentiam.

IN CONTRARIVM eſt, quod in ſymbolo dicitur. Omnipotens pater, oĩpotens filius, omnipotentes ſpiritusſcũs, &c. Athanaſij

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſine omni dubio concedendum eſt filium dei omnipotentem eſſe, ſicut & pater, & tamen dicimus quòd filius non poteſt generare. Vnde ad intellectum hui⁹ videndum eſt quòd deus dicitur omnipotens: quia omnia poteſt, & quicquid eſt aliquid vel ens poteſt deus. Sed notandũ, quòd relatio alio modo dicitur eſſe aliquid quàm alia entia. In aliis enim entibus vnumquodque dicitur dupliciter eſſe, & quantum ad eſſe ſuum, & quantum ad rationem quidditatis ſuæ: ſicut ſapientia ſecundum eſſe ſuum aliquid ponit in ſubiecto. Et ſimiliter ſecundum rationem ſuam ponit naturã quandam in generatione qualitatis. Sed relatio[d] eſt aliquid ſ̃m K eſſe ſuum, quod habet in ſubiecto, ſed ſ̃m rationem ſuam nõ habet quòd ſit aliquid, ſed ſolũ ꝙ ad aliud referatur. vnde ſ̃m rõnem ſuam non ponit aliquid in ſubiecto, propter quod Boe. dicit, quòd relatiua nihil prædicant de eo de quo dicuntur. Inde etiam eſt quòd inuenitur aliquid relatum in quo eſt tantũ relatio rationis: & non ponitur ibi aliquid ſecundum rem, ſicut cum ſcibile refertur ad ſcientiam. Et hoc eſt verum, tam in relationibus quæ de deo dicuntur quàm de illis quæ in creaturis ſunt. Sed diuerſimode: quia relatio quæ habet eſſe in creatura habet aliud eſſe quàm ſit eſſe ſui ſubiecti. vnde eſt aliquid aliud a ſuo ſubiecto. ſed in deo nihil eſt quod habeat eſſe aliud ab ipſo. eſſe enim ſapientiæ eſt ipſum eſſe diuinum, & non ſuperadditum. & ſimiliter eſſe paternitatis. Vnde relatio, quantum ad eſſe ſuum, ſecundum quem ſolum modum, debetur ei quòd ponat aliquid, eſt eſſentia diuina. Sed ſecũdum rationem ſuam per quam habet diſtinguere vnam perſonam ab alia, non debetur ei ꝓdicat aliquid, ſed potius ad aliquid. Vnde quãuis pr̃ habeat paternitatẽ, quã filius non hẽt, & pr̃nitas ſit aliquid, non tñ pr̃ hẽt aliquid, quòd filius non habeat. Sicut pr̃nitas eſt eſſentia, filius non habet paternitatem, ideo tamen non ſequitur, quòd pater eſſentiam aliquam habeat qua careat filius. Si autem pater haberet ſapientiam, & non filius, haberet aliquid pater quod non haberet filius: quia ſapientia dicit aliquid in ſapiente, etiam ſecundum rationem ſuam. Similiter dico, quòd cum generare in diuinis ſit relatio quædã & ſit aliquid, quàmuis pater poſſit generare, & non filius, nõ ſequitur quòd poſſit aliquid pater quòd non poſſit filius. Sed bene ſequeret, ſi pater poſſet intelligere & non filius, quod pater poſſet aliquid quod nõ poſſet filius; ſicut pater eſt pater. & eſſe patrem eſt aliquid eſſe, & tamen cum filius non ſit pater, nullum eſſe eſt patris, quod non ſit filij: quia omne eſſe in diuinis eſt eſſentiæ: & ſimiliter omne aliquid eſt ibi ſecundum rationem eſſentiæ, vel ſecundum rationem attributorum.

D. 1086.
1. de Trini. cap. 11.

AD PRIMVM. ergo dicendũ, quòd generatio ſignificat, relationem per modum operationis, & etiã eſt operatio aliqua diuinæ naturæ ſecundum Dama. Et quàmuis, generatio non conueniat filio, non tamen ſequitur quòd aliqua operatio conueniat patri, quæ non conueniat filio. vna enim & eadem operatione pater generat, & filius naſcitur, ſed hæc operatio eſt in patre, & filio, ſecundum aliam, & aliam relationem.

lib. 1. ſi. ort. cap. 8.

¶ Ad ſcd̃m dicendũ, quòd nullũ poſſe detrahitur filio, ſed illo eodem poſſe quo pater generat, filius generatur, vt ſ̃ dictũ eſt. In cor. arti.

¶ 3 Ad tertium dicendum quòd ſub omnibus comprehenditur ad aliquid, quantum ad hoc, quòd habet eſſe, ſic enim ad aliquid eſt aliquid de omnibus, ſed non quantum ad rationem ad aliquid, ſecundum quod ad aliud refertur. ſic enim non habet quòd ſit aliquid ſimpliciter.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnipotentia dei poteſt comparari ad aliquid. Vel ſicut ad operatum. Vel ſicut ad operationem, ſicut ad operatum non comparatur ad aliquid quod in ipſo ſit: quia in deo nihil eſt factum. & ſic omnipotentia eſt reſpectu creaturarum ſolum, ſed comparatur ſicut ad operationẽ ad hoc quod in ipſo eſt, præcipue cum nulla operatio ſit ipſius quæ ſit extra eſſentiam eius. Vnde omnipotentia patris extenditur, & ad generare. & ad intelligere, & creare, & breuiter ad omnia, quæ perfectionis ſunt, & propter hoc patet, ꝙ ratio Aug. efficax eſt. Nec tamen ſequitur quòd filius non ſit omnipotens, ſi non poteſt generare filium æqualem ſibi, rationem prædicta, Sequeretur tamen in patre, quia patri non deeſt relatio, quæ ſignificatur in generatione actiua. vnde ſi negaretur ab eo perfectio generationis, oporteret quòd ſſet defectus in ipſa operatione inquantum operatio eſt, & hoc redundaret in defectum potentiæ. Sed a ſilio remouetur actiua generatio non niſi ratione relationis importate: relatio autem inquantum hmõi nullum ordinem ad potentiam habet, vt ex dictis patet.

Diſtin. 2. q. vni. art. 5

*Hoc uerum fatebatur hæreticus, ex quo progrediebatur [h] ad falſa.*

SED inquis. † Pater a nemine potentiã accepit; filius autem a patre. Fatemur & nos filium accepiſſe potentiam ab illo de quo natus eſt potens, patri vero potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit pater potẽtiam filio, ſicut omnia quæ habet in ſubſtantia ſua, gignendo dedit ei, quem genuit de ſubia.

† vbi ſ̃, lib. 3 cap. 12
† ibidem

*Quæſtio Auguſtini, qua arctat hæreticum.*

SEd quæritur, vtrum ei tantã quanta ipſi eſt potẽtiam, pater filio dederit an minorem. Si tanta non ſolum potentem, ſed etiã omnipotentẽ genuiſſe oĩpotẽs intelligitur. Si vero minorem, qũo omnia quæ habet pater filij ſunt? Si pr̃is oĩpotentia filij nõ eſt, non oĩa ꝓculdubio q̃ habet pr̃ filij ſunt. At oĩa q̃ habet pr̃ filij ſunt: oĩpotẽtia ergo patris, etiam eſt filij. Nõ eſt ergo pater potentior filio.

*Aliter probat filium æqualem patri.*

ITem, alio modo ꝓbat filium æqualẽ patri contra Maximinum, ita dicens. † Tu dicis, quòd pater genuit filiũ minorẽ ſeipſo, in quo, & patri derogas, qui ſi & filium vnicum minorẽ genuit, aut non potuit, aut non voluit gignere æqualem: Si dicis, quia non voluit, eum inuidum eſſe dixiſti. Si aũt nõ potuit, vbi eſt omnipotentia dei patris? Prorſus ad hunc articulum res colligitur, vt deus pater ęqualem ſibi gignere filium, aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus. Si noluit, inuid⁹ inuenitur. Sed vtrunq; hoc falſum eſt. Patri ergo filius verus C ęqualis eſt. Genuit ergo pater ſibi ęqualem filium, & ab vtroque procedit, vtrique ęqualis ſpiritusſanctus. Si enim formã ſuam † (vt ait Aug. contra eundem) pater in vnico filio plenã gignere potuit, nec tamen plenam genuit, ſed minorem, cogimini patrem inuidum dicere. Plenum ergo deum, & ęqualem ſibi genuit filium.

† 3. c. 7. to. 6
† ibid. c. 15

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum filius ſit æqualis patri.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd filius non ſit æqualis patri in omnipotentia. Sicut enim infra A dicitur, potẽtia appropriatur patri, non autem filio. ergo videtur quòd magis patri quàm filio cõueniat, & ſic non ſunt æquales in potentia.

Diſt. 31. q. art. 2.

¶ 2 Præt. Inter habere aliquid ab alio perſonaliter & eſſentialiter, & nõ habere aliquid ab alio, nec perſonaliter, nec eſſentialiter medium eſt habere aliq̃d ab alio perſonaliter, & non eſſentialiter: ſed non habere aliq̃d ab alio nec perſonaliter, nec eſſentialiter, quod conuenit patri, dignitatis & authoritatis eſt, habere autẽ aliquid ab aliquo ꝑſonaliter & eſſentialiter, quod creaturæ competit, minorationem ponit & defectũ creaturę reſpectu creatoris. ergo cum medium ſapiat naturã extremorũ, videtur quòd habere ab alio perſonaliter, & non eſſentialiter, quod filio competit ſecundum aliquid ſit dignitatis, quod eſt, ſcilicet non hãre ab alio eſſentialiter, & ſecundum aliquid ponat defectum & minorationem, quod eſt ab alio habere perſonaliter, & ſic filius eſt minus potens quàm pater.

¶ 3 Item, Ita videm⁹ ĩ creaturis: quòd nihil receptũ ab aliquo eſt æquæ potens illi a quo recipitur ſicut lumen in aere non eſt æquæ potẽs lumini in ſole: ſed potentia eſt recepta in filio a patre. ergo videtur, quòd filius non ſit æqualis patri D in potentia.

¶ 4 Præt. Illud quod agit per alium, videtur eſſe potentius eo per quod agit: ſed pater agit per filium & non econuerſo. ergo pater eſt potentior filio.

CONTRA. Potentia radicatur in eſſentia: ſed eſt vna eſſentia patris & filij numero. ergo & vna potentia. ergo non eſt aliqua inæqualitas in potentia, cum omnis inæqualitas diuerſitatem ponat, ſicut enim vnum in quantitate facit æquale, ita diuerſum, facit inæquale. quod concedimus.

AD PRIMVM. Igitur dicendum, quòd potentia appropriatur patri, non quia magis ſibi conueniat quàm filio, ſed q̃a maiorem ſimilitudinem habet cum proprietate patris, quàm cum proprietate filij. potentia enim habet rationem principij, & pater eſt principium non de principio.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd habere eſſentialiter & perſonaliter ab alio, importat defectum ſolum quãtum ad hoc, quod E eſt habere ab alio eſſentialiter, i. in diuerſitate eſſentiæ, ex hoc enim cauſatur inęqualitas magnitudinis & potentialitatis, q̃a inæqualitatis cauſa eſt diuerſitas, ſicut vnitas æqualitatis, vt dictum eſt, & quantum ad hoc filius non eſt medium inter patrẽ & creaturam, immo æquali & eadem dignitate conuenit filio, ſicut & patri non habere ab alio eſſentialiter.

In argu. ſed contra iſti⁹ arti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in inferioribus quandoque recipitur aliquid in eadem virtute, quę eſt in eo a quo recipitur, quando ſcilicet recipiens eſt proportionatum ad recipiendum totam virtutẽ dantis, ſicut patet in omni generatione vniuoca, vt quãdo homo generat hominem & ignis ignem. Quandoque aũt non recipitur tota virtus, & hoc eſt ex defectu recipientis, quod non eſt proportionatum ad recipiendum totum quod agens influere põt, ſicut corpora inferiora ſe habent ad actionem ſolis. Vel forte ex defectu agentis, cuius virtus eſt deficiens a cõicatione ſuæ ſimilitudinis, ſicut vna ſcintilla non poteſt calefacere aliquod lignum, etiam multum diſpoſitum.

Sed in diuinis non eſt defectus ex parte dantis, neque ex parte accipientis: cum vna & eadem ſit virtus vtriuſque: & ideo quan tam potentiam pater habet, tantam accipit filius ab eo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum dicitur pater operari per
Diſt. 15. q. vnica, ar. 4. filium, non ponitur aliquis gradus poteſtatis, ſed ſignatur authoritas in patre, vt dictum eſt.

*Per ſimile oſtendit, quòd non minorē pater filium genuit.*

HOc autem per ſimilitudinem humanā, ita eſſe demonſtrat inquiens. †Homo pater ſi potuiſſet æqualem filium genuiſſet. Quis ergo audeat dicere, quòd
G hoc omnipotens non potuit? addo etiam. Si poſſet homo maiorem melioremque ſeipſo gigneret filium: ſed maius, vel melius deo quicquam eſſe non poteſt. deus ergo cur non æqualem, vt ais, filiū genuit, cui nec anni neceſſarij fuerunt, ꝑ quos adimpletur æqualitas, nec omnipotentia defuit? an forte noluit? ergo (quod abſit) inuidit: ſed non inuidit, æqualem ergo genuit filium. Credamus ergo filium ei eſſe ęqualem.

*Opinionem hæretici ponit, vt deſtruat.*

SEd forte dices, eo ipſo pater eſt maior filio: quia de nullo genit⁹. genuit tamen æqualem. Ad qđ

ARTICVLVS III.

c *Vtrum in diuinis perſonis ſit ordo.*

†ibidem. 1. q. 42. ar. 3 AD TERTIVM ſic proceditur; Videtur quòd in diuinis perſonis nō ſit ordo. Vt enim dicit
19. de ciui. dei cap. 13. to. 5. Auguſt. lib. de Trini. Ordo eſt parium diſpariumq; ſua cuiq; tribuens loca diſpoſitio: ſed in diuinis ꝑſonis non competit aliqua localis diſpoſitio. ergo videtur ꝙ nec ordo.

1. cap. 4 ¶ 2 Præt. Boetius dicit lib. de Trin. Eos ſequitur differentia deitatis, qui in trinitate gradus conſtituunt: ſed vbicunq; eſt, ordo eſt aliquis gradus. ergo ſi in diuinis perſonis eſt ordo, videtur quòd ſequaſ diuerſitas deita
eo. lib. c. 13 tis: hoc autem eſt impoſſibile. ergo perſonæ diuinæ non habent ordinem.

¶ 3 Præt. Vbi eſt eadem æternitas, ſimplicitas, & dignitas, non videtur eſſe aliquis ordo, æternitas. n. æqualis excludit ordinem temporis, ſimplicitas æqualis ordinē cauſæ ad cauſatum, & partis ad totum, & æqualis dignitas ordinem dignitatis, ſed in patre & filio eſt eadem numero æternitas, ſimplicitas, & dignitas. ergo non eſt aliquis ordo.

¶ 4 Item. Quicquid eſt in diuinis, aut ſignificat eſſentiā, aut notionem: ſed ordo non pertinet ad eſſentiam diuinam in qua nulla eſt diſtinctio, nec ad notionem, quia nulla notio communis eſt tribus perſonis ſicut ordo. ergo videtur quòd in diuinis perſonis non ſit ordo.

CONTRA. Vbicunque eſt pluralitas ſine ordine, ibi eſt confuſio: ſed in diuinis perſonis eſt pluralitas & non confuſio. ergo ibi eſt ordo.

¶ Hic etiam videtur, quòd ſpi. ſanctus dicitur tertia in trinitate perſona, & hoc dicit aliquem ordinem.

II. ¶ VLTERIVS, Quæritur, an ſit ibi ordo naturæ, & videſ, quòd non, quia omnis ordo importat aliquam diſtinctionem: ſed in natura diuina nulla eſt diſtinctio. ergo nec naturæ diuinę eſt aliquis ordo, & ita in diuinis ꝑſonis nō eſt ordo naturæ.

¶ 2 Pręt. Natura diuina eſt idem quod eſſentia: ſed nihil eſt dictu, quòd in diuinis perſonis ſit ordo eſſentiæ. ergo nec naturæ.

¶ In contrarium eſt, quod in litera dicitur.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ordo in ratione ſua includit tria, ſcilicet rationē prioris & poſterioris, vnde ſecundū omnes illos modos poteſt dici eſſe ordo aliquorum, ſecundum quos aliquis altero prius dicitur, & ſecundum locum, & ſecundum tempus, & ſecundum omnia huiuſmodi. Includit etiam diſtinctionem, quia non eſt ordo aliquorum niſi diſtinctorum, ſed hoc magis præſupponit nomen ordinis, quàm ſignificet. Includit etiam tertio rationem ordinis, ex qua etiam ordo in ſpeciem trahitur. Vnde vnus eſt ordo ſecundum locum, alius ſecundum dignitatem, alius ſecundum originem, & ſic de aliis, & iſta ſpecies ordinis, ſcilicet ordo originis, competit diuinis perſonis. Vnde dico, quòd ordo originis ſignatur cum dicitur
Text. 5. ordo naturæ, ſecundum quòd dicitur natura a Phi. 5. Metaphy. ex qua pullulat pullulans primo. Vnde nomen naturæ importat rationem originis, & ſic iſta duo nomina, ordo naturæ, ſu-
F muntur in vi vnius nominis, ad ſignificandum ſpeciem ordinis, quę quidem ſpecies ſaluatur in diuinis perſonis quantum ad rationem differentiæ, ſcilicet originem, & non quantum ad rationem generis, ſcilicet prioritatem, & poſterioritatem, vt in pluribus aliis dictum eſt. Et hoc patet ex diffinitione Auguſt. Paulo ſuperiu.

cito reſpondebo, immo ideo non eſt pater maior filio, quia ęqualē ſibi genuit. Originis. n. qſtio eſt iſta: quis de quo ſit, Aequalitatis autem qualis, aut quantus ſit: quod eſt dicere. Ad originem pertinet quæſtio qua quæritur, quis de quo ſit, ad ęqualitatem vero illa qua quæritur: qualis aut quantus quis ſit. Nec cum dicitur fili⁹ a patre genitus. oſtenditur inæqualitas ſubſtantię, c ſed ordo naturæ, non quo alter prior eſſet altero, ſed quo alter eſt ex altero. Non ergo ſecundū hoc, quòd pater genuit, & filius genitus eſt, vel ſpirituſſanctus ab vtroque procedit, æqualitas, vel inęqualitas ibi exiſtit: quia
H non ſecundum hoc alia perſona alii ęqualis, vel inæqualis dicitur. Ecce ęqualitas trinitatis & vna eademq; ſubſtantia, quātum breuiter potuimus demō ſtrata eſt in ſuperioribus, qualiter ſcilicet, aliqua trium perſonarum quamlibet aliam, nec ęternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

quam ponit, quòd ordo naturæ eſt quo aliquis eſt ex alio, in quo ponitur differētia originis, & non prior alio, in quo remouetur ratio generis. Vnde non eſt cōcedendum, quòd ſit ibi ordo ſimpliciter, ſed ordo naturę. 3. cōtra Maxi. 14. to. 6.

AD PRIMVM. Igitur dicendum, ꝙ illa diffinitio Augu. datur de ordine ſecū dum locum, qui diuinis perſonis non cōpetit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd grad⁹ dicit quandam ſpeciem ordinis, ſcilicet ſecundum dignitatē, vel perfectionem, vel locum, & nullus horum competit diuinis perſonis: & ideo, nec gradus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de ordine quantum ad rationē generis, prout ponit prius, & poſterius, q̄ nullo modo diuinis competit. † a diſt. 19 hucuſque.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen ordo, ſignificat notionem, non tamen in ſpeciali, ſed in cōmuni, quę determinatur ſm̄ diuerſa adiuncta, vt cum dicitur, ordo patris ad filium, ſignificatur notio quæ eſt paternitas, & cum dicitur ordo filij ad patrem, ſigni
I ficatur notio, quæ ē filiatio, & ſimiliter patet in alis, & ſimiliter etiam eſt de hoc nomine principium, quod aliam notionem ſignificat, cum dicitur pater principium filij, & cum dicitur principium ſpirituſſancti.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ordo originis ſufficit, vt confuſio non ponaſ, & ad hoc ꝙ ſpirituſſan. dicatur tertia ꝑſona.

¶ Vnde patet ad ſolutio ſextum.

¶ AD ID, quod vlterius quæritur dicendum, ꝙ eſt ibi ordo naturæ, non tamen ita, quòd natura ordinetur, vel quòd pater naturaliter prior ſit filio: ſed ita, quòd dicat rationem ordinis, ſecundum quòd in natura importatur origo. Et q̄uis ſecundum rem ſit idem diuina natura, quòd eſſentia, tamen ratio originis non importatur in nomine eſſentiæ, ſicut in nomine naturæ, ratione enim differunt, & ideo non poteſt dici ordo eſſentiæ ſicut ordo naturę.

K ¶ Et per hoc patet reſponſio ad ea, quę obiiciuntur.

EXPOSITIO TEXTVS.

NAM ſi minus habet in poteſtate &c.} Videtur ꝙ ratio Aug. non valeat, ſed mutet quid, in quantum, ſic arguens. Omnia quæ habet pater, habet filius. ergo filius non habet minorem potētiam q̄ pater. Nec etiam videtur valere hoc, quod poſtea de omnipotentia inducit, quia omnipotentia etiam nominat quantitatem potētiæ, & ideo idem peccatum videtur eſſe vtrobique. Sed dicendum, quòd quàmuis non valeat ex modo arguendi, valet tamē ex natura rei de qua argumentum ſumitur: non enim poteſt hoc quod habet pater filius habere, niſi idem in numero non mutatum, vnde oportet, quòd quantum eſt in patre, tantum ēt ſit in filio. {Si autem dicis, quia non voluit eum inuidū &c.} Videtur quòd non ſequitur, quia per eundem modum poſſet Texi. 11. probari, quòd nullam creaturam meliorem quàm fecit, facere potuiſſet. Sed dicendum, quòd non eſt ſimile, quia ſi negatur rei illud quod ſibi debetur, inuidiæ eſt. non autem ſi non datur quod



quod ei non debetur: filio autem ex natura deitatis æqualitas A generantis debetur, vnde inuidia eſſet ſi ſibi ſubtraheretur. non autem debetur creaturę, ſecundum naturam ſuam amplior perfectio, quàm illud quod conſequitur principia naturæ: vnde ſi aliquid in natura rationali ſupperadditur, gratiæ imputatur, vnde etiam ſine inuidia ſubtrahi poſſet. {Aequalitas autem qualis, aut quantus ſit &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia vnitas qualitatis nō cauſat ęqualitatem, ſed ſimilitudinem, vt in 5. Metaphy. Philoſ. dicit. Sed dicendum quòd in diuinis non
Diſt. 19. & diſt. 20. attēditur æqualitas, niſi ſecundum quantitatem virtutis. hæc autem quantitas in qualitate fundatur, & ideo dicitur ſecundum qualitatē æqualitas attendi.

DIVISIO TEXTVS.

c. 7. to. 3. OSTENSA æqualitate perſonarum, quia vſus fuit Magiſter quibuſdam locutionibus in ſua propoſitione, in quibus
ibidem. dictiones excluſiuę terminis perſonalibus addebantur, vt cum dicitur: ſolus pater tātum habet de potentia, quantum omnes tres ſimul, & ſimilia: ideo in parte iſta inquirit de veritate omnium locutionum, qualiter huiuſmodi dictiones excluſiuæ nominibus diuinis adiungi poſſint. Diuiditur ergo in partes duas. In prima, inquirit vtrum dictio excluſiua poſſit adiungi nomini perſonali in ſubiecto, poſito cum prædicato perſonali. In ſecunda, inquirit vtrum poſſit adiungi nomini perſonali, quando prædicatur de ipſo eſſentiale, verbi gratia, ſolus pater eſt deus. ibi {Poſt hoc q̄ritur vtrum ſicut &c. Et hæc in duas. In prima, oſtendit, quòd huiuſmodi locutiones non ſint cōcedendæ ſimpliciter, vt cum dicitur, Solus pater eſt deus. In ſecunda, oſtendit quòd ſecundum aliquem intellectū concedi poſſunt, & ſi concedantur, non ſequitur inconueniens. ibi {Verum tamen, vt ait Aug.} Prima in duas. In prima oſtendit ꝙ dictio excluſiua non poteſt poni ex parte ſubiecti, quando nomen eſſentiale de perſona prædicatur, vt cum dicitur, Solus pater eſt deus. In ſecunda oſtendit, quòd nec addi poteſt ex parte prædicati, vt dicatur Pater eſt ſolus deus, quàmuis quidam contrarium dicant, quorum dicta authoritatibus Auguſt. refellit. ibi {Atque ſolum hoc in parte ſubiecti &c.} Et hęc in duas. In prima, oſtendit quòd nomen eſſentiale adiunctum dictioni excluſiuæ, nō poteſt prędicari de ſingulis perſonis, vt dicatur, pater eſt ſolus deus, & filius eſt ſolus deus, ſed de omnibus ſimul, vt dicatur, trinitas eſt ſolus deus. In ſecvda, inquirit quo modo talis prædicatio de trinitate verificari poſſit. ibi {Sed iterum quęritur quomodo &c.}

# DISTINCTIO XXI.

A

*Quæritur, quomodo poſſit dici ſolus pater, vel ſolus filius, uel ſolus ſpirituſſanctus, cum ſint inſeparabiles.*

HIc oritur quęſtio, trahens originē ex prædictis. Dictum eſt. n. ſupra, quòd tantus eſt ſolus pater, vel ſolus filius, vel ſolus ſpirituſſanctus, quātum ſimul illi tres, & quòd duæ, vel tres perſonæ ſimul, non ſunt maius aliquid, quàm vna perſona ſola. a Ideo quærit Auguſt. in 6. lib. de Trini. Quomodo hæc ſane dici poſſint, cum nec pater ſit ſolus, nec filius, nec ſpirituſſanctus, ſed inſeparabiliter, & fili⁹ cum patre, & pater cum filio, & ſpirituſſanct⁹ cum vtroque. Inſeparabiles enim ſūt hę tres perſonæ. Ad quod ita reſpōdet Aug. in eodem. † Solum Deum

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum iſta propoſitio, Solus deus eſt deus, ſit falſa.*

patrem dicimus, non quia ſeparatur a filio, vel ſpiritu ſancto, ſed hoc dicentes ſignificamus, quia illi ſimul cum eo non ſunt pater. Solus enim pater, pater eſt: quod non dicitur, quia ipſe ſit ſolus, ideſt, ſine filio, vel ſpiritusancto: ſed per hoc filius &
B ſpirituſſanct⁹ a paternitatis cō ſortio excluduntur. Ita & cum dicitur ſolus filius, filius eſt: vel ſolus ſpirituſſanctus, ſpirituſſanctus eſt: non diuiditur filius a patre, vel ſpirituſſanctus ab vtroque, ſed a conſortio filialis proprietatis excludūtur pater & ſpirituſſanctus, et a conſortio proceſſibilis proprietatis, excluduntur pater, & filius. Cum ergo dicitur, tantus eſt ſolus pater, q̄tum ſimul illi tres:
C per hoc quod dicitur ſolus, nō ſeparaſ pater ab alijs, ſed hic eſt ſenſus, ſolus pater, ideſt, pater, qui ita pater eſt, quòd nec filius, nec ſpi. ſan. tant⁹ eſt &c.

AD PRIMUM ſic proceditur. Videtur, quòd hæc ſit falſa: Solus deus eſt deus. Omne enim adiectiuum ponit rē ſuam circa ſuū ſubſtātiuum, ſed ſolus eſt quoddam adiectiuum. ergo cum dicitur, Solus deus implicat ſolitudinem circa deum: ſed ſicut dicit Hilar. & habitū eſt ſupra diſt. 2. Nobis neque ſolitarius eſt deus, neque diuerſus cōfitendus. ergo videtur quòd hæc ſit falſa; Solus deus eſt deus. 1. p. q. 31. ar. 3.

¶ 2 Præt. Hoc nomen Deus, intantum habet naturam termini communis, vt quod de deo dicitur, de omnib⁹ perſonis dicatur, vt cum dicitur, de⁹ creat: vel ſaltem de aliqua, vt cū dicitur, de⁹ generat. vnde poteſt fieri deſcenſus ſub hoc nomine deus, in ſubiecto poſito pro aliqua perſonarum. Si igitur hæc eſt vera, ſolus deus eſt deus, aliqua iſtarum erit vera: ſolus pater eſt deus, vel ſolus filius eſt deus, vel ſolus ſpirituſſanctus: ſed quælibet harum falſa eſt. ergo & prima.

¶ 3 Item. Secundum Philoſ. ſolum idem eſt, quod non cum 7. Metaph. tex. 20. alio: ſed deo præcipue poſt rerum creationem nunq̄ conuenit cum alio nō eſſe, quia in participatione ſui eſſe res creando adduxit. ergo non poteſt dici aliquo modo ſolus deus.

D CONTRA. Proprium eſt quod conuenit vni ſoli: ſed eſſe diuinum, vel omnipotentem, eſt proprium deo. ergo ſolus de⁹ eſt deus uel omnipotens.

¶ VLTERIVS. Quæritur de iſta, Solus deus eſt pater, videtur enim eſſe falſa, quia id quod in alio inuenitur, non poteſt ali II. cui ſoli ineſſe: ſed paternitas, non tantum eſt in deo, ſed etiam in hominibus & quodammodo in angelis, vt dicit Diony. ergo non poteſt dici quòd ſolus deus eſt pater. c. 2. de diui. nom.

¶ Contra. De quocunque prædicatur commune præciſe, prædicatur cum pręciſione, & proprium ſi de ipſo prædicetur. ſi. n. ſolum corpus eſt coloratum, ſequitur ſolum corpus eſſe album, ſi ſupponatur album de corpore prædicari: ſed deus eſt ſicut cō Diſt. 19. q. 4. ar. 2. mune reſpectu trium perſonarum, vt ſupra habitum eſt ex verbis Dama. ergo ſequitur, ſi ſolus deus eſt deus, cum deus ſit pa- Dam. lib. 3. cap. 6. ter, quòd ſolus deus ſit pater.

RESPONDEO. Dicendum quòd ſecundum Philoſ. ſolū 7. Metaph. tex. 20. idem eſt quod non cum alio in quo conſortium remouetur.
E Poteſt igitur hæc dictio ſolus, remouere conſortium ſimpliciter, vel reſpectu alicuius. Et dicitur ſimpliciter remouere conſortium, quando tollitur aſſociatio alterius, quod ſit eiuſdem naturę & conditionis cum ipſo, ſicut dicimus aliquem hominem eſſe ſolum in domo, q̄uis ibi ſint multa alia animalia, & dicimus aliquem religioſum incedere ſolum, cum ſine ſocio ſui ordinis vadit, multis etiam ipſum comitantibus, & tunc ſolus, idem eſt quod ſolitarius: & eſt etiam dictio cathegorematica implicans ſolitudinem circa ſubiectum, ſicut & quodlibet aliud adiectiuum, & ita nullo modo poteſt accipi in diuinis, quia vna perſona ſemper habet conſortium ſocietatis alterius perſonæ connaturalis, & ſimilis ſibi. Si autem excludat conſortium reſpectu alicuius determinati, tunc dictio eſt ſyncathegorematica, importans aliquem ordinem, vel habitudinem vnius ad alterum, ratione negationis implicitæ, magis quàm implicans formam aliquam: & ſecundum hoc dico, quòd hæc eſt duplex. Solus deus creat. quia, vel remouet conſortium alterius a forma

## QVAESTIO I.

A

### Hic quæruntur duo.

Primo. Vtrum, dictio excluſiua poſſit in diuinis addi ex parte ſubiecti.

Secūdo. Vtrum, ex parte prædicati.

### Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum poſſit addi ex parte ſubiecti termino eſſentiali, cum prædicato eſſentiali, vel perſonali.

Secundo. Vtrum poſſit addi termino perſonali cum prædicato eſſentiali.

a forma ſubiecti ſubintellecta implicatione, quod eſt, vel qui eſt, & tunc eſt ſenſus, ſolus deus, ideſt, ille qui ita eſt deus, quòd præter ipſum nullus alius eſt deus, creat, & ſic uera eſt. Vel remouet conſortium in participatione prædicati, & in hoc etiam ſenſu, vera eſt. Eſt enim ſenſus, quòd nullus alius præter deum creet. Et idem eſt iudicium de hac, Solus pater eſt pater, vel ſolus pater generat. Omnes enim huiuſmodi ĩ primo ſenſu ſunt falſę, & in duobus alijs veræ. (F)

Ibid.c.9.

Ex qvo patet reſpõſio ad primum, quod procedit ſecundum primum ſenſum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dicunt ſophiſtice, dictio excluſiua immobilitat terminum cui adiungitur ratione negationis implicite. Vnde non ſequitur, Solus homo eſt rationalis. ergo ſolus Sor. Non enim omne quod eſt aliud a Sorte eſt aliud ab homine. Vnde negatio ĩplicita in dictione excluſiua ad plura ſe extendit quando adiungitur proprio, quàm quando adiungitur communi: ſed verũ eſt quòd ratione affirmationis poſſet fieri deſcẽſus. Vnde cum iſta, Solus deus eſt deus, habeat duas expoſitiuas, vnam affirmatiuam, deus eſt deus, & alteram negatiuã. ſcilicet hanc. alius a deo non eſt deus: ſub affirmatiua poteſt fieri deſcenſus, vt dicatur, pater eſt deus & non ſub negatiua, alius a patre non eſt deus.

In cor. art. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut dictum eſt, hęc dictio ſolus, priuat conſortium, & quàmuis creaturis exiſtentibus non poſſit ad eo remoueri conſortium, reſpectu huius quod eſt eſſe: tamen poteſt remoueri conſortium, reſpectu proprie ſue operationis quæ eſt creatio, & etiam reſpectu proprie ſuæ naturæ, vnde ſecundum Hila. remota diſtinctione perſonarum, etiam creaturis exiſtentibus, deus dicitur ſolitarius. Quàmuis enim hęc non eſſet vera, Solus deus eſt, hæc tamen vera eſſet, deus eſt ſolus, ideſt, ſolitarius. (4. de Trini. ante med.)

¶ Quartum concedimus, quod procedit ſecundum tertium ſenſum.

Ad id, quod vlterius quæritur, an hæc ſit vera, Solus deus eſt pater, dicendum, quòd ſecundum tres ſenſus tripliciter poteſt iudicari. Si enim hæc dictio ſolus, implicet ſolitudinem circa deum, locutio falſa eſt. ſi autem importat excluſionem a forma ſubiecti vera eſt, & eſt ſenſus. Deus præter quem non eſt alius, eſt pater. Si autem remoueat conſortium a participatione prædicati, dico quòd eſt duplex. Quia in nomine patris poteſt intelligi tantum proprietas paternitatis, prout prædicatum formaliter tenetur, & ſic falſa eſt, quia paternitas non tantum in deo eſt, ſed etiam in hominibus. Vel ipſa perſona ſubſiſtens diſtincta paternitate, & ſic eſt vera, & hoc modo probatur & improbatur. Tamen ſciendum, quòd paternitas non eſt eiuſdem rationis, ſecundum vniuocationem in deo & in creaturis, quàmuis ſit eadem ratio, ſecundum analogiam, quæ quidem aliquid habet de identitate rationis, & aliquid de diuerſitate. Vnde etiam ſi prædicatum ſumatur, formaliter, tamen poteſt aliquo modo vera eſſe, Solus deus eſt pater, & ſecundum eundem modum loquendi quo dicitur Matth. 19, Nemo bonus niſi ſolus deus.

Similiter intellige cũ dicitur, ſolus eſt filius, vel ſolus eſt ſpirituſſanctus. Solus ergo pater dicitur, vt ait Aug. in eodẽ, qa non niſi ipſe ibi pater eſt, & ſolus filius, quia non niſi ipſe ibi filius eſt, & ſolus ſpirituſſanct⁹, quia non niſi ipſe ibi ſpirituſſanctus eſt.

*b Vtrum poſſit dici, ſolus pater eſt deus, Solus filius eſt deus, uel Solus ſpi. ſanctus eſt deus, vel pater eſt ſolus deus, uel filius eſt ſolus deus, uel ſpi. ſanctus eſt ſolus Deus.*

Poſt hoc quæritur, vtrũ ſicut dicitur, Solus pater eſt pater, vel ſolus filius eſt filius, ita poſſit dici, (H) Solus pater eſt deus, vel ſolus filius eſt deus, ita & de ſpirituſancto, aut pater eſt ſolus deus, filius eſt ſolus deus. Ad quod dicimus, quòd pater & filius & ſpiritusſanctus dicitur & eſt vnus deus. Et hęc trinitas ꝓprie ſimul dicitur ſolus deus eſſe. ſicut ſolus ſapiens, ſolus potens, ſed non videtur debere dici a nobis verbis noſtris vtentibus, niſi vbi ſermo authoritatis occurrit. Solus pater eſt deus, vel pater eſt ſolus deus, ita de filio & ſpirituſancto dicimus. Vnde Auguſt. in 6. libro de Trin. ait. Quoniam oſtendimus quomodo poſſit dici, Solus pater, vel ſolus filius, cõſideranda eſt illa ſententia qua dicitur, non eſſe (G) ſolum patrem deum verum ſolum, ſed patrem & filium & ſpiritumſanctum. Ecce habes, quia non ſolus pater dicendus eſt eſſe ſolus verus deus. Item, in eodem. Si quis interroget, vtrum pater ſolus ſit deus, quomodo reſpondebimus nõ eſſe; niſi forte, ita dicamus, eſſe quidem patrem deum, ſed non eũ eſſe ſolum deum, eſſe autem ſolum deum dicamus patrem, & filiũ & ſpiritumſanctum? Ecce (H) & hic habes, quia pater non debet dici ſolus deus, atq; hoc ſolum in parte ſubiecti tantum accipere quidam volunt. In parte vero prædicati, ſi ſit. concedunt ꝙ pater eſt ſolus deus. Sed ex verbis Auguſt. videtur oſtẽdi, quòd proprie ſolus de⁹ dici debeat tota trinitas, & hęc trinitas, vt ait Auguſt.† contra Maximinum intelligitur cum Apoſt. dici. Beatus & ſolus potens. Et ibi. Soli ſapienti deo. (I) Et ibi. Inuiſibili ſoli deo, non enim hęc de ſolo patre accipiẽda ſunt, vt contendebat Maximin⁹ & alii hæretici, ſed de trinitate ſicut & illud. Solus habet immortalitatem, quia ſecundum rectam fidem, ipſa trinitas eſt vnus ſolus deus, beat⁹, potens, ſapiens, inuiſibilis. Vnde Auguſtinus in eodem. Cum vnus deus ſit trinitas hæc ſit nobis ſolutio queſtionis, ut intelligamus ſolum deum ſapientẽ, ſolum potentem, patrem & filium & ſpiritumſanctum: qui eſt vnus & ſolus deus. (3. lib. c. 12. & 13. to. 6. 1. ad. Thi. 6 c. Rom. 16. & 1. Thi. 1. — 1. ad Ti. 6.)

*Quomodo trinitas dicatur ſolus deus, cum ipſa ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis?*

B

Sed iterum quæritur, *a* quomodo ipſam trinitatẽ dicimus ſolum deum, cum ſit cum ſpiritibus, & animabus ſanctis? Ad quod reſpondet Aug. in 6. lib. de Tri. ita dicens. Trinitatem dicimus deum ſolum, quàmuis ſemper (C) ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis, ſed ſolum dicim⁹, quia non aliud quàm ipſa trinitas deus eſt. Nõ enim illi, cum illa deus ſunt, vel aliqua alia, ſed ipſa trinitas tantum, non illi, vel alia deus eſt. (cap. 7. to. 3.)

B *b. Et ſi de ſolo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius & ſpirituſſanctus.*

Verum tñ, vt ait Aug. & ſi de ſolo patre ꝑdicta dicerentur, non tamen excluderetur filius, vel ſpirituſſanctus, ſcilicet, quia hi tres vnũ ſunt, ſicut in apocalypſi de filio legitur, ꝙ habet nomẽ ſcriptum, quod nemo ſcit niſi ipſe, nõ enim inde ſeparatur pater, vel ſpirituſſanctus. Et cum dicitur, Nemo nouit patrem niſi filius, non inde ſeparatur pater & ſpirituſſanctus, quia inſeparabiles ſunt. Aliquando etiam nominãtur pater, & filius, & taceatur ſpirituſſanctus, vt veritas (3. cont. Maxim. ca. 13. tom. 6 — cap. 19. — Matth. 11.)

Articvlvs II.

*b Vtrum iſta propoſitio, Solus pater eſt deus, ſit vera.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videt̃, quòd hæc ſit vera. Solus pater eſt deus, vel ſolus filius eſt deus. Sicut enim eſſe deum conuenit tribus perſonis, ita & eſſe altiſſimum: ſed de filio legitur, Tu ſolus altiſſimus. ergo poteſt dici ſolus filius eſt deus. (1. p. q. 31. art. 4. — c. 9. to. 3.)

¶ 2. Præt. Hęc, Sol⁹ pater eſt deus, habet duas expoſitiuas, vnam indefinitã, vel ſingularem, quæ conuertitur ſicut particularis affirmatiua, ſcilicet hæc, pater eſt deus, aliam negatiuam vniuerſalem, ſcilicet null⁹ alius a patre eſt deus. vtraque harum conuertitur ſimpliciter. Sed hæc eſt vera, ĩ aliquo ſenſu, ſolus deus eſt pater. ergo a ſimplici conuerſa hæc erit vera, Solus pater eſt deus. (c. 9. vbi ſ.)

¶ 3. Præt. Si hæc eſt falſa, Solus pater eſt deus, hoc nõ erit niſi quia per dictionem excluſiuam excludũtur aliæ perſonę diuinæ a participationem prædicati: ſed ꝑ dictionem excluſiuã adiunctam patri nõ excluduntur filius & ſpirituſſanctus. ergo hæc eſt ſimpliciter vera, ſolus pater eſt deus. Media probatur per authoritatem Auguſt. in litera qui dicit. Si de ſolo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderentur filius nec ſpirituſſanctus, quia hi vnum ſunt. Probatur etiam per rationẽ ſic. Maior eſt vnio filij ad patrem quàm partis ad totum: ſed dictio excluſiua adiuncta toti, non excludit partem. non enim ſequitur. Solus Sor. eſt albus. ergo pes eius non eſt albus. ergo cum excluſio fiat ratione diuerſitatis, videtur quòd nõ excludatur filius per dictionem excluſiuam adiunctam patri.

¶ 4 Præt. Dictio excluſiua non remouet a conſortio niſi hoc, quod eſt ſeparatum ab eo cui adiũgitur: ſed filius eſt in patre vt ſupra probatum eſt. ergo cum dicitur. Solus pater non excluditur filius. (Diſt. 9. q. 1. art. 1.)

¶ 5 Præt. Dictio excluſiua adiuncta antecedenti, non excludit (K) conſequens. non enim ſequitur, Solus homo currit. ergo animal non currit, vel ſolum animal non currit. ergo homo non currit, ſed filius ſequitur ad patrem, & ecõuerſo. vt habitum eſt ex Amb. diſt. 9. ergo videtur quòd cum dicitur ſolus pater non excludatur filius, nec econuerſo, & ita hæc erit vera, Solus pater eſt deus.

Contra. Eſt quod in litera dicitur.

¶ Præterea. Huius propoſitionis. Solus pater eſt deus, vna expoſitiua eſt. Nullus alius a patre eſt deus: ſed hęc eſt falſa, quia filius qui eſt alius a patre eſt deus. ergo hęc eſt falſa, Solus pater eſt deus.

Respondeo dicendum, quòd ſecundum quoſdam dictio excluſiua adiuncta vni relictorum in creaturis, non excludit alterum. non enim ſequitur tantum pater eſt. ergo filius nõ eſt: quia ad vnum relatiuorũ ſequitur alterum. Sed hoc videtur eſſe falſum: qa dictio excluſiua adiuncta ſuppoſito excludit omne aliud ſuppõſitum vnde cum filius ſit aliud ſuppoſitum a patre excluditur filius, cum dicitur ſolus pater. Nec hoc impeditur per hoc, quòd vnum ſine altero eſſe non poteſt: quia generatio, etiam non poteſt eſſe ſine alteratione, & loci tranſmutatione, & tamen cum dicitur, ſola generatio eſt, excluditur omnis alia mutatio.

¶ Præt. Quàmuis relatiua conſequantur ſe in eſſe, non tamẽ conſequunt̃ ſe in alijs prædicamentis. Non enim ſequitur, ſi pater eſt muſicus, quòd filius eſt muſicus. Et præterea, cũ ſolus ſit determinatio ſuppoſiti excludit omne aliud ſuppoſitum. Diuerſitatem autem ſuppoſitorum, non tollit relatiuorum conſecutio. Vnde non eſt aliqua ratio, quare reſpectu horum prędicatorum, vnum non excluderetur per excluſionẽ adiunctã alteri. Et ideo dicendum eſt, quòd dictio excluſiua adiũcta patri, excludit filium, quãtum pertinet ad oppoſitionem relationis. Tamen intelligendum eſt, quòd diuerſimode ſe habet in creaturis, & in diuinis quantum ad duo. Primo, quia in creaturis pater & filius non ſunt vnũ in eſſentia. vnde filius eſt alius a patre & aliud, quod tñ nõ eſt verum ĩ diuinis. Secũdo, qa ĩ creaturis per paternitatem additur nouum eſſe, quod eſt eſſe accidentale, & non idem, quod eſt ſubiecti. In diuinis autem paternitas non addit ſecundum rem aliud eſſe, quàm eſſe eſſentiæ, in quo pater & filius cõicant. Cum ergo loquimur in humanis, dicentes ſolus pater, excluditur omnibus modis filius: quia filius eſt alius & aliud a patre. Et præterea, ſi eſſet vnum in eſſentia cum patre, adhuc excluderetur ab illo inquantum eſt alius (D) a patre, ſecũdum eſſe relationis ſuperadditum eſſentiæ, vnde ſecundum quid eſſet aliud a filio, quàmuis in eſſentia conuenirẽt. Sed in diuinis, pater & filius ſunt vnum in eſſentia, & tamen diſtinguuntur relationibus, & tamen illæ relationes non addunt aliquid ſecundum rem ad eſſentiam. Vnde ratione illius diſtinctionis, nullo modo poteſt dici filius aliud a patre, ſed tãtum alius. Vnde, cum dicitur ſolus pater, poteſt intelligi fieri excluſio alius maſculine, & ſic excluditur filius, & hoc magis proprium eſt conſiderata conſignificatione vocabulorum. Vel alius neutraliter, & ſic non excluditur filius: quia filius non eſt aliud a patre, cum eſſentia diuina quæ eſt in filio ſit totum id quod eſt pater & nõ aliqua pars eius. Secundum hoc ergo, hęc eſt diſtinguenda, ſolus pater eſt deus, per tres ſenſus prædictos: Quia ſi ſolus implicet ſolitudinem circa patrem, falſa eſt. Si autem excludit a forma ſubiecti, ſic vera eſt: & eſt ſenſus, ille qui eſt pater præter quem nullus alius eſt pater, eſt deus. Si autẽ fiat excluſio a participatione prædicati, ſic eſt duplex. Quia cũ ſolus ſit idem quod non cum alio, vel excludit alium maſculine, & ſic eſt falſa, & ſic primo negat eam Auguſtinus. Vel excludit aliud, & ſic eſt vera, quia ſic non excluditur filius qui non eſt aliud a patre, & ſic poteſt concedi, vt patet ex dictis Aug. ſupra poſitis.

Ad primvm, ergo dicendum, quòd iſta, ſolus filius eſt altiſſimus. eſt diſtinguenda, ſicut & prima, & in aliquo ſenſu eſt vera, & in aliquo falſa. Et præterea, hoc quod dicitur, Tu ſolus altiſſimus, &c. Intelligendum eſt cum toto hoc quod conſequitur, Cum ſancto ſpiritu, &c. Et hoc eſt abſolute verum, ꝙ ſolus filius cum patre & ſancto ſpiritu eſt altiſſimus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hæc. Solus deus eſt pater, quantum ad hanc expoſitiuam, deus eſt pater, conuertitur ſimpliciter ſic. pater eſt deus. Similiter alia, nullus alius a deo eſt pater, conuertitur ſimpliciter, ſed eius conuerſa non eſt, nullus alius a patre eſt deus, cum non ſit idem in ſubiecto & prædicato, ſed magis iſta, pater non eſt alius a deo, quæ quodammodo vera eſt, vt ſupra dictum eſt, & ex hoc non ſequitur, ꝙ ſolus pater ſit deus. (A — In corp. ar.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur ſolus pater, excluditur filius, ſi ſolus dicat idem quod nõ cum alio maſculine. Si autem dicat idem quod non cum alio neutraliter non excluditur, & ſic intelligitur dictum Aug. quod patet ex hoc quod dicit: quia hi tres vnum ſunt. Et ad id quod objicitur de parte & conſeq̃nte, & de hoc ꝙ vnus eſt in alio, patet quòd non ſequitur: quia pars non eſt aliud ſuppoſitum quàm totum, immo includitur in ſuppoſito totius, ſimiliter hoc conſequens quod eſt animal, non eſt aliud ſecundum ſuppoſitum ab homine. Et ideo quàmuis pater ſit ĩn filio per vnitatem eſſentię, & quantum ad intellectum relationis, tamen relatio inquantum habet rationem oppoſitionis diſtinguit patrem a filio ſecundum ſuppoſitum,

## Qvaestio II.

B

Deinde quæritur, quomodo poſſit addi ex parte prædicati dictio excluſiua, in diuinis.

Et circa hoc duo quæruntur.

Primo. Vtrum hæc ſit vera, Trinitas eſt ſolus deus.
Secũdo. Vtrum ſit hæc vera, Pater eſt ſolus deus.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum iſta propoſitio, Trinitas eſt ſolus deus, ſit uera.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd hæc ſit falſa, Trinitas eſt ſolus dominus. Solus, n. eſt diſpoſitio ſubiecti, ſicut & omnis, ſed hæc dictio omnis, incongrue additur ad prædicatum. ergo videtur quòd etiam hæc dictio ſolus. (Ibidem.)

2 ¶ Præterea, ſecundum philoſophũ, Nomina tranſpoſita, & (E) verba, idem ſignificant, ſi ergo hæc ẽ vera. trinitas eſt ſolus deus hæc etiam erit vera. Trinitas eſt deus ſolus. (2. Periher. lect. 3)

3 ¶ Præt. Hæc dictio ſolus eſt ſyncathegorematica & importat negationem: ſed negatio debet pręcedere compoſitionem vel aliquid quod negetur. cum autem dicitur ſic. pater eſt ſolus deus, nihil ſequitur. ergo videtur, quòd locutio ſit falſa vel incongrua, & ſic idem quod prius.

4 ¶ Præt. Termini in prædicato tenentur formaliter, ſed ſolitudo non conuenit formæ: quia forma quãtum eſt de ſe, communicabilis eſt, ergo videtur quòd non debeat poni ex parte prædicati, & ſic idem eſt quod prius.

Contra eſt, quod habetur in litera.

Respondeo, Dicendum, quòd iſtę dictiones excluſiuæ ſolus, & tantum in hoc differunt, quòd tantum, cum ſit aduerbium, & ſimiliter ſolum determinat actum verbi: quia aduerbium eſt adiectiuum verbi. Vnde cum verbum ratione compoſitions coniungat prædicatum ſubiecto, & ad vtrunque ſe habeat

beat, congrue poſſunt iſta aduerbia tàm ad ſubiectum, quàm ad prædicatum adiungi. Sed hæc dictio ſolus, cum ſit nomen priuans conſortium, eſt determinatio eius, cum quo cōſortium poteſt haberi. Habetur autem conſortium cum eo cui aliquid conuenit, & hoc ſignificatur vt ſubiectum, vnde proprie eſt diſpoſitio ſubiecti. Secundum hæc igitur, dicunt quòd eſt impropria, trinitas eſt ſolus deus, quia ſi ly ſolus, proprie tenetur, non additur ad prędicatum. Si autem teneatur per ly tantum, ſuperflue additur predicato eſſentiali, vel ſubſtantiali, vt ſi diceretur, Sortes eſt tātum homo; quia per dictionem excluſiuam, non poteſt excludi niſi natura extranea ab eo cui adiungitur. Et hoc itelligitur etiam ex ipſo p̄dicato ſubſtantiali; ex hoc enim ꝙ dicitur Sor. eſt homo intelligitur quòd non eſt aſinus vel equus. Et ſimiliter dicūt quòd ſuperflue additur cum dicitur, trinitas eſt tantum deus: niſi addatur vnus, vel aliquis alius terminus accidentalis, qui poſſit ineſſe, vel non ineſſe, quia ſic excluderetur oppoſitum vnitatis, quod eſt pluralitas. Et dicunt quòd intentio Auguſt. non eſt dicere, quòd hoc quod dico ſolus deus, prædicetur de trinitate, vt Magiſter in- H nuit, ſed cum dicitur ſolus deus, ſupponitur trinitas & non pater, vel filius. Sed hoc non videtur multum neceſſarium. Quàmuis ly ſolus, ſit diſpoſitio ſubiecti, non tamen oportet, quòd addatur ſemper ad ſubiectum, quia illud etiam quod in prædicato ponitur, poteſt ſignificari, vt ſuppoſitum alicui naturæ, vel proprietati, ratione cuius poteſt ab eo priuari conſortium, vt ſi diceretur, Sortes eſt ſolus homo ſedens. Similiter dico in propoſito, quòd alio modo prædicatur hoc nomen deus de tribus perſonis, & hoc nomen homo, de Sorte, & Platone. Cum enim non prædicetur de vtroque niſi id quod vtrique commune eſt: vtriq; autem nō eſt cōmune niſi natura humana quæ in ſe conſiderata non eſt quid ſubſiſtens, conſtat quòd iſte terminus homo, non prædicet aliquam rem ſubſiſtentem, ſed ſolum naturam inhęrentem, & vt inhærentem, & ideo non poteſt ſibi fieri additio huius dictionis ſolus, quæ priuat conſortium. Naturæ enim communis non eſt, vt ipſa habeat conſortium, ſed in I ipſa conſortium habeatur. Sed iſte terminus deus, prædicat naturam diuinam de tribus perſonis, quæ etiam in ſe eſt habens eſſe ſubſiſtens, nulla perſonarum diſtinctione intellecta. Vnde quàmuis prædicet naturam diuinam, vt naturam diuinam, & non vt quid ſubſiſtens, nihilominus tamen hoc quod prædicat, quid ſubſiſtens eſt. & ideo habet rationem, vt in ipſa ſit conſortium prout ſignificatur in quo eſt, & vt ipſius ſit conſortium, ſecundum aliquid ſibi conueniens, prout ſignificatur, vt quid eſt. Vnde poteſt ſibi addi hæc dictio ſolus in prædicato, tanquàm rei ſubſiſtenti, & excludet omnia extranea a participatione formę prædicati, vt ſit ſenſus. Trinitas eſt ſolus deꝰ, ideſt, trinitas eſt ille deus præter quem nullus alius eſt deus, & expreſſior erit veritas eius, ſi aliq̃d aliud addatur, vt ſi dicatur, trinitas eſt ſolus verus deus, vel ſolus vnus deus.

Ad primvm igitur dicendum, quòd diuerſimode hæc dictio omnis, eſt diſpoſitio ſubiecti, & hęc dictio ſolus; quia per K hāc dictionem omnis, ratione diſtributionis importatur quædam diuiſio ſubiecti, & multiplicatio ratione contentorum. Vnde incongrue additur his ſub quibus non eſt accipere aliquam multitudinem ſuppoſitorum, vt terminis ſingularibus. Et propter hoc etiam ex parte prędicati poni non poteſt, quia prædicatum ſumitur formaliter, & in forma communi vniuntur ſuppoſita, non diſtinguuntur. Solus autem non dicit aliquam diuiſionem, ſed tantum remouet conſortium reſpectu alicuius quod conuenit rei ſubſiſtenti: vnde ſi prędicetur aliqua res ſubſiſtens conuenienter poteſt ſibi addi ſolus, ſicut cum prædicatur hoc nomen deus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum hęc dictio ſolus ex parte predicati ſequitur ſuum ſubſtantiuum, ſemper implicat ſolitudinem. Tunc enim excluditur conſortium ſimpliciter, & nō reſpectu alicuius determinati, cum nihil ſequatur. Et ideo q̃uis concedatur hæc: trinitas eſt ſolus deus, non tamen conceditur proprie loquendo: trinitas eſt deus ſolus, & hoc accidit F ratione negationis importatæ. Vnde nō eſt idem iudicium d̄ hoc nomine ſolus, & de hoc nomine albus, differt enim negatio poſtpoſita, & præpoſita termino.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in hac propoſitione, trinitas eſt ſolus deus, vel ſolus verus deus, intelligitur duplex compoſitio. Vna principalis quæ eſt importata per verbum, & alia intelligitur i hoc nomine deus prout ſignificatur habēs deitatem. Vnde ratione huius compoſitionis poteſt fieri excluſio, ſecundum ꝙ aliquid excluditur a participatiōe formæ prædicati, quæ conuenit rei ſubſiſtenti prædicatæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen deus, nō prædicat naturam diuinam ſolum per modum formę ſicut alia prædicata ſubſtantialia, prout ſignificatur natura diuina, vt quo eſt, ſed vt rem ſubſiſtentem, prout ſignificatur, vt quod eſt, & ſecundum hoc poteſt ei addi ſolus. Dictum enim eſt ſupra, quòd hoc nomen deus, partim habet rationem termini communis & partim [d] rationem termini ſingularis.

Diſt. 19. q. 4. art. 2. D.465.

ad patrem loquens ait. Vt cognoſcant te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, eſſe vnum verū deum. cur ergo, inquit Auguſt. tacuit de ſpirituiſancto? quia conſequens eſt, vt vbicunque nominatur vnus, ſicut pater & filius, tanta pace vni adhærens, intelligatur etiam ipſa pax, quàmuis non commemoretur. Vno ergo iſtorum nominato, etiam reliqui intelliguntur, quod in pluribus ſcripturæ locis occurrit.

## DISTINCTIO XXII.

A

*De nominum differentia, quibus vtimur loquentes de deo.*

Post prædicta, nobis diſſerendum videtur de nominum diuerſi- G tate, quibus, loquentes de vnitate, ac trinitate ineffabili, vtimur. Deinde demonſtrandum eſt, quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo præcipue teneamus, *c* quædam eſſe nomina diſtincte ad ſingulas per-

### H Articvlvs II.

*b Vtrum pater ſit ſolus deus.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd pater ſit ſolus deus. Omne enim quod prædicatur de tribus perſonis ſimul ſumptis eſt prædicatum eſſentiale: ſed hoc quod dico ſolus, eſt huiuſmodi. Dicitur enim trinitas eſt ſolus deus. ergo videtur cum omne prædicatum eſſentiale poſſit dici de patre, quòd poſſit dici pater eſt ſolus deus.

¶ 2 Præt. Pater eſt deus & non eſt aliud quàm deus. ergo eſt ſolus deus.

¶ 3 Item. Conſtat, quòd non eſt niſi vnus ſolus deus: ſed ille deus præter quem non eſt alius deus eſt pater. ergo pater eſt vnus ſolus deus.

Contra eſt, quod in litera dicitur.

I Respondeo dicendum, quòd cum dicitur pater eſt ſolus deus: hæc dictio ſolus quàmuis ex parte prædicati ponatur, tamen poteſt intelligi ex parte ſubiecti, vt cum dicitur, eſt homo albus, intelligitur homo eſt albus, & tunc erit idem iudiciū de hac ſicut & de illa, quæ ſupra dicta eſt, ſolus pater eſt deus. Si autem intelligatur ex parte prędicati, tunc vno modo poteſt intelligi, quòd ly ſolus, ponatur pro tantum, & ſic erit vera. Nec erit ſuperflua additio: quia filius quàmuis ſit deus, non tamen eſt tantum deus: quia eſt etiam homo, quod de patre dici non poteſt, cum tamen pater humanam naturam aſſumere potuerit, ſed ſic non accipitur hic. Si autem ly ſolus, ſumatur proprie, tunc habet proprietatem iſta locutio, ſecundum quòd hoc prędicatum deus, non tantum prædicat naturam deitatis vt formam, ſed vt quid ſubſiſtens. Dico igitur, quòd cum dicitur, pater eſt ſolus deus, locutio eſt duplex. Quia ly ſolus: poteſt excludere omne aliud a patre a participatione formę prędicati & ſic vera eſt. ſic enim non excluditur filius, neque ſpirituſſanctus, qui non ſunt aliud a ſuppoſito patris. Si autem excludat alium maſculine: tunc eſt falſa, in quo tamen ſenſu uera eſt iſta, trinitas eſt ſolus deus, quia cum ly deus prædicet non tantum naturam, ſed etiam ſuppoſitum, quando prædicatum de trinitate prædicat ſuppoſitum totius trinitatis, & ideo etiam ſi fiat excluſio ratione alterius ſuppoſiti, vera eſt: quia nullum aliud ſuppoſitum extra trinitatem, ſicut nec alia natura deus eſt. Sed cum dicitur: pater eſt deus, ly deus, prædicat ſuppoſitum patris, vnde ſi fiat excluſio reſpectu eiꝰ quod eſt aliud ſuppoſitum a patre, eſt falſa, & in hoc ſenſu negatur: Si autem eius quod eſt aliud in natura a patre, vera eſt.

Art. antec.

Ad primvm igitur dicendum, quòd ſecundum quòd ly ſolus excludit ſuppoſitum extraneum & non ſolum extraneā naturam, ad plura extendit ſe negatio implicita cum dicitur, pater eſt ſolus deus, quàm cum dicitur: trinitas eſt ſolus deus. Quia in hac cum dicitur: pater eſt ſolus deus, excluditur etiam ſuppoſitum filij & ſpirituſſancti. Et ideo hæc eſt falſa, ſecundum



dum illum intellectum, Pater eſt ſolꝰ deus, quàmuis hæc ſit ve- A ra. Trinitas eſt ſolus deus. Nec hoc eſt ratione prædicati eſſentialis, ſed ratione negationis excludentis ſuppoſitum illud.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſi ly ſolus, proprie ſumatur, non eſt illa expoſitio eius, ſed magis eſſet expoſitio eius, ſi ſolus ſumeretͬ pro tm̄: & in hoc ſenſu conceſſa ē.

† Lib. 8. in prin. prolo. 10.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſi ly ſolus, proprie ſumatur, per illud argumētum nō probatur, ꝙ ſit vera, pater eſt ſolꝰ deꝰ: ſed magis, ꝙ iſta eſt vera, ſolꝰ deus eſt pater, & hæc ſecundum aliquem ſenſum ſupra cōceſſa eſt. Si B autem aſſumatur pater eſt ille deus, præter quem non eſt alius, hæc propoſitio eſt multiplex, quia hoc relatiuum, quem, poteſt referre diſtinctum ſuppoſitum patris, vt ſit ſenſus: præter patrē non eſt alius. Et ſi intelligatur nō eſt alius deus, verum eſt quia filius non eſt alius deus a patre: ſi autē intelligatur pręter patrē nō eſt alius qui ſit deus falſa eſt, quia filius eſt alius a patre, qui tamen eſt deus. Si vero relatiuum referat ſuppoſitum indiſtincte, ſecundum quòd ſupponit hoc nomen deus, cum dicitur deꝰ eſt vnus, tunc eſt vera in omni ſenſu, & ſic patet, quòd non concludetur propoſitum niſi per modum quo, propoſitio dicta conceſſa eſt in diſtinctione ſupra poſita.

ſonas pertinentia, vt ait Augu. in. 8. lib. de Trinit. quę de ſingulis tantum dicuntur perſonis. Quædam vero vnitatem eſſentiæ ſignificantia ſunt, quæ & de ſingulis ſingillatim, & de omnibus cōiter dicuntur. *b* Alia vero ſunt, quę tranſlatiue, ac per ſimilitudinem de deo dicunt. *d* Vnde Ambr. in lib. 2. de fide. ait. Quo purius niteat fides, tripartita videtur deriuanda di-

### Expositio textvs.

Nemo nouit patrem niſi filius &c. } Videtur quòd Augu. male exponit, quia nemo idem eſt quod nullus homo, ſub hoc autem non continentur pater & C ſpi. ſanctus de quibus hoc nomen homo non prędicatur, & ita videtur, quòd inconuenienter ſubiungat Auguſt. {Non tamen ſeparatur &c.} Ad hoc dicunt quidam, quòd hæc dictio niſi, non ponitur exceptiue, ſed aduerſatiuę, vt ſit ſenſus: nullus purus homo nouit patrē notitia comprehenſionis, ſed tantum filius. Sed poteſt melius dici, quòd hæc dictio nemo, habet aliquid ex proprietate ſignificationis, & aliquid ex vſu nominis. Ex proprietate ſignificationis habet, quòd nemo ſignificet idem quod nullus homo, & ita ſub hac diſtributione non includitur perſona patris, vel ſpirituſſancti. Sed quia homo eſt ſecundum quod habet intellectum, nec aliquid habens intellectum eſt nobis ad ſenſum manifeſtum niſi homo, ideo ex vſu loquentiū habet, quòd nemo diſtribuat pro omni intellectuali natura, & ita ſub diſtributione poteſt fieri deſcenſus ad perſonas diuinas, angelicas, & humanas.

## DISTINCTIO XXII.

### Divisio textvs.

Poſtquam determinauit Magiſter de his quæ pertinent ad vnitatem eſſentię, & trinitatem perſonarū. hic determinat de nominibus quibus & eſſentiæ vnitas, & perſonarum pluralitas deſignatur. Diuiditur autem in partes duas. In prima ponit diuiſionem diuinorum nominum, vt oſtendat quòd pluraliter & quòd ſingulariter de diuinis perſonis prædicetur. In ſecunda, oſtendit qualiter vnitas & pluralitas in diuinis accipiatur. ibi {Hic diligenter inquiri oportet.} 24. diſt. Prima in duas. In prima ponit vniuerſalem diſtinctionem diuinorum nominum. In ſecunda, agit de quodam nomine, quod ſpecialem difficultatem affert, ſcilicet de hoc nomine perſona, quod non videtur aliorum naturam ſequi. 23. diſt. ibi {Prædictis tamen adijciendum. Prima, in duas. In prima, oſtendit diuerſitatem diuinorum nominum. In ſecunda, ponit quaſdā regulas, ex quibus colligi poteſt, qualiter vnumquodque prædicetur. ibi {Sciendum eſt igitur quòd illa. Prima in duas. In prima, ponit trimembrem diſtinctionem diuinorum nominum, ſecundum Ambr. & Aug. In ſecunda, addit tres modos diuinorum nominum, & concludit eſſe 6, differentias eorū quę de deo dicūtur. ibi. {His adijciendū &c.}

## *QVAESTIO PRIMA.*

A

### Hic quæruntur quatuor.

Primo. Vtrum deus ſit nominabilis.

Secūdo. An aliquod nomen proprie ei conueniat, vel omnia nomina de eo tranſumptiue dicantur.

Tertio. Vtrum ſit nominandus vno tantum nomine, vel pluribus, vel etiam omnibus.

Quarto. Quæritur de multiplicatione diuinorum nominū in litera poſita.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum deus ſit nominabilis.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd deus non ſit nominabilis per id quod dicit Diony. pri. cap. de diu. no. de deo loquens. Omnibus autē vniuerſaliter incomprehenſibilis eſt, & neq; ſenſus eiꝰ eſt, neque phantaſma, neq; opinio, neque nomen, neque ſermo, neque tactus, neque ſcientia: hoc etiam, videtur per hoc quod dicit Philoſ. lib. de cauſis. Cauſa prima ſupe- B rior eſt narratione, & deficiunt linguæ a narratione eius.

1. p. q. 13. artic. 1. & 1. cont. g. c. 31

†Amb. lib. 2. de fid. in proœ. to. 2.

Propoſ. 6.

¶ 2 Item. Omne nomen eſt ſignum alicuius formæ exiſtentis in anima, ſecundum Philoſophum: ſed ſicut dicit Auguſt. deus qui omnem formam ſubterfugit intellectui peruius eſſe non poteſt. ergo uidetur, quòd nullo nomine poſſit nominari.

In prolo. 3. perihar.

¶ 3 Præt. Si nominatur, aut nominatur per nomen, aut per pronomen, aut per verbum, aut per participium: ſed nō poteſt nominari per nomen, cum omne nomen ſignificet ſubſtatiam cum qualitate, in deo autem nulla eſt compoſitio ſubſtantiæ & qualitatis. Nec per verbum, nec per participium, quę tempus cō ſignificant quod a deo longe eſt. Nec per pronomen, cum pronominis ſignificatio determinetur per demonſtrationem, vel relationem: demonſtratio autem fit mediantibus accidentibus quæ in deo non ſunt, & relatio eſt antedictæ rei recordatio, & ſic per relationem ſignificari non poteſt niſi aliquid aliud præſupponatur, vel prænominetur. ergo videtur, quòd nullo modo C poſſit nominari.

Contra. in Pſal. dicit. Dominus nomen illi. & Exod. 3. Si quæſierint nomen meum &c.

Pſalm. 67.

¶ Præt. Omne quod cognoſcitur poteſt etiam voce ſignificari. Sed nos aliquo modo cognoſcimus deum, vel per naturalem cognitionem. ergo poſſumus eum nominare.

Respondeo, Dicendum, quòd cum voces ſint ſigna intellectuum, ſecundum Philoſophum, idem iudicium eſt de cognitione & nominatione eius, vnde ſicut deum imperfecte cognoſcimus: ita etiam imperfecte nominamus quaſi balbutiendo, vt dicit Grego. Ipſe autem ſolus ſeipſum comprehendit, & ideo ipſe ſolus ſeipſum perfecte nominauit, vt ita dicam, verbum coæquale ſibi generando.

vbi ſupra.

Grego. ex lib. 10. mor. cap. 4. & 5.

Ad primvm igitur dicendum, quòd omnes authoritates quæ dicunt deum eſſe innominabilem, intendunt dicere, ꝙ nullū nomen exprimit perfecte ipſum deū, qđ ſignificat in ver- D bis Philoſophi, qui dicit, quòd linguæ deficiunt a narratione eius, & quod alibi dicit, cauſa prima ſuperior eſt omni narratione & ſupra omne id, quod nominatur.

Lib. de cāis propōe 6.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſi Auguſt. intelligat de forma corporali, ſic planum eſt, quòd deus non habet formam corporalem, nec oportet quòd omne quod nominatur formam corporalem habeat. Si autem intelligat de forma abſolute, tūc dicitur omnem formam ſubterfugere, non quia ipſe in ſe non ſit verę forma, cum ipſe ſit purus actus [d] & ſimplex, & prima forma ſecundum Boe. lib. de Tri. ſed quia quancunque formam intellectus concipiat, deus ſubterfugiat illam ſua eminentia. Si. n. intellectus noſter apprehendit ſapientiam, ipſe deus in ſapientia ſua excedit omnem ſapientiam a nobis intellectam. Et ideo concludit, quòd non eſt peruius noſtro intellectui, ita quòd in ipſum ire perfecte comprehendendo poſſit. Propter quod etiā E Diony. dicit, quòd quicquid de ipſo affirmamus, poteſt etiam de ipſo negari: quia ſibi non competit ſecūdum hoc, quod nos intelligimus & nomine ſignificamus, ſed excellentius.

D. 467. 1. de Trini. cap. 3.

ca. 2. cæleſt. Hierar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd poteſt ſignificari & nomine & pronomine & verbo & participio. Cum enim dicitur, quòd nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, non intelligitur qualitas & ſubſtantia proprie, ſecundum quòd logicus accipit prædicamenta diſtinguens. Sed grammaticus accipit ſubſtantiam quantum ad modum ſignificandi, & ſimiliter qualitatē: & ideo quia illud quod ſignificatur per nomen, ſignificatur vt aliquid ſubſiſtens, ſecundum quòd de eo poteſt aliquid prædicari; quàmuis, ſecundum rem non ſit ſubſiſtens, ſicut albedo dicit, quod ſignificat ſubſtantiam ad differentiam verbi, quod non ſignificat, vt aliquid ſubſiſtens. Et quia in quolibet nomine eſt conſiderari id a quo imponitur nomen, quod eſt quaſi principium innoteſcendi, ideo quantum ad hoc habet modum qualitatis, ſecundum quòd qualitas, vel forma eſt principium cognoſcendi rem. Vnde ſecundum Philoſ. 5. Metaphy. vno modo forma ſubſtantialis qualitas dicitur. Nec refert quantum ad ſignificationem

Tex. 9.

ſtinctio. Sunt.n. nomina quædam, quæ euidenter proprietatem perſonamque deitatis oſtēdunt. Et ſunt quędam, quæ perſpicuam diuinæ maieſtatis exprimunt veritatem. Alia vero ſunt, quæ translatiue & per ſimilitudinem de Deo dicuntur. Proprietatis itaq; indicia ſunt; generatio, filius, verbū, & huiuſmodi: Vnitatis vero ęternæ ſapientia, virtus, veritas, & huiuſmodi. Similitudinis vero ſplendor, character, ſpeculū, & huiuſmodi.

*Præmiſſis addit quædam eſſe nomina, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiue dicuntur.*

H HIs adijciēdum eſt, quædam etiā nomina eſſe, vt Aug. ait in 5. lib. de Trin. quæ ex tempore deo conueniunt, & relatiue ad creaturā dicuntur, quorum quædam de omnibus dicuntur perſonis, vt dominus, creator, refugium: Quædam autem non de omnibus, vt donatus, datus, miſſus.

*De hoc nomine trinitas addit.*

I PRæterea, eſt vnum nomen, quod de nulla ꝑſona ſingillatim dicitur, ſed de omnibꝰ ſimul, ideſt, trinitas, quod non dicitur ſecūdum ſubſtantiam, ſed quaſi collectiuum pluralitatē deſignat perſonarum.

*De alijs nominibus, quæ temporaliter deo congruunt, & non relatiue dicuntur.*

SVnt etiam quædam nomina, q̄ ex tempore deo conueniunt, nec relatiue dicuntur, vt humanatus, G incarnatus, & huiuſmodi. Ecce ſex nominum differentias aſſignauimus, quibus vtimur loquentes de deo, de quibus ſingulis agendum eſt.

*Quòd illa nomina quæ ad ſingulas pertinent perſonas, proprie relatiue dicuntur, ea vero quæ vnitatem eſſentiæ ſignificant, ad ſe dicuntur, & de ſingulis & de omnibus communiter dicuntur perſonis, & ſingulariter non pluraliter in ſumma accipiuntur.*

SCIENDVM eſt ergo, quòd illa quæ proprie ad ſingulas perſonas pertinent, relatiue adinuicem dicuntur, ſicut pater & filius, & vtriuſque donum ſpirituſſanctus. Ea vero quæ vnitatem eſſentię ſignificant, ad ſe dicuntur, & ea quæ ad ſe dicūtur, ſubſtantialiter vtique dicuntur, & de omnibus communiter, & de ſingulis ſingillatim dicūtur perſonis, & ſingulariter non pluraliter accipiuntur in ſumma, vt deus bonus, potens, magnus, & huiuſmodi. Quæ autem relatiue dicuntur, ſubſtantialiter nō dicuntur. Vnde Augu. in 5. lib. de Trinit. ait. Quicquid ad ſe dicitur, pręſtantiſſima illa, & diuina ſublimitas ſubſtantialiter dicitur. Quod autem ad aliquid dicitur, non ſubſtantialiter dicitur, ſed relatiue. Tantaque eſt vis eiuſdem ſubſtantiæ, in patre & filio & ſpirituſancto, vt quicquid de ſingulis ad ſeipſos dicitur, non pluraliter in ſumma, ſed ſingulariter accipiatur. Dicimus enim, pater eſt deus, & filius eſt deus, & ſpirituſſanctus eſt deus, quod ſecundum ſubſtantiam dici nemo dubitat: non tamen dicimus hanc trinitatem eſſe tres deos, ſed vnum deum. Ita dicit pater magnus: filius magnꝰ, & ſpi. ſanctus magnus, nō tamen tres magni, ſed vnus magnus. Ita etiam omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotēs ſpirituſſanctus, non tamen tres omnipotentes, ſed vnꝰ omnipotens†. Quicquid ergo ad ſeipſum dicitur deus, & de ſingulis perſonis ſimiliter dicitur, & B ſimul de ipſa trinitate, non pluraliter, ſed ſingulariter dicitur. Et quoniam non eſt aliud deo eſſe, & aliud magnum eſſe, ſed hoc idem eſt illi eſſe, quod eſt magnum eſſe†. Propterea ſicut nō dicimus tres eſſentias, ſic non dicimus tres magnitudines, ſed vnam eſſentiam, & vnam magnitudinem.

tionem nominis, vtrum principium innoteſcendi ſit idem re cū eo, quod nomine ſignificatur, vt in abſtractis; Vel diuerſum, vt in hoc nomine homo. Et quia deus ſeipſo cognoſcitur, ideo poteſt ſignificari per nomen quod habeat qualitatem quantum ad rationem, a qua nomen imponitur, & ſubſtantiam quantū ad id cui imponitur. Similiter dicendum eſt de ꝓnomine, qđ etiam ꝑ pronomen ſignificari poteſt, vt habetur Exo. 3. Ego ſum q̇ ſum. Et quàmuis non poſſit demōſtrari quātum ad ſenſum, tamē poteſt demonſtrari quantum ad intellectum, ſecūdum id quod intellectus de ipſo apprehēdere poteſt. Poteſt ēt ſignificari per pronomen relatiuum cum ponatur ipſum ſignificari per nomen qđ relatiuum referre poteſt. Similiter etiam per verbum, vel participium poteſt ſignificari, vt cum dicit, quòd ipſe eſt intelligens, vel potens, vel huiuſmodi. Et tamē verba, & participia dicta de ipſo, non ſignificant aliquid tēporale in ipſo. c.16.to.3. Sed verum eſt quòd quātum ad modū ſignificandi quo tempus ſignificant, deficiunt a repſentatione ipſiꝰ.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum aliquod nomen poſſit dici proprie de deo.*

1.p.q.13.3. Et 1. cont. g.c.33 AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd nullū nomen de deo proprie dici poſſit. Nihil enim proprie dicitur de aliquo, qđ veriꝰ negatur de ipſo quàm affirmetur, ſed ſecundum Diony. 2. ca. cęle. Hierar. verius omnia nomina quæ de Deo dicuntur de ipſo negantur quàm affirmantur, vnde dicit quòd negationes in diuinis ſunt vere affirmationes incompactæ. ergo &c.

¶ 2 Præter. Deum non poſſumus nominare, niſi ſecundum quòd ipſum cognoſcimus: ſed non cognoſcimus ipſum niſi ex effectibus ſuis, vel per viam cauſalitatis, vel per viam negationis, vel per viam eminentię. ergo non poteſt nominari a nobis niſi ex creaturis. Sed quandocunque nomen creaturæ prædicatur de Deo non eſt vera prædicatio niſi intelligatur metaphorice, vel tranſumptiue, vt cum dicitur, deus eſt leo, uel deus eſt lapis. ergo uidetur, quòd nullum nomen proprie dicatur de deo, ſed metaphorice.

¶ 3 Præt. Magis differt ſapientia creata, uel eſſe creatum a deo, quàm differat floritio prati a riſu hominis: ſed ratione huius diuerſitatis pratum nō dicitur ridere niſi metaphorice. ergo uidetur, quòd etiam deus nō poſſit dici ſapiens, uel aliquid aliud niſi metaphorice.

¶ 4 Præt. Quandocunque aliquod nomen importans aliquā corporalem conditionem dicitur de deo, dei dignitati repugnātem, non poteſt dici niſi metaphorice, & eadem ratione quādocunque conditionem deo non conuenientem importet, non poterit de Deo proprie dici: ſed omne nomen a nobis impoſi-F tum importat aliquam conditionem diuinę dignitati repugnātem: vt patet in verbis, quæ conſignificant tempus, & in nominibus quæ vel in abſtracto dicuntur, vt ſcientia, & humanitas, quę dicunt quid imperfectum, & non in ſe ſubſiſtens: uel in concreto, quę important quandam compoſitionem: quorum neutrum Deo competit. ergo videtur ꝙ nihil proprie de deo dicatur.

CONTRA. quicquid dicitur de aliquibus per prius & poſterius, magis proprie conuenit ei, de quo per prius dicit̄, ſicut ens ꝑ prius conuenit ſubſtantiæ q̄ accidenti: ſed quædā ſunt, quæ per prius dicūtur de Deo q̄ de creaturis, ſicut paternitas, ſicut habetur Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas &c. & eadem ratione bonitas &c. ergo videtur quòd huiuſmodi nomina etiam magis ꝓprie dicantur de ipſo quàm de creaturis.

¶ Præterea. Hoc vr̄ per Diony. q̇ diſtinguit nomina ſymbolica .i. metaphorice dicta ab alijs diuinis nominibus. c.1.de.diu. nom. Et ita videtur, quòd non oīa dicantur tranſumptiue. Quod etiam videtur ex diuiſione Aug. & Ambr. in litera.

RESPONDEO dicendum: quòd quāuis oīs perfectio, quę in creaturis eſt exemplariter a Deo deſcēdat, ſicut a principio præhabente in ſe vnice omniū perfectiones: nulla tn̄ creatura poteſt recipere illam perfectionem ſecundum illum modum quo in Deo eſt. Vnde ſm̄ modum recipiendi deficit a perfecta repręſentatione exemplaris. cap. 6. & 8. to. 3. Et ex hoc etiā in creaturis eſt quidam gradus ſecundum quòd quidem, quibuſdam plures perfectiones & nobiliores a Deo conſequuntur, & plenius participantur: & ex hoc in nominibus eſt duo conſiderare: rem ſignificatam, & modum ſignificandi. Conſiderandum eſt igitur K quòd cum nomina ſint impoſita a nobis, qui Deum non niſi ex creaturis cognoſcimus, ſemper deficiunt a diuina repræſentatione quantum ad modum ſignificandi: quia ſignificant diuinas perfectiones per modum quo participantur in creaturis. Si autem conſideremus rem ſignificatam in nomine, quę eſt id ad quod ſignificandum imponitur nomen. Inuenimus quædam nomina eſſe impoſita ad ſignificandū principaliter ipſam perfectionem exemplatam a Deo ſimpliciter, non concernendo aliquem modum in ſua ſignificatione. Et quædam ad ſignificandum perfectionem receptam ſecundum talem modum participandi: verbi gratia, omnis cognitio eſt exemplata a diuina cognitione, & omnis ſcientia a diuina ſcientia. Hoc igitur nomen ſenſus, eſt impoſitum ad ſignificandum cognitionem per modū illum quo recipitur materialiter ſm̄ virtutem coniunctam organo. Sed hoc nomen cognitio, non ſignificat aliquem modū participandi in principali ſua ſignificatione. Vnde dicendum eſt, quòd omnia illa nomina quæ imponūtur ad ſignificandum perfectionem aliquam abſolute, proprie dicūtur de Deo, & per prius



prius ſunt in ipſo quantum ad rem ſignificatā, licet non quantum ad modum ſignificandi, vt ſapientia, bonitas, eſſentia, & omnia huiuſmodi, & hæc ſunt de quibus dicit Anſel. quòd ſimpliciter, & omnino melius eſt eſſe, quàm non eſſe. Anſel. monolog. c.14. Illa autem quæ imponuntur ad ſignificādum perfectionem aliquam exēplatam a Deo, ita ꝙ includant in ſua ſignificatione imperfectum modum participandi, nullo modo dicuntur de Deo proprie. Sed tamen ratione illius perfectionis poſſunt dici de deo metaphorice, ſicut ſentire, videre, & huiuſmodi. Et ſimiliter eſt de omnibus aliis formis corporalibꝰ, vt lapis, leo & huiuſmodi. Omnia enim imponuntur ad ſignificandū formas corporales, ſecundum modum determinatum participandi eſſe, vel viuere, vel aliquam diuinarum perfectionum.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ cū in nomine duo ſint; modus ſignificandi & res ipſa ſignificata, ſemper ſecundum alterum poteſt remoueri a deo, vel ſecundum vtrunque, ſed non poteſt dici de deo, niſi ſecundum alterum tantum. Et quia ad veritatem, & proprietatem affirmationis requitur, quòd totum affirmetur, ad proprietatem autem negationis ſufficit, ſi alterum tantum deſit: ideo dicit Diony. quòd negationes ſunt abſolute veræ, c.2.cæl.Hierar. ſed affirmationes non niſi, ſecundum quid. Quia quantum ad ſignificatum tantum, & nō quantum ad modum ſignificandi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis non nominemus deum niſi ex creaturis, non tamen ſemper nominamus ipſum ex perfectione quæ eſt propria creaturæ, ſm̄ proprium modū participandi illam, ſed etiam poſſumus nomen imponere ipſi perfectioni abſolute, non concernendo aliquem modum ſignificandi in ipſo ſignificato, quod eſt, q. obiectū intellectus quàmuis oporteat in conſignificato ſemper modum creaturæ accipere ex parte ipſius intellectus, qui natus eſt ex rebus ſenſibilibus accipere conuenientem intelligendi modum: & hæc proprie dicuntur de deo, vt dictum eſt.

In cor. art. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſapientia creata magis differt a ſapientia increata quantum ad eſſe, quod conſiſtit in modo habendi, quàm floritio prati a riſu hominis, ſed quantum ad rationem a qua imponitur nomen, magis conueniunt, quia illa ratio eſt vna ſecundum analogiam, per prius in deo, per poſterius in creaturis exiſtens. Et ſecundum talem rationem ſignificatam in nomine, magis attenditur veritas, & proprietas locutionis, quàm quantum ad modum ſignificandi, qui datur ex cōſequenti intelligi per nomen.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quandocunque conditio corporalis importatur a principali ſignificato, non poteſt nomen dici de Deo niſi metaphorice, ſed hoc quod in modo ſignificandi importetur aliqua imperfectio, quæ deo non competit, non facit prædicationem eſſe falſam vel impropriam, ſed imperfectam: & propter hoc dictum eſt, quòd nullum nomen perfecte deum repræſentat.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum Deus habeat tantum vnum nomen.*

1. cont. g. cap.32 4. de Trini. ante med. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd deus non habeat niſi vnum nomen. Nomen enim debet reſpondere rei ſignificatę per nomen, cum ſicut dicit Hilar. rei ſit ſermo ſubiectus: ſed in deo eſt ſumma vnitas, ſine aliqua diuerſitate. ergo non nominatur niſi vno nomine.

¶ 2 Præterea. Non eſt niſi duplex modus prędicandi in diuinis, ſcilicet vel ſubſtantialiter, vel relatiue, ſed nomina non poſſunt diuerſificari niſi vel quantum ad id quod ſignificatur, vel quantum ad modum ſignificandi, ergo videtur quòd, vel tātum vnum debeat eſſe propter vnitatem rei, vel ad plus duo propter duos modos prædicandi.

A ¶ 3 Præt. Si dicas quòd pluralitas nominum diuinorum eſt, ſecundum quòd ex diuerſis creaturis nominatur.

¶ Contra. Ipſe deus eſt principium a quo effectiue & exemplariter eſt omnis creatura. Si ergo ſecundum diuerſitatem creaturarum multiplicantur diuina nomina, tunc omniū creaturarum nomina de ipſo dici poſſent, qđ falſum eſt. ergo videtur quòd ex creaturis non ſit diuerſitas diuinorum nominū.

¶ 4 Si di. quòd multiplicantur, ſecundum rationem tantum.

¶ Contra. Diuerſitas rationis eſt diuerſitas, ſecundum intellectum, ſed diuerſitas intellectus imponentis nomina niſi ſubſit aliquod diuerſum in re, non cauſat multitudinē nominum, niſi ſecundum quòd nomina ſynonyma multiplicantur. ergo ſecundum hoc, omnia nomina diuina, eſſent ſynonyma, quod Cōment. expreſſe negat †Ibid.c.10. C in 11. Metaphyſ. dicens, quòd hæc nomina viuens, & vita, non differunt in deo ſicut nomina ſynonyma, multo minus viuens & ſapiens: & ita videtur, quòd non differant diuina nomina, ſecundum acceptionem intellectus ſignificantis tantum, & ſic idem quod prius. Tex.co.39. & 51.

CONTRA. eſt qđ in ſcriptura dicitur. Inueniuntur de ipſo multa nomina diuina.

¶ Præte. Nullum nomen ſufficit ad exprimendam diuinam perfectionem: ſed aliquid perfectionis datur nobis intelligi ꝑ vnum nomen quod non datur per aliud. ergo videtur, quòd vt magis nobis diuina perfectio innoteſcat, quòd pluribus nominibus a nobis nominandus ſit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd multiplicitas nominum poteſt dupliciter cōtingere. Vel ex parte intellectus, quia cum nomina exprimant intellectum, contingit vnum & idem diuerſis nominibus ſignificari, ſecundum quòd diuerſimode in intellectu accipi poteſt. Et inde eſt, quòd deum poſſumus no-D minare, & ſecundum quòd in ſe eſt, & ſecundum id quod eſt ad creaturas ſe habens. Et hoc dupliciter. vel ſecundum negationes quibus conditiones creaturarum a deo remouentur: et inde veniunt nomina negatiua, quæ multiplicationem recipiunt ex creaturarum conditionibus, quæ de deo negantur, & præcipue quæ conſequuntur vniuerſaliter omnem creaturam, vt immenſus, increatus &c. vel ſecundum relationem Dei ad creaturam, quę tamen realiter in Deo non eſt, ſed in creatura: et inde veniunt illa nomina diuina, quæ important habitudinem ad creaturam, vt dominus, rex, & huiuſmodi. In corp. ar

¶ Item; Multiplicitas nominum poteſt contingere ex parte rei ſecundum quòd nomina rem ſignificant: et inde veniunt nomina exprimentia id quod in deo eſt. In Deo autem non eſt inuenire aliquam realem diſtinctionem niſi perſonarum, quæ ſunt tres res, & inde venit multiplicitas nominum perſonaliū E ſignificantium tres res. Sed præter hoc eſt etiam in deo inuenire diſtinctionem rationum, quæ realiter & vere in ipſo ſunt, ſicut ratio ſapientiæ & bonitatis, & huiuſmodi. Quæ quidem omnia ſunt vnum re & differunt ratione, quæ ſaluatur in proprietate & veritate, ita prout dicimꝰ Deum vere eſſe ſapientē, & bonum, & non tantum in intellectu ratiocinantis: et inde veniunt diuerſa nomina attributorum, quæ omnia, quàmuis ſignificent unam rem, non tamen ſignificant unam, ſecundum unam rationem: & ideo non ſunt ſynonyma.

ET PER hoc patet reſponſio ad primum, quia quàmuis ſit unitas in re eſſentiali, eſt tamen pluralitas in re perſonali, & in rationibus quibus diuerſimode una eſſentia ſignificari poteſt, & in diuerſa acceptione intellectus, ſecundum quæ omnia diuina nomina multiplicantur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aliter diuiditur æquiuocum, analogum, & uniuocum. Aequiuocum enim diuiditur, ſecundū res ſignificatas. Vniuocum uero diuiditur ſecundum differentia. Sed analogum diuiditur ſecundum diuerſos modos. Vnde, cum ens prædicetur analogice de 10. generibus, diuiditur in ea ſecundum

ſm diuerſos modos. Vnde vnicuiq; generi, debetʼ proprius modus p̄dicandi. Et quia in diuinis non ſaluantur niſi duo genera quantum ad rõnem cõem generis, ſ. ſubſtantia, & adaliquid, & ideo dicuntur in diuinis duo modi p̄dicandi. Vnumquodque aũt genus diuiditur vniuoce in ſpecies contentas ſub genere, & ideo ſpeciebus non debetur proprius modus prædicandi. Et ꝓp hoc q̃uis quædã contenta in p̄dicamẽto qualitatis dicanẽ de deo ſm rationem ſpeciei, nõ tñ afferũt nouum modum p̄dicãdi, & ſi afferunt nouam rõnem ſignificãdi: vnde q̃uis in deo non ſint niſi duo modi p̄dicandi, ſunt tñ plures rões ſignificandi ſm quas diuina nomina multiplicari poſſunt.

†Ibidem.

In cor. arti. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vt patet ex p̄dictis: quędã nomina dicuntur proprie de deo, quæ quantum ad ſignificata per prius ſunt in deo q̃ in creaturis, vt bonitas, ſapientia, & hmõdi. Et horum diuerſitas non ſumitur per reſpectum ad creaturas, immo potius econuerſo: Quia ex hoc ꝙ ratio ſapientiæ & bonitatis differt in deo diuerſificatur in creatis bonitas, & ſapientia, nõ tm̃ ratione, ſed ẽt re. Sed verum eſt, ꝙ diuerſitas talium nominũ prout p̄dicantur de deo, innoteſcit nobis ex diuerſitate eorum in creaturis. Quædã vero nomina p̄dicantur de ipſo tranſumptiue, & hæc multiplicantur ſm diuerſas creaturas, quarũ nomina in deũ tranſumuntur. nec tñ oportet, ꝙ ex omnibus nominibus creaturarũ ſignificetur. Quædã enim ſunt, quæ important deformitatẽ & defectum, cuius deus nõ eſt author, & p̄cipue ſi ſit defectus culpę. Vnde nõ poſſumus dicere deũ peccatorẽ, vel diabolum, quod eſt nomẽ naturæ deprauatæ, q̃uis trãſumptiuę dicatur leo, vel agnus, vel etiã iratus.

¶ Ad quartũ dicẽdum, ꝙ differunt nomina attributorum, ſm rõnem, non tñ, quæ ſit ſolũ in ratiocinante, ſed quæ ſoluatur in ipſa re, ſm veritatẽ & proprietatẽ rei. Quod ſic patet. Omnia enim huiuſmodi dicuntur de deo, & creaturis non ęquiuoce, ſed ſm vnam rõnem analogice, vnde cum in creatura ratio ſapientiæ non ſit ratio bonitatis, oportet ꝙ ẽt hoc in deo ſit verum. Sed in hoc differt, ꝙ in deo idem ſunt re, in creaturis autẽ differunt re & non rõne, & qualiter poſſit eſſe ſupra dictum eſt.

In reſponſione ad tertium p̄cedẽtis arti.

### ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum diuiſio nominũ dei poſita ab Amb. ſit inſufficiẽs.*

Ambr. in litera Magr̃i. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ diuiſio Amb. ſit inſufficiens. Trinitas enim & perſona ſunt quædam diuina nomina, quæ nec pertinent ad vnitatẽ maieſtatis, nec proprie alicui pſonę cõueniũt, nec trãſlatiue đ deo dicunẽ. ergo etc.

¶ 2 Præt. Quædam nomina ſunt, quæ dicuntur de deo negatiue, vt increatus immenſus. Hæc autem cum nihil de deo prędicent, nec ad proprietatem perſonarũ pertinere vidẽtur, nec ad maieſtatem deitatis. conſtat ẽt, ꝙ nec tranſlatiue dicũtur, quia non conueniunt creaturis, vt ex eis in diuinam prædicationem tranſumantur. ergo videtur, ꝙ diuiſio ſit inſufficiens.

¶ 3 Item. Maieſtas deitatis & proprietas perſonalis conſtat, ꝙ ęterna ſunt: ſed quædam dicuntur de deo ex tempore, vt dominus & huiuſmodi. ergo videtur, ꝙ nec ad maieſtatẽ deitatis pertinent, nec ad proprietatem perſonalem: conſtat ẽt quòd nec tranſlatiue dicuntur, videtur igitur, ꝙ ſub diuiſione Ambro. nõ contineantur. ergo inſufficiens eſt.

Dama. de fi de ort. c. 12 ¶ 4 Præt. Dama. ponit aliam diuiſionem diuinorũ nominũ dicens, ꝙ quędam ſignificant pelagus ſubæ infinitum, & non quid eſt, ut hoc nomen, qui eſt. Quoddam aũt eſt nomẽ operationis, ut deus. Quædã aũt ſignificant id quod aſſequitur ſubſtantiam, vt iuſtus, bonus, & huiuſmodi: quędam vero habitudinem ad ea, a quibus diſtinguitur. ſ. ad creaturas, quædam ſignificant id quod nõ eſt, vt incorporeus, immenſus, & huiuſmodi.

c. 1. de diui. nomi. ¶ 5 Item Diony. ponit multiplicem diuiſionem diuinorum nominum. Magiſter autem in litera ſuper trimembrẽ diuiſionem Ambro. inducit alias tres differentias diuinorum nominum, & efficiuntur in vniuerſo. 6. Quæritur ergo de aſſignatione harum diuiſionum.

*Quòd deus magnus eſt, ea magnitudine quæ deus eſt, ſic de bonitate, & de omnibus quæ ſecundũ ſubſtantiam dicuntur.*

DEus. n. non eſt magnus ea magnitudine, quæ non eſt quod ipſe, vt quaſi particeps eius ſit, alioq̃n, maior eſſet illa magnitudo, q̃ deus. Deo autem non eſt aliquid maius, ea ergo magnitudine magnus eſt, qua ipſe eſt. Ideoque nec tres magnitudines dicimus, ſed vnam magnitudinem, nec tres magnos, ſed vnum magnũ, quia non participatione magnitudinis deus magnus eſt, ſed ſeipſo magno magnus eſt, q̃a ipſe eſt ſua magnitudo. Ita & de bonitate, & ęternitate, & omnipotẽtia dei dicendum eſt, & de omnibus G omnino quæ de deo poſſunt ꝓnuntiari ſubſtantialiter, quibꝰ ad ſeipſum dicitur, non tranſlatiue, ac per ſimilitudinem, ſed proprie: ſi tñ de illo ꝓprie aliquid ore hominis dici põt. Ecce aperte docuit, ꝙ nomina vnitatem diuinæ maieſtatis ſi-

F RESPONDEO. Dicendum, quòd prima diuiſio trimembris, quæ in litera ponitur, ſufficienter comprehendit omnia diuina nomina, & eſt trium ſanctorum Auguſt. Ambro. Diony. Ipſę enim met diuidit diuina nomina in ea, quæ tranſlatiue dicuntur, quæ appellat ſymbolicam theologiam, & in ea quę proprie dicuntur, quæ ſcilicet per prius in deo ſunt, & hoc diuidit in vnicam theologiam, quantum. ſ. ad ea, que prædicanẽ de tribus perſonis cõmuniter, & in diſcretam theologiam quãtum ad ea, quę ad ſingulas perſonas pertinent. Ex quo etiam patet in prõptu ſufficientia huius diuiſionis, quia deus, vel nominatur per id, quod prius in ipſo eſt, & ꝑ poſterius in creaturis, vel per ſimilitudinem a creaturis ſumptam. Si ſecũdo modo, ſic ſunt ea quę translatiue dicuntur. Si primo modo, hoc erit dupliciter: illud enim quod per prius in deo eſt, vel eſt commune, & ſic pertinet ad maieſtatis vnitatem: uel eſt proprium perſonæ, & ſic pertinet ad diſtinctionem trinitatis.

H AD PRIMVM. Ergo dicendum, quòd hoc nomen trinitas, quàmuis non explicite dicat proprium alicuius perſonæ, tamen implicite includit omnia propria perſonarum, inquantũ eſt quaſi collectiuum perſonarum. Similiter etiam hoc nomen perſona, quàmuis non imponatur ab aliqua proprietate perſonali ſpeciali, imponitur tamen a perſonalitate, quæ dicit proprietatem in communi, & quodammodo etiam dicit ſubſtantiam, vt infra patebit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd negatio quælibet cauſatur ex aliqua affirmatione. Et ſic etiam in diuinis ratio negatiuorum nominum, fundatur ſupra rationem affirmatiuorum, ſicut hoc quod dicitur incorporeus, fundatur ſuper hoc quod eſt eſſe ſimplex. Vnde patet, quòd nomina negatiua reducuntur ad vnitatem eſſentię, ſicut increatus, & immenſus. Vel ad diſtinctionem perſonarum, ſicut ingenitus. Diſt. 26. q. 1. arti. 1.

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis huiuſmodi nomina non ponãt aliquid temporaliter in deo, quia relationes illæ temporales, realiter in creaturis ſunt, & in deo ſolum ſecundum rationem, tamen inquantum innaſcuntur ex operationibus dei ĩ creaturas, dant intelligere aliquid quod in deo eſt abſolute, ſicut relatio dominij dat intelligere in deo poteſtatem, qua vniuerſam creaturam gubernat. Vnde patet etiam, quòd iſta nomina reducuntur ad illa, quæ pertinent ad vnitatem maieſtatis, ſicut creator, dominus, & huiuſmodi: Vel ad diſtinctionem perſonarum, ſicut miſſus, incarnatus, & huiuſmodi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd diuiſio Dama. reſpicit tantum vnum membrum prædictæ diuiſionis. omnia enim quæ ponit pertinent ad vnitatem maieſtatis. Vnitas autem maieſtatis, poteſt nominari dupliciter, vt patet ex dictis, Vel ſecundum id quod in deo eſt, vel ſecundum acceptionem intellectus, qui accipit ipſum ſecundum aliquam comparationem ad creaturam. Si nominetur deus quantum ad id quod in ipſo eſt, erit triplex diuerſitas nominum, ſecundum tria, quę in vnaquaque re inueniuntur, ſcilicet eſſentia, virtus, & operatio, quæ quidem in alijs realiter differunt, in ipſo autem ſunt vnũ re, & diſtincta, ratione. Et ſecundum eſſentiam accipitur hoc nomen qui eſt, & ſecundum virtutem, accipiuntur ea quæ ſe habent per modum aſſequentium ſubſtantiam, vt iuſtus, ſapiens, & huiuſmodi, et ſecundum operationem nomina operationis vt deus. Si autem nominetur deus per acceptionem intellectus in comparationem ad creaturam, & hoc erit dupliciter. Vel inquantum ea quæ ſunt creaturæ remouentur ab ipſa, & ſic erunt nomina negatiua. Vel ſecundum quòd importatur in nominibus aliquis reſpectus cauſalitatis ad creaturam, cuius conditiones a deo remouentur. & ſic erunt illa nomina quæ important habitudinem ad alia, a quibus deus diſtinguitur per eſſentiam, Diuiſio autem diuinorum nominum, quam Dionyſius ponit patet, ex prędictis, quòd eſt eadem cum diuiſione Ambroſ. niſi quòd Dionyſ. vlterius nomina pertinentia ad vnitatem, maieſtatis, multiplicat ſecundum diuerſas

K Arti. andic. In cor. arti.



diuerſas proceſſiones in creaturis repertas, quibus nominatur deus illis perfectionibus per prius in Deo exiſtentibus, vt bonus, ſapiẽs, exiſtẽs, & huiuſmodi. Magiſter autem in tribus differentiis, quas addit, ſpecificat diuiſionem Ambr. quantum ad quoſdam ſpeciales modos, qui tamen poſſunt reduci ad diuiſionem Ambr. Quod enim pertinet ad ꝓprietates deitatis. vel nominat determinate proprium alicuius perſonæ, vt pater, & filius: vel colligit omnia propria perſonarum, vt hoc nomen Trinitas, qđ ſignificat proprietatem perſonæ ſecundum quendam ſpecialem modum. Similiter etiam quæ pertinent ad vnitatem maieſtatis, & ꝓprietatem diuinitatis conueniunt Deo vel ab æterno, vel ex tempore. Si ex tẽpore; vel dicuntur relatiue ſecundum nomen, vt dominus, miſſus, & huiuſmodi, vel non referuntur ad aliud ſecundum nomen, vt incarnatus, & huiuſmodi. Et ſic patet, quòd ea quæ Magiſter addit, continẽtur in diuiſione Ambr. per reductionem: non tamen ſimplex, ſed ſecundum quid, vt patet ex dictis.

†Ibid. c. 11. In cor. arti.

gnificantia, & ad ſe dicuntur de deo, ideſt ſine relatione, & de omnibus perſonis communiter, & de ſingulis diuiſim dicuntur, nec pluraliter, ſed ſingulariter in ſumma accipiuntur. Illa vero nomina, quę proprie ad ſingulas pertinent perſonas, relatiue non ſubſtantialiter dicũtur. Quòd enim proprie ſingula in Trinitate perſona dicitur, vt ait Aug. in eodẽ, † nullo modo ad ſeipſam, ſed ad aliam inuicem, vel ad creaturã dicitur. Et ideo relatiue, non ſubſtantialiter dici manifeſtum eſt.

### EXPOSITIO TEXTVS.

DIſſerendum nobis videtur de nominum &c. } Videtur quòd hoc ad ipſum non pertineat: quia non eſt eiuſdem ſcientię conſiderare res & nomina. Sed dicendum, quòd vt ſupradictum eſt, theologia inquantum eſt principalis omnium ſcientiarum aliquid in ſe habet de omnibus ſcientijs. Et ideo non ſolum res, ſed nominum ſignificationes pertractat: quia ad ſalutẽ conſequẽdam non ſolum eſt neceſſaria fides de veritate rerum: ſed etiam vocalis confeſſio per nomina. Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. {Similitudinis vero ſplendor &c.} videtur hoc eſſe falſum: quia ſecundũ Aug. lux magis proprie dicitur in ſpiritualibus quàm in corporalibus; & ita ſplendor non cõtinetur inter metaphorica. Sed dicendum, quòd lux quantum ad rem ſignificatã proprie eſt in corporalibus nec in ſpiritualibus, niſi metaphorice dicitur: ſed quantum ad rationem a qua nomen imponitur quæ conſiſtit in manifeſtatione, magis proprie eſt in ſpiritualibus: ſed hoc melius dicetur in ſecundo. { Vt incarnatus humanatus &c. } hoc dicitur: quia ſecundum nomen ad aliud nomen non referuntur quamuis implicitam relationem contineant, ſecundũ quòd vnionem in ſuo intellectu includunt. {Sciendũ eſt igitur &c.} Hic ponit quaſdã regulas de nominibus pertinentibus ad vnitatem eſſentiæ: & quaſdam de proprietatibus pertinentibus ad proprietatem perſonarum. De pertinentibus ad vnitatem eſſentiæ ponit quatuor. Prima eſt, quòd a ſe, & abſolute dicuntur. Secunda, quòd ſignificant ſubſtantiam, Tertia, quòd de ſingulis perſonis dicuntur. Quarta. quòd de omnibus ſunt dicenda in ſingulari & non in plurali. De pertinentibus ad proprietatem perſonarum ponit tres. Prima eſt, quòd relatiue dicuntur. Secũda, quòd non prædicant diuinam ſubſtantiam. Tertia eſt, quòd non de omnibus perſonis dicuntur. { Quæ vnitatem eſſentiæ ſignificant ad ſe dicuntur.} Contra: dominus relatiue dicitur, & tamen ad eſſentiæ vnitatem pertinet. Sed dicendum, quòd non importat relationem, quæ realiter in Deo ſit, ſed ſecũdum rationem tantum, vt infra dicetur. { Quod ad aliquid dicitur non ſubſtantialiter &c.} videtur hoc eſſe falſum, quia relationes in diuinis ſunt ipſa diuina eſſentia. Sed dicendum, quòd realiter quidem ſunt ipſa diuina eſſentia, ſed ſecundum rationẽ nõ. Et quia ſaluantur in diuinis ſecundum rationem generis, ideo retinent ſpecialem modum, qui debetur ipſi generi, & non ſpeciei. Alia vero, vt bonitas, & ſapientia, quamuis ſecundum rationem ab eſſentia differant, quia tamen ratio generis quam conſequitur modus prædicandi in diuinis non ſaluatur, ideo ſecundum modum prædicandi a ſubſtantia non differunt, ſed ſubſtãtialiter prædicãtur. {Non tamen tres magni &c.} hoc intelligendum eſt ſi ſubſtantiue ſumatur. Si autem adiectiue, ſic prædicari poteſt pluraliter, quia numerũ a ſuppoſitis trahit. {Deus. n.

In prol. artic. 3. Super Gen. ad literam. lib. 4. c. 28. to. 3. Diſt. 13. q. vnic. arti. 2. Diſt. 30. q. vnic. arti. 3.

A nõ eſt magnus &c.} hic vult probare, quòd magnitudo de Deo ſubſtantialiter dicatur: quod enim ſubſtantialiter non eſt magnum, magnum dicitur participatione alicuius magnitudinis, quę ſubſtantia non eſt, ſed illa magnitudo, cuius participatione aliud magnum dr̃ maior eſt eo, quod per ipſum magnũ dicitur ergo omni eo, qđ non ſubſtantialiter magnum eſt, aliquid maius eſt: Deo autẽ nihil eſt maius. ergo ipſe ſubſtantialiter magnus eſt. Sed vr̃, quòd hæc ratio non valeat, quia concretum de abſtracto nõ prędicatur, vt album de albedine. Vnde nõ videtur, vt ex eo, quòd dicitur magnũ accidẽtaliter, maior ſua magnitudo dicatur. Et præterea in eadem magnitudine non eſt accipere maius, vel minus, illud autem quod participat magnitudine, nõ habet niſi magnitudinem participatam. ergo non poteſt dici minor, quàm ſit ipſa magnitudo. Eſt dicendum, quòd Aug. vult hanc rationem cõmuniter concludere de omnibus, quæ de Deo dicuntur in aliis rebus accidens ſignificantibus: & ideo oportet aſſumere hoc pro medio, quòd abſtractum prædicetur magis, quàm concretum. C Hoc autem ſic intelligendum eſt, vt dicatur id eſſe maius, quòd verius rationem magnitudinis habet: & ſimiliter albius, non quod plus habet de albedine, vel quod magis proprie album: ſed cui verius conuenit ratio albedinis. Semper autem principalior prædicatio eſt, quæ eſt per eſſentiam, quàm quæ eſt per participationem. Et ideo albedo, quæ recipit prædicationem albedinis vere per modum eſſentialem, vt dicatur albedo eſt albedo, dicitur magis vere prędicationem albedinis recipere, quàm res alba, quamuis nõ eodem modo recipiat, quia rem albam dicimus albam, ſed albedinem dicimus albedinem. Nõ enim quod eſt in cauſato, oportet eſſe in cauſa eodem modo, ſed eminentiori, & ſic exponit Diony. 2. c. de di. no. ſic dicens. Viuere ſi quis dicat vitam, aut illuminari lumen, nõ recte ſecundum meam rationem dicit, ſed ſecundum alium modum iſta dicũtur, quia abundanter, & ſubſtantialiter ea, quæ ſunt cauſatorum, prius inſunt cauſis, & dicit cauſam vitam, vel lumen: D cauſatum viuens, vel illuminatum.

†Diſt. 22. circa fin.

## DISTINC. XXIII.

### A

*De hoc nomine quod eſt perſona, quod cum ſecundum ſubſtantiam dicatur, tamen pluraliter non ſingulariter in ſumma accipitur.*

B PRAEDICTIS adiiciendum eſt, quòd cũ omnia nomina, quæ ſecũdum ſubſtantiam de Deo dicũtur, ſingulariter, & non pluraliter de omnibus in ſumma dicãtur perſonis, vt ſupra oſtenſum eſt: *d* Eſt tñ vnũ nomen. ſ. perſo-

## DISTINCTIO XXIII.

### DIVISIO TEXTVS.

POSITA diuiſione nominum diuinorum. Hic excludit Magiſter quoddam nomen a generalitate nominum, ſcilicet hoc nomen perſona, quod quidem ſecundum ſubſtantiã dicitur, tamen pluraliter prædicatur. Et diuiditur in partes duas. In prima, ponit exceptionẽ. In ſecunda, inquirit exceptionis rationẽ, ibi: {Ideo oritur hic.} Circa primum duo facit. Primo, excipit hoc nomẽ perſona ab aliis diuinis nominibus, quæ ſecundum ſubſtantiam dicuntur. Et quia nihil poteſt excipi ab aliquibus, niſi in illis cõtineatur, Secundo, oſtẽdit hoc nomen perſona, ſignificare ſubſtantiã, ibi: E {Quòd aũt perſona &c.} {Ideo hic oritur} Hic inquirit rõnem exceptionis, & diuiditur in partes duas. In prima, inquirit quare hoc nomen perſona, de pluribꝰ perſonis pluraliter p̄dicetur. Secundo, inquirit quare alia eſſentialia noĩa pluraliter non prędicentur, ibi: {Sed quare hic cum dicamus &c. } Circa primum duo facit. Primo, mouet quæſtionem. Secũdo, ponit reſpõſionẽ, ibi: { Quod volumus.} Vbi duo facit. Primo, oſtendit neceſſitatẽ imminentẽ Latinis, quare oportet aliquod nomẽ ſm ſubſtãtiã dictũ pluraliter p̄dicari. ſ. hoc nomen perſona. Scđo, oſtẽdit eandẽ neceſſitatem Græcis imminere, vt nomen ſignificans ſubſtantiam pluraliter prædicetur. ſ. hypoſtaſis, ibi: {Qua neceſſitate &c.} {Sed quærit hic.} Hic inquirit rationem, quare alia nomina eſſentialia, non prædicentur pluraliter. Et primo, inquirit de hoc nomine eſſentia, ibi: {Verũ & hic.} Et circa hoc duo facit. Primo, aſſignat rationẽ. Secũdo, probat quoddam quod in ratione ſuppoſuerat, quòd in Deo nõ eſt diuerſitas, propter qđ eſſentia pluraliter non prædicatur, nec ſingularitas, propter qđ perſona in plurali prædicatur, ibi: {Iam ſufficienter vt puto.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quatuor queruntur.

Primo. De diſtinctione horum nominum eſſentia, ſubſiſtentia, ſubſtantia, & perſona: & de nominibus eis in Græco reſpondentibus, quæ ſunt vſia, vſioſis, hypoſtaſis, proſopon.

Secundo. Vtrum nomen perſonæ proprie in diuinis dicatur.

Tertio. Vtrum ſignificet ſubſiſtẽtiã, vel relationem.

Quarto. Si aliquo modo ſubſtantiam ſignificat: vtrũ pluraliter prædicetur.

na, quod ſecundum ſubſtãtiam dicitur de ſingulis perſonis, & pluraliter non ſingulariter in ſumma accipit. Dicimus enim, pater eſt perſona, filius eſt perſona, ſpiritusſanctus eſt perſona, & hoc ſecundum ſubſtantiã dicitur. Nec tamen dicitur, pater, & filius, & ſpiritusſanctus, ſunt vna perſona, ſed tres perſonæ. Hoc ergo nomen excipitur a prędicta regula nominũ, quę ſecundum ſubſtantiam de deo dicuntur, quia cum hoc ad ſe dicatur, & ſecundum ſubſtantiam, pluraliter tamen, non ſingulariter in ſumma accipitur.

*Authoritas, quòd perſona ad ſe dicatur, & ſecundum ſubſtantiam.*

H Qvòd autem perſona ſecundum ſubſtãtiam dicatur Aug. oſtendit in ſeptimo lib. de Trin.† dicẽs. Non eſt aliud deum eſſe, aliud perſonã eſſe, ſed omnino idem. Item in hac Trinitate cum dicimus perſonam patris: nõ aliud dicimus, quàm ſubſtantiam patris. Quocirca, vt ſubſtantia patris ipſe pater eſt, non quo pater eſt, ſed quo eſt, ita & perſona patris, non aliud quàm ipſe pater eſt. Ad ſe quippe dicitur perſona, non ad filium, vel ſpiritumſanctum, ſicut ad ſe deus dicitur, & magnus, & bonus, & iuſtus, & huiuſmodi. Et quemadmodum hoc illi eſt eſſe, quod deum eſſe, quod magnum eſſe, G quod bonum eſſe, ita hoc eſt illi eſſe, quod perſonam eſſe. Ecce expreſſe habes, quòd perſona ſecundum ſubſtantiam dicitur, vt cum dicitur, pater eſt perſona, hic ſit ſenſus. Pater eſt diuina eſſentia. Similiter cum dicitur, filius eſt perſona, ſpiritusſanctus eſt perſona, ideſt eſſentia diuina.

*Cur pater, et filius, & ſpiritusſanctus, non dicantur una perſona, ut una ſubſtantia, & unus Deus.*

IN Deo oritur hic quęſtio difficilis quidem, ſed non inutilis, qua quæritur. Cur non dicantur hi tres vna perſona, ſicut vna eſſentia, & vnus deus? quam quęſtionem Auguſtinus diligenter tractat, atque congrue explicat in ſeptimo lib. de Trin.† ita dicens.

† Lib. 7. de Trinit. c. 6. to. 3.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum ſubſtantia, ſubſiſtentia, eſſentia perſona dicta de Deo ſint ſynonima.*

1. p. q. 13. artic. 4. & 1. d. 2. q. 1. 3. Et de potẽ. q. 7. artic. 6. Et 1. cont. cap. 36. † c. 6. to. 3. Boe. in princip. prædic. ſubſtan. ὀυσία

AD PRIMUM ſic proceditur. Videtur, quòd dicta nomina nullam diſtinctionem habeãt: ſed ſint quaſi ſynonyma, Sicut enim Boe. dicit in commen. ſuper prædicamenta. Vſia ſignificat ſubſtantiam compoſitam; ſed ſubſtantia compoſita eſt indiuiduum ſubſiſtẽs in genere ſubſtantię, quod ſignificatur nomine ſubſtantiæ, vel hypoſtaſis, vel perſonæ. ergo videtur, quòd hoc nomen eſſentia, vel vſia, non differant ſecundum ſignificationem ab aliis.

¶ 2 Præter. Non ſubſiſtit, niſi illud, quod habet in ſe eſſe cõpletum: ſed eſſe completum nõ inuenitur, niſi in particulari, quia vniuerſalia non habent eſſe præter particularia, niſi in anima, quod eſt eſſe incompletum. Cum igitur particulare in genere ſubſtantiæ dicatur hypoſtaſis, vel ſubſtantia prima, videt, quòd ſubſiſtentia ſit idem quod ſubſtantia.

¶ 3 Prẹter. Cum vtrumque importet poſitionem alicuius ſub aliquo. ergo idem quod prius.

Ante med. ¶ 4 Item. Boe. lib. de dua. nat. dicit, ꝙ hoc noĩe hypoſtaſis, non vtuntur Græci, niſi pro indiuiduo rationalis naturæ: ſed indiuiduum rationalis naturæ dr perſona. ergo videtur, quòd hypoſtaſis, & proſopon, vel ſubſtantia, & perſona ſint omnino idem.

¶ 5 Præt. Sicut Græci dicũt tres hypoſtaſes, ita nos dicimus tres ſubſiſtentias: non aũt tres ſubſtantias dicimus, ſicut ipſi tres vſioſes, ergo videtur, quòd idem ſit ſubſiſtentia apud nos, quod hypoſtaſis apud Græcos, cuius contrariũ Boe. dicit lib. de dua. nat.

Ibidem. IN CONTRARIVM eſt authoritas Boe. lib. de dua. nat. in vna perſona Chriſti, qui ſignificationes horũ noĩum diſtinguit. Et etiam authoritas Mar. Tulij, quam ibi Boe. inducit.

RESPONDEO, Dicẽdum, quòd quatuor dicta noĩa ſm ſignificationem differunt. Sed horum differentia differenter a diuerſis aſſignatur. Quidam. n. ſumunt horum differentiam ex hoc, ꝙ in diuinis eſt aliquid cõe, & aliquid diſtinctũ. Et cõe põt ſignificari, vt quo eſt, & ſic eſt eſſentia. Vel vt quod eſt, & ſic eſt ſubſiſtentia: vel aliter, quia Deus põt ſignificari, inquantum dat oĩbus eſſe, & ſic dr eſſentia: vel inquantũ habet eſſe ſufficiẽs nullo indigens, & ſic dr ſubſiſtentia. Diſtinctum ſimiliter poteſt ſignificari, vel in concretione: & ſic eſt nomen perſonæ, vel in abſtractione, & ſic eſt nomen hypoſtaſis: vel aliter, quia põt ſignificari, vt diſtinguibile, & ſic ſignificatur nomine hypoſtaſis: vel vt F diſtinctum, & ſic ſignificatur nomine perſonæ. Vel aliter, quia vel ſignatur vt diſtinctũ aliqua proprietate determinata ad nobilitatem pertinente, & ſic eſt nomen perſonæ: vel diſtinctũ abſolute quacunq; proprietate, & ſic eſt nomen hypoſtaſis: ſed iſte modus non ſoluit quæſtionem, quia ſi etiam nulla eſſet diſtinctio ĩ diuinis, adhuc iſta nomina dicerentur de Deo, & non idem ſignificarent, ſicut nomina ſynonyma. Et præterea etiam quantum ad quædam, falſum eſt. non. n. dicitur Deus eſſentia ex eo, quòd det eſſe, ſicut nec ſapiẽs ex eo, quòd dat ſapientiam. quinimmo econuerſo: ex eo, quòd Deus eſſentiam habet, eſſe in creaturas infundit, & ſic de aliis: ſicut ẽt ignis ex hoc, quòd calorem habet, calefacit, & non econuerſo, quamuis diuina ſapientia, & eſſentia per eſſe, & cognoſcere creaturę communicatum nobis innoteſcat. Similiter etiã in diuinis cum Deus ſit actus purus, non permiſtus potentiæ, non eſt aliquid in eo ſignificabile per modũ potentiæ non coniunctę actui, & actus vt diſtinguibile, & diſtinctũ. Nec iterum verum eſt, quòd hoc nomẽ hypoſtaſis, ſignificet id quod proprium eſt in abſtractione. Hoc enim modo ſignificatur nomine proprietatis, ſicut nomine paternitatis, quæ ſignificatur non vt hypoſtaſis, ſed vt in hypoſtaſi ens. Alij ſumunt dñiam horum nominũ ſm diſtinctionẽ rationis, quo eſt, & quod eſt. Quorũ quidam dicunt, ꝙ tria horum ſignificant, quo eſt vel ſubſtantiã ſuppoſiti, ita ꝙ eſſentia ſignificat ſubſtãtiam, ſiue naturam generis: ſubſiſtentia naturam ſpeciei: hypoſtaſis naturã indiuidualẽ: & quartum. ſ. perſona ſumitur ſm id, quod eſt, & ſignificat ſubſtantiam quæ eſt ſuppoſitum. Alij dicunt ecõuerſo, ꝙ vnũ ſignificat, quo eſt. ſ. eſſentia, & tria ſignificant, quod eſt diuerſimode, q̃a hoc nomen ſubſtantia, ſignificat quod eſt per reſpectum ad naturã, vel eſſentiã. Hoc nomen ſubſiſtentia, ſignificat q̃d eſt per reſpectum ad indiuiduationẽ: ſed hoc nomen perſona, ponit ſpecialẽ rõnẽ ad ꝓprietatem pertinentẽ ad dignitatẽ; ſed de primis duobus eſt econuerſo ſm Boe. hęc. n. dñia ſumpta eſt ſm Aug. & Hier. Alij dicunt, ꝙ duo ſignificãt quo eſt, eſſentia quidem ſignificat, quo eſt, vel naturam cõem, prout non eſt prædicabilis, vt conſideratur, cum dicitur homo eſt ſpecies. Sed ſubſiſtentia ſignificat naturam cõem, vt prędicabilis eſt ſecundum Boe. Alia duo ſignificant quod eſt, & eo modo differunt, ſicut in proximo dictũ eſt. K Sed quia quodlibet horum nominum præter hoc nomen, perſona, inuenitur quandoq; poni pro quo eſt: & quandoq; poni ꝓ quod eſt: ideo nõ vr̃ eſſe eſſentialis diſtinctio eorum ſm aliquẽ dictorum modorum. Ideo aliter dicẽdũ eſt ſm Boet. vt ſumatur dñia horum nominum, eſſentia, ſubſiſtentia, ſubſtantia ſm ſignificationem actuum, a quibus imponuntur. ſ. eſſe, ſubſiſtere, ſubſtare. Patet. n. ꝙ eſſe commune quoddam eſt, & non determinat aliquem modum eſſendi: ſubſiſtere autem dicit determinatum modum eſſendi: prout. ſ. aliquid eſt ens per ſe, non in alio, ſicut accidens: ſubſtare autẽ idem eſt quod ſub alio poni. Inde patet, quòd eſſe dicit id, quod eſt cõe omnibus generibus: ſed ſubſiſtere, & ſubſtare id, quod eſt proprium primo prędicamento ſm duo, quæ ſibi cõueniunt, quòd ſcilicet ſit ens in ſe completum. & iterum quòd omnibus aliis ſubſternatur accidentibus. ſ. quæ in ſubſtãtia eſſe habent. Vnde dico, quòd eſſentia dicitur, cuius actus

Boe. vbi ſupra. Secundum Auguſtinũ. Hierony. in expoſition. ſymboli ad Dam. to. 4. Ibidem. Vbi ſupra.



Cur non hæc tria ſimul vnam perſonam dicimus, ſicut vnam eſſentiam, & vnũ deum: ſed dicimus tres perſonas, cum tamẽ tres deos, aut tres eſſentias non dicamus? Quia volumus, vel vnum aliquod vocabulum ſeruare huic ſignificationi, qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceremus interroganti, quid tres eſſent, cum tres eſſe fateamur. Cum ergo quæritur: quid tres? vt ait Auguſt. in 5. lib. de Trinit. † Magna prorſus inopia humanum laborat eloquium, dictum eſt tamen, tres perſonę, non vt illud diceretur, ſed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia, hoc vocabulo explicari valet. Ecce oſtendit, qua neceſsitate dicatur pluraliter perſonę, videlicet vt hoc vno nomine quærentibꝰ, de tribus reſpondeamus.

† c. 9. to. 3.

*Qua neceſſitate dictum ſit, tres perſonæ a Latinis, & a Græcis tres hypoſtaſes, uel ſubſtantiæ.*

QVA neceſsitate, non ſolum Latinus ſermo, ſed etiam Gręcus, eadem pene ſuper hac re laborãs nominum penuria coartatur: vnde Auguſt. quid a Grecis, vel Latinis neceſsitate de ineffabili Trinitate dictum ſit aperiens in ſeptimo lib. de Trinit. † ait. Loquendi cauſa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo poſſemus, dictum eſt a Græcis, vna eſſentia, tres ſubſtantiæ, ideſt B vna vſia, tres hypoſtaſes. Aliter enim Græci accipiunt ſubſtantiam, quàm Latini. A Latinis autem dictum eſt, vna eſſentia, vel ſubſtantia, tres perſonæ, quia non aliter in ſermone noſtro, ideſt Latino, eſſentia, quàm ſubſtantia ſolet intelligi. Et vt intelligatur ſaltem in enigmate, placuit ita dici, vt cum quæreretur quid tria ſint, aliquid diceretur, quę tria eſſe fides vera pronuntiat. Cum & patrem non dicit eſſe filium, C & ſpiritumſanctum, ſcilicet donum dei, nec patrem dicit eſſe, nec filium. Cum ergo quæritur, quid tria, vel quid tres, conferimus nos ad inueniendum aliquod nomen, quo complectamur hæc tria. Neque occurrit animo, quia ſupereminentia diuinitatis, vſitati eloquij facultatem excedit. Verius enim cogitatur deus quàm dicitur, & verius eſt, quàm cogitatur.

† c. 4. to. 3.

actus eſt eſſe, ſubſiſtentia, cuius actus eſt ſubſiſtere: ſubſtantia cuius actus eſt ſubſtare. Hoc autem dicitur dupliciter, ſicut in ſingulis patet. Eſſe enim eſt actus alicuius: vt quod eſt, ſicut calefacere eſt actus calefacientis: & eſt alicuius, vt quo eſt, ſcilicet quo denominatur eſſe, ſicut calefacere eſt actus caloris.

¶ Sciendum eſt autem, quòd ſi aliquid conſequitur aliqua plura conuenientia adinuicem, non poteſt denominari aliquid ſecundum alterum illorum, quãuis etiam illud ſit principium totius, ſed per totum: verbi gratia, ſapor conſequitur calidum, & humidum, prout aliquo modo conueniunt, & quamuis calor ſit principium ſaporis, ſicut effectiuũ, non tamen aliquid denominatur ſapidum a calore, ſed a ſapore, qui complectitur ſimul calidum & humidum aliquo modo cõuenientia. Similiter dico, quòd cum eſſe cõſequitur compoſitionem materiæ, & formæ, quãuis forma ſit principium eſſe: non tamẽ denominatur aliq̃d ens a forma, ſed a toto: & ideo eſſentia non dicit formam tantum, ſed in compoſitis ex materia, & forma dicit totũ: & hoc ẽt dicĩ quidditas, Et natura rei: & ideo dicit Boet in prædicamẽtis, quòd vſia ſignificat compoſitum ex materia & forma. Sed iſta natura ſic conſiderata, quamuis dicat compoſitum ex materia & forma, non tamen ex hac materia demonſtrata determinatis accidentibus ſubſtante, in qua indiuiduatur forma, quia huiuſmodi compoſitum dicit hoc nomen Sor. hæc autem materia demonſtrata, eſt ſicut recipiens illam naturam communem. Et ideo natura, vel eſſentia ſignificatur dupliciter, ſcilicet vt pars, ſecundum quod natura communis ſumitur cum præciſione cuiuſlibet ad naturam communem non pertinentis. Sic enim materia demonſtrata ſuperuenit in compoſitionem ſingularis [d] demonſtrati, ſicut hoc nomen humanitas: & ſic non prædicatur nec eſt genus, nec eſt ſpecies: ſed ea formaliter denominatur homo. Vel ſignificatur vt totum, ſecundum quod ea, quæ ad naturam communem pertinent, ſine præciſione intelliguntur: ſic enim includitur in potentia etiam materia demonſtrata in natura communi: & ſic ſignificatur hoc nomine homo, & ſignificatur vt quod eſt: Et vtroq; modo inuenitur hoc nomen eſſentia. Vnde quandoq; dicimus Sortem eſſe eſſentiam quandam: quandoque dicimus, quòd eſſentia Sortis non eſt ſor. & ſic patet, quòd eſſentia quandoq; dicit quo eſt, vt ſignificatur nomine humanitatis, & quandoque quod eſt, vt ſignificatur hoc nomine homo. Similiter etiam ſubſiſtere eſt actus alicuius, vt quod ſubſiſtit, vel vt quo ſubſiſtit. Cum autem ſubſiſtere dicat eſſe determinatum, & tota determinatio eſſendi conſequatur formam, quæ terminus eſt: conſtat, quòd aliquid denominatur ſubſiſtẽs per primam formam, quæ eſt in genere ſubſtantiæ, ſicut album per albedinem, & animatum per animam, & ideo in prædicamentis dicit Boet. quòd vſioſis, vel ſubſiſtentia, eſt forma accipiens ſubſiſtentiam, pro quo ſubſiſtitur. Si autem accipiatur ſubſiſtentia pro eo, quod ſubſiſtit, ſic proprie dicitur illud, in quo per prius inuenitur talis natura hoc modo eſſendi. Et cũ per prius inueniatur in ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtantia eſt, & deinceps in aliis, ſe- A cundum quod propinquius ſe habent ad ſubſtantiam: conſtat, quòd nomen ſubſiſtentiæ per prius conuenit generibus, & ſpeciebus in genere ſubſtantię, vt dicit Boe. lib. de dua. natu. & indiuiduis non conuenit habere tale eſſe, niſi inquãtum ſunt ſub tali natura communi. Quãuis enim genera, & ſpecies non ſubſiſtant, niſi in indiuiduis quorum eſt eſſe, tamen determinatio eſſendi ſit ex natura, vel quidditate ſuperiori. Similiter hypoſtaſis, vel ſubſtantia dicitur dupliciter: vel id, quo ſubſtatur: & quia primũ principium ſubſtandi eſt materia: ideo dicit Boe. in prædic. quòd hypoſtaſis eſt materia: vel quod ſubſtat, & hoc eſt indiuiduum in genere ſubſtãtiæ per prius. Genera enim & ſpecies, non ſubſtant accidentibus niſi ratione indiuiduorum. & ideo nomen ſubſtãtiæ primò, & principaliter cõuenit particularibus ſubſtantiis ſecundum philoſophum, & ſecundũ Boe. lib. de dua. nat. Sic ergo patet differentia iſtorum triũ dupliciter, quia ſi accipiatur vnumquodque vt quo eſt, ſic eſſentia ſignificat q̃dditatem, vt eſt forma totius: vſioſis, formam partis, hypoſtaſis, materiam. Si autem ſumatur vnumquodq; vt quod eſt, ſic vnum & idem dicetur eſſentia, inquãtum habet eſſe, ſubſiſtentia, inquantum habet tale eſſe, ſcilicet abſolutum, & hoc per prius conuenit generibus, & ſpeciebus, quàm indiuiduis, & ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtat accidentibus, per prius conuenit indiuiduis, quàm generibus, & ſpeciebus.

In princip. prẹd. ſubſtãtiæ.

D. 1140.

vbi ſupra. ὀυσίωσις.

Circa med.

In princip. prẹd. ſubſtã tiæ.

In prædic. cap. de ſubſtantia.

VLTERIVS, Hoc nomen perſona, ſignificat ſubſtantiam particularem, prout ſubiicitur proprietati, quæ ſonat dignitatem; & ſimiliter proſopon apud Græcos: & ideo perſona non *eſt niſi in natura intellectuali*: Et ſecundum Boet. ſumptum eſt nomen perſonæ a perſonando, eo quòd in tragœdiis, & comœdiis recitatores ſibi ponebant quandam laruam ad repræſentandum illum, cuius geſta narrabant decantando. Et inde eſt, quòd tractum eſt in vſu, vt quodlibet indiuiduum hominis, de quo poteſt talis narratio fieri, perſona dicatur: & ex hoc etiam dicitur proſopon in Græco a pro, quod eſt ante, & ſopos, quod eſt facies, quia huiuſmodi laruas antę facies ponebant.

De duabus natur. ante medium. πρόσωπον.

E ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quia particulare ſignificat compoſitum ex materia, & forma demonſtrata: ſed vniuerſale in ſubſtantiis compoſitis, ſignificat etiam compoſitum ex materia, & forma, ſed non demonſtrata, ſicut homo ex anima, & carne, & oſſe, non tamen ex his carnibus, & ex his oſſibus. Vnde non oportet, quòd vſia ſignificet idem, quod particularis [d] ſubſtantia, immo ſe habet ad vtrunq;. Et ideo, omne quod eſt in genere ſubſtantiæ poteſt dici vſia, ſiue ſit vniuerſalis ſubſtantia, ſiue particularis.

D. 1137.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſubſiſtere duo dicit, ſcilicet eſſe, & determinatum modum eſſendi: & eſſe ſimpliciter non eſt, niſi indiuiduorum: ſed determinatio eſſendi eſt ex natura, vel quidditate generis, vel ſpeciei: & ideo quamuis genera, & ſpecies non ſubſiſtant, niſi in indiuiduis, tamen eorum proprie ſubſiſtere eſt, & ſubſiſtentiæ dicuntur, quam-

quàmuis & particulare dicatur, ſed poſterius, ſicut & ſpecies ſubſtantiæ dicuntur, ſed ſecundæ.

¶ Ad tertium dico, quòd ſubſtantia dicitur, inquantum ſubeſt accidenti, vel naturæ communi: ſubſiſtere vero dicitur aliquid inquantum eſt ſub eſſe ſuo, non quòd habeat eſſe in alio ſicut in ſubiecto.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc nomen hypoſtaſis apud græcos aliud habet ex proprietate ſignificatiõis, & aliud ex vſu. Ex proprietate enim ſignificationis habet, quòd ſignificet quamlibet ſubſtantiam particularem. ſed ex vſu accommodatum eſt nobilioribus ſubſtãtiis, & ideo ipſi vtuntur eodẽ modo hoc nomine hypoſtaſis, ſicut nos vtimur hoc nomine perſona, ſed talis vſus, non eſt apud nos in hoc nomine ſubſtantia.

† Ibidem.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd apud nos nomen ſubſtantiæ ęquiuocatur. Quandoq; enim ponitur pro eſſentia, ſecundum quod nos dicimus diffinitionem ſignificare ſubſtãtiam rei. Quandoq; ponitur pro ſuppoſito ſubſtantiæ, ſicut dicimus ſortem eſſe ſub ſtantiam quandam. & ideo vt tolleretur malus intellectꝰ, ſancti noluerunt vti hoc nomine ſubſtantia pro ſuppoſito ſicut Gręci vtuntur, ſed tranſmutauerunt, & poſuerunt ſubſiſtentiam reſpondentem hypoſtaſi, & ſubſtantiam reſpondentem vſioſi, quàmuis ſit econuerſo, ſecundum veritatem ſignificationis. magis enim curauerunt vitationem errorum, quàm proprietatem nominum.

*Quid hoc nomine tres ſignificetur.*

PATER ergo, & filius, & ſpiritusſanctus, ſcilicet quoniã tres ſunt, quid tres ſint quæramus, quid commune habeant. Non enim poſſunt dici tres patres, quia tantum pater ibi pater eſt; nec tres filij, cum nec pater ibi ſit filius, nec ſpiritusſanctus, nec tres ſpiritusſancti, quia ſpiritusſanctus propria ſignificatione, qua donum Dei dicitur, nec pater eſt, nec filius. Quid ergo tres? Si tres perſonæ eſſe dicuntur; commune eſt eis id, quod perſona eſt. Certe enim quia pater eſt perſona, & filius eſt perſona, & ſpiritusſanctus eſt perſona, ideo tres perſonæ dicuntur. Propterea ergo dicimus tres perſonas, quia commune eſt eis, id quod perſona eſt. Ex prędictis aperte intelligi poteſt, qua neceſsitate dictum ſit a latinis, tres perſonæ, cum perſona ſecundum ſubſtantiam dicatur. Vnde & tribus commune eſt id, quod perſona eſt, ideſt, hoc nomen perſona.

## ARTICVLVS II.

*b Vtrum nomen perſona dicatur proprie de Deo.*

1. p. q. 29. art. 3. Arti. antec.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd nomen perſonæ, non proprie dicatur in diuinis. Perſona enim ſignificat hominem laruatum, vt dictum eſt. cuius figura repræſentatur: ſed hoc non poteſt Deo conuenire niſi metaphorice. nec etiam habet figuram, quæ repræſentari poſſit, vt dicit Iſa. 40. Cui ſimilem &c. ergo nomen perſonæ proprie non conuenit Deo.

¶ 2 Præte. In tota natura, perſona videtur dicere maximam compoſitionem, quia in indiuiduo hominis concurrunt, quaſi omnes naturæ ad conſtitutionem eius, vel ex parte animæ, vel ex parte corporis. vnde etiam cum omnibus commune habere dicitur. Sed deus eſt ſumme ſimplex. ergo videtur, quòd nomen perſonæ ſibi non conueniat.

¶ 3 Item. Perſona dicitur, quæ ſubſtat alicui proprietati, vel ſubſiſtit: ſed ſicut ſupra dictum eſt, ex verbis Auguſt. Deus non dicitur proprie ſubſtare alicui, quod in ipſo eſt. ergo non proprie dicitur perſona.

Diſtinc. 8. 5. lib. de tri. cap. 1. & li. 7. c. 4. to. 3.

¶ 4 Præt. Perſona dicit ſubſtantiam particularem vel ſingularem; ſed particulare, vel ſingulare Deo non competit. ergo videtur, quòd nec perſonæ nomen.

CONTRA. Quia perſona dicitur, quaſi per ſe vna: ſed hoc maxime Deo conuenit. ergo videtur, quòd & nomen perſonæ,

¶ Item. Perſona dicit, quid completum exiſtens in natura intellectuali; ſed hoc Deo competit. ergo vr̃ ꝙ & nomẽ perſonæ.

F RESPONDEO, Dicendũ, ꝙ nomen perſonæ proprie cõuenit Deo, tamen non eodem modo, ſicut eſt in creaturis, ſed quodam nobiliori modo, ſicut eſt in omnibus aliis, quæ de Deo & creaturis dicuntur. Saluatur enim ratio perſonæ in diuinis, ſm quod habet eſſe per ſe ſubſiſtens in natura intellectuali.

*Quare non dicimus tres Deos eſſe patrem, & filium, & ſpiritumſanctum, ut dicimus tres perſonas, cum id, quod Deus eſt, ſit eis commune, quia pater eſt Deus, & filius eſt Deus, & ſpiritusſanctus eſt Deus.*

G SED quæritur hic, cum dicamus patrem, & filium, & ſpiritumſanctum eſſe tres perſonas, quia cõmune eſt eis quod perſona eſt, ideſt, quia pater eſt perſona, & filius eſt perſona, & ſpiritusſanctus eſt perſona, cur non dicamus ſimiliter tres deos: cum & pater ſit deus, & filius ſit deus, & ſpiritusſanctus ſit deus? Quia ſcilicet illud ſcriptura contradicit, hoc autem & ſi non dicit, non tamen contradicit. H Vnde Auguſt. hanc mouens quæſtionem, atque diffiniens in libro ſeptimo de Trinita. † ita ait. Si ideo dicimus patrem, & filium, & ſpiritũſanctum eſſe tres perſonas, quia commune eſt eis id, quod perſona eſt, cur nõ etiam tres deos dicimus? Certe, vt prædictum eſt, quia pater eſt perſona, & filius eſt perſona, &

† vbi ſupra. † Cap. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in ſignificatione nominis duo [d] ſunt cõſideranda, ſcilicet id a quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id, ad quod ſignificãdum imponitur. Contingit autem quãdoq;, quòd ſubſtantia alicuius rei nominať ab aliquo accidente, quod non conſequitur totam naturã, de quã nomẽ illud dicitur, ſicut lapis dicitur ex eo, quòd lædit pedẽ: nec tamen omne lædens pedem eſt lapis, vel econuerſo. Et ideo iudicium de nomine non debet eſſe ſecundum hoc, a quo imponitur, ſed ſecundum id, ad quod ſignificandum inſtituitur. Vnde quãuis nomen perſonæ ſit impoſitum a dicta repræſentatione, tamen eſt impoſitum ad ſignificandum ſubſtãtiam completam, in natura intellectuali ſubſiſtentem, & hoc Deo conuenit, quamuis non conueniat ſibi illud, a quo nomen imponitur.

D. 926.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illa compoſitio accidit perſonę præter rationem ſuam. Quia enim perſona dicit quid I completum in natura intellectuali, & in natura humana non inuenitur complemẽtum, niſi per maximam compoſitionem, ideo per accidens ſignificat compoſitionem in natura. Si autem perfectionem intellectualem inueniret in corpore ſimplici, ſicut eſt ignis, diceretur perſona: & ideo diuina ſimplicitas nõ repugnat perſonalitati.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in Deo ſecundum rem nihil ponitur ſub aliquo: ſed tantum ſecundum modum intelligendi, prout intelligitur ſubſtans proprietati, ſiue perſonali, ſiue eſſentiali, ſecundum quod dicitur ſubſtantia, & eſſe ſub, ſecundum quod dicitur ſubſiſtentia, nihilominus tamen, quia ſecundum rem nihil ibi eſt ſub alio: ideo Ricard. de Sancto Victor. volens proprie loqui dicit, quòd perſonæ diuinæ non ſubſiſtũt, ſed exiſtunt, inquantum ſcilicet diſtinguuntur proprietatibus originis, ſecũdum quas vna eſt ex alia, quibus nõ ſupponuntur per modum ſubiecti, & ideo diuinas perſonas non dicit eſſe ſubſiſtentias, ſed exiſtentias.

Lib. 4. de trinit. c. 20.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proprie loquendo, in diuinis non eſt particulare, quia particulare dicitur eo quòd particulatur in ipſo natura communis, cuius partem accipit ſecundum virtutem, qua poteſt eſſe in pluribus, quamuis accipiat totam rationem eius, ſed in patre eſt natura diuina ſecundum totam virtutem ſuam: vnde non poteſt dici particulare, niſi forte ſolum ſecundum rationem numeralis multitudinis, vt ſupra dictum eſt, & patet ex verbis Damaſce. Similiter etiam hoc nomen Deus, non poteſt eſſe particulare, vel ſingulare, cum de pluribus ſuppoſitis prædicetur, & materia careat, quæ ſingularitatis principium eſt: vnde perſona dicetur de Deo, non ſecundum rationem particulationis, vel ſingularitatis, ſed ſecundum rationem completionis., ſecundum quod nominat quid completum ſubſiſtens, vel exiſtens in natura intellectuali.

Diſt. 19. q. 4. art. 2. Dam. 2. fid. orth. c. 6.

ARTI.



## ARTICVLVS III.

*c Vtrum perſona ſignificet ſubſtantiam*

1. q. 29. artic. 4.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd perſona ſignificet ſubſtantiam. Primo, per authoritatem Aug. in litera, qui hoc expreſſe videť dicere.

¶ 2 Præter. Hoc videtur per diffinitionem Boe. dicit enim quòd perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: ſed ſubſtantia ſignificat quid abſolutum, & nõ relatiuum. ergo videtur, quòd nomẽ perſonæ non ſignificet relationem.

De dua. na. ante med.

¶ 3 Præter. Omne relatiuum ſecũdum nomen ſuũ ad aliud refertur: ſed hoc nomen perſona, non refertur ad aliud ſecundum nomen. ergo non ſignificat relationem.

¶ 4 Itẽ. Quid, quærit de ſubſtantia, vel eſſentia: ſed ſicut in litera dicitur, hæreticis quærentibus, quid tres ſunt, Pater, & filius, & ſpiritusſanctus: Reſpondent, qđ eſt nomẽ ꝑſonæ. ergo perſona ſignificat eſſentiam.

¶ 5 Præter. Perſona dicitur quaſi per ſe vna: ſed vnum ſignificat eſſentiam. ergo videtur, quòd perſona eſſentiam ſignificat.

CONTRA, Boet. lib. de Trinita. Omne nomẽ, quod ex perſonis originẽ capit, certum eſt ad ſubſtantiam nõ pertinere: ſed nullum nomen ita capit originem ex perſonis, ſicut pſona. ergo &c.

2. de Trin. c. vnico.

¶ Præter. In nullo abſoluto diſtinguitur pater a filio: ſed ſolum in relatione: diſtinguitur autem in perſona. ergo perſona non ſignificat aliquid abſolutũ, ſed relationem: prima probatur ex ſimplicitate diuina, & perfectione totius Trinitatis.

¶ Item. Ad quodcunque genus reducitur inferius, & ſuum ſuperius: ſed ſub hoc communi, quod eſt perſona, continetur pater, & filius, & ſpiritusſanctus. ergo cum pater ſignificat ad aliquid, & perſona ſimiliter.

RESPONDEO, Dicendum, quòd de ſignificatione perſonæ inuenitur multiplex doctorum ſententia. Quidam enim dicunt, quòd eſt nomen ęquiuocum: & quidam, quòd eſt nomen vniuocum: æquiuocatio autem huius nominis, tripliciter a diuerſis aſſignatur. Quidam enim aſſignant multiplicitatem nominis ſecundum diuerſitatem temporis, quia ante quęſtionem hæreticorum ſignificabat eſſentiam diuinam, prout erat diſtincta ab aliis eſſentiis. Sed poſt quæſtionem hæreticorum mutata fuit eius ſignificatio, vt in ſingulari ſignificet eſſentiam, & in plurali relationem: ſed poſt tempus Boet. ſignificat relationem ſecundum vſum modernorum, & in ſingulari, & in plurali: ſed hoc non videtur rationabile, quia plurale non eſt niſi geminatum ſingulare: vnde eadem eſt ſignificatio in ſingulari, & plurali ſub diuerſa conſignificatione. Item conſtat, quòd vſus variatus iſtius nominis, non eſt rationabilis. Vnde oportet, quòd in ſignificatione ipſius nominis attendatur aliquid, ſecundũ quod eo ſic, vel ſic vti poſſumus. Alij aſſignant multiplicitatem huius

A nominis ſecundũ diuerſa ſignificata, non ex diuerſitate temporis, ſed ex propria ſignificatione nominis. Dicunt enim ſimpliciter, quòd quandoque ſignificat eſſentiam, quandoque hypoſtaſim, quandoque proprietatem, ſicut infra Magiſter ſentire videtur: ſed nullum iſtorum videtur complete dicere ſignificationem perſonæ, immo perſona videtur omnia includere: dicit enim quid ſubſiſtens in natura aliqua, & diſtinctũ aliqua ꝓprietate. Alij aſſignant multiplicitatem ex adiuncto: dicunt enim, quòd quando per ſe ſumitur, ſignificat ſubſtãtiam: ſed ex adiuncto partitiuo, vel numerali termino trahitur ad ſignificationem relationis, vt cũ dicitur, duæ perſonę, vel alia perſona. Sed hoc non videtur, quia nomina ſignificantia ſubſtãtiam abſolute, non recipiunt talium additionem: non enim dicimꝰ plures Deos vel alium Deum. Item, qui dicunt, quòd eſt nomẽ vniuocum, ſimiliter variantur. Quidam .n. dicũt, quòd in ſua ſignificatione claudit vnum tantum, ſcilicet ſubſtantiam, & ſignificat ſubſtãtiã, nõ quæ eſt eſſentia, ſed quæ dicitur hypoſtaſis, vel ſubſtantia prima, vt dictum eſt. Sed hoc non videtur ſufficere, quia nihil abſolutum in diuinis numeratur: vnde ſi nullo modo relationem importaret, non poſſet in plurali prædicari. Alii dicunt, quòd in ſua ſignificatione includit duo, ſed vnũ principaliter, & quaſi in recto, & aliud ſecundario, & quaſi in obliquo, & horum eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd ſignificat relationem in recto, & ſubſtantiã in obliquo: & quidã dñt econuerſo. Alij dicunt, quòd claudit in ſua ſignificatione duo principal'r, ſ. ſubſtantiã, & proprietatem. & iſti iterũ diuerſificantur. Quidam .n. dicunt, quòd proprietas illa ponitur circa ſubſtantiam, vt diſtinguens ipſam: vnde dicunt, quòd ſignificat ſubſtantiã ꝓprietate diſtinctã: ſed qualiter abſolutũ diſtinguatur in diuinis, non facile eſt videre. Alii p̃terea dicunt, ꝙ ſignificat duo principaliter, & vnum illorũ non ponitur circa alterũ, quia ꝓprietas quam ſignificat, non diſtinguit ſubſtantiã. Sed qualiter vnũ nomen poſſit plura ſignificare, niſi ex eis aliquid vnum efficiatur aliquo modo, nõ plene videtur: & ideo vt videatur quid veritatis ſit in ſingulis opinionibus, & in quo deficiant, videndũ eſt, ꝙ perſona, vt dictum eſt, ſignificat indiuiduã ſubſtantiã: ſed indiuiduũ dupliciter põt ſignificari. Vel per nomen ſecũdæ intentionis, ſicut hoc nomen indiuiduum, vel ſingulare, quod nõ ſignificat rem ſingularẽ, ſed intentionem ſingularitatis. Vel per nomen primæ intentionis, quod ſignificat rẽ, cui conuenit intentio particularitatis, & ita ſignificatur hoc nomine perſona. ſignificat enim rem ipſam, cui accidit intentio indiuidui. Secundum hoc ergo dupliciter poſſumus loqui de ſignificatione perſonę. Vel per ſe, ſcilicet quid hoc nomen perſona, ſecundum ſe ſignificet: vel per accidens, ſecundũ quod accipitur in tali, vel in tali natura. Per ſe quidem ſignificat ſubſtantiam intellectualem

Diſt. 26. Art. 1. iſtius diſt. Vbi ſupra.

ſpiritusſanctus eſt perſona: ideo tres perſonæ dicũtur. Quia ergo pater eſt deus, & filius deus, & ſpiritusſanctus deus, cur non dicuntur tres dij? Ecce propoſuit hanc quęſtionem. Attende quid reſpõdeat ſubdẽs: an ideo non dicuntur tres dij, quia ſcriptura non dicit tres deos? Sed nec tres pſonas alicubi Scripturę textus cõmemorat. An ideo licuit loquendi, diſputandiue neceſsitate tres perſonas dicere, non quia Scriptura dicit, ſed quia ſcriptura nõ contradicit? Si autem diceremus tres deos, cõtradiceret ſcriptura dicens, Audi Iſrael. Deꝰ tuus, deus vnꝰ eſt. Ecce abſolutio quæſtionis, quare potius dicamus tres perſonas, quàm tres deos, quia ſcilicet illud non contradicit Scriptura.

† Deut. 6.

*Alia quæſtio: cur non dicimus tres eſſentias, ut tres perſonas, cum ſcriptura non contradicat.*

VERVM & hic alia emergit quęſtio, quam Auguſt. cõſequenter annectit, dicens. † Cur, inquit, & tres eſſentias non licet dicere, quod ſimiliter ſcriptura ſicut non dicit, ita non contradicit? At ſi dicis, quòd propter vnitatem trinitatis non dicuntur tres eſſentiæ, ſed vna eſſentia, quęro: cur non propter eãdem vnitatem trinitatis dicãtur vna perſona, & non tres perſonæ? Vt enim eſt illis commune nomen eſſentiæ, ita vt ſingulus qſque dicatur eſſentia, ſic illis cõmune eſt perſonę vocabulum. Quid igitur reſtat, niſi vt fateamur loquendi neceſsitate, a Gręcis, & Latinis parta hęc vocabula, B aduerſus inſidias, vel errores hęreticorum? Cumque conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum ſenſus, quod in ſecretario mentis de deo tenet, ſiue per piam fidem, ſiue per qualemcunque intelligentiam, timuit dicere tres eſſentias, ne intelligeretur in illa ſumma æqualitate vlla diuerſitas. Rurſum, non poterat dicere, non eſſe tria quædam. Quod quia dixit Sabellius, in hęreſim lapſus eſt. C Quęſiuit ergo, quid tria diceret, & dixit, tres pſonas, ſiue tres ſubſtantias ſecundum Græcos.

† vbi ſupra.

*a Sicut nos dicimus tres perſonas, ita Græci tres ſubſtantias, quas dicunt hypoſtaſes, aliter accipientes ſubſtantiã, quàm nos.*

QVOD enim de perſonis ſecundum noſtram, hoc de ſubſtantiis ſe- D cundum conſuetudinem Græcorum oportet intelligi. Sic enim illi dicunt tres ſubſtãtias vnam eſſentiã, ideſt tres hypoſtaſes vnam vſiam quemadmo-

lem indiuiduam quæcunque ſit illa, & qualitercunque indiuiduetur. Si autem accipiatur perſona humana ſignificat hoc, quod eſt ſubſiſtens in tali natura, & diſtinctum tali diſtinctione, qualis competit naturę humanę, ſcilicet per naturam determinatam. Et ſic loquimur hic de ſignificatione perſonæ, prout dicitur perſona diuina, & ſecundum hoc ſignificabit hoc quod eſt diſtinctum exiſtens in natura diuina.

¶ Vt ergo videamus quid ſit ibi diſtinctum, & quomodo competat ſibi ratio perſonæ, notandum eſt, quòd ſecundum neceſſitatē fidei, quæ in Deo tres, & vnum confitetur, oportet ponere aliquid commune, ſecundū quod ſunt vnum: & aliqd proprium, quod eſt diſtinguens, ex qua diſtinctiōe ſunt tres. Et illud cōmune eſt eſſentia, vel natura diuina, prout ſignificatur nomine diuinitatis. Et illud diſtinguens eſt relatio vt paternitas. Et qà in diuinis nō eſt aliqua cōpoſitio, ideo oportet, quòd deitas intelligatur ſecundū rem idē quod deus, & paternitas idem, quòd pater. Si ergo accipiamus iſta quatuor, ſcilicet deitatē, Deum, patrem, paternitatem, conſtat, quòd ipſi deitati, ꝓut ſic ſignificatur, vt natura quędam, non conuenit ratio perſonæ dupliciter. Primo, quia non ſignificatur, vt per ſe ſubſiſtens. Secundo, quia eſt commune pluribus, & perſona ſignificat diſtinctum qd. Similiter hoc nomē Deus, non habet rationem perſonæ, quia quàmuis ſignificetur, vt ſubſiſtens non habet rationem diſtinctionis, quia ſicut pater, & filius conueniunt in hoc, quod eſt deitas, ita conueniunt in hoc, quod eſt Deus. Sed verum eſt, quòd ſi tolleretur pluralitas perſonarum, & per conſequens communitas huius nominis Deus, hoc nomen Deus, ſignificaret perſonam quandam diſtinctam ab omnibus aliis naturis proprietatibus eſſentialibus: vnde hoc nomen Deus, ſignificaretur, vt perſona quædā. Similiter etiam paternitas cum non ſignificaretur vt quid ſubſiſtēs, nec vt diſtinctum, ſed vt diſtinguens, non ſignificatur per modum perſonæ. Similiter pater, quàmuis ſignificetur, vt quid diſtinctū, non tamen ſignificatur vt ſubſiſtens in natura aliqua, ſed magis vt ſubiectum cuidam proprietati: vnde ſicut album de ratione nominis ſui non eſt nomen perſonæ, ita nec pater, ſed inquantum pater, & Deus ſunt idem, non quidem ſicut accidens, & ſubiectum, ſed per omnimodam rei indifferentiam, ſic pater inquantū eſt pater Deus, habet vt ſit perſona. Et ideo dico, quòd perſona in diuinis ſignificat relationem per modum ſubſtātiæ. Ipſa enim relatio, quæ eſt diſtinguens eſt diſtinctū, quia paternitas eſt pater. Et quia perſona ſignificat quid diſtinctū exiſtens in natura aliqua, ideo conſtat, quòd ſignificat relationē, inquantum ipſa relatio eſt ipſum relatū: & inquātū ipſum relatum eſt ſubſiſtens in tali natura. Et ideo patet, quòd perſona ſignificat relationem per modum ſubſtantiæ, nō quæ eſt eſſentia, ſed quæ eſt ſuppoſitum habens eſſentiam. Et ex hoc patet, quòd omnes opiniones ſecundum aliquid, verum dixerunt. Qui enim dixerunt, quòd eſt æquiuocum, & quandoque ſignificat vnum, quādoq; aliud, pro tanto verum dixerunt, quòd cum in perſona includatur, & proprietas, & hypoſtaſis, & eſſentia: & hæc nō differunt realiter in Deo, quòd ſignificat relationē, vt hypoſtaſim. Significat enim eſſentiam, quæ eſt hypoſtaſis: & ſignificat etiā proprietatē, quæ eſt ipſum ſuppoſitū diſtinctum. Vnde quādoque poteſt poni pro vno, quandoque pro alio: ſed hoc accidit perſonę ex hoc quòd in diuinis omnia prædicta vnum ſunt ſecundum rem. Similiter qui dixerunt, quòd ſignificat tantum hypoſtaſim, attenderūt modum ſecundum quem ſignificat nomen, qa ſignificat per modū ſubſiſtentis in natura aliqua, quàmuis ſignificet ipſum diſtinctum, quod eſt ipſa relatio diſtinguens. Similiter, qui dixerunt, quòd ſignificat ſubſtātiam in recto attenderunt ſubſtantiam, quæ eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate. qui autem dixerunt econuerſo, attenderunt ſubſtantiam, quæ eſt eſſentia. & qui dixerunt, quòd ſignificat hypoſtaſim, & proprietatem ponit circa eā, non acceperunt hypoſtaſim ex parte, qua ſubſiſtit naturæ diuinæ, vt ſignificatur hoc noīe Deus, quod indiſtincte tribus perſonis conuenit: ſed ex parte illa, qua hypoſtaſis eſt ipſa relatio diſtinguēs hypoſtaſim, quia in Deo idem eſt diſtinguens, & diſtinctum. Et econuerſo conſiderauerunt hypoſtaſim, vel ſubſtantiam, qui dixerunt, quòd proprietas non ponitur circa ſubſtantiam, vt diſtinguens ipſam.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Auguſt. attendit ſignificationem perſonæ quantum ad modum ſignificandi, & non quantum ad id, quod ſignificatur: & ideo quàmuis ſignificetur relatio, quia tamen ſignificatur per modum ſubſtantiæ, ideo dixit, quòd ſignificat ſubſtantiam: & quia vlterius ſubſtantia in Deo eſt idem, quod eſſentia, ideo conſequitur, vt ſignificet etiam eſſentiam, ſecundum quod pater eſt Deus, & etiā ipſa deitas.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecūdum de diffinitione Boet.

K ¶ Et ſimiliter ad tertium, quia quàmuis ſignificet relationem, non tamen ſignificat per modum relationis, & ideo non refertur ſecundum nomen ad aliud.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quid quandoque quærit de eſſentia, vt cum quæritur quid eſt homo, animal rationale mortale. Quandoque quęrit ipſum ſuppoſitum, vt cum quæritur qd natat in mari? Piſcis reſpondetur. Et ita etiam fuit reſponſum hæreticis quærentibus, quid tres perſonæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum dicitur perſona, quaſi per ſe vna non ſignificatur vnitas eſſentialis, ſed magis vnitas perſonæ, quæ eſt ex proprietate: & ideo illa ratio non eſt ad propoſitum.

¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad ea, quę in contrarium obiecta ſunt, quæ procedūt quantū ad id, quod ſignificat hoc nomen pſona. Inuenim⁹. n. in diuinis quatuor modos ſignificādi. Aliquid

dum nos dicimus tres perſonas vnam eſſentiam, vel ſubſtantiam. Quanquam & illi ſi vellent, ſicut dicunt tres ſubſtantias tres hypoſtaſes, poſſent dicere tres perſonas tria proſopa. Illud autem maluerunt dicere, quia fortaſſe ſecundum linguę ſuæ conſuetudinem aptius dicitur.

*Quòd in Trinitate non eſt diuerſitas, nec ſingularitas, uel ſolitudo, ſed vnitas, & trinitas, & diſtinctio, & identitas.*

IAm ſufficienter, vt puto, oſtenſum eſt, qua neceſſitate dicamus tres perſonas, & quare non ſimiliter tres deos, vel eſſentias, quia ſcilicet in altero obuiat ſcriptura, in altero diuerſitatis intelligentia: quia ibi nulla penitus eſt diuerſitas, ſicut nec ſingularitas, vel ſolitudo, ſed vnitas, & trinitas. Vnde Auguſtinus in libro octauo de Tri. † [†c. 4. to. 3.] ait. Humana inopia quærens quid diceret tria, dixit tres perſonas, vel ſubſtantias. Quibus nominibus, non diuerſitatem voluit intelligi, ſed ſingularitatem noluit, vt non ſolum ibi vnitas intelligatur, ex eo, quòd dicitur vna eſſentia, ſed trinitas ex eo, quòd dicuntur tres perſonæ. Hilarius quoque in libro octauo de Trinitate, † [† Prope finem.] ait. Dominus dicit, Qui me videt, videt & patrem. [† Ioan. 14.] Cum hoc dicitur, excluditur ſingularitas, atque vnici, ideſt ſolitarij intelligentia. Nam, nec ſolitarium ſermo ſignificat, & indifferentem tamen naturam profeſsio docet. Viſus eſt enim in filio pater, per naturæ vnitam ſimilitudinem. G Vnum ſunt enim natus, & generans: vnum ſunt, neque vnus. Non itaque ſolitarius filius eſt, nec ſingularis, nec diſpar. Item in eodem. Sicut in patre, & filio credere duos deos impium eſt, ita patrem, & filium ſingularem deū prædicare ſacrilegum eſt. Nihil in his nouum, nihil diuerſum, nihil alienum, nihil ſeparabile eſt. De hoc etiam Auguſtinus in libro queſtionum veteris, ac nouæ legis, ait. [† q. 122. to. 4.] H Vnus eſt deus, ſed non ſingularis. Item Ambroſius in libro de Fide, ait. [† 1. de Fide ad Gratianum ca. 2. to. 2.] Quod vnius eſt ſubſtantię ſeparari non poteſt: & ſi non ſit ſingularitatis, ſed vnitatis, deus vnus cum dicitur, nequaquam deitatis Trinitatem excludit. Et ideo, non quod ſingularitatis, ſed quod vnitatis eſt, prædicatur. Ecce ex prædictis oſtenditur, quia nec ſingularis, nec diuerſus, nec vnicus, I vel ſolitarius confitendus eſt deus, quia ſingularitas, vel ſolitudo, perſonarum pluralitatem excludit, & diuerſitas



Aliquid enim ſignificat abſolutū per modū abſoluti, vt Deus. aliquid relationem per modum relationis, vt pater. aliquid abſolutum per modum relationis, vt potētia generandi. & aliquid relatū per modum abſoluti, vt perſona. & hoc accidit inquantum relatio eſſentialiter eſt ipſa ſubſtantia diuina &c.

Articvlvs IIII.

*d Vtrum perſona prædicetur pluraliter in diuinis.* [†ybi ſupra.]

[1. p. q. 30. art. 1.] AD qvartum ſic proceditur. Videtur, quòd perſona non prædicetur pluraliter. Vt enim ex litera habetur eſſe tres perſonas eſt eſſe tria quædam: ſed non conceditur, quòd pater, & filius, & ſpirituſſanctus ſint tria, ſed vnum. ergo videtur, quòd non poſſint dici tres perſonę.

¶ 2 Præter. Perſona ſignificat exiſtens ſubſtantialiter in natura aliqua: ſed diſtinctio proprietatum non diuerſificat id, quod ſubſtantialiter eſt in natura aliqua. ergo videtur cum pater, & filius, & ſpirituſſanctus non diſtinguantur, niſi proprietatibus, quòd non poſſint dici tres perſonæ.

¶ 3 Item. Proprietates perſonales non magis ſubſtantialiter ſunt in Deo, quàm proprietates eſſentiales, vt, bonitas, ſapientia, & huiuſmodi: ſed proprietates eſſentiales non faciunt perſonas plures. ergo nec proprietates relatiuæ.

¶ 4 Præter. Sicut hoc nomen Deus, ſignificat habens naturam diuinam, ſic hoc nomen perſona ſignificat ſubſiſtens in diuina natura: ſed propter vnitatem diuinæ naturæ non poteſt dici, quòd ſint plures Dij, ergo quòd nec eadem ratione ſint plures perſonæ.

Contra eſt quod in litera dicitur, & quod communis vſus eccleſię habet.

[4. de trinit. c. 19.] ¶ Pręter. Hoc videtur per Ricar. qui dicit, timentes vbi nō eſt timor: recte timerent perſonas ſecūdum ſubſtantiam dici, ſi pſona tantum eſſe ſubſtantiale ſignificaret, nec aliquid conſignificaret, ratione cuius dicit, quòd multiplicantur perſonę.

Respondeo, Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, perſona dicit aliquid diſtinctum ſubſiſtens in natura intellectuali. Vnde vbicunque ponuntur aliqui diſtincti habentes naturam intellectualem, ponuntur plures perſonæ. Nec intereſt ad pluralitatem perſonarum: vtrum habeant eandem naturam, nec ne. Diuiſio enim naturæ in pluribus perſonis in hominibus accidit. Tum ex imperfectione naturæ humanæ, quæ non eſt ſuum eſſe: ſed accipit ipſum in ſuppoſito ſuo. Vnde in diuerſis ſuppoſitis eſt ſecundum diuerſum eſſe. Tum etiam ex modo diſtinctionis, quia perſonæ humanæ diſtinguuntur per materiam, quæ eſt pars eſſentiæ. Vnde oportet perſonam diſtinctam vnam eſſentiam non habere, quorum neutrum eſt in diuinis perſonis: vnde tres pſonę ſunt ſubſiſtētes in vna natura.

[7. de trinit. c. 6. to. 3. Ante med.] ¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Auguſt. accipit largo modo tria per tres: ſicut etiam Hilar. lib. de ſynod. dicens, quòd per ſubſtantiam ſunt tria: pſr conſonantiam vnum, accipiens ſubſtantiam pro hypoſtaſi. Vel dicendum, quòd non ſunt tria ſimpliciter, ſed tria quædam, ſcilicet tria ſuppoſita.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in creaturis diuerſitas proprietatum non facit plures perſonas, quia proprietas non eſt perſona ſubſiſtēs: ſed in diuinis proprietates ſunt ipſæ perſonę ſubſiſtentes, quia & paternitas eſt ipſe pater, & eſſe patrem, & eſſe Deum non eſt aliud, & aliud eſſe. Non enim eſt aliud eſſe patris, quod nō ſit eſſe filii: & ideo ad numerum proprietatum perſonalium, ſequitur numerus perſonarum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd proprietates eſſentiales etiam ſunt ſubſiſtentes: ſed tamen vna non habet rationem, quòd diſtinguatur ab alia ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum rationem, ſed proprietates relatiuæ habent hoc ex virtute oppoſitionis: Vnde ſicut pater eſt quid ſubſiſtens, ita & bonus: ſed pater, A & filius eſt alius, & alius ſubſiſtēns, ſed bonus, & ſapiēs eſt vnū & idem ſubſiſtens: vnde de ſingulis perſonis omnia iſta dicuntur: & ideo proprietates eſſentiales non faciunt numerum perſonarum, quia numerus ſequitur diſtinctionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nomina ſubſtantiua non recipiūt pluralitatē, [D. 927.] niſi ex multiplicatiōe formæ, a qua imponūtur: & quia deitas a qua imponit hoc nomen Deus, non multiplicatur: ideo nec etiam ipſum nomen, quod a tali forma imponit, ſed nomen perſonæ imponitur a forma perſonalitatis, quæ dicit rationem ſubſiſtēdi naturæ tali: & ideo vbi ſunt plures ſubſiſtentes, ſunt plures perſonalitates, & plures perſonæ.

Expositio textvs.

NOn eſt aliud deo eſſe &c. } Hoc non C dicitur ſolum quantum ad identitatem rei, quia ſic in Deo non eſt niſi vnum eſſe: ſed etiam ſecundum rationem, quia ex hoc ipſo, quòd habet eſſe ſubſiſtens in natura diuina, perſona in Deo dicitur. Iſtud tamen eſſe rationis, cuius cauſa per ſe conuenit eſt relatio, prout eſt ſubſiſtens diſtincta, cū nihil aliud tale poſſit poni in diuinis. Et ideo quantum ad modum ſignificandi, perſona eſt de ſubſtantialibus. Quantum vero ad, id quod nomine perſonæ in diuinis ſupponitur, pertinet ad relatiua. { Non aliud dicimus, quàm ſubſtantia patris. } Vt tamen nomine ſubſtantiæ non eſſentia, ſed hypoſtaſis intelligatur hic ſit ſenſus. Pater eſt eſſentia diuina. Hoc magiſter de ſuo addit, quia ex verbis Auguſt. expreſſe non habetur, & tamen quodammodo verum eſt, non ratione ſignificationis nominis, ſed ratione identitatis rei, quia in diuinis eſt idem hypoſtaſis, quod eſſentia ſecundum rem. { Non vt illud diceretur &c. } Videtur, quòd ſecundum hoc non proprie dici poſſunt tres perſonæ. Sed dicendum, quòd de Deo nihil proprie dici D poteſt ex verbis noſtris, quod diuinam veritatem perfecte exprimat, tamen per modum, quo alia de Deo dicimus, etiam hoc neceſſitate cogente, in vſum relationis venit, cum enim per ſcripturam canonicam traditum non inueniatur, non attentaſſent tali modo relationis vti, niſi neceſſitas coegiſſet. vnde neceſſitas magis eſt excuſatio preſumptionis, quàm falſitatis. { Verius enim cogitatur Deus &c. } Videtur falſum, quia multa de Deo dicimus ore, quæ corde non intelligimus, vt etiam infra per Chryſo. habetur. Sed dicendum, quòd quàmuis ad talia, quæ intellectum excedunt cor non perueniat intelligendo veritatem, tamen per fidem tenet, quam verbis perfecte exprimere non valet. [Chry. to. 4. hom. 2. c. 1.] Quomodo tamen aliquid verius dicitur, quàm intelligitur, vel econtrario, infra dicetur diſt. 39. [q. 1. art. 1.] { Quia ſcriptura non contradicit. } Hoc videtur nihil eſſe, quia ſimiliter ſcriptura non contradiceret, ſi diceremus vnam eſſe perſonam. Sed dicendum, quòd Auguſt. non aſſignat totam rationem. E quia hoc non eſt cauſa, quare proprie, & vere dici poſſit: ſed quare fidei pietati non repugnat, vt ſic loquamur proprietate ſignificationis obſeruata. { Timuit dicere tres eſſentias &c. } In eſſentia enim non intelligitur aliquid, per quod ad relationem trahi poſſit ſicut inuenitur diſtinctio per ſe. vnde pluralitas rerum non ſaluaretur in diſtinctione relationum: ſed exigeret diuiſionem in abſolutis. { Cum hoc dicitur, excluditur ſingularis &c. } Hil. ex authoritate inducta vult probare, & vnitatem eſſentiæ, & pluralitatem perſonarum. Ex hoc enim quòd pater ſeparatim a filio nominatur, intelligitur diſtinctio perſonarū. Et ideo dicit, quòd ex hoc excluditur intelligentia ſingularis, ſcilicet ne Deus ſingularis putetur, quaſi deitas in vno tantum ſuppoſito inueniatur. { Atque vnici. } quaſi non ſit conſortium diuinarum perſonarum per vnionem amoris. Vnitatem autem eſſentiæ probat conſequentia viſionis, quia qui videt filium, videt & patrem.

vnitatem eſſentiæ tollit. Diuerſitas inducit ſeparationem diuinitatis, ſingularitas adimit diſtinctionem Trinitatis. ideo Ambroſ. in ſecundo libro de Fide, † ait. Non eſt diuerſa, nec ſingularis æqualitas: nec iuxta Sabellianos patrem, filiumque confundens: nec iuxta Arrianos, patrem, filiumque ſe cernens. Pater enim, & filius diſtinctionem habent, ſeparationem vero non habent. Item in eodem. Pater, & filius diuinitate vnum ſunt, nec eſt ibi ſubſtantiæ differentia, nec vlla diuerſitas. Alioquin, quomodo vnum deum dicimus? diuerſitas enim plures facit. Conſtat ergo ex prędictis, quia in Trinitate nulla eſt diuerſitas: ſi tamen aliquando in ſcriptura inuenitur dictum tres diuerſę perſonæ, & huiuſmodi, diuerſas dicit diſtinctas.

*Quòd non debet dici Deus multiplex.*

B ET ſicut in Trinitate nō eſt diuerſitas, ita nec multiplicitas, & ideo non eſt dicendus deus multiplex, ſed trinus, & ſimplex. Vnde Ambroſius in primo libr. de Fide. † [† Lib. 1. de Fide. cap. 2. to. 2.] ait. Eſt in patre, & filio, non diſcrepans, ſed vna diuinitas, nec confuſum quod vnum eſt, nec multiplex eſſe poteſt, quod indifferens eſt. Multiplex itaque deus non eſt.

## DIVISIO TEXTVS.

POSITA diuiſione diuinorum nominum, & oſtenſo, quòd quædam pluraliter in diuinis prædicantur, & quædam ſingulariter tantum: inquirit Magiſter hic de nominibus ſignificantibus vnitatem, & pluralitatem qualiter in Deo accipiantur. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de ipſis nominibus ſignificantibus vnitatem, & pluralitatem ſecundum ſe. In ſecunda, oſtendit qualiter termini ſignificantes pluralitatẽ, poſſunt addi huic nomini perſona, ibi {Præter. Conſiderandum.} 25. diſtin. Prima in tres. In prima, mouet quęſtionem. In ſecunda, ſoluit eam, ibi: {Si diligenter præmiſſis.} In tertia, ſoluit quandam obiectionem, ibi: {Hic non eſt prætermittendum.} {Si diligenter &c.} Hic ſoluit quæſtionem. et circa hoc tria facit. Primo, ponit ſummam ſolutionis in generali. Secundo, ſpecificat quantum ad nomina ſignificantia vnitatem, ibi: {Cum enim dicitur vnus Deus.} Tertio, quantum ad nomina ſignificantia pluralitatem, ibi: {Item cum dicimus.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quid ſignificet hoc nomen vnus, quando termino eſſentiali adiungitur. Secundo, quid ſignificet, quãdo termino perſonali adiungitur, ibi: {Similiter cum dicitur &c.} {Item cum dicimus.} Hic oſtendit, quid ſignificent in diuinis nomina pertinentia ad pluralitatem. Et circa hoc tria facit. Quædam enim nomina pertinent ad pluralitatem, ſignificantia ipſam pluralitatem, quorum ſignificationem primo exprimit. Quædam vero ſignificant id, quod eſt principium pluralitatis, ſicut diſtinctio, & diſcretio, quorum ſignificationem ſecundo exponit, ibi: {Cum autem dicimus diſtinctæ.} Quædam vero eſt quaſi continens pluralitatem, ſicut hoc nomen Trinitas, quod eſt collectiuum perſonarum, cuius ſignificationem tertio explanat, ibi: {Cum vero dicitur Trinitas.} Circa primum duo facit. Primo, exponit nomina ſignificantia pluralitatem in communi, ſicut hoc nomen plures. Secũdo, nomina ſignificantia pluralitatem in ſpeciali, ibi: {Ita & cum dicimus &c.} Vbi primo exponit nomen pertinens ad ternarium perſonarum. Secũdo, nomen pertinens ad binarium, ibi: {Similiter cum dicimus duo ſunt pa.} Non enim alia ſpecies numeri in Deo inuenitur. {Cum autem dicimus.} Hic exponit nomina ſignificãtia id, quod eſt principium pluralitatis. Et primo, nomen diſtinctionis. Secundo, nomen diſcretionis, ibi: {Ita etiam cum dicuntur &c.}

## DISTIN. XXIIII.

A

*Quid ſignificetur his nominibus, unus uel una, duo uel duæ, tres uel tria, trinus uel trinitas, plures uel pluralitas, diſtinctio uel diſtinctæ, cum his utimur de Deo loquentes.*

HIc diligenter inquiri oportet, cum in Trinitate non ſit diuerſitas, vel ſingularitas, nec multiplicitas, vel ſolitudo, quid ſignificetur his nominibus, ſcilicet, vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, diſtinctæ vel diſtinctio, cum dicitur vnus Deus, duę perſonę vel tres perſonæ, plures perſonę, diſtinctæ ſunt perſonæ, vel cum dicitur: diſtinctio perſonarum, pluralitas perſonarum, trinitas perſonarum, & huiuſmodi. Videmur enim hoc dicẽtes, numerorum quantitates, & rerum multitudinem, vel multiplicitatem in Deo ponere. Quid ergo iſta ibi ſignificent, ipſo de quo loquimur aperiente, inſinuare curemus.

*Magis illa dicuntur ad excludendum ea, quæ non ſunt in Deo, quàm ad ponendum aliqua.*

C

SI diligenter præmiſsis authoritatum verbis, intendimus, vt dictorum intelligentiam capiamus, magis videtur horum verborum vſus, introductus ratione remouendi, atque excludendi a ſimplicitate deitatis, quę ibi non ſunt, quàm ponendi aliqua.

*a Quid per unum ſignificetur, cum dicitur, unus Deus.*

G CVm enim dicitur, vnus deus, multitudo deorum excluditur: nec numeri quantitas in diuinitate ponitur, tanquam diceretur, Deus eſt, nec multi ſunt, vel plures dij. Vnde Ambroſ. in libro de Fide, † ait. Cum vnum dicimus deum, vnitas excludit numerum deorum, nec quantitatem in deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi eſt. [† Lib. 1. c. 2. to. 2.]

*Quo ſenſu dicitur, unus eſt pater, uel unus eſt filius.*

H SImiliter cum dicitur: vnus eſt pater, vel vnus eſt filius, & huiuſmodi, ratio dicti hæc eſt, quia non ſunt multi patres vel multi filij, ita & de ſimilibus. Item cum dicimus plures eſſe perſonas, ſingularitatem, atque ſolitudinem excludimus, nec diuerſitatem, nec multiplicitatẽ ibi ponimus, quaſi diceretur. Sine ſolitudine, ac ſingularitate perſonas confitemur. Vnde

I Hilarius in quarto † libro de Trinitate ſic ait. Dixit deus, † Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtram. Quæro nunc, an ſolum deum ſibi locutum exiſtimes, an hunc ſermonem eius intelligas ad alterum extitiſſe? Si ſolum fuiſſe dicis, ipſius voce argueris di- [† Parũ ante medium. † Gen. 1.]

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur duo.

F Primo. De nominibus ſignificantibus vnitatem, & pluralitatem in diuinis.

Secundo. De nominibus ſignificantibus ea, quæ ſunt pluralitati annexa.

Circa primum quęrũtur quatuor.

Primo. Vtrũ vnitas ſit in diuinis, vt Deus vere vnus dici poſſit.

Secundo. Vtrum ſit ibi aliquis numerus.

Tertio. Si vtrunque eſt ibi: vtrum nomina ſignificãtia vnitatem, & pluralitatem prædicent aliquid poſitiue ĩ Deo, vel tantum remouẽdo, vt in litera dicitur.

Quarto. Si ponũt aliquid aliquo modo. quid ſignificent: vtrum eſſentiam, vel notionem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrũ Deus poſſit dici unus.*

AD PRIMUM ſic proceditur. Videtur, quòd Deus nõ poſſit dici vnus. Principium enim determinatũ alicuius generis, nõ inuenitur niſi in habẽtibus naturam illius generis, ſicut anima non inuenitur niſi in rebus viuentibus: ſed vnitas eſt in genere quãtitatis ſicut principium, ſicut & punctus. ergo cum quantitas non ſit in Deo, videtur, quòd nec vnitas. [1. p. q. 11. ar. 3. & 1. d. q. 2. ar. 1. Et 1. cõt. c. 43.]

¶ 2 Præter, Secundum Boetium, vnitas eſt potẽtia omnis numerus; vnde omnes paſſiones numerorum inueniuntur vnitæ in vnitate; ſed in Deo non eſt aliqua potẽtia ad multitudinem numeri. ergo videtur, quòd non ſit ibi vnitas. [In Arith. c. 7.]

K ¶ 3 Pręter. nihil poteſt dici vnum, niſi quod eſt in ſe terminatum, & diſtinctum ab aliis; vnde vnitas conſequitur actum formæ terminantis; ſed Deus non poteſt dici in ſe terminatus: nihil enim eſt terminatam, niſi cuius eſſentiam termini circumplectuntur, quod Deo non competit. ergo videtur, quòd non poſſit dici vnus.

¶ 4 Præter, Omne quod eſt vnum, eſt connumerabile alteri, ſed Deus non eſt connumerabilis alicui creaturæ, tũ quia creatura, & Deus in nullo modo conueniunt, quia hoc eſſet prius vtroque, nec inueniuntur aliqua connumerari, niſi quæ in aliquo conueniunt, ſicut dicimus duos homines, vel duo equos: tum quia quod alteri connumeratur eſt pars pluralitatis reſultantis, & exceditur ab ea, quod Deo non competit. ergo Deus non poteſt dici vnus.

CONTRA.



centis, faciamus, & noſtram. Suſtulit. n. ſingularitatis ac ſolitudinis intelligẽtiam profeſſio conſortij: quia aliquod cõſortium eſſe non poteſt ipſi ſolitario, neque ſolitudo ſolitarij, recipit faciamus, nec alieno a ſe, diceret noſtram. Attende lector his verbis, & vide: quia nomine cõſortij pluralitatem ſignificauit. Profeſsio ergo cõſortij, eſt profeſsio pluralitatis: quam profeſſus eſt dicens, Faciamus, & noſtram: pluraliter enim vtrũque dicitur. Sed hac profeſsione pluralitatis, nõ diuerſitatem vel multitudinẽ poſuit, ſed ſolitudinem & ſingularitatem negauit. Sic ergo cum dicimus plures perſonas, vel pluralitatem perſonarum: ſingularitatis & ſolitudinis intelligentiam excludimus.

*d Quid per ternarium ſignificetur cum dicitur, tres perſonæ.*

ITa etiã cum dicimus tres perſonas, nomine ternarij, non quantitatẽ numeri in deo ponimus, vel aliquam diuerſitatem, ſed intelligentiam, nõ ad alium niſi ad patrem & filiũ & ſpiritumſanctum dirigendã ſignificamus: vt ſit huius dicti intelligẽtia. Tres perſonę ſunt: vel tres ſunt pater, & filius, & ſpirituſſanctus. i. nec tãtum pater, nec tantum filius, nec tantũ pater & filius ĩ deitate ſunt, ſed etiam ſpirituſſanctus, & nõ alius ab his. Similiter non tantum eſt ibi hęc perſona, vel illa, vel hæc & illa: ſed hæc & illa & illa & non alia. Et hoc fore ita intelligendum † Aug. ſatis oſtẽdit vbi dicit: quòd illo nomi-

B ne, non diuerſitatem intelligi voluit, ſed ſingularitatẽ noluit. [† 7. de trin. c. 4. to. 3.]

*Quid per duo cum dicitur: duæ perſonæ, vel pater & filius duo ſunt.*

SImiliter cum dicitur duo ſunt, pater, & filius: non dualitatis quantitatem ibi ponimus: ſed hoc ſignificamus, quòd non eſt tantum pater, nec tantũ filius, ſed pater & filius: & hic non eſt

C ille, ita & de aliis huiuſmodi. Ita etiam cum dicimus: pater & filius ſunt duæ perſonæ, hoc ſignificamus, quòd non tãtum pater eſt perſona: nec tantum filius eſt perſona: ſed pater eſt perſona, & filius eſt perſona: & hęc non eſt illa.

*Ex quo ſenſu dicitur in perſonis diſtinctio vel perſonæ diſtinctæ.*

B

D CVm autem dicimus diſtinctæ ſunt perſonæ vel diſtinctio eſt in perſonis, confuſionem atque permiſtionem excludimus, & hãc non eſſe illã ſignificamus. Cũq;

CONTRA eſt; quod dicitur Deut. 6. Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.

¶ Præt. Secundum philoſophum: illud quo menſurantur omnia quæ ſunt alicuius generis, eſt vnum illius generis: ſed Deus eſt primum, quo menſurantur omnes ſubſtantię: vt dicit Commen. in 10 meta. ergo videtur, quòd ſit vnum in genere ſubſtantiæ. [10. met. tex. 4.] [Tex. cõ. 7.]

RESPONDEO, Dicendum, quòd Deus ſumme, & veriſſime vnus eſt. Secundum enim quòd aliquid ſe habet ad indiuiſionem, ita ſe habet ad vnitatem, quia ſecũdum philoſophũ, ens dicitur vnum, in eo quod non diuiditur. Et ideo illa, quæ ſunt indiuiſa per ſe, verius ſunt vnum, quàm illa, quæ ſunt indiuiſa per accidens, ſicut albus, & ſor. quę ſunt vnum per accidens. Et inter illa, quę sũt vnum per ſe, verius ſunt vnũ, quæ ſunt indiuiſa ſimpliciter quàm quę ſunt indiuiſa reſpectu alicuius vel generis, vel ſpeciei, vel proportionis: vnde etiam non dicuntur ſimpliciter vnum, ſed vnum, vel in genere, vel in ſpecie, vel proportione: & quod eſt ſimpliciter indiuiſum dicitur ſimpliciter vnũ, quod eſt vnum numero. Sed in iſtis etiam inuenitur aliquis gradus. Aliquid enim eſt, quod quàmuis ſit indiuiſum in actu, eſt tamen diuiſibile potẽtia, vel diuiſione quantitatis, vel diuiſione eſſentiali, vel ſecundum vtrumque. Diuiſione quantitatis, ſicut quod eſt vnum continuitate. diuiſione eſſentiali, ſicut in compoſitis ex forma & materia: vel ex eſſe, & quod eſt. diuiſione ſecundum vtrunque, ſicut in naturalibus corporibus. Et quòd aliqua horum non diuidantur in actu eſt, ex aliquo in eis præter naturam compoſitionis, vel diuiſionis, ſicut patet in corpore cœli, & huiuſmodi, quàmuis non ſint diuiſibilia actu, ſunt tamen diuiſibilia intellectu. Aliquid vero eſt, quod eſt indiuiſibile actu & potẽtia, & hoc multiplex eſt. Quoddam enim habet in ſui ratione, aliquid pręter rationem indiuiſibilitatis, vt punctum, quod præter indiuiſionem importat ſitum. Aliquid vero eſt, quod nihil aliud importat, ſed eſt ipſa ſua indiuiſibilitas, vt vnitas, quæ eſt principium numeri, & tamen inhęret alicui, quod non eſt ipſamet vnitas, ſcilicet ſubiecto ſuo. Vnde patet, quòd illud in quo nulla eſt compoſitio partium, nulla dimenſionis continuitas, nulla accidentium varietas, nulli inhærens, ſumme & vere vnum eſt, vt concludit Boet. Et inde eſt, quòd ſua vnitas eſt principium omnis vnitatis. & menſura omnis rei. Quia illud quod eſt maximum, eſt principium in quolibet genere, ſicut maxime calidum omnis calidi, vt dicitur ſecundo metaphyſ. & illud quod eſt ſimpliciſſimum, eſt menſura in quolibet genere. vt 10. metaphyſic. dicitur. [5. Metaph. tex. 8.] [de vnita. & vno. c. 1.] [Tex. 4.] [Tex. 3.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnum dupliciter dicitur. Eſt enim vnum quod cõuertitur cum ente, & eſt vnum quod eſt principium numeri. loquendo de vno, quod conuer-

A titur cum ente, non eſt determinatum ad genus quantitatis, immo inuenitur in omnibus entibus. & ſicut Deus eſt ens, non aliquo eſſe, quod non ſit ipſe, ita etiam eſt vnus, non aliqua vnitate, quę non ſit ipſe, ſed per eſſentiam ſuam, & ideo maxime vnum eſt. Loquendo autem de vno, quod eſt principium numeri, non poteſt trãſumi in diuinam prædicationem, quãtum ad genus ſuum, quod eſt quantitas, ſed quantum ad differentiam ſuam, quę ad perfectionem pertinet, ſicut indiuiſibilitas, & prima ratio menſurandi, vel aliquid huiuſmodi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum Auicen. vnitas & numerus, quæ cõſiderat arithmeticus non ſunt illa vnitas, & multitudo, quæ inueniuntur in omnibus entibus, ſed ſolum ſecundum quod inueniuntur in rebus materialibus, ſecundum quod pluralitas cauſatur ex diuiſione continui. ex hoc enim poſſunt inueniri omnes illę paſſiones in numeris, quæ arithmetici demonſtrant, ſicut multiplicatio, & aggregatio, & huiuſmodi, quæ fundantur ſupra diuiſionẽ infinitam continui. Vnde, eſt infinitas in numero, ſecundum philoſophum in 3. phyſico. & ideo etiam talis vnitas eſt potentia omnis numerus. Nihilominus tamen, intelligendum eſt, quòd in Deo eſt omnis numerus ſecũdum potentiam, nõ quidem paſſiuam, ſed actiuã, ſecundum quod ipſe velut omniũ cauſa, præaccepit in ſe omnium numerum, ſecundum Dio. prout omnia in ipſo dicuntur eſſe, ſicut in principio efficiente, & exemplari, ſed ſic non procedit obiectio. [Tract. 3. meta. c. 5.] [Tex. 55.] [c. 5. de diui. nomi.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus eſt aliquid determinatum in ſe, aliàs non poſſent de ipſo negari conditiones aliorum entium. nec dicitur determinatum ens, quia aliquo termino finitus ſit, ſed quia per excellentiam ſui eſſe, quod eſt ſimpliciſſimum, additionem non recipiens, ab omnibus aliis diſtinguitur.

E ¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis Deus, & creatura non conueniant in aliquo vno, ſecundum aliquem modum conuenientiæ, tamen eſt conſiderare communitatem analogiæ inter Deum, & creaturam, ſecundum quod creaturæ imitantur ipſum prout poſſunt. Vnde aliquo modo poteſt connumerari aliis rebus, vt dicatur, quòd Deus, & angelus ſunt duæ res: non tamen ſimpliciter, & proprie, ſicut creaturæ adinuicem connumerantur, quæ vniuoce in aliquo vno conueniunt. Et ex hoc non ſequitur, quòd Deus ſit pars alicuius. vel quòd Deus, & angelus ſint aliquid maius quàm Deus, ſed quòd ſint plures res.

ARTIC.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum in Deo ſit aliquis numerus.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſit aliquis numerꝰ. Sicut enim dicit Boe. lib. de tri. [1.de tri. c.3] Hoc vere vnum eſt, in quo eſt nullus numerꝰ, & loquitur de deo, qui ſumme vnū eſt. ergo videtur, q̄ non ſit in eo aliquis numerus.

addimus: diſtinctę ſunt perſonæ proprietatibus, ſiue differentes proprietatibus: aliam eſſe hanc perſonam, & aliam illam ſuis proprietatibus ſignificamus. *a* Et cum dicimus: aliam & aliam, non diuerſitatē, vel alienationem ibi ponimus,

¶ 2 Præt. Secundum Iſido. [Iſid. 3. Ethimo. c. 5.] numerus dicitur quaſi vnicus merus, ſcilicet diuiſionis: ſed in Deo non eſt diuiſio. ergo nec numerus. G

¶ 3 Item. Vbi inuenitur numerus, & paſſiones numeri: ſed aggregatio, & multitudo, & huiuſmodi quæ ſunt paſſiones numeri, non inueniuntur in Deo. ergo nec numerus.

¶ 4. Præt. Numerus eſt multitudo menſurata per vnum, vt dicitur. 10. Meta. [Tex. 20. & 25.] ſed Deus eſt menſura, non menſurata, ſed omnia menſurans. ergo videtur, quòd numerus in diuinis, non competat.

CONTRA, eſt quod habetur. 1. Io. 5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant &c. ſed tres dicit aliquem numerum. ergo videtur, quòd ibi ſit numerus.

¶ Præt. Vbicunque eſt diſtinctio, vel diſcretio ibi eſt aliquis numerus: ſed dicimus diuinas perſonas eſſe diſcretas vel diſtinctas. ergo in diuinis perſonis eſt numerus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut ratio vnitatis cōſiſtit in indiuiſione, ita & ratio numeri, vel multitudinis conſiſtit in diuiſione, vel diſtinctione aliqua. H Vnde ea, quæ inuenimus diuiſa ſimpliciter, dicimus eſſe multa ſimpliciter, & quæ inuenimus diuiſa ſecundum quid, dicimus eſſe multa, ſecundum quid. Diuiſio autem ſimpliciter attenditur, vel ſecundum eſſentiam ſiue formam, vel ſecundum quātitatem ſeu materiam: vnde ea, quæ differunt ſecundum eſſentiam, dicimus eſſe multa, vt hominem, & lapidem, & ſimiliter duas partes lineæ, iam diuiſæ dicimus duas lineas. Diuiſio autem ſecundum quid. eſt quę attenditur ſecundum proprietates rei, ſicut dicimus hominem album eſſe alium, & diſtinctum a ſe nigro, & ad huc magis ſecundum quid in illis, in quibus attenditur diuerſitas relationum, ſecundum rationem tantum, ſicut punctus ſi diceretur multiplex, ſecundum quod eſt principium plurium linearum. Sciendum eſt igitur, quòd in diuinis non eſt numerus ſimplex, qui eſt per diuiſionem eſſentię, vel quantitatis, ſed eſt numerus quidam, ſcilicet numerus relationum, non tamen relationum exiſtentium in Deo ſecundum rationem tantum, ſed I realiter in ipſo ſubſiſtentium. Vnde numerus diuinarum perſonarum eſt medius inter numerum, qui eſt numerus ſimpliciter, & numerum, qui eſt in relatione tantum, ſicut punctus dicitur multiplex, ſecundum rationem tantum. Eſt enim minus de ratione numeri, in numero perſonarum, quàm in numero ſimpliciter, & plus quàm in numero, qui eſt ſecūdum rationem tantum. Si autem comparemus numerum perſonarum ad numerum proprietatum abſolutarum, qui eſt in creaturis, habebūt ſe ſicut excedentia & exceſſa. Si enim attendatur ratio diſtinctionis inuenitur maior diſtinctio, in proprietatibus abſolutis creaturarum, quàm in diuinis perſonis, quia color, & ſapor diſtinguuntur ſecundum aliud & aliud eſſe accidentale, ſed in diuinis perſonis eſt vnum & idem eſſe trium perſonarum. Si autem conſideretur perfectio diſtinctorum, ſic numerus perſonarum excedit, quia relationes in diuinis ſunt ſubſiſtentes perſonæ. Vnde ad numerum relationum, ſequitur numerus perſonarum, non autem ad numerum proprietatum in creaturis, K quia proprietates in creaturis, non ſunt ſubſiſtentes, ſed tantum inhærentes.

[Vbi ſup.] ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd Boet. loquitur de vnitate eſſentiali, & in eſſentia nullus numerus cadit: ſed tantum in perſonis, qui etiam non eſt numerus abſolute, ſed numerus quidam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis diuiſio, non ſit proprie in Deo; tamen ibi eſt perſonarum diſtinctio, quę ſufficit ad rationem talis numeri, qualis in Deo, ponitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aggregatio, & huiuſmodi ſunt paſſiones numeri, qui conſequitur diuiſionem continui, vt Aui. [Tract. 3. meta. c.5.] dicit, & hunc numerum conſtat in Deo non eſſe.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in numero abſoluto, pluralitas habet quandam compoſitionem, & aggregationem, quæ eſt mi- F nus certa, quàm vnum quod eſt principium ipſius: & ideo non ſolum quantum ad intellectum, ſed etiam quantum ad rem, eſt menſurabilitas multitudinis talis per vnitatem. Sed in numero relationum, vel perſonarum, non eſt aliquis ordo certitudinis, vel compoſitionis in re, & ideo numerus in Deo, non eſt multitudo menſurata, niſi forte ſecundū acceptionem intellectus tantum, qui cōponit etiam quæ cōpoſita non ſunt, ſecundum quod diuerſa ex eis intelligit, ſecūdum quod etiam ꝓpoſitiones affirmatiuas, in diuinis format.

ſed confuſionem Sabellianam excludimus.

*Quomodo ibi accipiatur diſcretio.*

ITA & cum dicuntur diſcretæ perſonæ, vel cū dicitur, diſcretio in ꝑ-

ARTICVLVS. III.

*c Vtrum unitas, & numerus ponant aliquid in diuinis, uel remoueant.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd vnitas & numerus, aliquid ponant in diuinis, & non dicantur ſecundum remotionem tantum. [1. p. q.30. artic. 3. & quodl.19. ar.1.] Si enim per vnum remouetur aliquid, non remouetur niſi pluralitas, & ſimiliter ſi per pluralitatem remouetur aliquid, non remouetur niſi vnitas. Si ergo vtrunque dicatur per remotionem, tunc vtrunque non erit niſi remotio remotionis, ſed priuatio priuationis nihil eſt niſi ſecundum intellectum, qui poteſt ſic multiplicari in infinitum, ſicut dicit Auicen. [3. Tract. meta. c.6.] ergo ſecundum hoc, numerus & vnitas non eſſent realiter in Deo, ſed in ratione intelligentis tantum, & ſic non poſſent dici plures perſonę, nec plures rationes, quod videtur hæreticum.

¶ 2 Præt. Omnis priuatio, vel negatio diffinitur per poſitionem. ſi igitur vnitas priuat multitudinem, vel numerum, in diffinitione vnitatis cadit numerus, vel multitudo.

¶ 3 Item. Cum multitudo dicatur per remotionem vnitatis oportet, quòd in diffinitione eius ponatur vnitas, & ita erit circulus in diffinitione, quod non poteſt eſſe, quia ſic idem erit prius, & poſterius, notius & minus notum.

¶ 4 Prętę. Si vnum dicatur ſecundum negationem, dicetur per negationem diuiſionis, vt dicit philoſophus. [5. meta. tex.17.] quòd vnum [eſt], quod non diuiditur: ſed diuiſio videtur in intellectu ſuo habere multitudinem, quia omne diuiſum eſt multiplicatum. ergo in diffinitione vnitatis cadit multitudo, nec vnquam poteſt diffiniri multitudo, niſi accipiatur in diffinitione eius vnitas. ergo videtur, quòd erit circulus, vt prius.

¶ 5 Præte. Priuatio, nunquam conſtituit habitum, nec econuerſo, & ſimiliter nec affirmatio negationem, nec vnum contrariorum alterum: ſed multitudo conſtituitur ex vnitatibus. ergo videtur, quòd vnitas, non priuet multitudinem, nec econuerſo.

¶ 6 Item. Quicquid dicitur de Deo, & creatura nobiliori modo eſt in Deo, quàm ſit in creatura, ſed numerus, & vnitas in creaturis, non ſunt per modum remotionis tantum, ſed per modum poſitionis, cum numerus ſit quædam ſpecies quantitatis, & vnitas principium illius, & iterum cum ſe habeant ſicut menſura, & menſuratum. ergo cum nobilius ſit eſſe, quàm non eſſe. videtur etiam quòd in Deo, poſitiue aliquid prędicent.

CONTRA. Secundum Philoſophum, vnum opponitur [10. meta. tex.8.] multitudini, ſicut priuatio habitui: ſed priuatio non prædicat aliquid poſitiue. ergo nec vnum: ſed ex vnitatibus conſtituitur numerus. ergo nec numerus, aliquid poſitiue prædicat.

¶ Præt. Philoſophus dicit, quòd vnum dicitur ex eo, quòd non [5. meta. tex.8.] diuiditur: ſed hoc eſt negatio tantum. ergo videtur, quòd vnum nil poſitiue prędicet, & eadem ratione nec numerus ex vnitatibus conſtitutus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd de quidditate vnitatis inuenitur diuerſitas, & inter philoſophos, & inter magiſtros. Auic. enim dicit, [3. Tract. meta. c.6.] quòd vnum quod conuertitur cum ente eſt idem quod vnum, quod eſt principium numeri, & multitudo, quæ eſt numerus eſt, idem quod multitudo, quæ diuidit ens, & ſic vult, quòd vtrunque aliquid poſitiue addat ſupra ea, quibus adiungitur, eo quòd in vno intelligitur eſſe non ſolum, ſicut in ſubiecto, ſed ſicut illud quod clauditur in intellectu ſuo. Vnde vnum, eſt quoddam eſſe, quod non diuiditur. Et iſtud eſſe non dicit, quòd ſit eſſe ſubſtantiæ, quia ſic non inueniretur in accidentibus vnitas, & numerus. Nec etiam eſt eſſe commune ad ſubſtantiam, & ad accidens, quia ſic inueniretur aliquis numerus, qui non eſſet accidens. Sed dicit, quòd eſt eſſe accidentis,



dentis, & per illud eſſe adueniens poſt eſſe completum ſubſtantiæ dicitur ſubſtantia vna: ſicut per eſſe albedinis dicitur eſſe ſubſtantia alba: & inde probat quòd numerus eſt accidens tantum. Et ſecundum hoc, vnitas] dicit intentionem accidentalem, & ex aggregatione talium intentionum efficitur numerus, qui eſt ſpecies quantitatis. Et hanc poſitionem ſequentes, quidam theologi, dicunt, quòd vnitas, & numerus transferūt in diuinam prędicationem, non quantum ad eſſe accidentis, vel quantitatis, ſed quantum ad rationem propriam vnitatis, vel numeri: & ita poſitiue, aliquid in Deo prædicant, ſicut ſcientia, & bonitas, & alia, quæ ſic de Deo dicuntur. Alij Philoſophi, ſcilicet Ariſt. & [1. Meta. Tex. 7. & to.8.] Auer. dicunt, quòd vnum & multa quæ diuidunt ens, non ſunt B idem cum vno, quod eſt principium numeri, & cum multitudine, quæ eſt ſpecies quantitatis. Et hoc rationabile eſt. Non enim conuenit, aliquid contentum ſub inferiori, eſſe differentiam ſuperioris, ſicut rationale non eſt differentia ſubſtantiæ. vnde nec multitudo, quæ eſt ſub quantitate poteſt eſſe differentia entis ſimpliciter. Dicunt ergo, quòd vnum quod conuertitur, cum ente nihil poſitiue addit ad id cui adiungitur. eo quòd res, non dicitur eſſe vna per aliquam diſpoſitionem additam, quia ſic eſſet abire in infinitum, ſi iſta etiam diſpoſitio cū ſit vna per aliquam aliam vnitatem vna eſſet. Vnde dicūt, quòd vnum claudit in intellectu ſuo ens commune. & addit ratio- [D. 79] nem [d] priuationis, vel negationis cuiuſdam ſuper ens, ideſt, indiuiſionis. Vnde ens, & vnum conuertuntur ſicut quæ ſunt idem re, & differunt per rationem tantum, ſecundum quod vnum addit negationem ſuper ens. Vnde, ſi conſideretur ratio vnius, quantum ad id quod addit ſupra ens, non dicit niſi ne- C gationem tantum. Et eadem ratione multitudo, non addit ſupra res multas, niſi rationem quandam, ſcilicet diuiſionis. Si- enim vnum dicitur ex eo, quòd non diuiditur, ita multa dicuntur ex eo, quòd diuiduntur.

ſonis eſſe, eandem intelligentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur diſtinctio, quo diſcretio. Et congrue dicitur ibi eſſe diſcretio, vel diſtinctio, non diuerſitas, vel diuiſio ſiue ſeparatio. Vnde † Ambroſ. in libro primo de Trinit. Non eſt

¶ Prima autē ratio diuiſionis, ſecundum quam aliquid ab aliquo diſtinguitur eſt in affirmatione, & negatione: & ideo multitudo dicit in ratione ſua negationem, ſecundum ſcilicet, quod multa ſunt, quorum vnum non eſt alterum, & huiuſmodi diuiſionis, hoc modo acceptæ in ratione multitudinis negatio importatur in ratione vnius. Et ſic accepta, vnum & multa ſunt de primis differentiis entis, ſecundum quod ens diuiditur in vnum & multa, & in actum & in potentiam. Vnde ſic accepta, nōn determinantur ad aliquod genus. & ſic hæc multitudo ſic accepta, non eſt numerus, qui eſt ſpecies quantitatis, nec hoc vnum ſic acceptum, eſt vnum quod eſt principium numeri, ſed ſecundum prædictos Philoſophos Ariſtote. Auerro. D [5. meta. tex.c.12. & Aui. 2. Tra. 3. met. c.5.] & Auicen. vnum ſecundum quod eſt principium numeri ponit aliquid additum ad eſſe, ſcilicet eſſe menſuræ. Cuius ratio primo inuenitur in vnitate, & deinde conſequenter in aliis numeris, & deinceps de quantitatibus continuis. & deinde tranſlatum eſt, hoc nomen ad alia omnia genera, vt dicit Philoſophus. 10. Metaph. [Tex. 8.] Quidam vero medium inter vtrunque tenent, conſentientes Ariſtote. in hoc, quòd vnum quod conuertitur cum ente, non addit aliquid poſitiue ſupra id cui adiungitur. Auicen. [Tract. 3. meta. c. 6.] vero in hoc, quòd dicit vnum, ſecundum quod eſt principium numeri, & ſecundum quòd conuertitur cum ente eſſe idem, & non differre niſi ratione, & ſic ſecundum eos non additur aliquid poſitiue, ſupra id cui adiungitur. Ratio autem eorum, quòd vnum vtroque modo differat tantum ratione eſt. Cum enim vnum ſequatur actum formæ diſtinguentis, ex hoc quòd forma dat eſſe, habet vnum, quod conuertitur cum ente. ſed ex ſecundo actu formæ, qui eſt diſtinguere ab E aliis habet, quòd ſit principium numeri, & quòd computetur in genere accidentis, quia iſta diſtinctio, ſecundum rationem ſequitur eſſe completum. Sed hoc non poteſt ſtare: quia ſi vnitas, quæ eſt principium numeri, dicatur ſecundum rationem priuationis, tunc non erit aliquid niſi in anima, ita etiam nec numerus, cuius eſt principium. vnde non poſſet eſſe ſpecies in aliquo genere. Eſt ergo differentia inter duas opiniones primas, quia prima non diſtinguit inter vnum & multa, prout ſunt in genere quantitatis, & prout ſunt primæ differentiæ entis. [Paulo ſup.] Secunda autem opinio diſtinguit, vt dictum eſt. & hanc credo eſſe veriorem. Dico ergo ſecundum hanc, quòd numerus, & vnitas, ſecundum quod ſunt in genere quantitatis, non inueniuntur, niſi in quibus inuenitur commenſuratio quantitatis. [10. meta. tex.2.] vnde inuenitur tantum in rebus habentibus quantitatem continuam. vnde Philoſophus dicit, quòd numerum cognoſcimus diuiſione continui. [Tract. 3. met. c.5.] Et hic tantum numerus eſt ſubiectum arithmetici, vt etiam Auicen. dicit. Vnde iſte nu- A merus, & vnitas non venit in diuinam prædicationem, ſed tantum vnum & multitudo, ſecundum quod ſunt de illis quæ conſequuntur vniuerſaliter ens. Et ita huiuſmodi termini nihil addunt in diuinis, ſecundum rationem ſupra id de quo dicuntur, niſi rationem negationis tantum, ſecundum quod Magiſter dicit in litera.

ibi eſſe diſcretio, vel diſtinctio, non diuerſitas, vel diuiſio ſiue ſeparatio. Vnde † Ambroſ. in libro primo de Trinit. Non eſt

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd in multitudine negatio eſt, ſecūdum q̄d [†Ambr. 1. de trin. c.2. to.2.] vna res diſtinguitur ab alia per negationem: vnde in multitudine eſt negatio, vel priuatio realis, ſecundum quod vna res non dicitur eſſe alia: & huiuſmodi diſtinctionem per negationem, negat negatio importata in ratione vnitatis: vnde dico, quò negatio iſta, in qua perficitur ratio vnitatis, non eſt niſi negatio rationis tantum. Omnis enim reſpectus qui eſt entis ad negationem, vel ad non ens, non eſt niſi rationis. Vnde relatio, qua refertur ens ad non ens, non eſt niſi tantum in ratione: & ſimiliter priuatio, qua de ente negatur non ens eſt in ratione tantum, vt priuatio priuationis, vel negatio negationis. Et ſic patet, quòd non ponimus diſtinctionem in diuinis perſonis ſecundum rationem tantum, quia dicimus, quòd vna perſona realiter non eſt alia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd vt ex prædictis patet, vnum [In corp. ar.] non importat negationem, niſi in ratione. Vnde, ſecūdum rem magis ſe habet ad poſitionem quàm multitudo, in qua importatur realis [d] negatio, ſecundum quam res a re diſtinguitur. [D. 546] Et ideo vnum in intellectu eſt prius quàm multitudo, quàmuis ſecundum ſenſum, vel imaginationem ſit econuerſo, vt dicit Philoſophus: [10. meta. tex.9.] quia ſic cōpoſita priora ſunt ſimplicibus, & diuiſa indiuiſis: & ideo in diffinitione vnius, non cadit multitudo, ſed illud quod eſt prius ſecundum intellectum vnitate. Primum enim quod cadit in appræhenſione intellectus eſt ens, & non ens, & iſta ſufficiunt ad diffinitionem vnius, ſecūdum quod intelligimus vnum eſſe ens, in quo non eſt diſtinctio per ens, & non ens: & hęc ſcilicet diſtincta per ens, & non ens, non habent rationem multitudinis, niſi poſtquàm intellectus vtrique attribuit intentionem vnitatis, & tunc diffinit multitudinem id, quod eſt ex vnis, quorum vnum non eſt alterum, & ſic in diffinitione multitudinis cadit vnitas, licet non econuerſo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc eſt vera diffinitio vnius, vnum eſt ens quod non diuiditur: quàmuis Auic. nitatur eam [Tract. 3. meta. c.6.] improbare ratione inducta. Eſt enim duplex diuiſio, ſcilicet diuiſio ſecundum quantitatem: & talis diuiſio conſequitur rationem multitudinis, eo quòd rationem multitudinis communiter acceptæ, ſequitur ratio numeri, prout eſt ſpecies quantitatis, ſecundum quod addit rationem menſuræ: vnde dicit Philoſophus decimo metaph. [Tex. 10.] quòd numerus eſt multitudo menſurata per vnum, & rationem numeri ſequitur intellectus diuiſionis continui. Ratio enim diuiſionis, & quantitatis, & menſuræ ſecundum Commen. 10. Metaph. [Tex. c.2.] prius inuenitur in quantitate diſcreta, quàm in quantitate continua: & talis diuiſio non ponitur in diffinitione vnius, quod conuertitur cum ente. Eſt etiam quædam diuiſio ſecundum formam, vel eſſentiam, ſecundum quod vna res per formam ſuam diuiditur ab alia. & iſta diuiſio primo inuenitur in affirmatione, & negatione, quæ ſecundum intellectum præcedit rationem vnius, vt dictum eſt: [In reſponſ. ad primū.] & ſic patet, quòd non erit circulus in diffinitione.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vnum dupliciter dicitur, ſcilicet quod eſt principium numeri, & quod conuertitur cum ente. Loquendo de vno, quod eſt principium numeri, vt dictum eſt: [In corp. ar.] ponit aliquid additum ſupra ens, quod dicitur vnum, ſcilicet rationem menſuræ: vnde hoc vnum, poteſt dupliciter conſiderari: aut ſecundum id, quod eſt: aut ſecundum id, quod conſequitur ad intellectum eius, ſcilicet relationem quandam. Si ſecundo modo, ſic opponitur multitudini numerali relatiue, ſicut principium ad principiatum, ſicut punctus ad lineam, & ſicut pars ad totum, & magis proprie ſicut menſura ad menſuratum. Si primo modo, tunc dupliciter, quia vel conſiderabitur ipſum vnum cum præciſione, ſcilicet, quòd eſt tantum vnitas, & ſic habebit diſparatam oppoſitionem menſurę ad alios numeros: quilibet enim numerus ſecūdum quidditatem ſuę ſpeciei, habet ſpecialem rationem menſuræ, ſicut ſpecies oppoſitę ſunt diſparatæ: & talis oppoſitio reducitur ad contrarietatem, ſicut principium, quia ſpecies diſparatæ diſtinguuntur differentiis contrariis, quibus primo diuiditur genus: vt probatur 10. Metaph. [Tex. 24.] Vel ſine præciſione, & ſic vnitas nullam oppoſitionem habet ad numerum, ſed eſt conſtituens ipſum. Si autem loquimur de vno, quod conuertitur cum ente, ſic vnum habet rationem priuationis, vt dictum eſt: [In corp. ar.] reſpectu diuiſionis, quæ ſaluatur in multitudine, & ita opponitur multitudini, ſicut priuatio habitui,

Tex. 9. tui, vt dicit Philoſophus 10. Metaph. Vnde etiam æquale opponitur magno, & paruo ſicut priuatio. Nec vnum eſt priuatio illius multitudinis, quam conſtituit. ſed multitudinis, quę negatur eſſe in ipſo, quod dicitur vnum. Non enim de ratione ſua, vnum priuat omnem diuiſionem, ſed ſufficit ad rationem eius, quæcunque diuiſio remoueatur. Et inde poteſt eſſe, quòd vnum eſt pars multitudinis, & quòd ipſa multitudo dicitur quodãmõ vnũ, prout ſcilicet aliqd non diuiditur, ad minus ſecundum intellectum aggregantem, ſicut etiam ipſum malum non eſt omnino expers boni, quia non priuatur quodlibet bonũ, per malum.

ipſe pater, qui filius; ſed inter patrem, & filium expreſſa diſtinctio eſt.

*Quomodo trinitas ibi accipiatur.*

CVm vero dicitur trinitas; id ſignificari videtur, quod ſignificatur cum dicitur, tres perſonæ, vt ſicut non poteſt dici, pater eſt tres perſonę, vel filius eſt tres perſonę, ita non debet dici, pater eſt trinitas, vel filius eſt trinitas.

¶ Ad quintum dicendum, quòd multitudo numeralis, quæ eſt ſpecies quantitatis, ponit aliquid in creaturis. Hæc autem non transfertur in diuina, niſi forte ſecundum rationem diſtinctionis; quam habet ex ratione multitudinis ſimpliciter. Multitudo vero, quæ diuidit ens, non addit accidens poſitiue ſupra ens, ſed rationem diſtinctionis tantum, ſecundum quod vna nõ eſt altera, & ſic eſt etiam in diuinis.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum unum, & numerus ſignificent eßentiam.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd huiuſmodi dictiones ſignificent diuinam eſſentiam. Quicquid enim ad ſe dicitur in diuinis ſubſtantialiter dicitur, & eſſentiam ſignificat: ſed huiuſmodi dictiones, ſecundum ſuum nomen non referuntur ad aliud, ſed ad ſe dicuntur. ergo ſunt eſſentialia.

1. de tri. c. 6 ¶ 2 Præt. Secundum Boe. omnia prędicaméta mutantur in ſubſtantiam, cum in diuinam prædicationem venerint præter ad aliquid: ſed numerus & vnitas videntur ad quantitatem pertinere. ergo ſunt eſſentialia. Si dicas, quòd ſignificant eſſentiam, quando adiunguntur termino eſſentiali: vt cum dicitur vnus Deus, & notionem quando adiunguntur perſonali, vt cũ dicitur vnus pater.

¶ 3 Contra. Quæcunque dicuntur, non ſecundum vnam rationem, ęquiuoce dicuntur: ſed non eſt eadem ratio vnitatis perſonalis, & eſſentialis, ſicut nec eſt eadem ratio diſtinctionis perſonalis. ergo videtur, quòd æquiuoce de eis dicantur.

¶ 4 Item. Vnum pertinet ad eſſentiam. vnde dicimus, quòd pater, & filius ſunt vnum propter eſſentiæ vnitatem, ſed cum multitudo conſtituatur ex vno, ad quodcunque genus pertinet ſignificatio vnius, & ſignificatio multitudinis. ergo videtur, quòd etiam omnia nomina ſignificantia diſtinctionem, vel pluralitatem, ſignificent eſſentiam.

CONTRA. Quicquid eſſentialiter dicitur, de ſingulis perſonis prędicatur: ſed termini numerales non prædicantur de patre. non enim poteſt dici, quòd pater ſit duo, vel tres. ergo videtur, quòd non ſignificent eſſentiam, & ita nec vnum, quod eſt pluralitatis principium.

Art. antece. hac diſ. ar. 1 hac queſt. RESPONDEO, Dicendum, quòd vt patet ex dictis, in diuinis, non eſt aliqua vnitas, & multitudo, niſi ſecundum quod vnum, & multa diuidunt ens commune. Et hoc modo: vt dictum eſt, non addunt aliquid ſupra ens de quo dicitur vnitas, vel multitudo, niſi ſecundum rationem. Vnde ſicut ens communiter ſe habet ad abſoluta, & relatiua, & ſimiliter diſtinctio, & indiſtinctio, quæ ſecundum rationem adduntur, ita & vnum, & multa; quæ diuidunt ens commune. Et ideo ſecundum quod diuerſis adiunguntur, ſignificant eſſentiam, vel notionem. Vnitas enim eſſentialis eſt ipſa eſſentia diuina, ſecundum quod eſt indiuiſa, & vnitas perſonalis patris eſt vnitas proprietatis, ſecundum quod non eſt diuiſa. Et ſimiliter multitudo, vel pluralitas perſonarum ſunt ipſæ perſonæ ſecundum quod ſunt diſtinctę, & quia non eſt ibi aliqua diſtinctio eſſentiarum ideo nec aliqua pluralitas eſſentialis.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd huiuſmodi dictiones, ſecundum rationem quam addunt eis de quibus dicuntur, non ponunt relationem nec aliquid, & ideo ſecundum nomina quę imponuntur ab huiuſmodi rationibus, non referuntur ad

F aliud, ſed quantum ad illud circa quod ponitur iſta ratio, poſſunt importare, & abſolutum & relatum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd vt dictum eſt pluralitas, non venit in diuinam prædicationem ex multitudine, quæ eſt ſpecies quantitatis, & ideo ratio non procedit. Ar. 2. hac q.

*Hoc uidetur contrarium eſſe prædictis.*

G HIc non eſt pretermittendum, quòd cum ſupra dictum ſit, Deũ nec ſingularem, nec multiplicem eſſe confitendum, idq; ſanctorum authoritatibus ſit confirmatum. In contrarium videtur ſentire † Iſid. dicens. Diſtinguendum eſt inter Trinitatem, & vnitatem. Eſt enim vnitas ſimplex, & ſingularis; trinitas vero multiplex, & numerabilis; quia trinitas eſt trium vnitas. Ecce vnitatem dicit eſſe ſingularem: B & trinitatem multiplicem, & numerabilem. Sed ad hoc dicimus, quia ſingularem accepit ſicut & alij accipiunt vnum, multiplicem vero, & numerabilem, ſicut alij dicunt trinum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio vnitatis ponit ens indiuiſum ſimpliciter. vñ abſtrahit a quolibet modo diſtinctionis. vnde ſecundum vnam rationẽ communem dicitur perſona vna, & eſſentia vna, quàmuis ſit non vna ratio diſtinctionis in ſpeciali, † diſt. 23. 1 vnde ex hoc non habetur, quòd æquiuoce prædicetur.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd ſicut ens abſolute dictum intelligitur de ſubſtantia, ita vnum abſolute dictum, prout ſignificatur in neutro genere quod ſubſtantiuatur, importat vnitatem abſolute, & ſignificat vnitatem ſubſtantiæ. ſed talis vnitas non conſtituit numerum perſonarum, ſed conſtitueret numerum eſſentiarum, ſi eſſet ibi. Sed in maſculino genere non ſignificat vnitatem abſolute, ſed ponit vnitatem circa terminum, cui adiungitur, quia adiectiuum eſt. vnde importat vnitatem conuenientem illi termino. Et ideo, cum dicitur vnus Deus, importat vnitatem eſſentialem. & cum dicitur, vnus pater, importat vnitatem perſonalem. & hæc vnitas conſtituit numerum perſonarum, qui ad

H relationem pertinet. Et per hoc patet reſponſio ad aliud, quod in contrarium obijciebatur.

*QVAESTIO II.*

B

Deinde quęritur de nominibus, quæ ſunt pluralitati annexa.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. De his, quæ ſe habent ad pluralitatem, ſicut principium.

Secundo. De nomine trinitatis, quòd conſequitur pluralitatem, quaſi collectiuum.

I

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum in Deo ſit diuerſitas.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo ſit diuerſitas. Sicut enim vnum in ſubſtantia facit idem, ita multitudo in ſubſtantia facit diuerſitatem: ſed dicit Hil. quòd pater, & filius & ſpirituſſanctus, ſunt quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero vnum. ergo eſt ibi diuerſitas. De pote. q. 9. art. 8. De Synod. ante med.

¶ 2 Præter. Sicut vnum dicitur ex eo, quòd non diuiditur, ita multa, vel plura dicuntur ex eo, quòd diuiduntur: ſed pater, & filius ſunt plures. ergo videtur, quòd ibi ſit diuiſio.

¶ 3 Item. Alienum denominatur ab alio: ſed filius eſt alius a patre. ergo poteſt etiam dici alienus.

¶ 4 Item. Videtur, quòd poſſit dici ſingularis, quia ſingulare

K ſignificat aliquid demonſtratum, ſubſiſtens in natura communi: ſed hoc modo eſt pater. vnde ſupra dixit Damaſce. quòd ſe habet ſicut indiuiduum. ergo videtur, quòd poſſit dici ſingularis. Lib. 3. fid. ortho. c. 6. ſup. d. 19.

¶ 5 Præter. Videtur, quòd poſſit dici vnicus, per hoc quod cantat eccleſia. trinum Deum vnicumque, cum fauore prędicat.

¶ 6 Item. Videtur, quòd non poſſit ibi eſſe diſcretio. Diſcretum eſt enim quædam differentia quantitatis: ſed in diuinis, non eſt quantitas. ergo nec diſcretio. Et quęratur generaliter, quid de huiuſmodi poſſit concedi in diuinis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd circa fidem trinitatis, fuerunt duę hæreſes, ſcilicet Arrij, qui induxit pluralitatem eſſentiæ, & Sabellij, qui abſtulit pluralitatem perſonarum, quorum vtrumque concedit fides catholica. & ideo ea oportet concedere, quæ vtrique hęreſi aduerſantur, & ea negare, quæ vtrique ſunt conſona. Vnde contra Arrium quatuor ponit eccleſia,



cleſia, ſcilicet eſſentię vnitatem. & ex hoc confitetur Deum vnum, & negat diuerſitatem. Secundo, eſſentiæ diuinæ ſimplicitatem, & ideo confitetur ſimplicem, & negat multiplicitatem, vel diuiſionem, quæ ponit rationem totius, & partis, quæ ſimplicitati aduerſantur, & ſimiliter ſeparationem. Tertio, ponit ſimilitudinẽ in natura deitatis, put ſignificatur, vt forma quædam, & ideo

† 7. ethim. 4 prædicat filium ſimilem patri, & negat alienum, quia alienũ dicitur, quod eſt extraneum a natura alicuius. Quarto, ponit indiuiſam virtutem, & magnitudinẽ trium perſonarum, & ideo ponit æqualem, & negat diſparem, vel inæqualem. Similiter contra Sabellium quatuor ponit. Primo, naturæ cõmunicationem pluribus ſuppoſitis, & ideo prædicat pluralitatem., & excludit ſingularitatem. Secundo, ponit quòd iſta pluralitas, non eſt tantum rationis, ſed etiam rei, quia ſunt tres res, & ideo prędicat diſcretionem, & excludit vnicum. Tertio, ponit in iſtis rebus perſonalibus eſſe ordinem originis, & ideo prædicat diſcretionem, quę ordinem quendam importat, & excludit confuſionem. Quarto, ponit tres perſonas vnitas ſocietate quadam amoris, qui eſt ſpirituſſanctus, & ideo prædicat conſonantiam, vt patet ex Hil. & excludit ſolitudinem.

Vbi ſup. ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd vnum in ſubſtantia prout ſignificat eſſentiam facit idem, & ſimiliter multitudo in ſubſtantia, quę eſt eſſentia facit diuerſum: ſed cum dicit Hilar.

Vbi ſup. quòd ſunt per ſubſtantiam tria, accipit ſubſtantiam pro hypoſtaſi, non pro eſſentia.

¶ Ad ſecũdum dicendum, quòd vbi eſt numerus ſimpliciter, ibi eſt diuiſio, vel per eſſentiam, vel per quantitatem, ſed talis numerus, non eſt in diuinis: ſed numerus quidam, vt dictum eſt, & ad iſtum numerum ſufficit diſtinctio relationum. Hac diſ. q. 1. ar. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis filius dicatur alius a patre, non tamen dicitur alienus, quia hoc ſonat inextrancitatem naturę: Denominatur enim alienum ab alietate naturæ, & non ab alietate ſuppoſiti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd perſona diuina, non poteſt dici ſingularis proprie, quia ſingulare eſt cuius eſſentia eſt incommunicabilis. eſſentia autem patris, non eſt incommunicabilis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ratione dicta, non poteſt Deus dici vnicus, & ſi inueniatur improprie accipitur vnicus ꝓ vno, & ita gloſandæ ſunt omnes authoritates tales, in quibus aliquod prædictorum ponitur.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd diſcretio non ſaluatur in diuinis quantum ad rationem quantitatis: ſed ſolum quantum ad rationem ordinis.

¶ Ad quæſtionem patet reſponſio per iam dicta.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum trinitas ſit nomen eſſentiale.*

1. p. q. 31. art. 1. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd trinitas ſit nomen eſſentiale. Quicquid enim ad aliud non refertur eſt eſſentiale: ſed trinitas, ſecundum nomen ſuum eſt huiuſmodi. ergo &c.

¶ 2 Præt. Quicquid prædicatur de ſingulis perſonis, & de omnibus ſimul ſingulariter, & nõ pluraliter, eſt eſſentiale: ſed hoc nomen trinitas videtur huiuſmodi eſſe: quia trinitas dicitur, quaſi trium vnitas, & illa vnitas ſignificat diuinam eſſentiam. Vnde cum poſſit dici pater eſt eſſentia, & vnitas eſſentiæ poteſt dici, quòd eſt vnitas trium, & ita quod eſt trinitas, & ſimiliter filius, & ſpirituſſanctus, & hi tres ſunt vna trinitas, & non plures trinitates. ergo videtur, quòd ſit eſſentiale. Si dicas, quòd

Lib. 5. de cõſidera. parũ poſt med. non, quia eſt collectiuum perſonarum.

¶ 3 Contra. Secundũ Bern. Inter omnes vnitates, arcem tenet vnitas trinitatis, ſed inter omnes vnitates eſt minor illa quam importat nomen collectiuum. ergo videtur, quòd non ſit collectiuum, & ita nullo modo ſignificat relationem.

1. de trin. c. 12. CONTRA eſt quod dicit Boet. lib. de tri. quòd ipſum nomen trinitatis, ad relationem pertinet. ergo non eſt eſſentiale.

RESPONDEO. Dicendum, quod in nomine trinitatis importatur vnitas, & numerus quidam. Sed vnitas in diuinis

A dicitur dupliciter, ſcilicet vnitas eſſentialis, & vnitas perſonalis. Vnde quidam dicunt, quòd nomen trinitatis importat vnitatem perſonalem, & ſecundum eos ſic exponitur, trinitas quaſi ter vnitas, quia ſunt ibi tres vnitates perſonales, & ſecundum hoc abſolute relationem ſignificat. Alij dicunt, quòd vnitas importata, eſt vnitas eſſentialis, & ſic iſti exponunt, trinitas, ideſt, triũ vnitas. ſicut etiam Iſid. in litera exponit. Vnde & hoc videtur conuenientius eſſe, cum nos a trinitate nominemus Deum trinum, & non poteſt dici ter vnus, quia cum dicitur Deus vnus, ſignificatur vnitas eſſentialis, & ſecundum hoc, trinitas ſignificat vtrunque, ſcilicet vnitatem eſſentiæ, & diſtinctionem perſonarum.

## DISTIN. XXV.

A

*Quid ſignificatur, cum dicitur pluraliter tres perſonæ, uel duæ perſonæ.*

PRæterea conſiderãdum eſt, cum hoc nomen perſona, vt prædictum

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd trinitas quantum ad id, ad quod ſignificandum imponitur, non ſignificat relationem, ſed numerum. vnde ſecundum nomen, ad aliud non refertur. Sed quantum ad ea circa quæ ponitur numerus iſte in diuinis ſignificat ipſas relationes, quę ſolum in diuinis numerantur, & non addit aliquid ſecundum rem; ſed tantum rationẽm negationis, vt dictum eſt, & hoc conuenit trinitati, ſcilicet quòd ſit ad aliquid, non inquantum eſt trinitas, ſed inquan- In hac diſt. q. 1. ar. 3.

C tum eſt trinitas diuina. vnde habet relationem implicitam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hęc eſt falſa. pater eſt trinitas. Quàmuis enim hoc nomen trinitas propter modum ſignificandi, quia ſignificatur in abſtracto: ſignificet vnitatem eſſentię in recto, & numerum perſonarum in obliquo, quantum ad etymologiam nominis, prout dicitur trinitas trium vnitas, tamen quãtum ad impoſitionem nominis eſt econuerſo. Impoſitum eſt enim nomen ad ſignificandum ab ipſo numero, qui in nomine importatur. Vnde quantum ad veram nominis ſignificationem idem ſignificatur, cum dicitur trinitas, ac ſi diceretur tres perſonæ vnius eſſentiæ, ſicut magiſter exponit. Vnde patet, quòd pater non poteſt trinitas dici. Similiter cum dicitur, Deus eſt trinus, ſignificatur, quòd eſt habens tres perſonas in vna eſſentia. vnde ly Deus ſupponit tunc, vel eſſentiam, vel ſuppoſitum indiſtinctum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen Trinitas, habet ali

D quid ſimile cum nomine collectiuo, non tamen eſt vere collectiuum. In collectiuo enim eſt duo[d] conſiderare, ſcilicet multitu D. 358 dinem eorum, quæ colliguntur, quæ ſimpliciter ſunt per eſſentiam diuiſa: & id, in quo colliguntur, quæ eſt minima vnitas. Sed in nomine Trinitatis eſt econuerſo, quia illud, in quo colligũtur tres perſonæ, eſt maxima vnitas, ſcilicet vnitas eſſentiæ: perſonę autem quæ colliguntur, habent minimum de ratione realis multitudinis: tamen eſt aliqua ſimilitudo, inquantum eſt aliquis numerus, & aliqua vnitas vtrobique: vnde ſupra dixit Magiſter, quòd eſt quaſi collectiuum. Diſt. 19.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVIA nec numerus, nec quantitas ibi eſt. } per hoc patet, quòd Magiſter intendit, quòd vnitas, & multitudo non prædicant aliquid ſuperadditum rebus, quibus adiungũtur, niſi ſecundum quòd ſunt in ge-

E nere quantitatis. & hoc modo de Deo non prædicantur. { Faciamus hominem ad imagi. & ſimilitu. &c. } hoc eſt expoſitum ſupra diſtinc. 2.

DISTINCT. XXV.

DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATO Diſtin. 25. de nominibus ſignificãtibus vnitatem, & pluralitatem in diuinis: conſequenter determinat Magiſter de nomine, quod additionem recipit, & pluraliter conſignificatur qualiter hoc poſſit eſſe, ſcilicet de hoc nomine perſona, quid ſignificat, quando pluraliter ſignificatur. Diuiditur ergo pars iſta in duas. In prima inquirit: vtrum ſicut ſingulariter prolatum hoc nomen perſona, ſignificat eſſentiam, ita & quando pluraliter conſignificatur. In ſecunda, ponit quæſtionis ſolutionem, ibi: { Quibuſdam videtur. } Circa primum duo facit. Primo, mouet quæſtionem. Secundo, inducit rationem ad alteram partem,

tem, ibi {Perſona enim vt ſupra &c.} Quæſtio autem ſua, quaſi ad duo deducit inconuenientia. Cum enim perſona in ſingulari ſignificet eſſentiam, vt ſupra dixerat: aut in plurali ſignificat eſſentiam, aut non. Si eſſentiam, ergo videtur, quòd dicere plures perſonas nõ eſt aliud, quàm dicere plures eſſentias. Si aliud, ergo nomen perſona eſt æquiuocum in ſingulari, & plurali, quod videt̃ eſſe inuſitatum. {Perſona enim &c.} Hic ponit rationes ad alteram partem, ſcilicet quòd tam in ſingulari, quàm in plurali eſſentiam ſignificet. Quòd enim in ſingulari eſſentiam ſignificat, probat ex his, quæ ſupra dixerat. Quòd in plurali etiam eſſentiam ſignificat. probat duabus rationibus. Prima talis eſt ſecũdum Augu. cum dicimus tres perſonas ſignificamus, id quod cõmune eſt patri, & filio, & ſpirituiſancto: ſed nihil eſt commune eis, niſi eſſentia. ergo ſignificatur eſſentia nomine perſonæ pluraliter ſumptæ. Secundam ponit. ibi {Aliter etiam poteſt} & eſt talis. Quid, quærit de eſſentia: ſed interrogantibus, quid tres, reſpõſum eſt tres pſonę pluraliter. ergo pluraliter eſſentiã ſignificat. {Quibuſdã videtur &c.} Hic ſoluit. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit quorundam ſolutionem, & improbat eam. Secundo, ponit ſolutionem ſuam. ibi {Sciendum eſt igitur} ſolutio iſtorum erat, quòd hoc nomen perſona in plurali ſignificaret eſſentiam, nec tamen ſequebatur, quòd eſſent tres eſſentiæ: ſed quòd pater, & filius, & ſpiritusſanctus ſunt tres habentes illud commune, quod eſt eſſentia. & ſimiliter exponebant cum dicitur, alia eſt perſona patris &c. ideſt, alius eſt pater a filio, quorum vterque eſt perſona. Sed Magiſter inducit alium modum loquendi, quem non poſſunt ſic exponere. Dicitur enim ab Auguſt. quòd filius eſt alius a patre in perſona, vel perſonaliter. {Sciendum eſt igitur &c.} Hic ponit ſuam ſolutionem. Et primo, ponit ſolutionem. Secundo, ex ſolutione inducit quandam concluſionem, quaſi epilogum. ibi {Ex prædictis colli. &c.} Circa primum duo facit. Primo, exponit, quid ſignificet nomen perſonæ, cum pluraliter profertur, adiuncto termino numerali. Secundo, quid ſignificet, quando adiungitur termino partitiuo. ibi {Nunc inſpiciamus.} Primo, ponit expoſitionem. Secundo, reſpondet ad rationes in contrarium factas. ibi {Et hic ſenſus adiu. &c.} dicit ergo Magiſter, quòd ſolitudo, quàmuis in ſingulari ſignificat eſſentiam, in plurali ſignificat hypoſtaſim. vnde ſenſus eſt, tres perſonæ, ideſt, tres hypoſtaſes. etiam hoc confirmat authoritate Aug. {Et hic ſenſus.} Hic reſpondet ad obiectiones in contrarium factas. Et circa hoc duo facit. Primo, reſpondet ad obiectiones. Secundo, excludit quandam dubitationem. ibi {Non autem remo.} Prima in duas ſecundum duas rationes. Secundam ſoluit. ibi {Ad hoc autem illi & cæt. {Nunc inſpiciamus.} Hic exponit ſignificationem perſonæ, quando adiungitur termino partitiuo, vt eſt alius. Hoc autem contingit dupliciter. Vel ita, quòd diſtinctio importetur circa perſonam, vt cum dicitur. {Alia eſt perſona &c.} & tunc dicit, quòd ſignificat hypoſtaſim. Vel, quòd perſona deſignet rationem diſtinctionis, vt cum dicitur: alius, eſt perſona, vel perſonaliter &c. & tunc dicit, quòd ſignificat proprietatem, q̃uis in vtroq; vtrũq; ſignari poſſit. {Ex pdictis.} Hic cõcludit, ꝙ nomẽ F pſonę tripl'r dr̃, & cõfirmat authoritate Ioannis, & aliorũ ſcõrũ.

†diſt. 23.

†ſup. d. 23.
†7. de trin. c. 6. to. 3.

eſt, ſecundum ſubſtantiam dicatur, quæ ſit intelligentia dicti; cum pluraliter profertur tres perſonæ, vel duę perſonæ, & cum dicitur: Alia eſt perſona patris: alia eſt perſona filij: alia eſt perſona ſpiritusſancti. Sicut enim in his locutionibus, perſonę vocabulum, eſſentię intelligentiam facit, plures eſſentias confiteri videmur, & ita plures Deos. Si vero eſſentiæ ſignificationem ibi non tenet; alia eſt huius nominis ratio, cũ dicitur. Pater eſt perſona, vel filius eſt perſona. & alia cum dicitur: Pater, & filius & ſpiritusſanctus ſunt tres perſonæ. & cum dicitur. Alia eſt perſona patris: alia filij, & huiuſmodi.

*Quòd uidetur, ſecundum eſſentiam d.ci: alia eſt perſona patris, alia filij, ſiue tres perſonæ, ut cum dicitur, pater eſt perſona, filius eſt perſona.* H

Perſona enim, vt ſupra ait Auguſt. †ad ſe dicitur, & idem eſt Deo eſſe perſonam quod eſſe: ſicut idem eſt ei eſſe, quod Deum eſſe. Vnde manifeſte colligitur, quòd eſſentiam diuinam prædicamus dicentes. Pater eſt perſona, filius eſt perſona, ſpiritusſanctus eſt perſona, ideſt eſſentia diuina, & omnino vnum & idem ſignificatur nomine perſonæ, ideſt diuina eſſentia cum G dicitur: pater eſt perſona, & filius eſt perſona, quod ſignificatur nomine Dei cum dicitur, pater eſt Deus, filius eſt Deus: ita etiam idem ſignificatur cũ dicitur, Deus eſt deus: & Deus eſt perſona. Vtroque enim nomine eſſentia diuina intelligitur: quia vtrumque ſecundum ſubſtantiam dicitur. Cum vero dicitur pater & filius & ſpiritusſanctus ſunt tres perſonæ: *a* quid nomine perſonæ ſignificamus? an eſſentiam? Hoc enim videtur ſi ſupra poſita verba Auguſt. †diligenter ſcrutemur. Supra enim dixit, quòd ideo tres perſonas dicimus, quia id quod perſona eſt: *c*: commune eſt tribus. Et item, quia pater eſt perſona, & filius eſt perſona, & ſpiritusſanctus eſt perſona. ideo tres perſonæ dicuntur. Videtur

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntu quatuor.

Primo. De diffinitione perſonæ.
Secundo. Vtrum vniuoce in Deo, & in creaturis inueniatur.
Tertio. De communitate ipſius reſpectu perſonarum diuinarum.
Quarto. Vtrum tres perſonæ, ſint tres res, vel tres entes.

ARTIC. I.

*a Vtrum diffinitio perſonæ poſita a Boe. ſit competens.*

Ad primum ſic proceditur. Et ponitur diffinitio pſonæ a Boe. li. de du. na. Prima eſt, rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Videtur, quòd hæc diffinitio ſit incompetens. Diffinitio enim debet eſſe conuertibilis cum diffinito: ſed ratio pſonæ inuenit̃ in Deo & in angelis, & hominibus. hæc autem diffinitio perſonæ, non conuenit diuinis perſonis, vt dicit Magiſter in tertio, decima diſt. ergo videtur, quòd diffinitio ſit incompetens.

1. p. q. 29. ar. 1. & 2.
Ante med.
†diſt. 23. ibid. c. 4.
De duab. nat. ante med.

¶ 2 Præt. Sicut diffinitio ſe habet ad rem, ita partes diffinitionis I ad partes rei: ſed diffinitio ſignificat rem diffinitam. ergo & partes diffinitionis ſignificant partes rei: ſed in diuinis perſona eſt ſimplex, non habens partes. ergo talis diffinitio ſibi non competit.

¶ 3 Item. Quod prædicatur de aliquo in recto, non debet poni in diffinitione eius in obliquo: ſed intellectualis natura prædicatur de perſona in recto: dicimus enim quod Sor. eſt quædã natura intellectualis, vel rationalis. ergo videtur, quòd male dicitur rationalis naturæ.

¶ 4 Præt. Differentia propria alicuius generis, non inuenitur extra genus illud: ſed rationale eſt differentia animalis. ergo non inuenitur, niſi in animalibus: ſed perſona inuenitur in angelis, & Deo, qui non continentur in genere animalis. ergo rationale, non debet poni in diffinitione perſonæ.

¶ 5 Item. Perſona in aſſignatione Boet. & *Tullij coordinatur* eſſentiæ ſubſiſtentiæ, & ſubſtantię: ſed in Deo, idem eſt natura, & eſſentia. ergo magis debuit dicere rationalis eſſentiæ, K quàm naturę. — Vbi ſup.

¶ 6 Præt. Indiuiduationis principium eſt materia, ſed in aliquibus inuenitur perſona, in quibus nihil eſt de materia, adminus in Deo. ergo indiuiduum, non debet poni in diffinitione perſonæ.

¶ 7 Item. Subſtantia in vſu latinorum æquiuocatur ad eſſentiam, & hypoſtaſim, cum ergo dicitur: perſona eſt ſubſtantia indiuidua. Subſtantia aut ponitur pro eſſentia, aut pro hypoſtaſi. Si pro hypoſtaſi, hypoſtaſis autem eſt ſubſtantia particularis, aut indiuidua: videtur, quòd ſuperflue additur indiuidua. Si pro eſſentia, cum indiuiduatio ponatur circa ſubiectum, quæ indiuiduatio in diuinis eſt per diſtinctionem proprietatis: ſequeretur, quòd proprietas diſtinguit eſſentiam. Et præterea, cum multiplicato diffinito multiplicetur diffinitio, ſicut plures homines ſunt plura animalia rationalia &c. ſequetur quòd plures perſonæ ſunt plures eſſentiæ; quod videtur inconueniẽs. A

¶ 8 Pręt. Perſona aut eſt nomen ſubſtantiæ, vel accidentis. Sed non poteſt dici, quòd ſit nomen accidentis; quia ſubſtantia ponitur in ſua diffinitione in recto. Et hoc etiam patet per Boe. qui ſeparat perſonam a genere accidentiũ. ergo eſt nomen ſubſtantiæ. Sed accidentia non ponuntur in diffinitione ſubſtantię. Cum igitur indiuiduum nominet accidens: quia dicit intentionem quãdam, ſicut & nomen generis & ſpeciei, videtur quòd inconuenienter ponit̃ in diffinitione perſonæ, quaſi differentia ſubſtantiæ.

De dua. natu. ante medium.
vbi ſup.

RESPONDEO dicendum, quòd vt ſupra dictũ eſt, hoc nomen perſona ſecundum ſuam communitatem acceptũ, non eſt nomen intentionis, ſicut hoc nomẽ ſingulare, vel genus & ſpecies: ſed eſt nomen rei, cui accidit aliqua intentio. ſ. intentio particularis, & in natura determinata. ſ. intellectuali, vel rationali. Et ideo in diffinitione perſonæ ponuntur tria. ſ. genus illius rei, quod ſignificatur nomine perſonæ, dum dicitur ſubſtantia. Et differentia per quam cõtrahitũr ad naturam determinatam, in qua ponitur res, quæ eſt perſona in hoc quod dicitur, Rationalis naturæ. Et ponitur etiam aliquid pertinens ad intentionẽ illã, ſub qua ſignificat nomen perſonæ rem ſuam. non. n. ſignificat ſubſtantiam rationalem abſolute: ſed ſecundum quod ſubintelligitur intentio particularis. & ideo additur indiuidua.

D. 24. q. 2. art. 2.
D. 23. ibid. c. 6.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ea quæ ponuntur in iſta diffinitione, poſſunt dupliciter conſiderari. Vel ſtricte ſecũdum proprietatem vocabulorum, & ſic, ut patebit, non conuenit diuinis perſonis, vt dicit Magiſter: vel large & ſic conuenit perſonæ in quacũq; natura intellectuali ponitur, & ita accipit Boe. vnde etiam ibi inquirit diffinitionẽ perſonæ ad oſtendendum qũo in Chriſto ſit vna perſona, in quo conſtat nõ eſſe, niſi perſonam diuinam increatam. D

vbi ſup.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum Auicen. dupliciter diffinitio poteſt conſiderari, vel ſecundum id quod ſignificatur per diffinitionem, vel ſm intentionem diffinitionis. Si primo modo, tunc idem eſt ſignificatũ per diffinitum & diffinitionem. Vnde dicit Philoſophus 4. meta. quòd ratio quam ſignificat nomen eſt diffinitio, & ſic diffinitio & diffinitum ſunt idem: & hoc modo ea, quæ ponuntur in diffinitione in recto, non ſunt partes diffinitionis. i. rei per diffinitionem ſignificatę, ſicut nec diffiniti. Si. n. cum dicitur animal rationale mortale, animal eſſet pars hominis, non prædicaretur de toto: cum nulla pars integralis de toto prædicetur. Vnde animal dicit totum, & ſimiliter rationale mortale. Et ideo homo non dicitur eſſe ex animali & rationali & mortali, ſed dicitur eſſe animal rationale mortale. Sed genus ſignificat totum, vt non deſignatum, & differentia vt deſignans, & diffinitio vt deſignatum, ſicut & ſpecies quæ differũt, E verbi gratia, corpus ſecundum quòd eſt pars animalis & genus differt, vt Auicen. dicit. Cum. n. ratio corporis in hoc conſiſtat quòd ſit talis naturæ, vt in eo poſſint deſignari tres dimenſiones, Si nomine corporis ſignificetur res huiuſmodi, vt in ea poſſint deſignari tres dimenſiones ſub hac conditione, vt ſuperueniat alia perfectio, quæ compleat ipſam in ratione nobiliori; ſicut eſt anima, ſic eſt corpus pars animalis, & ſic non prædicatur de animali. Si vero nomine corporis ſignificetur res habens talem naturam ex quacunque forma ipſam perficiente, vt poſſint in ea deſignari tres dimenſiones, tunc corpus eſt genus & ſignificabit totum: quia quæcunq; forma ſumetur ſpecialis nõ erit extra hoc, per quod ratio corporis conditionabatur; ſed tamen indiſtincte, eo quòd non determinetur, vtrum ex tali vel tali forma dictam rationem habeat: ſed cum dicitur animatum deſignatur forma per quam talem rationem recipit, quàmuis etiam aliquid plus recipiat ab anima quàm rationem corporis, & ita differentia eſt deſignans, & tunc ſpecies, erit deſignatum. Sed verum eſt, quòd in compoſitis genus & differentia, quàmuis nõ ſint partes, tamen a partibus rei fluunt: quia genus fluit a materia quàmuis non ſit materia: & dr̃ia a forma, quã uis forma nõ ſit differentia: ſed forma ſit principiũ illius: & ſic diffinitio cõpoſita oſtendit realem compoſitionem. In ſimplicibus autem & præcipue in Deo, compoſitio quæ eſt in diffinitione, non reducitur in aliquã compoſitionem rei: ſed ſolum ſecũdum rationem, quæ fundatur in veritate rei ſicut aliquis diffiniẽs Deum diceret, quòd eſt ſubſtantia intellectualis, diuina vel aliquid huiuſmodi. Vnde quodcunque iſtorum nominum quod diceret in diffinitione, haberet verã ſignationẽ ĩ Deo. & ſignificatio vnius non eſſet ſignatio alterius, & tamen diuerſitas ſignationũ non fundaretur ſuper aliquam diuerſitatẽ rei. Et inde eſt, quòd ſicut eſſe rei ſimplicis intellectus enuntiat per compoſitionum affirmatiuam plurium nominum, cum tamen in re nulla ſit cõpoſitio, ita etiam quidditatem rei ſimplicis in qua non eſt compoſitio deſignat per plura nomina, quibus ſubeſt in re pluralitas rationum, & non diuerſitas rei. Et ſecundum hoc, ea quę ponuntur in diffinitione perſonæ diuinæ, non ſunt maioris ſimplicitatis quantum ad rem, quàm ipſa perſona, ſed ſolum ſecundũ rationem. Si autem conſideretur diffinitio ſecundum ſuam intentionem, ſic diffinitio non eſt diffinitum: ſed ductiuum in cognitionẽ eius, & ſic etiam diffinitio eſt compoſita ex pluribus intentionibus: quarum nulla prædicatur de ipſa, nec econuerſo, quia intentio generis non eſt intentio diffinitionis: ſed hoc non eſt niſi ſecundum intellectum, qui adinuenit has intentiones, & ſic nõ eſt inconueniens in diuinis ponere [d] totum & partem ſecũdum operationem intellectus, ſicut etiam in propoſitione quæ de Deo formatur, ſubiectum eſt pars totius propoſitionis.

Tex. 28.
Trac. 5. Meta. c. 5.
D. 974.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd vt ex prędictis patet, eſſentia vel natura dupliciter poteſt ſignificari. Vel vt pars, ut ſignificatur nomine humanitatis, & ſic natura vel eſſentia, non poteſt prædicari de perſona in recto, ſicut nec humanitas de ſor. Vel ſicut totum, vt ſignificatur nomine hominis, & ſic prædicatur de perſona. Dicimus enim quòd Sor. eſt homo. Hic autem accipitur rationalis natura ſecũdum primum modum, prout eſt principium differentiæ & non differentia, ſicut rationalitas quæ nõ poſſet poni in diffinitione hominis in recto ſed in obliquo, vt ſi diceretur quòd eſt animal rationalitatem habens, vel aliquid huiuſmodi. Natura autem ſignata in rebus cõpoſitis, etiã realem differentiam habet ad perſonam, inquantum ſcilicet naturæ ſit additio alicuius vt materiæ demonſtratę per quam natura cõmunis generis vel differẽtię indiuiduatur. Sed in ſimplicibus & præcipue in Deo, cum nulla ſit additio ſecundum rem, non eſt realis [d] differentia naturę vt ſic ſignificatę ad perſonam; ſed ſolum quantum ad modum ſignificandi, propter quod cadit in diffinitione diuinæ perſonæ in obliquo.

D. 114. & 417. & 461. & 466. & 1147.

¶ Ad quartum dicendnm, quòd rationale dupliciter dicitur. Quandoque enim ſumitur ſtricte & proprie, ſecundum quòd ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis naturę: ut dicit Iſaac. quòd ratio oritur in vmbra intelligentię. Quod patet ex hoc, quòd ſtatim non offertur ſibi veritas; ſed per inquiſitionem diſcurrendo inuenit, & ſic rationale eſt differentia animalis, & Deo non conuenit nec angelis. Quandoque ſumitur communiter pro qualibet congnitione virtutis non impreſſę in materia, & ſic conuenit communiter Deo, angelis, & hominibus



ergo eandem tenere ſignificationem hoc nomen perſona, cũ dicitur tres perſonę: quam habet, cum dicitur. Pater eſt perſona: filius eſt perſona: ſpiritus ſanctus eſt perſona: quia vt oſtẽdit Aug. hoc dicitur. i. tres perſonæ propter illud: quia id qd' perſona eſt: commune eſt eis. B Id ergo quod commune eſt eis, ideſt patri, & filio, & ſpiritui ſancto: videtur ſignificari nomine perſonæ: cum dicitur tres perſonæ.

*Aliter etiam uidetur poſſe oſtendi: quòd ſecundum eſſentiam dicatur: etiam cum pluraliter profertur.*

Aliter etiam videt̃ poſſe oſtendi, quòd ibi nomine perſonę ſignifi- C cetur eſſentia cum dicitur, tres perſonæ. vt enim ſupra dixit Auguſt. Ea neceſſitate dicimus tres perſonas, vt reſponderemus quęrẽtibus, quid tres, vel quid tria. Cum ergo quæritur, quid tres, vel quid tria: conuenienter reſpõdetur, cum dicitur tres perſonę. At cum quæritur, quid tres, vel quid tria, per quid de eſſentia quæritur. Non enim inuenitur, quid illi tres ſint, niſi eſſentia. Si ergo queſtioni recte reſpondemus, oportet vt reſpondendo eſſentiam ſignificemus, alioquin non oſtendimus, quid tres ſint. Si vero reſpondentes eſſentiam ſignificamus; ipſam eſſentiam perſonę nomine intelligimus, cum dicitur tres perſonę.

Homi. 10. in die Epiph. to. 2. Dio. c. 15. de cœ. hier. Boe. de duabus nat. ante med.

bus. vnde etiam Greg. nominat angelum animal rationale, & Diony. etiam dicit, quòd ſenſibile, & rationale ſunt in angelis ſupereminenter, quàm in nobis, & rationem etiam inter diuina nomina connumerat, & ſic accipit Boe.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſecundum Boet. natura vno modo dicitur vnamquamque rem informans ſpecifica differentia, & ideo nomẽ naturæ, non nominat eſſentiam abſolute, ſed ſecundum quod determinatur ad aliquod genus, vel ad aliquam ſpeciem, & ideo quia perſona non nominat ſubſtantiam ſubſiſtentem, niſi in determinato genere, ſcilicet intellectualis naturæ: ideo potius poſuit naturam quàm eſſentiam. (†7. de tri. c. 4. to. 3.)

¶ Ad ſextum dicendum, quòd in indiuiduatione, ſecundum quod eſt in rebus compoſitis, eſt duo conſiderare, id eſt, indiuiduationis cauſam quæ eſt materia, & ſecundum hoc, in diuina non transfertur, & ſecundum, ſcilicet rationem indiuiduationis, quæ eſt ratio incõmunicabilitatis, prout, ſcilicet aliqd vnum, & idem in pluribus non diuiditur, nec de pluribus prædicatur nec diuiſibile eſt, & ſic conuenit Deo, vnde & Ricar. loco indiuidui poſuit incommunicabile. (†Lib. 7. c. 8.) (2. de Trin. cap. 12.)

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd ſubſtantia dicitur quatuor modis. vno modo ſubſtantia idem eſt, quod eſſentia. & ſic ſubſtantia inuenitur in omnibus generibus, ſicut & eſſentia, & hoc ſignificatur, cum quæritur, quid eſt albedo, color. alio modo ſignificat indiuiduum in genere ſubſtantię, quod dicitur ſubſtantia prima, vel hypoſtaſis. Tertio modo dicitur ſubſtantia ſecunda. Quarto modo dicitur ſubſtantia communiter, prout abſtrahit a ſubſtantia prima, & ſecunda, & ſic ſumitur hic, & per indiuiduum, quaſi per differentiam trahitur ad ſtandum pro ſubſtantia prima, ſicut cum dicitur animal rationale mortale ſignificat animal naturam animalis, prout abſtrahitur ab omnibus ſpeciebus, & per differentiam additam trahitur in determinatam ſpeciem. Quidam tamen dicunt, quòd ſumitur pro hypoſtaſi ſubſtantia, & cum de ratione perſonæ ſit triplex incommunicabilitas, ſcilicet qua priuatur communitas vniuerſalis, & qua priuatur communitas particularis, quam habet in conſtitutione totius, & qua priuatur communitas aſſumptibilis coniuncti rei digniori, prout dicimus, quòd natura humana non eſt perſona in Chriſto. per nomen hypoſtaſis tollitur ratio vniuerſalis, & particularis, & per additionem indiuidui tollitur communicabilitas aſſumptibilis, ſed primum melius eſt, quia hoc non poteſt trahi de ſignificatione vocabulorum. Et præterea adhuc remanet obiectio, qualiter ſumatur ſubſtantia in diffinitione hypoſtaſis, cum dicimus, quòd hypoſtaſis eſt ſubſtantia indiuidua.

In corp. ar. ¶ Ad octauum dicendum, quòd vt patet ex dictis perſona, non nominat intentionem, ſed rem, cui accidit illa intentio, & ideo non nominat accidens: ſed ſubſtantiam, nec hoc quod eſt indiuiduum eſt differentia ſubſtantiæ, quia particulare, non addit aliquam differentiam ſupra ſpeciem. Sed tamen particulare ef-

F ficitur indiuiduum, per aliquod principium eſſentiale, quod quidem in rebus compoſitis eſt materia, & in rebus diuinis eſt relatio diſtinguens: & quia eſſentialia principia ſunt nobis ignota, frequenter ponimus in diffinitionibus aliquid accidentale, ad deſignandum aliquid eſſentiale, & ſic etiam nomen indiuidui, quod eſt nomen accidentis, ponitur ad deſignandũ principium ſubſtãtiale per quod fit indiuiduatio. Sciendum tamen eſt, quòd de pſona dãtur aliæ diffinitiones. vna eſt Ricardi, qui corrigens diffinitionem Boet. ſecũdum illum modum, quo perſona dicitur in Deo, ſic diffinit perſonã. Perſona, eſt diuinæ naturæ incõmunicabilis exiſtentia, quia rationale, & indiuiduum, & ſubſtantia, non proprie compétũt in diuinis quantum ad communem vſum nominũ. Alia datur a Magiſtris ſic: Perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate ad nobilitatem pertinente, & quaſi in idem redit: niſi quòd hęc ſumitur per comparationem ad proprietatem diſtinguentem, & cui ſubſtat perſona, & illa Boe. per comparationem, ad naturam, ad quorum vtrumque perſona comparationem habet &c. (†c. 1. to. 3.) (4. de Trin. cap. 18.) (†circa med.)

*Opinio quorundam, qui putant eſſentiam ſignificari nomine perſonæ, cum dicimus tres perſonas.*

Qvibuſdã uidetur, quòd nomine perſonæ ſignificetur eſſentia, cum G dicitur tres perſonæ. Propterea quia Aug. † dicit: ideo dici tres perſonas, quia commune eſt eis id quod eſt perſona, ut ſit talis intelligentia. Pater, & filius, & ſpirituſſanctus ſunt tres perſonę, ideſt ſunt tres id habentes commune, quod eſt perſona, ideſt tres ſunt, quorũ quiſque eſt perſona, ideſt eſſentia. Sed quomodo iuxta hanc intelligentiam dicetur: alia eſt perſona patris, alia filii? Et hoc H etiam ita volunt intelligere, ſcilicet alius eſt pater, & alius eſt filius, id tamen commune habẽtes, quod eſt perſona. Et hoc confirmant authoritate Augu. qui in 7. †lib. de Trinit. ait. Tres perſonas eiuſdem eſſentiæ, vel tres perſonas vnam eſſentiam dicimus. Tres autem perſonas ex eadem eſſentia non dicimus, quaſi aliud ibi ſit, quod eſſentia eſt, aliud quod perſona eſt. Hac authoritate, & præmiſſis, conantur aſſerere in prædictis I locutionibus, nomẽ perſonę eſſentiam ſignificare. Sed quid reſpondebunt, ad id quod ipſe Augu. in lib. de fide ad Petrum dicit, ſcilicet quòd alius eſt pater in perſona, ſiue perſonaliter, alius perſonaliter filius, alius perſonaliter ſpirituſſanctus? Quomodo enim alius perſonaliter pater; alius perſonaliter filius; alius perſonaliter ſpirituſſanctus, ſi in eſſe perſonam omnino conueniunt, ideſt ſi perſona eſſentiæ tantum intelligentiam facit? Ideo non nobis videtur, aliter hoc poſſe dici congruentius iuxta catholicorum doctorum authoritates.

*Quòd hoc nomen perſona tripliciter in trinitate accipitur, & hæc eſt utilis, & catholica doctrina de perſona, & perſonis.*

Sciendum eſt igitur, quòd hoc nomen perſona, multiplicem intelligentiam facit, non vnam tantum. Et vt Hil. ait in lib. 4. de Trinit. Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res: ſed rei ſermo ſubiectus eſt. Diſcernentes ergo dicendi cauſas huius nominis, ſcilicet perſona, ſignificationem diſtinguimus dicentes, quòd hoc nomen, ſcili-

ARTICVLVS II.

*b Vtrum perſona dicatur uniuoce de Deo, & creaturis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd perſona vniuoce dicatur de Deo, & creaturis. Quantumcunque enim aliqua differant, vniuoce conuenire poſſunt in negatione aliqua: ſicut hoc quod eſt, non eſſe lapidem, vniuoce conuenit Deo, & homini: ſed ratio perſonę conſiſtit in negatione: eſt enim indiuidua ſubſtantia. ergo videtur, quòd vniuoce conuenit Deo, & creaturis conueniat.

K ¶ 2 Præt. Quicquid prædicatur de aliquibus ſecundum vnum nomen, & vnam rationem, vniuoce eis conuenit: ſed nomen perſonæ, & diffinitio aſſignata conuenit Deo, & creaturis. vt patet per Boe. ergo videtur, quòd vniuoce dicatur. (De duab. natu. ante med.)

¶ 3 Item. Si non dicitur vniuoce, aut dicitur ęquiuoce, aut analogice. Sed non æquiuoce, quia omnia quæ in diffinitione ponuntur, non æquiuoce dicuntur de Deo, & creaturis, vt ex dictis patet. Nec etiam analogice, quia nihil analogice dictum de Deo, & creaturis, prius eſt in creatura, quàm in Deo: ſicut hoc nomen perſona, quod a creaturis translatum eſt ad diuina. ergo perſona vniuoce dicitur de Deo, & creaturis. (Ar. præced.)

CONTRA. Quæcunque non conueniunt in vno genere generaliſſimo, non poteſt de eis aliquid vniuoce dici: ſed Deus, cum non ſit in genere, non conuenit cum creatura in genere; nec in ſpecie, nec in accidente, cum ſubiectum eſſe non poſſit, vt Boe. probat lib. de Tri. & ſic de aliis. ergo nec perſona, nec aliquid de Deo, vniuoce & creaturis dicitur. (1. de tri. c. 3.)

¶Præt.



¶ Præte. Perſona ſignificat diſtinctum in natura aliqua. Sed non eſt eadem ratio diſtinctionis in diuinis, angelis, & hominib9, quia in diuinis eſt diſtinctio per ſolas relationes originis, in angelis per proprietates abſolutas, in hominibus vtroque modo, vt dicit Ricardus. ergo perſona ęquiuoce dicitur de his. (Vbi ſup. c. 14.)

RESPONDEO, Dicendum, quòd perſona dicitur de Deo, & creaturis, non vniuoce, nec æquiuoce, ſed ſecundum analogiam, & quãtum ad rem ſignificatam prius eſt in Deo, quàm in creaturis, ſed quãtum ad modum ſignificandi eſt econuerſo: ſicut eſt etiam de omnibus aliis nominib9, quę de Deo, & creaturis analogice dicuntur. (†diſt. 23.)

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd indiuiduum, quàmuis, ſecundum rationẽ nominis importet negationẽ quandam, tamen talis negatio fundatur ſuper aliquam rem, ſcilicet ſuper diſtinctionẽ alicuius principij diſtinguentis, in quo non vniuocatur Deus, & creatura. Et præterea, in diffinitione perſonæ, non tantum ponitur hoc nomen indiuiduum, ſed etiã ſubſtantia, & quædã alia quę Deo, & creaturis vniuoce cõuenire non poſſunt. niſi forte diceretur, quòd perſona eſt nomen accidentis, ſcilicet intentionis, & non nomen rei, & quòd ſubſtantia ponitur in diffinitione perſonæ, ſicut ſubiectum in diffinitione accidentis, vt cum dicitur, ſymum eſt naſus curuus. Sed hoc eſt contra intentionem Boet. qui venatur differentiam perſonæ, per diuiſionem ſubſtantiæ. (†diſt. 23.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum Philoſophum, quorundam rationes nihil prohibet, non vniuocas eſſe. vnde ſicut nomen perſonę, non vniuoce dicitur de Deo, & creaturis, ſed analogice[d]: ita etiam & diffinitio. (Vbi ſup. 2. Meta. tex. 4. D. 197)

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen perſona, quantum ad rem ſignificatam, prius & verius eſt in Deo, quàm in creaturis. vnde eſt in illis analogice: ſed quantum ad modum ſignificandi, & impoſitionem nominis, familiarius cõuenit creaturis.

¶ Quartum concedimus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ratio perſonę importat diſtinctionem in communi. vnde abſtrahitur a quolibet modo diſtinctionis, & ideo poteſt eſſe vna ratio analogice in his, quæ diuerſimode diſtinguuntur.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum perſona ſit commune tribus perſonis.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd perſona non ſit commune in trinitate. Quicquid enim communiter conuenit tribus perſonis ſignificat eſſentiam, & ſingulariter prædicatur, vt ſapientia, bonitas, & huiuſmodi: nec in ipſo perſonæ diſtinguuntur: ſed perſona pluraliter prædicatur in trinitate, & in perſona, pater & filius diſtinguuntur. ergo perſona non eſt commune in trinitate. (1. p. q. 36. ar. 4.)

¶ 2 Præt. Omne commune, quod eſt de ratione alicuius ſe habet ſicut vniuerſale. ſi igitur perſona ſit commune patri, & filio, & non ſit extra rationem vtriuſque, quia aliàs eſſet accidẽs,

A videtur quòd ſit vniuerſale: ſed totum vniuerſale, non eſt in diuinis. ergo perſona non eſt commune. Si dicas, quòd eſt commune, ſecundum rationem, & non ſecundum rem.

¶ 3 Contra, Quia etiam in vniuerſali, non eſt eadem ratio numero, vt eadem humanitas in diuerſis particularibus: ſed ſolum eadem ſecundũ rationem. ergo videtur, quòd hoc nõ impediat rõnem vl'is.

¶ 4 Præt. Illud quod de ſe habet rationẽ incõmunicabilis, nõ poteſt dici cõmune: quia hæc ſunt oppoſita. ſed perſona habet rationẽ incõmunicabilis. ergo videt̃, quòd non poſſit eſſe communis.

CONTRA, eſt quod in litera dicitur ab Aug.

¶ Præt. Nihil poteſt connumerari alicui, niſi in eo, quod eſt commune vtrique.

RESPONDEO, Dicendum, quòd eſt duplex communitas. ſ. rei, & rationis. Et dico communitatẽ rei, quando aliquid vnũ & idem numero, cõuenit pluribus, & talis cõmunitas naturæ, non eſt niſi in diuinis perſonis, nec aliqua talis communitas eſt in trinitate niſi eſſentiæ, & eorũ quæ ad eſſentiã pertinent, vt attributorum, & operationũ, & negationũ, & relationum eſſentialiũ. Communitas aũt rationis eſt, ſecundum quam perſona communis dicitur in Trinitate. hoc autem diuerſimode aſſignatur a diuerſis. Quidam enim dicunt, quòd eſt commune[d] ſecun- (†7. de Trin. c. 4. to. 3.)

D dum rationem negationis, eo quòd in diffinitione perſonæ cadit indiuiduum, quod dicit negationem. Vnde dicunt, quòd talis communitas rationis, quæ eſt per negationem tantum, nõ facit vniuerſale. Sed hoc non videtur ſufficiens, quia perſona de ratione ſua, non dicit negationem tantum, ſed etiam poſitionem quandam. Vnde alij dicunt, quòd eſt communitas ſecundum rationem proportionis, ſicut dicimus, quòd ſicut ſe habet rector in ciuitate, ita nauta in naui: & ſic dicunt, quòd perſona eſt communis patri, & filio, quia ſicut pater ſe habet vt ſubſiſtens ad naturam diuinam, ita & filius. Alij dicunt, quòd eſt communitas ſecundum rationem intentionis. ſicut dicitur, quòd color, & animal conueniunt in intentione generis. Sed hæc duo dicta, in idem referuntur, quia communitas intentionum, non eſt niſi ſecundum proportionem communis ad proprium, vel econtrario. Et hoc etiam non videtur ſufficere, quia perſona non tantum nominat intentionem, vel (D. 367. & 634. & 635)

E habitudinem alicuius ſubſiſtentis ad naturam communem, ſicut hoc nomen ſuppoſitum, vel particulare, vel aliquid huiuſmodi: ſed magis nominat illam rem, cui accidit talis intentio. vnde communitas perſonæ in diuinis, non poteſt eſſe ſecundum communitatem talis habitudinis, vel intentionis, ſed iſta communitas eſt, qua hoc nomen ſuppoſitum commune eſt tribus pſonis. Et ideo aliter dicendũ, quòd pter has cõitates q̃ aliquo modo includunt in cõitate pſonæ, eſt ibi cõitas rõnis fundata in re: ſicut dicimus, quòd rõ aĩalis eſt cõis homini, & aſino, ſed rõ fundata in re eſt duplex: quia q̃dam eſt cõis ſicut ratio animalis, & q̃dam eſt ſpecialis, ſicut ratio hominis. Sic etiam eſt in diuinis, quòd cum realiter ſit ibi relatio, eſt ibi cõis ratio relationis.

¶ Item. Cum realiter ſit ibi paternitas, eſt ibi ſpecialis ratio paternitatis realiter. vnde relatio eſt communis paternitati, & filiationi ſicut ratio communis in rationibus ſpecialibus. nõ tñ ex hoc ſequitur, quòd relatio ſit vl'e ad paternitatem, & filiationem.

cet perſona proprie ſecundum ſubſtantiam dicitur, & eſſentiã ſignificat, ſicut ſupra oſtendit Auguſt. cum dicitur. Deus eſt perſona, pater eſt perſona. Quadam tamen neceſſitate, vt ſupra dixit Augu. tranſlatum eſt hoc nomen, vt pluraliter diceretur tres perſonæ, cum quæreretur: quid tres, vel quid tria. vbi non ſignificat eſſentiam, id eſt, naturam diuinam quæ communis eſt tribus perſonis, ſed ſubſiſtentias, vel hypoſtaſes ſecundum græcos. Græci quippe, vt ſupra dixit Auguſt. aliter accipiunt ſubſtantiã, ideſt hypoſtaſim, aliter nos. Nos enim ſubſtantiam dicimus eſſentiam ſiue naturam. perſonas autem dicimus ſicut illi dicunt ſubſtantias, ideſt hypoſtaſes. Sic ergo nos ita accipimus perſonas: vt illi accipiũt ſubſtantias, vel hypoſtaſes. At illi aliter accipiunt hypoſtaſes, quàm nos ſubſtantiam: aliter ergo nos accipimus perſonas, quàm ſubſtantiam. Cum ergo dicimus tres perſonas, non ibi perſonæ nomine eſſentiam ſignificam9. Quid ergo dicimus? Dicimus quia tres perſonę ſunt, ideſt, tres ſubſtantiæ, ſcilicet tres entes, pro quo Græci dicunt tres hypoſtaſes.

*Oſtendit verba Auguſtini conuenire huic ſententiæ.*

B Et hic ſenſus adiuuatur ex verbis Auguſtini pmiſſis, ſi interius intelligãtur. Quia enim pater eſt perſona, ideſt eſſentia, & filius eſt perſona, & ſpirituſſanct9 eſt perſona: ideo dicuntur tres perſonę, ideſt tres ſubſtantię, tres entes: non enim poſſunt dici tres ſubſiſtentiæ, vel entes, niſi ſingulus eorum eſſet perſona, ideſt, eſſentia. Quia ergo eis commune eſt id, quod eſt perſona, ideſt eſſentia: ideo recte C dicũtur tres perſonæ, ideſt, ſubſiſtentiæ, vel ſubſiſtẽtes, vt ſicut eſſentia, quę eis eſt communis: vere ac proprie eſt; ita illi tres vere, ac proprie ſubſiſtẽtiæ, vel entes, intelligantur. Ideoq; Auguſt. cauſas dictorũ diſcernens: dicit tres perſonas eſſe vnam eſſentiam, vel eiuſdem eſſentiæ: non ex eadem eſſentia, ne aliud

tionem: quia omne vniuerſale eſt ſecundum aliud, & aliud eſſe F
in ſuis inferioribus; ſed in diuinis, non eſt niſi vnum eſſe. Vnde, idem eſſe relationis eſt in paternitate, & filiatione. Vnde communis ratio in diuinis, non poteſt diſtingui per eſſe: ſed ſolum per ſpeciales rationes, & inde eſt, quòd nihil vnum ſecundum ſpecialem rationem poteſt numero multiplicari ĩ diuinis. Ita dico de perſona, quòd perſona in diuinis ſignificat communiter rationem diſtincti ſubſiſtentis in tali natura. & pater ſignificat relationem ſpecialem diſtincti ſpeciali ratione ſubſiſtentis in natura cõmuni, & ſimiliter filius: & inde patet, quòd perſona ſecundum rem, non eſt communis patri, & filio, quia non eſt numero vna perſona vtriuſq; ſicut vna numero eſsẽtia. Sed ſicut habens rationem cõmunẽ eſt cõmune habentib⁹ rationes ſpeciales, & proprias, in quibus diſtinguuntur, nec tamen eſt vniuerſale, quia non eſt ſecundũ aliud, & aliud eſſe in patre, & filio.

¶ Ad primum igitur dicendum, ꝙ perſona nõ eſt communis communitate rei ſicut eſſentia, & ideo quàmuis ſecundum rem, non differat ab eſſentia, non tamen ſignificat per modum eſſentię, & ſimiliter cum dicitur, quòd pater diſtinguitur a filio in perſona, non intelligitur, quòd ſit diſtinctio in ratione communi perſonæ, ſed ſolum in ratione ſpeciali, quæ eſt ratio patris.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd perſona non eſt de ratione patris ſi proprie accipiatur, quia in diuinis, non proprie eſt diffinitio ſicut nec genus, & ſpecies. Si tamen in hoc nõ fiat vis, tunc dicendum, quòd ſi ſit de ratione patris: non tamen eſt ſecundum aliud eſſe in patre, & filio, & ideo non eſt commune eis per modum vniuerſalis: ſed ſecundum rationem tantum. & per hoc patet ſolutio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis id quod eſt perſona ſit incommunicabile: nihil tamen prohibet intentionem perſonæ eſſe communem, ſicut Sor. eſt incommunicabilis, & tamen ratio indiuidui, vel intentio communis eſt, ſicut econtrario, & intentio generis deſignatur, vt particularis, quando contrahitur ad hoc genus: ſimiliter etiam ratio perſonæ, inquantum perſona eſt, quàmuis non nominet intentionem particularem, tamen eſt communis, eo quòd non dicit ſpecialem rationem diſtinctionis, ſed generalem: ſicut etiam indiuiduum vagum, vt aliquis homo eſt aliquo modo commune, prout non dicit hanc vel aliam rationem indiuiduationis, ſed indiuiduationem tantum in communi.

intelligatur, ibi eſſe perſona aliud eſſentia. Tres enim perſonę, ideſt ſubſiſtentię, vna ſunt eſſentia, & vnius eſſentiæ: non autem ſunt vna pſona, vel vnius perſonę: licet perſona ſecundum ſubſtantiam dicatur aliquando. Nam ſi hoc diceretur, confuſio fieret in perſonis. G

*Obiectioni illorum hic reſpondet qua nituntur probare perſonas ſecundum eſſentiam accipi, quia reſpondemus quærentibus quid tres, uel quid tria.*

AD hoc autem quod illi dicunt, cum quæritur, quid tres, vel quid tria, de eſſentia quęritur, quia non inuenitur, quid illi tres ſint, niſi eſſentia. per hoc volentes nos H
inducere; vt nomine perſonæ eſſentiam intelligamus, cum reſpondemus tres perſonas: ita dicimus. Indubitabiliter verum eſt, quia non inuenitur vnũ aliquid quod illi tres ſint, niſi eſſentia. Vnum enim ſunt illi tres, ideſt, eſſentia diuina.
Ioan.14. Vnde veritas ait. Ego & pater vnum ſumus. Verumtamen, cũ quęritur, quid tres, vel quid tria; non de eſſentia quæritur, nec ibi quid ad eſſentiam refertur. I
Sed cum fides catholica, tres eſſe profiteretur: ſicut Ioannes in Epiſtola canonica ait.
1.Ioan.c.5. Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cælo, quærebatur, qd illi tres eſſent, ideſt, an eſſent tres res; & quæ tres res, & quo nomine illæ tres res ſignificarentur. & ideo loquendi neceſſitate inuentum eſt hoc nomen

## ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum tres perſonæ poſſint dici tres res.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd tres perſonę, non poſſint dici tres entes, vel tres res. Quicquid enim abſolute prædicatur in diuinis, hoc ſingulariter de tribus prædicatur: ſed ens & res dicuntur abſolute. ergo &c.

¶ 2. Præt. Sicut eſt vna deitas patris & filij, ita vnum eſſe, & vna quidditas: ſed vna quidditas, & vnum eſſe, non dicit niſi vnus Deus. ergo eadem ratione, non debent tres perſonę dici tres entes, vel tres res, cum nomen entis imponatur ab eſſe, & nomẽ rei a quidditate, vt dicit Auic. †cap.3.to.3 Tract. 6 Meta. c.5.

¶ 3 Item. Pater & filius, non diſtinguuntur, niſi relationibus: ſed relatio, quantum ad reſpectũ, quo diſtinguit, non habet, quòd ponat aliquid. ergo videtur, quòd ex hoc, quòd relationib⁹ diſtinguuntur, nõ poſſint dici tres entes, vel tres res.

¶ 4 Præt. Damaſc. dicit, quòd tres perſonę, re non differunt, ſed ratione, & cognitione diſtinguuntur: ſed quęcunque diſtinguuntur ſola ratione, nõ ſunt tres res. ergo &c. Lib. 1. fid. orth. c.11.

CONTRA. Auguſ. dicit, res quibus fruendum eſt &c. ergo &c. Lib. 1. de doctrina Chriſt. c.5. to.3.

¶ Præt. Quęcunque realiter diſtinguuntur, ſunt plures res: ſed pater, & filius, & ſpirituſſanctus realiter diſtinguuntur. ergo &c. Probatio mediæ: Sicut ratio ſapiẽtię eſt in Deo, ita ratio paternitatis realiter; ſed propter realem rationem ſapientię dicitur De⁹ realiter ſapiens. ergo & eadem ratione dicetur realiter pater. K
ergo realiter relatus. ergo & realiter diſtinctus, quia hæc inuicem per ſe conſequuntur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſecundum Auicen. vt ſupra dictum eſt. Dist.2.q.1. art.3. Hoc nomen *ens*, & *res* differunt, ſecundum quod eſt duo conſiderare in re, ſcilicet quidditatem, & rationem eius, & eſſe ipſius, & a quidditate ſumitur hoc nomen res. Et quia quidditas poteſt habere eſſe, & in ſingulari, quod eſt extra animam, & in anima, ſecundum quod eſt apprehenſa ab intellectu: ideo nomen rei, ad vtrumque ſe habet, & ad id quod eſt in anima, prout res dicitur a reor reris, & ad id quod eſt extra animam, prout res dicitur, quaſi aliquid ratum, & firmum in natura. Sed nomen entis ſumitur ab eſſe rei. & ideo cum vnum, & idem ſit eſſe trium perſonarum: ſi ens ſumatur ſubſtantiue, non poteſt pluraliter prædicari de tribus perſonis, quia forma d a qua imponitur, ſ. eſſe, non multiplicatur in eis. Si aũt ſumatſ participialiter, & D. 917

perſona, ad reſpondendum, & dictum eſt tres perſonæ.

*Quid tres res, & quid una res hic dicitur.*

d

NON autem te moueat, quòd diximus tres res. Non enim hoc dicentes, diuerſarum rerum numerum ponimus in trinitate: ſed ita tres res dicimus; vt eaſdem eſſe vnam quandam ſummam rẽ confiteamur. Vnde Auguſt. in libro primo de doctrina Chriſtiana ſic ait. Res quibus fruendum eſt, nos beatos faciunt. Res ergo quibus fruendum eſt, ſunt, pater, & filius, & ſpirituſſanctus. Eademq; trinitas vna quędam ſumma res eſt, communiſque fruentibus ea: ſi tamen res, & non rerum omnium cauſa ſit. Non enim facile poteſt inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat: niſi quòd melius dicitur trinitas hæc vnus Deus. Sicut ergo tres res dicuntur, & hæ ſunt vna res: ita tres ſubſtantiæ dicuntur, & hæ ſunt vna eſſentia. Ecce oſtenſum eſt, quæ ſit intelligentia huius nominis perſona, cum dicimus tres perſonas.

*Ex quo ſenſu dicatur: alia eſt perſona patris; alia filij; alia ſpirituſſancti.*

NVNC inſpiciamus, vtrũ ſecundum eandem rationem, & cauſam dicatur: alia eſt perſona patris, alia filij; alia ſpirituſſancti. Quod vtiq; ſane ĩtelligi põt, vt ſit ſenſus talis. Alia eſt ſubſiſtentia, vel hypoſtaſis patris, alia ſubſiſtentia filii, alia ſubſiſtentia ſpiritusſancti. Et alia ſubſiſtentia pater, alia filius, alia ſpirituſſanctus.



ter, & adiectiue, ſic pluraliter prędicari poteſt, quia huiuſmodi recipiunt numerum a ſuppoſitis, & non a forma ſignificata, vt
Diſt.12.q.1. art.1. dictum eſt. Sed quidditas, ſiue forma, a qua ſumitur nomen rei in diuinis, conſideratur dupliciter. Aut vt forma abſoluta, vt eſſentia, vel deitas: & huiuſmodi, quæ non multiplicantur in diuinis: vnde & nomen rei, quod a tali forma ſumitur pluraliter non prædicatur, ſed ſingulariter, prout dicitur, quòd pater, & filius ſunt vna res. Eſt etiam in diuinis quædam forma relatiua, vt paternitas, quæ ſecundum rationem non ſolum in intellectu exiſtentem, ſed etiã extra eſt alia a filiatione: vnde ſecundũ quod ab hac relatione ſumitur nomen
†7.de Trin. c.4.to.3. rei, res pluraliter prędicatur, vt ſint ibi plures tales formæ relatiuæ, & ſecundũ hoc dicimus, quòd pater, & filius, & ſpirituſſanct⁹ ſunt tres res, non tantum in anima, ſed etiam extra animam habentes firmitatem in natura.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd nomen entis nullo modo ſumitĩ ab aliqua relatione: ſed ab eſſe, quod abſolutũ eſt ſimpliciter in diuinis: & ideo nõ prædicatur pluraliter ex forma ſua, ſed ex ſuppoſito, prout eſt adiectiuum, vel participium: ſed nomẽ rei imponitur a qdditate, vel forma, q̃ poteſt eſſe, & abſoluta, & relata: & ideo poteſt pluraliter prędicari, quamuis ſecundum nomen ad aliud non referatur, quia ad rationem rei accidit abſolutum, vel relatum, ſicut animali accidit, quòd ſit rationale, & irrationale.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quãuis ſit vnum eſſe, ſicut & deitas, tamen ens eſt adiectiuum, & Deus eſt ſubſtantiuum: vnde non eſt eadem ratio. Si autem per quidditatẽ intelligitur non ſolum natura abſoluta, ſed ratio, vel intentio cuiuſcunque, vel ſubſtantiæ, vel accidentis, vel *relationis*, *ſic in diuinis quamuis ſit vna quidditas* abſoluta: tamen ſunt plures rationes relationum realium: & ita plures quidditates quodammodo, quamuis hoc non poſſit proprie concedi, quia quidditas, & eſſentia, & diffinitio, eſt ſimpliciter tantum ſubſtantiarum, vt probat Philoſophus 7. Meta. & inde eſt, quòd nomen rei prædicari poteſt pluraliter, & ſingulariter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatio quamuis non ponat ex A illo reſpectu aliquid abſolutum, tamen ponit relationis rationem realiter in Deo exiſtentem: & ideo ex hoc poteſt dici res, & ex pluribus relationibus oppoſitis plures res.

¶ Ad dictum Dama. reſponſum eſt ſupra diſtinct. 2. 4. articulo vbi gloſſatur ratione, ideſt relatione: & dicitur relatio ratio, per comparationem ad eſſentiam.

## EXPOSITIO TEXTVS.

QVibuſdã videtur, quòd nomine perſonæ &c.} Iſta opinio erronea eſt, qa ſi eſſentia, & perſona omnino idem ſignificant, & quantum ad modum ſignificandi, & quantum ad rem ſignificatam, oportet ſicut dicimus tres perſonas, ita dicere tres eſſentias, aut ſi hoc eſt falſum, & illud. Sicut enim exponũt tres perſonæ, ideſt tres id habentes cõmune, quod eſt perſona, ita poſſunt exponere tres eſſentiæ, ideſt tres id habẽtes commune, qđ eſt eſſentia. A diſtin.23 hucuſque. Nec põt dici, quòd hoc dictũ eſt propter inſtãtiã hæreticorum, quia ad id, quod falſum eſt concedendũ, nulla neceſſitas cogere debet. In expoſitione ſymboli ad Damaſum. to. 4. Et præterea ceſſante neceſſitate, debuit ille modus loquendi ceſſaſſe.

{Quidam tamen neceſſitate &c.} videtĩ hoc nihil eſſe, quod dicit, quia cum plurale non ſit niſi ſingulare geminatum, non poteſt aliud eſſe ſignificatũ in ſingulari, quàm in plurali. Sed dicendum, quòd in ratione nominis tam in ſingulari, quàm in plurali hypoſtaſim ſignificat: ſed pp idẽtitatẽ ſm rẽ hypoſtaſis, & eſſentiæ in diuinis, pſona põt poni pro eſſentia ĩ ſingulari, nõ aũt in plurali, qa repugnat vnitati eſſentiæ: vnde iſta diſtinctio, quã Magiſter ponit magis attendit ſm vſum nominis, q̃ ſm diuerſam ſignificationẽ eius. {Tres perſonas eſſe vnam eſſentiã &c.} Huius ratio eſt, quia eſſentia, & perſona poſſunt conſiderari, ſecundum quòd ſunt idem re in diuinis, & ſic dicimus tres perſonas vnam eſſentiã, & ſecundum ꝙ ratione differunt, & ſic dicimus eas eſſe eiuſdem eſſentiæ, non tamen ex eadẽ eſſentia, quia hæc præpoſitio ex, denotat habitudinem cauſę efficientis, vel materialis: ſed in genitiuo poteſt intelligi habitudo cuiuslibet cauſæ, & quia eſſentia ſe habet ad perſonam per modum cauſæ formalis, ideo dicuntur perſonę vnius eſſentię, & non ex eſſen-

*Quomodo hæc intelligantur, alius in perſona pater, alius filius, alius ſpirituſſanctus.*

DEinde quæritur, utrum ſecundum eandem rationem accipiatur cũ dicitur. Alius eſt pater in perſona, alius in pſona filius, alius in perſona ſpirituſſanctus, ſiue alius perſonaliter pater, alius perſonaliter filius, alius perſonaliter ſpirituſſanct⁹. Ad quod dicimus, quia etſi poſsit eodem modo accipi, congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, vt hic pſonæ nomine, proprietas perſonę intelligatur, vt ſit ſenſus talis. Alius eſt in perſona, vel perſonaliter pater, ideſt pprietate ſua, pater alius eſt quàm filius, & filius proprietate ſua, alius quàm pater. Paternali enim pprietate diſtinguitur hypoſtaſis patris, ab hypoſtaſi filij, & hypoſtaſis filii, filiali proprietate diſcernitur a patre, & ſpituſſanctus ab vtroque proceſsibili proprietate diſtinguitur.

*Quo ſecundum hunc modum etiam in prædictis locutionibus poteſt accipi.*

HOc etiam modo ſane poteſt accipi perſona in præmiſsis locutionibus cum dicitur. Alia eſt perſona patris, alia filij, ideſt alia eſt proprietas qua pater eſt pater, alia qua filius eſt filius, alia qua ſpirituſſanctus eſt ſpirtusſanctus. Ita etiam nomine perſonę quidã proprietates intelligere volunt, cum dicuntur tres perſonæ, ſed melius eſt, vt ſubſiſtentias, vel hypoſtaſes intelligamus, cum dicimus tres perſonas. Ex prędictis colligitur, quòd nomen perſonæ in trinitate, triplicem te-
B net rationem. Eſt enim vbi facit intelligẽtiam eſſentię, & eſt vbi facit intelligentiam hypoſtaſis, & eſt vbi facit intelligentiam proprietatis.

*Authoritatibus ſanctorum oſtendit quod dixit.*

QVÒD autem ſecundum ſubſtantiam dicatur, & eſſentiam aliquando ſignificet, ſupra ex di-
C ctis Auguſ. aperte oſtendimus. Quòd vero pro hypoſtaſi atq; proprietate accipiatur, ex authoritatibus ſanctorum oſtendi oportet, ne coniecturis noſtris aliquid auſi dicere videamur. De hoc Hieron. in expoſitione fidei catholicę ad Damaſum, † ita ait. Non eſt prorſus, aliquis in Trinitate gradus, nihilque quod inferius, ſuperiuſue dici poſsit: ſed tota diuinitas ſui perfectio
D ne æqualis eſt, vt exceptis vocabulis, quę proprietatem indicant perſonarum, quicquid de vna perſona dicitur, de tribus poſsit digniſsime intelligi, atque vt confutantes Arrium vnam, eandemque trinitatis dicimus eſſentiam, vel ſubſtantiam, & deum vnum in tribus perſonis fatemur. Ita etiam impietatem Sabellij declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus, non ip-
E ſum ſibi patrem, ipſum ſibi filium, ipſum ſibi ſpiritumſanctum eſſe dicentes, ſed aliam patris, aliam filii, aliam ſpirituſſancti eſſe perſonam. Non enim noĩa tantũmodo, ſed ẽt noĩum

diſtincta ad dignitatem pertinente. ergo cum in diuinis nihil ſit materiale, & potentiale, vel incompletum. videtur, quòd in diuinis non ſit hypoſtaſis. A

Diſt. 25, q. 1. ar. 1. CONTRA. Sicut ſupra dictum eſt. Idem dicunt Græci hypoſtaſim, quod nos perſonam, ſed perſona proprie dicitur in Deo, & pluraliter de tribꝰ, & ſingulariter de ſingulis. ergo & ſimiliter hypoſtaſis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd vt ex dictis patet, & ex verbis Boe. hypoſtaſis apud græcos, eſt principaliter indiuiduũ ſubſtãtiæ, quod nos ſubſtantiam primam dicimus. hoc autem eſt aliquid cõpletum, & diſtinctũ, & incommunicabile in natura ſubſtãtiæ. vnde hypoſtaſis diuina erit illud, quod ẽ per ſe ſubſiſtens diſtinctum, & incommunicabile. Nihil autem abſolutũ eſt diſtinctum in diuinis: ſed ſolum id qđ eſt ad aliqd, & ſicut eſſentia eſt ipſum quod eſt ſecundum rem: ita realiter relatio diſtinguẽs eſt ipſum diſtinctũ, & cũ relatio ſit idẽ ſm rẽ, quod eſſentia: ipſum diſtinctum relatione erit idem ſm rẽ, qđ ſubſiſtẽs, in eſſentia, vel natura diuina; & hoc ſignificat nomen hypoſtaſis. Vnde dico, quòd nomẽ hypoſtaſis in diuinis ſignificat relationem, vt diſtinctam, per modum ſubſiſtentis in natura diuina. vt dictum eſt de nomine perſonę; ſed differt, quia hypoſtaſis de rõne ſua non includit determinatam rõnem diſtinctionis: ſed nomen perſonę ſpecialẽ includit diſtinctionis rõnem, quę ad dignitatẽ pertinet; prout dicit qđ ſubſiſtens in natura nobili. ſ. intellectuali, quàmuis hoc idẽ dicat nomen hypoſtaſis ex vſu grę corũ vt Boe. dicit. Sed hoc nomen pater vlterius ſignificat diſtinctum exprimendo ſpecialẽ, & determinatam rõnem diſtinctionis ad nobilitatem pertinentem. ſ. relationem paternitatis. Ex hoc patet, quòd iſta quatuor ſe habent conſequenter. Hypoſtaſis. n. dicit ſubſiſtens diſtinctũ quocũq; modo. Hypoſtaſis diuina dicit ſubſiſtens diſtinctum relatione, quia alia diſtinctio non poteſt eſſe in diuinis. Perſona dicit diſtinctum diſtinctione relationis ad dignitatem pertinentis. Pater in diuinis dicit ſubſiſtens diſtinctum relatione ad nobilitatem pertinente, quę eſt paternitas.

12. Corin. cap. 11.

[...]ca. 1. to. 3.

Ibidem.

De duab. natu.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd nomen rñdens hypoſtaſi lingua latina. ſ. ſubſtantia, ęquiuocatur ad eſſentiam, & ad ſubſtãtiam primam: & ideo ne fieret occaſio deceptionis, noluit Hierony. vti nomine hypoſtaſis ante notam & determinatam eius ſignificationem: nę ex diſtinctione hypoſtaſis, diſtinctionem eſſentię ſimplices heretici decipiendo arguerent.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd quãuis ſm rem in diuinis nõ ſit aliquid ſub alio, vel ſubſtans alij per modum accidentis: tñ intelligitur aliquid ſubſtare quantum ad modum ſignificandi, ſm quod etiam dicit Dam. quòd in diuinis quędam ſignificant id quod conſequitur ſubſtantiam, vt bonitas, ſapientia, paternitas & huiuſmodi, & ſecundum hoc poteſt dici ibi nomen hypoſtaſis.

Lib. 3. fid. orth. c. 6.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hypoſtaſis in Deo eſt res naturę. Sciendum eſt. n. quòd indiuiduũ ſubſtantię dicitur dupliciter. vel ex eo quòd ſubſtat naturę. vel ex eo quòd ſubſtat accidentibus & proprietatibus, & quantum ad vtrũq; poteſt ſignificari per nomen primę intentionis, vel per nomen ſecũdę intentionis. Per nomen primę impoſitionis ſignificatur, vt ſubſtat naturę hoc nomine res naturę: & per nomen ſecundę impoſitionis hoc nomine, quod eſt ſuppoſitum. Similiter inquantum ſubſtat proprietati, ſignificatur nomine primę impoſitionis, quod eſt nomen hypoſtaſis vel perſonę: & nomine ſecundę impoſitionis, qđ eſt ſingulare vt indiuiduum, quę cũ ꝓprie non ſunt in diuinis, quia exprimũt determinatum modũ diſtinctionis, qui eſt ꝑ materiam: ſed loco horum dr̃ ibi incõmunicabile. Nec tñ oportet, quòd natura ſit aliquid ſimplicius, quàm ipſa res naturę; quia in ſimplicibus ſecundum Aui. quidditas ſimplicis eſt ipſum ſimpliciter: ſed differt tantum quãtum ad modum ſignificandi: quia quidditas ſignificatur vt forma, & ipſa res ſimpliciter ſignificatur, vt ſubſiſtens, & diſtinctio in re naturę, nõ eſt ex parte naturę: ſed ex parte relationum oppoſitarũ ſubſiſtentium in natura illa.

Tract. 5. Meta. c. 5.

¶ Ad quartum dicendum, quòd perſona, vt dictum eſt, nõ diſtinguitur in diuinis ex parte naturę, vel ex parte ipſius eſſe: ſed ſolum ex parte proprietatum. vnde illa nomina, quæ dicuntur ſecundum reſpectum ad proprietatem, pluraliter prædicantur, ſicut hypoſtaſis & perſona, quæ autem dicuntur per reſpectum ad eſſe, prædicantur ſingulariter, vt ſubſiſtentia & eſſentia: quamuis nomen ſubſiſtentiæ apud vſum ſanctorum, ſumatur pro [d] hypoſtaſi, vt prius dictum eſt. Sed quædam ſunt nomina, quæ dicunt reſpectum ad naturam communem: quæ etiam pluraliter prædicantur, vt res naturæ & ſuppoſitum: quia quamuis non dicant reſpectum ad proprietatem per modum formæ: tamen inquantum nominant aliquid diſtinctum ſub natura communi, ſignificant in diuinis relationes vt ſubſiſtentes. Subſiſtentia autem & eſſentia, non nominat diſtinctum. vnde etiam per prius ſunt in generibus, & ſpeciebus, quàm in indiuiduis, ſecundum Boet. & ideo ſi proprie accipiantur, pluraliter non prædicantur, ſicut eſt apud Græcos.

Diſt. 25. q. 1. ar. 4.

D.

D. 64. & 61.

De duab. natu. In corp. ar.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hypoſtaſis, vt dictum eſt, ſignificat in diuinis relationem per modum ſubſtantiæ: quia ſicut propter ſimplicitatem, idem eſt in Deo eſſentia & eſſe: ita etiam idem eſt in eo relatio diſtinguens & diſtinctum relatione: ſed differunt ſecundum modum ſignificandi, qui fundatur in re, quia vtrunque nomen habet veram ſignificationem ſuam in Deo: & ideo differunt etiam, quantum ad modum ſupponendi: quia ſuppoſito vno non ſupponitur aliud. ſicut enim dicimus quòd Deus generat, & deitas non generat: ita dicimus, quòd hypoſtaſis diſtinguitur, & relatio diſtinguit. E

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut nomen perſonæ ſignificat quid diſtinctum in diuinis: ita & nomen hypoſtaſis: ſed nomen perſonæ determinat ſpecialem modum diſtinctionis, ſcilicet per proprietatem nobilem, quod nomen hypoſtaſis non determinat. vnde ſe habent, quaſi ſicut ſuperius & inferius: ſicut aliqua ſubſtantia eſt quodam modo magis communis, quàm aliquis homo. Sed iſta determinatio, & indeterminatio communis, & proprij, in rebus compoſitis, reducitur ad materiale, & forma-

hypoſtaſes ſi placet. Nomẽ hoc non bonæ ſuſpitionis eſt, cum in eodem verbo ſenſus diſſentiũt. Aut ſi rectum putatis; tres hypoſtaſes cum interpretationibus ſuis debere nos dicere, non negamus: ſed mihi credite, venenum ſub melle latet. Transfigurat enim ſe angelus Sathanæ in angelum lucis. His verbis, non negat vtendum eſſe nomine hypoſtaſis: ſed hæreticos eo praue vſos oſtendit, contra quos cautela opus erat in diſtinctione ſignificatiõis, alioquin ſibi contradiceret, qui ſupple tres hypoſtaſes confitetur. B

*De proprietatibus perſonarum, & de nominibus earum relatiuis.*

IAm de proprietatibus perſonarum videamꝰ: quę etiam notiones ſiue relationes in ſcriptura plerunque dicuntur in illa ſancta Trinitate, quæ ideo a nobis repetitur, vt cordi noſtro tenacius infigatur. Ait Aug. in lib. de fide ad Petrum: aliud eſt genuiſſe, quàm natũ eſſe, aliudq; eſt procedere, quàm genuiſſe; vel natum eſſe. *b*. Vnde manifeſtum eſt, quòd alius eſt pater, alius filius, alius ſpiritusſanctꝰ. Et eſt proprium ſolius patris; non quia non eſt natus ipſe: ſed quia vnum filium genuerit, propriumque ſolius filij: non quia ipſe non genuit, ſed quia de patris eſſentia natus eſt. Proprium vero ſpiritusſancti eſt, non quia nec natꝰ eſt ipſe, nec genuit, ſed quia ſolus de patre filioque ꝑcedit. *c*. Ecce breuiter aſſignauit tres proprietates trium perſonarum; quarum vna non eſt alia. Hoc enim ſignificauit cũ dixit: Aliud eſt genuiſſe, quàm natum eſſe: aliudq; procedere, ideſt, alia proprietas ſiue notio eſt generatio, & alia natiuitas, alia proceſſio, quæ aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates deſignant nomina perſonarũ, ſcilicet pater, filius, & ſpiritusſanctus, quæ relatiua ſunt, & ad ſe inuicem dicuntur, quia notant relationes, quæ non ſunt Deo accidentales; ſed in ipſis perſonis, ab ęterno, ſunt immutabiliter, vt non modo appellationes, ſint relatiuæ, ſed etiam relatio- C

le ſecundum rem, eo quòd ratio generis fluit a materia, & ratio differentię a forma, vt dictum eſt. ſed in rebus ſimplicibus, non habet aliquid reſpondens in re, quod ſit indeterminatum, quaſi materiale, & forma adueniente determinetur, ſed eſt ſolũ quantum ad modum ſignificandi, inquantum vtrumque illorum eſt vere ſignificare in diuinis.

nes, ſiue notiones in rebus ipſis, ſcilicet in perſonis ſint.

*Quòd non omnia, quæ de Deo dicuntur, ſecundum ſubſtantiam dicuntur. quædam enim ſecundum relationem dicuntur, nihil tamen ſecundũ accidens.*

G QVo circa, ſciendum eſt, non omne quod dicitur de Deo, dici ſecundum ſubſtantiam, quia quædam dicuntur ſecundum relationem, quæ non eſt accidens, quia non eſt mutabilis. Vnde Auguſ. in 5. lib. de Tri. ait. †Nihil in Deo ſecundum accidens dicitur: quia nihil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur ſecundum ſubſtantiam de Deo dicitur. In rebus creatis, atque mutabilibus, quod non ſecundum ſubſtantiã dicitur: reſtat vt ſecundum accidens dicatur. In deo autem, nihil quidem ſecundum accidens dicitur: quia nihil in eo mutabile eſt, aut amisſibile. Nec tamen omne, quod dicitur de deo, ſecundum ſubſtantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, ſicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non eſt accidens, qa & ille ſemper eſt pater, & ille ſemper eſt filius, & ita ſemper, quia ſemper natus eſt filius, nec cepit, vnquam eſſe filius. Quòd ſi aliquãdo eſſe cepiſſet, aut aliquando deſineret eſſe filius, ſecundum accidens diceretur. Et quia pater, non dicitur pater, niſi ex eo quòd eſt ei filius, & filius non dicitur filius, niſi ex eo ꝙ habet patrem, non ſecũdum ſubſtantiam hęc dicuntur: ſed adinuicem iſta dicuntur, neque tamen ſecũdum accidens, quia & quòd dicitur pater, & quòd dicitur filius, & æternum atque incõmutabile eſt eis. Ecce apte his verbis oſtenditur, quædam dici de deo ſecundum ſubſtantiam, quædam ſecundum relationem: nihil tamen ſecundum accidens. Oſtenditur etiam proprietas patris eſſe, quòd habet filium, & proprietas filij, quòd habet patrem. :*a*: Ideoque cum dixit ęternum, & incõmutabile eſſe, quòd pater dicitur, & ꝙ filius dicitur, ita intelligi voluit, H ideſt, proprietas, qua pater eſt pater, & proprietas, qua filius eſt filius, ęterna eſt, & incõmutabilis: *b*: quia & pater ſemper pater, & filius ſemper filius. Vnde, & Hilarius proprietates perſonarum asſignans in lib. 12. de Tri. ait. Si ſemper patri propriũ eſt, ꝙ ſemper eſt pater: neceſſe eſt ſemper filio ꝓprium eſſe, vt ſemper ſit filius. Vbi. n. ſemper pater eſt, ſemper & filius eſt. ergo, qui non ſemper pater eſt, nõ I ſemper genuit. Item in eodem. Nato deo, maniſeſtum eſt, proprium eſſe, quòd filius eſt.

ARTIC. II.

*b Vtrum remotis relationibus per intellectum, hypoſtaſes remaneant diſtinctæ.*

De pot. q. 8. art. 4. Et 1. p. q. 40. ar. 3 Augu. 5. de tri. c. 5. to. 3

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd remotis relationib⁹, per intellectum, remaneant hypoſtaſes diſtinctę. Sicut enim dicit Auguſt. In omni qđ ad alterum dicitur, eſt accipere aliquid, quod per ſe dicitur, quia relatum, non eſt relatum tantum, ſed etiam eſt aliquid. Si igitur hypoſtaſis ſecũdum relationem, ad aliqđ dicitur. videtur, ꝙ præter intellectum relationis, ſit aliquid intelligere ſubſiſtẽs, & ita remotis proprietatibus relatiuis per intellectum. videtur, quòd remaneant ipſæ hypoſtaſes ſubſiſtentes.

†c. 4. to. 3.

¶ 2 Præt. Hypoſtaſis in diuinis eſt perfectior, quàm ſit in creaturis, ſed in creaturis remoto per intellectum, vel ſecundum rem hoc, quod vna hypoſtaſis ad aliam dicitur, adhuc remanent ipſæ hypoſtaſes, ſicut Sor. & Plato. ergo videtur, quòd etiam in diuinis.

¶ 3 Item. Omne, quod cadit in diffinitione alicuius poteſt intelligi, non intellecto illo, ſicut remoto per intellectum rationali, per quod homo conſtituitur, intelligitur animal, quod in diffinitione hominis ponitur, ſed perſona eſt hypoſtaſis proprietate diſtincta, ad dignitatem pertinẽte. ergo remota per intellm̃ proprietate relatiua. adhuc remanet hypoſtaſis diſtincta.

¶ 4 Præte. Pater habet, quòd eſt quis, & quòd eſt pater. Aut igitur ab eodem, aut ab alio. Si ab eodem, tunc cum paternitate ſit pater, paternitate erit quis: ſed in filio non eſt paternitas, ergo filius non erit quis, quod eſt falſum. ergo oportet dare alterum, quod non ab eodem habeat. Remoto igitur a patre hoc, quo pater dicitur, adhuc remanet, quòd eſt quis: ſed quis nominat hypoſtaſim. ergo remota relatione remanet hypoſtaſis diſtincta.

6. de tri. c. 2. & 3.

CONTRA. Sicut dicit Auguſt. In omnibus pater, & filius vnum ſunt, præter ea, quæ ad aliquid dicuntur. remoto igitur per intellectum hoc, quo pater ad alterum dicitur, remanet ſolum id in quo pater, & filius vniuntur, ſed hoc non poteſt eſſe diſtinctum in diuinis. ergo remota relatione per intellectũ, non remanent hypoſtaſes diſtinctę. hoc idem videtur per Boe. qui dicit, quòd in diuinis ſola relatio multiplicat trinitatem.

1. de trin. c. 12.

RESPONDEO, Dicendũ, ꝙ duplex eſt opinio. Quidam dicũt, ꝙ ſicut eſt in creaturis, quòd remotis relationibus, & proprietatibus remanent ipſæ hypoſtaſes ſeipſis diſtinctę, ita eſt et in diuinis. Vnde dicunt, quòd abſtracta perſonalitate, ideſt, relatione conſtituente perſonam, remanet hypoſtaſis. Sed hoc nõ F videtur poſſe ſtare ſm̃ fidei ſuppoſitionẽ, propter duo. Primo, quia cũ pluralitas ſemper cauſetur ex aliqua diſtinctione, & diſtinctio oĩs, vel eſt per eſſentiam, vel per quantitatẽ, vel per relationem, impoſſibile eſt in Deo eſſe aliquã diſtinctionẽ, niſi quã cauſat relatio. vnde remotis relationib⁹ per intellectum, ſimul tollitur ipſe intellectus diſtinctionis. Secundo, quia in diuinis nihil prædicatur ſicut accidens, vel ſicut forma inhęrens alicui præexiſtenti. vnde quicquid ſignificatur per modũ formæ totũ ẽ ſubſiſtẽs. Vnde ſicut remota eſſẽtia ꝑ intellm̃ nõ remanet aliqđ, quaſi recipiẽs illã eſſentiã, qa ipſamet eſſentia eſt ſubſiſtens. ita etiã remota bonitate ꝑ intellectũ non remanet aliqđ, quaſi recipiens bonitatem, qa ipſa bonitas eſt ſubſiſtens, & ſilr̃ remota relatione ꝑ intellectũ, non relinquitur aliqđ quaſi ſubſtratũ illi relationi, ſed ipſamet relatio ẽ res ſubſiſtẽs. Vñ abſtracta relatione proprie loquendo, nihil manet, neq; abſolutum neq; relatũ; neq; hypoſtaſis, neq; eſſentia. Sed verũ eſt, ꝙ eſſentia põt intelligi, nõ intellecta bonitate, vt dicit Boe. li. de hebd. & ſilr̃ põt intelligi eſſentia, nõ intellecta paternitate, vel relatione, ſicut Iudęi intelligũt, ſed nõ ꝑ modũ abſtractionis: ſed non poteſt intelligi, quòd in diuinis remoueatur relatio, & remaneat aliquid ſubſiſtens relationi, quia ipſamet ibi ſubſiſtit. Et ideo concedimus cum aliis, quòd remota relatione, non manet hypoſtaſis diſtincta in diuinis, tum quia non manet diſtinctio, tum quia non manet ſubſiſtens relationi. Sed verum eſt, quòd ſi nunquam eſſent relationes, quas fides diſtinguit, Deus eſſet, & ſubſtantia, & perſona ex hoc, quòd ſubſiſteret in eſſe ſuo, & ſubſtaret proprietatibus eſſentialibus, quibus ab eſſentiis aliis diſtingueretur.

Lib. 1. poſt med.
†circa med.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd in diuinis eſt accipere, & abſolutũ, & relatum, ſed relatio nõ aduenit abſoluto ſicut diſtinguens ipſum: ſed per omnimodam identitatem rei. Sed id quod diſtinguitur relatione eſt ipſa relatio, & hoc poteſt ſignificari per modum ſubſiſtentis, & ſic ſignificatur nomine perſonæ, vel hypoſtaſis, vt patet ex dictis. K

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in creaturis hypoſtaſes diſtinguuntur per materiam, & proprietates diuerſæ ſunt oſtendentes diſtinctionem: ſed in diuinis hypoſtaſes non diſtinguuntur niſi per relationem, quia non eſt ibi inuenire aliquam realem alietatem, niſi quæ eſt ſecundum oppoſitionem relatiuam. vnde ſicut in creaturis ſubtracta per intellectum diuiſione materiæ, & quantitatis, non remanent hypoſtaſes diſtinctę. ita etiam in diuinis ſubtracta oppoſitione relatiua. Art. antec.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hypoſtaſis ponitur in diffinitione perſonæ, quia perſona addit aliquid ſupra hypoſtaſim, non quidem relationẽ, quia relatio eſt de intellectu hypoſtaſis diuinæ, ſicut de intellectu perſonæ, ſed addit determinatam rationẽ relationis, ſcilicet pertinens ad dignitatem, & ideo remota relatione, neq; hypoſtaſis intellectus, neq; perſonæ manet in diuinis:



diuinis, quia etiam ex hoc ipſo, quòd ponitur hypoſtaſis diuina ponitur ſubſiſtens in proprietate nobili. Vnde ratio nobilitatis quam addit perſona, includitur in hoc, quòd eſt diuina hypoſtaſis. vnde ſicut hypoſtaſis humana nihil minus dicit, quàm perſona: ita nec hypoſtaſis diuina.

¶ Ad quartum dicẽdum, ꝙ paternitate habet pater, ꝙ eſt qs & quòd eſt pater. Nõ tñ ſeqtur, ꝙ filius, nõ ſit qs, quia hoc quo pater habet paternitatem, filius hẽt filiationẽ, q̃ ẽt ẽ relatio. Vnde abſtracta relatione, neq; pr̃ eſt qs, neq; filius eſt qs; ſed tñ vterque eſt qs ſua relatione, ſicut vterque eſt perſona ſua ꝑſonalitate, & tñ perſonalitas vnius non eſt perſonalitas alterius, & hoc qũo ſit patet ex prædictis de cõitate perſonæ.

Diſt. 25. q. 1. ar. 3.

*Quare dicatur eſſe proprium vnigeniti, quòd eſt filius Dei, cum etiam homines ſint filij Dei.*

HIc quæritur, quomodo dicatur propriũ nato Deo, quòd eſt Dei fili⁹, vel genitus ex Deo, cum etiam homines filij Dei dicantur, & B ſint, ſecundum, illud, Filij excelſi omnes. Et ad Moyſen. de populo Iſrael dominus ait. Filius meus primogenitus Iſrael. Sed magna eſt diſtantia. Homines enim filij Dei ſunt factura, non natiuitatis proprietate. Deus autem filius originis proprietate filius eſt, & veritate natiuitatis; non factura, vel adoptione, & illi quidem ante ſunt, quàm filij Dei ſunt. fiunt enim filij; non naſcuntur filii Dei. Vnde Hilarius ſolum Deum natum originis proprietate Dei, filium oſtendens, inter ipſum, & homines filios Dei euidentiſſime diſtinguit, in libro duodecimo de Trinitate, ita †dicens. Vero Deo patri, qui ex Deo naſcitur vere filius eſt, & nos quidem filii Dei ſumus: ſed per facturam. Fuimus enim aliquando filii iracundiæ, ſed filii Dei per adoptionem effecti ſumus, potius quàm naſcimur, & quia omne quod fit, antequã fiat non fuit, nos cum filii non fuiſſemus; efficimur. Ante. n. B filii non eramus; ſed per gratiam facti ſumus, non nati, neque generati, ſed acquiſiti. acquiſiuit enim nos Deus ſibi, & per hoc dicitur nos genuiſſe. Genuiſſe enim Deũ filios, nunquam cum proprietatis ſignificatione cognoſcimus dici. Ex adoptione enim homo factus eſt filius Dei, non ex generatione, neque ei proprietas eſt: ſed nuncupatio, ac per id non vere filius eſt: quia nec proprie natus dicitur; nec ſemper fuit fi C lius. Vnigenitus autem Deus, nec fuit aliquando non filius, nec fuit aliquid antequam filius, nec quicquam ipſe niſi filius. atque ita, qui ſemper eſt filius, naſcibilitatis proprietate, ac veritate filius eius eſt ſolius, qui genuit, &

†Pſal. 81.
†Exod. 4.
†Non lõge a princ.

*QVAEST. II.*

B

Deinde quæritur de ꝓprietatibus.

Et circa hoc quęruntur tria.

Primo. An relationes ſint in diuinis.
Secundo. Vtrum ſolis relationibus originis perſonæ diſtinguantur.
Tertio. De numero relationum notionum, & proprietatum, & qualiter hæc differant.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum relationes diuinæ, ſint omnino nihil.*

1. p. q. 28. art. 2. Lib. 1. c. 16.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd in diuinis relationes omnino nihil ſint. Sicut enim dicit Boe. lib. de Tri. Cuncta, quæ in diuinam prædicationem veniunt mutantur in ſubſtantiam, ad aliquid vero, omnino non prædicatur, ſed quicquid eſt in Deo prædicatur de ipſo. ergo relationes, non ſunt in Deo.

¶ 2 Pręte. Ipſe dicit, ꝙ relationes, quibus pater refertur ad filiũ, & filius ad patrem, ſunt ſimiles relationibus, quibus aliquid ad ſeipſum refertur, vt cum dicitur idem eidem idem. ſed tales relationes nihil ſecundum rem ponunt in eo de quo dicuntur, vt videtur dicere Philoſophus in 5. metaph. ſed ſunt ſolum ſm̃ intellectum. ergo videtur, ꝙ relationes, non ſunt realiter in Deo.

Tex. 20.

¶ 3 Item. Omne, quod aduenit alicui, & recedit ex ſola habitudine alterius ad ipſum ſine omni ſua mutatione, non ponit aliquid in ipſo. Nihil enim poteſt aduenire alicui de nouo ſine ſui mutatione, vel per ſe, vel per accidens: ſed relationes hoc modo adueniunt, & recedunt, ſicut per mutationem alterius efficitur columna immobilis dextra, & ſiniſtra, ſicut mortuo filio aliquis deſinit eſſe pater, nulla mutatione circa ipſum facta. ergo videt quòd relationes huiuſmodi, omnino nihil ſunt in diuinis.

¶ 4 Prær. Si relatio eſt in diuinis, aut eſt idẽ quod eſſentia, aut aliud. Si idem quod eſſentia, tunc cum eſſentia ſit vna in omnibus, & relatio erit vna in omnibus, vel ſi perſonæ diſtinguũtur relationibus diſtinguentur etiam in eſſentia, quod eſt hæreſis Arrij. Si aliud. ergo facit compoſitionem cum eſſentia: quod non poteſt eſſe. ergo relatio omnino non eſt in diuinis.

¶ 5 Item. Simpliciſſima ſeipſis diſtinguuntur. ſed perſonę diuinæ ſunt ſimpliciſſimæ. ergo ſeipſis diſtinguuntur. ergo videtur, quòd non diſtinguantur aliquibus relationibus.

CONTRA. Omne, quod eſt in Deo, vel eſt abſolutum, vel eſt ad aliquod aliud; ſed perſonæ diuinę, non diſtinguun- A tur in aliquo abſoluto, quia in abſolutis tres perſonæ vnum ſunt. ergo vel non diſtinguuntur, vel relationibus diſtinguuntur. ſi igitur relationes non ſunt realiter in diuinis: ſed ſecundum rationem tantum, tunc pater, & filius, non realiter diſtinguuntur, & ita ſequetur hęreſis Sabellij. oportet ergo relationes in diuinis ponere.

¶ Præter. Pater refertur ad filium, & ad ſpiritum ſanctum: ſed non eodem modo ad vtrumque: qa ad vnum generando, ad alium ſpirando. ergo videtur, quòd oporteat ĩ vna perſona, ſignificare plures relationes, quibus ad alteram referatur: ſicut in vna eſſentia plures perſonas. ergo ſicut in diuinis non tantum ponimus eſſentiam, ſed etiam perſonas: quia inuenimus plures perſonas in vna eſſentia, ita oportet ponere etiam relationes.

RESPONDEO, Dicendum, quòd apud omnes catholicos certum eſt relationes eſſe, in diuinis. Sed in poſitione relationum inueniuntur diuerſæ doctorum ſententiæ. Quidam dixerunt, vt Poretani, quòd relationes in diuinis, ſunt tantum aſſiſtentes. Quidam vero dixerunt, quòd relationes in diuinis ſunt ipſæ perſonæ, & quòd aliquando in abſtracto ſignificantur, hoc eſt ſolum propter modum loquendi, ſicut dicimus rogo benignitatem tuam, ideſt, te benignum, & ſimiliter reſoluendę ſunt omnes illę locutiones, in quibus relationes, vel proprietates in abſtracto dicuntur. Alij D dicunt, quòd relationes ſunt perſonæ, & ſunt in perſonis etiam ſecundum veritatem rei, & non ſolum quantum ad modum loquendi, & omnes iſti, ſecundum aliquid verum dixerunt. Sed tamen vltima opinio continet totam veritatem. Et ad huius intellectum ſciendum eſt, quòd vt ſupra dictum eſt in relatione, ſicut in omnibus accidentibus eſt duo conſiderare, ſcilicet eſſe ſuum, ſecundum quod in ſubiecto fundatur, ſecundum quod ponit aliquid in ipſo, prout eſt accidens, & rationem ſuam, ſecundum quam ad aliud refertur, ex qua in genere determinato collocetur, & ex hac ratione, non [d] habet quòd ponat aliquid in eo de quo dicitur, ſicut omnes aliæ formæ abſolutæ ex ipſa ſua ratione habent, quòd aliquid in eo de quo dicuntur ponant. Et ideo inueniuntur quædam relationes, nihil ponentes in eo de quo dicuntur. Et hoc attendentes quidam Philoſophi dixerunt, quòd relatio non eſt aliquod vnum genus entium, nec eſt aliquid in rerum natura: ſed eſt tantum quidam reſpectus, reſperſus in omnibus entibus, & E quòd relationes ſunt de intentionibus ſecundis, quę non habent eſſe, niſi in anima. Cui etiam Poretanorum opinio conſentire videtur. Sed hoc falſum eſt, quia nihil quod eſt ens tantum in anima, in genere determinato collocatur. Vnde diſtinguendum eſt inter relationes. Quædam enim ſunt, quę habent aliquid in re, ſupra quod eſſe eorum fundatur, ſicut æqualitas fundatur ſupra quantitatem, & huiuſmodi relationes, aliquid realiter in re ſunt. Quædam vero ſunt, quæ non habent fundamentum in re de qua dicuntur, ſicut dextrum, & ſiniſtrum in illis, in quibus non ſunt determinatæ iſtę poſitiones, ſecundum naturam, ſicut in partibus animalis. Ibi enim ſcilicet in animali, iſtę relationes realiter ſunt, quia fundantur in diuerſis virtutibus determinatarum partium, ſed in aliis non ſunt, niſi ſecundum rationem habitudinis vnius ad alterum, & ideo dicuntur relationes

Diſt. 8. q. 4. art. 3.
D. 1086.
12. Meta. Tex. cõ. 19. apud Auer.

In hoc art. paulo ſup.

rationis. Et hoc contingit quatuor modis, ſcilicet quòd ſint relationes rationis, & non rei. Vno modo, vt dictum eſt, quando relatio non habet aliquid in rei natura, ſupra quod fundetur, & inde eſt, quòd quandoque contingit, quòd relatio realiter eſt in vno, & non in altero, quia in vno habet motum quendam, ſupra quem fundatur, quem non habet in alio, ſicut eſt in omnib⁹ illis relationibus, quibus Deus ad creaturam refertur, quæ quidem realiter ſunt in creatura, & non in Deo. Secundo modo, quando relatio non habet aliquam realem diuerſitatē inter extrema ſicut relatio identitatis, & ideo hoc nihil ponit ſecūdum rem, ſed ſolum ſecūdum rationem, vt cum dicitur, idem eidem idem. Tertio modo, quando deſignat relatio aliqua entis ad non ens, vt cum dicitur, ꝙ nos ſumus priores illis, qui futuri ſunt. iſta enim prioritas, non eſt aliqua relatio ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum rationē, quia relatio realis exigit vtrunque extremorū in actu. Quarto modo, quando ponitur relatio relationis. ipſa enim relatio per ſeipſam refertur. & nō per aliā relationem. vnde in creaturis paternitas non coniungitur ſubiecto per aliquā relationem mediam. Et hos vltimos duos modos ponit Aui. primi duo poſſunt etiam extrahi ex verbis Philoſophi. Cum igiť iſtæ relationes paternitas, & filiatio habeant fundamentum aliquod in re, ſ. ipſam naturam, quæ communicatur ſm communicationem naturæ, conſtat ꝙ ſunt realiter in Deo, & propter ſimplicitatem ſunt idem quòd perſonæ in quibus ſunt, & propter veritatem relationū oportet, ꝙ alio modo ſignificentur. Primi igitur attendentes in relationibus ſolū id, quod ad alterū eſt, & non fundamentū, quod habent in re: dixerunt relationes aſſiſtentes eſſe, quaſi ex habitudine alterius aduenientes. Secundi attendentes fundamentū rei, & ſimplicitatē diuinā dixerunt, ꝙ relationes non ſunt in perſonis, ſed ſunt ipſe primæ. Tertij autē conſiderantes vtrūq; dixerunt, ꝙ ſunt in perſonis propter veram rationem relationis, & quòd tamen ſunt perſonæ propter ſimplicitatem; ſicut deitas eſt in Deo, & tamen eſt Deus.

†cap. 51.
†Deut. 6.
†parū post med.
Tract. 3. meta. c. 10. 5. Meta. Tex. 20.

ille tantum qui genuit pater ipſius eſt: quia ſicut ille filius origine; ita ille pater generatione.

*Quòd homo dicitur filius trinitatis, & trinitas poteſt dici pater hominum.*

Homo vero, qui filius Dei eſt factura: non tantum patris, ſed & filij, G & ſpiritusſancti filius eſt, ideſt, totius trinitatis, & trinitas ipſa pater eius dici poteſt. Vnde Auguſt. † in quinto libro de Trinit. dicit. Non poteſt dici trinitas pater, niſi forte translatiue ad creaturā propter adoptionem filiorum. Quod enim ſcriptum eſt. Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus vnus eſt, non vtique excepto filio, aut ſpiritusſancto oportet intelligi; H quem vnū dominum Deū noſtrum recte dicimus, etiam patrem noſtrum per gratiam, ſuam nos, regenerantē. De hoc etiam Hilarius in ſexto libro de Trinita. ait. Omnibus per fidem Deus, pater eſt; quibus eſt pater per eam fidem, qua Ieſum Chriſtum Dei filium confitemur. Ecce oſtenſum eſt, quare proprium dicatur eſſe Dei nati, quòd filius eſt; quia ſcilicet ipſe ſolus natus proprie dicitur. Vnde † Hylarius in libro tertio de Trinit. ait. Dominus dicens, clarifica filium tuum, non ſolo nomine cōteſtatus eſt ſe eſſe filium, ſed & proprietate. Nos filij Dei ſumus, ſed non talis hic filius. Hic enim verus, & proprius eſt filius origine; non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione.

*Quòd ſpiritusſanctus proprie dicitur donum Dei, quia proprietate eſt donum, ut filius natiuitate, & utroque modo dicitur relatiue, & ſecundum eandem relationem.*

Ita etiam de ſpiritusſancto dicendum eſt, qui proprie dicitur donum Dei, cum tamen, & alia plura ſint dona Dei. Sed ſpiritusſanctus, ita proprietate immutabili, & æterna donum eſt, ſicut filius proprietate eſt filius. Eo

Ad primvm igitur dicēdū, ꝙ dictū Boet. intelligiť de ad aliquid, prout ad alterū eſt. ſic. n. non prædicat aliquid in re de qua dicitur; ſed ponit aliquid extra; ſed tamen aliquæ relationes, quantum ad eſſe ſuum, aliquid in re de qua dicūtur ponūt.

¶ Ad ſecūdum dicendum, quòd in relatione identitatis duo eſt conſiderare. ſ. illud reſpectu cuius dicitur identitas. ſ. ipſa eſſentia, ſicut æqualitas reſpectu quantitatis, & id cuius eſt identitas, quod dicitur idem, ſm vnam eſſentiam. ſicut æquale, qđ habet vnam quantitatē. Et quia ēt vnū numero eſt eſſentia, quam pater filio cōicat: ideo ſimilitudo eſt harū relationum, cum relatione idētitatis, quantū ad id cuius reſpectu dicuntur: ſed non eſt, quantum ad ea, quæ inuicē referuntur ſm illud. vnde etiam filius, non dicitur idem patri maſculine, ſed neutraliter.

D. 527

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ qñcunq; aliquid quod eſt de rōne rei tolliť oportet ꝙ ipſa res auferať: ſicut remoto rōnali deſtruitur homo. Ad rōnē aūt relationis, q̄ habet fundamētū in re duo cōcurrūt. ſ. fundamētū rei, quod eſt quātitas, q̄ eſt cā huius relationis. eſt ēt aliud de rōne eius. ſ. reſpectus ad alterū. & vtroq; mō contingit in realibus relationibus deſtrui relationem. ſ. vel per deſtructionē quātitatis. vnde ad hāc mutationē quātitatis ſeqť F per accidēs mutatio relationis, vel ēt ſm quod ceſſat reſpectus ad alterum remoto illo, ad quod referebatur, & tūc relatio ceſſat nulla mutatione facta in ipſa, vnde in illis, in quibus non eſt relatio niſi, ſm hunc reſpectum, veniunt & recedunt relationes ſine aliqua mutatione eius, quod refertur.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ relatio realiter eſt idē, qđ eſſentia, ſed differūt ſolū rōne, ſicut ēt bonitas ab eſſentia, & ex illa rōne relatio hēt ꝙ diſtinguat in diuinis, quod non conuenit eſſentiæ.

†Non lōge a princip. †Ioan. 17.

¶ Ad quintū dicendū, ꝙ ēt perſonæ diuinæ ſeipſis diſtinguunť, inquātū perſonæ ſm rē, ſunt ipſe relationes. Sed ſicut perſona quantū ad modū ſignificandi, non eſt idē quod relatio, ita etiam ſeipſis non diſtinguūtur ſed relationib⁹: ſicut Deus per ſeipſum ē deus, q̄uis deitate ſit Deus, quia ipſe eſt ſua deitas.

Artic. II.

*b Vtrum relationes originis diſtinguant hypoſtaſes.*

De pot. q. 8 ar. 3. Et 1. p. q. 40. ar. 2.

Ad secvndum ſic proceditur. Videtur, ꝙ relationes originis, nō diſtinguāt hypoſtaſes. Quod. n. ſm intellectū ſeqť ſubſtātiā, nō pōt eſſe principiū alicuius diſtinctionis in ſubſtantiis: ſed relatio eſt de aſſequentib⁹ ſubſtātiā in Deo, ſaltē ſm intellectū, ſicut bonitas, & ſapientia: vt dicit Dam. cum igitur hypoſtaſis ſit ſubſtantia videtur, quòd diſtinctionem hypoſtaſum relatio non facit.

I ¶ 2 Præt. Ordo diſtinguentiū debet rñdere ordini diſtinctionū: ſed inter omnes diſtinctiones rerū, prima eſt diſtinctio diuinarū perſonarū, cū ſit proceſſio perſonarū cā proceſſionis creaturarū, vt ſupra habitū eſt. ergo videtur, ꝙ cum primū in entibus ſit ſubſtātia, ꝙ principiū illi⁹ diſtinctionis nō ſit relō, ſed ſubſtātia. (Diſ. 14. q. 1. art. 1.)

¶ 3 Itē. Relatio nō habet virtutē diſtinguēdi, niſi ſm quod habet oppoſitionis rōnem, ſed rationem oppoſitionis non habet niſi ſm quod ad alterū eſt. ergo non diſtinguit, niſi ſm ꝙ ad alterum eſt: ſed ſm quod ad alterum eſt, non habet relatio quòd ſit res aliqua, vel ſubſtantia, vel hypoſtaſis. ergo relatio non poterit facere diſtinctionem realem hypoſtaſum.

¶ 4 Præt. Cum multæ ſint aliæ relationes, q̄ relationes originis, quare ſm eas tm̄ diuinę pſonæ diſtinguunť; qa in diuinis ē inuenire ēt æqualitatē, & ſimilitudinē, & hmōi, q̄ relationes q̄dam ſunt. vñ ſi iſtæ nō diſtinguūt, videtur eadē rōne, quòd nec illæ.

Contra. Minime diſtinctioni debet rñdere ꝓ principio K illud, quod minimum habet de ente, & quod minimam compoſitionem facit. Sed inter omnia alia relatio eſt debilioris eſſe, vt dicit Com. 10. Metaphy. adeo quòd quidam reputauerunt eam eſſe de intentionibus ſecundis, vt dictum eſt. ergo videtur, quòd maxime competat ad diſtinctionem perſonarum. (Tex. c. 19. Art. antec.)

Respondeo. Dicendum, quòd quidam dicunt, quòd principium diſtinctionis hypoſtaſum diuinarum non eſt relatio, immo hypoſtaſes ſeipſis diſtinguuntur per ſolam originem; relationes autem manifeſtant diſtinctionem, ſicut in creaturis proprietates, non faciunt differre ſecundum numerum: immo talis differentia cātur ex diuiſione materię, ſed proprietates tantum manifeſtant eam. Sed hoc non poteſt eſſe: quia quæ ſeipſis diſtinguuntur, ex ſeipſis habent aliquā rationē diſtinctionis, ſicut ſubſtantia diſtinguitur a quantitate, per id quod eſt in intellectu vtriuſque, quod eſt eſſe ſubſiſtens, & eſſe menſuram, & huiuſmodi. Si autem conſiderentur duæ hypoſtaſes; hypoſtaſis, inquantum hypoſtaſis non habet in intellectu ſuo, vnde ab alia diſtinguatur, cum vtraq; ſit hypoſtaſis. ergo oportet, quòd hoc habeat inquantum eſt hypoſtaſis per aliquam determinationem in ipſa, vel ſecundum determinatam materiam, ſicut in creaturis, quod non poteſt eſſe in Deo: vel ſecundum aliquid aliud: ſi autem dicatur, quòd hæc eſt ſola origo, per quam determinate efficiť hæc hypoſtaſis. Aut per originē, intelligitur ipſa relatio originis, & hoc eſt quod ponimus. Aut origo, vt ſignificatur per modū operationis: & ſic nullo modo habet, quòd diſtinguat hypoſtaſes: immo, quòd ſit ab hypoſtaſi diſtincta, quia omnis operatio eſt indiuiduorum diſtinctorum ſecūdum Philoſophū. Et ideo dicimus, quòd nihil aliud eſt principium diſtinctionis in diuinis, niſi relatio. Cuius ratio eſt, quia omnis diſtinctio, vel diuiſio eſt, vel per quantitatem, vel per formam ſecundum Philoſophum 5. Metaph. Secundum quantitatem vel materiam, diuiſio in diuinis non eſt, cum non ſit ibi quantitas, & materia. Omnis autem diſtinctionis formalis principium eſt aliqua oppoſitio: vt largo modo ſumatur oppoſitio, ſecūdum quod etiam imperfectum, & perfectum opponuntur, inquantum in vno eſt negatio, vel priuatio alterius. In omnibus autem oppoſitionibus alterum eſt, vt perfectum, alterum vt imperfectum præter relationem, quod patet per ſe in affirmatione, & negatione, & priuatione, & habitu. Patet etiam in contrarietate, quia ſecundum Phyloſophum Phyſ. primo. Semper alterum cōtrariorum eſt ſicut nobilius, & alterum ſicut vilius, & ſicut priuatio, vt album & nigrum, frigidum & calidum, & huiuſmodi omnia: & ideo nulla talis diſtinctio poteſt eſſe in diuinis, vbi eſt omnimoda perfectio. In relatiuis autem neutrum eſt, ſicut priuatio alterius, vel defectum aliquem importans. Cuius ratio eſt, quia in relatiuis non eſt oppoſitio ſecundum id, quod relatiuum in aliquo eſt: ſed ſecundum id, quod ad aliud dicitur. Vnde quamuis vna relatio habeat annexam negationem alterius relationis in eodem ſuppoſito, non tamen iſta negatio importat aliquem defectum, quia defectus non eſt niſi ſecundum aliquid, quod in aliquo natum eſt eſſe: vnde cum id, quod habet oppoſitionem relatiuam ad ipſum, ſecundum rationem oppoſitionis non ponat aliquid, ſed ad aliquid, non ſequitur imperfectio, vel defectus: & ideo ſola talis oppoſitio competit diſtinctioni perſonarum.

†c. 11. to. 3.
2. Metaph. in prolo.
Tex. 12.
Tex. 49.

enim dicitur donum, quo ſpiritusſanctus: & vtroque vtique nomine relatiue dicitur. Eademque relatione dicitur ſpiritusſanctus, & donum, licet ipſa relatio non appareat in hoc nomine ſpiritusſanctus, ſicut in hoc nomine donum. Vnde Auguſt. in quinto libro de Trinit. † ait. B Spiritusſanctus, qui non eſt trinitas, ſed in trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur ſpiritusſanctus relatiue dicitur, cum & ad patrem, & ad filiū referatur, quia ſpiritusſanctus & patris, & filij ſpiritus eſt. Sed ipſa relatio nō apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum dei. Donum eſt enim patris, & filij, quia & a patre procedit, & a filio: ergo ſpiritusſanctus ineffabilis quædā patris, C filiique cōio eſt. Et ideo fortaſſe ſic appellatur, vt iam diximus, nec iterare piget, quia patri & filio poteſt eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipſe proprie dicitur, quod illi communiter. Quia etiā pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus. Vt ergo ex nomine quod vtrique cōuenit vtriuſque communio ſignificetur, vocatur donum amborum ſpiritusſanctus. Ecce habes, quare ſpiritusſanctus proprie dicatur donum: et ꝙ relatiue dicitur, ſiue donum, ſiue ſpiritusſanctus. Et quòd nomē ſibi proprium tenet, quod communiter patri, & filio conuenit, ſed diuiſim. Et eſt ſciendum, quòd cū pater, vel filius dicitur ſpiritus, ſiue ſanctus, neutrum relatiue dicitur, ſed ſecundum ſubſtantiam.

*An pater, vel filius, vel trinitas ipſa, poſſit dici ſpiritusſanctus.*

Hic quæri poteſt: vtrū pater, vel filius, vel etiam ipſa Trinitas, poſsit dici ſpiritusſanct⁹, ſicut

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd relatio diuina habet aliquid inquantum eſt relatio, & aliquid inquantum eſt diuina: inquantum enim diuina habet, quòd ſit ſubſiſtens hypoſtaſis, quia ibi nihil eſt accidens, nec aliqua forma inhærens nō ſubſiſtens: vnde quamuis ex hoc, quòd eſt relatio, non habeat, quòd diſtinguat hypoſtaſim, quia ſic omnis relatio hoc faceret, tamen habet hoc inquantum eſt relatio diuina: ſic enim non aſſequitur ſubſtantiam, immo eſt ipſa ſubſtantia. E

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ordo diſtinctionis poteſt dupliciter conſiderari; vel quantum ad quantitatem diſtinctionis, vel quantum ad dignitatem, & cauſalitatem. Si quantū ad quantitatem diſtinctionis, ſic diſtinctio diuinarum hypoſtaſum eſt minima diſtinctio realis, quæ poſſit eſſe, vt ſupra habitum eſt; & ideo tali diſtinctioni competit ens minimū, ſcilicet relatio. Sed quātum ad ordinem dignitatis, & cauſalitatis, illa diſtinctio excellit omnes diſtinctiones: & ſimiliter relatio, quæ eſt principium diſtinctionis, dignitate excellit omne diſtinguens, quod A eſt in creaturis, non quidem ex hoc, quòd eſt relatio: ſed ex hoc quòd eſt relatio diuina. Excellit etiam cauſalitate, quia ex proceſſione perſonarum diuinarum diſtinctarum, cauſatur omnis creaturarum proceſſio, & multiplicatio, vt ſupra habitum eſt. (Diſt. 14. q. 1. art. 1.)

In cor. arti.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd quamuis relatiōi ex hoc, quòd ad alterū dicitur, non debeatur, quòd ſit res quædam; eſt tamen res aliqua, ſecundum quod habet fundamētum in eo, quod refertur; & ex hoc vlterius habet inquantum eſt diuina, quòd ſit hypoſtaſis, vel ſubſtantia: & ideo facit realem hypoſtaſum diſtinctionem, ſicut ſapientia ex hoc, quòd eſt ſapientia, non habet, quòd ſit ſubſtantia, & tamen quia ſapientia diuina eſt ſubſtantia, Deus ſubſtantialiter eſt ſapiens. Et ideo cōſiderandum eſt, quòd vbi eſt relatio ſecundum habitudinē tantum, & non ſecūdum aliquod eſſe naturale, ibi non requiritur diſtinctio ſuppoſitorum ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum rationem, vt cum dicitur idem eidem idē. Quādo autem eſt ibi relatio non ſolum ſecundum habitudinē, ſed ſecundum eſſe naturale, requiritur diſtinctio ſuppoſitorum etiam realiter, vt æqualis æquali æqualis, ſed vbi ipſa relatio nō tantum eſt realiter; ſed etiam eſt ipſa ſubſtantia relati, ibi non tantum requirit, ſed facit etiam ſuppoſitorum diſtinctionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia relatio non habet eſſe naturale, niſi ex hoc, quòd habet fundamentum in re, & ex hoc collocatur in genere: inde eſt, quòd differentiæ relationum eſſentiales ſumuntur ſecundum differentias aliorum entium: vt D patet ex Philoſopho 5. metaphy. vbi dicit, quòd quædam fundantur ſupra quantitatem, & quædam ſupra actionem: & ſic de aliis. Inde eſt, quòd ſecundum ordinem eorum, in quibus fundantur relationes: eſt etiam ordo relationum. Sicut ergo videmus in his, quæ diſtinguūtur per eſſentiā, quòd principia ſubſtantiæ ſunt diſtinguentia vt materia, & forma, & aliæ res accidentales ſunt ſigna manifeſtantia diſtinctionem, ita eſt in his, quę diſtinguuntur per relationem, quòd relationes, quæ fundantur ſupra naturam rei ſunt diſtinguentia, & aliæ relationes ſunt ſigna diſtinctionis. Relationes autem habentes fundamentum in natura rei ſunt relationes originis; paternitas enim fundatur in communicatione naturæ: & ideo ſancti ponunt, quòd paternitate, & filiatione, pater, & filius diſtinguuntur. Sed equalitas, & ſimilitudo demonſtrant diſtinctionem; vnde Hilar. ſupra, per ſimilitudinem diuinarum perſonarum diſtinctionem probauit. (Tex. 20. Diſt. 25.)

Articvlvs III.

*c Vtrum notiones ſint tantum quinque.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd non ſint tantum quinque notiones: quòd enim innaſcitur alicui ex ſola habitudine alterius ad ipſum, multiplicatur ſecundum multitudinem eorum, quæ ad ipſum comparātur, quia ad multiplicitatem cauſæ ſequitur pluralitas in effectu: ſed relationes innaſcuntur ex ſola habitudine alterius ad aliquem. ergo tot erunt relationes in Deo, quot ſunt creaturæ, quæ comparationem ad ipſum habent.

¶ 2 Præter. In Deo fuerunt ab eterno ſecundum Auguſ. rationes rerum creandarum, quæ non differunt ab inuicem, niſi relationibus ſecundum reſpectum ad creaturam. ergo videtur, quòd

quòd quot ſunt creaturæ, quarum rationes ſunt in Deo, tot ſunt ibi etiam relationes.

¶ 3 Item, Diuinæ perſonę non tantum comparantur adinuicem ſecundum naturam, quam vna ab alia accipit, ſed etiam ſecundum alia attributa: ſed in omnibus illis comparationibus intelliguntur aliquæ relationes, vel ęqualitatis, vel ſimilitudinis. ergo videtur, quòd tot ſint relationes, quot ſunt ibi attributa.

¶ 4 Præter. Ex omni operatione innaſcitur aliqua operantis relatio ad id, circa quod ē operatio: ſed in Deo ſecūdum rationem diſtinguūtur plures operationes, vt eſt velle, intelligere, & huiuſmodi. ergo ſicut operationem generationis conſequuntur ſecūdum intellectum relationes originis, ita & ad alias operationes conſequentur aliæ relationes, ſicut intelligentis ad intellectum, & volentis ad volitum, & ita multiplicabuntur relationes ſecundum numerum operationum.

disiunctim dicitur & ſpiritus, & ſanctus. De hoc Auguſtinus in quinto libro de Trinitate, † ſic ait. Trinitas nullo modo poteſt dici filius: ſpiritus vero ſanctus poteſt quidem vniuerſaliter dici ſecundum id, quod ſcriptum eſt, quoniam deus ſpiritus eſt. Itaque pater, & filius, & ſpūſſcūs, qm̄ vnus deus eſt, & vtiq; deus ſcūs eſt, & Deus ſpūs eſt, poteſt appellari trinitas, & ſpirituſſanctus: ſed tamen tunc ſpirituſſanctus relatiue non dicetur, ſed ſecundum eſſentiam, quia proprie ſpirituſſanctus,

† c.11.to.3.

¶ 5 Item. Sicut pater, & filius conueniunt in hoc, quòd comparantur ad ſpiritumſanctum, vt principium, ita filius, & ſpirituſſanctus conueniunt in hoc, quòd comparantur ad patrem, ſicut ad principium: ſed communis ſpiratio eſt quædam relatio conueniens patri, & filio. ergo eſſe a patre erit alia relatio communis filio, & ſpirituiſancto, & ita ſunt plures, quàm quinque.

¶ 6 ECONTRA Videtur, ꝙ ſint pauciores, quia vt dictum eſt, proprietates ſunt ſubſiſtentes perſonæ. ergo ſunt ibi ꝓprietates tot, quot ſunt perſonæ ſubſiſtentes: ſed perſonæ ſubſiſtentes non ſunt niſi tres. ergo proprietates non ſunt niſi tres. (Arti. præce.)

RESPONDEO, Dicendum, quòd notionis proprietatis, & relationis differentia poteſt tripliciter aſſignari. Primo, quantum ad rationem ſignificationis, & ſic ſciendum eſt, quòd paternitas dicitur relatio, ſecundum quod ad filium refertur, dicitur autem proprietas inquantum ſoli patri cōuenit, dicitur notio inquantum eſt principium formale innoteſcendi patrem. Secundo, quantum ad ordinem intelligendi, quia cū nihil poſſit eſſe principium innoteſcendi aliquid, niſi ſit ſibi proprium, intellectum notionis præcedit intellectus proprietatis. Et quia ꝓprietas non cōuenit, niſi rei diſtinctæ ab aliis, & diſtinctio in diuinis non eſt, niſi per oppoſitionem relationis, intellectum proprietatis in diuinis præcedit intellectus relationis. Tertio, quantum ad numerum, quia notiones ſunt quinque, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibilitas, communis ſpiratio. Harum autem, quatuor tantum ſunt proprietates, quæ vni perſonę tantum conueniunt, ſcilicet paternitas, innaſcibilitas, quę conueniunt tantum patri: filiatio quæ conuenit tantum filio, proceſſio quæ conuenit tantum ſpirituiſancto. Communis autem ſpiratio, non poteſt dici proprietas ſimpliciter, quia conuenit duabus perſonis, ſed ſecundum quid, ſecundum quòd aliquid dicitur eſſe proprium ad aliquid: eſt enim proprium patris, & filij reſpectu ſpirituſſancti. Harum etiam notionum quatuor ſunt tantum relationes, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, communis ſpiratio. Innaſcibilitas non proprie dicitur relatio, niſi per reductionem, ſecundum quòd negatio reducitur ad genus affirmationis: vt non homo ad genus hominis. Harum autem proprietatum, vel notionum, vel relationum, tres tantum ſunt perſonales, ſcilicet conſtituentes perſonas: vnde habent quaſi actum differentiæ conſtitutiuę, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio. Aliæ duæ ſunt proprietates perſonæ, ſed nō perſonales. Harum autem notionum quinque, ſufficiētia ſic patet. Ad hoc enim, quòd aliquid dicatur notio perſonæ, tria requiruntur. Primo, quòd ad originem pertineat: quia relationibus originis perſonę diſtinguuntur. Secundo, quòd pertineat ad dignitatem, quia perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate ad dignitatem pertinente. Tertio, quòd dicat aliquid ſpeciale, quia commune non eſt ſufficiens principium innoteſcendi. Dico igitur, quòd pertinens ad originem poteſt ſignificari, vel affirmatiue, vel negatiue. Si affirmatiue, vel dicetur ſecundum rationem principij, vt a quo alius, vel ſecundum rationem eius, quod eſt a principio, vt qui ab alio. Vtrunque iſtorum dicit originem in communi: vnde neutrum poteſt eſſe notio. Oportet ergo, quòd determinetur ſecundum ſpecialem modum originis, qui non eſt niſi dupliciter, vt ſupra probatum eſt, ſcilicet per modum naturæ, & per modum amoris, & ſecundum vtrumque habemus duas relationes: vnam, quæ deſignat rationem principij, & alteram quę deſignat rationem eius, quod eſt a principio, & ſic ſunt quatuor notiones, ſcilicet paternitas, & filiatio quātū ad modum originis naturæ: proceſſio, & communis ſpiratio quātum ad modum originis amoris. Si ſignificatur negatiue, vel negatur ratio principij, vel ratio eius, quod eſt a principio. Si negatur ratio principii, non eſt ad dignitatē pertinens, & ideo non poteſt eſſe notio ſpirituſſancti, nec eſſe principium alicuius perſonæ diuinæ. Si negat̄ ratio eius, quod eſt a principio, aut in ſpeciali, aut in generali: ſi in ſpeciali, non poteſt eſſe notio, quia quanto affirmatio eſt magis ſpecialis, tanto notio oppoſita eſt magis communis, ſicut non homo eſt magis commune quàm non animal, quia omne non animal eſt non homo: ſed non conuertitur. Si in generali, ſic erit negatio ſpecialis, & ad dignitatem pertinens: vnde faciet notionem patris, quæ eſt innaſcibilitas, quæ ſignificat non eſſe ab alio, ſecundum quòd eſt proprietas patris. Quare autē dicatur innaſcibilitas per priuationem natiuitatis, ſpecialiter infra dicetur. (Diſ.13.q.1. art.2.)

qui non eſt trinitas, ſed in trinitate, dicitur relatiue.

*Quidam putant ſpiritumſanctum non dici relatiue ad patrem, & filium, quia non uiciſſim reſpondent ſibi uocabula, ſed falſo.*

QVIDAM tamen putant ſpiritumſanctum, vel donum, non dici relatiue ad patrem, vel ad filium. Si enim inquiunt, hæc relatiue ad ſe dicuntur, ſuis inuicem ſibi reſpondent vocabulis: vt ſicut di-

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd relationes illæ, quæ ſignificantur in deo ex habitudine creaturarum ad ipſum, nihil realiter ponunt in Deo, vt ex prędictis patet, & ideo non ſequitur, quòd ſecundum hoc in infinitum multiplicentur relationes realiter in Deo exiſtentes. (Diſ.28.q.1. art.1. D.1089. Diſ.26.q.1. art.1.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd relationes illę, ſecundū quas attenditur diſtinctio idearum, non ſunt fundatę in eſſe diuino, ſed in intellectu eius: vnde realiter non habent eſſe in Deo, ſed ſolum ſunt intellectæ ab ipſo, ſicut forma aſini, & forma equi, & huiuſmodi: & non ſicut bonitas, & ſapientia in ipſo habent eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd æqualitas, & ſimilitudo non addunt aliquam relationem realem ſuper paternitatem, & filiationem: & ratio huius infra dicetur 31. diſt. (q.1. art.1.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd relationes, quibus non ſubeſt aliqua realis diſtinctio in re, quæ refertur, non eſt relatio realis. Vnde quandocunq; aliqua operatio reflectitur in ſuppoſitum operans ex reali operatione, non innaſcitur aliqua realis relatio, ſed rationis tantum: & ideo cum dicitur, quòd Deus, vel anima intelligit ſe, non importatur ibi aliqua realis relatio, ſed rationis tantum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eſſe ab aliquo, non dicit determinatum modum originis: & ideo non dicit ſpecialem notionem, ſed ſaluatur in duabus notionibus, ſcilicet filiatione, & proceſſione, cum quibus non ponit in numerum, ſicut nec aliquod commune cum propriis, quę ſub eo continētur, ſed communis ſpiratio dicit determinatum modum originis: ſecūdum quam pater, & filius ſunt principium ſpirituſſancti: & ideo dicit ſpecialem notionem. (D.931.)

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quælibet proprietas in diuinis, & quicquid eſt ibi, eſt ſubſiſtens: non tamen oportet, quòd ſint tot res ſubſiſtentes, quot ſunt proprietates, ſed quot oppoſitio exigit realiter diſtinguens. Vnde ſicut in Deo bonitas, & ſapientia eſt ſubſiſtens, non tamen alia, & alia res eſt ſubſiſtens, quia non habent oppoſitionem, ita etiam communis ſpiratio eſt ſubſiſtens, non tamen eſt alia, & alia res ſubſiſtens, quàm paternitas & filiatio, quia non habent oppoſitionem ad eam: vnde in vna re ſubſiſtente cum vtroque eſſe poteſt. Nec tamen conſtituit perſonam, in qua eſt: quia præſupponit ſecundum ordinem naturæ paternitatem, & filiationem, ſicut & proceſſio præſupponit generationem: & ideo non eſt perſonalis notio, & ſimiliter nec innaſcibilitas, cum non habeat oppoſitionem ad paternitatem in eadem re ſubſiſtente eſſe poteſt: & quia negatio importata, cōſequitur ſecundum intellectum in ea poſitionē principij, ideo non conſtituit perſonam, ſed eſt in perſona conſtituta per paternitatem.





## EXPOSITIO TEXTVS.

NIHIL quidem ſecundum accidens.} Videtur ratio hęc non valere, quia multa ſunt accidentia inſeparabilia, quæ ſemper conſequuntur ſubiectum inamiſſibiliter. Ad quod dicendum, quòd omne ſubiectum accidentis poteſt intelligi ſine accidente, quamuis quandoque accidēs īſeparabiliter ſequatur ſubiectū, & ideo, quia ipſum ſuppoſitum relationis non poteſt intelligi ſine relatione, cum ipſa relatio ſit ſuppoſitū ſubſiſtens, nō poteſt eſſe accidens. In omni enim accidente, quod aduenit: eſt quędam compoſitio ſubiecti ad accidens, propter quod, ſine eo intelligi poteſt, & vbi eſt compoſitio, eſt mutabilitas quantum ad naturā compoſitionis, quia omne quod compoſitum eſt, diuiſibile eſt, niſi aliqua cauſa impediatur. {Item, omnes enim homines filij Dei ſunt fac.} ideſt creatione, non tamen omnis creatura habet nomen filiationis: ſed ſolum illa, quæ ad imaginem eſt. Vel melius, Homo dicitur filius factura etiā per adoptionem, qa cum prius non eſſet filius, fact⁹ eſt filius, & non habet hoc ex origine natiuitatis ſuæ, quòd ſit filius Dei, ſicut habet æternus filius. Et hæc expoſitio conſonat ſequentibus. De hac filiatione adoptionis dicetur in tertio. (Diſ.10. q.2 art.1.) {Nec quicquam proprie, niſi filius.} Hoc dicit, quia filiatio eſt tota ſubſtantia ipſius: vnde eſſentia diuina non excluditur, quia eſſentia diuina in filio eſt filiatio. {Origine, non adop.} Hoc eſt contra Neſtorium, & Fotinum, qui dicebant aliam eſſe perſonam Dei, & hominis: & ita ſequitur, quòd filius hominis non ſit filius Dei naturaliter, ſed per adoptionem. {Veritate non nuncupata.} Contra Sabellium, qui dixit his nominibus pater, & filius, nullam diſtinctionem in re ſubiacere. {Natiuitate non cre.} Contra Arrium, qui dixit Dei filium creaturam. Alia patent ex his, quæ dicta ſunt de ſpirituſancto. (Diſ.18.q.1. art.2.)

citur pater, filii pater, & filius patris filius, ita dicatur pater ſpirituſſancti, vel doni pater, & ſpirituſſanctus, vel donum, patris ſpiritus, vel donum. ſed non ita eſt in omnibus relatiuis. Non enim omnia, quæ relatiue dicuntur, ſuis a ſe inuicem reſpondent vocabulis. Vnde Auguſtinus horum elidens opinionem in quinto libro de Trinitate. † Non te moueat, inquit, quoniam diximus ſpiritumſanctum non ipſam Trinitatem: ſed eum, qui eſt in Trinitate relatiue dici, licet non ei reſpondeat viciſsim vocabulum eius, ad quem refertur. Dicimus enim ſpiritumſanctum patris, ſed non viciſſim dicimus patrem ſpirituſſancti, ne filius eius intelligatur ſpirituſſanctus. Item dicimus ſpiritū ſanctum filii, ſed non dicimus filium ſpirituſſancti, ne pater eius intelligatur ſpirituſſanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, vt non inueniatur vocabulum, quo ſibi viciſsim reſpondeant. Cum ergo dicimus donum patris, & filii, non quidem poſſumus dicere patrem doni, aut filium doni. Sed vt hæc viciſsim reſpō deant, dicimus donum donatoris, & donatorē doni, quia hic potuit inueniri vſitatum vocabulnm, illic nō potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cū dicimus, relatiue vtrūq; adinuicem dicimus, donator tamen non fuit Deus, niſi ex tēpore, cum ſpirituſſanctus ſit donum, etiam ab æterno.

† c.12.to.3.

## DISTINCTIO XXVII.

## DIVISIO TEXTVS.

POSITIS tribus perſonalibus proprietatibus diuinarum perſonarum: hic Magiſter determinat de ipſis proprietatibus in comparatione ad nomina perſonarum. Et diuiditur in partes tres. In prima, oſtendit, quòd in omnibus perſonalibus nominibus prædictæ proprietates deſignantur. In ſecūda, proponit generalem regulam ad inueniēdum huiuſmodi nomina, quæ proprietates perſonarum deſignant, ibi: {Et eſt hic quędam aduertenda.} Prima in duas. In prima oſtendit, quòd dictæ proprietates deſignantur in nominibus perſonalibus conſuetis, ſcilicet nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti. In ſecunda oſtendit, quòd deſignantur etiam aliis nominibus perſonas ſignificantibus, ibi: {Hic non eſt præter mittendum.} Prima in duas. In prima oſtendit, quòd prædicta nomina proprietates perſonarum deſignant. In ſecunda ſubiungit rationem, ibi: {Illæ enim proprietates.} quæ ſcilicet, determinant perſonas: vnde in nominibus perſonarū intelliguntur, ſicut determinans in determinato. Prima in duas. In prima oſtendit, ꝙ nomina perſonarum deſignāt proprietates prædictas. In ſecūda oſtendit, ꝙ non eſt omnino idē modus ſignificandi in nominibus proprietatum, & nominibus perſonarum, ibi: {Non tamen videtur.} Circa primum tria facit. Primo, mouet quæſtionem. Secundo, ponit obiectionem ad alteram partem, ibi: {Videtur, quòd non ſint.} Tertio, ponit ſolutionem, ibi: {Ad quod ſine præiudi. &c.} {Et eſt hic aduer.} Hic ponit regulam ad inueniendum nomina perſonalia. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit regulā. Secundo, mouet quæſtionem circa regulam, & ſoluit eā, ibi: {Quærit̄ hic, cū dr̄ Deus &c.} Tertio, ex ſolutione quaſi elicit quādam cōcluſionem, ibi: {Et eſt ſciendum, quòd ſecundum no.}

† Diſt. 26. † Ead. diſt.

## DISTIN. XXVII.

### A

*An eaſdem proprietates aſſignent Aug. & Hilar. & an iſtæ ſint, quæ dicuntur paternitas, & filiatio, & proceſſio.*

HIc quęri poteſt: vtrū proprietates, quas Hilarius ſupra aſsignauit, ſcilicet, quòd pater ſemper eſt pater, & filius ſemper eſt filius, ſint illæ eædem proprietates, quas Auguſtinus † ſuperius diſtinxit, dicēs proprium eſſe patris, quòd genuit filium, & proprium filij, quòd genitus eſt a patre, & ſpirituſſancti, quòd ab vtroque procedit: ac deinde: vtrum & iſtæ ſint illæ, quæ dicuntur paternitas, filiatio, & proceſſio. Videtur quòd non ſint eædem proprietates, quas ponit Hilarius: & illæ quas ponit Auguſtinus. Si enim eædem ſunt, idem eſt ergo patri eſſe patrem, & genuiſſe filium, quod vtique quidam concedunt. Si autem hoc eſt, cui ergo conuenit, vt ſit pater, ei conuenit genuiſſe filium. Natura ergo diuina ſi pater eſt, genuit filium. Si vero non genuit, pater non eſt. Sed quis audeat dicere, aut quòd ipſa genuit filium, aut quòd ipſa pater non ſit? Si autem ipſa pater eſt, nec filium genuit, non eſt ergo idē dicere aliquid eſſe patrem, & gignere filium. *a* Et ita non videbitur vna, eademq; eſſe proprietas.

## *QVAESTIO PRIMA.*

### A

### Hic quæruntur duo.

Primo. De ipſis notionibus, vel proprietatibus.
Secūdo. De nominibus perſonalibus, & præcipue de verbo.

### Circa primum duo quæruntur.

Primo. Qualiter proprietates adinuicem differant.
Secūdo. Vtrum proprietates, vel relationes, operationes perſonales ſm̄ intellectum præcedant, vel econuerſo.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum proprietates adinuicem diſtinguantur.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd proprietates adinuicem nō diſtinguantur. Nulla enim eſt diſtinctio in diuinis, niſi ſecundum originem: ſed vna proprietas non oritur ab alia, quia ſicut eſ-

ſentia non generat, ita nec proprietas. ergo proprietates adinuicem non diſtinguuntur.

¶ 2 Præter. Relatio eſt medium inter duo extrema: ſed inter duos terminos eſt vna via media ſecundum rem, quamuis differat ſecundum rationem, ſicut eſt eadem via a Thebis ad Athenas, & econuerſo, vt dicit Philoſophꝰ 3. Phyſic. ergo videtur quòd vna relatione referatur pater ad filium, & filius ad patrē, & ita ad minus paternitas, & filiatio ſunt vna relatio.

Tex. 21.

¶ 3 Item. In diuinis nihil inuenimus diſtinctum ſecundum rem, niſi per oppoſitionem relatiuā; ſed ſicut inter attributa eſſentię, vt bonitatem, & ſapientiam non inuenitur aliqua oppoſitio, ratione cuius de ſe inuicē prędicātur, quia bonitas, & ſapientia, & ecōuerſo. Ita etiam propriates vnius perſonę non habent aliquam oppoſitionē adinuicem, aliàs nō poſſent in eodē ſuppoſito eſſe. ergo videtur, quòd nō ſint plures ſecundum rē, & quòd vna prædicetur de alia, vt dicatur: paternitas eſt innaſcibilitas, & econuerſo.

¶ 4 Præter. Non magis diſtat ratio verbi a ratione filii, quàm ratio ingeniti a ratione patris. Sed eadem notio deſignatur nomine verbi, & filij, vt in litera dicitur. ergo videtur, quòd ſimiliter eadem notio deſignetur nomine ingeniti, & nomine patris, & ſic innaſcibilitas, & paternitas eſt vna, & eadem notio.

¶ 5 Item. Vnius perſonæ ad aliam perſonam in diuinis non eſt niſi vna relatio: ſed nomine patris, generationis, & paternitatis importatur relatio patris ad filium. ergo videtur, quòd omnia iſta in diuinis idem ſunt, quod eſt contra Magiſtrum in litera. I

Diſ. 26. q. 1. art. 3.

Respondeo, Dicendum, quòd in diuinis, vt ſupra dictum eſt, ſunt quinque notiones, non tamen ſunt quinque res, ſed ſolum tres res, ſcilicet pater, & filius, & ſpirituſſanctus. Ad cuius intellectum ſciendum eſt, quòd in illo proprie aliqua *multiplicantur, & non vnum ſunt*, cuius differentiis propriis diſtinguuntur, vt dicit Philoſophus 5. Metaphyſ. & 4. Phyſic. verbi gratia, iſocheles, ideſt triangulus duorum æqualium laterum: & iſopleuros, ideſt triangulus æquilaterus, diſtinguuntur differentiis trianguli: & ideo non dicimus, quòd ſunt vnus triangulus, ſed plures: non autem diſtinguuntur propriis differentiis figuræ, immo ſub vna figuræ differentia incidunt, quod eſt habere tria latera: & ideo dicuntur vna figura, quæ eſt triangulus: & ideo non poteſt dici, quòd ſunt plures res, niſi de illis, quæ per differentiam rei diſtinguuntur. Differentia autem rei in diuinis non eſt niſi per oppoſitionem relationis: & ideo nō poterit dici, quòd ſunt plures res, niſi ſecundum quòd exigit iſta oppoſitio. Vnde paternitas, & filiatio ſunt duæ res, & ſimiliter pater, & filius. K Sed paternitas, & communis ſpiratio non ſunt duę res, quia non opponuntur relatiue, ſed tantum duæ relationes, quia diſtinguuntur differentiis relationis, inquantum eſt relatio. Cum enim relatio dicatur ſecundum reſpectum ad alterum, differentiæ relationis erunt, ſecundum quod eſt ad diuerſa, & ideo quia paternitate pater refertur ad filium, & communi ſpiratione ad ſpiritumſanctum, communis ſpiratio, & paternitas ſunt duæ relationes, & ſimiliter ſunt duæ notiones, inquantum eſt alia, & alia ratio innoteſcendi patrem in vna, & alia.

Tex. 47.

¶ Ad primum igitur dicendum, quòd oppoſitio ſecundum originem per prius ſecundum intellectum eſt in relationibus originis, quàm in ipſis perſonis, quæ abinuicem oriūtur; quia perſonæ non opponuntur, niſi ſecundum quòd huiuſmo- F di relationes habent: & ideo relationes oppoſitæ ſeipſis diſtinguuntur, *ſicut differentiæ conſtitutiuæ*, ſed perſonæ relationibus, ſicut ſpecies differentiis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quidam dixerunt, vt Auic. dicit, quòd eadem numero relatio eſt in vtroque extremorum, quod non poteſt eſſe, quia vnum accidens non eſt in duobus ſubiectis: & ideo dicendum, quòd in vtroque extremorum eſt vna relatio differens ab alia in quibuſdam ſecundū ſpeciem, ſicut in illis quæ diuerſis nominibus vtrinque nominantur, vt paternitas, & filiatio: ſed in quibuſdam non differunt ſpecie, ſed numero tantum, ſicut quando vtrunq; eſt vnum nomen, vt in ſimilitudine, & æqualitate: & tunc relatio, quæ eſt in vno, ſicut in ſubiecto eſt in altero, ſicut in termino, & ecōuerſo: & ideo relatio ſecundum eſſe ſuū, prout in re fundamentū habet non *eſt mediū*, ſed extremum: ſed ſecundum reſpectum eſt medium: vnde pater, quòd realiter diſtinguuntur.

Tractat. 3. Meta. c. 10.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut attributa eſſentialia non ſunt plures res, ita nec proprietates vni perſonæ conuenientes, ſed ſunt vna res, quæ eſt illa perſona; ſed tamen quia relatio manet in diuinis etiam ſecundum communem rationem generis, manet etiam relationis diſtinctio, inquantum eſt relatio. Et ideo poteſt dici, quòd ſunt plures relationes, & vna relatio de alia non prędicatur. Non *ſic autem* eſt in eſſentialibus, quę non manent ibi ſecundum communem rationem generis: vnde non diſtinguuntur ſecūdum rationem alicuius communis, cuius ratio in Deo ſit; ſi tamen accipiatur commune reale, vt ſignificatur nomine primæ impoſitionis: Si vero accipiatur commune rationis, quod ſignificatur nomine ſecundæ impoſitionis, ſic commune eſt omnibus, quòd ſint attributa: & ideo quia diuidunt vnum commune rationis, ſecundum hoc, non prędicantur de inuicem. Non enim dicimus, quòd hoc attributum ſit illud attributum, ſed quòd eſt aliud attributum ab illo: ſed quia non diuidunt vnum commune reale, ideo ratione diuinæ ſimplicitatis ſecundum quodcunque nomen primæ impoſitionis de ſeinuicem prædicantur, vt dicatur: *hæc res eſt illa res, vel etiam propriis nominibus, vt ſapientia eſt bonitas.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd verbum & filius non diſtinguūtur differentia relationis, quia vtrunque dicit relationem eiuſdem ad idem: & propter hoc non importantur nomine verbi, & filij duę relationes, ſed vna: ſimiliter nomine doni, & amoris, ſed diſtinguuntur tantum, ſecundum quòd habent fundamentum in re, prout vnum fundatur in emanatione naturæ, ſcilicet filius, & aliud in emanatione intellectus, ſcilicet verbum; quæ in Deo non niſi ratione differunt: & ideo verbum & filius, differunt ſolum ratione, & non relatione: ſed ingenitus, & pater, non reſpectu eiuſdem dicuntur: & ideo conſtat, quòd non eſt vna relatio, vel notio.

¶ Ad quintū dicendū, ꝙ ſicut eſt in eſſentialibus, quod idem eſt ſecundum rem diuina operatio, & Deus, & deitas: ſed diſtinguūtur ſecūdum rationem tantum fundatam in re, ita etiam eſt in perſonalibus, quòd idem eſt ſecūdum rem operatio perſonalis, & perſona, & proprietas conſtituēs perſonam, ſed differūt tm̄ ſecundum rationem, & modum ſignificandi. Vnde dico, ꝙ eadē ratio ſignificatur ꝑ hæc tria, pater, paternitas, generatio, ſed pr̄ ſignificat illam per modum hypoſtaſis, vel perſonæ: paternitas per modum proprietatis, generatio per modum operationis.

*Reſponſio ubi oſtendit eaſdem eße proprietates.*

AD quod ſine præiudicio aliorum dicimus, quòd eaſdem proprietates notauit vterque, licet diuerſis verbis. Quod enim Hilar. † ait, ita intelligi debet. G Proprium patris eſt, quòd ſemper pater eſt, ideſt, proprietas patris eſt, qua ſemper pater eſt. Semper vero pater eſt, quia ſemper genuit filium. Ita & proprium filij eſt, quòd ſemper filius eſt, ideſt proprietas filij eſt, qua ſemper filius eſt. Filius vero ſemper eſt, quia ſemper genitus eſt. Ergo proprietas, qua pater pater eſt: eſt, quia ſemper genuit. Et hæc eadem dicitur paternitas, vel generatio. H Et proprietas, qua filius ſemper eſt filius, eſt quia ſemper genitus eſt a patre, & hęc eadem dicitur filiatio, vel genitura, vel natiuitas, vel origo, vel naſcibilitas. Sic & proprietas qua ſpirituſſanctus eſt ſpirituſſanctus, vel donum, eſt quia procedit ab vtroque: & hæc eadem dicitur proceſsio. In præmiſſis ergo locutionibus, eædem ſignificatę ſunt proprietates.

† 12. de tri. circa med.

*Quomodo non eſt omnino idem dicere eſſe patrem, & genuiſſe, uel habere filium, ita & de aliis.*

NEc tamen videtur nobis omnino eſſe idem dicere aliquid eſſe patrem, & genuiſſe filium, vel aliquid eſſe filium, & habere patrem, vel eſſe ſpiritum ſanctum, & procedere ab vtroque. alioquin pater non eſſet nomen hypoſtaſis, ideſt perſonę, ſed proprietatis tantum: ſimiliter filius, & ſpirituſſanctus. Et ita non per tria nomina ſignificarentur tres perſonę. Ideoque dicimus, quia patris nomen nō tantum relationem notat, ſed etiam hypoſtaſim, ideſt ſubſi-

Arti-

F ſubſiſtens,ſed quicquid dicitur in diuinis permanens, & ſubſiſtens.ergo videtur quòd verbum de Deo non proprie dicatur.

¶ Si dicas,ꝙ de Deo dicitur non verbũ vocis,ſed verbũ cordis.

¶ Contra.Hoc verbũ diffiniens Anſel. dicit, quòd dicere ſummo ſpiritui nihil eſt aliud quàm cogitando intueri:ſed cogitare Deo non conuenit, quia cogitatio dicit quẽdam diſcurſum rationis inquirentis & procedentis ex vno in aliud,ergo videt̃, quòd nec verbum,aut dicere Deo conueniat. (Mono.c.60)

¶ Præt. Verbum cordis videtur eſſe quædam conceptio intellectus,ſed nihil cõcipitur ab intellectu niſi ſpecies rei intelligibilis, quam apud ſe format:cum igitur deus non cognoſcat per ſpeciem aliquã, ſed ſe per eſſentiam ſuam videat,& ſic cognoſcat omnia, videtur quòd non ſit ibi proprie verbum intellectus.

CONTRA.Ioa. 1. In principio erat verbum &c. (Diſt. 28.in litera.)

¶ Præt. Nihil aliud eſt verbum, vt infra Augu.dicit,q̃ genita ſapiẽtia:ſed genita ſapientia eſt in deo.ergo videtur quòd & verbum. (Augu. 7.de Trinit. c.2.)

tatis mõ & habitudine a paternali hypoſtaſi differentem, nunq̃ vero a paternali hypoſtaſi ſecedentem. Idem,apertiꝰ exprimens perſonales proprietates in eodem ait.Differentiã hypoſtaſeon,i.perſonarum, in tribus proprietatibus,i.paternali & filiali & proceſſibili recognoſcimus. Inſeceſſibiles autem ipſas hypoſtaſes & indiſtabiles inuicẽ, & vnitas quidẽ incõfuſibiliter. Tres enim ſunt & ſi vnitæ, diuiſæ autem indiſtanter. Etenim ſingula perfecta eſt hypoſtaſis, & propriam proprietatem,ſcilicet exiſtentiæ modum propriũ poſſidet, ſed vnitæ ſunt ſubſtantia,& nõ diſtant neque ſecedunt a paternali hypoſtaſi. Ecce hic habes, diſtinctas tres illas proprietates, quæ ſupra diuerſis ſignificatæ ſunt modis.

RESPONDEO, abſq; omni dubio confitendum eſt deũ eſſe verbum,& proprie verbum dici.

¶ Ad cuius intellectum ſciendum eſt:quòd in nobis, vt quædam gloſ.ſuper Ioan.dicit: inuenitur triplex verbum, ſcilicet cordis & vocis,& quod habet imaginem vocis, cuius neceſſitas eſt,quòd cum locutio noſtra ſit quædam corporalis operatio, oportet quòd ad ipſam concurrant ea quæ ad omnem motum corporalem exiguntur, oportet autem ad hoc,quòd ſit motus corporalis hominis, qui ſcilicet eſt per deliberationem, quòd præcedat deliberatio & iudicium in parte intellectiua, ſed quia intellectus eſt vniuerſalium & operationes ſingularium, ideo vt dicitur.3.de anima,oportet eſſe quandam virtutem particularem quæ apprehendit intentionem particularem rei, circa quam eſt operatio, & tertio oportet, quòd ſequatur motus in corpore per virtutes motiuas affixas muſculis & neruis,vt quaſi videatur eſſe quidam ſyllogiſmus cuius in parte intellectiua habeatur maior vniuerſalis, & in parte ſenſitiua habeatur minor particularis, & demum ſequatur concluſio operationis, particularis per virtutem, motiuam imperatam,ipſa enim operatio, ſe habet in operabilibus ſicut concluſio, in ſpeculatiuis,vt dicitur ſeptimo metaphyſi. (Gloſ. ordinaria ſupra 1. cap. Ioa.) (Tex. 46.) (Tex.33.)

¶ Si ergo accipiatur locutio, ſecundum quòd eſt in parte intellectiua tantum, ſic eſt verbum cordis, quod etiam ab aliis, dicitur verbum rei:quia eſt immediata, ſimilitudo ipſius rei.Et a Dam.dicitur, quòd eſt naturalis intellectus motus, velut lux eius,& ſplendor.Et ab Aug.dicitur verbum animæ impreſſum. Secundum autem, quòd eſt in imaginatione, quando, ſcilicet quis imaginatur voces quibus intellectus, conceptum proferre valeat, ſicut eſt verbum, quod habet imaginem vocis. Et quod ab aliis dicitur verbum ſpeciei vocis. Et a Dama.dicitur verbũ in corde enuntiatum. Et ab Auguſt. dicitur verbum animi ſimul cogitatum. Secundum autem, quod iam eſt in corporali actione per motum linguæ,& aliorum inſtrumentorum corporalium dicitur verbum vocis, & a Dama. verbum quod eſt angelus, ſcilicet nuntius intelligentiæ, & ab Aug.verbum cum ſimilitudinis pronuntiatum. (1.fid. orth. c.18.) (Aug. lib.9. de Trini.c. 10.) (Ibid. Dam. & Auguſ.c. 11.)

¶ Dico igitur,quòd verbum vocis, & quod habet imaginem, vocis non poteſt dici in diuinis, niſi metaphorice, ſed verbum cordis quod conſiſtit in intellectu tantum, dicitur etiam per prius de deo quàm de aliis.

¶ Sed tamen ſciendum eſt, quòd in operationibus intellectus eſt, quidam gradus. Primo enim eſt ſimplex intuitus intellectus in cognitione intelligibilis, & hoc nondum habet rationem verbi. Secundo eſt ibi ordinatio illius intelligibilis ad manifeſtationem. vel alterius ſecundum quòd aliquis alteri loquitur,vel ſuiipſius, ſecundum quod contingit aliquem etiam ſibijpſi loqui,& hæc primo accipit rationem verbi. vnde verbũ, nihil aliud dicit, quàm quandam emanationem ab intellectu, per modum manifeſtantis. Et quia poteſt eſſe duplex intuitus, vel veri ſimpliciter,vel vlterius ſecundum quòd verum extenditur in bonum, & cõueniens. & hæc eſt perfecta apprehẽſio, ideo eſt duplex verbum, ſcilicet rei prolatæ quæ placet, quod ſpirat amorem & hoc eſt verbũ perfectum, & verbum rei quæ etiam diſplicet, vnde dicit Aug. quòd verbum dicitur, animo impreſſum quãuis ipſa diſpliceat, aut complaceat. (vbi ſupra.)

*Quòd ſunt alia nomina perſonarum eaſdem proprietates notantia, ſcilicet genitus, genitor, verbum,imago.*

B

HIc non eſt prætermittẽdum, ꝙ ſicut pr̃ & filiꝰ & ſpi.ſanctus nomina

G perſonarũ ſunt & proprietates pſonales deſignant,ita ẽt ſunt, & alia nomina perſonarum,i. quæ ipſas perſonas ſignificant, & earũ proprietates denotant, & eaſdem quas & nomina prædicta. Vnde & relatiue dicuntur,ſcilicet genitor,genitꝰ, verbũ,imago. Vnde Aug in 5.lib. de Tri.ait.† Vidẽdũ eſt inquit, hoc ſignificari cũ dr̃ genitus, qđ ſignificat̃ cum dicitur filiꝰ. Ideo .n. filius,quia genitus, & quia filiꝰ,vtique genitus. Sicut

H aũt filius ad patrẽ,ſic genitꝰ ad genitorem refertur, & ſicut pater ad filium,ita genitor ad genitum. Idem in 6.lib.de Trini. †Verbum quidem ſolus filius accipitur, non ſimul pater & filius tanquam ambo ſint vnum verbum. Sic enim verbum dicitur quomodo imago,non autẽ pater & filius ſimul ambo imago,ſed filius ſolus eſt imago pa-

B tris,quemadmodum & filius. Idem in 7.lib.de Trin.† *b* Verbum ſecundum quod ſapientia eſt, & eſſentia,hoc eſt quod pater ſecũdum quòd verbum: non hoc eſt quod pater: quia verbum non eſt pater, & verbũ relatiue dicitur,ſicut filius.Itẽ in eodem. † Sicut filius ad patrem refertur,ita & verbum ad eum cuius eſt verbum refertur, cum dicitur verbum. Et pro-

C pterea,non eo verbum quo ſapientia dicitur, quia verbum non ad ſe dicitur, ſed tantum relatiue dicitur ad eum cuius eſt verbum,ſicut filiꝰ ad patrẽ. Eo quippe eſt filius quo verbũ, & eo eſt verbum quo filius. Sapientia vero quo eſſentia, & iõ quia pater & filiꝰ ſunt vna eſſentia & vna ſapientia. Item in eodem. † Non eſt pater ipſe verbum,ſicut nec filiꝰ, nec imago. Quid autem abſurdius quàm imaginem ad ſe dici? † Idem in 5.Dicitur relatiue filius, relatiue etiam dicitur verbum, & imago, & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur. Nihil autem horũ pater dicit̃.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ quàmuis nomen verbi impoſitum ſit, a motu corporali, qđ eſt vltimum in nr̃a locutione tamen impoſitum eſt, ad ſignificandũ omne quòd dicitur vel exterius, vel interius. Vnde quàmuis interpretatio nominis,non conueniat deo conuenit tamen res ſignificata per nomen, ſicut frequenter contingit, vt dictum eſt de hoc nomine perſona. († c.7. to.3.) (Diſ.26. q.1 art.1.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd verbum vocis neque permanet,neque ſubſiſtit in nobis, ſed verbum cordis noſtri, permanet quàmuis non ſubſiſtat, & ideo patet quòd quàmuis verbũ, non habeat ex ratione verbi, quòd permaneat vel ſubſiſtat,tamen habet diuerſas rationes perfectionis ſecundum quòd in diuerſis inuenitur, & ideo verbum diuinum inquantum diuinum habet, quòd ſit permanens, & ſubſiſtens, ſicut & de amore,ſupra dictum eſt. (Diſ.26.q.1 art.1.)

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſine dubio cogitatio in deo, proprie non eſt, ſed Anſel. per ſimilitudinem nomen cogitationis poſuit. Sicut enim in cogitatione eſt, exitus rationis ab vno in aliud per collectionem, ita etiam ratio verbi, vt dictum eſt,cõpletur in quadã emanatione, & exitu ab intellectu. vnde addit ſupra ſimplicẽ intuitũ ĩtellectus aliqđ cogitationi ſimile, (Diſ.10.q.1. art.2, vbi ſupra. In cor.art.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus diuinus non intelligit eſſentiam ſuam, per aliquam ſpeciem differentem eſſentialiter, aut realiter, ab ipſa eſſentia, nihilominus tamen ipſe intelligit eſſentiam ſuam, per eſſentiam ſuam, vnde eſſentia ſe habet vt intelligẽs, & vt intellecta & vt quo intelligitur,& inquantum ſe habet, vt intelligens ſic vere,& proprie eſt ibi ratio intellectus,& inquãtũ ſe habet, vt id qđ intelligitur eſt,ibi vere ratio intellecti, ſed inquantũ ſe habet vt quo intelligitur.ſic eſt ibi ratio verbi.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum uerbum dicatur perſonaliter.*

K AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur,ꝙ verbũ nõ dicatur pſonaliter, ſicut.n.dicit Aug.verbũ, qđ inſinuare intedimꝰ cũ amore notitia ẽ,ſed notitia dr̃ eẽntiałr,ergo & verbũ. (Lib. 9. de Trin. ca.10. to.3.)

¶2 Præt. Omne illud,qđ põt intelligi nõ intellecta diſtinctione pſonarum eſt eẽntiale in diuinis, ſed nõ intellecta diſtinctione perſonarũ adhuc põt intelligi, ꝙ intellectus dinus manifeſtat ſe ſibi, & manifeſtat ſe creaturę, cũ ergo verbũ non addat aliquid ſupra rõnem intellectus niſi ordinem manifeſtationis, videtur quòd verbum ſit eſſentiale ſicut & intelligere,

¶ 3 Item. Verbũ eſt terminus huius actus qui eſt dr̃e.nihil.n.dicitur niſi verbum, ſed quælibet perſona poteſt dicere ſe,& põt dicere eſſentiã ſuã. ergo eſſentia eſt verbũ, & quælibet pſona eſt verbũ. & ita verbũ eſſentialiter dicetur. Nec põt dici quòd qlibet eorũ dicat ſe verbo pr̃is:qa pfectius ẽ dicere verbo pprio q̃ alterius, & ita cũ vnaquæq; pſona pfectiſſime ſe dicat, vr̃ ꝙ q̃libet dicat ſe verbo pprio,ſed nõ verbo pprio ꝙ ſit ab ipſa: qa ſic eſſent plures pſonæ quàm tres.ergo verbo pprio qđ eſt ipſa.

¶4 Præt.



¶ 4 Præt. Vt dictum eſt,verbum dicit conceptionem intellectus:ſed conceptus intellectus nullus eſt niſi ſpecies intelligibilis formata in intellectu.ergo in deo nõ poteſt eſſe verbum niſi illud,quod ſe habet per modum ſpeciei,& quo intelligitur, ſed hoc eſt principium intelligendi,in quo aliquid intelligitur, & quo intelligitur. ergo videtur,quòd ſi filius diceretur tãtum verbum pſonaliter, quòd filius eſſet principium actus intelligendi in patre,quod ſupra improbatum eſt in 5. diſt.ab Aug. (Art. antec.) († Cap. 2.)

¶1 Contra,Eſt quod Augu. dicit,quòd eo dicitur verbum in diuinis quo filius, & quo ſapientia genita: ſed iſta omnia dicuntur perſonaliter. ergo videtur, quòd & verbum. (lib.7.de Trinit.c.2.) (†Cap. 3.)

¶2 Præt. Aug.dicit,ꝙ quàmuis ſint tres, q dicant, tamen nõ eſt ibi niſi vnum verbũ. ergo videtur, quòd verbum tantum dicatur perſonaliter. (ibidem c.1. to.3.) (lib.7.c.2.)

¶3 Item. Verbum,vt dictum eſt,dicit ordinem cuiuſdam exitꝰ & conceptionem intellectus, & dicitur ad aliquid, ſicut in litera dicitur: omnia autem hęc videntur ad perſonas pertinere.ergo videtur quòd verbum ſit pſonale. (Art. antec.)

.II. ¶ VLTERIVS. Quæritur circa hoc: ſi verbum dicat̃ perſonaliter, vtrum ſolꝰ filius dicẽdus ſit verbum, videtur quòd non, quia ſicut filius exit a patre vt manifeſtans ipſum, ita & ſpirituſſanctus. ergo ratio verbi vtrique æqualiter conuenit. († Aug. 7.de Trin.c. 1.) (†c.13. to.3.)

¶2 Præt. Intellectus eſt quaſi medium inter naturã quam ſequitur, & voluntatẽ quam præcedit: ſed medium pertinet ad vtrunque extremorũ. cum ergo verbum dicat proceſſionem intellectus,videtur quòd non magis dicatur filius verbum qui procedit per modum naturæ,quàm ſpirituſſanctus, qui procedit per modum voluntatis.

¶3 Item. Cauſa manifeſtatur per effectum ſed intellectus diuinus eſt cauſa omnium creaturarum, ſicut intellectus artificis cauſa artificiatorum.ergo omnes creaturæ pñt dici verbum dei.

CONTRA eſt quod dicit Aug. lib.de Trin. quòd ſicut in trinitate ſolus filius dicitur verbum: ergo ita ſolus ſpirituſſanctus dicitur donum.ergo ſicut donum non conuenit filio, ita nec verbum ſpirituiſancto. (Lib. 15. de Trini.c.17.)

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc ſunt diuerſæ opiniones, Quidã enim dicunt,quòd dicere de Deo dicitur tripliciter. Quandoq; enim dicere eſt idem quod intelligere, & ſic eſt eſſentiale. quandoq: enim dicere idem eſt quod generare, & ſic eſt notionale. quandoq; enim dicere eſt idem quod creare,& ſic dicere connotat reſpectum ad creaturam, & eſt eſſentiale. Dicunt igitur,quòd huic actui non reſpondet verbum niſi quantum ad ſecundum modum dicendi, & ideo quàmuis dicere dicatur eſſentialiter & perſonaliter, tamen verbum non dicitur niſi perſonaliter. Sed hoc non videtur verum,quia non eſt intelligibile quòd aliquid dicat̃ & nõ ſit verbũ:vnde oportet ꝙ quoties dicitur dicere, toties dicatur verbum.

¶ Alij dicũt,ꝙ dicere nihil aliud eſt in vniuerſali quàm manifeſtare intellectum ſuũ,poteſt autẽ homo manifeſtare intellectũ

A ſuũ, vel alteri,ſicut verbo vocali:vel ſibiipſi, ſicut verbo cordis. Ita dicunt, quòd vtroque modo deus manifeſtat intellectum ſuum,ſcilicet condendo creaturam,quę eſt verbum ipſius,quaſi verbum vocale,& generãdo filium, ſecundum quod manifeſtat ſe apud ſeipſum,& hoc eſt idem quod verbum cordis. Vnde dicunt, quòd verbum dictum de Deo ſemp eſt perſonale,ſed hoc non videtur verum, quia ſi iquiratur qđ ſit iſtud verbum,quo aliquis ſibi loquitur, non inuenit̃ eſſe niſi conceptio intellectꝰ: conceptio autem intellectus eſt, vel operatio ipſa qđ quæ eſt ĩtelligere, vel ſpecies ĩtellecta. Vnde oportet, quòd verbũ, vel dicatur ipſa operatio intelligendi, vel ipſa ſpecies quæ eſt ſimilitudo rei intellectę,& ſine vtroq; iſtorum nõ poteſt quis intelligere, vtrumq; enim iſtorũ eſt id, quo qs intelligit formaliter. Et ideo impoſſibile eſt,quòd accipiendo hoc modo verbũ aliqs inteligat niſi verbo intellectus ſui,qđ ſit,vel operatio eius, vel ratio operationis ad eam, ſicut mediũ cognoſcẽdi ſe habẽs, quę eſt ſpecies rei intellectę. Vnde cũ pater intelligat ſe,ſi nõ eſſet ibi niſi verbum pſonale, quod eſt filius,oporteret, ꝙ pr̃ ĩtelligeret filio.quaſi formaliter, & hoc ſupra improbatum eſt. (D.751.) (†c.2. to.3.) (Diſt. 5. q.3. art.1.)

*Breuiter ſummam colligit intelligentiæ prædictorum.*

APerte oſtenſum eſt, ꝙ ſicut filius, vel genitꝰ relatiue dicitur ad patrem,ita verbum & imago. Et quòd eo dicitur verbum, ſiue

B imago quo filius, ideſt, eadem proprietate,ſiue notione dicit̃ verbum & imago qua filiꝰ, ſed non eo quo verbum dicitur ſapientia, vel eſſentia; quia non notione qua dicitur verbũ, dicitur ſapientia. Nam ſapientia dicitur ſecundũ eſſentiam,non ſecundum relationem.

*Generalis regula eorum quæ ad ſe, & eorum quæ relatiue dicuntur, quicquid enim ad ſe ſimul ambo dicuntur,ſed non ita in prædictis relatiuis.*

C

ET eſt hic aduertenda quædam generalis regula eorũ, quæ ad ſe, & eorum quæ relatiue dicũtur de patre & filio. Quicqd enim ad ſe dicitur, vt ait Augu. in 6. lib.de Trin. † non dicitur alter ſine altero, ideſt,quicquid dicuntur quod ſubſtantiã eorum

D oſtendat, ambo ſimul dicũtur. Ergo nec pater eſt deꝰ ſine filio, nec filius ſine patre, ſed ambo ſimul deus, ſed nõ ambo ſimul pater,non ambo ſimul filiꝰ, vel verbum, vel imago.

¶ Et ideo dicendum eſt cum alijs, ꝙ hoc nomen verbum, ex virtute vocabuli poteſt perſonaliter, & eſſentialiter accipi. Non enim ſignificat tantum relationem ſicut hoc nomen pater,vel filius, ſed imponitur ad ſignificandum rem aliquam abſolutam ſimul cum reſpectu; ſicut hoc nomen ſcientia,ſed in hoc differt, quia relatio,quę importatur hoc nomine ſcientia,non eſt relatio originis,ſecundum quam referatur ſcientia ad illud a quo eſt,ſed eſt relatio ſecundum quam refertur ad illud ad quod eſt, ſcilicet, ad ſcibile,ſed hoc nomen verbum importat relationem, ſecundum quam refertur ad illud a quo eſt, ſcilicet ad dicentẽ. Hmõi autem relationes in diuinis contingit eſſe dupliciter. Quædam

E enim ſunt reales,quę requirunt diſtinctionem realem,ſicut paternitas,& filiatio,quia nulla res poteſt eſſe pater & filius reſpectu eiuſdem, Quædam autem ſunt relationes rationis tantum, quę non requirunt diſtinctionem realem,ſed rationis,ſicut relatio, quæ importatur in hoc nomine operatio. Habet enim operatio reſpectum implicitum ad operatorem a quo eſt. Nec in diuinis differunt operans & operatio,niſi ratione tantum. Si igitur relatio importata hoc nomine,verbum ſit relatio rationis tantum, ſic nihil prohibet quin eſſentialiter dicatur, & videtur ſufficere ad rationem verbi, ſecundum quòd a nobis in deum tranſumitur; quia in nobis, vt dictum eſt,nihil aliud eſt verbum niſi ſpecies intellecta,vel forte ipſa operatio intelligentis,& neutrum eorum realiter diſtinguitur ab eſſentia diuina. Si autem importet relationem realem diſtinctionem exigẽtẽ, oportet quòd perſonaliter dicatur, quia non eſt diſtinctio realis in diuinis niſi perſonarum. Et eſt ſimile de amore,qui ſecundum eandem diſtinctionem eſſentialiter & perſonaliter dicit̃, (Art. præce.)

vt ſupra

Diſt. 18. q. 1. arti. 1.

vt ſupra dictum eſt, cum enim verbum ſit ſimilitudo ipſius rei intellectæ, prout eſt concepta in intellectu, & ordinata ad manifeſtationem, vel ad ſe, vel ad alterũ, iſta ſpecies in diuinis poteſt accipi dupliciter, vel ſecundum quòd dicit id, quo aliquid formaliter in diuinis intelligitur, & ſic cum ipſa eſſentia per ſe intelligatur & manifeſtetur, ipſa eſſentia erit verbum, & ſic verbum & intellect⁹ & res cuius eſt verbũ, non differunt niſi ſecundum rationẽ, ſicut in diuinis differũt quo intelligitur, & quod intelligitur, & quod ĩtelligit, vel ſecundum quòd ſpecies intellecta nominat aliquid diſtinctũ realiter ab eo cuius ſimilitudinem gerit, & ſic verbum dicitur perſonaliter, & conuenit filio ĩ quo manifeſtatur pater, ſicut principium manifeſtatur ĩ eo, quod eſt a principio ꝑ modum intellectus procedens. Sed tamẽ in vſu ſanctorum & cõmuniter loquẽtium eſt, quòd hoc nomẽ verbum, relationem realiter diſtinguentẽ importat, vt dicit Auguſt. quòd verbum idem eſt quod ſapiẽtia genita, & iõ iſta quæſtio parũ valet: quia non eſt de re, ſed de vocis ſignificatione, quæ eſt ad placitum, vnde in ea plurimum valet vſus, qa nominibus vtendum eſt vt plures, ſecundum Philoſ. de rebus autem iudicandum, ſecundum ſapientes. Cum enim de rebus conſtat, fruſtra in verbis habetur cõtrouerſia, vt dicit Magiſter, lib. 3. diſt. 14. Sed tamen ea quæ in diuinis dicuntur, nõ ſunt extendenda niſi quantum ſacra ſcriptura eis vtitur.

v. de Trini. c. 2. to. 3.

## An ſecundum ſubſtantiam dicatur Deus de Deo, & huiuſmodi.

Hic queritur cum dicitur: Deus de Deo, lumen de lumine & huiuſmodi, vtrum dicantur ſecundum ſubſtantiam. nam ſecundum relationẽ conſtat iſta non dici. Si vero ſecundum ſubſtantiam dicũtur ſimul ambo. ſ. pater & filius, poſſunt dici deus de deo: lumen de lumine ſecundum prædictam regulam. Ad quod dicimus: quia licet deus ſecundum ſubſtantiam dicatur & lumen, & ſapientia, & huiuſmodi, & nunquam relatiue accipiantur, aliquando tñ pro relatiuis, i. pro perſonis: ſed nõ relatiue accipiuntur, vt cum dicitur, Deus genuit deum: alterum pro patre, alterum pro filio ponimus. ſimiliter cum dicitur: De⁹ de deo, lumen de lumine. In alijs quoque locutionibus, ſæpè reperiuntur nomina eſſentiæ ad ſignificationem perſonarum deducta, vt cum dicitur: deus natus, deus mortuus, deus paſſus, vbi filius tantum ſignificatur. Ita & de ſolo filio intelligitur cum dicitur, deus de deo, & huiuſmodi. Vnde Aug. † querens quomodo huiuſmodi dicantur in vj. lib. de Tri. ait. Quomodo de⁹ de deo, lumen de lumine dicitur? Non enim ſimul ambo deus de deo: ſed ſolus filius de deo. ſ. patre. Nec ambo ſimul lumẽ de lumine, ſed ſol⁹ fili⁹ de lumine patre.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd notitia non dicit totam rationem verbi: quia notitia & ſapientia dicuntur ꝑ modum quieſcentis & manentis in eo cuius ſunt: & ideo nunquam dicuntur niſi eſſentialiter, quãuis poſſint eſſe appropriata. Sed verbum dicit quandam emanationem intellectus & exitum in manifeſtationem ſui, & ideo quia exitus iſte poteſt intelligi, vel ſecundum rem diſtinctam, prout filius exit a patre, vel ſecundum rationem tantum, prout intelligere eſt ab intellectu diuino, ideo & verbum quandoque eſſentialiter, & quandoque perſonaliter dicitur, ſicut & amor.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non intellecta diſtinctione perſonarum, adhuc intellectus diuinus poteſt manifeſtare ſeipſum, & ad ſe, & ad alterum. Ad alterum ſicut creãdo creaturam, vel inſpirando cognitionem ſui, creaturæ. Ad ſe ipſum per modum quo aliquis conuertitur ſupra id, quod intellexit, vt manifeſtum fiat, vtrum verum ſit, vel non, quod intellectu percipit. Hoc. n. proprie eſt loqui in corde: propter quod habet aliquid ſimile cogitationi, non tamen eſſet ibi manifeſtatio principij, in aliquo realiter diſtincto, & exiſtente per modum intellectus in eadem natura, non intellecta diſtinctione perſonarum.

¶ Tertium conceditur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nullo modo eſt concedendum quòd pater intelligat a filio, vel quòd intelligat in filio: ſicut in obiecto, vel ſpecie qua cognoſcitur: quia hoc poneret filium habere aliquam rationem principij ad patrem. Sed tamen concedendum eſt, quòd pater intelligit in filio, & ſeipſum, & alia, inquantum videt filium eſſe ſimilitudinem ſuam, & omnium aliorum, ſicut principium videtur in eo cuius eſt principium, quàmuis & in ſeipſo videatur. Poſſum enim videre hominem in imagine ſua, quãuis ipſum etiam per ſe videam: ita & quàmuis pater ſeipſum videat in ſe, & omnia alia: tamen oĩa põt videre in filio & ſeipſum: ſicut & ſeipſum ĩ creatura videre poteſt, inquãtũ ipſum creatura repræſentat, quãuis imperfecte.

vbi ſupra.

¶ Ad quintum, quod in contrarium obiicitur dicendũ: ꝙ Aug.

F accipit verbum prout dicit realem exitum, & diſtinctionem a dicente, & non ſecundum quòd ad rationem verbi ſufficit diſtinctio rationis, & ideo accipit verbum tantum perſonaliter.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd in diuinis non eſt niſi tantum vnum verbum, & tamẽ eſt ibi verbum perſonale, & eſſentiale, quia perſona non diſtinguitur ab eẽtia, vnde nec excluditur per dictionem excluſiuam.

G ¶ Ad ſeptimum dicẽdum, quòd omnia illa quę dicũtur, poſſunt accipi realiter, vel ſecundum rationem, & vtrunque ſufficit ad rationem verbi, & ideo poteſt dici eſſentialiter & perſonaliter.

†lib. 6. c. 1. to. 3.

¶ Ad id quod vlterius quæritur dicẽdum, quòd ſi verbum pſonaliter ſumatur, ſoli filio conuenit & nõ ſpi. ſan. quia ſpi. ſanctus procedit per modum volũtatis, & ideo proprie dicitur amor & donum, ſed procedere per modũ naturæ, vel intellect⁹ cõuenit filio, & ideo ipſe proprie, & genitus, & verbũ dicitur.

¶ Ad primum ergo quod obiicitur dicẽdum, quòd ad rationem verbi non ſolũ exigitur eſſe manifeſtatiuum, quia ſic cuiuslibet cauſæ eſſet verbum ſuus effectus, quod non poteſt dici niſi metaphorice, ſed oportet, quòd in illo verbo intelligatur proceſſio intellect⁹, & hoc non conuenit ſpirituiſancto.

## Quòd tantum ſecundum nomen ſubſtantiæ dicitur illud de illo, non ſecundum nomina perſonarum.

H Et eſt ſciendum, quòd ſecũdum nomina ſubſtantiæ tantum dicit illud de illo: licet ibi illa nomina ſubſtantiam non ſignificent. Secundum vero eadem nomina perſonarum: nunquàm dicitur illud de illo: ſicut verbum de verbo, vel filius de filio: quia huiuſmodi nomina diuerſis pſonis conuenire non poſſunt. Quod Aug. † licet obſcure, in eodem lib. ita dicit. Hoc ſolum de eis dici nõ põt. illud de illo, quod ſimul ambo nõ ſunt. i. illo ſolo noĩe non poſſumus vti ad oſtendendum vnum de vno, qđ ſimul ambobus non conuenit. Sicut verbum de verbo dici nõ põt, qa non ſimul ambo verbũ, nec imago de imagine, nec filius de filio, qa non ſimul ambo filius, vel imago. Et ſicut noĩa ſubſtantiæ aliquando intelligẽtiam pſonarũ diſtincte faciũt: ita ẽt interdum totius trinitatis ſimul. Vnde Aug. in eodem li. ait. In patris noĩe, ipſe pater per ſe ꝓnuntiatur. In dei vero noĩe, & ipſe pater, & fili⁹, & ſpiritusſanctus: vt cum dr̃. Nemo bonus niſi ſolus deus, quia trinitas eſt vnus ſolus Deus.

I ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpiritusſanctus procedit a duobus, & ideo ſua proceſſio eſt per modum cõformitatis amoris, quæ eſt ex vnione voluntatis in volentibus, & propter hoc procedit tantum per modum voluntatis. Sed tam proceſſio intellectus quàm proceſſio naturæ, eſt ab vno tantum, non autem ab vno ſecundum quod unitur alteri, ſi ſit perfectum agens, ſicut eſt agens diuinum, & ideo vterque modus proceſſionis conuenit illi perſonæ, quæ ſolum ab vno eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creatura non poteſt dici ꝓprie verbum, ſed magis vox verbi: ſicut enim uox manifeſtat uerbũ ita & creatura manifeſtat diuinam artem: & ideo dicunt ſancti, quòd uno uerbo deus dixit omnem creaturam, unde creaturæ ſunt quaſi uoces exprimentes unum uerbum diuinum, unde dicit Auguſt. omnia clamant, Deus me fecit, ſed hoc non dicitur niſi metaphorice.

lib. 3. de libero arbi. c. 23. to. 1.

### Articvlvs III.

## Vtrum verbum dicat ſemper reſpectum ad creaturam.

K Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd uerbum ſemper reſpectum dicat ad creaturam, ſicut. n. dicit Auguſt. Dixit & facta ſunt, ideſt, verbum genuit in quo erat ut fieret creatura, ſed per hoc ponitur reſpectus ad creaturam, ergo videtur quòd verbum dicat reſpectum ad creaturam.

1. p. q. 34. Et qđ lib. Aug. lib. Sup. gen. ad lit. c. 2.

¶ 2 Præt. Auguſt. in principio Ioan. dicit, quòd verbum eſt operatiua potentia patris: ſed operatiua potentia dicitur per reſpectum ad creaturam. ergo & verbum.

Aug. lib. q. 63. to.

¶ 3 Item. Anſel. dicit, quòd deus dicendo ſe, dixit omnẽ creaturam, ſed dicendo genuit uerbum ſibi ęquale. ergo uidetur, quòd uerbum, quod genitum eſt a patre, ponat reſpectum ad creaturam, ſecundum quod per uerbũ creaturę dicuntur a deo.

Anſel. monol. c. 33.

¶ 4 Præt. Artificiata non cognoſcuntur ab artifice, niſi ſecundum quòd conuertitur ad formam artis, quam apud ſe habet. ergo idem eſt artifici conuerti ad artem ſuam, & ad artificiata, & intelligere utrũque: ſed uerbum eſt ars omnium eorum, quę a ſummo



a ſummo artifice condita ſunt. ergo videtur, ꝙ nunquàm fiat conuerſio intellectus paterni ad artificiata, niſi per hoc, quòd ad verbum conuertitur & econuerſo: quandocunq; conuertitur ad verbum, ad artificiata conuertitur. ergo videtur ꝙ verbum ſemper accipiendum ſit cum reſpectu ad creaturam.

Contra. Nihil quod dicit reſpectum ad creaturam conuenit Deo ab æterno, vt dominus & huiuſmodi: ſed verbũ conuenit deo ab æterno, quia in principio erat verbum. ergo verbum non dicit reſpectum ad creaturam.

†lib. 7. de tri. c. 2. to. 3.

¶ Præt. Omne nomen connotans effectum in creatura, ſignificat diuinam eſſentiam: ſed verbum eſt perſonale ad minus qñq;. ergo videtur, ꝙ verbum non dicat reſpectum ad creaturam.

Respondeo, Dicendum, ꝙ verbũ non ſemper dicitur ſ̃m reſpectũ ad creaturam: ſed qñq; cum reſpectu, & qñq; ſine reſpectu, & hoc ſic patet. Verbum. n. ſiue dicatur perſonaliter, ſiue eſſentialiter, eſt ſpecies concepta, in qua eſt ſimilitudo eius, quod dicitur, & dicentis, quando aliquis ſeipſum dicit. Conſtat autem quòd diuina eſſentia ſiue pater, præhabet in ſe ſimilitudinem oĩs creaturę, ſicut exemplar. vñ illud quod ſignificatur vt ſpẽs, vel ſĩlitudo patris, aut eſſentiæ diuinæ, ſi perfecta ſimilitudo ſit, continebit in ſe ſimilitudinem omnium rerum: ſed quãuis aliquis ſit ſpecies, vel ſimilitudo alterius: non tamen oportet, ꝙ ſemper quandocunque conuertitur in ſpeciem, conuertatur in illã cuius eſt ſpecies, vel ſimilitudo, quia in ſpeciem vel in imaginem contingit fieri conuerſionem dupliciter. Vel ſecundum quod eſt ſpecies talis rei, & tunc eſt eadem conuerſio in rem, & in ſpeciem rei. Vel in ſpeciem, ſecundum quòd eſt res quædam: & ſic non oportet, ꝙ eadem conuerſione conuertatur quis ꝑ intellectum in ſpeciem rei, & in rem. Sicut qñ aliquis conſiderat imaginem inquantum eſt corpus lapideum, & inquantum eſt ſimilitudo Sortis vel Platonis. Dico igitur, ꝙ cũ ipſe Deus ſit ſimilitudo & ſpecies omnium rerum, duplex conuerſio intellectus poteſt fieri in ipſum. Vel abſolute, ſ̃m quòd res quædam. Vel inquantum eſt ſimilitudo omnium rerum, & vtroq; modo ſeipſum deus cognoſcit, & ſupra ſe conuertitur, quamuis nõ diuerſa, ſed vna operatione. Vnde ſi verbum accipiatur ꝓut conſequitur intuitum intellectus diuini, ſecundum quòd abſolute ſeipſum intuetur, ſic verbum abſolute dicitur in diuinis: ſine reſpectu ad creaturam ſiue eſſentialiter, ſiue perſonaliter dicatur, ſi autem verbum conſequatur intuitum intellectus diuini prout conuertitur ſupra ſe, inquantum eſt ſimilitudo omniũ rerum & exemplar, tunc etiam in verbo accipitur reſpectus ad creaturam, vt eſt reſpectus artis ad artificiata, & ſic proprie verbo competit nomen artis. Si tamen verbum accipiatur ſecundum ordinem manifeſtationis ad alterum, ſic ſemper dicit reſpectum ad creaturam, quia talis manifeſtatio diuini intellectus eſt per eductionem creaturarum.

†lib. 5. c. 8. to. 3.

D. 720.

¶ Ad primvm igitur dicendum, ꝙ quãuis in verbo ſit vñ fiat oĩs creatura: nihilominus tñ conſideratio verbi, & eius cuius eſt verbum, non dependet a cõſideratione creaturæ: & ideo verbum, non de neceſſitate dicit reſpectum ad creaturam.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ verbum dicitur potentia operatiua patris per modum artis, vnde inquantum ſignificatur vt ars, ſignificatur per reſpectum ad creaturam. Sed non de neceſſitate ſic intelligitur, qñ ſignificatur vt verbum: ſicut patet de ſpirituſancto, qui ipſe eſt amor, quo pater diligit filium, & iſte amor eſt ratio amoris, quem in creaturam habet, quam in ſuæ ſimilitudinem dilectionis adducit, & inquantum eſt amor, abſolute ſignificatur noĩe amoris. non connotando aliquem reſpectum ad creaturam: ſed inquantum eſt ratio eorum, q̃ liberaliter creaturæ conferuntur: ſignificatur noĩe doni, quod reſpectũ ad creaturam importat: ſic eſt de nomine verbi & nomine artis, quia verbũ põt abſolute dici: ſed ars dicit reſpectũ ad artificiata.

A ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vno & eodem verbo pater dixit ſe & oẽm creaturam: tñ diuerſa eſt conſideratio verbi, ſecundum ꝙ per illud dicitur pater & creaturæ. Nõ. n. deeſt cognitio abſoluta ſuiipſius: nec etiam cognitio abſoluta creaturarũ, nec etiam cognitio comparata, ſecundũ ꝙ cognoſcit ſe eſſe cauſam illorum, quãuis iſtæ tres cognitiones, non differãt realiter in ipſo, ſed ratione tãtũ: & ideo non exigitur ad intellectum verbi, ſecundum ꝙ eo intelligitur pater dixiſſe ſeipſum reſpectu ad creaturam, ſed ſcđm quòd eo intelligitur creaturas dixiſſe: & ideo verbum abſolute & cum reſpectu ad creaturam intelligitur.

¶ Ad quartum dicẽdũ, ꝙ artifex poteſt conuerti ad ſpeciem artis, quæ apud ipſũ eſt tripliciter. Vel ſecundum ꝙ eſt ſimilitudo rei per ipſum fiendæ, & ſic abſolute conuertitur in rem artificiatam, nullam conſiderationem habens de arte ſua. Vel in ipſam ſpẽm artis ſ̃m eſſe quod habet in aĩa eius, & ſic eſt conſideratio abſoluta ipſius ſpeciei inquantum eſt res q̃dam: nec aliquid tunc de re artificiata conſiderat. Vel comparando vnum ad alterum, dum conſiderat illam ſpẽm, quæ apud ſe eſt eſſe cauſam eorum, quæ ab ipſo fiunt, & ita ẽt eſt de intellꝰu diuino, ſ̃m ꝙ conuertitur ſupra ſeipſum, vel inquantum eſt res quędã, vel prout eſt ſĩlitudo rerum tm̃, vel prout illa res, q̃ eſt ſĩlitudo eſt cauſa eorum, quę ſibi aſſimilat, quamuis iſtæ cognitiones ĩ deo ſimul ſint & realiter non differant.

† Diſt. 21.

D ¶ Ad quintũ dicendũ, ꝙ verbũ non dicit reſpectũ ad creaturam ĩ actu, ſed quaſi in habitu, ſicut donũ. & ideo vtrũq; ęternũ eſt.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ oĩs effectus creaturæ eſt cõis totius trinitatis. vnde quicquid dicit reſpectum ad creaturam, ducit in cognitionem eſſentiæ, ſicut ĩ effectu ſuo cã cognoſcitur. Sed qa non tm̃ eſſentia habet ordinem ad creaturam, ſed etiam ꝓceſſio perſonalis, quæ eſt ratio proceſſionis creaturarum, ideo poteſt ẽt aliqđ pſonale cũ reſpectu ad creaturã ſignificari, & tunc tale nomẽ principij ſignificabit pſonã principalr̃, ſed ex conſequẽti ducet in intellꝰum eſſentiæ, & ſic eſt in noĩe verbi, & noĩe doni.

## Distinct. XXVIII.

### A

## Quòd non tantum tres prædictæ proprietates ſunt in perſonis, ſed etiam aliæ, quæ de alijs ſignificantur nominibus, vt ingenitus.

B Praeterea cõſiderari debet, ꝙ non tm̃ tres ꝑdictę proprietates, ſiue notiones in perſonis ſunt: verum ẽt aliæ, q̃ alijs notantur nominibus. Nam ẽt hoc nomẽ ingenitus, relatiue dicitur de patre tantum, & aliã deſignat notionem, q̃ pater vel genitor. Nõ eſt. n. idẽ eſſe patrẽ & eſſe ingenitum. i. non ea notione pater dicit̃, qua ingenitus. Pater. n. vt ꝑdictũ eſt, dicit̃ ſecundũ ꝓprietatẽ gñationis. Ingenitus autẽ

C

### Expoſitio textvs.

E Natvra igitur diuina ſi pr̃ eſt ge. filiũ.} iſtud non ſequitur, quia q̃uis ſ̃m rem idẽ ſit pr̃ & gñatio, tñ ꝑ verbum generationis ſignificat̃ illa proprietas, vt inhærens & determinans illud, de quo dr̃: & ideo quia eſſentia nõ determinatur a proprietate, vt per ſe ſubſiſtente, non dr̃ ꝙ eſſentia gñet: ſed pater ſignificat eandẽ proprietatẽ, vt per ſe ſubſiſtentẽ. & ideo propter identitatẽ rei dicitur, ꝙ eſſentia eſt pater. {A ſe inuicem differunt.} Differẽtia non proprie in diuinis eſt, quia opponit̃ ſĩlitudini: ſicut diuerſitas vnitati, tamen hic large accipitur pro diſtinctione.

## Distinctio. XXVIII.

### Divisio textvs.

Hic determinat Magiſter de notionibus perſonarum, quæ non ſunt perſonales, et diuiditur in partes duas. In prima determinat de [illegible] naſcibilitate, quæ eſt proprietas perſonæ, quamuis non ſit proprietas perſonalis. In ſecunda, de hoc nomine principium, quod nec eſt proprietas perſonalis, nec perſonæ: ibi {Eſt præterea aliud nomen.} 29. diſt. Prima in duas. In prima, oſtendit qualiter pr̃ dicatur ingenitus. In ſecunda, qualiter ecõtrario.

Omne quod genitum dicitur, de filio ſit accipiendum, ibi {Sciendum eſt quoque, quòd ſicut.} Circa primum duo facit. Primo, oſtẽdit qualiter pater ingenitus dicatur. Secũdo, mouet quæſtionem ex dictis. ibi {Præt. Quæri ſolet.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit qualiter nomen ingeniti a ſcientis accipitur. Secundo, qualiter ab eis etiã quandoq; taceatur. ibi {Illud etiam taceri nõ oportet &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, qualiter pater ingenitus dicatur. Secundo, oſtendit quæ ſit notio patris, quã nomen ingeniti deſignat. ibi {Si autem vis ſcire.} Circa primum tria facit. Primo exponit ingeniti ſignificationem. Secundo, ponit expoſitionis manifeſtationem: ibi {His exemplis.} Tertio excludit quandam dubitationem; circa cuius ſolutionem diuerſorum opiniones narrat. ibi {Ideo ſolet quæri &c.} {Sciendum quoq;.} Hic oſtendit, qualiter filius dicatur ſapientia genita. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit dicti ſignificationem. Secundo, excludit dubitationem ex dictis. ibi {Caue lector.} vbi duo facit, ſecundum duas dubitationes, quas remouet. Secunda incipit, ibi {Illud ſciri oportet &c.} & vtraque per ſe patet in litera.

† ca.6.to.3.

ſecundum proprietatem innaſcibilitatis. Differt ergo pater a filio authoritate generationis, differt etiam proprietate innaſcibilitatis, i. quia ingenitus. Vnde Aug. diſtinguens inter proprietatem qua pater dicitur, & illam qua dicitur ingenitus in 5. lib. de tri. ſic ait. Non eſt hoc dicere ingenitum, quod eſt patrem dicere, quia & ſi filium non genuiſſet, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et ſi gignat quiſque filium, non ex eo ipſe eſt ingenitus, quia geniti homines gignunt alios. Nõ ergo ideo dicitur pater, quia ingenitus. Ideoq; cum de Deo patre vtrũque dicatur, alia notio eſt qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, i. filiũ. Cum vero ingenitus dicitur, non qd ſit: ſed quid non ſit oſtenditur. Hoc, exemplis planum faciendum eſt. Quia dicitur ingenitus, hoc oſtenditur quòd nõ ſit filius; ſed genitus & ingenitus commode dicuntur, filius autem latine dicitur. Sed vt dicatur infilius, nõ admittit loquẽdi conſuetudo, nihil tamen intellectui demitur, ſi dicatur nõ filius, quemadmodum etiam ſi dicatur nongenitus pro eo qđ dicitur ingenitus nihil aliud dicitur. Ideo non eſt in rebus cõſiderandum, quid vel ſinat, vel non ſinat dici vſus ſermonis noſtri: ſed quis iterum ipſarum intellectus eluceat. Non ergo iam tãtum dicamus ingenitum: ſed etiam non genitum, quod tantum valet. Nunquid ergo aliud dicimus, quàm non filium? Negatiua porro particula non id efficit, vt quod ſine illa relatiue dicitur, eadem propoſita ſubſtantialiter dicatur: ſed id tantum negatur, quod ſine illa aiebatur, ſicut in alijs prędicamentis, cum dicimus homo eſt, ſubſtantiam deſignamus. Qui ergo dicit nõ homo eſt, non aliud genus prædicamenti enuntiat: ſed tantum illud negat. Sicut ergo ſecundum ſubſtantiam aio, homo eſt, ſic ſecundum ſubſtantiam nego, cum dico, nõ homo eſt. At ſi tantum valet, quod dicitur genitus, quãtũ valet quod dicitur filius: tantundem ergo valet quod dicitur nõgenitus, quantũ valet qđ dicĩ nõ filius.

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic eſt duplex quæſtio.

Primo. De innaſcibilitate.
Secundo, De imagine.

Circa primum duo quæruntur.

Primo. Vtrum innaſcibilitas ſit notio, vel proprietas patris.
Secundo. Vtrum ſit perſonalis proprietas eius. Vtrum autem innaſcibilitas vel ingenitus, conueniat ſpirituiſancto habitum eſt ſupra. 13. diſt. — q. 1. artic. 4

### ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas patris.*

1. par. q. 33. art. 4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd innaſcibilitas nõ ſit notio vel proprietas patris. Vt. n. in litera habetur, cũ pater ingenitus dicitur, non quid ſit, ſed quid non ſit oſtenditur: ſed negatio non poteſt eſſe ſufficiens principium notificandi aliquid, ergo cum notio dicatur illud, quod eſt principium cognoſcendi perſonam, videtur quòd ingenitum non dicat aliquàm notionem patris.

¶ 2 Præt. Si ingenitum ſit proprietas patris, aut hoc erit ſecũdum qđ intelligitur negatiue: aut ſecundum quod intelligitur priuatiue: ſed non ſecundum ꝙ intelligitur negatiue: quia ſic conuenit ei, ꝙ non generatur, & ſic conuenit eſſentiæ & ſpirituiſancto. Similiter nec ſecundum ꝙ priuatiue: quia priuatio ſemper ponit imperfectionem in eo cuius eſt, cum priuatio ſit eius, quod natum eſt haberi & non habetur. ergo videtur: quòd ingenitus nullomodo ſit notio vel proprietas patris.

¶ 3 Præt. Cum perſonæ diuinæ non diſtinguantur niſi p relationes; nihil poteſt eſſe proprietas, vel notio diuinæ perſonę, quod non eſt in genere relationis; ſed ingenitus non eſt in genere relationis. ergo non eſt notio perſonæ diuinæ. Probatio medię. ſicut ſe habet inferius ad ſuperius, ita ſe habet negatio ſuperioris, & ecõtra ad negationem inferioris. Quãto. n. homo eſt in paucioribus q̃ animal; tanto magis negatio animalis de paucioribus prædicatur, q̃ negatio hominis. Sed generatio prout ſignificat relationẽ eſt minus communẽ, q̃ relatio. ergo negatio generationis eſt plus commune q̃ non relatio, & ita prædicatur de illa, & ſaluatur cum ea, ſicut commune cum proprio: ſed quicqd ſaluatur cum oppoſito generis non eſt cõtentum ſub genere. ergo ingenitus cum ſaluetur cũ eo, quod eſt nõ relatio, non eſt in genere relationis.

¶ 4 Item. Ingenitũ conuenit patri, ſecũdum ꝙ eſt principium: ſed ipſe non eſt principium ſolũ per generationem, ſed etiam per ſpirationem. ergo videtur, ꝙ non debeat notificari per negationem generationis: ſed per negationem proceſſionis, quæ eſt cõmune ad vtrũque, vt dicatur improceſſibilis, vel ſecundũ ſpecialem rationẽ vtriſq; pceſſionis: vt ſicut dr̃ ingenitus, ita dicatur inſpirabilis.

CONTRA eſt quod in litera per Hil. dicitur.

¶ Præt. Illud quo perſona diuina diſtinguitur ab alijs perſonis, eſt notio vel proprietas eius: ſed ingenitum ſoli patri conuenit, vt ſup. 13. diſt. habitũ eſt. ergo eſt notio, vel pprietas pr̃is. — q. 1. art 4.

RESPONDEO Dicendum, ꝙ ſm Aug. pater eſt principiũ totius diuinitatis. vñ ẽt Dio. dicit, ꝙ in patre eſt fontana diuinitatis. vñ ſi ĩ diuinis pſonis eſſet ordo q poneret prius & poſteri⁹, pater eſſet primum principiũ: ſed quia ibi non eſt talis ordo, loco eius qđ eſt primũ dicimus principiũ nõ de principio. Vñ pater, põt dupl̃r innoteſcere. Vel inquantũ eſt de nõ principio, & ſic innoteſcit p notionẽ innaſcibilitatis. Vel inquantũ eſt principiũ, & ſic quia principiũ dicitur ſm emanationẽ, q̃ ab ipſo eſt, ſm duplicẽ modũ emanationis in diuinis, duab⁹ notionib⁹ innoteſcit. ſ. paternitate inquantũ eſt principiũ p gñationẽ, & cõi ſpiratione inquantũ eſt principiũ ſpiritusſancti p ſpirationem amoris, & ſic patet quòd in vniuerſo ſunt tres notiones patris. — Lib. 4. de tr. c. 20. to. 3. Dio. 2. de di. no.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ aliqua dictio dicĩ ponere aliquid dupl̃r. Vel ita ꝙ illud qđ ponit, ſit de intel̃lu eius, ſicut aliquid eſſentiæ ipſius, vt hõ ponit aĩal. Vel quia pſupponit illud, quaſi in quo fundaĩ, q̃uis non ſit de eſſentia eius, ſicut oẽ accñs ponit ſubſtantiã. Dico ergo, ꝙ hoc nomẽ ingenitus nõ ponit aliquid, qđ cõſtituat intel̃lm ipſius: quia homo nõ poſſet eſſe niſi poneret aliq̃ rõnẽ principij, vel in cõi vel in ſpãli: quia nihil aliud notionale põt patri cõuenire, & quocũq; mõ dicaĩ, nõ ponet in numerũ innaſcibilitas cũ paternitate, quia cõe nõ ponit in numero cũ pprio. Sed tñ ponit aliquid, qđ pſupponit in quo fundaĩ, & ex hoc eſt, ꝙ quidã dixerunt, ꝙ ingenitus aliquid ponit, & quidã, ꝙ nihil. Sed q̃uis nihil ponat quod ſit de intel̃lu eius conſtitutiue, non tñ ſequiĩ, ꝙ non poſſit eſſe notio, qa illud cuius rõ cõſiſtit in remotione, optime p negationẽ certificaĩ, ſicut cęcitas & huiuſmodi. & huiuſmodi eſt rõ prĩoĩ vel eius qđ eſt nõ de principio eſſe, quia primũ eſt añ qđ nihil.

¶ Ad



Tex. 27. D. 1059.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ingenitus non importat negationem abſolutam: ſed aliquo modo priuationem. Omnis. n. negatio, quæ eſt in aliquo ſubiecto determinato, poteſt dici priuatio. vnde in 8. Meta. dr̃, ꝙ priuatio eſt [d] negatio in ſubiecto, vel in ſubſtantia. Vnde dico, ꝙ hæc negatio quam importat ingenitus, intelligitur vt fundata in ratione principij, ſm ꝙ eſt notio patris, & hoc modo non conuenit nec eſſentiæ, nec ſpirituiſancto, quibus nõ competit eſſe principium per originem alicuius diuinæ perſonę: nec iterum filio cui conuenit affirmatio oppoſita. Sed ex hoc non ſequitur, quòd ĩ patre ſit aliqua imperfectio. Q̃uis. n. priuatio ſemper ſit eius quod natum eſt haberi: tñ hoc cõtingit tripliciter, vt dicit Philoſophus. 5. Meta. Vel qñ aliqd non habet quod natum eſt haberi a quocunq;, q̃uis ipſum non ſit natum habere, ſicut pes non dr̃ habere viſum: vel qñ non habet illud, quod natũ eſt haberi a ſuo genere, q̃uis non ab ipſo, nec ab aliquo ſuæ ſpeciei: ſicut talpa nõ habet viſum: vel qñ nõ habet illud quod natũ eſt habere, & quãdo, & vbi, & ſm alias cõditiones, & ſic proprie diciĩ priuatio, & imperfectionem ĩmportat, & hoc modo nihil priuatiue ĩ deo dr̃, ſed alijs primis modis põt dici. Sed quantum ad primũ modum poteſt ingenitum dici de eſſentia & de ſpirituſancto; vt ſupra accepit Hiero. ſed quantum ad ſecundum modum dr̃ tm̃ de patre: quia ipſe eſt principium notionaliter, & non habet generationem paſſiuam, quam habet filius, qui etiam notionaliter principium eſt. — Tex. 27. — Diſt. 13.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in genere continetur aliquid dupliciter [d]. vel per ſe & proprie ſicut ſpecies, & ea quę recipiunt prædicationem generis. vel per reductionem, ſicut principia generis, vt materia & forma ad ſubſtantiã, & vnitas & punctus ad quantitatem: q̃uis neutrum ſit quantitas. Ita etiam nulla negatio vel priuatio eſt in genere per ſe: quia non habet aliquam quidditatẽ nec eſſe: ſed reducitur ad genus affirmationis, ſm quòd in non eſſe intelligitur eſſe, & in negatione affirmatio, vt dicit Philoſophus in ſecũdo Elenchorum, quia omnis priuatio per habitum cognoſcitur, & remotio per poſitionem, & ſic etiam non relatio eſt in genere relationis, q̃uis ea de q̃bus dicitur iſta negatio non ſint in illo genere. — D. 673. — cap. 4.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in hoc quòd dicitur ingenitus remouetur a patre eſſe ab alio ſimpl̃r, & non ſolum ſm aliquẽ determinatum modum. Quare autem nominetur per negationem ſpecialis pceſſionis. ſ. generationis, poteſt aſſignari triplex cauſa. Vna eſt, quia proceſſio ſpiritusſancti ſm ordinem naturę, præſupponit generationem filij: & ideo, quia negato priori remouetur poſterius, ad remotionẽ generationis a principio fontali, ſequitur proceſſionis remotio per modum amoris. Secunda eſt, quia per hoc quòd dr̃ ingenitus, ſm quòd eſt notio patris tollitur oĩs modus conſequendi generationem. hoc. n. conuenit patri inquantum eſt principium generationis, vt nullo modo generationem conſequaur. Generationem autem conſequitur aliquid ſm intellectum tripliciter, vel ſicut genitum vt filius: vel ſicut per generationem acceptum vt eſſentia diuina: vel ſicut a generato procedens, vt ſpiritusſanctus: vnde nulli horum conuenit ingenitus ſecundum prædictũ modum. Tertia põt eſſe ratio, quia negatio ingeniti fundatur ſuper rationem principij, vt dictum eſt, q̃uis autem pr̃ ſit principiũ vtriuſque proceſſionis diuinæ, ſola tñ ratio p quam eſt principiũ generationis eſt proprietas pſonalis, conſtituens perſonã patris. ſ. paternitas: & ideo etiam per generatiõis negationem, eadem perſona conuenientius & magis pprie notificaĩ &c. — Corp. huius art.

A Relatiue autem negamus dicendo, non genitus. Ingenitus porro quid eſt niſi non genitus? Non ergo receditur a relatiuo prædicamento, cum ingenitus dr̃. Sicut. n. genitus non ad ſe dicitur, ſed quòd ex genitore ſit, ita cum dicitur ingenitus, non ad ſe dicitur: ſed ꝙ ex genitore non ſit oſtẽdiĩ. vtrũq; tñ relatiue dr̃. quod aũt relatiue pnuntiatur, non indicat ſubſtantiam. Q̃uis ergo diuerſũ ſit genitus & ingenitus: tñ non indicat diuerſam ſubſtantiã, qa ſicut filius ad pr̃em, & nõ filius ad non patrẽ referĩ: ita genitus ad genitorẽ, & nõgenitus ad nõ genitorẽ referatur neceſſe eſt. Ecce euidenter oñdit, ꝙ ingenitus relatiue dicitur, & de ſolo patre accipiĩ. Aliaq; notio eſt, qua dicitur ingenitus, alia qua pater. Atq; tantum valet cum dicitur ingenitus, quantum nõ genitus vel nonfilius.

*An ſicut ſolus pater dicitur ingenitus, dici debeat nongenitus, vel nonfilius.*

IN Deo ſolet queri: vtrum ſicut ſolus pater diciĩ ingenitus, ita ipſe ſolus debeat dici nongenitus, vel nõ filius, vt nec etiam ſpiritusſanctus poſſit dici nonfilius, vel nongenitus. Quibuſdam videĩ, ꝙ pater ſolus debeat dici nõgenitus, vel non filius. Spiritus vero ſanctus, ſicut non dicitur ingenitus, ita inquiunt non eſt dicendus nongenitus, vel non filius. Debet quidem dici, & credi ſpiritusſanctus non eſſe genitus, vel non eſſe filius: ſed nõ debet dici eſſe nongenitus vel nõ filius. Alijs autẽ videtur, quòd cum ſpiritusſanctus non poſsit dici ingenitus: poteſt tamẽ dici nongenitus vel nonfilius.

B Quia autem Aug. ſupra ait: tantum valere cum dicitur ingenitus, quantum cum dicitur nongenitus, vel nonfilius: etymologiam nominis oſtendẽdo eum hoc dixiſſe dicunt: non ratione prędicationis. — † 5. de trin. c. 7. to. 3.

b *Quæ ſit proprietas ſecundum quam dicitur pater ingenitus.*

C SI autem vis ſcire, quæ ſit proprietas ſecundum quam dicitur pater ingenitus, audi Hilarium ipſam vocantem innaſcibilitatem in 4. lib. de tri. ita aientem. Eſt vnus ab vno. ſ. ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoq;, & originis, & innaſcibilitatis. Significata ergo in ſcripturis perſonarum intelligentia, & diſtinctio innaſcibilitatis, natiuitatisque ſenſu ſolitarius Deus nõ eſt opinandus. Diſcretio ergo, vel diſtinctio

D perſonarum in ſcripturis poſita eſt, in nullo autem naturæ

### ARTICVLVS II.

b *Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas perſonalis patris.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃, quòd innaſcibilitas ſit proprietas pſonalis patris. Sicut enim paternitas cõuenit tantum patri, ita & innaſcibilitas: ſed paternitas eſt pprietas pſonalis ei⁹. ergo & innaſcibilitas.

¶ 2 Præt. Perſona dicit aliquid diſtinctum proprietate ad dignitatẽ pertinens: ſed ĩnaſcibilitas magis videtur pertinere ad dignitatem q̃ paternitas: quia paternitas cõicatur ẽt creaturis, non autem innaſcibilitas. ergo innaſcibilitas magis eſt proprietas perſonalis, quàm paternitas.

¶ 3 Item. Perſona non poteſt intelligi, niſi intelligatur aliquid conſtituens ipſam in perſonalitate ſua: ſed vt in litera dicitur, poteſt intelligi ingenitus etiam ſi non intelligatur pater. ergo oportet, quòd innaſcibilitas conſtituat perſonam patris, & ita videtur, quòd ſit proprietas perſonalis.

¶ 4 Præt. Illud quod eſt principium perſonalis operationis, videtur eſſe proprietas perſonalis, quia propria operatio eſt a propria forma operantis: ſed innaſcibilitas eſt

E principium generationis in patre. Dicitur enim, quòd pater generat, quia eſt ingenitus. Vnde quærit delitias in conſortio filij. ergo videtur, quòd innaſcibilitas ſit proprietas perſonalis.

CONTRA. Quicquid dicitur per poſitionem, non conſtituitur negatiue vel priuatiue tantum: ſed pater nominat aliquid poſitiue. ergo perſona patris non conſtituitur per innaſcibilitatem, quia nihil ponit in intellectu ſuo.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut eſt in inferioribus, quòd quicquid conſequitur ad eſſe perfectum non eſt conſtitutiuum illius rei. Ita etiam in diuinis, quicquid ſecundum intellectum præſupponit aliquid, quo perſona conſtituitur, non poteſt eſſe conſtitutiuum perſonę, & inde eſt,

quòd communis ſpiratio non poteſt eſſe proprietas perſonalis, quia præſupponit in patre & filio generationem actiuam & paſſiuam, quibus illæ perſonæ conſtituuntur. Similiter innaſcibilitas cum ponat negationem, quæ fundatur ſuper rationē

art. præced.

principij: vt dictnm eſt, prȩſupponit ſecundum intellectum rationem principij ſupra quā fundatur, ſ. paternitatē; & ideo nō poteſt conſtituere perſonam patris: nec poteſt eſſe perſonalis proprietas.

¶ Ad primvm Ergo dicendum, ꝙ ex hoc, ꝙ conuenit ſoli patri poteſt probari, quòd ſit proprietas patris, nō autem quòd ſit proprietas perſonalis, niſi conſtitueret perſonam patris ad ſimilitudinem differentiæ conſtitutiuæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quicquid habet negatio de dignitate, habet ab affirmatione ſupra quam fundatur: & ideo innaſcibilitas, quæ fundatur ſupra talem paternitatem, pertinet ad dignitatem, ſicut talis paternitas; & ſicut innaſcibilitas nō cōmunicatur creaturȩ, ita nec talis paternitas. ſ. quæ non eſt ab alio principio, quāuis communicetur paternitas abſolute.

*Arriani nitebantur probare alterius ſubſtantiæ patrem, alterius filium; quia ille ingenitus, iſte genitus, quibus reſpondens Ambroſius, dixit ſe hoc nomen in ſcripturis non legiße diuinis.*

Illud etiam taceri non oportet, quòd Arriani ex eo probare nitebantur alterius ſubſtantiȩ eſſe patrem, alterius filium; quia ille ingenitus, & iſte genitus dicitur, cum diuerſum ſit eſſe ingenitum & eſſe genitū. Vñ Amb. eorum quæſtioni reſpondens, dicit ſe ī diuinis ſcripturis hoc nomen. ſ. ingenitus, nō legiſſe:

†lib. de Incarna. ca. 8. tom. 2.

ita inquiens in 4. lib. de Incarnationis Dominicȩ ſacramēto. Cum dudum audierint quidā dicentibus nobis filium dei qui generatus eſt, patri qui generauit inæqualem eſſe non poſſe,

G

quamuis ille generatus ſit, iſte generauerit; qa eſſentia vel generatio eſt naturæ, aduerſus qdem illam qōnem vocē ſibi arbitrantur occluſam, ſed in tergiuerſatione damnabili in eodem loco veſtigium vertunt, vt putent mutationem fieri qōnis mutatione ſermonis dicentes. Quomodo poſſunt eſſe ingenitus & genitus vnius naturȩ atque ſubſtantiȩ? Ergo, vt reſpondeam mihi propoſitȩ quæſtioni: primo omnium in diuinis ſcripturis ingenitus nuſquàm inuenio, non legi, non audiui. Cuius ergo mutabilitatis ſunt homines huiuſmodi, vt nos dicant ea vſurpare, quȩ non ſunt ſcripta, cum ea quȩ ſunt ſcripta dicamus, & ipſi obijciant, quod ſcriptum non ſit? Nonne ipſi ſibi aduerſantur, & authoritatem calum-

¶ Ad tertium dicendum, quòd remota paternitate per intellectum, non remanet hypoſtaſis patris, & quod dicitur in litera, quòd remanet ingenitum, eſt intelligendum, quantum ad cōem rationem ingeniti & patris, quia ſeparatim inueniuntur in diuerſis: non autem ſm ꝙ vtrūq; ponitur proprietas patris, nihilominus tñ, etiam remota paternitate remaneret ingenitum in deo: non quaſi proprietas, vel notio alicuius perſonæ: ſed quaſi attributum eſſentiæ, vt immenſus & increatus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd innaſcibilitas non eſt principium generationis in patre, quaſi forma eliciens hanc operationem, ſed ſolum quaſi ponens aliquam conditionem circa generationem. Sicut. n. videmus in alterationibus, quòd prima alteratio, eſt quam operatur alterans non alteratum, & ex hoc ꝙ non eſt alteratum, alteratio quam facit eſt prima: ita etiam prima generatio eſt, quȩ eſt generantis non generati. vnde conditionem iſtam, quòd ſit prima generatio, habet ex hoc, quòd generans eſt ingenitus. Sed principium formale quaſi eliciens generationem, eſt forma patris, quæ eſt paternitas: ſicut calor eſt principium calefactionis in calido.

## QVAESTIO II.

B

### Deinde queritur de imagine. Et circa hoc tria querunt.

Primo, Quid ſit imago.
Secundo. Vtrum imago in diuinis dicatur eſſentialiter, vel perſonaliter.
Tertio. Si dicatur perſonaliter, vtrum conueniat filio tantū.

### Articvlvs III.

*Vtrum diffinitio imaginis, imago eſt ſpecies indifferens eius rei ad quam imaginatur, ſit competens.*

De ſynodis ppe princ.

AD primvm Sic proceditur, & ponitur diffinitio H. l. talis. Imago eſt eius rei ad quam imaginatur ſpēs indifferens. Vr autem, quòd ſit incompetens, Imago. n. eſt ſecūdum imitationem in exterioribus: ſed ſpecies non eſt de extrinſecis rei: imo dicit quidditatem intrinſecam. ergo male ponitur in diffinitione imaginis.



F

¶ 2 Præt. Imago proprie dicitur quod eſt ad imitationem alterius: ſed ſpecies indifferens duorum, non eſt ad imitationem alterius, immo eſt id in quo imitatio attenditur. ergo imago nō debet dici ſpecies, ſed habens ſpeciem.

¶ 3 Item. Eorum quæ in infinitum diſtant, non poteſt eſſe indifferētia: ſed creatura eſt imago Dei: a quo tñ in infinitū diſtat. ergo indifferens male ponitur, in diffinitione imaginis.

¶ 4 Præt. In definitionibus non debet eſſe circulus; ſed ex hac definitione, ſequiť circulus. diffinit. n. imaginem per rem imaginatam, & imaginatum non poteſt diffiniri, niſi per imaginem. ergo videtur, quòd male diffiniat.

¶ 5 Item. De rōne imaginis eſt ȩqualitas & ſimilitudo, vt patet ex alia eiꝰ diffinitione, quòd imago eſt rei, ad rem coȩquandam indiſcreta, & vnita ſimilitudo: cum igitur in p̄dicta diffinitione, nihil ponatur ad ȩqualitatem & ſimilitudinem pertinens, videtur quòd ſit diminuta.

H

Respondeo Dicendum, quòd ratio imaginis conſiſtit in imitatione: vnde & nomen ſumitur. Dicitur. n. imago quaſi imitago. De ratione autem imitationis, duo cōſideranda ſunt. ſ. illud in quo eſt imitatio, & illa quæ ſe imitantur. Illud autē, reſpectu cuius eſt imitatio, eſt aliqua qualitas vel forma, per modum qualitatis ſignificata. Vnde de ratione imaginis eſt ſimilitudo. Nec hoc ſufficit, ſed oportet, quòd ſit aliqua adæquatio in illa qualitate, vel ſm quantitatem, vel ſm proportionem; vt patet, quòd in imagine parua, ȩqualis eſt proportio partium adinuicem; ſicut in re magna cuius eſt imago: & ideo ponitur adȩquatio in diffinitione eius. Exigitur etiā, ꝙ illa qualitas ſit expreſſum, & proximum ſignum naturæ, & ſpeciei ipſius: vnde nō dicimus, ꝙ qui imitatur aliquem in albedine, quòd ſit imago illius: *ſed qui imitatur in figura*, quæ eſt proximum ſignum, & expreſſum ſpeciei & naturæ. videmus. n. diuerſarum ſpecierum in animalibus diuerſas eſſe figuras. Ex parte autem imitantiū,

I

duo ſunt conſiderāda. ſ. relatio æqualitatis & ſimilitudinis, quȩ fundatur in illo vno, in quo ſe imitantur. Et adhuc vlterius ordo, quia illud, quod eſt poſterius ad ſimilitudinem alterius factum, dicitur imago, ſed illud quod eſt prius ad cuius ſimilitudinem fit alterum, vocatur exemplar, quamuis abuſiue vnum pro alio ponatur. Et ideo Hil. ad ſignificandum ordinem, & relationem ſe imitantium dixit imago eſt eius rei, ad quam imaginatur. Ad deſignandum vero id in quo eſt imitatio, dixit ſpecies indifferens.

De ſynodis prope principium.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd non in imitatione quorūcunq; exteriorum eſt ratio imaginis; ſed eorum, quȩ ſunt ſigna quodammodo ſpeciei, & naturȩ: & ideo poſuit ſpeciem potius, quàm qualitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iſta diffinitio data eſt per cauſam. non. n. illud quod eſt imago, eſt ipſa ſpecies, in qua ſit imitatio proprie loquendo. Sed indifferentia ſpeciei eſt cauſa, quare dicatur imago. Vel dicatur, quòd vtrūque poteſt dici imago,

K

& illud quod imitatur, & id in quo eſt imitatio, quamuis non ita proprie, & ſic diffinit Hil.

vbi ſup.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnumquodque quantum attingit ad rationem imaginis, tantum attingit ad rationem indifferentiæ; ſecundum enim quòd differt, non eſt imago. Inuenitur tamen quidam gradus perfectionis imaginis. Dicitur enim quandoque imago alterius, in quo inuenitur aliquid ſimile qualitati alterius, quæ deſignat & exprimit naturam ipſius; quamuis illa natura in ea non inueniatur, ſicut lapis dicitur eſſe imago hominis, inquantum habet ſimilem figuram; cui non ſubſiſtit natura illa, cuius eſt ſignum, & hic



& ſic imago Dei eſt in creatura, ſicut imago regis in denario: vt dicit Auguſt. & hic eſt imperfectus modus imaginis. Sed perfectior ratio inuenitur, qñ illi qualitati, quæ deſignat naturam ſubſtantiæ, eſt de natura in ſpecie: ſicut eſt imago hominis patris in filio ſuo: quia habet ſimilitudinem in figura & in natura, quam figura ſignificat: ſed perfectiſſima ratio imaginis eſt, quando eandem numero formam & naturam, inuenimus in imitatione cum eo, quem imitatur: & ſic eſt filius perfectiſſima imago patris: qa omnia attributa diuina, quæ ſunt per modum qualitatis ſignificata ſimul cum ipſa natura ſunt in filio: non ſolum ſecūdum ſpeciem, ſed ſecundum vnitatem in numero.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc, quod dicit eius rei, ad quam imaginatur eſt circūlocutio exēplaris. Vnde ponitur in virtute vuius dictionis, & ponitur cōuenienter in diffinitione imaginis: ſicut prius in diffinitione poſterioris, & non econuerſo. Exēplar. n. prius eſt imagine. vnde nō eſt ibi circulus.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ in indifferentia ſpeciei intelligitur, & ſimilitudo & æqualitas, qualis ad imaginem requiritur: vnde illæ duȩ diffinitiones, quaſi in idem redeunt.

niȩ ſuȩ derogant? Attende lector, qm̄ hoc nomine ingenitꝰ, nolebat vti Ambroſius, propter hæreticos. Ita & nos ſubticere quædam oportet, propter calūniantium inſidias, quæ catholicis ac pijs lectoribus, ſecure credi poſſunt. Sūt etenim quȩdam, quæ non tantæ ſunt religionis, & authoritatis: vt eis, nos oporteat ſemper profitendo, ac recipiendo inſeruire, verum ſilentio aliquando prȩteriri queūt: nec illius tamē ſunt peruerſitatis, quin cum opportunum fuerit, eis vti liberum habeamus.

*An diuerſum ſit eße patrem, & eſſe filium.*

Præterea, quæri ſolet, cum ſupra dictum ſit: quia aliud eſt dicere ingenitum, aliud patrem. Et ꝙ diuerſum ſit genitus & ingenitus: vtrum ſimiliter diuerſum, ſit eſſe patrem, & eſſe filium: an idem? Ad quod dicimus, quia ex eodem ſenſu, quo dicitur diuerſum genitus & ingenitus, & quo dicitur non eſſe idem dice

### Articvlvs II.

1. par. q. 35. artic. 1.

*b Vtrum imago dicatur eßentialiter.*

D. 27. lib. 7. de tri. c. 1.

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd imago non dicatur eſſentialiter. Vt. n. ſupra dictū eſt ab Aug. nihil eſt abſurdius, quàm imaginem ad ſe dici: ſed illud, quod eſſentialiter dicitur in diuinis, ad ſe dicitur. ergo abſurdum eſt, vt eſſentialiter dicatur.

art. præced.

¶ 2 Præt. Imago de ratione ſua vt dictum eſt, importat ordinem: ſed in diuinis non eſt, niſi ordo originis cum igitur nihil importans originem, in diuinis eſſentialiter dicatur, videtur quòd nec imago.

¶ 3 Item. Ex abſolutis, vel eſſentialibus, non poteſt probari perſonarum diſtinctio: quia in eſſentialia trinitatis, poteſt deducere naturalis ratio, non autem in perſonarum diſtinctionem: ſed ſupra ſecunda diſt. probata eſt diſtinctio perſonarum

q. 1. art. 4.

ex ratione imaginis. ergo imago non dicitur eſſentialitet.

Contra, Eſt quod in litera dicitur per Augu. & Hil.

art. præced.

Respondeo, Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, imago poteſt dici dupliciter, vel id quod imitatur aliquem: vel id in quo eſt imitatio. Si dicatur imago, prout proprie accipitur id, quod imitatur alterum, ſic eſſentia diuina non poteſt dici imago, ſed exemplar, cuius imago eſt creatura: quia imago præſupponit ordinem ad aliquod principium, eſſentia autem diuina, non habet aliquod principium: ſed tamen ſic aliqua perſona poteſt dici imago alterius, inquantum perſona præſupponit ſibi ſm ordinem naturæ aliam perſonam. Vnde, ſic imago ſm quòd proprie de Deo dicitur, ſemper eſt perſonale. Si autem dicatur imago id, in quo eſt imitatio, ſic natura diuina eſt imago: quia in ipſa eſt duplex imitatio. Vna perſonȩ ad perſonam, ſm quòd filius in natura diuina quam habet a patre, imitatur patrē. Alia creaturȩ ad creatorem, inquātum creatura imitatur creatorem.



A

ſed imperfectè ſm aliquam ſimilitudinem bonitatis ipſius. Et quantum ad primam imitationem: quæ. ſ. eſt perſonæ ad perſonam, imago in recto ſignificabit eſſentiam: ſed in obliquo faciet intellectum perſonarum. *ſic. n. idem erit imago*, quod natura diuina perſonarum in ea ſe imitantium, & ſic accepit ſupra Hil. in 2. diſt. Vnde probauit ex rōne imaginis, & vnitatē eſſentiæ, & diſtinctionem perſonarū. Sed quantum ad ſecundā imitationem, q̄ eſt creaturæ ad creatorem, imago ſignificabit diuinam eſſentiā, & cōnotabit reſpectū ad creaturam, q̄ imitatur ipſam, & ſic accepit ibidē Aug. vñ ex rōne imaginis non probauit niſi vnitatem eſſentiæ.

ſup. diſt. 2.

¶ Et per hoc. patet ſolutio ad obiecta.

re genitum & ingenitum: poteſt dici non eſſe idem: ſed diuerſum eſſe patrem, & eſſe filium, vel eſſe ſpiritumſanctum; quia non ea notione pater eſt pater, qua filius eſt filius, vel qua ſpirituſſanctus eſt ſpi. ſan. Ideoque ex hoc ſenſu concedimus, quòd aliud eſt eſſe patrē,

B

& aliud eſt eſſe filium, quia alia notio eſt, qua pr̄ eſt pater, alia qua filius eſt filius. Sed ſi tranſponas, vt dicas: aliud eſt patrē eſſe, aliud filiū eſſe, variatur intelligentia, & ideo non conceditur. Eſt. n. ſenſus talis, ac ſi dicať: aliud eſt quo pater eſt, non qdē pater: ſed eſt aliud quo filius eſt, nō qdē filius, ſed eſt, qđ penitus falſum eſt. Eo. n. pater eſt, quo pater deus eſt. i. p eſſentiā vel naturā. At filius eo deus

C

eſt, quo pr̄ eſt deus. Eo ergo filius eſt, quo pr̄ eſt. et ita idē eſt patrem eſſe ꝙ filiū eſſe: ſed non eſt idem eſſe patrem & eſſe filium. Vnde Aug. in 5. lib. de tri. ait. Quamuis diuerſum ſit eſſe patrem & eſſe filium; non eſt tamen diuerſa ſubſtantia, quia non hoc ſecundū ſubſtantiā dr̄, ſed ſcđm relatiuum, qđ tñ rela-

### Artic. III.

*c Vtrum ſpirituſſanctus poſſit dici imago.*

AD tertivm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ ſpirituſſanctus poſſit dici imago. Primo per Dam. qui dicit, ꝙ ſpūſſanctus eſt imago filij.

lib. 1. fidei orth. c. 18.

¶ 2 Præt. Sicut filios imitatur patrē, per oīa cōſimilis ſibi, ita etiam & ſpirituſſanctus: ſed hoc eſt quod requiritur ad perfectam rōnem imaginis, vt dictum eſt. ergo ſpirituſſanctus eſt imago patris. Si dicis, quòd ſpirituſſanctus non habet hoc, ꝙ ſit ſilis pr̄i per oīa, ex rōne ꝓceſſionis, ſicut filius hoc habet inquantum procedit vt genitus.

†ca. 5. to. 3.

Hac di. ar. 1 huius q̄ſt.

D

¶ 3 Contra. Quia proceſſio ſpirituſſancti, nō tm̄ eſt proceſſio amoris, ſed ꝓceſſio amoris diuini: ſed ꝓceſſio amoris diuini inquātū huiuſmodi habet, ꝙ ſit ī plenitudine eiuſdē naturæ. ergo vr̄ quòd ſpirituſſanctus ex proceſſione ſua habeat, ꝙ ſit imago.

¶ 4 Præt. Dicitur abſolute, quòd ſpirituſſanctus eſt æqualis patri, & ſimilis & connaturalis: quāuis hoc non habeat ex ratione ſuæ proceſſionis abſolute. cū igitur ſimilitudo, & æqualitas, & connaturalitas conſtituant perfectam rationem imaginis, videtur quòd ſpirituſſanctus abſolute, ſit imago.

Contra, Eſt quod Hyl. dicit, ꝙ æternitas eſt in patre, & ſpecies in imagine, & vſus in munere: ſicut ergo munus vel donum eſt proprium ſpirituſſancti. ita imago filij. Hoc idem videtur per Aug. ſupra diſt. 27.

lib. 2. de tri. in princ.

Respondeo, Dicendum, ꝙ imago ſm ꝙ pſonalis dr̄, cōuenit tm̄ filio, & nō ſpūiſcō. Cuius rō diuerſimode aſſignať. Quidam. n. dicunt, ꝙ cū imago ponat imitationē in exterioribus, & notionalia in diuinis ſint. q. exteriora, filius conuenienter dicitur

E

imago patris, qui imitatur patrē etiā in aliqua notione. ſ. in cōi ſpiratione, non aūt ſpirituſſanctus, qui nullā notionē cōem cum patre habet. Sed hoc non videtur conueniens pp duo. Primo, quia notionalia in diuinis, non ſe magis habent per modum exteriorum. quàm eſſentialia præter illa, quæ ſunt aſſequentia ſubſtantiam ſecundum Dam. & ideo imitatio in illis adhuc faceret rationem imaginis. Secundo, quia ſecundum relationem originis, non attenditur in diuinis ſimilitudo aut ȩqualitas, vel diſſimilitudo, vel inæqualitas, vt ex verbis Auguſt. habitum eſt ſupra. xx. diſtinct. Ad rationem autem imaginis requiritur ſimilitudo & æqualitas, vt dictum eſt. Et ideo alij dicunt, quòd impoſſibile eſt, vnius rei eſſe plures imagines, immediate ducentes in illam, niſi per materiam diuiſas. Nec etiam econtrario eſt poſſibile, quòd idem ſit imago plurium: & ideo, cum patris imago ſit filius, non poteſt etiā eſſe imago ſpirituſ-

1. fid. orth. c. 3.

artic. 1. huius q.

ſanctus, quia ſic plures eſſent imagines vnius. Nec iterũ poteſt eſſe, quòd ſpiritusſanctus ſit imago patris & filij; quia ſic idem eſſet imago immediata plurium. Iſtud etiam non videtur conueniens propter duo. Primo, quia ſpiritusſanctus refertur ad patrem, & filium, vt ad vnum principium. vnde poſſet eſſe imago eorum vt ſunt vnum principium eius, ſicut homo eſt imago totius Trinitatis. Secundo, quia non eſt maior ratio, quare nõ poſſunt eſſe vnius plures imagines quã vnius plures ſimiles vel ęquales: hoc enim conuenit in diuinis, ſcilicet quòd plures ſint ſimiles vel æquales vnius, non per diuiſioné materiæ, ſed per diſtinctionem relationum. Et ideo dicendum cum alijs, ꝙ quãuis diuerſitas rationis attributorũ, non ſufficiat ad diſtinctionem realem proceſſionum, tamẽ ſufficit ad diuerſas notiones eorum. vt ſu-
q. 1. art. 3. pra 13. diſt. dictum eſt: & ideo quàmuis ſpiritusſanctus ſua proceſſione accipiat naturam: quia tamẽ ſua proceſſio non eſt per modum naturæ, non dicitur, nec eſt generatio, quia gene-
†Cap. 2. to. 3. ratio eſt proceſſio ꝑ modum naturæ, & ꝑ conſequens non dicitur filius. Ita etiam dico, quòd fili⁹ ex ratione ꝓceſſionis ſuę habet quòd ſit imago, & inquantum ꝓcedit vt filius: quia filius dicitur ex hoc, quòd habet naturã patris, & inquantum procedit vt verbum, quia verbum vt di-
Di. 27. q. 2. art. 1. ctum eſt, eſt quædam ſimilitudo in intellectu ipſius rei intellectæ. Sed ſpiritusſanctus non habet hoc ex ratione ſuę proceſſionis, quia procedit vt amor, & ideo ſicut non dicitur filius, quãuis accipiat ſua proceſſione naturam patris, ita nec imago, quàmuis habeat ſimilitudinem ad patrem.
†Dist. 5. Ad Primvm igitur dicendum, ꝙ Dam. large accipit imaginẽ pro quacunque ſimilitudine.

tiuum non eſt accidens; quia non eſt mutabile. Ecce diuerſũ eſſe dicit eſſe patrẽ & eſſe filiũ, quod iuxta rationem prædictã accipi oportet: qa ſcilicet alia notio, eſt qua eſt pater, alia qua eſt filius. Non enim ſecundum eſſentiam pater dicitur pater; vel filius filius: ſed ſecundum relationem.

*Quómodo dicatur ſapientia genita, uel nata; an ſecundum relationem, an ſecundum ſubſtantiam.*

B

SCiendum quoque eſt; quòd ſicut ſolus filius dicitur verbum, vel imago: ita etiam ipſe ſolus dicitur ſapiẽtia nata, vel genita. Et ideo quęritur: vtrum hoc relatiue dicatur: & ſi relatiue dicitur: an ſecundum eandem relationem qua dicitur verbum, & imago? De hoc Augu. in 7. lib. de Tri. ita ait. Id dici accipiamus cum dicitur verbum; ac ſi dicatur nata ſapientia, vt ſit filius & imago. Et hæc duo cum dicuntur, ideſt nata ſapientia; in vno eorum; eo quòd eſt nata & verbum, & imago, & filius intelligatur. Et in his omnibus nominibus non oſtendatur eſſentia; quia relatiue dicũtur. At in altero quod eſt ſapiẽtia, etiam eſſentia demonſtret; quoniã & ad ſe dicitur, ſeipſa enim eſt ſapiẽs, & hoc eſt eius eſſe quod ſapere. Vnde pater & filius ſimul vna ſapientia: quia vna eſſentia. Caue lector, qualiter hoc ĩtelligas, quod hic dicit Aug. Videtur enim dicere quòd cum dicitur nata ſapientia, ibi ſapientia eſſentiã ſignificet: & nata relationem notet. Quod ſi ita eſt, cogimur dicere, eſſentiã diuinam eſſe natã: quod ſuperioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus; quòd in altero, ideſt in eo quòd nata ẽ;

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis ſpiritus ſanctus imitetur patrem, non tamen habet ex ratione ſuę proceſſionis vt imago dicatur: & ideo non dicitur imago ſicut nõ dicitur fili⁹.
¶ Ad tertium dicendum, quòd identitas rei in diuinis, non ꝓiudicat diſtinctioni ſecundum rationem in veritate attributorum, & ideo quàmuis ſapientia inquantum eſt diuina ſit eſſentia, nihilominus manet ibi propria ratio ſapientiæ præter rationem eſſentiæ, & ſimiliter ratio voluntatis præter rationem naturæ & intellectus, & propter hoc, etiam remanet diſtinctio

F in proceſſionibus, quæ ſunt per modum voluntatis, & intellectus, & naturæ, ad minus ſecundum rationem, & diuerſitas rationum cauſat diuerſitatem nominum. vnde illa nomina nunquam concurrerent in idem, niſi rationes in eadem re fundarentur: & quia proceſſio per modum voluntatis & naturę non eidẽ competit in diuinis, ideo nec nomina ſe conſequuntur, quę ꝓprias rationes proceſſionum demõſtrant.
¶ Ad quartum dicẽdum, quòd quàmuis nomen imaginis ſit impoſitum ab æqualitate, & ſimilitudine, tamen eſt impoſitum ad ſignificandum rem, cui ex modo ſuę productionis competit ſimilitudo & æqualitas, & ideo non oportet, ꝙ dicatur abſolute ſimilis, & æqualis, niſi ex modo ſuę proceſſionis hoc habeat, quòd etiam imago proprie & abſolute dicatur.

eadem notio intelligitur, quæ notatur cum dicitur verbũ, & imago. In altero vero, ſcilicet ſapientia, demonſtratur eſſentia ideſt demonſtratur quòd filius ſit eſſentia: quia ſapientia ſecũdum eſſentiam dicitur. Et
G ideo cũ dicitur nata ſapientia, intelligatur quòd ipſe qui nat⁹ eſt; eſſentia eſt: ibi tamen ſapiẽtia non pro eſſentia; ſed pro hypoſtaſi facit intelligentiam; vt ſicut quando dicitur verbũ vel filius; ĩtelligitur hypoſtaſis cũ ſua proprietate. Item cum dicitur nata ſapientia, idem intelligitur, ideſt genita hypoſtaſis. Ideo vigilanter ait idem eſſe intelligẽdum cum dicitur verbũ & cum dicitur nata ſapiẽtia .i. eadẽ relatio: eademque hypo-
H ſtaſis, cui ineſt illa proprietas. Et ex hoc adiuuatur illud, qđ ſuperius diximus, ſcilicet cum dicitur pater, vel filius, vel ſpiritusſanctus: non tantum illæ proprietates ſignificãtur, vt cũ dicitur paternitas, filiatio: ſed etiam hypoſtaſis cum ſuis proprietatibus.

*b Quòd imago aliquando dicitur ſecundum eſſentiam.*

I ILlud etiam ſciri oportet, quia cũ ſupradictũ ſit imaginem relatiue dici de filio, ſicut verbum vel filius, interdum tamen reperiẽ ſecundum ſubſtantiã dici. Vnde Aug. in li. de fide ad Petrũ dicit: ꝙ vna ẽ ſanctę trinitatis eſſẽtialiter diuinitas & imago, ad quam factus eſt homo, Hilarius etiam in 5. lib. de Tri. ait. Homo fit ad cõem imaginem. nomen non diſcrepat, natura non differt. Vna eſt enim ad q̃
K homo creatus ẽ ſpecies. Ex his verbis oſtenditur, quòd imago aliquando eſſentię intelligentiam facit, & tunc ad ſe dicitur, & non relatiue.

¶ EXPOSITIO TEXTVS.

ITem quibuſdã videẽ &c. †Dist. 27.
Sciẽdum quòd vtraque opinio ſecũdum aliquid verum dicit. Si enim accipiatur non genitus, prout dicit negationem abſolute, tũc non conuenit patri tantum, nec eſt idem quod ĩgenitus, quod importat negationẽ per modum priuationis, prout ingenitus proprie accipitur. Si
†Dist. 27. autem dicat negationem in genere principij, ſic eſt idem qđ ingenitus, & tantum patri conuenit, & ſic procedit prima opinio. {Sed ſi transpo-
†Cap. 1. nas &c.} ratio dicta eſt, quia eſſe dicitur dupliciter, ſcilicet ꝓut ſignificat veritatẽ compoſitionis, & ſe-
†Ante medium. cundum quòd ſignificat actum eſſentiæ. Quãdo ergo dicitur: aliud eſt patrem eſſe, aliud eſt filium eſſe, ita quòd ly eſſe ſit ꝓdicatum dicti, ſignificatur eſſe quod eſt accidens eſſentiæ. vnde falſa eſt, quia ſicut vna eſt eſſentia triũ, ita & vnum eſſe. Cũ autem dicitur: aliud eſt eſſe patrem &c. Ita quòd ly patrem prædicetur in dicto ineſſe, ſignificatur veritas compoſitionis, & ſecundum hoc, pater eo eſt pater, quo verum eſt ipſum dici patrẽ, ſcilicet paternitate, & non eſſentia. Et quia alio deus dicitur pater, ſcilicet paternitate, & alio filius, ſcilicet filiatione, ideo cõceditur, quòd aliud eſt eſſe patrem, & aliud eſſe filium, ſecundũ quòd ly aliud, dicit alietatem notionis, & non alietatem eſſentiæ.





## DISTINCTIO. XXIX.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de innaſcibilitate, quæ eſt proprietas pſonæ: ſed nõ perſonalis. hic determinat de alia notione, quę non eſt ꝓprietas perſonæ: quia nõ vni tãtũ perſonę cõuenit, nec proprietas perſonalis: quia nullã perſonam conſtituit. ſ. de cõi ſpiratiõe, quæ deſignatur cum dicitur: pater & filius ſũt principium ſpiritusſancti. Et diuiditur ĩ partes duas. In prima oſtendit, q̃o nomẽ principij de deo dicatur, & quia quãdoq; dicitur ex tẽpore, quandoq; ab æterno principium: ideo in ſecunda oſtendit, qualiter aliquid de
†ca. 20. to. 3 Deo ex tẽpore dici poſſit. 30. diſtin. ibi. {Sunt. n. quędã &c.} ¶ Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit, quot modis deus dicatur principium: ſecundo proſequitur, diuiſionis partes, ibi {Et pater ab æterno.} Et hæc in duas. In primo oſtendit, qualiter Deus dicatur principium creaturæ: quia non ab æterno, ſed ex tempore: & quia hoc commune eſt toti trinitati, & quia eſt principium per creationem per aliquam operationẽ in creatura. In ſecundo, oſtendit, qualiter dicatur principium diuinæ perſonæ. ibi {Demum in eodem.} Et hæc in duas. In prima, oſtendit, quòd pater dicitur principium filij, & ipſe & filius eſt principium ſpiritusſancti ab æterno, non eſſentialiter, ſed notionaliter: ſecunda oſtendit, qua notione principium dicatur. ibi {Qua ergo notione.} Et circa hoc duo facit. primo, oſtendit, qua notione pater principium filij dicatur: ſecundo, qua notione vterq; principium ſpiritusſancti. ibi {Vnum autem principium.} Et circa hoc duo facit, ſecundum duas quæſtiones, quas mouet: ſecunda incipit, ibi {Si vero quæritur, quæ ſit illa notio &c.}

## DISTINCTIO. XXIX.

A

*De principio quod relatiue dicitur, & multiplicem notat relationem.*

ESt præterea aliud nomen, multiplicem notans relationem, ſcilicet principium. Dicitur. n. principium ſemper ad aliquid, & dicitur pater principiũ, & filius principium, & ſpiritusſanctus principium, ſed differenter. *a*. Nã pater dicĩ principiũ ad filium & ad ſpiritũſanctũ. Vnde Aug. ĩ 4. lib. de tri. ait. Pater eſt principium totius diuinitatis, vel ſi melius dr̃, deitatis: qa ipſe eſt a nullo. Non. n. habet de quo ſit, vel de quo procedat: ſed ab eo, & filius eſt genitus, & ſpiritusſanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis, ꝙ vel ſui, vel diuinæ eſſentiæ principiũ ſit: ſed quia prin-

## QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quatuor.

Primo. Vtrum vna perſona ſit principium reſpectu alterius, & ſuppoſito, quòd ſit.
Secundo, Vtrum principiũ dicatur vniuoce de deo reſpectu diuinæ perſonæ, & reſpectu creaturæ.
Tertio. Vtrũ eadẽ notione pr̃ & filius, ſint principiũ ſpũſſcti.
Quarto. Si poſſint dici vnum principium ipſius.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum vna perſona ſit principium alterius.*

1. par. q. 33. art. 1.
AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd vna perſona non ſit principium alterius. Nomen enim
dist. 9. q. 2. art. 1. principij imponitur a prioritate ſicut & nomen ſonat: ſed in diuinis pſonis, non eſt prius & poſterius, vt ſupra habitũ eſt. ergo vna pſona nõ eſt principium alterius.
Tex. 1. ¶ 2 Præt. Quod eſt principiũ alicuius, videtur eſſe cauſa eius: quia ſicut dicit philoſophus in 5. Meta. quot modis dicitur cauſa, tot modis dicitur principium vel initium: ſed vna perſona non eſt cauſa alterius, quia in diuinis perſonis nihil eſt cauſatũ. ergo vna perſona non eſt principium alterius.
¶ 3 Item. Vna perſona non eſt principium alterius, niſi in-
A quantum dat eſſe: ſed tale principium eſt operatiuum vel effectiuum. cum igitur vna perſona non dicatur factrix, vel operatrix alterius, videtur quòd vna non ſit principium alterius.
Contra eſt quod in litera dicitur, quòd pater eſt principium totius deitatis.

cipium eſt filij & ſpiritusſancti, ĩ quibus ſingulis tota diuinitas eſt. Filius ad ſpiritumſanctum dicitur principium. *b*. Spiritus vero ſanctus non dicĩ principium, niſi ad creaturas: ad quas pater etiam dicitur principium, & filius, & trinitas ipſa ſimul, & ſingula perſonarum, principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium,
B eſt ſine principio. Filius principium de principio. Spiritus ſanctus principium de vtroq;, ideſt, de patre, & filio.

*Quòd ab æterno pater eſt principium, & filius, ſed ſpiritusſanctus non: immo cæpit eſſe principium.*

ET pater ab æterno principium eſt filij, & pater & filius principium ſpiritusſancti: quia fi-
C lius eſt a patre, & ſpiritus-

¶ Præt. A quocũq; oritur aliqd, eſt principiũ illi⁹: ſed ab vna perſona oritur alia. ergo vna eſt principium alterius.
Respondeo, Dicendum quòd ad ſignificandum originem diuinarum perſonarum, vtendũ eſt talibus nominibus, qualia modo originis cõpetãt: quia ſ̃m
Hil. ſermo debet eſſe rei ſubiectus. Hoc 4. de trinit. añ mediũ.
aũt inuenimus ĩ origine diuinarũ perſonarum, ꝙ tota eſſentia vnius accipiẽ in alia: ita quòd vna numero eſt eſſẽtia triũ & idẽ eſſe. Et ideo ad ſignificandũ ordinẽ talis originis, nõ cõpetit nomen cauſæ propter duo. Primo, quia oĩs cã vel eſt extra eſſentiã rei, ſicut efficiens & finis, vel pars eſſẽtiæ: ſicut materia & forma. Secũdo, quia omnis[d] cauſa habet ordinẽ prin- D. 1055.
cipij ad eſſe ſui cauſati quod per ipſam conſtituitur. pr̃ autẽ non habet aliquẽ ordinem principij ad eſſe filij, ſicut nec ad eſſe ſuum, cum vnum & idẽ ſit eſſe vtriuſq;. vñ pater nõ eſt cã filij, ſed principiũ: quia principium dicit ordinem originis abſolute, non determinãdo aliquem modum, qui ab origine perſonarum alienus ſit. Inuenitur. n. aliquod principium, quod non eſt extra eſſentiã principiati: ſicut punctus a quo fluit linea, & quod nõ habet aliquã influẽtiam ad eſſe principiati: ſicut terminus a quo dr̃ principiũ motus, & ſicut mane dicitur principium diei: ſed nomen autho-
ris[d] addit ſuper rationem principij hoc, quod eſt, non eſſe ab D. 40.
aliquo: & ideo ſolus pater author dicitur, quamuis etiam filius principium dicatur notionaliter.
¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd quia nomen principij impoſitum eſt ſ̃m quod inuenitur in creaturis, vbi princi-
D piũ eſt prius aliquo modo principiato: ideo a prioritate imponitur: ſed tñ imponitur ad ſignificandum illud, a quo eſt aliqd. Vnde, quãuis quantum ad modum ſignificandi diuinis non cõpetat, ſicut & alia nomina eſſentialia, quę a nobis impoſita ſunt: tamen quantum ad rem ſignificatam, propriјſſime, ratio principij ſibi competit.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis pater dicatur principium filij: non tamen dicendus eſt cauſa, niſi improprie: ſicut Chry. vtitur nomine cauſæ, dicens, patrem cauſam filij. princi- Hom. 2. ſup 1. ca. Ioan. to. 3.
pium. n. in plus eſt, quàm cauſa, & cauſa in plus eſt, quàm elementum: ſicut dicit Cõmen. 5. Meta. Vnde omnis cauſa eſt principium: ſed non conuertitur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd quia factio & operatio ſemper terminantur ad eſſe rei: ideo filius nõ poteſt dici factus nec ope-
E ratus a patre, cum quo vnum eſſe habet: ſed tantum generatus propter originem perſonæ.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum principium dicatur vniuoce de Deo, ſecundum quòd dicitur principium diuinæ perſonæ & creaturæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd principium vniuoce dicatur, ſ̃m quod Deus dici- D. 612. & 616.
tur principium perſonæ diuinæ & creaturæ. Sicut

Lib. contr. Cunomiũ poſt mediũ art. præced.

enim dicit Baſilius, accipere a patre filius, habet commune cum omni creatura: ſed habere per naturam eſt filij proprium. Sed ratio principij fundatur ſupra originem vnius ab alio, vt dictum eſt. ergo principium vniuoce dicitur reſpectu perſonæ diuinæ, & reſpectu creaturæ.

¶ 2 Præt. Magiſter vtitur tali diuiſione principij, quòd principiũ eſt de nõ principio, & principium de principio, & principium de vtroque principio. In hac autem diuiſione oportet, quòd principiũ accipiatur, & ſecundum quòd dicit reſpectum ad creaturam, & ſecundum ꝙ dicit reſpectum ad perſonam: cum igitur hęc diuiſio omnino eſſet inartificialis, ſi principiũ æquiuoce diceretur: videtur quòd principiũ vniuoce dicatur ſecundum vtrunque modum.

Rom. c. 11.

3 Contra Aeterno & temporali, nihil poteſt eſſe vniuocum: ſed principium reſpectu creaturæ eſt ex tempore, principium autem reſpectu diuinæ perſonæ eſt ab æterno. ergo principium æquiuoce dicitur.

ca. 28. to. 6.

¶ 4 Præt. Pater eſt principium filij per generationem, & ſpirituſſancti per ſpirationem, & creaturæ per creationem: hæ autem ſunt diuerſæ rationes originis. ergo videtur, ꝙ principium in iſtis acceptionibus ęquiuoce ſumatur.

¶ Vlterius quęritur, quomodo per prius dicatur. Videtur.n. quòd ſecundum ꝙ dicit reſpectum ad creaturam: eſſentiale.n. eſt prius ſecundum intellectum notionali & commune proprio; ſed eſſe principium creaturæ eſt eſſentiale, & toti trinitati commune, eſſe autem principiũ diuinę perſonę eſt notionale & ꝓpriũ. ergo &c.

¶ Contra Aeternum eſt prius temporali: ſed principium perſonæ, dicitur ab ęterno: principium autem creaturæ a tempore. ergo &c.

Reſpondeo dicendum, quòd idem iudicium eſt de principio & de origine, ſuper quam fundatur ratio principij: poteſt autem origo conſiderari dupliciter. aut ſecundum communem rationem originis, quæ eſt aliquid ab aliquo eſſe, & ſic vna ratio eſt communis ad originem perſonarum, & originem creaturarum, non quidem communitate vniuocationis ſed analogię, & ſimiliter etiam nomen principij: poteſt etiam conſiderari ſecundum determinatum modum originis, & ſic ſunt diuerſę ſpeciales rationes originis & principij: ſed hoc non fa-

F cit ęquiuocationem: quia ſic etiam ſecũdum philoſophum primo de anima: animalis ratio, ſecundum vnumquodque eſt alia. Tex. 8.

Ad primum dicendum, quòd principium eſt commune communitate analogiæ, & non vniuocationis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd magiſter accipit principium in diuiſione ſecundum cõem rationẽ, quę vna eſt, vt dictũ eſt, & nõ ſecundum ſpeciales, q̃ differũt. incorp. art.

ſanctus ab vtroque. Spiritus vero ſanctus non ab ęterno principium eſt, ſed eſſe cœpit: quia non dicitur principium niſi ad creaturas. Cum ergo creaturę eſſe cœperunt, & ſpirituſſanctus eſſe cœpit principium earum: Ita etiam pater & filius eſſe cœpit cum ſpirituſancto vnũ principium creaturarum: quia creaturæ eſſe cœperunt a patre & filio, & ſpirituſancto. Et dicuntur hi tres, non tria, ſed vnum principium omnium creaturarum, quia vno eodemque modo principium rerum ſunt. Nõ enim aliter ſunt res a patre, & aliter a filio, ſed penitus eodẽ modo. Ideo Apoſtolus intelligens hãc trinitatem eſſe vnum principium rerum, ait. Ex ipſo, per ipſum, & ĩ ipſo ſunt omnia. Cum vero audiuimus omnia eſſe ex Deo, vt ait Auguſt. de natura boni, omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturalia ſunt. Nõ enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſeruant, ſed vitiant, quę ex voluntate peccantium naſcuntur. Omnium ergo quę naturaliter ſunt: vnũ principium eſt pater cum filio, & ſpirituſancto, & hoc eſſe cœpit. Ab ęterno autem pater principium eſt filij generatione, & pater & filius vnum principium ſpirituſſancti. Vnde Auguſt. in v. lib. de trini. ita ait. Dicitur relatiue pater: idemque relatiue dicitur principium. Sed pater ad filium dicitur, principium vero ad omnia, quæ ab ipſo ſũt. et principium dicitur filius. Cum enim diceretur ei. Tu quis es? reſpondit, principium qui & loquor vobis. Sed nunquid patris principium eſt? immo creatorem ſe voluit oſtendere, cum ſe dixit eſſe principium: ſicut & pater principium eſt creaturę: quia ab ipſo ſunt omnia. Cum vero dicimus, & patrem principium, & filium principium, non duo principia creaturę dicimus: quia pater & filius, ſimul ad creaturam vnũ principium eſt, ſicut vnus creator. Si autem quicquid in ſe manet & gignit vel operatur aliquid, principium eſt eius rei quam gignit, vel eius quã operatur, G non poſſumus negare etiam ſpiritumſanctum recte dici principium, quia non eum ſeparamus ab appellatiõe creatoris, quia ſcriptum eſt de illo, quòd operetur, & vtique in ſe manens operatur. Non enim in aliquid eorum, quæ operatur ipſe mutatur & vertitur. Vnum ergo principiũ ad creaturam cum patre & filio eſt ſpirituſſanctus, non duo vel tria principia. Ecce aperte oſtendit Auguſt. patrem, & filium, & H ſpiritumſanctum, eſſe vnum principium rerum creatarum, ideſt, vno eodemque modo eſſe principium, & illum modum ſatis aperuit: quia ſcilicet operantur omnia, & quia ſimiliter operantur hi tres: ideo vnum principium eſſe dicuntur.

Ioan. 8.

*Hic oſtendit, quomodo pater ſit principium filij, & ipſe & filius principium ſpirituſſancti.*
d

I DEinde in eodem libro continue oſtendit, quomodo pater dicatur principium ad filiũ, & ad ſpiritumſanctum, ipſe filius, dicens ideo eſſe patrẽ principiũ filij: qa genuit eũ, & patrẽ & filiũ eſſe principiũ ſpirituſſancti, qa ſpirituſſanctus ꝓcedit vel dať ab vtroq;. Ait. n. ita. Si gignens ad id quod gignitur, principiũ eſt: pater ad filium principium K

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãuis æterno & temporali nihil ſit vniuocum, eſt tñ aliquid cõe ſecundum analogiam, vt ſæpe dictum eſt.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd ratio illa procedit quãtum ad ſpãles rõnes originis q̃ non faciũt æquiuocationẽ, vt dictũ eſt. vbi ſup.

¶ Ad id quod vlterius quæritur, dicendum, quòd proceſſio creaturarum exemplatur a proceſſione diuinarum perſonarum. vnde abſolute loquendo, per prius dicitur principium reſpectu ꝑſonę q̃ reſpectu creaturæ. Sed tñ ſciendum quòd in principio ſecundum qđ dicitur reſpectu creaturæ eſt conſiderare ipſam habitudinem, quæ tẽporalis eſt, & illud in quo fundatur iſta habitudo, ſ. virtus & operatio diuina, in quibus tñ non eſt ratio principij, niſi quaſi habitualiter, & ſic ſecundo modo conſiderãdo principium ſecũdum quòd dicitur principium creaturæ, eſt prius q̃ principium diuinæ perſonæ, quod fundatur in proprietate, per modum quo eſſentiale, dicitur prius notionali ſecundum ntellectum: ſed hoc nõ eſt niſi ſm quid.

¶ Et ꝑ hoc patet rñſio ad vtrũq; obiectũ.

Articvlvs III.

c *Vtrũ proprietas patris et filij quæ dicuntur principium ſpirituſſancti ſit tantum vna.* ca. 14. ibid.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur quòd nõ ſit niſi vna proprietas patris & filij, ſecũdum quam dicuntur principium ſpirituſſancti: proprietas enim vnitatẽ & multitudinẽ trahit à ſuppoſitis: ſed pr̃ & filius nõ ſunt vnũ ſuppoſitũ. ergo nec ipſorũ eſt vna ꝓprietas.

¶ 2 Præt. Nihil idẽ eſt vniẽs prĩcipiũ & diſtinguẽs, ſed notiões ĩ diuinis ſũt diſtiguẽtes, ergo vr̃ ꝙ nulla notio prẽm & filiũ vniat.

¶ 3 Item. Magis ſunt vnũ quę vniunť in natura & proprietate, q̃ q̃ vniuntur in natura tm̃: ſed pr̃ & filius non ſunt magis vnũ q̃ pr̃ & ſpirituſſanctus: cũ igiť pr̃ & ſpũſſanctus nõ cõueniãt niſi in natura, vr̃ ꝙ pr̃ & filius non vniaň in aliqua proprietate vna.

¶ 4 Pręt.



¶ 4 Præte. Propinquius eſt proprietati illud, in quo eſt, quàm illud ad quod dicitur: ſed proprietates, quæ ſunt in vna perſona ſunt plures ex hoc, quòd ad diuerſa referuntur: ſicut generatio in patre ad filium, & communis ſpiratio ad ſpiritumſanctum. ergo multo magis efficientur duæ proprietates, ex hoc, quòd ſunt in duabus perſonis.

De proceſſio. S.S. cap. 2.

Contra. Secundum Anſel. in omnibus pater, & filius vnum ſunt, in quibus non diſtinguit inter eos relationis oppoſitio: ſed in communi ſpiratione, pater, & filius non opponuntur. ergo eſt vna, & eadem numero in vtroque.

Reſpondeo. Dicendũ, quòd vna numero notio ẽ patris, & filij, ſecundũ quod principiũ ſpirituſſancti dicuntur: vt dicitur in litera. Cuius ratio eſt, quia diſtinctionem rerũ, ſecundum formam aliquam non inuenimus, niſi dupliciter. Vnomodo, ſecundum quod aliqd commune diſtinguitur per plures rationes ſpeciales: ſicut ratio generis diſtinguitur in plures ſpecies. Aliomodo, ſecundum quod natura ſpecialis diſtinguitur in plura ſecundum numerum. Hic autem ſecundus modus, non poteſt eſſe in diuinis duplici ratione. Primo, quia multiplicatio ſecundum numerum vni' ſpeciei, non eſt ex aliquo formali adiuncto, ſed ex materiali principio diuiſo, quia ratio ſpeciei ſpecialiſſimæ conſtituitur per aduentum vltimæ formæ conſtitutiuæ. materia autem non eſt in diuinis. Secundo, quia natura ſpecialis non multiplicatur niſi ſecundum eſſe, quod in diuerſis habet: quia tota quidditas completa eſt in ſpecie. In diuinis autem non eſt niſi vnum eſſe. vnde non poteſt eſſe, quòd aliquid dictum ſecundum ſpecialem rationem in diuinis numero multiplicetur. Relinquitur igitur, quòd quicquid eſt in diuinis, vel remaneat indiſtinctum, & vnum numero: ſicut natura communis tribus perſonis, vel habeat rationem communem diſtinguibilem, ſecundum plures rationes ſpeciales: ſicut relatio communis eſt tribus, non tamen vna numero relatio, ſed alia & alia, etiam ſecundum rationem ſpecialem diſtincta. Cum igitur communis ſpiratio nominet ſpecialem rationem principij ſecundum ſpecialem modum originis, impoſſibile eſt, quòd ſit niſi vna numero in patre, & filio.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd in creaturis, ſuppoſita diſtincta ſunt per eſſe, & ideo proprietates ipſorum etiã ſecundum eſſe diſtinguuntur. ſed in diuinis ſuppoſitis eſt vnum eſſe. vnde & proprietas, non poteſt multiplicari ſecundum eſſe ſed ſolum, ſecundum rationem proprietatis ſpecialem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum idem: non poteſt eſſe aliquid vniens, & diſtinguens, & reſpectu eiuſdem. vnde communis ſpiratio diſtinguit patrem a ſpirituſancto, ſed vnit filio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſecundum Auguſt. ſupra diſt. 20. ſecundum relationes originis, non attenditur æqualitas, vel inæqualitas, & ideo ex hoc, quòd pater conuenit cum filio in aliqua notione, non dicitur magis vnum eſſe cum eo, quàm cum ſpirituſancto: ſed ſolum in pluribus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proprietas relatiua, quantum ad eſſe quod habet, proximius ſe habet ad ſuum ſup-

A poſitum, quàm ad id, ad quod dicitur. vnde ſi eſſet ibi variatio ſecundum eſſe hoc haberet a ſuppoſitis: ſed ſecundum rationem relationis dicitur ad aliud. & ideo diſtinguitur ſpecialis ratio relationis, ſecundum quod ad aliud, & aliud refertur.

eſt: quia genuit eum. Vtrum autem, & ad ſpiritumſanctum principium ſit pater, quia dictum eſt de patre procedit: non parua queſtio eſt. Quod ſi ita eſt, non iam principium eius tantum erit rei, quam gignit vel facit; ſed & eius quam dat; & quæ procedit ab ipſo. Si ergo quod datur, vel quod procedit principium habet a quo datur, vel procedit, fatendum eſt patrem, vel filium vnum principium eſſe ſpirituſſancti: non duo principia. Sed ſicut pater, & filius ad creaturam relatiue vnus creator, & vnus dominus dicitur: ſic relatiue ad ſpiritumſanctum, vnum principium. Ad creaturam vero pater, & filius, & ſpirituſſanctus vnum principium ſunt, ſicut vnus creator, & vnus dominus. Ecce habes, quòd pater principium filii dicitur, quia genuit eum. Qua ergo notione eſt pater; ea principium filii dicitur, ideſt generatione; ſecundum quam etiã dicitur author filij. Vnde Hilarius† in quarto libro de Trinitate ita ait. Ipſo, quo pater dicitur, eius quem genuit author oſtenditur, id

† Non lõge a princ.

nomen habens, quod neque ex alio profectum intelligatur, & ex quo is qui genitus eſt, ſubſtitiſſe doceatur. nouit Eccleſia vnum innaſcibilem Deum. nouit vnigenitum Dei filium. confitetur patrem ab origine liberum, confitetur & filii origi- B nem ab initio; non ipſum ab initio: ſed ab initiabili; non per ſeipſum; ſed ab eo, qui a nemine eſt, natum ab æterno, natiuitatem ſcilicet ex paterna æternitate ſumentem. Edita eſt hic fidei profesſio; ſed profesſionis ratio nondum expoſita eſt; & ideo quærenda, ſcilicet quomodo intelligẽdum ſit, quòd ait, filii originem eſſe ab initio, & non ipſum eſſe ab ini- C tio, ſed ab initiabili. Hoc vtique ſubdens; determinauit quomodo acceperit initium: inquiens, originem filii eſſe ab initio; ac ſi diceret. Non ita intelligas originẽ filii eſſe ab initio: quaſi ipſe filius habeat initium; ſed quia ipſe eſt ab initiabili, ideſt, a patre, a quo ſunt omnia. Nam licet filius ſit principium de principio, non eſt tamen concedendum, quòd filius habeat principiũ. Cumq;

Artic. IIII.

d *Vtrum pater, & filius ſint unum principium ſpirituſſancti.*

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd pater, & filius non ſint vnũ principium ſpirituſſancti. Si enim vnũ ſunt principium, aut vnũ, quod eſt pater, aut vnum, quod non eſt pater. ſi vnum qđ eſt pater. ergo filius eſt pater, qđ falſum eſt. ſi vnum quod nõ eſt pater. ergo pater non eſt pater, quod iterum falſum eſt. ergo nullomodo ſũt vnum principium. 1. p. q. 36. art. 4.

¶ 2 Præt. De patre, & filio, & ſpirituſancto, ex eo quòd ſunt vnum principium creaturæ, dicimus quòd ſunt vnus creator: ſed non dicimus, quòd pater, & filius ſunt vnus ſpirator. ergo non ſunt vnum principiũ ſpirituſſancti.

¶ 3 Item. Vnitas cauſa eſt identitatis: ſed pater, & filius nõ

D dicuntur idem principium ſpirituſſancti. ergo nec vnum.

Contra. Sicut ſupra habitum eſt, In omnibus pater, & filius vnum ſunt, in quibus non diſtinguit relationis oppoſitio, & in quibus hoc de illo dicitur: ſed filius eſt principium de principio. ergo pater & filius ſunt vnum principium. Art. præc. ex Anſel.

¶ Pręt. Vnius rei vnum eſt principium, ſed ſpirituſſanctus eſt vnus. ergo vnum eius eſt principium.

Reſpondeo, Dicendum, quòd ſecundum omnes, pater & filius ſunt vnum principium ſpirituſſancti, qui ſpiritum ſanctum, ab vtroque confitentur procedere. Sed circa hoc qualiter dicatur, ſunt diuerſæ opiniones. Quidam enim dicunt, quòd vnum non deſignat, niſi vnitatem proportionis: quia ſicut ſe habet pater ad ſpiritumſanctum, vt ſpirans, ita & filius. Sed iſtud non ſufficit, quia ſecundum vnitatem propor- E tionis, etiam conueniunt pater & filius in ratione ſuppoſiti, & tamen non dicimus eos eſſe, vnum ſuppoſitum. Et ideo alij dicunt, quòd vnum dicit vnitatem naturæ, qui videntur inniti authoritati Anſelmi, qui dicit, quòd pater, & filius ſpirant ſpiritumſanctum, inquantum vterque eorum eſt Deus. Sed niſi aliquid plus dicant, ab vnitate principij notionaliter dicti, non excluderetur ſpirituſſanctus, qui non excluditur ab vnitate naturę. Et ideo alij dicunt, quòd dicit vnitatem notionis, & iſtud videtur eſſe conueniens, quia in ſubſtantiuis nominib', vnitas, d & pluralitas attenditur ſecundum vnitatem, & pluralitatem formæ ſignificatę. vnde dicimus, vnus Deus ꝓpter vnitatem diuinæ naturæ. forma autem quam ſignificat hoc nomen principium, ſecundum quod perſonaliter ſumitur, eſt ipſa notio, vel proprietas. ſicut hoc nomẽ pater, ſignificat paternitatẽ. vnde ad vnitatem notionis ſequitur vnitas principij. Poteſt nihilominus dici, vt ſaluetur dictum Anſel. quòd ſignificat vnitatem in potentia ſpiratiua, quæ dicit naturam diuinam, ſub ratione talis proprietatis, quæ eſt principium operationis perſonalis: vt ſupra dictum eſt.

De proceſſio. S.S. D. 927 Vbi ſup. diſt. 11. q. 1. ar. 2. & 3.

¶ Ad

¶Ad primvm igitur dicendum, quòd iſta diuiſio, aut ſunt vnum, quod eſt pater: aut ſunt vnum, quod non eſt pater, non eſt per contradictoria. vnde vtraque falſa eſt. Sed hęc vera. non ſunt vnum, quod eſt pater tantum: ſed ſunt vnum, quod eſt pater, & filius: ſicut ſunt etiam vnus Deus, qui eſt pater, & filius,

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd q̃uis dicantur vnum principiũ ſpiritusſancti: D.'411. & 550. non tamen dicũtur vnus ſpirãs, d vel vn⁹ ſpirator: quia huiuſmodi diſtinctiones imponuntur ab actibus, q ſemper ſignificant vt adiacẽter, & in talibus non attenditur in cõſignando pluraliter pluralitas formæ ſignificatæ, ſed ſuppoſitorũ. vt ſupra dictum eſt. 16. diſ. Sed de creatione non eſt ſimilis q.1.ar.4. ratio, & ſpiratione, quia ſpiratio præexigit diſtinctionẽ in ſuppoſitis. vnde eſt aliquo modo a pluribus ſuppoſitis, inquantum diſtincta ſunt, cum ſit operatio perſonalis, ſed creatio eſt opus eſſentiæ diuinæ. vnde eſt opus ſuppoſiti in diſtinctiſ prout eſſentia ſignificat id qđ eſt, vt hoc nomine Deus: & ideo ſicut pater, & filius dicuntur vnum, quod eſt vn⁹ Deus, ita & vn⁹ creator: non tamen creans vnus: quia participium eſt adiectiuum.

filius ſit principium de principio, & pater principiũ non de principio, non eſt principium de principio: principium ſine principio, ſicut filius nõ eſt pr̃. Neq; tñ duo principia, ſed vnũ: ſicut pater, & filius, non duo creatores, ſed vnus creator.

*c Cum pater, & filius ſint unum principium ſpiritusſancti: quæritur an eadem notione.*

Vnum autem principiũ, ſunt pater, & filius: non tñ creaturarum, vt dictum eſt ſupra: ſed ẽt ſpi. ſancti. Ideo quæri ſolet: vtrũ eadẽ notione pr̃ ſit prĩcipiũ ſpi. ſanctiſ, & filius, an ſit alia notio, qua pr̃ dicat̃ prĩcipiũ. ſpi. ſancti. & alia H qua filius. Ad qđ dicim⁹, cũ pater dicat̃ prĩcipiũ ſpi. ſancti, & filius, quia. ſ. ſ. procedit vel dat̃ ab vtroque, nec aliter ꝓcedit, vel datur a patre, q̃ a filio. Sane intelligi poteſt, patrem, & filiũ eadẽ relatione, vel notiõe, principium dici ſpir. ſancti. Si vero quæritur, quæ ſit illa notio, quã ibi notat principium, nomen eius non habemus, ſed non eſt ipſa paternitas, vel filiatio, immo notio quædã, quæ patris eſt & filii, quia ab æterno pater, & filius, vnum principium eſt ſpiritusſancti. Donator autẽ, vt p̃dictum eſt, dicitur pater, vel filius ex tempore, ſicut ſpiritusſanctus datum, vel donatum. G

¶ Ad tertium dicendum, quòd non conceditur communiter, quòd ſint idem principium, quia ratione articulationis includitur vnitas ſuppoſiti: ſicut etiam ſupra Magiſter dicit, quòd Deus non genuit ſe Deum, nec alium Deum: quidam tamen dicunt, quòd filius & pater ſunt idem Deus, & ſunt idem principium, eo quòd ly idem, eſt adiectiuum, & non ponit identitatem abſolutam, ſed reſpectu eius cui adiungitur, & ſecundum hoc poteſt concedi, quòd ſunt idem principium.

Expositio textvs.

Pater eſt principium totius deitatis. } Videtur eſſe falſum, quia, aut diuinitas ſumitur pro eſſentia diuina, aut pro perſonis. Si pro perſonis, ſic non eſt principium totius diuinitatis, ideſt, omniũ perſonarum, cum non ſit principium ſuiipſius. ſi pro eſſentia, videtur falſum, quia non eſt principium eſſentiæ. Et præterea, totalitas exigit aliquam diſtinctionem in partibus. in eſſentia aũt nulla eſt diſtinctio. Reſpondeo dicendum, ꝙ vtroq; modo accipi põt. Si. n. accipiatur pro eſſentia, tunc totum non dicit integritatẽ partium, ſed pfectionem naturę, & dicitur eſſe principium totius diuinitatis, non quia deitatẽ generet, vel ſpiret, ſed quia diuinitatem generãdo, vel ſpirando cõicat. vt ſit ſenſus. Eſt principiũ diuinitatis, i. vt deitas, habeatur. Sed ſic ẽt fili⁹ poſſet dici principiũ diuinitatis totius, quia ab ipſo pfecta diuinitas eſt in ſ. ſ. niſi pro tanto, ꝙ non ſm oẽm modum quo cõicabilis eſt, & quia non p generationem. Si aũt ſumatur pro vniuerſitate perſonarũ, tunc planius eſt, quia ſic dr̃ principium totius diuinitatis, inq̃tum in oĩbus pſonis diuinis ipſe ẽ quaſi principium, a quo aliæ perſonæ fluunt, ſicut punctum dr̃ principium totius lineæ, q̃uis ſuiipſius principiũ non ſit. Vel ſi melius dr̃ diuinitatis, pro tanto melius, quia deitas dr̃ a deo, quod vt habet ſignificat per ſe & eſſentialiter diuinitatem habentem, ſed diui Auer. 2. de nitas dr̃ a diuino, quod eſt denominatiuum. Vnde põt ẽt par- ani. tex. 34. ticipationem diuinitatis ſignificare, ſm ẽt quòd dr̃ perpetuitas

F ſpecierum a Philoſ. diuinũ eſſe. Vnde ad ſingularitatem excellentiæ deſignandum, magis competit nomen diuinitatis q̃ deitatis. { Oẽs naturas }, i. oẽs ſebſtãtias { Et quæ naturaliter ſunt }, ideſt ꝓprietates & operationes nãles. { Confitetur ẽt &c. } vult dicere, ꝙ origo filii eſt a principio, vel initio, quia a patre: ſed qa initium põt ĩtelligi ẽt de principio durationis, ideo ad excludendum falſum intellectum ſubiũgit. { Non ipſum ab initio } . ſ. durationis. { Sed ab initiabili }. i. principio initiatiuo . ſ. patre. vnde ſubiungit. { Q ũo filius non eſt per ſeipſum }, i. a ſeipſo, qa ſicut infra habebit, ita eſt filius per ſe, ꝙ non a ſe, ſed a patre, & ſubiungit, Etiam de æternitate ipſius &c.

DISTIN. XXX.

A

*De his, quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relatiue, ſecundum accidens, quod non Deo, ſed creaturis accidit.*

Svnt enim quædã quæ a ex tempore de Deo dicuntur, eique tẽporaliter conueniunt ſine ſui mu- H tatione, & relatiue dicuntur ſecundum accidens, non quod accidit Deo, ſed quod accidit creaturis, vt creator, dominus, refugium, datum vel donatum, & huiuſmodi. De his Auguſt. in libro quinto de Trinit. ait. Creator relatiue dicit̃ ad creaturam, ſicut dominus ad ſeruum. Item: non aliquem moueat, ꝙ. ſ. ſ. cum ſit coętern⁹ pr̃i, & filio; dicitur tamẽ aliquid ex tẽpore, veluti hoc ipſum quod donatum diximus. Nam ſempiterne ſpiritusſanctus ẽ donum, temporaliter autem donatũ. Et ſi dominus non dicitur niſi cum habere incipit ſeruum, ẽt iſta appellatio relatiua ex tempore eſt deo. Non enim ſempiterna creatura eſt, cuius ille do- B minus eſt, ergo dominum eſſe non ſempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam ſempiternam dicere, quia ille ſempiterne non dominaretur, niſi, etiam iſta ſempiterne famularetur. Sicut autem non poteſt eſſe ſeruus qui nõ habet dñm: ſic nec dñs, qui nõ habet ſeruũ.

*Oppoſitio, quôd non ex tempore ſit dominus, quia eſt dominus temporis, quod non eſt ex tempore.*

Sed hic aliquis dicet, quôd non ex tempore competit deo hæc appellatio, qua dicitur dominus, quia non eſt tantum dominus rerũ quæ ex tempore cęperunt ſed etiam illius rei, quæ non cępit ex tempore, ideſt ipſi⁹ temporis. quod non cœpit ex tempore, quia non erat tempus antequàm inciperet. Et ideo non cępit eſſe dominus ex tẽpore. Ad quod dici poteſt, quia licet non cęperit ex tempore dominus eſſe temporis, cœpit tamẽ B eſſe dominus tẽporis; quia non ſemper fuit tempus, & ipſius hominis ex tempore cępit eſſe dominus. De hoc Aug. in eodẽ li. cõtinue ita ait. Quiſquis extiterit, qui ęternum deum ſolũ dicat, tẽpora vero non eſſe ęterna propter varietatẽ, & mutabilitatem: ſed tamen ipſa tempora non in tempore eſſe cępiſſe, quia non erat tempus antequam tempora inciperent: et ideo non in tempore acciderit C deo vt dominus eſſet: quia ipſorum temporũ dominus erat quæ vtique non in tempore eſſe cœperunt: quid reſpõdebit de homine, qui in tempore factus eſt, cuius vtique dominus non erat antequàm eſſet? Certe vt dominus hominis eſſet, ex tempore accidit deo. Et vt omnis amoueatur controuer-

DISTIN. XXX.

Divisio textvs.

Ostenso, ꝙ principiũ reſpectu creaturæ dicitur de Deo ex tempore: conſequẽter oſtendit qualiter aliquid de Deo, ex tempore dici poſſit. & diuiditur in †c. 13. to. 3. partes duas. In prima, oſtendit aliquid de Deo dici ex tempore. In ſecunda, oſtẽdit modum, quo iſta de Deo dicuntur. ibi { Quomodo igitur obtinebim⁹. }

I Circa primum duo facit. Primo, oſtendit veritatem. Secundo, excludit obiectionem. ibi { Sed hoc aliquis dicet &cæt. } { Quomodò igitur obtinebimus } Hic oſtendit modum, qualiter iſta de Deo dicantur. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit modum: quia ſcilicet dicuntur de ipſo ſine ſui mutatione, & ſine aliquo accidente ſibi adueniente, & ſine aliqua reali habitudine: ſed quòd ſolum nomen eſt relatiuum. Secundo, ex modo determinato ſoluit quandam quęſtionem quam ſupra 18. diſtinct. reliquerat inſolutam. ibi { Hic poteſt ſolui quæſtio &c. }

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic tria quęruntur.

K

Primo. Vtrum aliquid de Deo, ex tempore dicatur.

Secundo. Vtrum iſta ſignificent eſſentiam diuinam.

Tertio. Vtrum illa nomina relatiua, ponant aliquam relationem realiter in Deo exiſtentem.

Articvlvs primvs.

*a Vtrum aliquid dicatur de Deo ex tempore.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd de 1. p. q. 13. ar. 7. Deo, nihil ex tempore dicatur. De quo enim dicitur aliquid ex tempore, qđ ante non dicebatur, poteſt dici eſſe factum illud: ſicut homo dicitur eſſe factus albus: ſi prius non dicebatur vere de eo, quòd eſſet albus: ſed fieri nullo modo competit Deo, ſicut nec mutari, cum ſit primum mouens. ergo videtur, quòd nihil de Deo ex tempore dicatur.

¶2 Præt.



¶ 2 Pręt. Quicquid prędicatur de aliquo, aut dicitur deo eo per ſe, aut per accidens: ſed iſta non prædicãtur per ſe: quia quod per ſe ineſt, ſemper ineſt, hæc aut non ab æterno de deo dicuntur, nec etiam per accidens: quia nullum accidens in deo eſt. Et præterea. cum omne per accidens, reducatur ad aliquod per ſe, hæc dicerentur de aliquo alio per ſe, quod nõ inuenitur: quia nihil aliud quàm deus dicitur creator, vel vniuerſitatis dominus. ergo videtur, quòd iſta nullomodo, de deo dicantur. Si dicatur, quòd eſt prædicatio per cauſam.

¶ 3 Contra. vbicunque eſt prædicatio p cauſam, poteſt reſolui prædicatio talis, & exponi per propoſitionem denotantem habitudinem cauſæ, vt ſi dicatur, quòd deus eſt ſpes noſtra, poteſt exponi, quòd ſpes noſtra ẽ a Deo: ſed non poteſt dici, ꝙ creator ſit a Deo: ergo cũ dicitur, deus eſt creator, non eſt prædicatio per cauſam.

¶4 Præt. Omne verũ aut eſt neceſſarium, aut cõtingens. Si igitur hæc prędicantur de Deo vere: aut p̃dicantur neceſſario, aut cõtingenter: ſed non prædicantur neceſſario: quia nõ ſemper. nec etiam contingẽter: quia in deo nihil eſt contingens. ergo videtur, quòd non poſſint de Deo vere prædicari.

Contra, eſt totum, quod in litera dicitur, & ab Auguſt. & a Magiſtro, & vſu loquentium, & ſecundum fidem, & ſecundum philoſophiam.

Reſpondeo, Dicendum, quòd neceſſe eſt, quòd aliquid de deo ex tempore dicatur. Cum enim omne eſſe cuiuslibet rei effluat ab ipſo deo, nõ ſolum vniuerſi, ſed cuiuslibet partis eius, oportet, quòd ipſe deſignetur in habitudine principii ad quodlibet eorum quæ ſunt, & cum multa eorum quæ ſunt, non ſemper fuerint, etiam ſi ponatur vniuerſum ſemper fuiſſe, quod 8. Phyſi. Tex. 4. quidam philoſophi errantes ſenſerunt, oportet, quòd nomina deſignantia illam habitudinem, non ab æterno de deo dicantur, ſed ex tempore: quia relatio ſecundum actum, exigit duo extrema in actu exiſtere. vnde non poteſt referri ad creaturam vt ad actuale principiũ creaturæ, niſi creatura exiſtente, in actu, quod non ſemper fuit ſed ex tempore. Hoc autem non contingit de aliis quæ abſolute de deo dicuntur, quòd ex tempore dicantur de ipſo: quia ea quæ abſolute dicuntur ſecundum proprias rationes ponunt in eo aliquid in quo dicuntur, vt quantitas, & qualitas, & huiuſmodi. Vnde nihil horũ inuenitur, quod non realiter ſit in deo, de quo vere, & proprie dicitur: & propter hoc non poſſunt de aliquo ex tempore dici, niſi illud mute- D.1086. tur per ſuſceptionem eius, quod prius non habuit. Sed relatio ſecundum d rationem ſuam non habet, quòd ponat aliquid in eo de quo dicitur, ſed ponit tantum habitudinem ad aliud, vnde Diſt. 26. inuenitur aliqua relatio vt ſupra dictum eſt, non realiter q. 2. ar. 1. exiſtens in eo de quo dicitur, & ideo in talibus habitudines illæ de nouo dicuntur de aliquo non per mutationem eius, ſed illius ad quod dicitur, & ita eſt in omnibus quæ de Deo ex tempore dicuntur.

¶ Ad primvm igitur dicendum, quòd ſicut huiuſmodi D.1089. habitudines, non ponuntur realiter eſſe in deo ſed ſecundum D. 612. & 616. rationem tantum, ita etiam ex hoc, quòd de nouo de deo dicuntur, non ſequitur, quòd in eo ſit aliquid d fieri ſecundũ rem, Pſal. 89. ſed ſecundum rationem tantum, ſicut dicitur in pſal. Domine

A refugium factus es nobis. Tamen & ſi concedatur ſecundum rationem aliquid, vt refugium vel huiuſmodi factus, nullo tamen modo dicendus eſt mutatus: quia mutato imponitur pro remotione eius a quo eſt motus, ſed fieri per adeptionem eius, ad quod motus terminatur. a Deo, autem nullo modo aliquid remouetur, & ſi adueniat habitudo aliqua ſecundũ rationẽ. vnde & ſi dicatur fieri aliquid nõ debet dici mutari in illud.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum magiſtrum, iſta prædicantur per d accidens, non quòd in D. 28. & 460. & 1053. deo ſint, ſed quòd in creaturis. Tamen intelligẽdum eſt, quòd in iſtis nominibus ẽ †cap. 16. duo conſiderare, ſcilicet habitudines ipſas, & illud ſupra qđ fundatur ratio habitudinis in Deo, ſicut habitudo creationis habet pro fundamento in deo virtutẽ diuinam. cuius eſt ducere res in eſſe de nihilo. Si igitur conſideratur hoc quod habẽt pro fundamento in re diuina, conſtat, quòd per ſe dicũtur, & ab æterno conueniunt quantum ad illud: quia eſſentia, virtus, operatio diuina ab æterno eſt. Si autem conſideretur ipſa habitudo, tunc per accidens de deo dicuntur, quantum ad hoc. Accidens autẽ dupliciter dicitur. aut ſecundum, quòd nominat naturã accidentis condiuiſam ſubſtantiæ, & ſic in deo nihil eſt accidens. aut ſecundum D quod nominat aliquid per aliud cõueniens, ſicut dicimus, quòd album ædificat per accidens: quia adiungitur ei quod per ſe eſt cauſa ædificationis, ſcilicet ædificatori: & ſic per accidens conuenit deo referri ad aliud extra ſe. Non enim dicitur relatiue, niſi qa aliud refertur ad ipſum, ſicut dicit philoſophus. 5. Met. Tex. 20. quia ſcibile eſt relatiuum, non quia ipſum referatur, ſed quia aliud refertur ad ipſum. Nec tamen ſequitur, quòd illa habitudo quæ in deo deſignatur, alteri conueniat per ſe, ſed magis reſpectus oppoſitus, quod eſt eſſe creaturam, vel eſſe ſeruum, vel aliquid huiuſmodi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non poteſt proprie dici prædicatio per cauſam, niſi forte intelligatur, quòd huiuſmodi nomina prædicant habitudinem alicuius cauſę.

¶ Ad quartum patet reſponſio per id, quod ad ſecundum dictum eſt: quia eodem modo prędicantur neceſſario quo per ſe, & eodem modo contingenter, quo per accidens, non tamen ſe- E quitur aliquid contingens in Deo eſſe.

Articvlvs II.

*b Vtrum quæ dicuntur de Deo, ex tempore ſignificent diuinam eſſentiam.*

Ad ſecvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd huiuſmodi nomina quæ de deo dicuntur ex tempore non ſignificent diuinam eſſentiam. Eſſentia enim diuina eſt æterna. ſed hæc non dicuntur de deo ab æterno. ergo non ſignificant diuinam eſſentiam.

¶ 2 Præt. Deus dicit̃ ex tpe patientia nr̃a, & ſpes nr̃a & hmõi: ſed hmõi quia habent imperfectionem annexam non poſſunt cõuenire diuinæ eſſentię. ſicut dicitur, quòd diuina eſſentia eſt charitas, de cui⁹ intellectu nõ eſt aliqua ĩperfectio. ergo videtur ꝙ oĩa quę de deo dicuntur ex tpe, ſignificent diuinã eſſentiã.

¶ 3 Pręt.

¶ 3 Præte. Diuina eſſentia eſt communis tribus perſonis ; ſed F quædam dicuntur de Deo ex tempore, quæ non conueniunt tribus perſonis, vt miſſus donatus, & huiuſmodi. ergo non omnia ſignificant diuinam eſſentiam.

¶ 4 Item. Deus ex tempore dicitur homo : ſed homo ſignificat humanam naturam, quę in incarnatione, non eſt admiſta diuinæ naturæ : ſed remanſit ab ea diſtans. ergo videť, quòd ea quæ dicuntur ex tempore, non ſignificent diuinam eſſentiam.

Contra, eſt quod Magiſtri dicunt, quòd omne nomen connotans effectum in creatura ſignificat diuinam eſſentiam: ſed ea, quæ ex tempore de Deo dicuntur : dicuntur in reſpectu ad creaturã, vt dictum eſt. ergo ſignificant diuinam eſſentiam.

Elicitur ex 2.c. de diui. no. Dio. Ar. antec. ¶ Præt. Dion. dicit 2.cap. de diui. nom. quòd omnem beneficam Dei nominationem, de quacunque diuinarum perſonarum dicatur in tota deitate, oportet in obſeruantiam accipi : ſed omnia, quæ dicunt habitudinem ad creaturã, nominant aliquod beneficium in creaturis. ergo ad totam trinitatem pertinẽt ſine diſtinctione, & ſic idem quod prius.

Art.1. iſtius quæſt. Respondeo, Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, nihil ex tempore de Deo dicitur, niſi quod importat habitudinem ad creaturam. Habitudo autem Dei ad creaturam poteſt deſignari dupliciter. Vel *ſecundum quod creatura refertur* in ipſum, ſicut in principium. Vel ſecundum quod creatura refertur in ipſum, vt in terminum. Si primo modo, hoc contingit dupliciter. Aut enim propria prædicatione prædicatur aliquid de Deo ex tempore, quod deſignat habitudinem principij, ad principiatum. Aut aliquid quod deſignat ipſum principiatum a Deo, ſicut quando eſt prædicatio per cauſam, vt cum dicitur. Deus eſt ſpes noſtra. Si primo modo, hoc contingit dupliciter. Aliquando enim nomen imponitur ad ſignificandum ipſam habitudinẽ: ſicut hoc nomen dominus, & huiuſmodi, quæ ſunt relatiua ſecundum eſſe, & alia dicta de Deo, ſunt quidem relatiua : quia etiam ſignificant ex primo ſuo intellectu habitudinẽ, quæ ſecundum rationem eſt in Deo : ſed ex conſequenti faciũt intellectum eſſentiæ, ſecundum quod talis habitudo fundatur K in aliquo eſſentiali. Aliquando autem nomen imponitur ad

D.1099. ſignificandum illud, ſupra quod fundatur habitudo : ſicut hoc nomen ſcientiã[d] qualitatem, quam conſequitur reſpectus quidam ad ſcibile. Vnde iſta talia, non ſunt relatiua, ſecundum eſſe, ſed ſolum ſecundum dici. Vnde iſta principaliter dant intelligere rem alterius prædicamenti, & ex conſequenti important relationem. Ita etiam in diuinis, vt patet in hoc nomine creator, quod imponitur ad ſignificandum diuinam actionem, quæ eſt ipſius eſſentiæ, quam conſequitur habitudo quædam ad creaturam, & iſta principaliter eſſentiam ſignificant, & ex conſequenti importãt reſpectum ad creaturam. Et ſimilis ratio eſt in illis, in quibus eſt prædicatio per cauſam : quia tales locutiones reſoluuntur in habitudines cauſæ, vt cum dicitur : Deus eſt patientia noſtra, ideſt, cauſa patientiæ noſtrę. & in omnibus iſtis, quæ dicuntur de Deo ex tempore, & important habitudinem principij ad principiatum, verum eſt, quòd conueniunt toti trinitati. Si autem conſideretur relatio creaturæ ad creatorem, vt ad terminum, poſſibile eſt, quòd talis relatio creaturæ, ſit ad aliquid eſſentiale, vel ad aliquid perſonale. Contingit autem hoc tripliciter. Aut ſecundum operationem, ſicut aliquis poteſt intelligere, vel nominare Deum, vel paternitatem. Vel ſecundum exemplaritatem, ſicut in creatione rerum eſt terminatio in ſimilitudinem eſſentialium attributorum, & in infuſione *charitatis* eſt terminatio in ſimilitudinem proceſſionis perſonalis ſpiritusſancti. Vel eſt terminatio ſecundũ eſſe. & iſte modus eſt ſingularis in incarnatione, per quam humana natura aſſumpta eſt ad eſſe, & vnitatem diuinæ perſonæ, non autem ad vnitatem *diuinæ* naturæ. Sed iſta relatio, qua creatura refertur in Deum, vt ad terminum, includit ex conſequenti in ſe relationẽ, quæ eſt ad Deum, vt ad principiũ. Vnde in omnibus, quæ dicuntur de Deo, ſecundũ habitudinẽ ad creaturam, ex eo quòd *creatura refertur* in ipſum, vt terminum, conſiderandum eſt, quòd quãtum ad habitudinem termini poſſunt tantum conuenire perſonæ : ſed ratio principij, quæ ibi includitur ex cõſequẽti cõuenit toti trinitati. Vnde ſecũdum habitudinem vnam, poſſunt facere intellectũ perſonæ, & ſecũdum aliam, faciunt intellectum eſſentiæ, ſicut patet cum dicitur incarnatus, hoc tantum filio competit, quia ad ſolam perſonam filij incarnatio terminata eſt, quam tamen tota trinitas fecit.

¶ Ad primum igitur dicendum, quòd huiuſmodi nomina conueniunt Deo ex tempore, ratione habitudinis importatæ, vel principaliter: vel ex conſequenti. Principaliter, vt cum dicitur Deus. Ex conſequenti, vt cum dicitur creator, & illa habitudo, non eſt in diuina eſſentia: nec aliqua res in Deo, ſed ſecundum eſſentiam, in qua fundatur talis habitudo: huiuſmodi conueniunt Deo ab æterno, quaſi habitualiter.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia Dei, non eſt patien*tia, vel ſpes, nec hoc ſignificatur, cum dicitur:* Deus eſt ſpes noſtra : ſed ſignificatur circa diuinam eſſentiam habitudo cauſæ reſpectu talis effectus in nobis. vnde ſimile eſt de his, & de aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd miſſus, incarnatus, & huiuſmodi, important duas habitudines, ſcilicet termini, & principij, quare vna, ſcilicet habitudo principij, conuenit toti trinitati. vnde dicimus, quòd tota trinitas mittitur, vel facit incarnationem, ſed altera conuenit alicui perſonæ determinatæ. propter quod huiuſmodi nomina, non de tota trinitate dicuntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus dicitur eſſe homo, inquantum ſuppoſitum diuinę naturę, ſcilicet filius ſubſiſtit in humana natura, per vnionem. hæc autem vnio, relatio quædam eſt, realiter in creatura aſſumpta exiſtens. quæ quidem conſiderata ſecundum habitudinem ad terminum, ſic terminatur ad perſonam filij, in qua eſt facta vnio, ſed ſecundum habitudinem ad principium, ſic refertur ad totam trinitatem, quæ vnionem fecit.

ſia, certe vt tuus dominus eſſet vel meus, qui modo eſſe cępimus: ex tempore habuit. Quomodo ergo obtinebimus, nihil ſecundum accidẽs dici Deum : *b* : niſi quia ipſius naturę nihil accidit quo mutetur? vt ea ſint accidentia relatiua, quæ cum G aliqua mutatione rerũ, de quibus dicuntur accidunt, ſicut amicus relatiue dicitur. non enim amicus eſſe incipit, niſi cum amare cęperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis, vt amicus dicatur. Nummus vero cum dicitur pręcium, relatiue dicitur, nec tamen mutatus eſt, cum eſſe cęperit præcium, nec cum dicitur pignus, & huiuſmodi. Si ergo nummus poteſt nulla ſui mutatione toties H dici relatiue, vt neque cum incipit dici, neque cum deſinit aliquid in eius natura, vel forma qua nummus eſt, mutationis fiat : quanto facilius de illa incommutabili Dei ſubſtantia debemus accipere, quòd ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam, vt quàmuis temporaliter incipiat dici, non tamen ipſi ſubſtantiæ Dei accidiſſe aliquid intelligatur, ſed illi creaturæ ad quam dicitur? qualiter etiam refugium noſtrum dicitur. Refugium enim noſtrum dicitur Deus relatiue, ad nos enim refertur, & tũc refugium noſtrum fit, cum ad eum refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequam refugeremus ad eum nõ erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo, efficimur meliores. in illo autem nulla. Sic & pater noſter eſſe incipit, cum per eius gratiam regeneramur : qui dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri. Subſtantia ergo noſtra mutatur in melius, cum filij eius efficimur. Similiter, & ille pater noſter eſſe incipit, ſed nulla ſui commutatione ſubſtantiæ. Quòd ergo temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiue dici, non tamen ſecundum accidens Dei, quòd aliquid ei acciderit, ſed plane ſecundum accidẽs eius, ad quod dici aliquid Deus incipit relatiue. Ex his aperte oſtenditur, quòd quædam de Deo temporaliter dicũtur relatiue ad creaturas, ſine mutatione deitatis, I





## ARTICVLVS III.

c *Vtrum habitudines deſignatæ, in nominibus dictis de Deo ex tempore, ſint realiter in Deo.*

De pot. q.7 ar. 10. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd habitudines deſignatæ in iſtis nominibus, realiter in Deo ſint. Nomen enim & ratio cui non ſubeſt aliquid in re, eſt va*na vel falſa: ſed non* vane, & falſo dicimus, & cogitamus Deum dominum, & creatorem, ergo huiuſmodi nomina habẽt relationes, quas ſignificãt reſpondentes ſibi realiter, in Deo.

†diſt.18. ¶ 2 Præter. Illud, quod eſt ſecundum rationẽ tantum, ceſſante intellectu ratiocinante, non remanebit : ſed ſi nullus eſſet ratiocinans adhuc Deus eſſet dominus & creator. ergo hiuſmodi nomina ſignificant aliqd realiter in Deo exiſtens, & non ſecundum rationem tantum.

¶ 3 Item. Omni relationi reſpondet ſuum correlatiuum, qđ ſibi opponitur ; ſed cum dicimus creaturam ſeruire importatur aliqua relatio in creatura realiter exiſtens. ergo oportet oppoſitam relationem alicubi ponere: ſed nõ eſt in creatura, quia tunc creatura eſſet domina ſuiipſius, & creator ſuiipſius, & oppoſiti reſpectus eſſent in eodem. ergo oportet, quòd in Deo realiter ponantur oppoſiti reſpectus, relationibus creaturæ ad Deum.

5.meta. tex. 20. ¶ 4 Præte. Illa relatiua in quibus, non eſt relatio ſecundum rem inuenimus eſſe ad aliquid ſecundum dici tantum, ſicut ſcibile, de quo dicit Philoſophus, quòd eſt relatum, quia aliud refertur ad ipſum : ſed de Deo dicuntur quædam relatiua, quæ ſunt ad aliquid, & ſecundum ſuum eſſe, vt dominus, rex, & huiuſmodi. ergo ſaltem illa aliquam relationem realem in Deo ſignificant.

Contra. In Deo nihil eſt niſi ęternum, quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt : ſed huiuſmodi habitudines, non ſunt æternę : propter quod nec nomina ab æterno de Deo dicuntur. ergo non ſunt realiter in Deo.

Respondeo, Dicendum, quòd ſecundum Theologos, & Philoſophos, verum eſt communiter, quòd relationes, quibus Deus ad creaturam refertur, non ſunt in Deo ſecundum rem, ſed ſecundum rationem tantum : quia intellectus noſter non poteſt accipere aliquid relatiue ad alterum dici, niſi ipſum ſub oppoſita habitudine intelligat. Sciendum tamen eſt, quòd ratio in intellectu rerum tripliciter ſe habet. Quandoque enim apprehendit aliquid quòd eſt in re, ſecundum quod appre- E henditur : vt quando apprehenditur forma lapidis. Quandoque vero apprehendit aliquid quod nullo modo in re eſt. vt quando quis imaginatur chimeram, vel aliquid huiuſmodi. Aliquando autem apprehendit, aliquid cui ſubeſt in re, natura quædam, non tamen ſecundum rationem qua apprehenditur, ſicut patet, quando apprehendit intentionem generis ſubſtantiæ, quæ in re eſt natura quædam non determinata ſecundum ſe ad hanc, vel ad illam ſpeciem, & huic naturæ apprehenſæ, ſecundum modum, quo eſt in intellectu apprehendente, qui ex omnibus accipit vnum quid commune in quibus inuenitur natura illa, attribuit rationem generis, quæ quidem ratio non eſt in re. Ita etiam eſt in huiuſmodi relationibus, quas intellectus noſter attribuit Deo. Inuenit enim in ipſo virtutem, & eſſentiam, & operationem, qua creatura producitur in ipſum relationem habens, & ideo eſſentiæ illi, vel operationi habitudinem attribuit, & ſecundum quod intelligit, nomina relatiua imponit.

Vnde patet reſponſio ad primum, quia intellectus noſter A neque caſſus, neque vanus eſt, quia habet aliquid reſpondens in re, quàmuis non ſecundum modum, quo eſt in ratione: ſicut etiam intellectus mathematicorum non eſt falſus, neque vanus eſt, quàmuis nulla linea ſit abſtracta a materia in re, ſicut ipſi conſiderant. vnde dicit Philoſophus ſecundo phyſico. abſtrahentium, non eſt mendacium. Tex. 18.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd etiam ſi nullus intellectus eſſet, adhuc in Deo eſſet, vnde vere dominus, & dici, & intelligi poſſet, ſcilicet potentia coercendi ſubditos: ſed non diceretur, vel intelligeretur dominus ſecundum actum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatiuorũ inuenitur triplex *diuerſitas*. Quædam ſunt, quorum vtrunque importat relationem, non in re exiſtentem, ſed in ratione tantum: ſicut quãdo ens refertur, ad non ens ; vel relatio ad relationem, vel aliquid huiuſmodi, vt ſupra dictũ eſt. Dis. 26.q.2 ar.1. Quædam vero, quorũ vtrũque relationem realem importat, ſicut pater, & filius. Quędam vero quorum alterum importat relationem realem, & alterum relationem rationis tantum, ſicut ſcientia, & ſcibile. Et huiuſmodi diuerſitatis ratio eſt, quia illud, ſupra quod fundatur relatio, quandoque inuenitur in altero tantum, & quandoque in vtroque, vt patet, quòd relatio ſcientiæ ad ſcibile, fundatur ſupra apprehenſionem, ſecundum eſſe ſpirituale. hoc autem eſſe ſpirituale, in quo fundatur relatio ſcientię, eſt tantum in ſciente, & non in ſcibili, quia ibi eſt forma rei ſecundum eſſe naturale. & ideo relatio realis eſt in ſcientia, non in ſcibili. Econtrario eſt de amantę, & amato, quia relatio amoris, fundatur ſuper appetitum boni : bonum autem non eſt aliquid exiſtens tantum in anima, ſed etiam in D rebus. vnde dicit Philoſophus ſexto *metaphyſic.* quòd bonum, Tex. 8. & malum ſunt in rebus, verum & falſum in anima. & ideo dicit Auic. quòd in amantę, & amato, in vtroque relatiuorum eſt inuenire *diſpoſitionem*, per quam referatur ad alterum, non in Tract. 3. Meta. c.10. ſciente, & ſcibili, & ideo vtrobique relatio realis eſt. Sic etiam & æqualitas, quæ immediate fundatur ſupra quantitatem, quæ in vtroque eſt. Et quia omnes relationes creaturę ad Deum fundantur ſupra modum, quo accipiunt a Deo, qui in Deo, non eſt, quia non conſequuntur perfectum modum, ſecundum quẽ Deus in eis operatur ; ideo relationibus, quæ ſunt in creatura, non reſpondet aliqua relatio in Deo realiter, ſed relationi, quam filius accipit a patre, reſpondet aliqua relatio in patre, quia ſecundum vnum, & eundem modum, & eandem rationem pater dat, & *filius accipit naturam diuinam*.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud non facit ad propoſitum, quia de vtriſque relatiuis inueniuntur aliqua, quæ important relationem realem, & quæ importãt relationem rationis, ſicut idem importat relationem rationis, quàmuis ſit relatiuum ſecundum eſſe, & ſcientia importat relationem realem, quàmuis ſit relatiuum ſecundum dici.

ſed non ſine mutatione creaturæ :c: & ita accidens eſt in creatura, non in creatore, & appellatio qua creatura dicitur relatiue ad creatorem, relatiua eſt; & relationem notat, quæ eſt in ipſa creatura. Appellatio vero illa, qua creator relatiue dicitur ad creaturam, relatiua quidem eſt : ſed nullam notat relationem, quę fit in creatore.

*Hic ſoluitur quæſtio, qua quærebatur, utrum ſpirituſſanctus dicatur datum relatiue ad ſe, cum ipſe det ſe.*

HIc poteſt ſolui, quæſtio ſuperius propoſita : vbi quęrabatur, cum ſpirituſſanctus datum dicatur, vel donatum. Quod autem datur, refertur ad eum, qui dat, & ad illum cui datur, & cum ſpirituſſanctus det ſeipſum, vtrum ad ſeipſum relatiue dicatur, cum dicitur dari, vel donari? Cui quæſtioni reſpondentes : dicimus ſpiritum ſanctum dici datum, vel dona- B tum relatiue, & ad dantem, & ad illum cui datur. Dans autem ſiue donator, eſt pater cũ filio, & ſpirituſancto. nec tamen dicimus ſpiritum ſanctum referri ad ſe ; ſed appellatio dati vel donati refertur ad dantem, & ad recipientem, quia non poteſt aliquid dici datum niſi ab aliquo, & alicui detur. Cum autem ſpirituſſanctus dari a ſe, vel datus a ſe dicitur ; relatiuę quidem dicitur ad il- C lum cui datur, & eſt appellatio relatiua, & in illo cui datur mutatio fit; non in dante.

## EXPOSITIO TEXTVS.

AD Qvod dici poteſt &c. } Intentio ſolutionis eſt, quòd Deus cępit eſſe dominus temporis, quando cępit eſſe tempus. vnde ſicut tempus non cępit eſſe *in* tempore, vel ex tempore, ita nec Deus dicitur dominus temporis ex tempore, vel in tempore. Et dicit in tempore, vt deſignet habitudinem menſuræ, quia ſicut locatum eſt in loco, vt in menſurante, ita & in tempore. Ex tempore vero dicit, inquantum tempus eſt menſura includens ſuum menſuratum. vnde oportet, quòd ad vtranque partem excedat. & ideo quę ſemper ſunt, inquantum ſemper ſunt, non menſurantur tempore, ſed quæ quandoque ſunt, vt dicit

Tex. 114 Philoſophus quarto phyſico. Et ideo quæ menſurantur tempore, ſunt ex tempore, quia tempus præcedit ipſa. Tempus autem non menſuratur tempore, ſicut nec locus loco, & ideo tempus, nec in tempore incipit, nec ex tempore: ſed aliorum quæ incipiunt in tempore, vel ex tempore eſt Deus, dominus in tempore, vel ex tempore, & aliqua talia ſunt, ſicut hoc, & illud generatum: quàmuis etiam vniuerſum ſemper fuiſſet, vt quidam Philoſophi poſuerunt. Vnde hoc quærere, non pertinet ad propoſitum, quia vtrũ verum ſit, habetur propoſitum, quòd Deus eſt domin⁹ ex tempore, ad minus aliquorum. {Hic poteſt ſolui &c.} Magiſter hanc quęſtionem mouerat. diſt. 13. & ſoluit hic per ea, quæ dicta ſunt, quia huiuſmodi nomina, quę dicuntur de Deo ex tempore, important relationes, non reales in Deo exiſtentes: ſed ſecũdum rationem, & nomen. Et ideo cum ſpiritusſanctus dicitur dari a ſe in creatura, eſt relatio realis, quæ refertur ad totam trinitatem vt ad principium, & ad ſpiritumſanctum vt ad terminum, per modum exemplaritatis: ſed in ſpiritusſancto nõ eſt relatio, niſi ſecundum rationem, & non eſt inconueniens, quòd tali ratione, aliquid ad ſeipſum referatur, vt cum dicitur, idem eidem idem.

De Ariſt. intelligere vr̃ 8. Phyſico. tex. 4.

† de ſynodis in princ.

## DISTINCTIO XXXI.

## DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de propriis perſonarum. Hic determinat de appropriatis ipſarum. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat appropriata perſonarum. In ſecunda, inquirit quomodo ſecundum illa appropriata, diuinæ perſonæ adinuicem comparentur. 32. diſtinctio. {Hic oritur quæſtio.} Prima in duas. In prima determinat ſignificationes quorundam nominum, quæ perſonis diuinis appropriantur. In ſecunda, proſequitur diuerſas ſanctorum appropriationes. ibi {Non eſt prætermittendum.} Circa primum tria facit. Primo, inquirit de ſignificatione huius nominis æqualitas. Secundo, de ſimili, & ſimilitudine. ibi {Hoc idem etiam dicimus.} Tertio, ex dictis approbat quorundam ſententiam. ibi {Vnde quibuſdam &cæt.} {Non eſt prætermittendum.} Hic ponit appropriata perſonarum. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit appropriationem Hila. In ſecunda appropriationem Auguſt. ibi {Illud etiam ſciri.} Circa primum duo facit. Primo, ponit appropriationem Hyla. cum expoſitione Auguſt. Secundo, Magiſter remouet quædam dubia circa expoſitionem Auguſt. ibi {Non enim ſecundum præmiſſam &c.} {Vel etiam ſciri oportet.} Hic ponit appropriationem Auguſ. Et circa hoc duo facit. Primo, narrat appropriationem. Secundo, inquirit appropriationis rationem. ibi {Sed plures mouet.} Et circa hoc facit tria. Primo, oſtendit quare patri appropriatur vnitas. Secundo, quare filio æqualitas. ibi {Nunc

F videamus.} Tertio, quare ſpiritniſancto connexio, ibi {Quod autem in ſpiritusſancto.} Circa primum duo facit. Primo, quærit, quare vnitas patri appropriatur. Secundo, qualiter vnitas in diuinis prædicetur in neutro, vel in maſculino genere. ibi {Hic dici oportet &cęt.}

## DISTIN. XXXI.

### A

*Quomodo dicatur filius æqualis patri, an ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum relationem, ita, & ſimilis.*

PRAETERRA conſiderari oportet, cum tres perſonæ coæquales ſibi ſint, vtrum relatiue hoc dicatur, an ſecundum ſubſtantiam, & ſi relatiue, vtrũ ſecundum relationem, an ſecũdum eſſentiam, cõſiderenda ſit æqualitas. Deinde quid ſit ipſa ęqualitas. Ad quod dicim⁹: quia ſicut ſimile nihil ſibi eſt. (ſimilitudo enim vt ait † Hila. ſibiipſi non eſt,) ita & ęquale aliquid ſibi non dicitur, ac per hoc ſicut ſimile, ita & æquale, relatiue dicitur. Dicitur ergo relatiue filius æqualis patri, & vtrique ſpiritusſanctus. Eſt tamen ęqualis patri filius, & vtrique ſpiritusſanct⁹ propter ſummam ſimplicitatem eſſentiæ, & vnitatem. Aequalis eſt ergo filius patri ſecundum ſubſtantiam, & non ſecundum relationem. Vnde Auguſt. in quinto libro † de Trinitate ait. Quęrimus, ſecundum quid æqualis ſit patri filius: non ſecundum hoc quòd ad patrem dicitur filius, ęqualis eſt patri. Reſtat ergo vt ſecundum id æqualis ſit,

G quod ad ſe dicitur: quicquid autem ad ſe dicitur, ſecundum ſubſtantiam dicitur. Reſtat ergo vt ſecundum ſubſtantiam ſit æqualis. eadem ergo eſt vtriuſque ſubſtantia. Item † in libro ſexto. Satis eſt videre nullo modo filium æqualem eſſe patri, ſi in aliquo, ſcilicet (quod pertineat ad ſignificandum ei⁹ ſubſtantiam) inæqualis inuenitur. In omnibus ergo æqualis eſt patri filius, & eſt eiuſdem

H ſubſtantię. Aequalis eſt etiam ſpiritusſanctus, & in omnibus æqualis, propter ſummam ſimplicitatem illius ſubſtantię. Ex his perſpicuum fit, quòd ſecundum ſubſtãtiam, filius eſt ęqualis patri, & vtrique ſpiritusſanctus, & appellatio tantum relatiua eſt. Aequalitas ergo patris & filij, non eſt relatio, vel notio, ſed naturalis vnitas, & identitas.

† 5. de Trin. c. 6. to. 3.

† Cap. 4.

## QVAEST. I.

### A

Hic quatuor quæruntur.

Primo. De æqualitate.

Secundo. De appropriatione, in communi.

Tertio. De ratione appropriationis Hilar.

Quarto. De appropriatione Aug.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum æqualitas ponat aliquid in diuinis.*

q. 1. art. 1. CIRCA primum, ſuppoſitis his q̃ ſupra d' æqualitate dicta ſũt. 19. diſtin. quæritur: vtrum ęqualitas in diuinis aliquid ponat, & videtur quòd ſic. Quicquid enim eſt in Deo, & in creaturis, nobilius eſt in Deo, quàm in creaturis: ſed æqualitas, & ſimilitudo in creatura aliquid po-

I nunt. ergo & in Deo.

¶ 2 Præte. Arrius damnatus eſt, quia æqualitatem perſonarum negauit. Non autem fuiſſet hæreticus, niſi aliquid negaſſet, quod in Deo eſt. ergo ęqualitas in diuinis aliquid poſitiue prædicat.

¶ 3 Item. Aequalitas videtur eſſe vna eſſentia in tribus perſonis indifferens, vt in litera dicitur: ſed eſſentia indifferens, aliquid poſitiue eſt in Deo. ergo videtur quòd & æqualitas.

¶ 4 Pręte. Aequalitas eſt relatio quædam: ſed relatio aliquid poſitiue prædicat, & non priuatiue. ergo videtur, quòd ęqualitas aliquid poſitiue prædicet.

CONTRA. eſt quod a Magiſtro in litera dicitur. Tex. 26.

¶ 2 Præt. Philoſophus dicit in quinto Metaphyſic. quòd æquale opponitur magno, & paruo, ſicut duæ priuationes. vnde etiam per priuationem æquale diffinitur: ſed priuatio nihil poſitiue prædicat. ergo nec æqualitas.

RESPONDEO, Dicendum, quòd æqualitas eſt relatio

K quædam, fundata ſupra vnitatem quantitatis, & in diuinis fundata ſupra vnitatem eſſentiæ, prout ſignificatur nomine quantitatis virtualis, vt cum dicitur magnitudo, vel æternitas, vel potentia. vnde de ęqualitate dupliciter conuenit loqui. Aut quantum ad vnitatem quantitatis, quæ eſt cauſa ipſius. Aut quantum ad relationem conſequentem. Si quantum ad vnitatem quantitatis ſupra quam fundatur talis relatio, ſic ratio eius conſiſtit in priuatione, ſicut & ratio vnitatis, vt ſupra dictum eſt, & ideo dicit Philoſophus, quòd æquale opponitur priuatiue magno & paruo: ſicut vnum multo, & idem in litera innuitur. Si autem conſideretur æqualitas quantum ad relationem: ſic æqualitas in creaturis aliquid realiter ponit in vtroque extremorum: ſed in diuinis perſonis nihil, niſi ſecundum rõnem. Cuius ratio eſt: quia ſi poneret aliquam relationem realem in perſonis, aut hoc eſſet ex parte eſſentię, quæ cõmunis eſt, aut ex parte relationum quibus diſtinguuntur. Non autem habet ex parte eſſentię quòd ſit relatio realis: quia eſſentia eſt vna & eadem numero, & idem ad ſeipſum non refertur aliqua relatione

Diſt. 24. q. 1 art. 3. 5. Metaph. tex. 6.



Diſt. 26. q. 2. ar. 1. tione reali, vt ſupra dictum eſt. Nec etiam ex parte perſonarum relationibus conſtitutarum, quia relatio non refertur per aliquam relationem realem mediam, quia ſic eſſet abire in infinitum. Et ideo dico cum Magiſtro, quòd æqualitas non ponit niſi relationem ſecundum nomen, vel ſecundum rationem cũ de Deo dicitur: ſed verum eſt, quòd aliquid ponit, ſcilicet vnitatem eſſentiæ, non quòd ſit de intellectu eius: ſed quòd præſupponitur ad intellectum ipſius, ſicut eſt in priuatiuis, & in illis, quæ dicuntur de Deo ex tempore.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, q̃ ex parte vnitatis vniuerſaliter ſumptæ, ſecundum quod vnũ conuertitur cum ente, nec in Deo, nec in creatura æqualitas, aliquid poſitiue prædicat: ſicut nec vnitas, vt ſupra dictum eſt. Sed quia in creaturis ſuppoſita æqualitatis ſunt abſoluta, ideo referuntur adinuicem p relationem realem mediam, quod in diuinis non competit.

Diſt. 24. q. 1. ar. 3.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd quàmuis æqualitas ſit ſecundum rationem, relatio tamen habet aliquid in re reſpõdens, ratione cuius dicitur hæreticus, qui æqualitatẽ negat, ſicut & qui negaret Deum eſſe dominum, quàmuis illa relatio, nihil ſecundum rem ponat in Deo.

† 2. de Tri. in prin.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut in creaturis, æqualitas non eſt vna quantitas plurium: ſed relatio includens talem vnitatem, ita in diuinis, æqualitas non eſt vna eſſentia, ſed relatio ſecundum intellectum, conſequens eſſentiæ vnitatem.

† Cap. 10.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa relatio non poteſt eſſe realiter in Deo, & ideo non ſequitur, quòd aliquid ponat ex hoc, quod relatiue dicitur.

## ARTICVLVS II.

1. q. 39, ar. 7 *b Vtrum attributa eſſentialia huiuſmodi debeant appropriari diuinis perſonis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd huiuſmodi eſſentialia attributa, perſonis diuinis appropriari non debeant. Quod enim pluribus commune eſt, nulli eorum debet appropriari: ſed omnia attributa ſunt communia tribus perſonis. ergo &c.

¶ 2 Præt. De ſimilibus idem eſt iudicium: ſed omnia hic attributa ſignificant eſſentiam communem. ergo videtur, quòd omnia debeant appropriari vel nullum, & quòd omnia vni perſonæ approprientur.

*Hic quomodo dicatur ſimilis, & quid ſit ſimilitudo.*

HOC idem etiam dicimus de ſimili, & ſimilitudine. Cum enim dicitur filius ſimilis patri; relatiue quidem dicitur: ſed ſimilis eſt patri propter vnitatem eſſentiæ. Eſt ergo appellatio

B tantum relatiua. Similitudo vero ẽ indifferẽs eſſentia. *a*. Vnde quibuſdam non indocte videtur, nomine æqualitatis, vel ſimilitudinis, non aliquid poni, ſed remoueri, vt ea ratione dicatur fili⁹ æqualis patri, quia nec maior eſt eo, nec minor, & hoc propter vnitatem eſſentiæ. Ita & ſimilis dicitur, quia nec diuerſus, nec alienus, nec in aliquo diſſimilis: & hoc propter eſſentiæ ſimplicitatem. Nõ

C ergo ſecundum quod filius eſt genitus a patre, æqualis vel inæqualis eſt patri, nec ſimilis vel diſſimilis, ſed æqualis, & ſimilis, ſecundum ſubſtantiam.

*De ſententia ſancti Hilarij, qua in trinitate perſonarum, propria oſtendit.*

### B

NON eſt igitur hic prætermittendum, quòd vir illuſtris Hila. proprietates perſonarum aſſignãs *a*: dicit in patre eſſe ęternitatẽ; ſpeciem in imagine, vſum in munere. Quæ tantæ difficultatis ſunt verba, vt in eorum intelligentia, atque explanatione vehementer laborauerit Augu. † vt ipſe oſtendit in libro ſexto de Trinit. ita dicens. Quidam cum vellet breuiſſime ſingularum in trinitate perſonarum inſinuare propria: Aeternitas eſt, inquit, in patre, ſpecies in imagine, vſus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractatione ſcripturarum, & aſſertione fidei, vir extitit. Hæc enim Hilar. in libris ſuis po-

B ſuit. horum verborum, ideſt, patris, & imaginis, & muneris, æternitatis, ſpeciei, & vſus, abditam ſcrutatus intelligentiam quantum valeo, non eum ſecutum arbitror in æternitatis vocabulo, niſi quòd pater non habet patrem de quo ſit: filius autem de patre eſt vt ſit, atque vt illi coæternus ſit. Imago enim ſi perfecte implet illud cuius imago eſt, ipſa coæquatur ei; non illud imagini ſuæ, in qua

C imagine ſpeciem nominauit. Credo propter pulchritudinẽ, vbi tanta eſt congruentia, & prima æqualitas, & prima ſimilitudo, nulla in re diſſidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte diſſimilis, ſed ad identitatem reſpondens ei, cuius imago eſt, vbi eſt prima, & ſumma vita, cui non eſt aliud viuere, & aliud eſſe; ſed idem & primus ac ſummus intellect⁹, cui non eſt aliud viuere, & aliud

D intelligere, ſed idẽ hoc eſt vnũ, tanquam verbum perfectum, cui non deſit aliquid, & ars quędam omnipotentis, & ſapientis Dei, plena omnium rationum viuentium incommutabilium, & omnes vnum in ea, ſicut ipſa vnum de vno, cum quo vnum, ibi nouit omnia Deus, quę fecit per ipſam.

A ¶ 3 Item. Appropriatum ſecundum rationem ſequitur proprium, quia proprium cadit in ratione appropriati: ſed attributa eſſentialia non ſequuntur propria ſecundum intellectum: quia poſſunt intelligi, proprijs non intellectis, ſicut eſt apud infideles. ergo non debent dici appropriata.

¶ 4 Præter. Nihil eſt faciendum a nobis, quod poſſit in errorem fidei vergere: ſed ſi aliquid cõmune approprietur vni, poteſt vergere in errorem fidei: vt credatur, aut tãtum illi, aut magis illi perſonæ conuenire. ergo non debemus attributa eſſentialia perſonis appropriare.

CONTRA, eſt auctoritas Hilar. & Aug. in litera.

¶ Præt. Proceſſiones perſonarum diſtinguuntur, & nominantur, ſecundũ diuerſas rationes attributorum, inquantum dicimus, quòd ſpiritusſanctus procedit per modũ voluntatis, & filius per modum naturę. ergo vnum attributum, cui competit ratio proceſſionis p̃ſonæ, poteſt illi perſonæ appropriari.

RESPONDEO, Dicendum, quòd de appropriatione dupliciter conuenit loqui. Aut ex parte noſtra: aut ex parte ipſius rei, & vtrobique inuenitur cõuenientia. Quamuis enim attributa eſſentialia communia ſint tribus, tamen vnum ſecundũ rationem ſuam, magis habet ſimilitudinem ad proprium vnius p̃ſonæ, quàm alterius. vnde illi perſonæ apropriari poteſt conuenienter. verbi gratia, Potentia habet in ratione ſua principiũ, & ideo appropriatur patri, qui eſt principium non de principio, & ſapientia filio, qui procedit vt verbum, & bonitas ſpirituiſancto, qui procedit vt amor, cuius obiectum eſt bonum, & ita ſimilitudo appropriati ad proprium perſonæ, facit conuenientiam appro-

E priationis ex parte rei, quæ eſſet etiam ſi nos non eſſemus: ſed ex parte noſtra facit conuenientiam vtilitas conſequens. Inuenitur enim diſtinctio, & ordo in attributis diuinis, & in perſonis: ſed differenter, quia in perſonis eſt diſtinctio, & ordo realis, ſed in attributis, ſecundum rationem. Vnde, quàmuis per attributa non poſſimus ſufficienter deuenire in propria perſonarum, tamen inſpicimus in appropriatis aliquam ſimilitudinem perſonarum, & ita valet talis appropriatio ad aliquam fidei manifeſtationem, quàmuis imperfectam, ſicut etiam ex veſtigio, & imagine, ſumitur aliqua via perſuaſiua ad manifeſtationem perſonarum.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ex hoc, quòd conuenit omnibus aliquod attributum, probatur ſufficienter, quòd non ſit proprium vnius perſonæ, non tamen quòd non ſit perſonæ appropriatum, quia hæc præpoſitio ad, quæ venit ad compoſitionem vocabuli, notat acceſſum cum quadam diſtantia.

vnd

Lib.1.retra cta.c.26. tom. 1. vnde ſecundum Auguſt. homo, qui ita imitatur Deum, quòd ſemper in uenitur diſtantia ſimilitudinis, dicitur imago, & ad imaginem: filius autem qui imitatur patrem ſine aliqua diſſimilitudine dicitur imago, & non ad imaginem, & propter hoc quia huiuſmodi attributa accedunt: per ſimilitudinem ad rationem propriorum, & diſtant per communitatem, rectè appropriata dicuntur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quis omnia attributa eſſentialia ſint vnum re, tamen differunt ratione, & ſecũdum rationem ſuam habent ſimilitudinem, vel ad originem perſonarum, vt potentia, quæ eſt principium productionis, vel ad determinatũ modum originis, vt bonitas, ad proceſſionem amoris, & ad proceſſionem verbi, ſapientia, & ita diuerſis perſonis poſſunt iſta appropriari: ſed eſſentia de ratione ſua, neque originem, neque aliquid ad modum originis pertinens dicit, & ideo non appropriatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd appropriatum poteſt ſumi dupliciter: aut materialiter, ideſt, id quod appropriatum eſt, & ſic illud attributum non ſequitur rationem proprij: aut formaliter, ideſt, inquantum appropriatum eſt, & ſic in ratione ſua propria, proprij rationem includit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd appropriando attributa eſſentialia determinatis perſonis, non excludimus alias perſonas, nec gradum participationis conſtituimus; ſed tantum oſtendimus ſimilitudinem in ratione appropriati ad proprium perſonæ: & ex hoc non ſequitur error &c.

*Hic de ſpirituſancto, quare vſus dicatur.*

ESt autem ineffabilis quidam complexus patris, & imaginis, qui non eſt ſine perfruitione, ſine charitate, ſine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, fœlicitas, vel beatitudo, ſi tamen aliqua humana voce digne dicitur: vſus ab illo appellata eſt breuiter. Et eſt in trinitate ſpirituſſanctus, non genitus, ſed genitoris genitique ſuauitas, ingeniti largitate, atque vbertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaque illa tria; & a ſeinuicem determinari videntur, & in ſe infinita ſunt. Qui videt hoc, vel ex parte, vel per ſpeculum in enigmate, gaudeat cognoſcens Deum, & gratias agat. Qui vero non videt, tendat per pietatem fidei ad videndum, non per cęcitatẽ ad calumniandum, quoniam vnus eſt Deus, ſed tamen trinitas. Ecce habes qualiter verba Hilarij præmiſſa accipienda ſint, licet tantæ ſint profunditatis, vt etiã adhibita expoſitione, vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus ſenſus, cum & ipſa eorum explanatio, quã hic Aug. edidit, plurimum in ſe habeat difficultatis, & ambiguitatis.

*Quòd ſecundum hanc expoſitionem, non diſtinguuntur ibi proprietates perſonarum tres.*

G NOn enim ſecundum præmiſſam expoſitionẽ diſtinguuntur hic tres illæ proprietates, ſuperius aſſignatæ: ſed ipſæ hypoſtaſes diſtinctę abinuicem monſtrãtur. Aeternitatis tamen nomine eadem videtur deſignata proprietas, quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamus, quid ſit quod ait. Imago ſi perfecte implet, cuius imago eſt, ipſa coæquatur ei, non illud ſuę imagini. Videtur enim dicere, quod filius, qui eſt imago patris, patri H coęquatur, non pater filio, cum & filius dicatur ęqualis patri in ſcriptura, & pater filio, ſed filius hoc habet a patre, vt ſit ei æqualis, pater autem non habet a filio, & tamen filius plene ac perfecte æqualis eſt patri, ideſt, imago eius cuius eſt imago.

## QVAESTIO II.

B

### Circa tertium duo quæruntur.

Primo. De ratione appropriationis Hilarij.
Secundo. De expoſitione Auguſt. quantum ad hoc quod dicit, quod imago coæquatur ei cuius eſt imago, & non econuerſo, vtrum in diuinis ſit mutua æqualitas, ſed hoc ſupra 19. diſtinct. habitum eſt.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Hilar. conuenienter approprict æternitatem patri, ſpeciem filio, uſum ſpirituiſancto.*

6.de trin. c.10.& habet in tex. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd appropriatio Hilar. ſit incompetens, quia ſecundum Auguſt. huiuſmodi appropriationes fiunt ad excludendum errorem, & ideo patri attribuitur potentia, ne infirmus credatur, ſicut patres apud nos propter ſenectutem &c. ſed circa æternitatem patris nullus errauit ſicut circa æternitatem filij, vt Arrius. ergo ęternitas magis eſſet approprianda filio, quàm patri.

¶ 2 Præte. Secundum æquiuoca non attenditur aliqua ſimili- F tudo; ſed æternitas priuat principium durationis, innaſcibilitas autem priuat principium originis. cum igitur appropriationes fiant ſecundum ſimilitudinem ad propria, videtur, quòd patri non ſit attribuenda ęternitas, quia eſt innaſcibilis. Si dicas, quòd æternitas appropriatur patri, quia importat ex cõſequenti proprietatem patris, ſcilicet innaſcibilitatẽ, quamuis principaliter ſignificet diuinã eſſentiam.

3 CONTRA. Quandocunque notionale additur eſſentiali, non poteſt totum prædicari de perſona cui non cõuenit illa notio. Sicut Deus genitus, non prędicatur de patre. Si igitur ęternitas aliquo modo, in intellectu ſuo includeret innaſcibilitatem nullo modo filio conueniret, quod eſt Arrianæ impietatis. †diſt.26. 27. & 28.

¶4 Item ſecundum Dioni. quarto cap. de diui. nom. pulchrum & bonum ſe conſequuntur. vnde videtur, quòd omnia pulchrum & bonum appetunt: vnde ſecundum nomẽ in Græco etiam propinqua ſunt, quia bonũ dicitur, calòs pulchrũ callos: ſed bonitas non appropriatur filio, ſed ſpirituiſãcto. ergo nec ſpecies, vel pulchritudo. †Augu. vbi ſupra. καλός.

¶5 Præt. Vti eſt referre aliquid ad obtinendum, hoc quo fruendum eſt: ſed ſpirituſſanctus eſt ipſum fruibile, & non refertur ad aliud ſicut ad finem. ergo vſus non debet ſibi appropriari.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in appropriatione Hilar. ponuntur tria propria nomina perſonarum, ſcilicet pater, I imago, munus, vel donum, & hoc patet ex prædictis, & ponuntur tria appropriata, ſcilicet ęternitas, quam dicit eſſe in patre ſicut appropriata ſibi, & ſpecies, ideſt, pulchritudo, quam dicit eſſe in imagine, ideſt, in filio, qui proprie imago eſt, vt ſupra habitum eſt, & vſus, quem dicit eſſe in munere, ſcilicet in ſpirituſancto, qui donum eſt. Ratio autem huiuſmodi appropriationis hęc eſt. Aeternitas enim in ratione ſua habet duo, ſcilicet quòd ſit principium omnis durationis, inquantum eſt prima menſura: vnde ab ipſa fluit, & æuum, & tempus, & ſic habet ſimilitudinem ad propria patris, quæ conueniunt ſibi, inquantum ipſe eſt principium, vel per generationem, vel per ſpirationem, ſcilicet ad paternitatem, & communem ſpirationem. Habet etiam in ratione ſua priuationem principij, & in hoc conuenit cum proprietate patris, quæ competit ſibi ſecundum quod eſt auctor, vel non de principio, ſcilicet innaſcibilitatem. Ad rationem autem pulchritudinis duo concur- K runt, ſecundum Dionyſ. quarto cap. de diui. nomi. ſcilicet conſonantia, & claritas. Dicit enim quòd Deus eſt cauſa omnis pulchritudinis, inquantum eſt cauſa conſonantiæ, & claritatis, ſicut dicimus homines pulchros, qui habent membra proportionata, & ſplendentem colorem. His duobus addit tertium Philoſophus. 4. Ethic. vbi dicit, quòd pulchritudo, non eſt niſi in magno corpore. vnde parui homines poſſunt dici commenſurati, & formoſi, ſed non pulchri. Et ſecundum hæc tria, pulchri[illegible] conuenit: cum propriis filii inquantum enim filius eſt i[illegible] perfecta patris, ſic eſt ibi conſonantia perfecta: eſt enim æqualis, & ſimilis ſine inæqualitate, & diſſimilitudine, & hoc tangit Auguſt. vbi dicit. Vbi eſt tanta conuenientia, id eſt maxima &c. Inquantum vero eſt filius verus, habet perfe- Diſt. 18. q.1.ar.1. Diſt.28. q.2.ar.3. Cap.6. Li.6.de tri. c.10.to.3.



ctam naturam patris; etiam ita habet magnitudinem, quæ con- A ſiſtit in perfectione diuinæ naturę, vt ſupra dictum eſt, vnde dicit Aug. quod ibi eſt perfecta, & ſumma vita &c. Sed inquantũ eſt verbũ perfectum patris, habet claritatem, quę irradiat ſuper omnia, & in quo omnia reſplendent. Vnde dicit Auguſt. quod eſt tanquam verbũ perfectum &c. poteſt et totum accipi ex verbis Augu. ſecundum rationẽ conſonãtiæ, quæ triplex in eo conſiderari põt. i. cõſonãtia ipſius ad patrem, cui potentia ẽ ęqualis, & ſimilis: & hoc tangit Auguſt. vbi dicit. {Prima ęqualitas &c.} Diſt.19.q. 1. ar. 2. †Vbi ſup.

¶ Item. Conſonantia ſui ad ſeipſum, inquantum omnia attributa in eo non differunt: ſed vnum ſunt: & hoc tangit vbi dicit. {Cui non eſt aliud vi. &c.}

¶ Item. Conſonantia ad res creatas: quarum rationes in eo ſunt, & vnũ ſunt in eo, ſicut ipſe eſt vnum cum patre, & hoc tangit, ibi {Et oẽs vnum in eo &c.} Vſus etiam de ratione ſua duo habet. Primo, quod eſt aſſumptum in facultatem voluntatis, & ſic conuenit ſpirituiſancto, inquantum eſt amor, & hoc tangit Augu. cum dicit. {Quod illa delectatio filij &c.} Habet etiam aliud, quod eſt ordinatum ad alterum, & iſte etiam ordo competit ſpirituiſancto, inquantum ipſe amor, qui eſt ſpirituſſanctus, non tantum eſt in filio, ſed redundat in omnes creaturas, ſecundum quod competit ſibi nomen doni, & hoc tangit Aug. cum dicit. {Ingeniti largi &c.}

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd vna & principalis ratio eſt appropriationis, ſcilicet ſimilitudo ad proprium, vt dictum eſt; ſed poſſunt eſſe multæ conſequentes vtilitates: quarum vnam Auguſt. tangit. vnde ex hoc non poteſt concludi, quòd aliquid debeat appropriari patri, vel filio niſi aſſit ratio principalis. In cor. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in æquiuocis, quæ per fortunam ſunt, & caſum, vt canis, non attenditur ſimilitudo aliqua, ſed in ęquiuocis, quæ dicuntur per reſpectum ad vnum principium, attenditur aliqua ſimilitudo analogiæ, vel proportionis, & talis eſt multiplicitas huius nominis principium. vnde etiam Philoſophus. 5. metaph. docet reducere omnia huiuſmodi ad vnum primum principium. Tex. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa, non valet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pulchritudo, non habet rationem appetibilis, niſi inquantum induit rationem boni. ſic enim & verum appetibile eſt: ſed ſecundum rationem propriam habet claritatem, & ea quæ dicta ſunt, quæ cum propriis filiis ſimilitudinem habent. Diſt.1. q.1. art. 2.

¶ Ad quintum dicendum, quòd vſus (vt ſupradictum eſt) ſumitur dupliciter. Communiter prout vti dicitur aſſumere, aliquid in facultatem voluntatis. Et ſtricte prout dicit relationem in finem. Et primo modo ſumitur hic quo continet in ſe etiam fruitionem, vt hic dicitur, quòd fęlicitas, vel beatitudo, ad vſum pertinet. Nihilominus tamen competit propoſito, & ſecundum quod habet rationem ordinis, non quidẽ in finem; ſed in effectum in quo bonitas diuina per ſpiritum ſanctum vberrime effunditur.

*Quare dicatur Hila. propria perſonarum aſſignaſſe in prædictis uerbis, cum ibi non ſint expreſſe proprietates.*

PRopria ergo perſonarum in prædictis verbis aſſignaſſe dicitur Hila. quia relatiua nomina per B ſonarum poſuit, ſcilicet patris imaginis & muneris: quæ relatiue dicuntur de perſonis, & proprietates notant quibus diſtinguuntur perſonę. Ita enim dicitur ſpirituſſanctus munus relatiue ſicut donum. Verumtamen ipſas proprietates aliis tribus nominibus non ſignificauit, iuxta prædictam Aug. expoſitionem, niſi ſolo nomine ęternitatis: quo non ipſam paternitatem: ſed eam voluit intelligi notionem, qua dicitur ingenitus. C

*Quòd earundem perſonarum diſtinctionem notat Auguſt. alijs uerbis ſine expreſſione trium perſonarum.*

C

ILlud etiam ſcire oportet, quòd earundem trium perſonarum diſtinctionem Auguſt. oſtendere volens, ſine expreſſione illarum trium proprietatum ſuperius commemoratarum in primo libro de doctrina Chriſtiana, ſic ait: *a*: In patre eſt vnitas, in filio ęqualitas, in ſpiritu ſancto vnitatis æqualitatiſque concordia: *b*: Et hęc tria vnum, oĩa pp patrẽ, ęqualia oĩa propter filium, connexa omnia pp

## QVAESTIO III.

C

### Circa quartum duo quęruntur.

Primo. De ratione appropriationis, Aug.
Secundo. De hoc, quod dicit, quòd omnia ſunt vnum propter patrem.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Auguſt. conuenienter approprict unitatem patri, æqualitatem filio, nexum ſpirituiſancto.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videt, quod appropriatio Aug. ſit incõpetens. Supra.n.10. di. dictũ eſt, quod s.s. eſt vnitas duorum. ergo vr, quod vnitas non pr̃i: ſed ſpi. ſcõ appropriet. 2.de doct. Chri. c.5. to.3. 1. p. q.39. ar.8. di. 10. q.1.ar.3.

¶ 2 Præt. Appropriatio eſt ſm ſimilitudinẽ ad propriũ. illi ergo pſonæ debet appropriari vnitas in qua minus de pluralitate inuenitur. Sed maxima pluralitas notionũ inuenitur in pr̃e, q hẽt tres notiones, minima ĩ ſpi. ſancto; q habet vnã tñ. ergo vnitas ſpir. ſancto, & non patrĩ appropriari debet. †c.5.to.3.

¶3 Præt. Vnitas cauſa eſt æqualitatis. Si igitur vnitas patri appropriatur, & æqualitas ſibi appropriari debet, & non filio.

¶ 4 Item. Secundũ conuenientiã in natura, vel in forma, magis attenditur ſimilitudo, q̃ æqualitas; ſed filius inquantum eſt genitus a patre habet naturam, & formam patris: & ſimiliter imago & verbum habet ſimilitudinem eius ad quod dicitur. ergo magis debet appropriari filio ſimilitudo, quàm æqualitas.

¶4 Præt. Nexus ꝓprie dr̃ de ſpi. ſcõ, ſed æternitas, & æqualitas, nõ ꝓprie dñr de pr̃e, & filio. ergo vr̃, quod appropriatio ñ ſit vniformis.

RESPONDEO, Dicendum, quòd appropriatio Auguſti bona eſt, & ratio appropriationis hæc eſt. Vnitas enim quantũ ad id quod poſitiue aliquid dicit habet rationem principii, ſecundum quod eſt principium numeri; & ita habet ſimilitudinem cum duabus proprietatibus patris, ſcilicet cum paternitate & communi ſpiratione, quibus dicitur principium filii & ſpi- D rituſſancti. Secundum autem, quòd ratio eius conſiſtit in negatione, ſic negat diuiſionem. & per conſequens, compoſitionem præexiſtentem, & ita negat rationem principii: quia ea in quæ aliquid diuiditur, ſunt principia integrantia ipſum, & ita vnitas, habet ſimilitudinem cum innaſcibilitate ſicut & ęternitas vt dicit Magiſter. Similiter etiam æqualitas ſecundum propriũ modum ſuæ proceſſionis cõuenit filio, vt patet in omnibus nominibus perſonalibus ipſius filii. Ex eo enim dicitur filius quod recipit æqualem, & eandem naturam quam habet generans, ſimiliter etiam imago includit in ſe rationem æqualitatis, & ſimiliter verbum perfectum. Ita etiam nexus conuenit ſpiritui ſancto ex modo ſuæ proceſſionis, inquantum eſt amor patris & filii quo vniuntur, & etiam eſt connectens nos Deo inquantum eſt donum.

E ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd differt vnitum & vnum: quia vnitum eſt quod ex pluribus vnum effectum eſt. vnde vnio importat relationem quandam plurium ſecundum quòd in vno conueniunt: ſed vnum abſolute dicitur. Vnde dicendum, quòd vnitas ſecundum quòd ponitur pro vnione plurium in vno amore, attribuitur ſpirituiſancto, ſecundum autẽ quòd abſolute ſumitur inquantum eſt principium, habet ſimilitudinem ad proprium patris. vnde appropriatur patri.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd tres notiones in patre non ſunt tres res, ſed tres rationes innoteſcendi: vnde pluralitas notionum non impedit quin ſibi vnitas approprietur, & præcipue cum ratio vnitatis cum omnibus notionibus eius ſimilitudinem habeat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd æqualitas non eſt vnitas, ſed relatio: vnitatem conſequens, & ideo appropriatur filio qui adæquat patrem procedens ab eo, quamuis non approprietur ſibi vnitas.

¶ Ad quartũ dicẽdũ, quod ſicut æqualitas appropriat filio, ita & ſimilitudo, ſed Aug. poſuit æqualitatẽ, quia in diuinis æqualitas

includit ſimilitudinem: & non econuerſo. Cum.n.in diuinis, non ſit quantitas, niſi virtutis, quæ fundatur in aliqua forma: ſequitur vt quæcunque conueniunt in quantitate virtuali conueniant in forma. & ita ſi ſunt æqualia, ꝙ ſint ſimilia: ſed non conuertitur: quia ęqualitas priuat exceſſum, quem non priuat ſimilitudo. vñ duo quorum alter altero albior eſt ſunt ſimiles in albedine: ſed non ęquales.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ nexus, vel cõnexio amoris ꝓprium eſt ſpi. ſancti. Sed quia q̃cunq; cõueniunt in aliquo vno poſſunt dici cõnexa ĩ illo: ideo connexio abſolute dicta non importat, niſi conuenientiã quandam: & ſic non eſt proprium ſpi. ſancti: ſed appropriatũ. Si tamen ſumeretur, vt eſt proprium, non eſſet magnũ inconueniẽs, quòd aſſignatio nõ eſt vniformis ſimpliciter: quia hmõi attribuũtur pſonis, inquantum ſunt appropriata, & ſic accedunt ad rationẽ propriorum. vnde proprium & appropriatum, inquantum appropriatum, non habẽt rationem diſſormitatis.

ARTIC. II.

*b Vtrũ omnia ſint unũ propter patrẽ.*

Ibidem 1. de doct. Chriſt. c. 5. to. 3. †vbi ſup. †vbi ſup.

AD SECVNDUM ſic proceditur. Videt̃ falſum, qđ dicit Aug. Cũ.n. hæc prępoſitio, ꝓp. importet habitudinẽ alicuius cauſæ, cũ dr̃, ꝙ oĩa ſunt vnum ꝓp patrẽ: aut importat habitudinẽ, quaſi efficientis, aut quaſi formæ. Si quaſi formæ, tunc falſum eſt: quia filius formaliter loquendo, non ẽ vn⁹ cũ patre: ſed eſſentia diuina, vel ꝓprietate ſua, vel ſeipſo. Si quaſi efficientis, ſic idẽ erit dictu ꝓp patrẽ, ac ſi diceretur, ꝙ habet vnitatẽ a pr̃e: ſed ſicut habet vnitatẽ a pr̃e fili⁹: ita & æqualitatẽ. ergo ſicut dñr oĩa vnũ ꝓp patrẽ: ita dñr oĩa æqualia propter patrẽ, & ſic diſtictio nulla eſſet. †Io. 10.

¶ 2 Præt. Quicquid ſit de patre, conſtat ꝙ filius nullam rationem principij habeat reſpectu patris. Si ergo hæc præpoſitio propter, importat habitudinem alicuius principij videtur omnino falſum, quod dicit, ꝙ omnia ſunt æqualia propter filium.

¶ 3 Item. Sicut idẽ eſt Deo ſapere quod eſſe: ita idem eſt eſſe ęqualem Deo, quod eſſe: ſed non poteſt dici, ꝙ omnia ſint in diuinis propter filium: ergo nec ꝙ omnia ſint æqualia.

CONTRA eſt quod in littera dicitur.

RESPON. Dicendũ, ꝙ dictũ Augu. põt verificari dupl̃r. ſ. quãtũ ad proprietatẽ perſonarũ, & quãtum ad numerũ ipſarũ. Si.n. conſideremus numerũ, ſic vnitas ſtatim in patre inuenit̃. F & ideo propter eũ, in quo primo vnitas inuenitur, ſecundũ ordinẽ naturæ oĩa dicuntur vnũ. Sed binarius perſonarũ primo inuenit̃ in filio, q̃ procedit alius a patre, & ſilr̃ æqualitas, q̃ primo in duob⁹ inuenit̃: & ꝓp hoc oĩa ꝑ filiũ æqualia dñr: ſicut ꝓp eũ, in quo primo æqualitas inuenit̃. Sed in ſpi. ſcõ primo inuenit̃ ternarius, & ſilr̃ cõnexio, q̃ tria req̃rit: duo connexa, & vnũ cõnectẽs, & ꝓp hoc oĩa dñr cõnexa ꝓp ſpi. ſcm̃. Si aũt cõſiderem⁹ proprietates perſonarũ: in pr̃e inuenit̃ rõ principij quaſi primi: & q̃a in qualibet natura ĩuenitur vnũ principiũ nõ de principio a cuius vnitate ẽ, ꝙ vna ĩ oĩb⁹ natura propagetur, oĩa dñr vnũ ꝓp patrẽ. & hoc vr̃ tãgere Hila. in quadã notula. Si cõſideremus propriũ filij, ſcd̃m oĩa propria ſua cõuenit ſibi, ꝙ adæquet, vel coęquet patrẽ. & inq̃tũ filius, & inquantũ verbũ, & inquãtum imago. Sicut aũt dicimus, ꝙ relationes, q̃ ſunt ad creaturam reſultant ex creaturis, inquãtũ referũtur in Deũ: ita ẽt relationes qb⁹ pr̃ refert̃ ad filiũ, ſuppoſitis relationibus diſtinguentib⁹ reſultãt ex hoc, ꝙ filius refertur ad patrẽ, & ꝓp hoc pr̃ dr̃ æqualis filio, inquãtũ filius coęquat patrem: & ex hoc ẽt ſequitur, ꝙ ſpi. ſcũs, ſit æqualis vtrique. Niſi.n. filius, qui eſt principiũ ſpi. ſancti eſſet æqualis pr̃i, nullo mõ æqualẽ amorem ſpiraret: & ita quodãmõ ex æqualitate filij, reſultat æqualitas in tota trinitate. Silr̃ ẽt propriũ eſt ſpi. ſancti, ꝙ procedat vt amor, & amor habet rõnem nexus. & iõ oĩa dñr ꝓp ſpi. ſcm̃ cõnexa. Poſſet tamen breui⁹ exponi, vt diceret̃, ꝙ ſunt omnia vnũ propter patrem, id eſt, propter vnitatẽ eſſentialem, quæ appropriatur patri, & ſic de aliis.

In expõne text. huius diſt. hr̃. †c. 3. to. 3. †1. Cor. 3. †1. Cor. 6.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ cum dicitur, quòd omnia ſunt vnum propter patrem: ly propter, non tantum dicit habitudinem principij per modum efficientis: ſed etiam per modum formæ: inquantũ vnitatem principij, ſequitur vnitas formę. ſ. diuina eſſentia, qua in diuinis omnia vnum ſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut creaturæ, non ſunt principium Dei: quàmuis dicatur Deus relatiue: propter hoc, ꝙ ad ipſum creaturæ referuntur: quia huiuſmodi relationes, nõ ſunt realiter in Deo: ita etiam non ſequitur, ꝙ filius ſit principium patris: quia æqualitas, non ponit in Deo relationem realem.

¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad tertium. Non enim dicuntur omnia eſſe æqualia propter filium, quia filius ſit principium æqualitatis in patre: ſed vt dictum eſt. In cor. ar.

ſpiritumſanctum. Itaque pater & filius, & ſpirituſſanctus, & ſingulus quiſque horum Deus eſt, & ſimul omnes vnus Deus, & ſingulus quiſq; horum plena ſubſtantia eſt: & ſimul omnes vna ſubſtantia. Pater nec filius eſt, nec ſpirituſſanctus: & filius nec pater eſt, nec ſpirituſſanctus. Spirituſſanctus nec pater eſt, nec filius: ſed pater tantum pater, & filius tantum filius, & ſpirituſſanctus tantum ſpirituſſanctus. Eadem tribus æternitas: eadem incommutabilitas, eadem maieſtas, eadem poteſtas. In his verbis aperte inſinuatur pſonarũ triũ diſtinctio.

*Quare patri attribuatur unitas, & filio æqualitas.*

SED plurimos mouet, quòd patri attribuit vnitatem, filio ęqualitatem. Cum enim vnitas dicatur, ſecundum ſubſtantiam, non tantum in patre eſt: ſed etiã in filio, & in ſpirituſancto, & ęqualitas vna eſt patris, & filij, & ſpirituſſancti. Cur ergo patri attribuitur vnitas, & filio æqualitas? Forte eadem ratione attribuitur patri vnitas, ſecundum Auguſt. qua ſupra eidem ęternitas, ſecundum Hila. quia videlicet, pater ita eſt, vt ab alio non ſit. Et quia filium genuit vnum ſecum Deũ, & ſpirituſſanctus ab eo procedit vnus, cum eo Deus. Vnitas ergo in patre eſſe dicitur: q̃a nec eſt aliq̃d aliud a quo ſit. Non enim ab alio eſt, nec ab eo, aliquis vel aliquid eſt ab æterno: quod vnum cum eo non ſit: filius enim, & ſpirituſſanctus vnum ſunt cum patre. Vnde veritas ait. Ego & pater vnum ſumus.

*Quare pater, & filius dicantur eſſe unum, uel unus Deus: ſed nõ unus: quia res eiuſdem naturæ recte poſſunt dici unum ſimpliciter eſſe, & cũ adiectione. Res uero diuerſæ naturæ, non poßunt dici unum, niſi dicatur, quid unum.*

G HIc dici oportet, ꝙ pr̃, & filius, & ſpi. ſan. recte dicuntur eſſe vnum, & vn⁹ deus; ſed non vnus. Res.n. duæ, vel plures, recte põt dici vnum eſſe: ſi ſint vnius eſſentię, & earũ vna ſit natura. Vn⁹ aũt, vel vna, nõ põt dici de diuerſis reb⁹, niſi addat̃, q̃d vnus, vel vna. Quo addito, recte põt dici de rebus, & vnius, & diuerſæ ſubſtantiæ. Vñ Aug. in 6. lib. de Tri. ſic ait. H Neſcio vtrũ inueniatur in ſcripturis dictum, vnum ſunt quorum eſt diuerſa natura. Si autem, & aliqua plura ſunt eiuſdẽ naturę & diuerſa ſentiãt, non ſunt vnũ, inquãtum diuerſa ſentiunt. Cũ ergo ſic dr̃ vnum, ut non addat̃, q̃d vnum, & plura vnum dicunt̃ eadem natura, atq; eſſentia, nõ diſſidens, neq; diſſentiens ſignificatur. Vnde Paulus, & Apollo, q̃ & ambo hoĩes erãt, & idẽ ſentiebãt, vnum eſſe dicunt̃ cũ dr̃. I Et q̃ plãtat, & q̃ rigat vnum ſunt. Cum vero addit̃, q̃d vnũ: põt ſignificari, aliquid ex pluribus vnum factum, quàmuis diuerſa natura ſit; ſicut aĩa & corpus, nõ poſſunt vtiq; dici vnum. Quid.n. tã diuerſum, niſi addatur, vel ſubintelligatur, q̃d vnũ. ſ. vnus hõ? Vnde Apoſt. Qui adhæret, inquit, dño: ſpũs vnus ẽ. Nõ dixit vnus eſt, vel vnũ ſunt: ſed addidit ſpũs. Diuerſi ſunt .n. natura ſpũs hoĩs, & ſpũs Dei: ſed inhærẽdo fit ſpũs hoĩs vnus K ſpũs cũ Deo; q̃a particeps fit veritatis, & beatitudinis illi⁹. Si ergo de his, q̃ diuerſę ſubæ ſunt





## EXPOSITIO TEXTVS.

PRAETEREA conſiderari oportet.} tria quærit de æqualitate. Primo, vtrum dicatur relatiue, vel abſolute, ad hoc reſpondet, quòd relatiue. ibi {Ad quod dicimus.} Secundo, quærit ſecundũ quid attendat̃ ęqualitas: vtrum ſecundũ vnitatem eſſentiæ, vel ſecundum vnitatem relationis. Et oſtendit, quòd ſecundum vnitatem eſſentiæ. & ideo ęqualitas ſecundum eſſentiam dicitur & hic. ibi {Eſt tamẽ æqualis.} Tertio, quærit quid ſit æqualitas. Et ad hoc reſpõdet, quòd eſt relatio in Deo, ſecundũ nomen tm̃. ibi {Et appellatio tãtum &c.} {Imago ſi perfecte implet &c.} ex hoc videtur, ꝙ in diuinis non ſit mutua æqualitas ſi pater ſuę imagini, non coæquatur. Sed dicendum, quòd ſicut filius eſt ęqualis patri: ita & pater filio, cum quantitas virtualis perfecte ſit in vtroque. Sed coæquare dicit motum ad coęqualitatem: & quàmuis in diuinis non ſit motus: eſt tamen ibi acceptio æqualitatis, & quia filius accipit æqualitatem a patre: & non econuerſo: ideo filius coæquatur patri, & non econuerſo. {Identitatem} id eſt, omnia idem in natura. Hila. lib. de ſyno. imago eſt &c.} hæc notula ĩducitur ad oſtendendum, ꝙ imago coæquatur ei cuius eſt imago, in qua notula duo facit Hila. Primo, ponit diffinitiones imaginis, quæ patent ex his quæ dicta ſunt. 28. diſt. Secundo, ex illis diffinitionibus concludit duas concluſiones. Per quarum vnam oſtenditur diſtinctio filij a patre ex hoc, quòd imago ad aliquid refertur, & hoc ibi {Eſt ergo pater &c.} Per ſecundam vero oſtenditur vnitas naturæ propter ſpeciei indifferentiam, quæ eſt de ratione imaginis: & hęc ibi {Imago &c.} Alia notula. {Siquis innaſ. &c.} Hæc notula inducit ad oſtendẽdum quomodo omnia ſunt vnũ propter patrem. Et eſt intentio Hila. dicere, ꝙ cum in qualibet natura ſit vnum principium non de principio, ſi aliquis poneret ĩ diuinis duos innaſcibiles, poneret duas naturas, & ita duos deos: ſed oportet vt ſcd̃m ordinem vnius naturæ, ſit relatio in vnum principium, non de principio, qui eſt pater. {Initiabile} ideſt, initiatiuum. {Ex innaſcibili eſſentia} ideſt, ex patre innaſcibili, qui eſt eſſentia. {Omnia hæc gradu.} contrariũ eſt, quod ſupra dixit Hiero. 25. diſt. quòd in diuinis perſonis, non eſt gradus. Et dicendũ, ꝙ hic ponit duplicem relationẽ: vnã creaturæ ad filium; & in hac relatione eſt gradus, & aliã filij ad patrem, in qua non eſt gradus: poteſt tamen dici, quòd gradus large ſumitur pro ordine. Alia no. {Omnibus creaturis.} Hæc notu-

†Hæreſ. 49. to. 6. †Hæreſ. 41. †Io. 10.

A la inducitur ad oſtendendum, quomodo pater, & filius vnum ſunt in natura: quod probat ſic. Quia principium creationis rerum eſt voluntas: & ideo tales fecit Deus res, quales voluit, & non quales ipſe eſt in natura ſua: ſed principium generationis filij eſt natura patris. ergo oportet, quòd filius non ſolum ſit talis qualem pater voluit: ſed qualis pater eſt in natura. vnde dicit. Si genitus in ſubſtantia Dei, id eſt, filius qui eſt nat⁹ de natura pr̃is. {Attulit} ideſt, accepit. {Secundum originem} ideſt, per generationẽ. {Eſſentiam naturæ.} ideſt, talem eſſentiam qualis eſt natura patris. & {Nõ eſſentiam voluntatis} ideſt, qualem voluntas habuit. {Secũdum creaturas}. i. ſicut creaturæ acceperunt. Alia notula. {Vnius formæ ex.} Hoc inducitur ad oſtendendum, quomodo omnia connexa ſunt per ſpiritum ſanctum. Et intẽtio Hila. eſt recitare, ꝙ quædã ſynodus fuit congregata cõtra Sabellianos: qui dicebant eandẽ eſſe perſonam pater, & fili⁹, & ſpirituſſanctus. Contra quos Synodus ad hoc, vt diſtingueretur ordo perſonarum, & gloria vel dignitas perſonalis, & ſubſtantia. i. hypoſtaſis confeſſa eſt eſſe patrem, & filium & ſpiritumſanctum per ſubſtãtiam tria, & per conſonantiam vnum. Et acceperũt ſubſtantiam, non ꝓ eſſentia, ne diuiſionem eſſentiæ, ſecundum Arrianos inducerent: ſed pro hypoſtaſi: vt Sabellianam confuſionem excluderent. Et dixerunt, quòd ſunt per conſonãtiam vnum, inquantum vniuntur amore, qui eſt ſpirituſſanctus. {Quæ veritatem pater &c.} †diſt. 10.

E Sabelliana hæreſis dixit iſtis nominibus diſtinctis pater, & filius, & ſpirituſſanctus, quæ in ſcriptura inueniuntur non ſubiacere, aliquam in re diſtinctionem, & ꝙ eadem res habuit nomen pater, & filius, & ſpirituſſanctus: ex quo ſequebatur, ꝙ nõ eſſet veritas nominum: quia nulla res vere ſuiipſius pater eſt. Alia notula. {Cum Deum pa. conſi. &c.} hæc notula inducitur etiam contra Sabellianos, & Arrianos. Dicit enim ſimul, ꝙ cum nos nominemus filium Deum, ſicut & patrem, & non dicamus plures Deos, ſed vnum, conſtat, ꝙ eſſentia patris, & fil. eſt vna: cuius nomen eſt vnum, ideſt, ſingulariter prædicatur, & quia vterque dicitur Deus. Sed hoc non ſequitur, quòd non ſit aliqua perſona genita, quæ accipit eſſentiam eandem numero a perſona generante. {Religioſa vnio} ideſt, fidelis confeſſio, quę nomen Dei ſingulariter, & communiter prædicatur. {Non ademit} ideſt, non abſtulit perſonæ genitę eſſentiã, id eſt, perſonam filij geniti, qui eſt eſſentia. {Conſtitutam} ideſt, natam ex eſſentia patris indeficientis naturæ.

recte dicitur, quòd ſint vnus ſpiritus; quanto magis qui vnius ſubſtantię ſunt; recte dicuntur vnus Deus eſſe? Pater ergo, & filius vnum ſunt, vtique ſecundum vnitatem eſſentiæ, & vnus Deus. In quo & Arriana hæreſis damnatur, quæ patrem, & filium, & ſpiritumſanctum: vt ait Aug. in lib. de hæres, nõ vult eſſe vnius eiuſdemq; ſubſtãtiæ, atque naturæ: vel vt expresſius dicatur eſſentiæ: quæ græce dicit̃ vſya: ſed filium eſſe creaturam. Necnon, & Sabelliana, quæ, vt ait, Aug. in eo. lib. dicebat Xp̃m eundem ipſum, & patrem, & ſpiritumſanctum eſſe: vt eſſet Trinitas nominũ ſine ſubſiſtentia perſonarum. Vtranque peſtem: vt ait Aug. ſuper Io. elidit veritas dicens. Ego & pater vnum ſumus. Vtrunque audi, & aduerte, & vnum, & ſumus, & a Caribdi, & a Scilla liberaberis. Quòd enim dixit vnum: liberat te ab Arrio, quòd dixit ſumus: liberat te a Sabellio. Si vnum, ergo non diuerſum. ſi ſumus: ergo pater & filius. Sumus.n. non diceret de vno; nec vnum de diuerſo. Erubeſcant ergo Sabelliani, qui dicunt ipſum eſſe patrem, qui eſt filius, confundentes perſonas: qui & dicti ſunt Patripasſiani: qui dicunt patrem fuiſſe paſſum. Arriani vero dicunt aliud patrem eſſe, aliud filium, non vnam ſubſtantiam ſed duas: patrem maiorem, filium minorem. Noli hoc dicere tu catholice. In medio ergo nauiga. vtrunque periculoſum latus deuita & dic. Pater, pater eſt, & filius filius eſt. Alius pater: alius filius, ſed non aliud, immo hoc ipſum: quia vnus Deus. Ecce oſtenſum eſt, quare vnitas in patre eſſe dicatur, cũ tres vnum ſint.

*Quare dicatur eſſe æqualitas in filio: cum ſit una æqualitas trium.*

B NVnc videamus quare æqualitas dicatur eſſe in filio, cum vna & ſumma æqualitas ſit triũ. Hoc ideo forte dictum eſt; quia filius genitus eſt a patre ęqualis gignenti, & dono, quod ab vtroque ꝓcedit: & ideo illa tria dicuntur eſſe æqualia propter filium. Filius enim habet a patre, vt ſit ei æqualis, & ſpirituiſancto, & ſpi C rituſſanctus ab vtroque habet, vt ſit æqualis vtrique. Hoc autem ſine aſſertionis ſupercilio, & maioris intelligentiæ præiudicio dicimus: malẽtes in apertione tam clauſorum ſermonũ peritiores audire, quàm aliq̃d aliis influere.

*Quare in ſpirituſancto dicatur eſſe utriuſque concordia, uel connexio.*

D QVòd autem in ſpiritu ſancto dicit̃ eſſe vtriuſque concordia, & per eum omnia connexa, facilior eſt, intelligentia nobis præmiſſa ad mentem reuocantibus. Supra enim ſecundum authoritates ſanctorum dictum eſt, quòd ſpirituſſanctus amor eſt, quo pater diligit filium, & filius patrem. Recte ergo ſpi. ſcũs

# DISTINCTIO XXXII.

## Divisio textus.

Postquam determinauit de propriis & appropriatis personarum: hic inquirit qualiter adinuicem diuinę personę comparentur secũdum propria vel appropriata. (5. de trini. c.11.) Et diuiditur in partes tres. In prima oñdit qualiter comparentur ſm propriũ vel appropriatũ spiritui sancto. (c.3.to.3. di.70.& 17) In secunda qualiter comparentur ſm propriũ vel appropriatum filii. ibi{Præt. Diligẽter inuesti.}In tertia inquirit qualiter cõparentur secundum vtrunque simul, scilicet de vno per comparationem ad alterum. ibi{Præt. Diligenter notandum.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem: secundo determinat eam. ibi{ Huic quæstioni &c.}{Præt. Diligẽter.}Hic iquirit quomodo comparentur ſm appropriatum filii quod est sapiẽtia. Et diuiditur ĩ partes duas. In prima, mouet quæstionẽ & determinat ueritatem. In secũda excludit quãdã dubitationem ex determinatiõe occasionatam. ibi { Post hoc quæri solet.}Prima in duas. In prima inquirit vtrũ pater sit sapiens sapientia genita vel ingenita & determinat eam. In secunda inquirit († c.5.to.3.) vtrũ filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita: & determinat eam, primo ostendens quòd non est sapiens sapientia genita sed a sapientia ingenita: secundo, ostendens q̃ est sapiens per sapientiam ingenitã. Et sic patet responsio ad q̃onem per distinctionẽ, quia ablatiuus sapientia, potest construi in habitudine principii efficientis. & sic est sensus q̃ sit sapiẽs a sapiẽtia genita, & hoc falsum est. Vel põt construi in habitudine causæ formalis, & sic est sensus, q̃ sit sapiens per sapientiam genitã formaliter, & hoc verũ est, & hoc dicit. ibi {Ex prædictis constat &c.} {Post hoc quæri.}Hic excludit dubitationẽ ex prædictis ortam. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem: secundo ponit determinationem. ibi { Sed & his similia: tertio manifestat per similitudinem. ibi{Et sicut in trinita.} {Præter. Diligenter no.}Hic inquirit de vno per cõparationẽ ad aliud. Et primo mouet quæstionem. Secundo addit quæstionis difficultatẽ relinquens q̃onem insultam. ibi{Difficile est mihi &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

Primo. De his quæ pertinet ad spiritumsanctum.
Secũdo. De his quæ pertinent ad filium.

Circa primum quęruntur tria.

Primo. Vtrum pater diligat filium spiritusancto.
Secũdo. Vtrum pater diligat se spiritusancto.
Tertio. Vtrum pater & filius diligat nos spiritusancto.

F

dicitur cõnexio, vel cõcordia patris & filii, & per eũ omnia connexa. Vnde Aug in 5. li. de tri. Communio quædam consubstantialis patris & filii est amborũ spiritussanctus. Idem in 7. lib. de Tri. Spiritussanctus est summa charitas vtrũq; cõiungens nosq; subiungens.

## DISTIN. XXXII.

A

*Vtrum pater uel filius spiritusancto diligat, cum diligere idem Deo sit quod eſſe.*

Hic oritur quæstio, ex prædictis deducta, dictum est enim supra atque sanctorum authoritatibus ostensum quòd spiritussanctus est communio patris & filii, & amor quo pater & filius seinuicem diligunt. Ideo quæritur. Vtrum pater vel filius per spritumsanctum diligat. Quod vtique videtur oportere dici secũdum authoritates suprapositas a: quibus ostenditur spiritumsanctum esse quo genitus a gignente diligatur, genitoremque suum diligat. Sed econtra, si pater vel filius dicatur diligere per spiritum sanctum, videtur esse per spiritumsanctũ, quia non est aliud Deo esse & aliud diligere, sed idem, quia vt ait Augu. in 15. lib. de tri. Quicquid secundũ qualitates in illa simplici natura dici videtur, secũdum essentiam est intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritumsanctum, per ipsum spiritum esse videtur, neque tantum essentia sua diligit sed etiam dono. G

*b Hæc quæstio insolubilis est, humanum superans sensum, in qua authoritates sibi occurunt.*

Quic quæstioni cum altitudinem nimiæ profunditatis cohtineat, id solum respondemus quod Aug. significare videtur, scilicet quòd pater & filius se diligant & vnitatem seruent, non solum essentia sua, sed suo dono proprio, quod licet suprapositum sit, iterare tamen non piget: quia sic expedit. Ait ergo † Aug. in 6. lib. de trini. ita. Manifestum est q̃ non aliquis duorum est quo vterque coniungitur quo genitus a gignente diligatur, genitorque suũ diligat, sintque non participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes vnitatẽ pacis. Ecce hic dicit quòd es- H I

### Articvlvs primvs.

*a Vtrum pater diligat filium spiritusancto.*

Ad primum sic proceditur. Videt quòd pater non diligat filium spiritu sancto. Sicut enim idẽ est Deo esse quod sapere, ita idem est Deo esse quod diligere. Sed De[9] pater nõ dicit esse aliquo modo spiritusancto, ergo videtur quòd nec diligere.

¶ 2 Præter. Cum dicitur pater, diligit filium spiritusancto, oportet quòd ablatiuus construatur in habitudine alicuius causæ. Vel quasi. efficientis. vel quasi formalis. sed omnis talis cõstructio potest resolui & exponi per aliquam præpositionem designantem habitudinem causæ. ergo videtur quòd pater diligat filium vel a spiritusancto vel p̃ spiritumsanctum: harum autem vtraque videtur esse falsa, quia spiritussanctus non habet aliquam habitudinem principii respectu patris, sicut præpositio designat. († c.5.to.3.) ergo videtur: quòd etiam hoc sit falsa, pater diligit filium spiritussancto.

¶ 3 Item hoc verbum diligit, aut significat actum essentialem, aut notionalem. Si essentialem cum idem iudicium sit de omnibus essentialibus poterit loco eius poni alius actus essentialis, vt dicatur pater uiuere spiritusancto, vel intelligere aut uelle, quod falsum est. Si autem dicat actum notionalem non dicit aliam notionem quàm communem spirationem. ergo loco eius poterit poni hoc verbum spirat, vt dicatur pater spirat spiritumsanctum spiritusancto, quod falsum est. ergo & prima omnibus modis falsa est.

¶ 4 Pręter. Omnis amor quo aliqui se diligunt, est vinculũ vel nexus veniens eos; sed spiritussanctus non potest unire patrem & filium, quia omne vniens habet aliquem influxum super vnita sicut vnionem faciens, ergo videtur quòd pater & filius non diligant se spiritusancto. K

Contra, sicut amor alicuius hominis procedit ab eo, ita & spiritussanctus procedit a patre & filio vt amor, sed vnus homo diligit alium amore qui ab ipso procedit, ergo & pater diligit filium spiritusancto, qui est amor ab ipso procedens, & est ratio Hugo, de Sancto Victo.

¶ Præter. Omni amore perfecto aliquid diligitur, si ergo spiritussanctus est amor perfectus, quod vtique verum est, videtur quòd eo aliquis diligat & aliquis diligatur, sed non nisi pater & filius, ergo pater & filius diligunt se spiritusancto. (lib.7. de tri. ca. 23. & in epi. ad Ber.)

Respondeo dicendum, quòd circa hoc sunt plurimæ opiniones. Quidam enim dicunt omnes huiusmodi locutiones esse falsas & in suo simili ab August. retractatas, vbi retractauit quod prius dixerat patrem sapientia ab eo genita, sapientem esse, vt in notula in littera posita patet. Sed



sentia sua & dono suo seruant vnitatẽ. Idẽ ĩ 15. lib. de tri. ait. In illa trinitate quis audeat dicere patrẽ nec se nec filiũ nec spiritũsanctũ diligere, nisi per spiritumsanctum? Hic aperte ostendit patrem non tantum per spiritumsanctum diligere. Non autem simpliciter dicit patrem non diligere per spiritumsanctum.

*B Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut diligit amore, qui ab ipſo procedit.*

Præterea diligenter inuestigari oportet a vtrum pater sapiens sit sapientia quam genuit quæ tantum filius est? Quod videtur a simili posse probari. Si. n. pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur non & sapientia vel intelligentia quam ipse genuit, sapit vel intelligit? Hanc quæstionem vrgere videtur, vt ait † August. in 6. lib. de trinita. quod scripsit Apostolus, dicẽs Christi dei virtutem & dei sapientiam. Vbi quæritur vtrum ita sit pater sapientię & virtutis suæ, vt hac sapiẽtia sapiens sit quam genuit, & hac virtute potens quam genuit. Sed absit vt ita sit, quia si hoc est ibi esse quod sapere, nõ per illam sapientiam quam genuit sapiẽs dicitur pater, alioquin non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit causa, est illi vt sapiens, sit etiã vt sit ipsa illi causa est quod fieri non potest, nisi gignendo eum aut faciendo sed nec genitricem, nec conditricem patris vllo modo quisquam dixerit sapientiã. Quid enim est insanius? Ergo pater ipsa sapiẽtia est qua sapiẽs est: Filius vero dicitur sapiẽtia patris, & virtus patris, non quia pater per eum sit sapiens vel potens, sed quia filius sapientia & virtus est de patris sapientia & virtute. Ex his ergo patet quòd pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita. B C

*b Vtrum filius ſit ſapiens ſapientia genita uel ingenita.*

Post hæc quęri solet a quibusdam vtrum filius sit sapiens sapientia genita vel ĩgenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est. Si vero sapiẽtia ingenita sapiẽs est, non videtur sapiens esse sapiẽtia ingenita, & ideo non videtur esse sapiens a patre, cum a patre habeat omnia. Ad quod dicimus, quòd vna est sapientia patris & filii & spiritussancti: sicut una essentia, quia sapientia in illius naturæ simplicitate est essentia, & tamen filius tantum est sapientia genita & pater tantum est sapientia ingenita & sapiẽtia genita, est de sapiẽtia ĩgenita, vel a sapiẽtia ĩgenita. Et cũ idẽ sit ibi esse qòud sapientem esse, relin- D

Sed hoc non videtur conueniens, quia August. ea quę retractare voluit specialiter expressit. Et præterea ipse non retractauit dicta aliorum, sed tantum sua. vnde cum ipse & omnes alii cõmuniter talibus locutionibus vtantur, præsumptuosum videtur eas negare. Ideo alii dicunt eas quidem veras esse, sed improprias, & sic exponendas. pater & filius diligũt se spũsancto, (c.7.to.3.) idest, amore essentiali, qui spiritui sancto appropriatur. Hoc ẽt non videtur conueniens, quia sic etiam pater diceret sapiens filio, idest sapientia essentiali quæ filio appropriatur, & diceretur bon[9] spiritusancto propter eandẽ rationem. Ideo alii dixerunt quòd est vera & propria, & horũ multiplex ẽ opinio. Quidam. n. dicũt q̃ ablatiuus ille resoluẽdus est in præpositionem vt sit sensus. Pater diligit filium spiritusancto, idest, per spiritumsanctũ. & tũc quod ly per. denotat subauthoritatẽ in spiritu sancto, & authoritatem in patre & filio, sicut cũ dr̃, q̃ pater operatur per filium. Sed hoc non vr̃ conueniens, quia per præpositionẽ per, designat habitudo causæ in causali cui adiũgitur, quàmuis nõ respectu operantis, sed (cap.1. to.3. 1.cor. ca.1.) respectu operati, fili[9] .n. habet causalitatẽ in creatura, quamuis nõ sit principiũ operationis in patre, sed cũ dr̃, pater diligit filiũ per spiritumsanctum non denotatur aliquis effect[9] in creatura, nec aliquid cuius principiũ spiritussanctus sit, & ideo nõ est similis rõ dicendi. Et ideo quidã dicunt q̃ ablatiuus construitur in habitudine signi & quasi effectus, quia sicut generatio quodãmmodo terminatur ad filiũ, ita spiratio quæ designatur in dilectione terminatur ad spiritumsanctũ. vnde exponũt sic. Pater & filius diligunt se spiritusancto. i. spiritussanctus est signũ q̃ pater & filius diligũt se. Sed hoc non vr̃ conueniẽs, quia ẽt amor creat[9] est signũ dilectionis qua pater & fili[9] diligũt se, & ita per viã istã diceret̃ q̃ pater, & filius diligũt se amore creato, quod falsum est. Prær. spũssanctus est amor patris, & amore formaliter aliquid diligitur, & ita spiritusancto ẽt formaliter loquẽdo pater diligit. Et ideo alii dixerũt q̃ ablatiuus ille construitur in habitudine formæ, quia pater & filius formaliter amore diligunt qui est spiritussanctus. Sed hoc ẽt ex toto nõ vr̃ sufficiẽs, quia forma nõ denominat aliquid nisi in hęreat, & ita cũ spiritussanctus nõ se habeat ad patrẽ vt inhærens, sed ut per se subsistens non potest esse q̃ sit sicut forma eliciens actũ dilectionis. Et præterea forma habet rõnem principii respectu eius cuius est forma, quæcunque forma sit, vel quantũ ad esse substãtiale vel accidẽtale, & operationẽ consequẽtẽ, & ita spiritussanctus esset principiũ alicui[9] in patre, quod falsum est. Et iõ alii dixerunt quorũ vr̃ esse author Hugo, de S. Vic. q̃ construitur in (vbi supr. in Epi. ad Ber.) habitudine. q. effectus formalis, vt dicat̃ effectus largo modo oẽ id qđ a principio est, quia proprie in diuinis non est efficiẽs & effectum, & formale dicatur, qđ habet actũ formæ in denominãdo. Et est sensus a patre & filio procedit amor qui est spũs sanctus quo diligit se. vnde hæc opinio simul concludit duas vltimas prędictarũ. Vnde perfectius continet ueritatem & sibi cõsentiendũ vr̃. Tamen ad explanationẽ eius sciendũ est q̃ ſm diuersam naturã generis diuersus est mod[9] denominatiõis. Quędam enim genera secundum rationem suam significant vt inhærens, sicut qualitas & quantitas, & huiusmodi, & in talibus non fit denominatio nisi per formã inhærentẽ, quæ est principium ſm aliquod esse vel substãtiale vel accidentale. Quædam autẽ significant secundum rationem suam vt ab alio ens & non vt inhęrens, sicut precipue, patet in actione. Actio enim secundũ quòd est actio significatur ut ab agente. & q̃ sit in agente hoc accidit sibi inquantũ est accidens. Vnde in genere actionis denominat̃ accidens per id qđ ab eo est, & non per id quod principiũ eius est. sicut dicitur actione agens, nec tamen actio est principium agentis, sed econuerso. Et si per impossibile poneretur esse aliquam actionem quæ non esset accidens non esset inhęrens, & tamen denominaret agentem, & tũc agẽs denominaretur p̃ id quod ab eo est, & in eo non est vt inhęrẽs. Sed quia cuiuslibet actionis principiũ est aliquã forma inherẽs ideo aliquid potest dici agens duobus modis. Vel ipsa actione quæ denominat agẽtem, & non est principium eius. Vel forma quæ est principium actionis in agente, & secundum quid principium agentis, sicut dicimus ignem moueri sursum motu proprio & leuitate. His visis patet de facili qualiter concedendum sit quod dictum est, & quid est quod dubitationem induxerit. Diligere enim in diuinis potest dici & essentialiter secundum q̃, nõ importat nisi processionem secundum rationem, vel notionaliter secundum quòd importat processionem realem amoris ab amante. Et ab vtroque modo inuenitur amor dupliciter dici, scilicet vt qualitas prout amor significat habitum amantis in amante, & vt operatio prout amor significat actum vel passionem amantis in amante. Si igitur diligere sumatur essentialiter cum dicitur pater diligit filium: dicetur diligere denominatiue amore qui est actus essentialis, & sicut principio illius actus ipsa charitate quæ est substantia diuina. Si autem sumatur notionaliter, tunc si amor significat formam quæ est principium huius actus, dicetur pater diligere filium ipsa proprietate quæ est principium processionis spiritussancti, sicut paternitas est principium generationis filii. Si autem amor nominet ipsam actionem procedentem, sic pater dicitur diligere filium amore qui est spiritussanctus, vel spiritu sancto, licet hoc non adeo expressam cõtineret veritatẽ. Et similiter est ĩ aliis nominib[9] p̃sonalibus quæ A E

bus quæ ſignificant perſonam per modum operationis vt verbum;& ideo dicitur,quod pater dicit verbo ſuo.

AD PRIMVM igitur dicendum quòd diligere prout eſſentialiter ſumitur eſt omnibus modis idem quod eſſe & quantū ad rem & quantum ad modum ſignificādi qui eſt ſignificare abſolute in diuinis. Vnde accipiēdo hoc modo diligere nullo modo pater diligit ſpiritum ſanctum. Sed diligere notionaliter ſumptum non idem eſt patri quod eſſe ſecundum modum ſignificandi:quia diligere dicitur relatiue, & eſſe abſolute, & iō nō ſequitur quòd ſpiritu ſancto ſit, quàmuis ſpiritu ſancto diligat. ſicut paternitate eſt pater, nec tamē paternitate eſt, Sed ſapere in diuinis nunquam dicitur niſi eſſentialiter: & ideo nullo modo poteſt dici quod pater ſit ſapiēs ſapientia genita

lib. 15. c. 7. to. 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictum eſt amor perſonalis non ſe habet ad patrem diligentē ut principium dilectionis: ſed magis ut actus denominans,& ideo non conſtruitur in habitudine alicuius principii: nec in habitudine formæ in quantum forma eſt denominans. vt cum dicitur iſte eſt agens actione. Et ideo quia propoſitiones important expreſſe habitudinem cauſæ, nō ita eſt propria iſta, pater diligit filium per ſpiritumſanctum, ſicut hæc. pater diligit ſpiritu ſancto, quàmuis etiam concedi poſſit, inquantum eſt principium denominationis non ſimpliciter, hoc autem, pater diligit a ſpiritu ſancto, nullo modo concedēda eſt, qa dicit principiū p modū efficiētis.

In corp. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non dicit actum eſſentialem, ſed notionalem. Sciendum tamē eſt quòd in actu notionali qui eſt diligere duo intelliguntur, ſcilicet actus ipſe, & exitus actus ab agente, & ipſe actus eſt perſona ſpiritusſancti, ſed emanatio actꝰ ab agente eſt proprie notio, ſiue notionalis actus, qui eſt proceſſio, & ideo etiam perſona ſpiritusſancti, non ſignatur per actū deſignatum verbo, quia verbum ſignificat actum ut egredientem ab agente, ſed ſignificatur per actum deſignatum nomine quod ſignificat actum abſolute ut amor & dilectio, Diligere autem proprie dicit notionem, quia diligere idem eſt ꝙ amorem emittere. Vnde in verbo diligendi importatur & ipſe actus qui eſt perſona, ratione cuius ſecundum illum actum denominatur pater diligens amore qui eſt perſona ſpiritusſancti, & importat æmiſſionem actus, ratione cujus eſt notionale. Sed hoc verbum ſpirat, ſignificat ipſam æmiſſionem actus & non actum æmiſſum, & ideo pater non dicitur ſpirans ſpiritui ſancto ſed actu uel proprietate ſpirationis. Et ſimile eſt de generatione, quia generatio dicit æmiſſionem geniti. Vnde non dicitur quòd pater generat verbo, ſed dicere dicit æmiſſionem verbi & verbum æmiſſum, & ideo dicitur quòd dicit verbo. verbum

F autem noīat id qđ æmiſſum eſt, & non æmiſſionē, & ideo verbū eſt perſonale ſicut & amor, & diligere eſt dicere notionale.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hęc eſt vera, pater & filius vniuntur ſpiritu ſancto, ſecundum quod ſpiritui ſanctus eſt ipſa vnio, ſicut & amor quo formaliter vniuntur, vt dictum eſt, ſicut ab eo qđ ab eis procedit, ſicut aliqui vniuntur vno actu. Nec tamen iſta ſimpliciter concedenda eſt, quòd ſpiritusſanctus vniat patrem & filium, quia vnire ſignificat per modum vnientis effectiue, quod non conuenit ſpiritui ſancto, poteſt tamen concedi ſi intelligatur vniens formaliter ſicut albedo dicitur facere album.

di. 10. q. 1. art. 3.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum pater diligat ſe ſpiritu ſancto.*

Ibidem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd pater non diligat ſe ſpiritu ſancto. Aut enim diligere importat actū eſſentialem aut notionalem. Si eſſentialem, communis eſt toti trinitati & ſignificat diuinam eſſentiā ergo non diligit ſe eſſentialiter ſpiritu ſancto. Si autem ſignificat actum notionalē. Contra, nullus actus notionalis reflectitur ſuper eum a quo eſt. non enim pater generat ſe. Si igitur diligere ſit actꝰ notionalis videtur quòd hoc ſit falſa, pater diligit ſe ſpiritu ſancto.

¶ 2 Preter. Proceſſio ſpiritusſancti ſecundum ordinē naturæ ꝑſupponit gñationē filii, quia ſpiritusſanctus procedit a patre & filio. Sed quicquid conuenit patri ſecundum ſeipſum. poteſt etiam ſibi conuenire generatione filii non intellecta. ergo cum diligere ſe dicatur de patre reſpectu ſuiipſius, videtur quòd nō diligat ſe ſpiritu ſancto: quia ſic ſpiritusſanctus intelligeretur procedere a patre per modum amoris, etiam filio non exiſtēte.

K ¶ 3 Item amor gratuitus ſemper in alterum tendit. vt dicit Grego. quòd charitas minus quàm inter duos haberi non poteſt, ſed charitas creata eſt exemplata a charitate increata. quæ eſt ſpiritusſanctus, ergo videtur quòd amor iſte quo diligit pater ſeipſum non ſit amor perſonalis qui eſt ſpiritusſanctus.

¶ 4 Præter. Quocunque amore amat ſe pater, amat ſe filius & ſpiritusſanctus, ſi igitur pater amat ſe ſpiritu ſancto, ergo & ſpiritusſanctus amabit ſe ſpiritu ſancto; ſed omnis amor procedit ab amante, ergo ſpiritusſanctus procedit a ſeipſo, quod eſt incōueniens, ergo nec pater ſpiritusſancto amat ſe.

CONTRA, Pater eodem amore amat filiū & ſeipſum; ſed filiū diligit ſpiritui ſancto: ergo & ſeipſum ſpiritui ſancto amat.

¶ Præter. Sicut amor eſt proprium ſpiritusſancti, ita & verbum proprium filii, ſed ſecundum Anſel. pater dicit ſe verbo, ſcilicet quod eſt filius ergo & amat ſe amore ab ipſo procedente qui eſt ſpiritusſanctus,

mono. c. 31 & 33.

RESPON-

quitur ut ſapientia genita ſit ſapiens de ſapientia ingenita. Non ergo filius dicitur ſapientia dei tanquam ipſe ſolus intelligens ſit vel ſapiens ſibi & patri & ſpiritui ſancto, quia vt ait Augu. in libro de trinitate † Si ſolus ibi filius intelligit & ſibi & patri & ſpiritui ſancto, ad illam reditur abſurditatem vt pater non ſit ſapiens de ſeipſo, ſed de filio. Nec ſapientia, ſapientiam genuerit: ſed ea ſapientia pater dicatur ſapiens eſſe quā genuit. Vbi enim non eſt intelligentia nec ſapientia poteſt eſſe. Ideoque ſi pater non intelligit ipſe ſibi, ſed filius intelligit ipſe ſibi: ſed filius intelligit patri, profecto filius patrē ſapientem facit. Et ſi hoc eſt Deo eſſe quòd ſapere, & ea illi eſt eſſentia quę ſapientia, non filius a H patre quod verum eſt, ſed a filio potius pater habet eſſentiā, quod abſurdiſſimum atque falſiſſimum eſt. Eſt ergo Deus pater ſapiens ea quæ ipſe eſt ſua ſapientia & filius ſapientia patris eſt ſapiens de ſapientia quæ eſt pater, de quo eſt genitus filius. Ita & pater eſt intelligens ea, quæ ipſe eſt ſua intelligentia. Non enim eſſet ſapiens qui non eſſet intelligens. Filius autem intelligentia patris, de intelligentia genitus eſt quæ eſt pater I de qua & intelligens eſt. Proinde pater eſt ſapientia, & filius ſapientia, & vterque vna eſt ſapientia, & tamē ſolus pater eſt ingenita ſapientia, & filius ſolus genita ſapientia, nec tamen alia ſapientia pater, alia ſapientia filius, ſed una eademque eſt ſicut pater eſt Deus ingenitus, & filius eſt Deus genitus, neque Deus genitus eſt Deus ingenitus; non ideo tamen alius Deus eſt pater alius filius, ſed vnus Deus vterque, non autē vnus. Alius eſt enim genitus alius in G genitus, ſed non alius deus, immo vterque vnū ſiue unꝰ deus. Ita non eſt ſapientia genita ſapientia ingenita, ſed alia eſt ſapientia genita, alia ingenita, non tamen eſt alia ſapientia, ſed una eademque ſapientia.

*An filius ſit ſapiens ſeipſo, uel per ſeipſum.*

EX prædictis conſtat, ꝙ filius non eſt ſapiens a ſe, neque de ſe, ſed de patre & a patre. Queri autem ſolet, vtrum filius ſit ſapiens ſeipſo vel per ſeipſum. Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam & ideo diſtinguēdum fore ita, ut cum dicis filium eſſe ſapientem ſeipſo vel per ſeipſum, ſi ſui natura & eſſentia ſapientem intelligas, verus ſit intellectus. Si vero a ſeipſo vel de ſeipſo ſapientem eſſe intelligas, falſitati ſubiectam habes intelligentiam. Alii vero ſimpliciter & abſque determinatione, concedunt huiuſmodi locutiones: filius eſt ſapiens per ſe, ſed non a ſe vel de



RESPONDEO, dicendum quòd cum dicitur pater diligit ſe ſpiritu ſancto, poteſt intelligi de dilectione eſſentiali vel notionali. Si de dilectione eſſentiali: ſic: ſicut nec filium, ita nec ſeipſum ſpiritu ſancto diligit: ſed charitate eſſentiali & operatione eſſentiali. Si autē intelligatur de dilectione notionali, ſic ſicut filium, ita & ſe ſpiritu ſancto amat: quia diligere notionaliter ſumptum nihil aliud dicit quàm eſſe principium amoris perſonalis qui eſt ſpiritusſanctus: quia amor qui ſignificatur per modum operationis denominat patrem a quo eſt. vt pater dicatur ſpiritu ſancto diligere. Et cū tota ratio dilectionis quæ eſt in filio, ſit in filio ſit in patre: & econuerſo ex neutra parte poteſt impediri quin pater ſpiritu ſancto ſeipſum diligat ſcilicet nec ex parte ſpirantis amorem, nec ex parte diligibilis, quia ipſe pater, ex una parte ſufficiens principium eſt ſpiritusſancti, & ex alia parte ſufficiēs ratio, diligibilitatis in ipſo eſt, & etiam in ſpiritu ſancto. Vnde ſicut pater filium ſpiritu ſancto diligit ita & ſeipſum & ſpiritum ſanctum ſpiritu ſancto diligit.

poſt med.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ intelligitur de actu notionali. Sed ſciendum eſt quòd cum actus omnis notionalis importet rationē principii quantum ad originem diuinæ perſonæ, hoc contingit dupliciter. aut quādoq; deſignatur ratio principii reſpectu eius in quod terminatur actus notionalis, vt cum dicitur pater generat filium. generare enim importat habitudinem principii quæ eſt in generante reſpectu generati, & in talibus non poteſt fieri reciprocatio, vt dicatur ꝙ pater generat ſe, quia nulla pſona eſt principium ſuiipſius. Quandoque autem habitudo principii non importatur reſpectu eius in quod tranſit actus, vt patet cum dicitur, pater dat eſſentiā filio, non enim ſignificatur pater eſſe principium dati quòd eſt eſſentia: ſed eius cui datur. & ſimiliter eſt E in hoc verbo diligere, quod importat habitudinē principii nō diligentis ad dilectum: ſed diligentis ad amorē qui importatur in verbo diligit, & ideo in talibꝰ poteſt eſſe reciprocatio, & hoc contingit, quia verbum diligere non tantum importat emiſſionem, ſed ipſum amorem emiſſum. vnde ſi accipiatur ſeparatim id quod ad originem pertinet tantum, non erit conuerſio. non enim poteſt dici quòd pater ſpiret ſe.

¶ Ad ſecundum, dicendum, quòd ſi generatio filii non eſſet, pater non diligeret ſe ſpiritui ſancto, quia nec pater eſſet, cum perſona patris paternitate conſtituatur. Si tamē detur per impoſſibile ꝙ pſona patris remaneat, poterit per ſe amorē ſpirare perſonalē. Nec tamen ab hoc excluditur filius, quia omnis patris perfectio eſt etiam filii, in qua ſecundum relationem originis nōꝰ opponuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amor gratuitus non eſt amor priuatus qui in alterum tendat, nihilominus tamen & in ipſum amantem reflectitur, non enim tantum proximus ex charitate diligendus eſt: ſed etiam ſeipſum & quantum ad animam & quā

A um ad corpus ex charitate debet, homo diligere, ita etiam pater ſpiritu ſancto ſe diligit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum dicitur ſpiritusſanctus diligit ſe ſpiritu ſancto: ſi intelligatur de dilectione eſſentiali, expreſſe verum eſt; quia ſicut ſeipſo Deus eſt, ita ſeipſo eſſentialiter diligens eſt. Si autem intelligatur de dilectione notionali, tunc in hoc verbo diligere importatur quaſi duplex actus, ſ. ipſe actus amoris qui ſignificat perſonam ſpiritusſancti, & emiſſionē amoris. Vnde diligere notionaliter ſumptum nihil aliud eſt quā ſpirare amorē. Per ſpirare .n. ſignificat ipſa emiſſio: ſed per amorem pſona ſpiritus ſancti, ac ſi diceretur generare filiū. vnde ſicut filio non competit generare filium, ita nec ſpiritui ſancto ſpirare amorem. nec ex hoc aliquid imperfectionis in ſpiritu ſancto vel in filio relinquitur, ut ex prædictis patet diſt. 7. & iō ſm hūc ſenſum non conceditur ꝙ ſpiritusſanctꝰ notionaliter diligat. Si aūt ab intellectu huius verbi diligit ſeparetur actus originis per quē efficitur notionale & remaneret tantum id quod perſonale eſt. ſ. ipſe amor, ſic ſpiritui ſcō conueniret: quia ipſe procedit ut operatio ſubſiſtens. vnde ipſa operatio eſt operans, & ſm hoc ſpiritus ſanctus etiā ſeipſo diligeret ſeipſum vel patrem, & tunc diligere non importaret aliquid notionale, ſed tantum perſonam alio modo ſignificatam. Vnde hoc verbum diligere pōt tripliciter ſumi. Aut ſm ꝙ dicit eſſentiam tantum, & tunc dicit exitum ſm rationem operationis eſſentialis quæ eſt ipſa eſſentia ab eſſentia diuina, & ſic pater non diligit ſpiritu ſancto, & ſimiliter filius & ſpiritusſanctus. Aut ſm quòd nominat tantū perſonam ſpiritusſancti, & ſic etiā non dicit exitum niſi ſm rationem. vnde ſecundum hoc conuenit tātum ſpiritui ſancto diligere, ſed iſte modus inconſuetus eſt. Aut dicit exitum realem & tunc ſimul importat notionem actiuam & perſonā ſpiritusſancti, & tunc non conuenit niſi patri & filio.

q. 22.

ARTICVLVS III.

*Vtrum pater & filius diligant nos ſpiritu ſancto.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd pater & filius non diligant nos ſpiritu ſancto. Omne enim dictum de Deo connotans effectum in creatura eſt, eſſentiale: ſed cū Deus dr̄ creaturā diligere in dilectione cōnotatur effectus in creatura quem diligendo confert. ergo oportet, quòd eſſentialiter ſumatur. Sed dictum eſt quòd pater & filius nullomodo diligunt ſpiritu ſancto ſi diligere eſſentialiter ſummatur, quia ſpiritusſanctus nullam rationem habet principii reſpectu alicuius eſſentialis: neque per modum denominantis neq; aliomodo, ergo vr̄ ꝙ pater, & filius nō diligūt nos ſpirituiſcō.

1. d. 18. ar. 3

q. anteced. art. 2.

¶ 2 Præt. Cum dicitur. pater diligit filiū ſpiritu ſancto, ut ſupra dictum eſt ſecundum opinionē Hugonis de S. Vict. ablatiuus conſtruitur in habitudine effectus. q. formalis: ſed in illa

ſe, & filius eſt Deus per ſe, & eſt per ſe: ſed nō a ſe vel de ſe. Hoc confirmātes verbis Hilarii qui filium non a ſe, ſed per ſe agere in lib. 9. de trinitate ait. Naturæ inquit cui contradicis hæretice hæc vnitas eſt, vt ita per ſe agat filius ne a ſe agat, & ita nō a ſe agat, ut per ſe agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentem, non a ſe agit, cum pater in eo manere monſtratur. Per ſe agit, cum ſecundum natiuitatem filii agit ipſe quæ placita ſunt. Infirmus ſit non a ſe agendo niſi a Deo ipſe agit, non ſit vero in vnitate naturę ſi quę agit, & in quibus placet non per ſe agit. Sicut ergo inquiunt, filius per ſe agit, ſed non a ſe: ita & filius debet dici ſapiens per ſe, ſed non a ſe. Sic & ipſe per ſe Deus eſt vel eſſe dicendus eſt, vt aiunt, ſed non a ſe vel de ſe.

*An vna tantum ſit ſapientia patris.*

POſt hæc a quibuſdam quæri ſolet. vtrū vna tantum ſit ſapientia patris. Quod non eſſe nituntur probare hoc modo. Filius inquiunt eſt ſapientia patris genita, qua pater ſapiens non eſt. Eſt igitur aliqua ſapientia patris qua ſapiens non eſt. Eſt autem & ſapientia patris ingenita, & ea pater ſapiens eſt. Eſt ergo quædā ſapientia patris qua ſapiens eſt, & ipſa non eſt illa ſapientia patris qua pater ſapiēs non eſt. Non eſt ergo una tantū ſapientia patris. Item: ſapiētia ingenita eſt ſapientia patris, & ſapientia genita ē ſapientia pa B tris. Non eſt autem ſapientia ingenita ſapientia genita. Nō eſt igitur una tantum patris ſapiētia. Hæc & his ſimilia tanquam ſophiſtica & a veritate longinqua, cunctiſque in theologia peritis patentia abiicimus, reſpōſo indigna aduertentes. Id tamen adiicientes, quia una eſt tantum ſapientia patris: ſed nō vno modo dicitur. Nam ſapientia patris dicitur illa quam ge C nuit, & ſapientia patris dicitur ea qua ſapiens eſt. Diuerſa eſt ergo ratio dicti. Illa enim dicitur patris, quia eam genuit, & ea dicitur ſapiētia patris, quia ea ſapit. Vna eſt tamen ſapientia patris, quia ſapientia genita eſt eadem ſapientia & ea qua ſapiens eſt, ſiue ea qua ſapiens eſt intelligatur perſona patris ſiue eſſentia patris: quia perſona patris quę intelligitur cum dicitur ſapientia ingenita, & D perſona filii quæ ſignificatur cum dicitur ſapientia genita, una eadēque ſapientia eſt, quę eſſentia diuina intelligitur cōmunis tribus perſonis.

comparatione qua Deus ad creaturam comparatur nullo modo ſe habet ſpi.ſanctus vt effectus,immo magis id quod in creatura efficitur.ergo videtur quòd non poſſit ſaluari hæc eadem ratio veritatis.

¶ 3 Item,ſicut dilectio ſe habet ad ſpi.ſanctum,ita & generatio ad filium, ſed pater non generat nos filio,immo potius dicitur nos regenerare ſpi.ſancto,ergo videtur,quòd nec nos ſpiritu ſancto diligat.

CONTRA eſt, quod dicitur Ioan. 17. vt ſint vnum in nobis ſicut & nos vnum ſumus.Non.n. loquitur ibi de vnitate eſſentiali tantum: quia illo modo Deo non vnimur, ſed de vnitate conſonantię vel amoris, q eſt ſpiritusſanctus. ergo videtur, quòd ſicut pater & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto, ita & nos.

lib.1. ſuper Gene. ad liter. ca. 2 to.3. ¶ Præt. Sicut verbum eſt proprium filii,ita & amor proprium ſpi.ſancti, ſed pater dicit omnem creaturam verbo ſuo vnde Auguſt. dixit & facta ſũt,ideſt, verbum genuit in quo erat vt fierent, ergo diligit creaturã amore ſuo qui eſt ſpiritus ſanctus.

RESPONDEO, Dicẽdum eſt ſimpliciter, quòd pater & filius nos diligunt ſpi.ſancto:ſicut ſupra 10. Diſt. expreſſe habetur. Sciendum tamen eſt ad eius intellectum,ꝙ proceſſio diuinarũ perſonarum eſt quædam origo proceſſionis creaturarum, cum omne quod eſt primum in aliquo genere ſit cauſa eorum quæ ſunt poſt:ſed tamen efficientia creaturarum eſſentiæ communi attribuitur. Vnde dicendum eſt,quòd cum dicitur pater & fili⁹ diligunt nos ſpi.ſancto:hoc verbum diligere poteſt ſumi eſſentialiter, & notionaliter, & vtroque modo vera eſt locutio. Si enim ſumatur eſſentialiter,tunc in verbo dilectionis deſignabitur efficientia totius trinitatis,& in ablatiuo deſignante perſonam ſpi.ſancti,deſignabitur ratio efficientię, non ex parte efficientis: ſed ex parte effectorum,quorum ratio & origo eſt proceſſio ſpi.ſancti,ſicut & verbum,quàmuis proprie verbum ſit ratio creaturarum ſecundum quod exeunt a Deo per modum intellectus.vnde dicitur quòd pater, dicit omnia verbo vel arte ſua.Sed ſpi.ſanctus eſt ratio earum prout exeunt a Deo per libertatem voluntatis,& ideo dicitur proprie diligere creaturã ſpi.ſancto,& non verbo. Si autem ſumatur notionaliter, tunc eſt uera etiam locutio,ſed habet aliam rationem veritatis:quia verbum dilectionis non importabit ex principali intentione habitudinem efficientiæ reſpectu creaturæ,ſed principaliter denotabit rationem huius efficientiæ ex parte effectorum,& ex cõſequenti dabit intelligere habitudinem efficientiæ,vt ſupra dictum eſt.39.di.& tunc eſt ſenſus: Pater diligit creaturam ſpiri. ſancto,ideſt ſpirat amorem perſonalẽ qui eſt ratio omnis liberalis collectionis factæ a Deo creaturæ. q.1.ar.3.

in corp. ar. ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ſicut dictum eſt, vtroque modo poteſt ſumi. ſi enim ſumatur eſſentialiter nihil ſequitur inconueniens,quia ſpi.ſanctus non deſignabit principium diligentium ſed dilectorum.vnde tunc deſignabitur habitudo ablatiui ſubſtantiue in ipſo ablatiuo,vt dixit Prępoſitin⁹. Si autem ſumatur notionaliter nominatiuus poterit connotare effectum in creatura per modum habitudinis ad terminũ, ſicut ſupra dictum eſt.30. di. 2.ar.

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd ſicut in egreſſu artificiatorum ab arte eſt conſiderare duplicem proceſſum,ſcilicet ipſius artis ab artifice,quam de corde ſuo adinuenit,& ſecundo,proceſſum artificiatorum ab ipſa arte inuenta, ita etiam in proceſſu vo-

F luntatis eſt duo conſiderare,ſcilicet exitum amoris ab amante, & ſecundo,exitum ipſius rei datæ per amorem ab amore. Vnde quantum ad primum exitum ſe habet ſpiritusſanctus in comparatione Dei ad creaturam vt effectus,ſiue quod eſt de principio,ſicut & verbum,ſed quantum ad ſecundum exitum, vtrunque ſe habet vt principium,ſcilicet & verbũ & amor, ſed creatura vt effectus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc verbum generat, importat tantum originem perſonæ & non importat perſonam per modum actus, ſicut diligere & dicere important vtrunque,& ideo pater non denominatur generans filio, ſed generatione. denominatur autem diligens amore qui eſt ſpirit. ſanctus. generatio autem qua nos regenerat, nõ eſt per naturam, ſed per voluntatem: & ideo ex parte noſtra accipiendo,ſpiri. ſanctus eſt ratio talis generationis magis:quã filius qui procedit per modum naturæ.

*Quòd in trinitate eſt dilectio, quæ eſt trinitas, & tamen ſpiritusſanctus eſt dilectio quæ non eſt trinitas, nec ideo duæ ſunt dilectiones, ita & de ſapientia.*

ET ſicut in trinitate dilectio eſt, quæ eſt pater filius & ſpiritusſanct⁹ quæ eſt ipſa eſſentia deitatis. & G tamen ſpi.ſanctus dilectio eſt, quę non eſt pater. vel filius, nec ideo duæ dilectiones ſunt in trinitate: quia dilectio quæ proprie ſpiritusſanctus eſt, eſt dilectio quæ trinitas eſt, non tamẽ ipſa trinitas eſt, ſicut ſpiritus ſanctus eſt eſſentia quę trinitas eſt,non tamen ipſe trinitas eſt. Ita in trinitate ſapiẽtia eſt quę eſt pater & filius & ſpiritusſanctus quæ eſt eſſentia diuina, & tamen filius eſt ſapientia quæ non eſt pater,vel ſpiritusſanct⁹. H Nec ideo duæ ſapiẽtiæ ibi ſunt, quia ſapientia quę proprie eſt filius,eſt ſapientia quæ eſt trinitas,ipſa tamen non eſt trinitas, ſicut fili⁹ eſt eſſentia quę eſt trinitas,ipſe tamẽ nõ eſt trinitas.

*Qua ratione pater non dicitur ſapiens ea ſapientia quam genuit, eadem uidetur debere dici quòd non ſit diligens pater, uel filius dilectione quæ ab utroque procedit.*

PRæterea diligenter notãdum eſt, quòd ea ratione qua pater nõ dicitur ſapiens ea ſapientia quã genuit, videtur fore dicendum quòd pater non diligat filium, vel filius patrem ea dilectione, quę ab vtroque procedit.ſ. quę proprie ſpiritusſanctus eſt. Sicut enim idem eſt Deo ſapere quod eſſe,ita eſt ei idem diligere quod eſſe. Ideoq; ſicut negatur pater eſſe ſapiens ſapientia quam genuit, qui ſi ea diceretur ſapiens,non ipſa ab eo, ſed ipſe ab ea intelligeretur eſſe, ita uidetur non debere concedi,quòd pater,vel filius diligat dilectione quæ tñ ſpũsſanctus eſt,quia ſi ea diligit pater,vel filius, nõ ſpiritusſanctus vr̃ eſſe a patre & filio: ſed pater & filius

## QVAESTIO II.

B

Deinde quęritur de his quæ pertinent ad filium. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum pater ſit ſapiens filio vel ſapientia genita.

I Secũdo. Vtrũ ipſe filius ſapiẽtia genita, vel ĩgenita ſapiẽs ſit.

### ARTICVLVS I.

*a Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita.*

Tex. 10.

AD PRIMVM, Sic proceditur. Videtur quòd pater ſit ſapiens ſapientia genita. Omnis enim ſapiẽs ſua ſapientia ſapiens dicitur: ſed filius eſt ſapientia patris qui eſt ſapientia ingenita. ergo &c.

¶ 2 Præter. Omnis ſapiens,eſt ſapiens illa ſapientia ſine qua ſapiens non eſſet:ſed ſine filio pater ſapiens non eſſet, vt ſupra dixit Auguſt.9.diſt.ergo videtur quòd pater ſit ſapiens filio vel ſapientia genita.

¶ 3 Item illa ſapientia quis ſapiẽs dicitur in qua videt ea quæ ipſe cognoſcit,ſed ſupra dixit Augu.31.di.ibi.ſ.in verbo videt omnia Deus,ergo &c.

K ¶ 4 Præt.Deus ſapiens non diceretur niſi ſeipſum videret: ſed ſeipſum videt in filio ſicut res videtur in ſua imagine. ergo videtur quòd ſit ſapiens filio vel ſapientia genita.

CONTRA eſt quòd in litera ab Aug. dicitur.

RESPONDEO, Dicendum quòd quamuis pater dicat ſe verbo ſuo nullo modo concedendum eſt quòd ſapientia genita ſapiẽs ſit & hoc propter diuerſum modũ ſignificãdi in vtroque. Verbum enim ſignificat per modum operationis quæ denominat illud a quo progreditur,ſcilicet operantem.vnde pater denominatur dicens verbo genito,ſicut & diligens amore ꝓcedente. Sed ſapientia ſignificatur per modum formæ manentis in eo cuius eſt,unde non poteſt denominari aliquis ſapiens: niſi per id quod in ipſo eſt,& non per id quod ab ipſo eſt. Quicquid autẽ ſignificatur eſſe in aliquo per modum formæ vel ſubſtantialis vel accidentalis,ſignificatur vt principium alicuius in ipſo, quia forma ſubſtantialis eſt principium ſubſtantialis eſſe; & accidentalis dat aliquod eſſe.ſ.accidentale, & vtrũq; principium eſt operationis in eo,in quo eſt. Cum autem filius,nullam rationem principij habeat reſpectu patris,non poteſt dici,quòd pater filio,vel ſapientia genita ſapiens ſit.



¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ ſapientia patris dicitur dupliciter,ſ.ſapientia quæ in ipſo eſt, quæ eſt eſſentialis ſapientia, & hac formaliter ſapiẽs eſt: ſicut quilibet ſapiẽs denominatur ſapiẽs ſapientia, quæ in eo eſt. Dicitur etiam ſapiẽtia patris, quę eſt a patre procedens,& hac non denominatur ſapiens,ſicut nec homo ſapiens denominatur a ſapientia, quam in alterum docendo producit. † Diſt.10. †6.de Trin. c.5.to.3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ Auguſt. in illa ratione cõtra hæreticum accipit ſapientiam eſſentialẽ, ſine qua pater ſapiẽs non eſſet, ſm̃ ꝙ ab Apoſtolo eſt appropriata filio.1.Cor.1. Chriſtũ Dei vir.&c. & ſapientia in rõne appropriata non eſſet, ſi filius non eſſet: vnde oportet filium patri coęternum eſſe, ſicut & ſapientiã filio appropriatam.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ videre in aliquo dicitur dupliciter. Aut cuius cognitionem ĩ eo accipit, ſicut intellectus ſciẽtiam in ſenſibilibus accipit, vel intellectus poſſibilis in lumine intellectus agentis, vel diſcipulus in verbo magiſtri, dicto vel ſcripto. Aut rem cognitam in alio repræſentatam intueri; ſicut ædificator videt artem ſuam in domo quam facit,vel ſicut aliquis videt illud, quod ſcit in lib. vbi ſcriptum eſt. Primo ergo modo, pater nihil videt in filio,quia non accipit cognitionem a filio. Sed ſecundo modo, quia rationes ipſæ omnium creaturarum, in verbo ſuo poſuit ipſum generando.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ quamuis pater videat in verbo creaturam: non tñ ibi videt ſeipſum: immo in ſe videt ſe.Non tñ video cauſam,quare ſicut per modum prædictum creaturam in verbo videt,quæ ibi relucet, non multo magis ſeipſum videat, qui perfectiſſime in verbo repræſentatur:& ſic etiam non eſt inconueniens, ꝙ per modum iſtum in creatura ſe videat, quæ ipſius diuinæ bonitatis repręſentatiua eſt per imaginem vel veſtigium: non tamen ſequitur, quòd pater ſapiens ſit,ſapientia genita.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum filius ſit ſapiens, ſapientia genita.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd filius, non ſit ſapiens ſapientia genita. Filius enim non alio eſt ſapiens q̃ pater: ſicut nec alio eſt Deus: ſed pater eſt ſapiens ſapientia eſſentiali. ergo & filius ſapientia eſſentiali ſapiens eſt: ſed ſapientia eſſentialr̃ nõ eſt genita, ſicut nec eſſentia.ergo &c.

¶ 2 Præt. Sapientia qua denominatur aliquis ſapiens, habet aliquam rationem principij reſpectu ipſius ſapientis: ſed filius nullo modo ſuiipſius principium eſt.ergo videtur,quòd non ſit ſapiens ſapientia genita.

¶ 3 Item. Sicut ſupra dixit Magiſter, ſapiẽtia genita eſt ipſa A hypoſtaſis filij: hypoſtaſis autem non ſignificatur per modum formæ.cum igitur denominatio fiat a forma:videtur,quòd non poſſit dici ſapiens ſapientia genita.

CONTRA, Omne quod per ſe non eſt ſapiens, non eſt ſapiens niſi per accidens: ſed filius non eſt ſapiens per accidens. ergo eſt ſapiens per ſe:ſed ipſe eſt ſapientia genita.ergo eſt ſapiens, ſapientia genita.

¶ VLTERIVS q̃rit vtrum ſit ſapiens ſapientia ingenita, & videtur, quòd non. Quia ſapientia qua aliquis denominatur ſapiens,ſignificatur eſſe in ſapiente per modum formæ inhærentis: non autem ſic pater eſt in filio: ſicut nec econtra. ergo ſicut pater non dicitur ſapiens ſapientia genita, ita nec filius ſapientia ingenita. † Circa med. .I I.

¶ Contra. Omnis ſapiens illa ſapientia, ſapiens dicitur, a qua habet quòd ſit ſapiens:ſed filius a patre qui eſt ſapientia ingenita,habet ꝙ ſit ſapiens. ergo filius eſt ſapiens,ſapientia ingenita.

RESPONDEO, Dicẽdum, quòd iſtę ꝑpoſitiões, A,& Per, in hoc differunt: qa, A, deſignat tantum habitudinem principij:Per, modum efficientis: ſed per, deſignat habitudinem principij,ſecundum quodlibet gen⁹ cauſæ. vnde omne illud quod eſt ab aliquo, D eſt per illud:ſed non conuertitur. In diuinis autem non poteſt eſſe niſi habitudo ſecundum duplex genus cauſæ; quarum vna tantum eſt habitudo realis.ſ.per modum cauſæ efficientis, vel originantis:ſicut pater dicitur principium filij. Alia vero habitudo principij, poteſt deſignari in diuinis ſecundum rationem tantum, & non realiter.ſ.habitudo formæ, vt cum dicimus, ꝙ pater eſt Deus per deitatem ſuam. Cum ergo dicitur, quòd filius eſt ſapiens ſapientia genita, ablatiuus iſte non poteſt conſtrui; niſi vel in aliqua habitudine.q.efficientis, & ſic falſa eſt. Eſt enim ſenſus, quòd filius ſit ſapiens a ſapientia genita:& ita ſit ſapiens a ſeipſo, quod falſum eſt: quia ſicut eſſe, ita & ſapere habet a patre, qui ſapientia ingenita eſt. Vnde dicitur per modum iſtum ſapiens a ſapientia ingenita, vel per ſapientiam ingenitam, ſi ly per, deſignat habitudinem principij efficientis,& E ſimiliter a ſapiẽtia ingenita:non autem a ſe vel per ſe, vel ſeipſo hoc modo ſapiens eſt. Aut conſtruitur in habitudine.q.principij formalis. hoc autem contingit dupliciter, quia quod ſequitur formam alicuius rei poteſt dici eſſe per formam illam: ſicut homo dicitur intelligere per animam. Vel per habentem formam: ſicut dicimus, quòd homo per ſe eſt rationalis, quia per id quod eſt de eſſentia ſua, per animam rationalem: per ſe enim, ſecundum Philoſophum.5.Meta. ſignificat quod eſt per eſſentiam rei. Si igitur conſideretur illud quo filius formaliter ſapiens eſt,hoc eſt ſapientia eſſentialis,quæ neque genita,neq; ingenita eſt,& ſic per eam,& ea ſapiens dicitur:ſed nullomodo ab ea,quia eſſentia non generat. Si autem conſideretur habens illam formam,quę eſt ipſa hypoſtaſis filij, quæ etiam ſapientia genita dicitur:ſic per ſapientiam genitam,vel per ſe ſapiens dicitur,ſiue ſapientia genita vel ſeipſo. Tex.23.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ſapientia, ſecundũ quod ſupponit eſſentiam, non poteſt dici ingenita vel genita: ſed ſecundum quod ſupponit hypoſtaſim: ſemper tamen eſſentiam

a ſpiritusancto, quia idẽ eſt ibi diligere quod eſſe. At ſupra dictũ eſt, atq; authoritate Auguſtini ſancitũ,ꝙ in trinitate tria ſunt: vnus diligens eum,qui de illo eſt,& vnus diligens eum de quo eſt, & ipſa dilectio, & non eſt aliquis duorum quo genitus a gignente diligitur, & ge B nitorem ſuum diligit. Quibus verbis aperte ſignificatur patrẽ filium,& filium patrem diligere, ea.ſ.dilectione, quæ non eſt aliquis eorum: ſed tñ ſpiritusſanctus. Cum idem ergo ſit ibi diligere quod eſſe,quomodo dicitur pater,vel filius non eſſe ea dilectione,qua alter alterum diligit? Cum ideo pater negetur ſapere ſapientia, quam genuit, ne ea eſſe intelligatur.

*Quòd, & hæc quæſtio inexplicabilis eſt,quæ excellit infirmitatem hominis.*

DIfficilem mihi fateor, hanc quęſtionem præcipue cum ex prædictis oriatur quę ſimilem videntur habere rationẽ, quod meæ intelligentię attendens infirmitas turbatur, cupiens magis ex dictis ſanctorum referre, q̃ afferre. Optimus.n.lector eſt, inquit Hilarius in 1. libro de Trinita. qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius q̃ imponat, & retulerit magis q̃ attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum. Cum ergo de rebus Dei ſermo eſt, concedamus Deo ſui cognitionem, dictiſque eius pia veneratione famulemur. Inueſtiget ergo diligenter pius lector rationem dictorum: ſi forte dictorum aliquam valeat reperire cauſam, qua nota ipſa præmiſſa quæſtio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc quæſtionem non abſoluens,ſed errorem excludens profiteor non eſſe dictum patrem diligere filium, C vel filium patrem, ea dilectione quæ ab vtroque procedit, quæ non eſt aliquis eorum, ſed tantum ſpiritusſanctus,tanquã ea dilectiõe pater, ſit vel filius. Sed ſic ea pater diligit filium, & filius patrem, vt etiam pater per ſe ea,quæ ipſe eſt,dilectione diligat, ſic & filius: non autem ſic,vt pater per ſe non diligat & filius: ſed per eam tantũ. Quis hęc in illa trinitate, inqt

F tiam ſignificat, ſicut etiam hoc nomen Deus. Et quare hoc nomen ſapiētia potius talem ſuppoſitionem habere poſſit q̃ hoc nomen eſſentia, ſupra. 5.di.dictum eſt, & tunc quāuis ſit eadem eſſentia, quæ eſt pater & filius: non tñ eſt eadem hypoſtaſis. & ita non ſequitur, quòd ſapientia genita pater ſapiens ſit, ſed tantum filius. (q.1.art.1.)

¶Ad ſecundum dicendum, quòd in illis, quæ dicūtur per ſe eſt aliquid de eſſentia rei accipere, quod eſt principiū illius quod per ſe p̄dicatur: ſicut rationale de homine, nec oportet, ꝙ ipſū ſuppoſitum de quo per ſe aliquid dicitur, ſit principiū illius, niſi ſicut habens, vel ſicut operans, vt quando aliqua operatio dicitur eſſe per ſe alicuius, ita etiam non oportet, quòd ipſa hypoſtaſis filij, ſit principium ſuiipſius: ſed vt id quod eſt eſſentia eius, vel de eſſentia, ſit principiū formale huius, quod eſt ſapiētem eſſe, & hoc competit filio, quia per eſſentiam ſuam, quam communem cum patre habet, ſapiens eſt: & ideo per ſe ſapiens dicitur. et per hoc patet ſolutio ad tertium. Et quartum concedimus. († lib.15. de trin.cap.7. tom.3.) († Authoritas Greg. in præfatione. diſt.26. & 27.)

¶ Ad id quod vlterius queritur dicendum, ꝙ filius eſt ſapiens ſapientia ingenita, ſi ablatiuus conſtruatur in habitudine principij, quaſi efficientis, non autem ſi conſtruatur in habitudine principij, quaſi formalis; immo ſic ſapientia eſſentiali ſapiens eſt, vel ſeipſo.

Auguſt. opinari vel affirmare præſumat? Eam tamen quæſtionem lectorum diligentiæ plenius diiudicādam, atq; abſoluēdam relinquimus ad hoc minus ſufficientes.

## DISTINC. XXXIII.

A

*Vtrum proprietates perſonarum ſint ipſæ perſonæ vel Deus, ideſt, diuina eſſentia.*

Poſt ſupradicta interiꝰ conſiderari atq; ſubtiliter inquiri oportet. Vtrum proprietates perſonarum quibus ipſæ perſonæ determinantur, ſint ipſæ perſonę, & ſint Deus, ideſt diuina eſſentia: an ita ſint in perſonis, vt nō ſint perſonę, ac per hoc nec diuina eſſentia. Quod.n. in perſonis ſint proprietates: nemo inficiari audet, cū aperte clamet authoritas ꝙ in perſonis eſt ꝓprietas, & in eſſentia vnitas. Superius quoq; multis ſanctorū teſtimonijs aſtruximus perſonas per proprietates diſtingui atq; determinari, ipſaſq; proprietates, tres ſcilicet proprijs expreſſimus vocabulis. Cum ergo proprietates ipſę ab ęterno fuerint, quibus ipſę perſonę determinantur, & differunt, quomodo eſſent ſi in eis nō eſſent? & quō in eis eſſent, & ipſæ perſonę non eſſent, quin ibi eſſet multiplicitas? a Quocirca

G ſicut proprietates eſſe in perſonis, ita & eas perſonas eſſe confitemur: ſicut ſupra authoritate Hiero. vt non pigeat reuocare ad mentem, ꝓteſtati ſumus in expoſitione fidei, ita dicentis. Sabellij hæreſim declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus. Nō enim nomina tantūmodo, ſed etiā nominum proprietates, i. ꝑſonas, vel vt Gręci exprimunt hypoſtaſes, hoc eſt, ſubſiſtētias confitemur. Ecce aperte dicit

H perſonas proprietatibus diſtingui, & ipſas proprietates eſſe perſonas, cuius hic verba perſtringimus, quia ſupra latius poſuimus.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magiſter de eſſentia, & perſonis, & proprietatibus: hic determinat comparationes eorum adinuicem. Et diuiditur in partes duas. In prima oñdit, qualiter proprietates cōparentur ad eſſentiā & perſonam. In ſecunda, qualiter perſonæ ad eſſentiam comparentur. 34.di. ibi {Prædictis autem addendum.} Prima in duas. In prima, oñdit veritatem. In ſecunda, excludit errorem. ibi {Hoc aūt aliqui ne.} Prima in duas. In prima mouet quōnem. In ſecūda determinat eam. ibi {Quod enim in perſonis.} Et circa hoc tria facit. Primo, oſtēdit proprietates eſſe ī perſonis, quod cū in qōne poſitum non fuit. Secūdo, oſtendit proprietates eſſe perſonas. ibi {Superius quoque &c.} Tertio oñdit proprietates eſſe diuinam eſſentiam: ibi {Cūq; d̄ ſimpli.} Vtrūq; oſtendit dupl̄r, rōne & authoritate. Et vtraq; rō ſumitur ex diuina ſimplicitate, q̄ non compatitur: nec quod eſt in Deo ſit aliud ab ipſo, & ſic ꝓprietas, quę eſt ī perſona, nō eſt aliud ab ea, nec ꝙ habens ſit aliud ab habito, & ſic probat, ꝙ eſſentia vel Deus, non eſt aliud a proprietate quam habet. {Hoc autem aliqui.} Hic excludit errorē. Et circa hoc duo facit. Primo ponit falſam poſitionem. Secundo ponit rōnes poſitionis & ſoluit eas. ibi {Si.n. inquiunt &c.} Et circa hoc duo facit. Primo inducit ꝓbationes, quę ſunt acceptæ per rationem. Secundo, inducit probationes acceptas ex authoritatibus. ibi {Verūtamen non deſiſtunt.} Circa primum tria facit. Primo inducit rationem, qua proprietates exiſtentes probatur in perſonis non eſſe perſonas. Secundo inducit aliam

I rationem qua probatur, ꝙ proprietas non eſt eſſentia. ibi {Sed item addunt.} Tertio ponit rationem, qua probatur proprietatem nō eſſe in eſſentia. ibi {Ceterum hæreticorum improbi.} Et hæc diuiditur in tres. In prima ponit probationem illorum. Secundo ponit rationem. ibi {Quorum audaciæ.} Tertio inducit quæſtionem contra reſponſionem, & excludit eam. ibi {Sed forte quæres &c.

(† diſt.25. In expōne ſymbol. ad Damaſum tom.4.)

## DISTINCTIO. XXXIII.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVIDAM dicunt multi &c.} Iam patet ratio iſtarum opinionum: quia primi accipiebant hanc præpoſitionem Per, ſm ꝙ cōiter deſignat habitudinem cuiuſcūq; principij. Alij vero accipiebant ſm ꝙ.q. condiuiditur contra hanc præpoſitionem A, vel Ab, quæ deſignat habitudinem principij efficientis. vnde ſm hoc, hæc prępoſitio Per, deſignat habitudinem in diuinis.q. formę, & ſic ſimpliciter concedebāt, ꝙ filius per ſe ſapiens eſt. {Naturę, inquit, cui contradicis &c.} In verbis iſtis Hil. oſtendere intendit, ꝙ filius non agit a ſe: ſed agit per ſe ex duabus authoritatibus, quarum vna habetur Ioā. 14. pater in me manens, ipſe fa.o. ex quo concludit, ꝙ non a ſe agit, ſed a patre in ipſo manente. Alia eſt Ioan. 8. Quæ placita ſunt ei facio ſemper. ex qua cōcludit, quòd ipſemet agit per ſeipſum. vnde ſubdit. {Infirmus ſit non a ſe

K agendo &c.} ideſt, cum hoc quòd a ſeipſo non agit, ſequeretur ꝙ eſſet infirmus. {Niſi a Deo ipſe. a} ideſt, niſi hoc a Deo patre haberet, vt ipſe ageret ſicut hypoſtaſis per ſe ſubſiſtens, & per ſe operans. {Poſt hoc quæri ſolet &c.} Eadem ratione ſapiētia genita, & ſapientia ingenita, qua Deus genitus & Deus ingenitus ſunt vnus Deus, quia propter communitatem formę ſignificatę, ideſt, deitatis & ſapientię dicitur vnus Deus, & vna ſapientia: ſed propter diſtinctionem hypoſtaſum ſubſiſtentium in deitate, & ſapientia dicitur ſapientia genita. {Et ſicut in trinitate &c. Huius ratio eſt: quia perſonale non ponit in numerum cum eſſentiali, quia perſona non realiter ab eſſentia diſtinguitur: ſicut infra patebit.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quæruntur quinque.

| | |
|---|---|
| Primo. | Vtrum proprietates ſint diuina eſſentia. |
| Secundo. | Vtrum ſint ipſæ perſonæ. |
| Tertio. | Vtrum ſint in perſonis & in eſſentia. |
| Quarto. | Vtrum de proprietatibus poſſint prædicari adiectiua eſſentialia, & perſonalia. |
| Quinto. | Vtrum de notionibus ſine peccato contrarię opiniones eſſe poſſint. |

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum relationes diuinæ ſint eſſentia diuina.*

AD PRIMVM igitur ſic proceditur. Videtur ꝙ relationes ipſæ non ſint eſſentia diuina. Aut.n. quæ relatiue in deo dicuntur ſunt relatiua ſecundum eſſe, aut tantum ſm dici: ſed non tm̃ ſm dici: quia ſic incideret hæreſis Sabellij: vt ſupra in notula Hila. habitum eſt. ergo ſunt relatiua ſm eſſe. Sed talium relationem ſm Philoſophum eſſe, eſt ad aliud ſe habere. ergo cum eſſentię diuinæ eſſe non ſit ad aliud ſe habere: ſed ſit eſſe abſolutum, videtur ꝙ nō ſit idem cum relatione, quæ ſecundum eſſe ad aliud eſt. (1. p. q. 28. ar. 2. Et de po. q. 8. ar. 2. In expoſit. tex. diſt. 31.)

¶ 2 Præt. Quæcūq; ſunt idem ſm rem, in quocūq; eſt vnum & alterum: nec pōt inſtātia ferri: ſed nō in quocūq; eſt eſſentia diuina eſt paternitas: quia eſſentia diuina eſt in filio, in quo paternitas non eſt. ergo eſſentia diuina non eſt idem quod paternitas, & eadem ratione, nec idem quod alia proprietas. Si dicas, ꝙ eſt idē re: ſed differt ratione. (In præd.c. de. Ad aliquid.)

¶ 3 Contra. Aut illa ratio eſt aliquid in re, aut nihil. Si nihil cum nō ſit diſtinctio niſi ſm relationes, tunc diſtinctio perſonarum nō erit ſm rem; ſed ſm rationem tm̃ vel intellectum. Si autem ſit aliquid in re, cōſtat ꝙ quicquid eſt realiter in Deo, Deus vel eſſentia diuina habet illud: ſed in Deo eſt idem habens, & quod habetur, vt in litera dicitur. ergo eſſentia diuina eſt ratio paternitatis ſicut eſt ipſa res, quæ eſt paternitas. ergo nō ſolum ſunt idem re, ſed etiam ratione: ſi re idem ponantur.

¶ 4 Item. Si ſunt idem re, ſed differūt ratione ſolum. ergo proprietas vel relatio non addit ſupra eſſentiam niſi rationem quādam: ſed ſimiliter relationes quæ dicuntur ex tempore ponunt circa eſſentiam diuinam aliquas habitudines ſecundum rationem. ergo videtur, quòd non magis ſunt in Deo iſtæ relationes, quibus diſtinguūtur perſonæ, q̄ iſtę quæ dicuntur de Deo ex tempore: ſed iſtæ ſunt tantum aſſiſtentes, & non inhærentes: aliàs non poſſent aduenire ſine aliqua mutatione ipſius Dei. ergo videtur, quòd iſtæ relationes quæ diſtinguunt perſonas, ſint ēt aſſiſtentes, & non eſſentia diuina.

¶ 5 Item. Sicut eſt alia ratio paternitatis, & eſſentiæ: ita eſt alia ratio eſſentię & bonitatis diuinæ. Si ergo ꝓpter hoc dicit Aug. quòd Deus alio eſt pater alio Deus. eadem ratione deberet dicere, quòd alio eſt Deus: alio bonus: hoc autem non dicit, immo contrarium aſſerit. ergo videtur, quòd cum dicit quòd alio eſt pater, alio eſt Deus, non intendat diſtinguere ſecundum rationem tantum, ſed etiam ſecundum rem: & ita videtur, quòd paternitas, quę pater eſt: non ſit eſſentia diuina, qua Deus eſt. (ſup. p̄s. 68. tom. 8.)

CONTRA. Nihil eſt adorandum adoratione latriæ niſi Deus: ſed proprietates perſonarum ſunt adorandæ, vt cantatur in pręfatione. Vt in perſonis proprietas &c. ergo videtur, quòd etiam ipſę proprietates ſunt aliquid in re: aut nihil. Si nihil cum perſonæ non diſtinguantur niſi proprietatibus: tunc perſonæ non diſtinguuntur adinuicem ſecundum rem, quod eſt hęreſis Sabellij. Si autem ſunt aliquid in re, illud aliquid quod ſunt, aut eſt diuina eſſentia, aut aliquid aliud. Si aliquid aliud. illud eſt in perſona in qua eſt proprietas: ſed in perſona etiam eſt eſſentia. ergo in perſona eſt aliud & aliud. ergo eſt compoſita: ſed nullum compoſitum eſt Deus, vt ſupra probatum eſt. ergo perſona diuina non eſt Deus: & ita pater non eſt Deus, nec filius eſt Deus, quod excedit etiam errorem Arrij. ergo oportet, ꝙ proprietates ſint eſſentia diuina. (Diſt. 8. q. 4. art. 1.)

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſimpliciter confitendum eſt proprietates eſſe diuinam eſſentiam. Error.n. iſte, qui in literis tāgitur d̄r Poretani fuiſſe, quem poſtmodum in Remenſi

A concilio retractauit. Cum.n. vt ſupra dictū eſt, in relatione ſint duo. ſ. relationis reſpectus, quo ad alterum refertur: in quo conſiſtit relationis ratio, & iterum ipſum eſt relationis quod habet, ſm ꝙ in aliqua re fundatur, vel quantitate, vel eſſentia, vel aliquo huiuſmodi conſiderauerat relationes diuinas ſm reſpectum in quo relationis rō conſiſtit, ex quo nō habet, ꝙ aliquam rem inhærentem imponat. vn̄ ēt inueniuntur aliquæ relationes, nihil realiter in re ponentes, vt ſupra dictum eſt, & propter hoc dixit eas aſſiſtētes, vel exterius affixas. Illę.n. propriæ relationes dicūtur exterius affixæ & aſſiſtētes, quæ cum proprie non habeant fundamētum in re, tantūmodo ex habitudine alterius ad rem de qua dicūtur adueniunt: ſicut dextrum in colūna, quod d̄r de ipſa per hoc, ꝙ homo eā ad ſiniſtram habet, & huiuſmodi etiā ſunt relationes, quibꝰ deꝰ ad creaturas refert̄. Sed relationes diſtinguentes perſonas, nō poſſunt eſſe huiuſmodi: cum fundētur ſuper aliquid quod vere in re eſt. ſ. in cōmunicatione naturę: & ideo ſunt reales relationes habentes eſſe fundatum in natura rei. Sed hoc eſt natura diuinæ ſimplicitatis, vt in ipſa non niſi vnum eſſe poſſit eſſe: nec i ea differat eſſe, & quod eſt, & quo eſt: iſtud ergo eſſe paternitatis non poteſt eſſe aliud eſſe, quàm eſſe eſſentiæ, & cum eſſe eſſentiæ

D ſit ipſa eſſentia, & eſſe paternitatis ſit ipſa paternitas, relinquit̄ de neceſſitate, quòd ipſa paternitas ſm rem, eſt ipſa eſſentia. vn̄ non facit cōpoſitionem cum ea. Sed quia manet ibi verus reſpectus pertinens ad naturam, relationes quæ nō pertinēt ad rōnē eſſentiæ, ex illo reſpectu relatio poteſt diſtinguere, quāuis eſſentia non diſtinguatur, de cuius intellu non eſt iſte reſpectus oppoſitionem habens, & per cōſequens diſtinctionem cauſans. Et ita dicendum, ꝙ proprietates & eſſentia ſunt idem re, ſed differunt ratione. *In alijs autem realibus relationibus in creaturis* exiſtentibus, eſt aliud eſſe relationis, & ſubſtātiæ quæ refertur. & ideo dicuntur ineſſe, & ſecundum ꝙ inſunt compoſitionem faciunt accidentis ad ſubiectum, quod non conuenit in diuinis relationibus, vt dictum eſt. (D ſt. 8. q. 4. art. 3.) († In medio.) (Ibidem.) († Poſt med. parum poſt medium diſt. 27.)

E AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ rōnes iſtæ non ſunt tm̃ ſm dici ad aliquid. ſed etiam ſm eſſe. Sed ſciendum ꝙ eſſe dicitur dupl̄r. Vno mō d̄r eſſe ipſa quidditas vel natura rei, ſicut dicitur, ꝙ diffinitio eſt oratio ſignificās quid eſt eſſe. Diffinitio enim quidditatem rei ſignat. Alio modo dicitur eſſe ipſe actus eſſentiæ, ſicut viuere quod eſt eſſe viuentibus eſt animæ actus: non actus ſecundus, qui eſt operatio, ſed actus primus. Tertio modo dicitur eſſe, quod ſignificat veritatem compoſitionis in propoſitionibus, ſm ꝙ eſt, dicit̄ copula, & ſm hoc eſt in intellu componente & diuidente quantum ad ſui cōplementum: ſed fundatur in eſſe rei, quod eſt actus eſſentiæ: ſicut ſupra de veritate dictum eſt. Dico igitur, ꝙ cum dicit̄ ad aliquid ſunt, quorū eſſe &c. intell̄r de eſſe qđ eſt quidditas rei, quæ diffinitione ſignificatur, qa ipſa natura relationis ꝑ quam conſtituitur in tali genere eſt ad aliud referri, & nō intell̄r de eſſe qđ eſt actus eſſētiæ. hoc.n. eſſe habet relatio ex his quę cauſant ipſam in ſubiecto, ſm quod eſſe nō refertur ad aliud, ſed ad ſubiectū: ſicut & quodlibet accidens. Et ſic dico, ꝙ non oportet, ꝙ eſſe eſſentię diuinæ, ſit ad aliud ſe habere, quia illud eſſe in quo paternitas & eſſentia vniuntur (lib. 26. q. 2. art. 1.) (diſt. 15. q. 5. art. 1.)

*b Quòd proprietates ſint diuina eſſentia.*

CVmq; de ſimplicitate deitatis ſupra diſſeremus authoritatibus ſanctorum. ſ. Auguſt. Hyl. Iſido. necnon & Boe. euidenter monſtrauimus Deum hoc eſſe omnino quod in ſe habet, excepto

B quòd pater habet filium, nec eſt filius, & filius habet patrem, nec eſt pater: & ſic eſſe in natura trium, vt qui habet hoc ſit quod habet, & totum quod ibi eſt, vnum eſſe vnam vitam eſſe, quæ modo non iteramus, ne faſtidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi ſunt, ſingula earum eſt id in quo eſt, & vnum eademque vita ſingulę ſunt. Fateamur ergo,

C & proprietates eſſe in tribus perſonis, & ipſas eſſe perſonas, atque diuinam eſſentiam. († diſt. 8. per totam.)

*Authoritate aſtruit quòd proprietas ſit natura.*

QVod enim proprietas etiam diuina natura ſit, oſtendit Hilarius dicens, natiuitatem filii eſſe naturam. Vnde in 7. lib. de Tri. ait. Vtriuſque natura non differt, vnum ſunt pater & filius. Habet ergo hoc ſacramenti natiuitas vt complectatur in ſe & nomen & naturam & poteſtatem, quia natiuitas non poteſt non eſſe ea natura vnde naſcatur filius. Idem in 6. Natiuitas proprietas eſt, veritas eſt. Idem in 7. dicit, quòd naturæ natiuitas ſit intelligenda eſſe in natura Dei. Supra enim dixit, quòd propriū patris eſt, quòd ſemper pater eſt, & proprium filij eſt, quòd ſemper filius eſt, ſignificans quòd proprietas patris eſt pater, & proprietas filij eſt filius. His aliiſque pluribus authoritatibꝰ aperte ſignificari videtur, quòd proprietas filii filius ſit, ſic & deus, ita & proprietas patris & proprietas ſpiritus ſancti.

*c Quidam negant. ſ. proprietates eſſe perſonas, & diuinam naturam, & quare.*

HOc autē aliqui negāt, dicentes quidem proprietates in perſonis eſſe, ſed nō eſſe perſonas ipſas,

quia ita dicunt eſſe in perſonis vel in eſſentia diuina, vt nō ſint interius ſicut ea ſunt, quæ ſecū-dum ſubſtantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iuſtitia; ſed extrinſecus affixæ ſunt, atq; ita eſſe rōnibus probare contendūt. Si.n. inquiūt proprietates G ſunt perſonæ, non eis pſōnæ determinantur. Cōtra quod dicimus, quia ēt ſeipſis pſonę differunt: ſicut ſupra Hiero. loquens de patre, & filio, & ſpiritu ſancto dicit. Subſtantia vnū ſunt: ſed pſonis ac nominibus diſtinguuntur. Sed iterum addunt. Si proprietates ipſę diuina eſſentia ſunt, cum eſſentia non differant tres perſonæ, nec proprietatibus differunt. Quomodo enim differt pater a filio: eo ꝙ H diuina eſſentia eſt, cum in eſſentia vnum ſunt?

*Reſponſio ad præmiſſa auctoritate nitens.*

Horum doctrinis nouis, & humanis cōmentis verbo Hil. rñdeo. Immenſum eſt qđ exigitur, & incomprehenſibile: extra ſignificantiā eſt ſermonis: extra ſenſus intentionem, non enuntiatꝛ, non attingitur, nō tenetur, verborum ſignificātiam rei ipſius natura conſumit. Senſus contēplationē inperſpicabile lumen obc cat, intelligentię capacitatem quod fine nullo cōtinetur excedit. Mihi ergo in ſenſu labes eſt, in intelligentia ſtupor eſt. In ſermone vero iam nō infirmitatem, ſed ſilentium confitebor: periculoſum nimis eſt de rebus tantis, ac tam reconditis aliquid vltra præſcriptum cęleſte proferre, vt vltra præfinitionem Dei ſermo de deo ſit. Forma fidei certa eſt. Non ergo aliquid addendum eſt, ſed modus conſtituendus audacię, quicqd vltra quæritur nō intelligitur.

*Quomodo improbi hæretici inſiſtant alia addentes.*

Ceterum, hęreticorum improbitas inſtinctu diabolicę fraudulētiæ excitata, nondum quieſcit: ſed in tanta rerū qōne addit. Si paternitas, & filiatio in deo ſiue in diuina eſſentia ſunt, eadem ergo res ſibi pater eſt, & filius.

tia vniuntur ſignificatur vt eſſe, quod eſt actus eſſentiæ. non autem vniuntur in eſſe, quod ſignificat diffinitio rei, quia alia eſt ratio paternitatis, qua ad aliud refertur, & alia ratio eſſentiæ. F

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſi aliqua duo ſint idem ſm id qđ idem ſunt in quocūq; eſt vnum, & alterum, paternitas autem & eſſentia diuina ſunt idē ſm eſſe: & ideo ſicut in filio eſt eſſe eſſentiæ, ita & in filio eſt eſſe paternitatis, quia in diuinis non eſt niſi vnū eſſe. Sed paternitas habet aliquid in quo non vnitur cum eſſentia. ſ. rationē paternitatis, q̄ eſt alia a rōne eſſentię. vnde ſecundum illam rōnem, reſpectus pōt eſſe in patrę & non in filio. ſ. diſtinguere patrem a filio. vnde in proceſſu incidit fallacia accidentis. Neq; oportet in his aliquid ſile inquiri: quia in nulla re creata inuenitur aliquid ſile diuinę ſimplicitati, vt d habēs ſit id quod habetur: omnia. n. ſimilia, q̄ poſſent induci vel de pūctis, vel de differentijs exiſtentibus in genere, plus habent de diſſimilitudine, quàm de ſimilitudine: & ideo magis abducunt a veritate, q̄ in verum intellm inducunt. Sicut. n. dicit Boe. lib. de tri. in his, quæ ſine materia ſunt, oportet nō ad imaginationē deduci, quia hoc plurimum officit in diuinis.

D, 1081. — † Lib. 2. de trin, circa princ. — 1. lib. c. 2.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa rñſio bona eſt, Sciendum eſt autem, ꝙ ratio d ſumitur dupľr, Qñq;. n. rō dicitur id quod eſt ī raciocinante. ſ. ipſe actus rationis, vel potentia, quæ eſt rō. Qñq; enim ratio eſt nomen intentionis, ſiue ſecundum ꝙ ſignificat diffinitionem rei, prout ratio eſt diffinitio, ſiue prout ratio dicitur argumentatio. Dico igitur, ꝙ cum dicitur ꝙ eſt alia ratio paternitatis & eſſentiæ in diuinis: non accipitur ratio, ſecundū ꝙ eſt in ratiocinante tm̄: ſed ſecundum ꝙ eſt nomen intentionis, & ſignificat diffinitionem rei. quāuis. n. in diuinis non poſſit eſſe diffinitio, nec genus nec differentia, nec compoſitio: tñ ſi intelligatur ibi aliquid diffiniri, alia erit diffinitio paternitatis, & alia diffinitio eſſentiæ, In omnibus autem intentionibus hoc cōiter verum eſt, ꝙ intentiones ipſæ non ſunt in rebus, ſed in anima tm̄: ſed habent aliquid in re rñdens. ſ. naturam: cui intellectus huiuſmodi intentiones attribuit: ſicut intētio generis nō eſt in aſino, ſed natura animalis cui per intellm hęc intentio attribuitur, & ita etiam ipſa ratio quam dicimus aliam & aliam K in diuinis nō eſt in re: ſed in re aliquid rñdens ei in quo fundatur. ſ. veritas illius rei cui talis intētio attribuitur. eſt. n. in deo. vnde pñt rationes diuerſæ ibi conuenire: & ideo non ſequitur, ꝙ Deus ſit rationes illæ, ſed ꝙ ſit tm̄ habēs eas: hoc. n. quod dr̄, ꝙ in Deo eſt idem habens & quod habetur, intelligitur de illis, q̄ habentur per modum rerum: non autem de illis, quæ habentur per modum intentionum: ſicut non poſſumus dicere, ꝙ Deus ſit nomen, quāuis nomen habeat, ſed ꝙ Deus eſt bonitas, quia bonitatem habet. ſimiliter ēt paternitas, quia paternitatē habet, ſed non ſequitur, ꝙ ſit ratio, quāuis rationem habeat.

D. 238.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illæ rationes relationum, quæ dñr de Deo ex tempore, non habent aliquod eſſe in re diuina in qua fundentur: ſicut habent iſtæ relationes perſonarum, & ideo non eſt ſimile de vtriſque.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſcīa non diuiditur contra ſubſtantiam niſi ex genere ſuo, prout eſt qualitas. vnde dicitur, ꝙ hæc eſt immediata. Nulla qualitas eſt ſubſtantia: ſed hæc eſt mediata.

Nulla ſcīa eſt ſubſtantia: & ſic eſt in oībus alijs generibus. Sed ſicut ſupra dictum eſt, nulla ratio cōis alicuius prædicamenti manet in diuinis niſi relationis: & ideo id quod dicitur ad aliquid in diuinis, habet aliam rationem a ratione ſubſtantiæ, & alium modum prædicandi condiuiſum contra ſubſtantiam: ſed ſcīa & bonitas, & huiuſmodi, q̄ ſunt in alijs generibus, & dicuntur de Deo, non habent rationem cōis generis per quam diuiduntur contra ſubſtantiam; imo loco illius rōnis cōis qualitatis vel quantitatis, venit ibi rō ſubſtantię. vnde dicitur alia rō eſſe ſcientię, & alia ſubſtantiæ in diuinis, nō qa quaſi ſit condiuiſa contra rationem ſubſtātiæ: ſed ſicut rō ſpeciei eſt alia ratione generis inquantum addit rationem differentiæ ſupra rationem generis, vnde ita ī diuinis eſt alia ratio ſcīæ & ſubſtantiæ, ſicut in creaturis eſt alia ratio ſciētiæ & qualitatis, quod non eſt ſimpliciter aliud: & ideo ſicut in creaturis dicitur, ꝙ eodem eſt qualis & ſciens, ita in diuinis dicitur, quòd eodem eſt ſubſtantia, & ſciens: non tamē quòd eodem ſit ſubſtantia & pater, cum relatio quæ per ſe ſubſtantiæ condiuiditur ſecundum rationem generis, & I modum ſignificandi in diuinis ſaluetur.

diſt. 8. q. 4. art. 3.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum proprietates ſint perſonæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ proprietates non ſint perſonæ. Quæcūq;. n. ſunt idem re, multiplicato vno, multiplicatur reliquum. ſi igitur proprietates ſunt pſonæ. ergo quot ſunt pprietates, tot ſunt perſonæ: ſed proprietates ſunt. 5. vt ſupra dictū eſt. ergo & pſonæ, quod falſum eſt. — 1. par. q. 40. art. 1. — diſt. 23. q. 1 art. 3.

¶ 2 Præt. Deus dicitur trinus pp trinitatem perſonarum. ſi igitur proprietates vel notiones ſunt perſonæ, videtur etiam ꝙ quinus dici debeat pp quinarium notionum, & eadem rōne pater trinus, & filius binus.

¶ 3 Item ſecūdum Aug. Oē, qđ ad aliquid refertur eſt aliqd excepto hoc, ꝙ ad alterū dicitur: ſicut denarius eſt aliquid excepto hoc, quod prætium dicitur: ſed pater refertur ad aliū, quia ad filium: ergo præter relationem eſt ibi aliquid inuenire, quod relationi ſubſtat. hoc autem eſt hypoſtaſis vel perſona. ergo videtur quòd proprietates non ſunt perſonæ. — lib. 5. de tri. c. 4. & 5. & lib. 15. ca. 3 tom. 3.

¶ 4 Præt. Nihil videtur eſſe diſtinctiuum ſuiipſius: ſed proprietates diſtinguunt perſonas, vt dicit Dama. ergo proprietates non ſunt perſonæ. — lib. 1. fid. orth. c. 11.

¶ 5 Item. Omne concretum addit aliquid ſuper abſtractum, ſicut album ſuper albedinem: ſed perſonæ diuinæ ſignificant concretiuę, vt pater & filius. proprietates autem ſignificant in abſtracto. ergo proprietates non ſunt perſonæ.

CONTRA, Sicut dicit Hila. nec quicquam eſt filius niſi filius; ſed filius ſignificat relationem. ergo videtur, ꝙ totum hoc quod eſt filius, ſit relatio filiationis, & ſic eſſentia eius, & hypoſtaſis erit relatio. — † 2. de trin. circa mediū

¶ Præt. Omnis forma eſt principiū eius cuius eſt forma quantum ad aliquod ſui eſſe. ſi igitur paternitas qua formaliter pater eſt pater, ſit aliud ab ipſo patrę, erit aliquid principium patris, & prius



Nam in quo paternitas eſt, pater eſt, & in quo filiatio eſt, filius eſt. Si ergo vna eadēq; res habet in ſe paternitatem, & filiationē, & ipſa generat, & generatur, quod dicētes in Sabellianam hæreſim pertrahuntur, extendentes patrem in filium cum ipſum ſibi filium, ipſum B proponant & patrem. Si vero negauerint, in vna dei eſſentia paternitatem eſſe, & filiationē. quomodo ergo dicūt eſſe deū? His atque alijs argumentorum aculeis vtuntur in ſuæ opinionis aſſertione, vt veritatis formam diſſecent.

*Reſponſio contra hanc eorum poſitionem, vbi traditur, quòd proprietates non penitus ita eſſe in Dei eſſentia, ſicut in hypoſtaſibus dicuntur.* C

Quorum audaciæ reſiſtētes, atque ignorantiæ prouidentes, audebimus aliquid ſuper hoc loqui. Paternitas & filiatio, non ita eſſe omnino in diuina ſubſtantia dicūtur, ſicut in ipſis hypoſtaſibus, in qbus ita ſunt, ꝙ eas determinant: vt ait Ioā. dama. Caracteriſtica idiomata ſunt, ideſt determinatiuę proprietates hypoſtaſeos, & non naturę: etenim hypoſtaſim determinant, & non naturam. Ideoque licet paternitas, & filiatio ſint in diuina eſſentia, cum eam nō determinent, non ideo poteſt dici, ꝙ diuina eſſentia, & generet & generet. Vel ꝙ eadem res ſit ſibi pater & filius. Ita. n. proprietas determinat perſonam, vt hac proprietate hypoſtaſis ſit generans, & illa alia hypoſtaſis ſit genita, & ita non idem generat & generatur: ſed alter alterum.

† 3. fid. orthod. c. 6.

*Quæritur quomodo proprietates poſſunt eſſe in natura, ut tamen eam non determinent.*

Sed forte quæres: cum hæ proprietates non poſsint eſſe in perſonis, quin eas determinent, qūo in diuina eſſentia eſſe poſſunt: ita vt non eam determinent? Rñdeo tibi, & hic cum Hila. Ego neſcio, non requiro, ſed conſolabor me tñ. Archangeli neſciunt, angeli non audierunt, ſecula non tenent, propheta nō ſenſit, apoſtolus nō interroga-

prius eo, quod eſt inconueniens. ergo paternitas nō eſt aliud a A patre, & eadem ratione nec aliqua proprietas a perſona.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ circa hoc ſunt tres opiniones. Poretani. n. dixerunt, ꝙ proprietates ſunt in perſonis, vt aſſiſtentes, & non ſunt ipſę perſonæ. Sed hoc non poteſt eſſe, qa aut proprietas aliqd eſt in re, & ſic ſi non eſt perſona in qua eſt, oportet ibi eſſe compoſitionem. aut nihil eſt in re, & ſic non erit diſtinctio perſonarum ſm rē. ¶ Et ideo alij dicūt, ſicut dixit Præpoſitinus, ꝙ proprietates ſunt ipſæ perſonæ ſm rem, nec diſtinguuntur a perſonis etiam ſm rōnē, nec aliquo modo. Vnde dixit, in diuinis tm̄ eſſe eſſentiā & perſonas: & proprietates negauit. Sed cum dr̄ paternitas, ſumitur abſtractum pro concreto, ſicut dicimus, rogo benignitatem tuā. i. te benignum, & ſic etiam proprietates adorari dicitur, & dicebat, ꝙ perſonæ cū ſint ſimpliciſſimæ ſe ipſis diſtinguuntur. Sed hoc etiam non poteſt ſtare pp duo. Primo, quia inuenimus in vna perſona plures proprietates, & relatiōes, ſm qđ ad aliam, & ad aliam perſonam refertur. Secundo, quia aliqd attribuitur proprietati, quod non attribuitur perſonæ: ſicut diſtinguere, perſonæ autem diſtingui. & ideo oportet, ꝙ differant ſm modum ſignificandi proprietates a perſona. Nec modus ſignificandi diuerſus veritatem haberet, ſed vanitatem, niſi eſſet alia ratio proprietatis, & perſonæ: cui rñdet aliquid in re, vt dictum eſt.

Haedi. q. 1. art. 1. artic. præced.

¶ Et ideo dicimus, ꝙ proprietates & perſonæ, ſunt idem re: ſed differunt ratione, ſicut & de proprietatibus, & de eſſentia dictū eſt. Sed in hoc differt, ꝙ ratio proprietatis, & eſſentię, differt ſicut ratio diuerſorum generum, vt dictum eſt: ſed ratio proprietatis & perſonæ, differt ſicut rō abſtracti, & concreti in eodem genere acceptorum. In concreto aūt eſt duo conſiderare in rebus creatis, ſ. compoſitionem & perfectionem, quia quod ſignificatur concretiue, ſignificatur vt per ſe exiſtens, vt homo vel album. Similiter de ratione abſtracti duo ſunt. ſ. ſimplicitas & imperfectio, quia quod ſignificatur in abſtracto ſignificatur per modum formæ: cuius non eſt operari vel ſubſiſtere in ſe, ſed in alio. vnde patet, ꝙ ſicut etiam eſt in alijs quæ de Deo dicuntur, neutra ratio ſm totum diuinis cōpetit, ex quo probatur lib. de cauſis, ꝙ nihil proprie de Deo dicitur, quia nec abſtractum propter imperfectionem, nec concretum propter compoſitionem: ſed quantum ad aliquid vtrūq; vere dicitur, quia & concretum propter perfectionem, & abſtractum propter ſimplicitatem.

propōne 6.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd proprietates ſunt idem re cum perſonis quantum ad eſſe: ſed ſm eſſe perſonę non diſtinguuntur. vnde non ſequitur, ꝙ ſm multitudinē proprietatum ſit multitudo perſonarum, quia diſtinctio perſonarum nō eſt niſi ſm oppoſitionem relatiuam. vñ qđ ſm poteſt variari oppoſitio relatiua in proprietatibus, ſequitur diſtinctio in perſonis, & hoc ſi diligenter conſideretur, non poteſt venire ad maiorem numerum q̄ ternarium. & ideo relationes oppoſitæ ſunt perſonæ, & ſunt duæ perſonæ, ſicut duæ relationes: ſed relationes, quæ ſunt in eadem perſona non oppoſitæ, ſunt quidem duæ relationes vel proprietates: ſed non duæ perſonę, immo vna perſona.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ relationes ſignantur per modū formarum vel qualitatum in diuinis, numerus autem proprietatum vel formarum nō ponit ſimpľr numerum in rebus ipſis: ſed numerus ſuppoſitorum ſicut Sor. non dicitur trinus pper hoc, ꝙ tres proprietates habeat, & ita etiam pater non dicitur trinus propter tres notiones: ſed Deus dicitur trinus pper tres pſonas, vel tria ſuppoſita.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dictū Aug. veritatem habet in diuinis, & in creaturis: ſed diuerſimode, quia illud quod in creaturis ad aliquid dicitur, ſubſtat relationi, ſicut ſubiectū accidenti. & ideo eſt aliud & aliud: ſed illud quod in diuinis ad aliquid dicitur, eſt ipſa relatio, quia in Deo nō eſt aliud ſm rem, ſed ſm rōnem eſſentia, & habēs eſſentiam, quod eſt perſona, & ipſa proprietas diſtinguens perſonam. — vbi ſup.

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ proprietas ſignificatur per modum formæ, & formæ eſt diſtinguere. ideo proprietates pſonas diſtinguūt, & hoc eſt quantum ad modum ſignificandi, qui fundatur in vera ratiōe proprietatis. Ideo ex hoc non poteſt concludi aliqua diuerſitas ſecundum rem. — † lib. 2. de trin. prope prima.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ in diuinis, abſtractum & concretum non differunt ſecundum rem, ſed ſecūdum rationem, vt dictum eſt. vnde ita differt proprietas a perſona, ſicut deitas a Deo, quod eſt ſecundum rationem tantum. — in Cor. art. D

ARTICVLVS III.

*c Vtrum proprietates ſint in perſonis, & in eſſentia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ proprietates nō ſunt in eſſentia nec in perſonis. Quęcūq;. n. ſunt idem ſm rem, vnum eorum non poteſt eſſe in altero, quia propoſitiones ſunt tranſitiuæ. vnde ſm Philoſophum. 4. Phyſi. nihil eſt in ſeipſo, niſi per accidens: ſed proprietates ſunt idem re cum eſſentia & perſonis. ergo non ſunt in eſſentia, vel in perſonis. — Tex. 26.

¶ 2 Præt. Oē illud in quo eſt relatio, refertur, & omne quod E refertur, in diuinis relatione diſtinguitur, cum igitur eſſentia non diſtinguatur, videtur ꝙ in eſſentia non ſit relatio.

¶ 3 Item. Cum relationes ſint conſequentes motum, vel mutationem aliquā, in quo nō poteſt eſſe motus, vel mutatio, nec relatio eſſe poterit: ſed in diuinis nullus poteſt eſſe motus vel mutatio. ergo nec relōnes, ſiue ī eſſentia, ſeu in diuinis pſonis.

¶ 4 Præt. Omne quod eſt in aliquo, ſecundum aliquem modum in illo eſt: ſed nullus modorum, quo aliquid in aliquo a Philoſopho 4. Phyſic. ineſſe dicitur, poteſt conuenire ad hoc, quòd proprietates in perſonis ſint. ergo videtur, quòd nec proprietates ſint in eſſentia nec in perſonis. — c. x T. 23.

CONTRA in præfatione. In perſonis adoretur pprietas.

¶ Præt. Quod denominatur ab aliqua forma, oportet, quòd habeat illam in ſe: ſed perſonæ denominantur a proprietatibus. dr̄. n. a paternitate pr̄. ergo vr̄. ꝙ proprietates ſint in pſonis.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ proprietates ſunt in eſſentia, & in perſonis: ſed diuerſimode: quia in eſſentia ſunt per idētitatem rei, & non ſicut in ſuppoſito: ſed in perſonis ſunt ſicut in ſuppoſito,

in ſuppoſito: ſed diuerſimode, ſm q aliquid dicitur ſuppoſitũ alicuius dupl'r. Vel naturæ per quam conſtituitur, ſicut humanitas eſt in Sor. & hoc modo proprietates perſonales, ſunt in perſonis. Vel ſicut illud quod aduenit poſt eſſe conſtitutum: ſicut albedo eſt in Sorte, & ita ſm intell'm proprietates non perſonales vt innaſcibilitas, & cõis ſpiratio ſunt in perſonis: nõ tñ ita q ſuppoſitum ſit aliquid aliud ab eo quod ineſt ſecundum rem: ſed ſm rõnem tñ concreti & abſtracti, vt dictum eſt.

art. præced.

¶ ET PER HOC patet reſpõſio ad primum, qa ex hoc q ratione diſtinguunt, & re idem ſunt proprietates cum eſſentia & perſonis: vnũ in altero dicit eſſe.

¶ Ad ſecundum dicendum, q in quocũq; eſt relatio, ſicut in ſuppoſito illud refertur, ſicut in quocunq; eſt albedo, ſicut in ſuppoſito, illud eſt album. in natura autem diuina, vel eſſentia diuina, non eſt proprietas relatiua ſicut in ſuppoſito: immo per omnimodam rei identitatem. vnde rel'o non põt prædicari cõcretiue de eſſentia, vt dicatur, eſſentia refertur, ſed prædicatione deſignante identitatem, vt dicatur eſſentia eſt relatio. & ideo non oportet, q eſſentia diſtinguatur. ſicut etiam in creaturis paternitas eſt in Sor. ſicut in ſuppoſito. vnde Sor. pater dicitur: nõ autem humanitas eius pater dicitur, etiam qua poſſet dici paternitas eſſe, non quidem ſm identitatem rei, ſicut eſt in diuinis: ſed ſm conuenientiam in vno ſuppoſito, quod eſt Sor. in quo eſt humanitas & paternitas.

¶ Ad tertium dicendum, q hoc quòd relatio conſequitur motum, accidit relationi inquantum non eſt æterna. vnde ſi aliquę relationes æternæ ſunt, non conſequuntur motum aliquem. ſicut ſi ponatur mundus æternus, erit deſignare in cælo aliquod corpus æquale alteri vel duplum, vel ſecundum aliam proportionem: & tñ iſtæ relationes non conſequuntur motum aliquẽ vel mutationem: quia in cælo non eſt motus ad quantitatem, & ſimiliter cum relationes quibus perſonæ diſtinguuntur ſint ab æterno, non oportet, q motum aliquem conſequantur: ſed loco motus aliquo modo conſequuntur communicationem, & acceptionem naturæ diuinæ.

1. de trin. poſt med. vbi ſup.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſm Hila. comparatio terrenorum ad diuina nulla eſt. vnde nullus illorum modorum quem Philoſophus enumerat, ſufficit ad explicandum, quo in diuinis aliquid in aliquo eſſe dicatur, & præcipue modus ille, quo proprietates in eſſentia eſſe dicuntur: quia non inuenitur in creaturis aliqua diuerſorum generum in identitatem rei conuenire, ſicut relatio, & ſubſtantia in diuinis conueniunt ratione cuius vnum in altero eſſe dicitur. ſ. paternitas in eſſentia, ſicut in præexiſtente ſm intell'm. Sed modus ille, quo proprietates non perſonales ſunt in perſonis, habet aliquid ſi'e illi modo quo forma eſt in materia. ſ. forma accidentalis in ſubiecto. Sed modus ille quo proprietates perſonales ſunt in perſonis, habet aliquid ſimile cum illo modo, quo differentiæ ſunt in ſpecie, vel natura communis in inferiori, quamuis in his omnibus maior diſſimilitudo, q̃ ſimilitudo inueniatur.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum eſſentialia adiectiue p̃dicentur de proprietatibus.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ q eſſentialia adiectiua de proprietatibus prędicentur. quæcũq;. n. ſunt idẽ ſm rem, quicquid de vno dicitur, & de altero videtur dici: alias affirmatio & negatio de eodem verificaretur, quia de quo non dicitur affirmatio, dicitur negatio: ſed proprietates ſunt ipſe Deus, vt probatum eſt. ergo eſſentialia adiectiua, quę de diuina eſſentia prædicantur, etiam de proprietatibus p̃dicari debent.

Hac di. q. 1. art. 2.

¶ 2 Præt. De ſi'ibus idem eſt iudicium: ſed quædam adiectiua eſſentialia de proprietatibus prædicantur, vt immenſus, increatus &c. ergo videtur q etiam omnia alia.

¶ 3 Item. Videtur q ẽt adiectiua notionalia ſeu perſonalia, de proprietatibus prædicentur, quia maior eſt conuenientia pſonalium adiectiuorum cum proprietatibus, q̃ eſſentialium: ſed

uit, filius ipſe non edidit. Ceſſet ergo dolor quęrelarum. Nõ putet homo ſua intelligẽtia generationis ſacramentum poſſe cõſequi. Abſolute tamen intelligendus eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus. Stat in hoc fine intelligentia verborum. Eſt filius a patre, qui eſt vnigenitus ab ingenito, progenies a parente, vnus ab vno non natura deitatis alia & alia, qa ambo vnũ. Hoc credẽdo incipe, percurre, perſiſte, & ſi non peruenturum ſciam: tamen gratulabor profecturum. Qui. n. pie infinita proſequitur, & ſi non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inſeras in illud ſecretum, & archanum inopinabilis natiuitatis, nec te immergas ſummam intelligentiæ cõprehendere præſumens: ſed intellige incomprehenſibilia eſſe. His, alijsq; multis euidenter oſtenditur nobis nullatenus licere maieſtatem perſcrutari, ius ponere poteſtati modum circumſcribere infinito.

F quædam eſſentialia prædicantur de proprietatibus, vt dictum eſt. ergo multo magis omnia perſonalia, vt dicatur paternitas eſt generans vel innaſcibilis, & ſic de alijs.

diſt. 22. q. 1. arti. 1

¶ 4 Præt. Secundum Boe. nulla propoſitio verior illa eſt in qua idem de ſe prædicatur: ſed oẽs dicunt, q in patre idem eſt paternitas, & generare. ergo poteſt vere dici, quòd paternitas generet.

CONTRA. ſicut proprietas eſt idem re cum perſonis, ita etiã & eſſentia, quãuis vtrunq; ratione differat: ſed ratione huius identitatis nõ ſequitur, q notionalia adiectiua prædicentur de eſſentia ppter diuerſum modum ſignificãdi, qui cauſat diuerſitatem ſuppoſitionis. non enim dicitur, q eſſentia ſit genita. ergo videtur, q eadem ratione non debeat dici, quòd filiatio ſit genita.

G

RESPONDEO, dicendum, q ſicut dictum eſt, proprietas perſona & eſſentia ſm rem non differunt: ſed ſm rationem tñ, & diuerſum modum ſignificandi. vnde diſtinguendum eſt in adiectiuis, quia omnia illa quæ prædicant conditionem rei abſolutæ, prædicãtur cõiter de proprietate, perſona, & eſſentia, & huiuſmodi: præcipue ſi ſunt adiectiua negatiua, vt increatus, & huiuſmodi. Quæcũq; vero exprimunt modum ſignificandi, in quo iſta tria diſtinguuntur, non prædicantur de eis cõiter. Tñ in his etiam eſt diuerſitas. Quædam. n. ſunt, quæ important illum modum ſignificandi in principali ſignificato: ſicut hoc nomen cõe importat ſignificando modum eſſentiæ, & ſi'r hoc nomen diſtinctum modum perſonæ, & hoc nomen diſtinguens modum proprietatis: & ideo ſi iſtorũ prædicatio permutetur, vt dicatur eſſentia diſtincta, vel proprietas cõis, vel aliquid huiuſmodi, erit falſa ppõ, & non ſolum impropria. Quædam aũt important illum modum non ſignificando ipſum: ſed dãt eum intelligere ex ſuo modo ſignificandi: ſicut illa, quæ ſignificant per modum actus, quia actus ſunt ſuppoſitorum. vnde talia nõ proprie poſſunt attribui niſi perſonis, quæ ſunt ſuppoſita diuinæ naturæ: non autem proprietati, vel eſſentiæ, quæ ſignificantur per modum formæ. Vnde non proprie dicitur, q paternitas generat, neq; q paternitas creat. & ſimiliter etiam illa, quæ ſignificant concretiue dant intelligere modum perſonarum. Vñ & hęc non eſt propria, paternitas eſt ſapiens, vel huiuſmodi. & ſimiliter nec hęc. paternitas eſt pater, ſi ly pater adiectiue ſumatur, vel paternitas eſt innaſcibilis.

Hac diſt. q. 1. art. 2.

H

I ¶ AD PRIMVM igitur dicendum, q quãuis ſint idem ſm rem, tamen ſecundum rationem differũt: & ideo poteſt aliquid de vno dici, quod de altero proprie non dicitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, q illa adiectiua negatiua non dant intelligere aliquem modum determinatum, qui pertineat proprie ad eſſentiam vel perſonã: ſed dicunt conditiones, quæ pñt conſequi quidem vtrũq; quantum ad modum ſignificandi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd adiectiua perſonalia, non magis cõueniunt cum proprietatibus, quàm eſſentialia, quantum ad modum ſignificandi p nomen, quãuis conueniãt quãtum ad rõnem gñis, quia adiectiua pſonalia, & pprietates, ſignãt ad aliqd: & ideo eadem rõne non pñt de proprietatibus p̃dicari, quæ nec eſſentialia. Tñ de ipſa eſſentia diuina magis proprie prædicãtur eſſentialia adiectiua, q̃ perſonalia de pprietatibus, qa proprietas ſignãt, vt rõ quædam perſonæ. vñ quantũ ad modum ſignificandi. magis elongatur a pfectione ſuppoſiti, q̃ eſſentia, q̃ K dicit totum eſſe ſuppoſiti: licet alio mõ ſignificatum: ſed tñ perſonalia adiectiua, de eſſentia oĩno p̃dicari nõ pñt, pp diſtinctionem quam ſignificant, q̃ eſt oppoſita modo eſſentiæ.

¶ Ad quartum dicendum, q generare ſignãt idem cũ paternitate in re: ſed differt in mõ ſignificandi, quia gñare ſignificat, vt egrediens a ſuppoſito, & quia paternitas non ſignificatur vt ſuppoſitum, non poteſt generare, de ea prædicari.

ARTICVLVS V.

*Vtrũ cõtrariæ opiniones de notionibus poſſint eſſe ſine pctõ.*

1. p. q. 32. art. 5.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q contrarię opiniones in notionibus, non poſſint eſſe ſine peccato. ſicut enim



1. par. q. 32. art. 4.
lib. 1. de tri. c. 3. to. 3.

dicit Aug. nec periculoſius alicubi erratur, q̃ in materia trinitatis: ſed contrariæ opiniones de notionibus non poſſunt eſſe ſine errore alicuius. ergo cum iſte error ſit circa materiam trinitatis, videtur, q ſit periculoſiſſimus.

¶ 2 Præt. Duorum contradictoriorum oportet alterum eſſe falſum: ſed quidam dicunt non eſſe proprietates, & quidam eſſe infinitas, & quidam. 5. & quidã eſſe eſſentiam, & quidã non, quæ contradictorie opponuntur. ergo videtur, q ex altera parte interueniat mẽdacium: ſed ſm Aug. omniũ mẽdaciorum grauiſſimũ eſt, quod eſt circa diuina. ergo videtur, q iſta contrarietas ſine peccato non poſſit eſſe. Si dicas, q excuſantur ppter hoc, q de notionib' nihil ĩ ſacra ſcriptura habetur, & ita licuit vnicuiq; opinari quod voluit.

lib. de mendacio c. 21. to. 4.

† ſup. pſ. 68. to. 8.

¶ 3 Contra. aut. n. ſacra ſcriptura dicitur canon bibliæ, aut dicta ſanctorũ patrũ. Si canõ bibliæ, ſicut nec de notionib', ita ẽt nec de pſonis ibi fit mentio. ergo per eandem rõnem liceret negare perſonas, vel diuerſificari circa numerum perſonarum, quod tñ hæreticũ iudicaretur. Si dicta ſanctorũ patrum: cõtra expreſſe inueniuntur facere mentionem de proprietatibus: ſicut patet in multis authoritatibus dictis. ergo videtur, q omnino excuſari non poſſit.

CONTRA. Oẽ peccatum, vel eſt fidei vel morum: ſed circa iſtam cõtrarietatẽ non incidit peccatum morum, qa hoc peccatũ eſt circa actiones, nec etiã peccatum fidei, quia nullus ar. fidei negatur. ergo videtur, q ſit ſine peccato.

RESPONDEO, Dicendum, q contrarie opinari de aliquo, poteſt eſſe dupliciter. Vel q pertineat ad religionem fidei: Vel q non ptineat. Et ſi quidẽ ſit de non pertinentibus ad fidẽ, quibus poſitis vel remotis, nihil inconueniens fidei ſequat̃, nullum peccatũ ſi eſt: niſi forte per accidẽs. ſ. præſumptionis in eo, qui nimis aſſerit quod dubium eſt, vel mendacij, vel inanis gloriæ, vel multorum aliorum, quia cauſę per accidens ſunt infinitæ ſm Philoſophum. 2. phy. Si autem eſt contradictio de his, q̃ ad fidem pertinent, hoc poteſt eſſe dupl'r. Vel quia eſt de illis, q̃ expreſſe in articulis fidei continentur, quos ſcire omnes tenentur, & circa talia contradictio non eſt ſine peccato in altero, vel erroris ſimplicis, vel hæreſis, ſi pertinacia adiungatur. Vel eſt de illis, ad quæ conſequitur aliquid inconueniens, & cõtrarium fidei; licet in fide expreſſum d non ſit, nec determinatum, & tũc ante pertractationem per quã ſcitur, q aliquid inconueniens fidei ſequitur, poteſt vtrũq; ſine peccato opinari, & maxime ſi pertinacia non adiungatur. Sed pertractata veritate, & viſo quid ſequitur, idem iudicium eſt de eis, & de illis, quę

Text. 23. & 2. Metaph. tex. 6.

D. 419.

*Quibus authoritatibus opinionem ſuam. ſ. quòd proprietas patris, vel filij non ſit Deus, muniant.*

VErũtamen nondum deſiſtunt impatientię ſpiritu agitati: ſed opinionem ſuam ẽt ſanctorum authoritatibus munire conãtur, quibus oñdere volunt pprietatem qua pater eſt pater, & pprietatem, qua filius eſt filius, non eſſe Deum: ad hoc inducẽtes verba Aug. ſuper illum locum pſal. Et non eſt ſubſtantia, ita dicentis. Deus. n. quędã ſubſtãtia eſt. Vñ ẽt in fide catholica ſic ędificamur, vt dicamus patrem & filiũ & ſpm̃ ſcm̃ vnius eſſe ſubſtantię. Quid eſt vnius ſubſtãtiæ? Quicquid eſt pater qđ Deus eſt, hoc eſt fili', hoc eſt ſpiritusſanctus. Cum aũt pater eſt, nõ illud eſt, quod vel quo eſt. Pater. n. non ad ſe, ſed ad filium dicitur, ad ſe autẽ Deus dicitur. Eo igitur quod vel quo Deus eſt, ſubſtantia eſt. Et quia eiuſdem ſubſtantiæ eſt filius, proculdubio, & filius eſt Deus. At vero quod pater eſt, quia non ſubſtantiæ eſt: ſed refertur ad filium: non ſic dicimus filium patrem eſſe, ſicut dicimus filium Deum eſſe. Ex his verbis ſignificari dicũt, q proprietas patris, vel pprietas filij nõ ſit Deus, vel eſſentia diuina. Cum. n. dicit, eo qđ de' eſt, ſubſtãtia eſt: ſed qđ pater ẽ, ſubſtantia non eſt, aperte inquiunt oſtendi, id eſſe ſubſtantiam quo Deus eſt. Id vero quo pater eſt, non eſſe ſubſtantiam. Item cum ait, pater nõ illud eſt quod eſt, oſtendit eum non eſſe patrem eo qđ ſubſtãtia eſt. Nõ

A enim ſimpliciter. dixit. Pater non eſt, illud quod eſt: ſed ait. Cum pr̃ eſt, non illud eſt qđ eſt, ſignificãs quo pater eſt, nõ eſſe illud quo eſt, i. eſſentiam. Hæc illi ita exponentes, ſua commẽta ſimplicibus, & incautis vera videri faciunt. Nos aũt aliter fore iſta intelligenda dicimus. Dicẽs. n. eo. qđ Deus eſt, ſubſtãtia eſt: ſed qđ pater eſt, ſubſtantiæ non eſt, hoc intelligi voluit, qa B eſſentia Deus eſt, & deitate ſubſtantia eſt. Eo. n. ſubſtantia eſt, quo Deus eſt, & econuerſo, cuius ea eſt deitas quæ eſt ſubſtantia, & ſubſtãtia q̃ deitas: ſed qđ pater eſt non eſt ſubſtantiæ, i. non quo pater eſt, eo ſubſtantia eſt, quia proprietate generationis pater eſt, qua ſubſtantia nõ eſt. Ipſam tñ proprietatem ſubſtantiam eſſe non negauit. Ita etiam illud intelligendum eſt, quod ait. Cum pater eſt, non illud eſt quod eſt. i. non illo pater C eſt, quod vel quo ipſe eſt. i. eſſentia, ſed notione.

*Aliis etiam verbis Auguſtini vtuntur, vt aſſerant quod dicunt. ſ. proprietates perſonarum, non eſſe Dei ſubſtantiam.*

ITem illis verbis Auguſtini vehementer inſiſtunt ſuperius poſitis, ſcilicet, q verbum ſecũdum q ſapientia eſt, & eſſentia, hoc eſt D quod pater, ſecundum q verbum, non hoc eſt, quod pater. Si inquiunt verbum nõ eſt hoc quod pater, ſecundum hoc qđ eſt verbum. Id ergo, quo verbũ eſt, nõ eſt illud quod pater eſt. Proprietas ergo, qua verbum

determinata ſunt in fide, quia ad vnum ſequitur alterum: ſicut ſi aliquis ſimplex, & ſcripturas ignorans crederet Iacob patrem Iſaac fuiſſe. Ad quod ſequitur ſcripturam eſſe falſam, quod eſt expreſſe contra fidem. anteq̃ ſequi oñderetur ſibi poſſet eius opinio ſine peccato eſſe: ſed oſtenſo, q ſequitur ſcripturam eſſe falſam, ſi adhuc in opinione pertinaciter perſiſteret, hæreticus iudicandus eſſet, ita eſt etiã de notionibus, de quibus nihil eſt expreſſe in fide determinatum. Tñ ex errore circa notiones ſeqtur error circa perſonas, & circa fidem. ſicut ſi ponantur relationes eſſe aſſiſtẽtes tãtum, ſequitur, vel cõpoſitio in Deo, vel diſtinctio nõ ſm rẽ: ſed ſm rationem qđ eſt Sabellianę impietatis. & ideo Poretanus qui primo hoc poſuerat, poſt viſo, q hoc ſequit̃ retractauit. ſimiliter etiã, qui proprietates negant, nec omnino ponunt eas nõ eſſe: imme [illegible] ponũt eas in perſonis, & eas eſſe perſonas. Sed ſi omnino negarent eas eſſe, hæreticum eſſet, & ſimiliter pertinaciter defendere, q relationes ſunt tãtum aſſiſtentes, hæreticũ eſſet: & ideo hæretici in litera appellantur. Et p hoc patet rñſio ad ea, q̃ obiecta ſunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

† 7. de trin. c. 3. to. 3. diſt. 27.

SVPERIVS quoque.} Hic proprietates, pbat eſſe perſonas, & eſt ratio talis. Proprietates diſtinguũt perſonas: ſed perſonę ab ęterno ſunt diſtinctę. ergo proprietates ſunt ab æterno: ſed nihil eſt æternum niſi in Deo. ergo proprietates ſunt in perſonis, quicqd autem eſt in perſonis, eſt ipſę perſonæ: alſ compoſitio eſſet in perſona. ergo &c. {Cũq;. de ſimplicitate.} hic probat proprietates eſſe eſſentiam diuinam, & eſt rõ talis. In Deo idem eſt quod habet, & quod habetur: ſed Deus habet proprietates, quę in Deo ſunt, vt probatum eſt. ergo proprietates ipſę ſunt Deus, vel diuina eſſentia. {Si. n. inquiunt.} Hęc eſt prima eorum ratio, qua oſtendunt proprietates non eſſe perſonas, quæ talis eſt. Diſtinguens non eſt diſtinctum: ſed proprietates diſtinguunt perſonas. ergo &c. Et ad hoc rñdet per interemptionem maioris, quia perſonę ſeipſis diſtinguuntur. {Sed idẽ addunt.} Hic ponit ſecundam rationem eorum per quam probat proprietatem non eſſe eſſentiam, & eſt talis. Impoſſibile eſt idem eſſe quod vnit & diſtinguit: ſed in eſſentia vniuntur perſonæ, in proprietatibus diſtinguuntur. ergo &c. Hanc non ſoluit: ſed ad ſolutionẽ ſe excuſat propter difficultatem materiæ, quõ tñ reſpondendum ſit, in primo articulo dictum eſt. {Cæterum hęreticorum.} Hic ponit tertiam rationem per quam probat proprietates non eſſe in eſſentia, & eſt talis. In quocũq; eſt paternitas

E

art. 2. huius diſt.

paternitas illud eſt pater, & eſt generans, & in quocũq; eſt filiatio illud eſt filius, & eſt genitum. Si ergo in eſſentia eſt paternitas & filiatio, tunc eſſentia erit pater vel generans, & filius vel genitus: ſed eſſentia vna & eadem res eſt. ergo eadem erit res generans, & genita, vel pater & filius, quod eſt hæreſis Sabellij, vt idẽ ſibiipſi pater ſit.

¶Ad quod rñdẽdũ, ꝙ ſunt in eſſentia, non determinantes ipſam, & ideo adiectiua, quæ concretiue proprietates prædicãt de eſſentia, nõ prædicantur. {Sed forte quæres.} Hic ponit quartam rationem, quæ eſt contra vltimam reſponſionem, & eſt talis. Vbi eſt eadem cã, & idẽ effectus: ſed proprietates determinant ꝑſonas, quia ſunt in ꝑſonis. ergo & determinabunt eſſentiã ſi ſunt ĩ eſſentia. Et ad hoc non rñdet, ſed excuſat ſe ꝑꝑ difficultatem materiæ, qualiter tñ reſpondẽdum eſt, in tertio articulo dictum eſt. {Verũtamen non deſiſtunt.} Hic inducit authoritates pro ſe, in quibus Augu. videtur dicere, ꝙ non eo Deus eſt, quo pater, & ita cum paternitate ſit pr̃, & eſſentia ſit Deus, paternitas nõ erit eſſentia. Et ad oĩa huiuſmodi rñdetur hoc mõ, q̃a cum dicitur, non eo eſt pr̃ quo Deus, hoc eſt duplex: quia negatio põt includere ordinẽ quaſi cauſæ formalis, qui importatur in hoc qđ dicitur eo, & ſic eſt vera, & non facit ꝓ illis. Eſt. n. ſenſus: nõ eo quo pater eſt, Deus eſt. i. paternitate qua denominatur Deus. Vel põt includi ab ordine, ita ꝙ ordo remaneat affirmatus, & ſic eſt falſa, & in hoc ſenſu facit pro eis. Eſt enim ſenſus: non enim eo quo pater eſt, Deus eſt. i. illud quo pater eſt, non eſt illud, quo Deus dicitur, & hoc falſum eſt, quia paternitas qua denominatur pater, eſt deitas qua denominatur Deus, quamuis a paternitate non dicatur Deus, & hoc propter rationem diuerſam vtriuſq;.

† Lib. 8. parum ante medium. Rom. 8.

eſt, non eſt id quod pater eſt, nõ eſt igit̃ diuina eſſentia? Ad qđ dicimus, quia licet, ſecundum ꝙ verbum non ſit hoc quod pater eſt, ea tñ proprietas, qua verbum eſt, eſt id quod pater. i. diuina eſſentia: ſed non eſt hypoſtaſis patris.

## DISTIN. XXXIIII.

A

*Opinio quorundam non idem eſſe perſonam & eſſentiam, vel naturam dicentium, & eandem eſſentiam non poſſe eſſe patrem & filium & ſpiritumſanctum.*

PRædictis autem adijciendum eſt, quòd quidam puerſi ſenſus homines in tantam proſilierunt inſaniam, *a* vt dicerent non idem eſſe naturam dei & perſonam ſiue hypoſtaſim, dicentes eandem eſſentiam non poſſe eẽ patrem & filium ſine perſonarum confuſione. Si. n. inquiunt ea eſſentia quę pater eſt, filius eſt, idem ſibi pater eſt & filius. Si hãc rẽ dicis eſſe patrem, aliã quere quã dicas eſſe filiũ. Si vero aliã non quęſieris, ſed eandẽ dixeris, idẽ genuit & genituſẽ. Propter hęc & hmõi inter naturã & perſonã diuidũt ita, vt nõ recipiãt vnam deitatis naturã, & ſimplicẽ eſſe tres perſonas. Idque teſtimonio Hilarij defendere nitunt̃, qui in 8. lib. de Tri. Quærens, vtrum Apoſtolus ſpiritũ dei noĩans, & ſpiritũ chriſti idẽ ſignificauerit vtroq; verbo, inquit ita. Genitum prædicator volens naturę vnitatẽ in patre & filio docere ait. Spiri-

## DISTINCTIO XXXIII.

DIVISIO TEXTVS.

HIC MAGISTER comparat perſonam ad eſſentiã. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit comparationem. In ſecũda ponit materiæ finem. ibi {Præt. Sciendum eſt.} Prima in duas. In prima comparat perſonam ad eſſentiam ẽm identitatem. In ſecunda ẽm cõitatẽ eſſentiæ ad perſonas. ibi {Conſiderandum.} Prima in duas. In prima ponit errorem quorũdam, & rationes errantium. In ſecunda reſpondet ad illas rationes. ibi {Hic quidã dicunt.} Circa primum duo facit. Primo ponit errorẽ. Secundo erroris pro-

F bationem. ibi {Si. n. inquiunt &c.} Et hæc in duas. Primo. n. ponit probationem per rationem. Secundo per authoritatem. ibi {Idem quoq; teſtimonio &c.} {Hoc quidam dicunt.} Hic rñdet ad probationes. Et circa hoc duo facit. Primo rñdet ad authoritatem. Secundo ad rationem. ibi {Nec tamen diffitemur.}

tus dei in nobis eſt. Si quis autẽ ſpiritum chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum &c. Spirituales omnes ſumus ſi in nobis eſt dei ſpiritus, ſed & hic ſpiritus dei eſt & ſpirit⁹ chriſti. Et cum chriſti ſpiritus in nobis

G eſt, eius ſpiritus ĩ nobis eſt, qui ſuſcitauit chriſtũ. Et cum eius qui ſuſcitauit chriſtũ in nobis eſt ſpiritus, & ſpiritus in nobis eſt Chriſti. Nec tñ nõ Dei eſt ſpiritus, q̃ in nobis eſt. Diſcerne ergo o hæretice ſpm̃ Chriſti a ſpũ Dei, & excitati a mortuis ſpm̃ chriſti, a ſpũ dei chriſtũ a mortuis excitantis. Cum q̃ habitat in nobis ſpũs chriſti, ſpũs dei ſit, & ſpiritus chriſti a mortuis excitati ſpũs dei, tm̃ ſit chriſtũ a mortuis excitantis. Et quæro

H nunc in ſpiritu dei, vtrum naturam an rem naturę ſignificatã exiſtimes? Nõ eſt. n. idẽ natura qđ res naturæ, ſicut non idẽ eſt hõ, & qđ hominis eſt nec: idem eſt ignis, & qđ ipſius ignis eſt, & ſecũdum hoc nõ eſt idẽ deus, & qđ Dei eſt. Huius dicti occaſione ꝑfati hæretici dogmatizauerunt, non idẽ eſſe ꝑſonã, & naturam dei, aſſerẽtes naturã dei non eſſe tres ꝑſonas. Intelligentes in his præmiſſis verbis Hylarij ꝑ rem naturæ ꝑſonã, & no-

I mine naturæ diuinam naturã. Et ideo dicunt Hylarium interrogaſſe hæreticum. Vtrum per ſpiritum dei putaret ſignificatam eſſe naturam, an rẽ naturæ, vt ſic oſtenderet diſtinguẽdum eſſe inter naturam, & rem naturę, ideſt perſonam.

Circa primum duo facit. Primo ponit authoritatis expoſitionem. Secundo confirmat ſuam ſententiam per authoritatem Auguſtin. & Hylar. ibi {Non ergo ſecundum cor &c.} {Hic conſide.} Hic comparat eſſentiam ad perſonas ſecundum communitatem. Et circa hoc duo facit. Primo proſequitur eſſentiæ cõmunitatem. Secundo determinat ſignificationem cuiuſdã nominis, quod communitatem eſſentiæ deſignat. ibi {Hic non eſt prætermittendum.} Circa primum duo facit. Primo ponit illud, qđ pertinet ad communitatem eſſentiæ, prout nomine eſſentiæ ſignificatur. Secundo prout ſignificatur nomine aliorum attributorum. ibi {Ex prædictis conſtat.} Vbi duo facit. Primo, oſtendit eorum communitatem. Secundo, proſequitur appropriationis rationẽ. ibi {Id ergo ſacri eloquij.} {Pręter. Sciendum.} Hic imponit finem tractatui de trinitate. Et circa hoc duo facit. Primo, proſequitur quiddam quod videbatur deficere. ſ. de nominibus tranſlatiuis. Secundo, confitetur inſufficientiam propter materię difficultatem. ibi {De ſacramẽto vnitatis &c.}

## QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic eſt triplex quæſtio.

Prima. De comparatione eſſentiæ ad perſonam.
K Secunda. De appropriatione quæ in litera ponitur.
Tertia. De his, quæ tranſlatiue de Deo dicuntur.

Circa primum quęruntur tria.

Primo. Vtrum eſſentia ſit perſona.
Secundo. Vtrum poſſit dici, ꝙ tres ꝑſonæ ſint vnius eſſentiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum perſona, & eſſentia in diuinis ſint idem.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ perſona, & eſſentia in diuinis non ſunt idem: Omnis. n. perſona vel hypoſtaſis in diuinis, aut eſt generans vel genita vel procedens: ſed eſſentia non eſt huiuſmodi, vt ſupra dictum eſt. ergo &c. De poten. q. 9. art. 1. & 1. q. diſt. 3. q. 1. art. 1.

¶ 2 Præt. Affirmatio & negatio, nunq̃ verificãtur de eodem, verificantur



verificantur autem de eſſentia, & perſona, quia eſſentia non eſt diſtincta, perſona eſt diſtincta. ergo perſona, & eſſentia non ſunt idem.

¶ 3 Item. Omnis perſona, vel hypoſtaſis eſt ſuppoſitum alicuius naturæ: ſed idem non poteſt ſibiipſi ſupponi. ergo perſona, & eſſentia, nõ ſunt idem.

¶ 4 Præter. Omne proprium, ſe habet ex additione ad cõmune: ſed eſſentia eſt communis, perſona autem eſt proprium. ergo perſona ſe habet ex additione ad eſſentiam, non igitur ſunt omnino idem.

¶ 5 Item. Nulla duo vniuntur in eo, quod omnino idem eſt vtrique, quia iã in nullo, diſtingui poſſent. Sed duæ perſonę, vt pater, & filius vniuntur in eſſentia. ergo eſſentia, non omnino idem eſt vtrique perſonę.

CONTRA per Boet. In diuinis, idẽ eſt quo eſt, & quod eſt: ſed eſſentia ſignificatur, vt quo eſt. Perſona vt quod eſt. ergo idem eſt eſſentia, & perſona. (De tri. li. 1. cap. 7.)

¶ 1 Præt. Si perſona patris, non eſt ipſa deitas, qua Deus dicitur, pater dicetur De⁹ participatione alicuius naturæ. Sed illud cuius participatione, aliquid denominatur eſt maius, & perfectius, quantum ad illud genus, ſecundum quod denominatur, quàm ipſum participans, vt ſupra habitum eſt. 22. diſt. & Dio. etiam dicit, quòd participa- (c. 12. de di. no. q. 1. ar. 1) tiones excedunt ipſa participantia. ergo ſequeretur, quòd aliquid, quod non eſt pater, ſcilicet ipſa diuinitas eſſet maius, & perfectius patre, quod eſt inconueniens. ergo oportet, quòd eſſentia, & perſona, ſint omnino idem.

¶ 2 Pręter. Sequeretur, ſi eſſentia eſſet alia res a tribus perſonis, quòd eſſent quatuor res in diuinis, quod eſt hæreticum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd perſona, & eſſentia omnino re in diuinis, non diſtinguuntur. In illis enim in quibus aliud eſt eſſentia, quàm hypoſtaſis, vel ſuppoſitum, oportet quòd ſit aliquid materiale, per quod natura communis indiuiduetur, & determinetur, ad hoc ſingulare. vnde illam determinationem materiæ, vel alicuius, quod loco materiæ ſe habet addit in creaturis, hypoſtaſis ſupra eſſentiam, & naturam. vnde non omnino iſta in [d] creaturis idem ſunt.
D. 417 In Deo autem, non eſt natura ipſius ſubſiſtens, per aliquod ad quod determinatur, ſicut per materiam: ſed per ſeipſam eſt ſubſiſtens, & ipſum ſuum eſſe ſubſiſtens eſt. vnde natura eſt ipſum, quod ſubſiſtit, & eſſe in quo ſubſiſtit, & propter hoc in Deo omnino, [d] idem eſt, quo eſt, & quod eſt. Vnde oportet,
D. 1081 quòd omnino idem ſint re, eſſentia, & perſona, etiam ſi poneretur, quòd proprietates, non eſſent eſſentia, quia perſonæ non habent, quòd ſint perſonæ ex hoc, quòd ſubſunt proprietatibus: ſed ex hoc, quòd ſubſunt eſſentiæ, quia perſona dicit indiuiduum ſubſiſtens, in genere ſubſtantiæ. vnde magis eſt inconueniens ponere differentiam, ſecundum rem inter eſſentiam, & perſonam, quàm inter eſſentiam, & proprietatem. Nihilominus tamen eſſentia, & perſona diſtinguuntur ſecundum rationem, cui tamen rationi veritas rei, pro fundamento ſubſtat. Cum enim in Deo, ſit ſumma ſimplicitas, & ſumma perfectio: vtroque modo poſſumus Deum ſignificare, ſcilicet quantum ad ſimplicitatem per nomina abſtracta, & quantum ad perfectionem, per nomina concreta, quæ ſignificãt aliq̃d ſubſiſtẽs.

*Hic docet, quomodo eis obuiat ipſius ſcripturæ circumſtantia, & qualiter prædicta intelligi debeant, & quòd ſpirituſſanctus eſt res unius naturæ patris, & filij, & eſt ipſa natura.*

HOc quidem dicunt, non intelligentes pia diligentia, ſcripturæ circumſtantiam, qua conſiderata percipi poteſt, quomodo pręmiſſa dixerit † Hila. Subſequenter enim in eadem ſerie, oſtendit in ſpiritu Dei, aliquando ſignificari patrem, vt cum dicitur, Spiritus domini ſuper me. aliquando ſignificari filium: vt cum dicitur, In ſpiritu Dei eijcio demonia, naturæ ſuæ poteſtate ſe dęmones eijcere demonſtrans, aliquando ſpiritumſanctum, vt ibi, Effundam de ſpiritu meo, ſuper omnem carnem. Quod dicit conſumatum fuiſſe cum apoſtoli ſpirituſancto miſſo omnibus linguis locuti ſunt. Deinde, quare hanc diſtinctionem fecerit, & quòd in ſuperioribus, per verba apoſtoli, idem (†Ibid. †Iſai. 61. Luc. 11. †Ioelis. 2.)

A ¶ Item. In diuinis inuenimus, aliquid commune ſecundum rem, & aliquid proprium. Sic ergo ratio perſonæ duo includit in diuinis, nomine enim perſonæ ſignificatur Deus, vt ſubſiſtens, & proprium, ſed nomine eſſentiæ, ſignificatur vt ſimpliciter, non autem vt ſubſiſtens, & ſignificatur vt commune:

B ſpirituſſanctus ſignificatus ſit, & quòd ipſe ſit res vnius naturæ, patris, & filij, aperte oſtendit, inquiens, ita. Hæc iccirco ſunt demonſtrata, vt quacunque parte hæretica falſitas, ſe contuliſſet: finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Chriſtus, quo habitante habitat Deus, & cum habitat in nobis ſpiritus Chriſti, non aliud habitat, quàm ſpiritus Dei. Quòd ſi per ſpiritumſanctum Chriſtus, in nobis intelligitur eſſe, hunc tamen ita ſpiritum Dei, vt ſpiritum Chriſti eſſe noſcendum eſt, & cum per naturam Dei, natura ipſa habitat in nobis: indifferens natura filij creditur eſſe a patre, cum ſpirituſſanctus, qui eſt ſpiritus Chriſti, & ſpiritus Dei,

C res naturæ demõſtretur vnius. Quæro nunc ergo, quomodo non ex natura vnum ſunt? A patre procedit ſpiritus veritatis, a filio mittitur, & a filio accipit, Sed omnia, quæ habet pater, filij ſunt. Iccirco, qui ab eo accepit, Dei ſpiritus eſt, & idem ſpiritus Chriſti eſt: Res naturæ filij eſt: ſed & eadem

ſed nomine paternitatis, non ſignificatur, vt ſubſiſtens, ſed vt proprium, non quidẽ, vt diſtinctũ, ſed vt diſtinguens. Et ſic patet, quòd perſona re ab eſſentia, & proprietate, non differt, ſed ſecundum rationem tantum, per quam vtrunq; ſignificatur vt formale reſpectu, perſonæ, quantum ad duo, quę ſunt de intellectu perſonæ: quia eſſentia ſignificatur, vt forma eius, inquantum eſt ſubſiſtens, & proprietas, vt forma eius, inquantum eſt proprium, vel incommunicabile.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ generare, & ſimiles actus attribuuntur, perſonæ diuinæ, ſecundum duplicem modum ſignificandi, quo ab eſſentia diſtinguitur. Tum, quia ſignificant relationes diſtinguentes perſonas. Tum, quia ſignificant per modum actus: actus autem omnis eſt rei ſubſiſtentis, & perfectæ: & ideo non poſſunt eſſentiæ attribui ex hoc, quòd attribuuntur hypoſtaſi, quia hypoſtaſi attribuuntur, ſecundum id in quo non eſt idem cum eſſentia. & ideo incidit fallacia accidentis, in proceſſu.

D ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd de eodem ſecundum quod idem eſt, impoſſibile eſt aliquid idem affirmare & negare, ſed ſi in aliquo diſtinguantur affirmationes, & negationes pertinentes ad illam diſtinctionem de ipſo verificari poterunt, quia omnis diſtinctio ſiue rei, ſiue rationis fundatur in affirmatione, & negatione, ſicut patet etiam in ſynonymis. tunica enim & veſtis eandem rem ſignificant: tamen nomina ſunt diuerſa, & ſimiliter indumentum. vnde affirmationes, & negationes, quę pertinent ad rem, non poſſunt verificari, vt dicatur tunica eſt alba, indumentum non eſt album, ſed affirmationes, & negationes, quæ pertinent ad ipſa nomina poſſunt verificari, vt dicatur, indumentum eſt neutri generis. veſtis non eſt neutri generis. Ita etiam cum perſona, & eſſentia ſint idem ſecundum rem, nihil quod ad naturam rei pertinet, quod prædicatur de eſſentia, poteſt negari de perſona, vt dicatur, quòd eſſentia eſt increata, & ꝑſona non eſt increata: eſſentia eſt Deus: & perſona non eſt Deus. vel aliquid huiuſmodi. Sed quia ratione

E diſtinguitur, quicquid pertinet ad rationem illam in qua diſtinguuntur, quod prædicatur de vno poteſt negari de altero, vt dicatur, quòd eſſentia eſt communis, perſona non eſt communis, perſona generat, eſſentia non generat, & ſic de aliis, vnde in omnibus talib⁹, non idẽ attribuitur eſſentię, & perſonæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ꝓprie loquendo, non eſt in diuinis, aliquid ſub alio. vnde ſup. 8. diſt. Aug. nõ recipit nomen ſubſtãtiæ in diuinis, & ẽt Ric. de S. Vict. nomẽ ſubſiſtẽtiæ in nomen exiſtẽtię mutauit. vnde ẽt nec ꝓprie ibi ſuppoſitũ dr̃, vt ſuppoſitio ad rẽ referat̃: Sed vtimur talib⁹ noib⁹, ẽm intellectũ noſtrũ, q̃ accipit in diuinis, aliq̃d rñdẽs illis duob⁹ in creaturis, quorũ vnũ alteri ſupponit̃, ſicut res ꝑ ſe exiſtens ſupponit̃ formę cõi ſimplici, & intellect⁹ accipit, aliquid ſimpl̃r in Deo, qđ rñdet formæ, & aliquid ſubſiſtẽs, qđ idẽ eſt re, cũ ſimplici, & iõ rẽ ſubſiſtentem in diuinis nominat ſuppoſitũ naturæ ſimplicis. (Ricar. 4. de tri. c. 20. D. 367. & 634. & 635.)

D. 369. & 364.&365. ¶Ad quartum dicendum, quòd cõmune [d] eſt duplex. Quod- F dam enim commune eſt ſecundum rationem, & iſtud per additionem alicuius proprij contrahitur, & determinatur: ſicut genus per additionem differentiæ, & ſpecies per materiam indiuiduatur. Aliud eſt commune re, quod quidem manet indiuiſum, vnde non oportet, quòd aliquo addito determinetur, ſicut eſt eſſentia in tribus perſonis: ſed verum eſt, quòd oportet de intellectu perſonæ eſſe aliquã rationem, ſcilicet relationis, quæ non eſt de intellectu eſſentiæ, quæ tamen relatio, re ab ipſa eſſentia non differt. vnde nec compoſitionem facit nec in aliquo realiter perſonam ab eſſentia diſtinguit: ſed perſonam a perſona.

†Ioan.10. ¶Ad quintum dicẽdum, quòd tres perſonæ vniuntur in eſſentia, quæ omnino ſecũdum rem, idem eſt vnicuique illarum, tamen differt ſecundum rationem ab vnaquaque, quia perſona includit in ſe intellectum relationis, quæ relatio, quamuis comparata ad eſſentiam ratione tantum differat ab ea, tamen comparata ad ſuum relatum cui opponitur realem diſtinctionẽ facit. Non enim relatio diſtinguit realiter, niſi ſecundum oppoſitionem reſpectus quam habet. illa autem oppoſitio, non eſt ad hoc, in quo relatio habet eſſe: ſed ad hoc ad quod dicitur, & ideo relatio non diſtinguitur realiter ab eſſentia, & perſona in qua eſt, ſed a perſona alia ad quam dicitur.

res, & naturę patris eſt, & Dei excitantis Chriſtum a mortuis ſpiritus eſt, & idem ſpiritus Chriſti eſt a mortuis excitati. In aliquo differt Chriſti, & Dei natura, ne eadem ſit ſi præſtari poteſt vt ſpiritus, qui Dei eſt, non ſit etiam Chriſti. G Eſt ergo in nobis ſpiritus Dei, & eſt in nobis ſpiritus Chriſti, & cum ſpiritus Chriſti ineſt, ineſt ſpirit⁹ Dei. Ita cum quod Dei eſt, & Chriſti eſt, & quod Chriſti eſt, Dei eſt, non poteſt quid aliud diuerſum Chriſtus eſſe, quàm Deus eſt. Deus igitur Chriſtus eſt vnus cum Deo ſpiritus, ſecundum illud. Ego, & pater vnum ſumus. In quo docet veritas vnitatem eſſe naturæ, non ſolitudinem vnionis. H Ecce ſi hæc verba diligenter attẽdas, inuenis ſpiritum ſanctum rem naturę dici patris, & filij, & eundem dici, eſſe naturam Dei, vbi dicitur per naturam Dei, natura ipſa habitat in nobis, ſi per ſpiritum ſanctũ Chriſtus eſt in nobis. Itaque in Trinitate, non ita diſtinguendum eſt inter naturam, & rem naturæ: ſicut in rebus creatis, quia vt ait †Hilarius, comparatio terrenorum ad Deum nulla eſt, & ſi qua comparationum exempla interdum afferuntur, nemo ea exiſtimet abſolute in ſe rationis perfectionem continere. Non enim humano ſenſu de Deo loquendum eſt.

†De tri.li.1 poſt med.

*Quòd propter res creatas illud dixerit, non idem eſt natura, & res naturæ.*

AD naturam ergo rerum creatarum reſpiciens, inquit. Non idem eſt natura, quod res naturæ, ſubiiciens exempla de ipſis creaturis. Inde oſtendens errorem eſſe, ſub menſura creaturarum metiri creatorem, addit: & ſecundum hoc non idem eſt Deus, & quod Dei eſt, ac ſi diceret. Si ad inſtar creaturarum de creatore ſentis, cogeris fateri, quia non idem eſt Deus, & quod Dei eſt, quod dicere impium eſt, cum ſpiritus Dei, deus ſit, & Dei filius ſit deus.

†De tri.li.8 vbi ſup.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ conuenienter dicatur.*

1.p.q.39. ar.2. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur inconuenienter dici, quòd tres perſonæ ſint vnius eſſentiæ, quia ſecundum grammaticum, obliqui tranſitiui ſunt: ſed conſtructio tranſitiua exigit diuerſitatem eorum, quæ conſtruuntur. cum igitur eſſentia, non ſit diuerſa a perſona, videtur inconuenienter dici tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ. Si dicas, quòd genitiui illi conſtruuntur intranſitiue, ſicut cum dicitur, donum ſpirituſſancti, ideſt, quod eſt ſpirituſſanctus.

¶2 Contra. Sicut tres perſonę, ſunt vna eſſentia, etiam ſunt vnus Deus. ergo ſi illa ratio ſufficit, adhuc videtur, quòd ſimiliter poſſit dici eſſe tres perſonas vnius Dei, quod in litera negatur.

¶3 Item. Omnis conſtructio obliqui poteſt exponi per aliquam prępoſitionem, cum cauſali: ſed hæc eſt falſa, quòd tres perſonæ ſunt ex eadem eſſentia, vel de eadem eſſentia, vel per eandem. ergo videtur, quòd hæc etiam ſit falſa, quòd tres perſonæ, ſunt vnius eſſentiæ.

4. Metaph. tex.3. ¶4 Præt. Eadem eſt ratio rei, & vnius rei, vt dicit Philoſophus. Si igitur tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ, conuenienter poterit dici, quòd tres perſonæ ſunt eſſentiæ, quod nihil eſt dictum. ergo nec primum.

CONTRA, vt in litera habetur, ab omnibus catholicis confeſſum, & defenſum eſt nomen homouſion, ſed hoc nihil F aliud eſt, quàm eſſe vnius eſſentiæ, vt in litera dicitur. ergo tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ.

RESPONDEO, Dicendum, quòd iſta ſimpliciter concedenda eſt. Tres perſonæ, ſunt vnius eſſentię. Quamuis enim quatuor ſint cauſæ in rebus creatis, non tamen habitudines omnium cauſarum in Deo inueniuntur. Habitudo autem cauſæ materialis, non competit Deo, nec reſpectu alicui⁹, quod in ipſo eſt, nec reſpectu eius, quod in creaturis eſt, quia materia imperfecta eſt, & in potentia. Sed habitudo cauſę finalis eſt quidem in Deo reſpectu creaturarum, cuius bonitatem, finem omnis creaturæ dicimus, non autem reſpectu alicui⁹, quod in ipſo eſt. nõ enim vna perſona eſt finis alterius, quia ex hoc ſequeretur gradus in bonitate. Habitudo autem cauſæ formalis competit Deo, & reſpectu creaturæ cuius exẽplar eſt, & reſpectu eius, quòd in ipſo eſt, tamen iſta habitudo, non fundatur ſuper aliquam relationem realem: ſed ſecundum modum ſignificandi: quia aliquid ſignificatur, vt forma ſicut eſſentia, & aliquid vt ſubſiſtens in forma, ſicut perſona. Habitudo au- I tem cauſæ efficientis competit Deo, & reſpectu creaturæ, & reſpectu eius, quod in ipſo eſt, non quidem eſſe ad perſonam, ſed perſonæ ad perſonam, quæ ab ipſo eſt, nec tamen iſta habitudo fundatur ſupra acceptionem intellectus: ſed ſupra relationem, quæ in re eſt, vt tamen efficiens large ſumatur, quia in diuinis, non eſt aliquid faciens, & factum, ſed eſt ibi origo vnius perſonæ ab alia: & ita patet, quòd omnis conſtructio in diuinis reſpectu diuinorum, vel eſt ſecundum habitudinem cauſæ efficientis, vt cum dicitur filius patris: vel ſecundum habitudinem cauſæ formalis, vt cum dicitur tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ. vnde dicendum, quòd iſti genitiui conſtruuntur in habitudine cauſæ formalis.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quàmuis eſſentia, & perſona ſint idem re, tamen differunt ratione, quia vnum, vt forma alterius ſignificatur, & talis diuerſitas, ſufficit ad grammaticum, qui modos ſignificandi, per nomen conſiderat.

K ¶Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ibi omnino conſtructio ſecundum identitatem, ſed ſecundum habitudinem formæ, vt dictum eſt, & quia Deus non ſignificatur vt forma triũ perſonarum, ideo non poteſt dici, quòd tres perſonæ ſint vni⁹ Dei, non enim poſſet intelligi iſta conſtructio, niſi poſſeſſiue: & ſimiliter propter eandem rationem dicitur, quòd eſt vna eſſentia trium perſonarum, non quòd ſit vnus Deus trium perſonarum, & in nomine Dei importatur habitudo principij creantis, & gubernantis. corp. ar.

¶Ad tertium dicendum, quòd hæ præpoſitiones, ex, & de, deſignant habitudinem alicuius, quod ſe habet ad motum, vel operationem, ſicut initium, & non ſicut terminus, & ideo deſignant habitudinem cauſę efficientis, vel materialis, non autem formæ, vel finis, quæ ſunt potius, vt terminus motus. & ideo nullo modo poteſt dici, quòd tres perſonæ ſint ex eadem eſſentia, vel de eadem eſſentia: ſed poteſt dici, quòd ſint in eadem eſſentia, quia hęc prępoſitio in, poteſt denotare habitudinem cauſæ formalis continentis.

¶Ad



¶Ad quartum dicendum, quòd iſtæ conſtructiones, quę ſunt A in deſignatione formæ, requirunt duos genitiuos, quorum vnus ſignificet ipſam formam, & alius determinationem formæ, vt cum dicitur columna mire altitudinis, vel vnum genitiuum habentem vim genitiuorum duorum, vt cum dicitur vir ſanguinum, ideſt, vir multi ſanguinis effuſor. & ideo oportet etiam in propoſito eſſe duos genitiuos, quorum vnus ſignificet ipſam diuinam eſſentiam, & alius deſignet ſimplicitatem, aut vnitatẽ eius, vel aliquam aliam eſſentiæ conditionem, vnde poteſt dici conuenienter tres pſonæ ſunt vnius eſſentiæ, vel eiuſdem eſſentiæ, vel increatæ eſſentiæ, non autem ꝙ ſint eſſentiæ ſimpliciter.

*Quòd non aliud eſt Deus, & quæ ſua ſunt, ita ut inſint, alia enim ſunt, quæ inſunt, alia quæ non inſunt.*

†Ibidem. NOn ergo ſecundum corporales modos, vt in eadem ſubdit ſerie: accipienda ſunt hæc, quæ de Deo dicuntur: vbi euacuans opinionem eorum, qui ita putant aliud Deum eſſe, & aliud quod Dei eſt, aliudque naturam Dei, & rem naturæ, vt eſt in creaturis. †Ibid. li. 8. Aperte docet, non aliud eſſe deum, & quę ſua ſunt: ita vt inſint illi, ſic dicens. Homo aut aliquid ei ſimile, cum alicubi erit: alibi non erit, quia id quod eſt: illic continetur vbi fuerit in forma, vt non vbique ſit qui inſiſtens alicubi ſit. C deus autem immenſæ virtutis viuens poteſtas, quę nuſquam non abſit, nec deſit vſquam, quę ſe omnem per ſua edocet: & ſua non aliud, quàm ſe eſſe ſignificat, vt vbi ſua inſint, ipſe eſſe per ſua intelligatur. Non autem corporali modo, cum alicubi ſit: non etiam vbique eſſe credatur, cum per ſua in omnibus eſſe non deſinat. Non autem aliud ſunt, quàm quod D eſt ipſe, quę ſua ſunt. Et hæc propter naturę intelligentiam dicta ſunt. His verbis aperte ſignificatur, ſi tamen intelligis hæreticę, quia diuina natura non aliud eſt ab his, quæ ſua ſunt, ita vt inſint, & per illa in omnibus ſuis eſt, quæ non inſunt. Sua enim ſunt etiam quę non inſunt, ideſt, omnes creaturæ, & ſua ſunt, quæ inſunt, vt tres perſonæ, quæ ſunt eiuſdem naturæ, & eadem natura, ſicut ſupra Auguſti. †teſtimonio firmauimus dicentis tres perſonas eſſe eiuſdem eſſentię, vel eandem eſſentiam, ſed non ex eadem eſſentia: ne aliud intelligatur eſſentia: aliud perſona. Non tamẽ diffitemur aliquam diſtinctionem habendam fore, ſecundum intelligentiæ rationem, cum dicitur hypoſtaſis, & cum dicitur eſſentia, quia ibi ſignificatur, quod eſt commune tribus, hic vero non. Eſt tamen hypoſtaſis eſſentia, & C econuerſo. Fateamur ergo vnũ, atque idem eſſe tres perſonas, ſecundum eſſentiam, differentes autem proprietatibus. Vnde Auguſt. † ſuper locum prætaxatum Pſalm. ait. † Quęris, qd ſit pater? reſpõdetur. deus. Quæris, quid ſit filius? reſpondetur. deus. Quæris, quid ſit pater, & filius? reſpondetur. deus. De ſingulis interrogatus, deum reſponde. De vtroque interrogatus, non deos; ſed deum reſponde. Non ſic in hominibus. Tanta enim eſt, ibi ſubſtantiæ vnitas, vt ęqualitatem admittat; pluralitatem nõ admittat. Si ergo tibi dictũ fuerit cum dicis filium eſſe, quod pater eſt, profecto filius pater eſt. Reſponde ſecundum ſub-

†diſt. 5. & d. 25. 7. de Trini c.6.to.3.

†diſt. 33. † Pſal. 68. to.8.

*QVAEST. II.*

B

*Vtrum potentia conuenienter attribuatur patri. ſapientia filio.*

1.d.31.q.2. ar.1. DEINDE quæritur de appropriatione, quę in litera ponit. Videtur enim, quòd ſit incompetens. Virtus enim ad potentiam pertinet: ſed virt⁹ appropriatur filio, primæ cor.1. Chriſtum Dei virtutẽ. ergo potentia non debet appropriari patri, ſed filio.

¶2 Præte. Principium enũtiationis, vel pronũtiationis verbi, eſt ipſa ſapientia: ſed dicere verbum, quòd eſt filius pertinet ad patrem, qui eſt principium eius. ergo ſapientia debet appropriari patri potius, quàm filio.

¶3 Item. Sicut filius procedit per modum intellectus, vt verbum, ita etiam procedit per modum naturæ, vt filius. ſi ergo ſapientia appropriatur filio, quia procedit per modum intellectus, eadem ratione debet ſibi appropriari natura: quia procedit per modum naturæ.

Cap.4. de di.no. ¶4 Præt. Secundum Dion. Bonum eſt diffuſiuum ſuiipſius, & eſt quaſi principium fontale omnis emanationis diuinæ bonitatis: ſed eſſe fontale principium conuenit patri. ergo bonitas debet patri appropriari.

CONTRA. eſt quod in litera dicitur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd nomina perſonarum dicuntur, & de diuinis, & de rebus creatis, non quidem vniuoce, ſed per prius, & poſterius. vnde ſecundum alium modum eſt paternitas & filiatio, in creaturis, & in diuinis. Et ideo appropriatio poteſt fieri dupliciter. Vno modo, conſiderando rationes nominum, ſecundum quod de creaturis dicuntur, & ita appropriatio ſemper debet fieri, per contrarium, vt modus creaturæ a creatore excludatur. Alio modo, conſiderando rationes nominum, ſecundum quod in diuinis inueniuntur, & ita debet appropriatio fieri, per ſimilitudinem ad proprium, vt ſupra. 31. diſtin. dictum eſt. q.2. ar.1. Vtroque autem modo, conueniens A eſt iſta [d] appropriatio. Si enim conſiderentur rationes horum nominum, ſecundum modum, quo inueniuntur in creaturis, inuenitur per contrarium facta, quia apud nos inuenitur infirmitas in patribus, propter ſenectutem. vnde patri cæleſti potentia attribuitur. Inuenitur imperitia in filiis, propter iuuentutis motus, & propter inexperientiam, & ideo filio Dei, ſapientia attribuitur. Sed nomen ſpiritus, apud nos pertinere ſolet, ad quandam rigiditatem, & inflationem, vel impetuoſitatem. vnde dicitur Eſa. 2. Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius. & ideo ſpirituiſancto bonitas attribuitur, & hic modus tangitur in litera. Si autem accipiãtur rationes nominum, prout in diuinis ſunt; ſic etiam poterit fieri per aſſimilationem ad propria, vt patri, qui eſt fontale principium totius diuinitatis potẽcia aſcribatur, quæ in ratione ſua principium includit: eſt enim potentia principium tranſmutationis. vt in quinto Metaphyſicorum dicitur, & quia filius, procedit per modum intellectus, qui ſapientia perficitur, attribuitur filio ſapientia: & quia ſpirituſſanctus procedit, per modum volũtatis cuius obiectum eſt bonitas, ideo ſibi appropriatur bonitas. D.233.

¶AD PRIMVM igitur dicendum, quòd virtus, non nominat potentiam abſolute, ſed perfectionem potentię. vnde dicit Philoſophus primo cæli, & mundi, quòd virtus eſt vltimum in re de potentia. Tex. 32. Sic ergo poteſt tripliciter virtus conſiderari. Vel ſecundum quod in potentia radicatur, & ſic patri poteſt appropriari, ſicut & potentia. Vel inquantum eſt id per quod potentia in actum exit, & ita filio appropriatur, per quem pa- E ter operari dicitur. vnde & filius brachium patris dicitur. Iob. 40. Si habes brachium ſicut Deus. vt Grego. expoſuit. Lib.32. moral. c.5. Vel inquantum circa opus bonitatem imponit. vnde dicitur. 2. Ethico. Cap. 5. quòd virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, & ita appropriatur ſpirituiſancto, ſicut & bonitas.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſapientia ad verbum poteſt comparari tripliciter. Vel ſicut idem, vel ſicut prius, vel ſicut poſterius, ita in diuinis ſicut in humanis. Cum enim verbum dicat quandam conceptionem intellectus, iſta conceptio apud nos oportet, quòd conſequatur aliquod lumen intellectuale, & ſaltem lumen intellectus agentis, & primorum principiorum. ex quibus accipitur concluſio. Vnde ſi conſideretur ſapientia apud nos, ſecundum quod conſiſtit in cognitione concluſionis, quæ mente accipitur ſic eſt idem quod verbum mentis. Si autem conſideretur ſapientia, ſecundum quod conſiſtit in lumine intellectus agentis, & cognitione primorum principiorum, ſic præcedit verbum, quod eſt conce-

F

conceptio concluſionis. Si autem accipiatur ſapientia, quæ eſt adgenerata in mente diſcipuli, per verbum Magiſtri, ſic ſequitur verbum. Ita etiam eſt in diuinis: quia ipſa ſapientia genita eſt idem quod verbum, vt ex prædictis patet. Ipſe autem intellectus paternus, ſe habet in productione verbi ſicut lumen intellectus agentis, cum principijs in productione concluſionis. & ſic ſecundum ordinem naturæ, ſapientia eſt principium verbi: ſicut dicimus ſapientiam ingenitam eſſe principium ſapientię genitæ. Ipſa autem ſapientia creata, ſequitur verbum, quaſi effecta per ipſum. vnde Eccleſiaſtici primo, Fons ſapientiæ verbũ Dei, in excelſis: & ideo ſapientia eſſentialis, quæ ingenita eſt, neque generans, filio appropriari poteſt, propter ſimilitudinem ipſius ad proprium filij, inquantum eſt verbum, quam ſimilitudinẽ, non habet ad aliquod proprium patris.

Diſt. 32. q. 2. art. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura ſemper habet rationem principij, eſt enim principiũ motus, & quietis in eo, in quo eſt per ſe, & non ſecundum accidens, vt in ſecundo phyſico. dicitur, & ideo non poteſt appriari filio, qui eſt a principio ſecundũ originem naturæ: & non principium in illa origine, ſed ſapientia, non habet tantum rationem principij, ſed etiam eius, quod eſt a principio. & etiam magis, inquantum proprie ſapientia, & ſcientia de concluſionibus eſt, quàmuis etiam ſapientia principiorum ſit, vt in 6. Ethic. dicitur. & ideo filio appropriari poteſt.

Tex. 3.

Cap. 7.

¶ Ad quartum dicendum, quòd bonum dicitur diffuſiuum, per modum finis, ſecundum quod dicitur quòd finis mouet efficientem, non autem ſic pater eſt principium diuinitatis, ſed magis per modum efficientis, vt dictum eſt.

cor. art.

## QVÆSTIO III.

C

Deinde quæritur de his, quæ translatiue de Deo dicuntur.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum aliquid de Deo translatiue dicendum ſit.
Secundo. A quibus rebus Deus translatiue nominandus ſit.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum aliquid debeat dici translatiue de Deo.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd de Deo, nihil translatiue dici debeat. Sicut enim dicit Boe. lib. de Trinita. In diuinis intellectualiter verſari oportet, neque ad imaginationes deduci: ſed huiuſmodi tranſumptiuæ locutiones, ſunt ſumptæ ex imaginationibus ſenſibilium, ergo non eſt eis vtendum in diuinis.

1. p. q. 1. ar. 9. Lib. 1. Cap. 2.

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophum, 6. Top. omnes transferentes, ſecundum aliquam ſimilitudinem transferunt: ſed ſecundum Boet. ſimilitudo eſt rerum differentium eadem qualitas. Cum igitur qualitates rerum corporalium, non inueniantur in diuinis, videtur, quòd nulla ſimilitudo, vel metaphora, poſſit ſumi ex rebus ſenſibilibus, vt aliquid de Deo translatiue dicatur.

Cap. 7. Cap. de ſpecie in Porphy. 2. Editione.

¶ 3 Item. Omnis doctrina eſt ad manifeſtationem veritatis, & præcipue ſacra ſcriptura: ſed huiuſmodi metaphorę, vel ſymbolicę locutiones ſunt, quaſi quædam velamina veritatis, vt dicit Diony. ergo eis non videtur vtendum in theologia.

Cap. 1. cæle. hier. et lib. 1. de aïa tex. 25.

¶ 4 Præt. Secundum Philoſophos. Scientia fit per aſſimilationem intellectus ad rem ſcitam. Intellectus autem noſter cum ſit incorporeus & immaterialis, maiorem ſimilitudinẽ habet cum rebus diuinis, quàm cum rebus corporalibus, quę materiales ſunt. ergo magis ſe habet ad cognoſcendũ diuina, quàm huiuſmodi corporalia, & ita videtur, quòd per ſimilitudinem corporalium nobis diuina manifeſtari nõ debeant.

CONTRA eſt, quod dicit Dion. 1. cæl. hier. neque poſſibile eſt nobis aliter ſuperlucere diuinum radium, niſi varietate ſimilitudinum circumuelatum, diuinus radius aũt eſt veritas diuinorum. ergo oportet quòd ſub ſimilitudinibus corporalibus, nobis diuinorũ veritas proponatur.

†diſt. 23. & 27. Cap. 1.

RESPONDEO, Dicendum, quòd conuenientiſſimum eſt diuina nobis ſimilitudinibus corporalibus deſignari. cuius rõ poteſt aſſignari quadruplex. Prima, & principalis propter materiæ altitudinem, quæ noſtri intellectus capacitatem excedit. vnde non poſſumus veritatem diuinorum, ſecundum modum ſuum capere, & ideo oportet, quòd nobis ſecundum modum noſtrum proponatur. Eſt autem nobis connaturale a ſenſibilibus in intelligibilia venire, & poſterioribus in priora: & ideo ſub figura ſenſibilium intelligibilia nobis proponuntur, vt ex his, quæ nouimus ad incognita animus ſurgat. Secunda ratio eſt: quia cum in nobis ſit duplex pars cognoſcitiua, ſ. intellectiua & ſenſitiua, prouidit diuina ſapientia, vt vtraq; pars ſecundum quod poſſibile eſſet in diuina reduceretur, & ideo figuras corporalium adhibuit, quæ ſenſitiua parte capi poſſunt, quia ipſa intellectualia diuinorum non poterat attingere. Tertia ratio eſt, quia de Deo verius cognoſcimus, quid non eſt, quàm quid eſt. vnde Dio. dicit, quòd in diuinis, affirmationes ſunt incompactę, negationes verę: & ideo cum de omnibus, quæ de Deo dicimus intelligendũ ſit, quòd non eodem modo ſibi conueniunt, ſicut in creaturis inueniuntur, ſed per aliquem modum imitationis, & ſimilitudinis, expreſſius oſtendebatur huiuſmodi eminentia Dei, per ea quæ ſunt magis manifeſta ab ipſo remoueri. hæc autem ſunt corporalia, & ideo conuenientius fuit ſpeciebus corporalibus diuina ſignificari, vt his aſſuefactis humanus animus diſceret nihil eorum, quæ de Deo prędicat, ſibi attribuere, niſi per quandam ſimilitudinem, ſecundum quod creatura imitatur creatorem. Quarta ratio eſt, propter occultationẽ diuinæ veritatis: quia profunda fidei occultanda ſunt, & infidelibus, ne irrideant: & a ſimplicibus, ne errandi occaſionem ſumant, & hæ omnes cauſæ aſſignantur a Dio. in principio cæleſt. hier. & in epiſtola ad Titum.

K

Cap. 2. cæl. hier.

A

per totum.

¶ AD PRIMVM igitur dicendum, quòd in cognitione intellectualium, eſt duo conſiderare, ſcilicet principium ſpeculationis, & terminũ. Principium quidem eſt ex ſenſibilibus: ſed terminus eſt in intelligibilibus, ſecundum quod in cognitiõe naturali ex ſpeciebus a ſenſu acceptis, intentiones vniuerſales accipimus, per lumen intellectus agentis: & ideo dicendum eſt, quòd quantum ad terminum ſpeculationis, principium oportet ex aliquibus ſenſibilibus ſpeciebus in diuina conſurgere.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſimilitudo eſt duplex. quædam enim eſt per participationẽ eiuſdem formę, & talis ſimilitudo, non eſt corporalium ad diuina, vt obiectio probat. Eſt etiam quædam ſimilitudo proportionalitatis, quæ conſiſtit in eadem habitudine proportionum, vt cum dicitur. Sicut ſe habẽt 8. ad 4. ita ſex ad tria: & ſicut ſe habet cõſul ad ciuitatem, ita ſe habet gubernator ad nauem: & ſecundum talem ſimilitudinẽ, fit tranſumptio ex corporibus in diuina, vt ſi dicatur talis ignis ex hoc, quòd ſicut ſe habet ignis ad hoc, quòd liquefacta effluere facit per ſuum calorem, ita Deus per ſuam bonitatem perfectiones in omnes creaturas diffundit, vel aliquid huiuſmodi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd manifeſtatio veritatis eſt facienda, ſecundum proportionem recipientium, & quia quibuſdam potius manifeſtatio veritatis officeret, quàm prodeſſet, dũ vel ex impietate impugnarent, vel ex ſimplicitate deficerent. Ideo eſt diuinorum veritas occultanda. vt dicitur Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd eſt quædam aſſimilatio, ſecundum conuenientiam in natura, & ſic eſt maior aſſimilatio intellectus noſtri ad diuina, quàm ad ſenſibilia: ſed hęc non eſt illa, quæ requiritur ad ſcientiam. Eſt etiam quædam aſſimilatio per informationem, quæ requiritur ad cognitionem, ſicut viſus aſſimilatur colori, cuius ſpecie informatur pupilla. hæc autem informatio, non poteſt fieri in intellectu, ſecundum viam naturæ, niſi per ſpecies abſtractas a ſenſu, quia ſicut dicit philoſophus. 3. de anima, Sicut ſe habet color ad viſum, ita phantaſmata ad intellectum: & ideo conſtat, quòd hoc modo intellectus magis poteſt aſſimilari ſenſibilibus, quàm diuinis.

Tex. 18. & 32.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum tranſumptio in diuina debeat fieri ex rebus uilibus.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ex rebus vilibus, nõ debeat fieri tranſumptio in diuina. Sicut enim dictum eſt, omnis tranſumptio fit per aliquem modum ſimilitudinis: ſed in rebus vilibus non inueniuntur conditiones nobiles, ex quibus ad diuina poſſit aliqua ſimilitudo attendi. ergo videtur, quòd ex talibus rebus, nõ debeant tranſumptiones in diuina fieri. Si dicas, quòd in rebus quantumcunque vilibus inuenitur aliqua ſimilitudo diuinæ bonitatis, inquantum ſunt veſtigium creatoris.

Ibid. ad 3. art. præced. ad 2.

¶ 2 Contra. In omni creatura inuenitur ſimilitudo veſtigii vel imaginis. ſi igitur hoc ſufficit ad tranſumptionem faciendam, videtur, quòd ex omnibus creaturis poſſit fieri tranſumptio in diuina, quod non inuenitur.

¶ 3 Præte. Expreſſior ſimilitudo diuinæ bonitatis eſt, in rebus incorporeis, quàm in rebus ſenſibilibus. ergo videtur, quòd nomina angelorũ magis deberent in diuinam prædicationem tranſumi.

¶ 4 Item. Quæ ſunt omnino diuerſa, non debent eiſdem figuris exprimi: ſed quædam figuræ ſunt, quæ inducuntur ad deſignandum contrarias poteſtates. ſicut nomen ſerpentis, & leonis. ergo videtur, quòd ad minus huiuſmodi nomina in diuinis tranſumi, non deberent.

CONTRA. eſt quod in diuinis ſcripturis frequenter inueniuntur nomina etiam brutorum animalium in diuinam prædicationem tranſumi. vt dicitur Oſeæ. 12. Ero eis, quaſi leena &c. & ſimiliter in pluribus aliis locis. ergo videtur, quòd etiam ex vilibus rebus tranſumptio ad diuina fieri poſſit.

E

RESPONDEO, Dicendum, quòd hanc quæſtionem Dionyſi. 2. cap. cæleſt. hierarch. pertractat, & oſtendit, quòd etiam conuenientius ſignificantur nobis diuina per creaturas viliores, quàm etiam nobiliores. Et primam rationem aſſignat, quia his magis occultantur diuina, cuius occultationis neceſſitas dicta eſt. Secundam aſſignat, quia iſta magis a Deo remouentur, & diſtant, & ideo cum conuenientiſſimus modus ſignificandi diuina ſit per negationem, conuenientius iſtis ſimilitudinibus vtimur. Tertiam aſſignat ex vtilitate noſtra, quia minus datur nobis occaſio errandi in figuris rerum vilium, quàm in figuris rerum nobilium. Nullus enim dubitat, Deum ſecundum proprietatem dici non poſſe aliquod vile animal. & ideo conſtat, quòd ſcriptura huiuſmodi Deo ſecundum proprietatem non attribuit, ſed apud aliquos ſimplices, qui vix aliquid præter ſenſibilia ſuſpicari

Art. præc. cor.

---

ſtantiam tibi dixi, hoc eſſe filium quod pater eſt, non ſecundum id quod ad aliud dicitur. Ad ſe enim dicitur deus: ad patrem dicitur filius. Rurſumque pater ad ſe dicitur deus: ad filium deus dicitur pater. Quod pater ad filium dicitur, non eſt filius. Quod dicitur filius ad patrem non eſt pater. Quod dicitur pr̃ ad ſe, & filius ad ſe, hoc eſt pater, & filius, ideſt deus.

G

*b Vtrum ita poſſit dici deus trium perſonarum uel tres perſonæ unius dei, ut dicitur una eſſentia trium perſonarũ, & tres perſonæ unius eſſentiæ.*

HIc conſiderandum eſt, cum deus ſit diuina eſſentia, & ita dicatur vnus deus eſt tres perſonę, ſicut vna eſſentia dicitur tres perſonæ, vtrum ita valeat ſane dici, vnus deus trium perſonarum, vel tres perſonæ vnius Dei, ſicut dicitur vna eſſentia trium perſonarum, & tres perſonæ vnius eſſentiæ? In his locutionibus ſcripturæ vſus nobis emulandus videtur, vbi frequenter reperitur ita dictum. Vna eſt eſſentia trium, & tres ſunt perſonæ vnius eſſentiæ: nuſquam autem occurit legiſſe vnum Deũ trium perſonarum, vel tres perſonas vnius Dei. Quod ideo puto ſanctos doctores vitaſſe, ne ita forte acciperetur in diuinis perſonis, vt accipitur cum de creaturis ſimile quid dicitur. Dicitur enim Deus Abraam, Iſaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ, Quod vtique dicitur propter principium creationis vel gratiæ priuilegium, & creaturæ ſubiectionem vel ſeruitutem. Cũ ergo in trinitate nihil ſit creatum vel ſeruiens vel ſubiectum, non admiſit fides in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerſo non dicitur de Dei eſſentia, quòd ipſa ſit eſſentia Abraam, Iſaac, & Iacob, vel alicuius creaturę, ne creatoris & creaturæ naturam confundere videamur.

H

*Quòd licet potentia, ſapientia, bonitas, de Deo ſecundum ſubſtantiam dicantur in ſcriptura, tamen ſolent hæc nomina diſtincte ad perſonas interdum referri.*

EX prædictis conſtat, quòd ſicut eſſentia, ita potentia, ſapientia, bonitas, de Deo dicuntur, ſecundum ſubſtantiam. Quę autem ſecundum ſubſtantiam de deo dicuntur, tribus perſonis pariter conueniunt. Vna eſt ergo potentia, ſapientia, bonitas patris & filij & ſpiritusſancti, & hi tres eadem potentia, eadem ſapiẽtia, eadem bonitas. Vnde aperiẽ in trinitate ſumma eſſe perfectio. Si. n. ibi deeſſet potẽtia vel ſapiẽtia, vel bonitas, nõ eſſet ſummũ bonum. Sed quia ibi eſt perfecta potentia, infinita ſapientia, incomprehenſibilis bonitas, recte dicitur & creditur ſummum bonum. Cumque vnum & idem penitus ſit in deo potentia, ſapientia, bonitas, in ſacra tamen ſcriptura frequenter ſolent hæc nomina diſtincte ad perſonas referri, vt patri potentia, filio ſapientia, ſpirituiſancto bonitas attribuatur, quod quare fiat, non eſt ocioſum inquirere.

I

B

*Quare id fiat, ſcilicet quòd patri potentia, filio ſapientia attribuatur.*

B

ID ergo ſacri eloquij prudentia facere curauit, ne Dei immenſitatem ſimilitudine craturæ metiremur. Dixerat enim ſcriptura ſacra. Quia deus pater eſt, & quòd deus filius eſt, & audiuit hoc homo qui hominem patrem viderat, deum patrem non viderat, & cogitare cœpit ita eſſe in creatore, vt viderat eſſe in creaturis, a quibus hæc nomina translata ſunt ad creatorem. In quibus pater eſt prior filio, filius eſt poſterior patre, & ex antiquitate in patre defectus, ex poſteritate in filio imperfectio ſenſus ſolet notari. Ideo occurrit ſcriptura dicens patrem potentem, ne videatur prior filio, & ideo minus potens, & filium ſapientem, ne videatur poſterior patre & ideo minus ſapiens.

*Quare ſpirituiſancto bonitas attribuatur.*

DIctus eſt etiam ſpiritusſanctus deus, & dictus eſt habere ſpiritum deus, & videbatur hoc quaſi nomen inſlationis & tumoris. Vnde humana conſcientia ad deum pro rigore & crudelitate accedere metuit. Ideo ſcriptura temperauit ſermonem, ſuum ſpiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur qui mitis erat, non quòd pater ſolus ſit potens, vel magis potens, & filius ſolus ſapiens, vel magis ſapiens, & ſpiritusſanctus ſolus bonus, vel magis bonus. Vna eſt ergo potentia, ſapientia, bonitas

C

D

ſpicari poſſunt:de facili videretur ea, quæ ſunt nobiliſſima in corporibus, proprie Deo conuenire, ſi de ipſo dicerentur, & ideo ſimilitudines a rebus vilioribus ſumptę, ipſa qualitate rerum retrahunt animum ab errore, inuenitur tamen etiam in nobilibus creaturis Deus ſignificari in ſcriptura, ſicut Sole, & ſtella, & huiuſmodi, non tamen ita frequenter. ὁμοούσιος

¶ Ad primvm igitur dicendum ſecundum Dion. quòd nihil diuinæ bonitatis omnino participatione caret, & ideo ex rebus quantumcunque vilibus, poſſunt ſumi aliquæ conuenientes ſimilitudines ad diuina. De di.no. c.4.in prin.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quædam nomina creaturarum ſunt, quæ nõ nominant tãtum id quod creatum eſt, ſed etiam defectum culpæ annexum, ſicut nomen diaboli, nominat naturam deformatam peccato: & ideo talibus nominibus, non poſſumus tranſumptiue vti ad diuina. †Li.3.c.14.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in creaturis ſpiritualibus poſſumus duo conſiderare, ſcilicet ipſas perfectiones diuinæ bonitatis, ſecundum ſe acceptas, & his nominatur Deus, non quidem ſimbolice, ſed proprie: ſicut dicitur ſapiens, & intelligẽs & huiuſmodi. vnde etiam dicitur i li. de Cauſis, quod Deus nominatur nomine primi cauſati ſui, quod eſt intelligentia. Vel poſſumus conſiderare ipſum modum determinatum participãdi huiuſmodi perfectiones, qui modus pertinet ad determinatam naturam, vel ordinem angelorum. Vnde nomina exprimentia iſtum modum, non poſſunt proprie de Deo dici: nec etiam metaphorice, quia metaphora ſumenda eſt ex his, quæ ſunt manifeſta ſecundum ſenſum, & ideo nunquam inuenimus Deum in ſcriptura nominatum Cherubin, vel Seraphin, vel aliquid huiuſmodi, ſicut leonem, vel vrſum, vel aliquod huiuſmodi. Propoſit.6.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in vna re poſſunt conſiderari diuerſæ proprietates, & ideo non eſt inconueniens, quòd ex eadem re, ſecundum diuerſas ſui proprietates, fiat tranſumptio ad aliqua contraria. ſicut quòd Deus dicitur leo propter liberalitatem, vel fortitudinem, vel aliquid huiuſmodi, & diabolus dicitur leo propter crudelitatem. Contingit etiam quandoque vt dicit Dionyſi. in epiſtolis ad Titum, quòd idem nomen transfertur ad ſignificandum participantem, & participationem, & participationis principium, ſicut ignis dicatur homo habens charitatem, & ipſa charitas, & Deus charitatem infundens: & ſecundum omnia diuerſimode exponenda eſt.

### Expoſitio textvs.

Si enim inquiunt &c.} Hæc ratio talis eſt. Eſſentia diuina eſt vna & eadem res: ſed eſſentia diuina eſt pater, & filius, vt dicitis. ergo eadem res eſt pater, & filius, & eadem res genuit, & genita eſt.

... trium, ſicut vna eſſentia. Ideoque ſicut dicitur filius homouſios, ideſt, conſubſtantialis patri, ita & coomnipotens.

*De hoc nomine homouſion, ubi in auctoritatem receptum ſit, & quid ſignificet.*

Hic non eſt prætermittendum, quòd Auguſtinus in lib. ſecundo contra Maximinum dicit de hoc nomine homouſion, quo latini tractatores frequenter vtuntur. Pater, inquit, & filius, vnius ſunt eiuſdemque ſubſtantiæ. Hoc eſt illud homouſion, quod in concilio Niceno aduerſus hęreticos Arrianos, a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum eſt. Quod poſtea in cõcilio Ariminenſi propter nouitatem verbi, minus quàm oportuit intellectã, quã tamen fides antiqua pepererat: multis paucorum fraude deceptis, hęretica impietas ſub hęretico Imperatore Conſtantino labefactare tentauit. Sed poſt non longum tempus libertate fidei catholicę pręualente, poſtquam vis verbi, ſicut debuit intellecta eſt: homouſion illud catholicæ fidei ſanitate lõge lateque diſtenſum eſt, & diffuſum. Quid enim eſt homouſion, niſi vnius eiuſdemque ſubſtantiæ? Quid eſt inquam homouſion, niſi ego, & pater vnũ ſumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates, hoc vitandum eſt.

*De nominibus, quæ translatiue, & per ſimilitudinem de Deo dicuntur.*

C

Præterea ſciendum eſt, quòd in aſſignatione diſtinctionis nominũ, inter alia, quæ ſupra diligenter executi ſumus: a: quædam diximus translatiue, & per ſimilitudinem de Deo dici, vt ſpeculum, ſplendor, character, figura, & huiuſmodi, de quibus pio lectori breuiter trado qđ ſentio, vt ſcilicet ratione ſimilitudinis conſiderata, ex cauſis dicendi, dictorum intelligentiam aſſumat, ſed catholicam. G

H *Nihil dignum excellentia ineffabilis trinitatis ſe tradidiſſe dicit ad alia tranſiturus.*

De ſacramento vnitatis, atque trinitatis ſummæ, & ineffabilis, multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidiſſe profitemur: ſed potius ex nobis mirificam eius ſcientiam, nec potuiſſe nos, ad illam peruenire.

I

F ¶ Ad quod patet reſponſio, per æquiuocationem rei, quia ſi res ſumatur eſſentialiter: tunc eſſentia diuina eſt vna res, & illa res, neque genuit, neque genita eſt, neque eſt pater, neque eſt filius, ſi pater & filius adiectiuę ſumantur. Si autem res ſumantur perſonaliter, ſic eſſentia diuina non eſt vna res, ſed tres res, quarum vna eſt generans, alia genita, tertia procedens, quàm uis eſſentia, neque generans ſit, neque genita, neque procedens. {Idem quoque teſti. &cętę.} Intentio Hilar. in omnibus verbis eius quæ hic inducuntur hęc eſt vult probare, quòd pater, & filius ſunt vnius naturę, ad quod probandum ſumit verbum apoſtoli Ro. 8. vbi eundem ſpiritum nominat patris & filij, ex quo procedit ſic. Cum ſpũs dupliciter ſumaẽ in diuinis, quia quandoque eſſentialiter ſumitur, & ſignificat diuinam naturã, & in hoc ſenſu: quandoque vero pro patre, quandoque pro filio, quandoque pro ſpirituſancto ponitur: quandoque vero perſonaliter, & tunc ſignificat rem naturæ, vel perſonã ſpirituſſancti. Aut in verbis apoſtoli ſumitur ſpiritus Chriſti, & patris eſſentialiter pro natura, vt ſit ſenſus: ſpiritus, qui eſt Chriſtus, & pater, & ſic plane habetur propoſitũ, quòd ſi vnus eſt ſpiritus vtriuſq;, quòd eadem ſit vtriuſque natura: aut ſumitur pro re naturæ quę ẽ ſpirituſſanctus, & ſic idem habetur, quòd ſpirituſſanctus eſt a patre & filio: ſed nulla res vnius naturæ eſt a rebus diuerſarum naturarum: cum igitur ſpirituſſanctus ſit vniꝰ naturę, quia ſimplex eſt, oportet, quòd pater, & filius non ſint diuerſarum naturarum. {Diſcernere &c.} quaſi dicat, ſi potes diſcernas, quia diſcerni non poteſt, vt ex auctoritate apoſtoli patet. {Et ſecundum hoc non idem &c.} Illud dupliciter poteſt legi. Vnomodo vt ſit quaſi deductio quædam ad impoſſibile, quaſi dicat: ſi ita eſt in Deo ſicut in creaturis, ſequeretur, quòd illud quod eſt Dei, non eſt Deus, quod eſt impoſſibile, & ſic Magiſter in litera exponit. Vel poteſt intelligi abſolute, & tunc vult dicere, quòd non eſt ratione idem. {Sed omnem} ideſt perfectum. {Per ſua}, ideſt, per virtutem & potentiam K ſuam quæ vbiq; eſt, qua omnia continet, docet ſe vbique eſſe. {A quibus hoc nomen tran. &c.} Contra, Apoſtolus Ephe. 3. ex quo omnis paternitas &c. ergo magis a Deo tranſlata ſunt ad creaturas. Et dicendum, quòd quantum ad rem ſignificatam, perprius eſt paternitas in deo quàm in creatura, ſed quantum ad modum ſignificandi per nomen, quod eſt a nobis impoſitum, per prius creaturæ conuenit, & inde ad creatorem tranſlatum eſt.

DISTINCTIO



## DISTINCTIO XXXV.

### Diviſio textvs.

A

Poſtqvam determinauit Magiſter de proceſſione diuinarum perſonarum in vnitate eſſentiæ, quæ eſt principium creaturarum & cauſa: antequam de creaturis determinet, proſequitur ea, in quibus conſiſtit perfecta ratio principij, ſecundum quod Deus creaturarum dicitur principium. Ratio autem principij efficientis in his, quæ agunt per neceſſitatem naturæ ſufficienter conſiſtit in potentia, & virtute perfecta, quam conſequitur effectꝰ, niſi ſit impedimentum ex parte recipientis. Sed hoc non ſufficit in his, quæ agunt per voluntatem, immo ſupra hoc exigitur ſcientia, & voluntas, vt oſtendit philoſophꝰ in 9. meta. Et ideo diuiditur hoc in partes tres. In prima, determinat de ſcientia Dei. In ſecunda, de potentia. 42. diſt. ibi {Nunc de omnipotentia Dei &c.} In tertia, de bonitate. 45. diſt. {Iam de bonitate Dei &c.} Ratio autem ordinis eſt, quia ſcientia ad plura ſe extendit, quàm potentia: eſt enim tam bonorum, quàm malorum, quorum non eſt potentia, quæ etiam ad plura, ſe extendit, quàm voluntas, quia voluntas eſt tantum reſpectu illorum bonorum, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt. Sed potentia vlterius eſt infinitorum aliorum, quæ facere poſſet. Prima, diuiditur in duas. In prima, determinat de ſcientia in communi. In ſecunda, de quadam ſpecie ſcientiæ Dei, quæ ſpecialem difficultatem affert, ſcilicet de prædeſtinatione 40. diſt. {Prædeſtinatio eſt de bonis ſalubribus &c.} Prima, in duas. In prima, oſtendit quorum ſit Dei ſcientia. In ſecunda, oſtendit qualiter ſe habeat ad res ſcitas. 38. diſtin. {Nunc ergo ad propoſitum reuertamur &c.} Prima, in duas. In prima oſtendit, quòd ſcientia Dei vniuerſaliter eſt omnium. In ſecunda, oſtendit quomodo ea quæ Deus ſcit, in Dei ſcientia eſſe dicuntur. 36. diſtin. {Solet quæri hoc, cum omnia dicantur &c.} Prima, in duas. In prima, oſtendit ſcientiam Dei eſſe omnium. In ſecunda ex hoc duas cõcluſiones inducit. ibi {Propterea omnia dicuntur &c.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit neceſſitatem tractatus. Secundo, proſequitur ſuam intentionem. ibi {Sciendum eſt igitur, quòd ſapientia &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quomodo diuina ſcientia ratione diuerſorum ſcitorum diuerſimode nominatur. Secundo, oſtendit, quæ iſtorum nominum eſſe res creatas actu exigant, & quæ non. ibi {Hic conſiderari oportet &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quæ nomina Deo non competunt, creaturis remotis. Secundo, oſtendit quæ nomina, nihilominus ſibi conueniunt, ſi creaturæ non eſſent ibi. {Scientia vero, vel ſapientia &c.} Circa primum tria facit. Primo, oſtendit veritatem. Secundo, inducit obiectionem in contrarium. ibi {Ad hoc autem ita &c.} Tertio, ponit ſolutionem ibi {Ad hic iuxta modum noſtræ &c.

†diſt.22.vſque ad d.26

Tex. 3.

## DISTIN. XXXV.

A

*De quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur, quæ ſpecialem efflagitant tractatum, ſcilicet de ſcientia, & præſcientia, & prouidentia, & diſpoſitione, prædeſtinatione, uoluntate, & potentia.*

Cvmque ſupra diſſeruerimus, ac plura dixerimus de his communiter, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam ſpecialem efflagitant tractatum, de quibus ammodo tractandum eſt, ideſt, de ſcientia, præſcientia, prouidentia, diſpoſitione, prædeſtinatione, voluntate, & potentia. Sciendum ergo eſt, quòd ſapientia :a: vel ſcientia Dei, cum ſit vna & ſimplex, tamen propter varios rerum ſtatus, & B diuerſos effectus: plura ac diuerſa ſortitur nomina. Dicitur enim non tantum ſcientia; ſed etiam præſcientia, vel prouidentia, diſpoſitio, prædeſtinatio, & potentia. Et eſt præſcientia, ſiue prouidentia, non de futuris tñ: b: ſed de omnibꝰ, de bonis, ſcilicet & de malis. Di-

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quinque quæruntur.

Primo. *Vtrum in Deo, ſit ſcientia.*

Secundo. Vtrum habeat tantum ſui ſcientiam, vel etiam aliorum. Et ſi aliorum quæritur.

Tertio. Vtrum de eis certam, & propriam cognitionem habeat.

Quarto. Vtrum ſcientia ſua ſit vniuoca noſtræ ſcientiæ.

Quinto. Vtrum ſcientia ſua poſſit dici vniuerſalis, vel particularis, vel in potentia, vel in habitu, ſicut ſcientia noſtra.

A

### Articvlvs primvs.

*a Vtrum ſcientia conueniat Deo.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Deo non conueniat. Vbi non eſt intellectus, ibi non poteſt eſſe ſcientia. Sed nomen intellectus proprie Deo non competit: immo dicitur in lib. de cauſis, cum Deus dicitur intelligens, nominatur nomine creati ſui primi, quod eſt intelligẽtia. ergo vr̃, quod ſciẽtia proprie Deo nõ conueniat. Propoſ. 6.

¶ 2 Præt. Simpliciſſimo, & primo, nihil conuenit, qđ ſibi aliqd præſupponat ad qđ ex additione ſe habet. Sed ſcientia pſupponit vitã, & eſſentiam, & habet ſe ex additione ad illa, vt ex principio lib. de cauſis patet. ergo cum Deus ſit ſimpliciſſimus, & primus, ſibi ſcientia non competit.

¶ 3 Pręt. Nihil quod pluralitatem requirit inuenitur in eo, qđ ſumme eſt vnũ: ſed ſcientia requirit pluralitatem quandam .ſ. ſcientis, ſcientiæ, & ſcibilis. ergo Deo, qui ſumme vnus eſt, non C conuenit. Si dicas, quòd in Deo, idem eſt ſcibile, & ſciens.

¶ 4 Contra. Nihil ſibi ipſi ſimile dici poteſt, vt dicit Hila. nec aliquid ſeipſum recipit aut capit: ſed ſecundum philoſophos ſcientia eſt aſſimilatio ſcientis ad rem ſcitam. Item ſcientia fit ſecundum receptionem ſcibilis in ſciente. ergo videtur, quòd non poſſit idem eſſe in Deo ſciens, & ſcitum. De ſynodis poſt med. De hoc habetur. 1. de anima text. 25.

¶ 5 Præt. ſm philoſophũ in 6. Ethi. ſcientia concluſionum eſt, & intellectus principiorũ: ſed cognitio concluſionum ſeqtur inquiſitionem rationis, cum igitur in Deo non ſit cognitio per inquiſitionem, vr̃ quod proprie in Deo ſcientia, eſſe non poſſit. Cap. 6.

Contra, eſt quod dicitur ad Col. 2. In ipſo ſunt omnes theſauri &c. Et Com. in 11. meta. quòd vita & ſcientia proprie eſſe in Deo dicuntur. Cap. 2. Tex. cõ. 39.

¶ Præt. Nulla perfectio deeſt ei, q perfectiſſimus eſt. Sed ſcientia eſt nobiliſſima perfectio. ergo Deo in quo omnium generũ pfectiones adunantur, vt in 5. meta. dicitur, ſcientia deeſſe nõ põt. Tex. 21.

Reſpondeo, Dicendum, quòd ſecundum Dio. in lib. de D di. nom. Tribus viis ex creaturis in Deum deuenimus, ſcilicet per remotionem, per cauſalitatem, per eminentiam, quarum quælibet nos in Dei ſcientiam inducit. Prima igitur via, quæ eſt per remotionem eſt hæc. cum a Deo omnis potentia, & materialitas remoueatur, eo quòd ipſe eſt actus primus, & purus, oportet eſſentiam eius eſſe denudatam a materia, & eſſe formam tñ. Sicut aũt particulationis principiũ eſt materia, ita formæ debeẽ intelligibilitas: vnde forma principiũ cognitionis eſt. vnde oportet quod oĩs forma per ſe exiſtens ſeparata a materia, ſit intellectualis naturæ. Et ſiquidem ſit per ſe ſubſiſtens & intelligens, ſi autem non ſit per ſe ſubſiſtens, ſed quaſi perfectio alicuius ſubſiſtentis, non erit intellectus; ſed principiũ intelligendi, quẽadmodum omnis forma nõ in ſe ſubſiſtens non operatur, ſed eſt opationis principiũ, vt caliditas in igne. Cum igiẽ ipſe deus ſit immunis ab omni materia & ſit per ſe ſubſiſtens, quia eẽ ſuũ ab alio non depẽdet, oportet quod ipſe ſit intelligẽs & E ſciens. Secunda via quæ eſt p cauſalitatẽ eſt hęc. Omne.n. agẽs habet aliquã intẽtionẽ, & deſiderium finis, omne aũt deſideriũ finis pcedit aliqua cognitio pſtituens finẽ & dirigens in finẽ ea quæ ſunt ad finẽ. Sed in qbuſdam iſta cognitio nõ eſt cõiuncta tendenti in finẽ. vnde oportet quod dirigaẽ per aliquod priꝰ agẽs, ſicut ſagitta tendit in determinatũ locũ per determinationẽ ſagittantis, & ita eſt in omnibus quæ agunt per neceſſitatem naturę: quia horũ operatio eſt determinata per intellectũ aliquẽ inſtituentem naturã: vnde Philoſ. dicit, quod opus naturæ eſt opꝰ intelligentiæ. In aliquibus aũt iſta cognitio eſt coniuncta ipſi agenti, vt patet in animalibus, vnde oportet, quod primũ non agat per neceſſitatẽ naturę, quia ſic non eſſet primũ, ſed dirigereẽ ab aliquo priori intelligẽte: oportet d igiẽ quod agat p intellm̃ & voluntatẽ, & ita quod ſit intelligens, & ſciẽs. Tertia via q̃ eſt per eminentiã eſt hæc. Quod.n. inuenit in pluribus magis, ac magis ſecundum quod plures alicui appropinquat, oportet vt in illo ma- de diu. no. cap. 7. 2. phyſic. Tex. 75. D.221

ximo inueniatur: ſicut calor in igne, ad quem quanto corpora miſta magis accedunt, calidiora ſunt. Inuenitur autem, quòd quanto aliqua magis accedunt ad primum, nobilius cognitionem participant: ſicut homines plus quàm bruta, & angeli magis hominibus. vndę oportet, quòd in Deo nobiliſſima cognitio inueniatur.

ſpoſitio vero de faciendis. Prædeſtinatio de omnibus ſaluandis, & de omnibus bonis, qui & hic liberantur, & in futuro coronabuntur. Prędeſtinauit enim Deus ab ęterno homines ad bona eligendo, & prędeſtinauit eis bona præparando. Quòd homines prædeſtinauit, Apoſtolus oſtendit dicens. Prædeſtinauit quos præſciuit fieri conformes imaginis filii ſui. & alibi. Elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati. Quòd autem bona eis pręparauerit, propheta Iſaias oſtendit dicens. Oculus non vidit Deus abſq; te, quę pręparaſti diligentibus, vel expectantibus te. Ergo ab æterno p̄deſtinauit quoſdam futuros bonos, & beatos, ideſt, elegit vt eſſent boni, & beati, & bona eis prędeſtinauit, ideſt, pręparauit. Prouidentia autem eſt gubernandorum, quæ vtique eodem modo videtur accipi, quo diſpoſitio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro pręſcientia :c: Sapientia vero, vel ſcientia, de omnibus eſt, ſcilicet bonis, & malis, & de præſentibus, pręteritis, & futuris, & non tantum de temporalibus, ſed etiã de æternis. Non enim ita ſcit Deus iſta temporalia, vt ſeipſum neſciat: ſed ipſe ſolus ſeipſum perfecte nouit, cuius ſcientiæ
G cõparatione, omnis :d: creaturę ſcientia imperfecta eſt.

*Vtrum ſcientia, uel præſcientia, uel diſpoſitio, uel prædeſtinatio, potuerit eſſe in Deo, ſi nulla fuiſſent futura.*

HIc cõſiderari oportet: vtrum ſcientia, vel pręſcientia, vel diſpoſitio, vel prędeſtinatio, potuerit eſſe
H in Deo, ſi nulla fuiſſent futura. Cum enim pręſcientia ſit futurorum, & diſpoſitio faciendorum, & prædeſtinatio ſaluandorum, ſi nulla eſſent futura, ſi nihil eſſet facturus Deus, vel aliquos ſaluaturus, non videtur potuiſſe in Deo eſſe pręſcientia, vel diſpoſitio, vel prędeſtinatio. Potuit autem Deus nulla pręſcire futura, potuit non creare aliquid, vel non ſaluare ali-

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd quandocunq; ſcientia, vel intellectus, vel aliquid quod ad perfectionem pertinet a Deo negatur, intelligendum eſt ſecundum exceſſum, & non ſecundum defectum. vnde dicit
1 Rom. 8. Dion. in 7. ca. de di. nom, ſine mente, & inſenſibile eſſe, ſecũdum exceſſum, & nõ
Epheſ. ſecundum defectum in Deo, eſt ordinandum. pro tanto ergo negatur nomen intellectus Deo proprie conuenire, quia
ap. 64. non ſecundum modum creaturæ intelligit, ſed eminentius.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd circa huiuſmodi nomina, quæ de Deo dicuntur ĩuenitur, triplex opinio. Quidam.n. dicunt, quòd ſciẽtia, vita, & huiuſmodi, ſignificant in Deo, aliquas diſpoſitiões additas eſſentiæ. Sed hoc non poteſt eſſe, quia hoc poneret cõpoſitionem in Deo, & poſſibilitatem in eſſentia ipſius, reſpectu huiuſmodi diſpoſitionum, quod omnino abſurdum eſt. Ideo alij dixerunt, quòd omnia huiuſmodi nomina nihil prædicant in Deo, niſi forte eſſe ipſius, vnde improprie de Deo dicuntur: ſed duabus rationibus inueniuntur dicta de Deo. Vel ratione negationis, vt quando dicitur Deus ſciens, intelligitur non eſſe ignorans ſicut lapis: Vel propter ſimilitudinem operis, vt dicatur Deus ſciens, quia operatur effectum ſicut aliquis ſciens, ſicut dicitur iratus, inquantum punit ad ſimilitudinem irati, non quòd ira ſit in eo, ita nec ſcientia, nec vita, nec aliquid huiuſmodi, ſed tantum eſſe. Sed hoc non videtur ſufficiens. Primo, quia omnis negatio de re aliqua, fundatur ſuper aliquid in re exiſtens. vt cum dicitur, homo non eſt aſinus, veritas negationis fundatur ſupra hominis naturam, quæ naturam negatam non compatitur. vnde ſi de Deo negatur ignorantia, oportet, quòd hoc ſit ratione alicuius, quod in ipſo eſt, & ita oppoſitum ignorantiæ, oportet in ipſo ponere. Secundo, quia omnis actus procedit ab agente ratione alicuius, quod in ipſo eſt, ſicut calidum calefacit, & leue aſcendit ſurſum. vnde oportet, quòd in eo, qui operatur actum ſcientiæ, ſit aliquid ad rationem ſcientiæ pertinens: quàmuis illud forte non competenter tali nomine ſignificetur; ſicut punire Dei actus eſt iuſtitiæ ipſius, nec oportet iram in eo ponere, quia non eſt per ſe actus iræ. Et ideo dicendum eſt, quòd omnia huiuſmodi proprie dicuntur de Deo, quantum ad rem ſignificatam, licet non quantum ad modum ſignificandi, & quantum ad id quod eſt proprium de
Diſt. 8. q. 1. art. 1. ratione cuiuslibet horum, licet non quantum ad rationem generis, vt ſupra habitum eſt, Et ideo dicendum, quòd omnia iſta, quæ non dicunt aliquam materialem, vel corporalem diſpoſitionem, in Deo vere ſunt, & verius quàm in aliis, nec aliquam compoſitionem in ipſo inducunt, immo ſicut iſta nomina proprie conueniunt creaturę propter diuerſa in ipſa exiſtentia, ita etiam proprie conueniunt Deo, propter vnicum, & ſim
Cap. 5. de di. no. plex ſuum eſſe, quod omnium in ſe virtutes vniformiter pręaccipit, vt Dionyſi. dicit, quòd patet in ſimili, ſi ponantur
F tres homines, quorum vnuſquiſque ſecundum ſuum habitum ſciat ea, quæ pertinent ad vnam ſcientiam, ſcilicet naturalia, geometricalia, & grammaticalia, & quartus, qui horum omnium per vnum habitum ſcientiam habeat, de quo conſtat, ꝙ vere poterit dici, quòd eſt grammaticus, vel grammatica eſt in eo, & ſimiliter geometria, & philoſophia, & quàmuis, in eo non ſit niſi vna res, ſecundum quam omnia hæc ſibi conueniunt, tamen aliud, & aliud ſecũdum rationem nominis vnũquodque horum in ipſo nominat, eo quòd vnumquodque eorum imperfecte exprimit illam rem. Ita etiam eſt, & in Deo. cum enim in aliis creaturis inueniatur eſſe, viuere, & ĩtelligere, & omnia huiuſmodi, ſecundum diuerſa in eis exiſtentia, in Deo tamen vnum ſuum ſimplex eſſe habet omnium horum virtutem, & perfectionem. vnde cum Deꝰ nominatur ens, non exprimitur aliquid niſi quod pertinet ad perfectionẽ eius, & non tota perfectio ipſius. & ſimiliter cum dicit̃ ſciẽs, & volens, & huiuſmodi, & ita patet, ꝙ omnia hæc, vnum ſunt in Deo ſecundum rem, ſed ratione differunt, quæ non tantum eſt in intellectu, ſed funda-
I tur in veritate, & perfectione rei. & ſicut proprie Deus dicitur ens, ita proprie dicitur ſciens, & volens, & huiuſmodi. nec eſt ibi aliqua pluralitas, vel additio, vel ordo in re, ſed in ratione tantum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis ad rationem ſcientię[d] exigantur ſcientia, ſciens, & ſcitum, non tamen exigitur, quòd hæc tria differant ſecundum rem; ſicut etiam de ratione motus eſt, & quòd ſit mouens, & motum: ſed quòd motum ſit aliud a mouente, non poteſt ſciri niſi demonſtratione, ante cuius inuentionem multi ſunt opinati ad ſeipſum mouere. Sciendum eſt ergo, quòd in omni intellectu, aliqualiter eſt idem intelligens & intellectum, & in quibuſdam etiam aliqualiter differt. In aliquibus vero ſunt omnino idem. Intellectus enim humanus, qui aliquando eſt in potentia, & aliquando in actu. quando eſt in potentia intelligens, non eſt idem cum intelligibili in potentia, quod eſt aliqua res exi-
K ſtens extra animam, ſed ad hoc quòd ſit intelligens in actu, oportet quòd intelligibile in potentia fiat intelligibile in actu per hoc, quòd ſpecies eius denudatur ab omnibus appenditiis materiæ, per virtutem intellectus agentis, & oportet, quòd hæc ſpecies, quæ eſt intellecta in actu perficiat intellectum in potentia, ex quorum coniunctione efficitur vnum perfectum, qđ eſt intellectus in actu, ſicut ex anima, & corpore efficitur vnũ, quod eſt homo habens operationes humanas. vnde ſicut anima non eſt aliud ab homine: ita intellectum in actu, non eſt aliud ab intellectu intelligente actu; ſed idem, non tamen ita, quòd ſpecies illa fiat ſubſtantia intellectus, vel pars eius, niſi formalis, ſicut nec anima ſit corpus. Si ergo eſt aliquis intellectus, ſicut diuinus, qui ad nihil eſt in potentia: ſed eſt totum actus, & ſemper in actu, tunc intellectum ab intellectu nullo modo differt re in eo, ſed conſideratione tantum, quia prout conſideratur eſſentia eius, vt immunis a materia, ſic eſt intelligens, vt probatum eſt: ſed prout con- Diſt. 8. q. 4. art. 1.
ſideratur eſſentia ſua, ſecundum quod intellectus accipit eam



eam ſine materia, ſic eſt intellectũ: ſed prout cõſideratur ipſum A
intellectum, prout non deeſt ſibi intelligenti; ſed eſt in ſeipſo, quodammodo ſic eſt intelligentia, vel ſcientia: quia ſcientia nihil aliud eſt, q̃ impreſſio, vel coniunctio ſciti ad ſcientem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd oĩa iſta vocabula, quibus dicimus ſcientiam eſſe aſſimilationem, vel appræhẽſionem, vel impreſſionem, vel aliquid huiuſmodi, veniunt ex conſideratione intellectus poſſibilis: qui nõ cognoſcit niſi per receptionẽ alicuius ſpeciei, reſpectu cuius eſt in potentia, per quã aſſimilatur rei extra animã. Vnde, vbi eſt intellectus ĩ actu tantum, nihil horum proprie dicitur: ſed ſecundũ modum intelligẽdi tm̃.

quos: potuit ergo in Deo non eſſe præſcientia, vel diſpoſitio, vel prædeſtinatio. Ad hoc autẽ ita a quibuſdam opponitur. Si, inquiunt, potuit præſciẽtia dei nõ eſſe in Deo ab æterno, & potuit non eſſe, ſi vero potuit non eſſe, cum præſciẽtia Dei ſit eius ſcientia, & ſcĩa ſit eius eſſentia, potuit ergo non eſſe ab æterno, id quod eſt eius diuina eſſentia. Ita & de diſpoſitione & præde-
B ſtinatione, quę eſt diuina eſſentia, obiiciunt. Addunt quoque & alia, ita loquentes: ſi potuit Deus non præſcire aliqua, cum idem ſit Deo pręſcire quod ſcire, & ſcire ꝙ eſſe: potuit ergo nõ eſſe. Item, cum idem ſit deũ præſcium eſſe, & deũ eſſe, ſi potuit non eſſe pręſcius, potuit non eſſe Deus. Potuit autem non eſſe præſcius, ſi potuit nulla præſcire. At potuit nulla præſcire, quia potuit nulla facere.

*Reſponſio quòd præſcientia, & diſpoſitio, & prædeſtinatio quaſi relatiue dicuntur ad futuras res, vel ad faciendas.*

e

AD hoc iuxta modulũ noſtræ intelligẽtię, ita dicimus. Præſcientia, vel diſpoſitio vel prædeſtinatio ad aliquid dici videntur. Sicut enim creator ad creaturam relatiue dicitur, ita præſcientia vel pręſcius ad futura referri videtur, & diſpoſitio ad faciẽda, ac prędeſtinatio ad ſaluanda. Veruntamen creator ita relatiue dicitur, vt eſſentiam non ſignificet. Præſcientia vero vel pręſcius, & in reſpectu futurorum dicitur, & eſſentiam deſignat, ita etiam diſpoſitio, & prædeſtinatio. Ideoq; cum dicitur, Si nulla eſſent futura, non eſſet in Deo præſcientia, vel nõ eſſet Deus præſcius, quia varia eſt ibi cauſa dicendi, diſtingui

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ea quæ dicuntur de Deo, ſemper intelligẽda ſunt per eminentiã, ablato omni eo, qđ imperfectionis eſſe poteſt. Vnde a ſciẽtia, ſecundum ꝙ in deo eſt, oportet auferre diſcurſum rõnis inquirentis, & retinere rectitudinem circa rem ſcitam: ſed qa ſcientia proprie cõplexorum eſt, intelligere p̃prie eſt quidditatis rei: ideo deus dicitur ſciens, inquantum cognoſcit eſſe ſuum, & dicitur intelligens, inquantum cognoſcit naturam ſuam: quæ tñ non eſt aliud, q̃ ſuum eſſe, nec magis ſimplex. Et ideo in deo non eſt aliud intelligere, q̃ ſcire, niſi ſecundum rationem. Sapientia vero non ponit in numerum, cum ſcientia & intellectu: quia omnis ſapientia ſciẽtia eſt: ſed non conuertitur, quia illa ſcientia, ſola ſapientia eſt, quę cauſas altiſſimas conſiderat, per quas ordinantur, & cognoſcuntur omnia ſequentia. vnde proprie Deus ſapiens dicitur inquãtum ſeipſum cognoſcit, & intelligens & ſciens, ſecundum quòd ſe & alia cognoſcit.

## ARTICVLVS II.

### b *Vtrum Deus intelligat alia a ſe.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non intelligat alia a ſe. Intellectum.n. perfectio eſt in-
1. par. q. 14. art. 5. telligentis, quia facit ipſum eſſe in actu: ſed omnis perfectio excedit id quod perficitur. ſi ergo aliquid aliud a ſe intelligeret, haberet illud maius ſe, quod eſt inconueniens.

¶ 2 Præt. ſecundum ordinem nobilitatis obiectorum, orſte
cap. 4. do nobilitatis in operationibus. vnde dicit philoſophus. x. Ethi. quòd perfecta operatio fęlicitatis, eſt reſpectu nobiliſſimi obiecti: ſed quicquid eſt aliud a Deo eſt vilius & imperfectius eo. Si igitur intelligeret aliud a ſe, hoc vergeret in imperfectionem, & vilitatem operationis ipſius.

Tex. 14. ¶ 3 Præt. Intellecta ſe habent ad intellectum ſicut picturæ ad tabulam. vnde philoſophus in 3. de anima comparat intellectum poſſibilem antequàm intelligat, tabulę, in qua nihil ſcriptum eſt: ſed impoſſibile eſt idem corpus figurari diuerſis figuris ſimul, & ſecundum eandem partem. ergo impoſſibile eſt eũdem intellectum ſimul plura intelligere. ſi igitur intellectus diuinus intelligit ſe, & multa alia, oportet, quòd ſit ſucceſſio in intellectu ipſius, quæ laſſitudinem ſibi inducat ex hoc, ꝙ non habet in actu illud, quod quęrit, & hoc eſt inconueniens

Tex. 38. ¶ 4 Præt. Sicut dicit philoſophus in 3. de anima. Scientiæ diuiduntur quemadmodum & res. Si ergo Deus intelligat plura oportet, quòd in eo ſint ſcientiæ plures, & hoc vergit in plu-
art. præced. ralitatem diuinę eſſentię, ſi ſua ſcientia eſt eius eſſentia, vt dictum eſt.

CONTRARIVM eſt quod habetur ad He. 4. omnia nuda, & aperta ſunt oculus eius.

¶ Pręt. Sicut dictum eſt Deus cognoſcit eſſentiam ſuam: ſed per eſſentiam ſuam eſt principium rerum. ergo ipſę cognoſcit ſe eſſe principium rerum: ſed impoſſibile eſt quòd cognoſcatur aliquid eſſe principium, niſi cognoſcatur, aliquid cuius eſt principium: quia q. nouit vnum relatiuorum, cognoſcit & reliquum, vt in prędicamentis dicitur. ergo cognoſcit alia a ſe. cap. de Relatiuo.

RESPONDEO, Dicendum ꝙ ex ſecunda via, quę ſupra tacta eſt, poteſt oſtẽdi, ꝙ Deus non ſolũ ſe, ſed etiam alia cognoſcit. Cum.n. ea, quæ agunt ex neceſſitate naturæ, naturaliter tendant in finem aliquem: oportet, quòd ab aliquo cognoſcente ordinentur in finem illum. Hoc autem eſt impoſſibile, niſi ille cognoſcens cognoſcat rem illã, & operationem eius, & ad quod ordinatur. ſicut faber non poſſet facere ſecurim, niſi cognoſcat actum inciſionis, & ea quę incidenda ſunt, vt ma- cap. de art. præced. arti. præc.
C teriam conuenientẽ inueniat, & formam imprimat: & ita oportet, ꝙ Deus cognoſcat ea, quæ ad ipſum ordinantur: quia ſicut eſſe ab ipſo habent: ita & ordinem naturalem in finem. vnde Rabi moy. hanc rationẽ dicit intendiſſe Dauid cum dixit. Qui lib. 3. ca. 20.
finxit oculum non conſiderat? q.d. cum Deus oculum faceret, ps. 93.
nunquid ipſe non conſiderauit actum oculi, qui eſt videre & obiectum eius, quod eſt viſibile particulare? Sciendum tamen eſt, ꝙ intellectum dupliciter dicitur, ſicut viſum etiam. Eſt.n. primum viſum quod eſt ipſa ſpecies rei viſibilis in pupilla exiſtens, quæ eſt etiam perfectio videntis, & principium viſionis, & medium nomen reſpectu viſibilis. Et eſt viſum, ſecundum qđ eſt ipſa res extra oculum. Similiter intellectum primũ eſt ipſa rei ſimilitudo, quę eſt in intellectu, & eſt intellectum, ſecundum quod eſt ipſa res, quę per ſimilitudinem illam intelligitur. Si
D ergo conſideretur intellectum primum, nihil aliud intelligit Deus niſi ſe: quia non recipit ſpecies rerum, per quas cognoſcat: ſed per eſſentiam ſuam cognoſcit, quæ eſt ſimilitudo omnium rerum. Sed ſi accipiatur intellectum ſecundum, ſic non tantum ſe intelligit, ſed etiam alia, & ſecundum primum modum dicit philoſophus in 2. Meta. quòd Deus intelligit tantum lib. 12. tex.
ſe. Et per hoc patet de facili reſponſio ad obiecta. 51.

QVOD ENIM obiicitur primo, quòd intellectum eſt perfectio intelligentis: verum eſt de intellecto primo, & non de intellecto ſecundo. Non.n. lapis, qui eſt extra animam eſt perfectio intellectus: ſed ſimilitudo lapidis, quæ eſt in anima.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd tripliciter intellectus diuinus poſſet vilificari ſi intelligeret vilia. Vno modo ſi informaretur ſimilitudine illius vilis. Secundo, ſi ſimul cum illo vili non poſſet intelligere nobile. Tertio, ſi alia operatione intelligeret, &
E vilius & nobilius: ſed hæc omnia remota ſunt ab ipſo. vnde ſua operatio eſt perfectiſſima, quæ vna & eadem exiſtens, talis eſt, quòd per eam ipſe ſeipſum cognoſcit, & omnia alia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa ratio tenet in omni intellectu, qui cognoſcit diuerſa per diuerſas ſpecies, quod remotum eſt a Deo, qui cognoſcendo eſſentiam ſuam, alia cognoſcit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quando ſunt multa ſcita, quæ cognoſcuntur ſecundum vnam rationem medij genere vel ſpecie, tunc reducuntur in vnam ſcĩam gñalem vel ſpecialem, ſicut metaphyſica & geometria. vñ ſi plura ſcita reducunt̃ in vnũ medium ſm̃ numerũ illorũ oĩum, nõ erit niſi ſcĩa vna in numero: & ideo ſcĩa Dei, eſt vna numero omniũ rerũ, qa per vnum medium ſimpliciſſimum, quod eſt ſua eſſentia omnia cognoſcit.

1.par.q.14 art.6.

## ARTICVLVS III.

c *Vtrum habeat cognitionē certā & propriā de alijs a ſe.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd nō habeat certam, & propriam cognitionem de alijs a ſe. Certa. n. cognitio non poteſt de re haberi, niſi per rationem eius exiſtentem in cognoſcēte: ſed nihil eiuſdem rationis eſt in Deo & creaturis. ergo cum non cognoſcat creaturas niſi cognoſcendo id, qđ in ipſo eſt. videtur, quòd non habeat propriam & certam cognitionē de eis.

¶ 2 Præt. Per cauſam primā & remotam, non poteſt haberi certa cognitio de re: ſed eſſentia diuina eſt cauſa prima & remotiſſima. ergo cum deus nō cognoſcat res niſi per eſſentiam ſuam, videtur quòd certam cognitionem de rebus habere non poſſit.

¶ 3 Præt. Propria cognitio de re, non eſt niſi per id quod eſt ꝓprium ſibi: ſed impoſsibile eſt idē eſſe proprium pluribus, inquantū plura ſunt, & ſi aliquid ſit proprium pluribus inquantum vnū ſunt, ſicut riſibile omnibus hominibꝰ. ergo cum Deus cognoſcat omnia per vnum & idem, quod eſt ſua eſſentia, videtur ꝙ non habeat propriam & certam cognitionem de rebus ſingulis.

† In hac diſt.4.

¶ 4 Præt. Illud per quod habetur certa cognitio de re, poteſt eſſe medium ad concludendum rem illam: ſed ex eſſentia diuina, non poteſt concludi eſſe alicuius rei, cum Deus ab æterno fuerit, quando res non eranr. ergo videtur, quòd deus per eſſentiam ſuam certam cognitionem de rebus habere non poſſit.

Lect.2. SED CONTRA illud eſt, quod dicitur in principio meta. ſcientia, quam deus habet, dea ſcientiarum eſt, & honorabiliſsima: ſed Deus habet ſcientiam de rebus. ergo nobiliſsime cognoſcit res, & ita certiſsima & propria cognitione.

Tex.4. ¶ Præt. *Quod eſt primum in quolibet genere*, eſt maximum in genere illo, vt in 2. Meta. dicitur: ſicut ignis eſt calidiſſimus, in quo inuenitur calor: ſed in Deo, primo eſt ſcientia. ergo ipſe nobiliſsime cognoſcit quicquid cognoſtit: & ita videtur, quòd de omnibus rebus cognitis, propriam & certam cognitionem habeat.

Tex. cō. 51. RESPONDEO, Dicendum, quòd Deus certiſsime proprias naturas rerum cognoſcit. Sciendum tamē quòd Cō. in 2. Meta. dicit, quòd Deus non habet cognitionem de rebus alijs a ſe, niſi inquantum ſunt entia. quia. n. eſſe ſuum eſt cauſa eſſendi omnibus rebus, inquantum cognoſcit eſſe ſuum, non ignorat naturam eſſentiæ, inuentam in rebus omnibus: ſicut qui cognoſceret calorem ignis, non ignoraret naturā caloris exiſtentis in omnibus calidis. non tñ ſciret naturam huius calidi, & illius, inquantum eſt hoc, & illud. Ita deus per hoc, quòd cognoſcit eſſentiam ſuam, quamuis cognoſcat eſſe omnium rerum, inquātum ſunt entia: non tñ cognoſcit res inquantum eſt hæc & illa. Nec ex hoc ſequitur, vt ipſe dicit, quòd ſit ignorans: quia ſciētia ſua non eſt de genere ſcientiæ noſtræ, vnde nec ignorantia oppoſi-

F ta ſibi poteſt conuenire: ſicut nec de lapide dicitur, quòd ſit videns vel cecus. Sed hęc poſitio, dupliciter apparet falſa. Primo, quia ipſe non eſt cauſa rerum, quantum ad eſſe ipſorum ſolum commune: ſed quantum ad omne illud, quod in re eſt. cum. n. ꝑ cauſas ſecundas determinetur vnaquaque res ad proprium eſſe, omnes autem cauſæ ſecundæ, ſunt a prima, oportet, ꝙ quicquid eſt in re, vel ꝓprium, vel commune, reducatur in deū, ſicut in cauſam: cum res a ſeipſa non habat niſi non eſſe, & ita cognoſcet ꝓpriā naturā vniuſcuiuſq; rei. Secundo, improbatur ꝑ illud quod ſupra tactum eſt: qa impoſsibile eſt, ꝙ aliquod agens ordinet effectum ſuum in finem, niſi cognoſcat proprium opus rei, ꝑ quod ordinatur in finem. vnde ſi a Deo ordinatio eſt omniū rerum in finem ſuū: oportet, quòd cognoſcat proprium opus cuiuſlibet rei, & ꝓpriam naturam, quę tali operationi conuenit. Nec obſtat, ſi etiam ponatur non immediate cauſare ordinem in vnaquaque re, ſicut quidam philoſophi poſuerūt dicentes a Deo īmediate procedere vnū primum, quod eſt intelligentia prima, a quo procedat ſecunda intelligētia, & orbis, & anima eius. oportet enim ſecundum hoc, ꝙ cognoſcat ad minus opus ſui primi creati, qđ eſt intelligentia, & ita cognoſcet, quæ ꝑ illud opus produci poſſunt, & ſic deinceps, vſq; ad vltima rerum: & ſic oportet, quòd cognoſcat omnes proprias naturas, & proprias operationes rerum.

In cor. art præced.

Vt Auicen. de flnxientis ca.4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eſſe diuinum non negatur eiuſdem rationis eſſe cum eſſe noſtro, quia deficiat a ratione noſtri eſſe: ſed quia excedit, quanto autem medium perfectius eſt, tanto in eo res perfectius cognoſcitur: & ideo, quanto eſſe ſuum excedit noſtrum, tanto ſcientia ſua de eſſe rei, quod cognoſcit per eſſe ſuum, excedit ſcientiam noſtram, quæ eſt de eſſe rei accepta ab ipſa re.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd nullius ſcientiæ certitudo poteſt eſſe niſi per reductionē in prima ſui principia: ſed quòd primum principium in geometricis, non ſufficit ad certam cognitionem eorum, quę conſequuntur, hoc eſt, quia ipſum non eſt tota cauſa eorum. vnde oportet, quòd adiunctis omnibus alijs, in eorum notitiā veniatur: ſed ipſe deus eſt perfecta cauſa omnium, quę ab ipſo ſunt: cum nihil poſſit accipi, quod ab ipſo nō ſit: & ideo ipſe per eſſentiam ſuam omnia perfecte cognoſcit. K

¶ Ad tertium dicendum, quòd impoſſibile eſt, idem eſſe propriū plurium, quæ eodem modo ipſum participent, & ſecundum totum, & perfecte: ſed bonitatem diuinam, quāuis oēs res participent: tñ nulla res creata ipſam perfecte imitatur, ſed in aliquo aſſimilatur ſibi, vna res, in quo non aſſimilatur ſibi alia: & ideo ipſe eſt propria ſimilitudo vniuſcuiuſq; rei: ſicut patet, in exemplo prius inducto de illo, qui habet habitum ſufficientē ad plura ſcibilia. eſt. n. habitus ille vnus: ſimilitudo vniuſcuiuſq; triū habituum, qui in diuerſis inueniuntur, etiam ſecundum id qđ vnus ab alio diſtinguitur. conuenit. n. cum grammatica in eo, quod

art.1. huius quæſt. cor.

oportet rationem dicti. Cum ergo dicis: Si nulla eſſent futura: non eſſet in Deo præſcientia, vel non eſſet præſcius. Si in dicendo hanc cauſam attendis, ſcilicet, quia nulla eſſent ſubſtantia eius præſcientię, vnde ipſa poſsit dici præſcientia, vel ipſe præſcius, quod vtrunque dicitur propter futura, verus eſt intellectus. Si autem ea ratione id dictis, quòd non ſit in eo ſcientia, qua præſcit futura, vel quòd ipſe nō ſit deus, qui eſt futurorum præſcius, falſa eſt intelligentia. Similiter & illę locutiones determinandæ ſunt. Potuit non eſſe præſcientia Dei, vel potuit non eſſe præſcius, & potuit Deus nō prę́ſcire aliqua, ideſt potuit eſſe, quòd nulla futura ſubiecta eſſent eius ſcientię, & ita non poſſet dici prę́ſcius vel præſcire, vel ſcientia eius præſcientia: non tamen eo minus ipſe eſſet, vel eius ſcientia. Sed non poſſet dici præſcius, vel præſcire vel prę́ſcientia, ſi eius ſcientiæ futura nulla forent ſubiecta. Similiter de diſpoſitione, & prædeſtinatione vel prouidentia. Hæc enim, vt dictum eſt, ad temporalia referuntur, & de temporalibus tantum ſunt.

*Quòd ſcientia Dei non tantum eſt de emporalibus: ſed etiam de æternis.*

SCientia vero vel ſapiētia non tātum de temporalibus, ſed etiam de æternis eſt. Ideoq; & ſi nulla G fuiſſent futura, eſſet tamen in Deo ſcientia eadem, quę modo eſt, nec minor eſſet quàm modo, nec maior eſt quàm eſſet. Sciuit ergo Deus ab æterno æternum, & omne quod futurū erat, & ſciuit immutabiliter. Scit quoque non minus prę́terita & futura, quàm præſentia, & ſua æterna ſapientia, & immutabili ſcit ipſe omnia quæ ſciuntur. Omnis. n. ratio ſupernæ & æternæ ſapientiæ, *vt ait* H Ambro. in eo eſt, quia omnem ſapientiam & ſcientiam capit ſua immenſa ſapientia.

† Lib.5. de fide.c.8.t.1.

*Quare omnia dicantur eſſe in Deo, & quod factum eſt habet vitam & eſſe in eo.*

PRopterea, omnia dicuntur eſſe in Deo, & fuiſſe ab ę́terno. Vnde Aug. ſuper Gen. Hęc viſibilia, inquit, antequàm fierent, non erāt: quomodo ergo nota I Deo erant quę non erant? Et rurſus. Quomodo ea faceret quæ ſibi nota non erant? non

† De Gen. ad lit.lib.5. c.8.to:3.



quòd per ipſum cognoſcuntur grammaticalia, & ſic de alijs, & ita patet, quòd vna res poteſt eſſe proprie ſimilitudo plurium, non perfecte ipſam imitantium: ſicut creaturæ nō perfecte imitantur diuinam bonitatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non ſolum eſſe diuinum eſt cā eſſendi res: ſed etiam ſcientia & voluntas ſua. ex quibus optime concluditur eſſe rei: quia illud, quod Deus vult eſſe, cum poſſit & ſciat, virtute eſſentiæ ſuæ in eſſe producit. hæc autem Deo cognita ſunt, & ita certam de rebus cognitionem habet.

## ARTIC. IIII.

d *Vtrum ſcientia Dei, ſit vniuoca ſciētiæ noſtræ.*

De ver.q.2. artic.11. cap.7.de di. nom.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei ſit vniuoca ſciētiæ noſtræ. Agens. n. ſecundum formam producit effectum ſibi vniuocum: ſicut ignis per calorem inducit calorem vniuocum ſuo calori: ſicut dicit Orig. & Dio. Deus dicitur ſapiens, inquantum nos ſapientia implet per ſuam ſapientiam. ergo videtur, quòd ſapientia ſua ſit noſtræ vniuoca.

Tex.4. ¶ 2 Præt. Menſura & menſuratum ſunt vnius rationis. vnde vnicuiq; propria menſura reſpondet: non enim eodem menſurantur liquida & arida: vt in 3. Meta. dicitur: ſed ſcientia Dei, menſura eſt ſcientiæ noſtræ, quæ tanto verior eſt, quanto ad eā magis accedit. ergo videtur, quòd ſit vniuoca ſcientiæ noſtræ. Si dicas, quòd non eſt vniuoca ex eo, quòd ſciētia Dei noſtram excedit ſcientiam.

¶ 3 Contra. Magis & minus non diuerſificāt ſpeciem: ſed exceſſus ſcientiæ attenditur ſecundum hoc, quòd eſt eſſe magis & minus ſcientem. ergo videtur, quòd ex hoc vniuocatio ſcientiæ non tollatur. Si dicas, vt dicit Commē. in 10. Meta. ꝙ pro tanto non eſt vniuoca, quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum, & noſtra ſcientia eſt cauſata a rebus.

Tex.cō.51.

¶ 4 Contra. Scientia ſpeculatiua in nobis cauſata eſt a rebus: ſed ſcientia practica eſt cauſa rerum: nec tamen de vtroque nomen ſcientiæ æquiuoce prædicatur. ergo & ratio prædicta vniuocationem non tollit.

Tex.cō.26. ¶ CONTRA. Aeterno & corruptibili nihil eſt commune, niſi ſecundum nomen: vt in 10. Meta. a Cō. dicitur etiam, & a philoſopho: ſed ſcientia Dei eſt æterna, noſtra autem eſt corruptibilis, quam contingit per obliuionem amitti, & per doctrinā vel inuentionem acquiri. ergo ſcientia æquiuoce & nobis, & Deo conuenit.

¶ 6 Præt. Quæcūq; vniuocantur in aliquo, horum eſt ſimilitudo aliqua: ſed omnium ſimilium eſt aliqua comparatio. comparatio autem non eſt niſi conuenientium in natura aliqua: cum igitur nulla creatura cum Deo conueniat in aliqua natura cōmuni, quia illa eſſet vtroque prius. ergo videtur, quòd nihil vniuoce de Deo & creatura dicatur.

¶ 7 Præt. Nihil vniuoce dictū, poteſt eſſe in vno ſubſtantia, & in alio accidens: ſed ſcientia in nobis eſt accidens, in Deo autem ſubſtantia. ergo æquiuoce prædicatur.

D.110. RESPONDEO, Dicendum, quòd tribus modis contingit aliqđ aliquibus cōe eſſe, vel vniuoce, vel æquiuoce, vel [d] analogice. Vniuoce quidem, non poteſt aliquid de Deo & creatura dici. Huius ratio eſt, quia cum in re duo ſit conſiderare. ſ. naturam vel quidditatem rei, & eſſe ſuum: oportet quòd in omnibus vniuocis ſit communitas, ſecundum rationem naturæ, & non ſecundum eſſe, quia vnum eſſe non eſt niſi in vna re: vnde habitus humanitatis, nō eſt ſm idem eſſe, in duobus hominibus: & ideo quandocūq; forma ſignificata per nomen eſt ipſum eſſe, non poteſt vniuoce conuenire, propter quod etiam ens nō vniuoce prę́dicatur. Et ideo cum omnium, quæ dicuntur de Deo, natura vel forma ſit ipſum eſſe, quia ſuum eſſe eſt ſua natura. propter quod dicitur a quibuſdam philoſophis, quòd eſt ens nō in eſſentia, & ſciens non per ſcientiam, & ſic de alijs, vt intelligatur eſſentia, non eſſe aliud ab eſſe, & ſic de alijs: ideo nihil de

Auicē. trac. 8.Meta.c.5.

A Deo & creaturis vniuoce dici poteſt. Et ideo quidam dicunt, ꝙ quicquid de Deo & creaturæ dicitur, per puram æquiuocationē dicitur. Sed hoc etiam non poteſt eſſe, quia in his, quæ ſunt pure æquiuoca per caſum & fortunam, ex vno non cognoſcitur alterum. vt quando idem nomen duobus hominibus conuenit: cū igitur per ſcientiam noſtram deueniatur in cognitionem diuinę ſcientiæ, non poteſt eſſe, quòd ſit omnino æquiuocū. Et ideo dicendum, quòd ſcientia [d] analogice dicit̄ de Deo & creatura, & ſimiliter omnia huiuſmodi. Sed duplex eſt analogia, quædam ſecundum conuenientiam in aliquo vno, qđ eis ꝑ prius & poſterius conuenit, & hæc analogia nō poteſt eſſe inter Deum & creaturam, ſicut nec vniuocatio. Alia analogia eſt, ſecundum quod vnū imitatur aliud quantū poteſt, nec perfecte ipſum aſſequitur, & hæc analogia eſt creaturæ ad Deum.

D.474.

C ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ab agente ſecundum formam, non producitur effectus vniuocus, niſi quando recipiens eſt proportionatus ad recipiendum totam virtutem agentis, vel ſecundum eandem rationem, & ſic nulla creatura eſt proportionata, ad recipiendum ſcientiam a Deo per modum quo in ipſo eſt: ſicut nec corpora inferiora poſſunt recipere calorem vniuoce a ſole, quàmuis per formam ſuam agat.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſcientia dei non eſt menſura coæquata ſcientiæ noſtræ, ſed excedens: & ideo non ſequitur, quòd ſit eiuſdem rationis ſecundum vniuocationem cum ſcientia noſtra, ſed ſecundum analogiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magis & minus, nunquam vniuocationem auferunt, ſed ea ex quibus magis & minus cauſatur, poſſunt differentiam ſpeciei facere, & vniuocationem auferre, & hoc contingit quando magis & minus cauſantur, non ex diuerſa participatione vnius naturę, ſed ex gradu diuerſa- D rum naturarum: ſicut angelus eſt homine intellectualior.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio Commenta. per ſe non eſt ſufficiens niſi ſecundum quòd accipitur in tali materia, ſcientia enim quæ ſic eſt cauſa rerum, vt ſcientia diuina, non poteſt ſcientiæ creatæ, a rebus vniuoca eſſe, cuius ratio dicta eſt. Et quia aliæ rationes videntur concludere, quòd omnino æquiuoce dicatur: ideo ad eas reſpondendum eſt.

¶ Ad quintum ergo dicendum, quòd dictum illud eſt intelligendum quantum ad eſſe, & non quantum ad intentionē rei, quæ communiter prædicatur: quia corpus, etiam ſecundum hoc, quod dr̄ ibi æquiuoce de corruptibilibus, & incorrruptibilibus prædicatur, cuius tamen ratio, eadem eſt in vtroque, ſi ſecundum intentionem communem conſideretur.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd inter deum, & creaturam nō eſt ſimilitudo [d] per conuenientiam in aliquo vno communi, ſed per imitationem. vnde creatura ſimilis Deo dicitur, ſed non [d] conuertitur. vt dicit Dio. in lib. de di. no. D.850.

E ¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd ſcientia non prædicatur de deo ſecundum rationem generis ſui, qualitatis, ſcilicet accidentis, ſed ſolum ſecundum rōnem differentiæ, quæ ad perfectionem pertinet, ſecundum quam, a natura attenditur per imitationem, vt dictum eſt.

D. 321. & 471. & 1164. cap.9.

Cor.art.

## ARTICVLVS V.

e *Vtrum ſcientia Dei ſit vniuerſalis.*

AD QVINTVM. Sic proceditur. Videtur, quòd ſcientia dei ſit vniuerſalis. Scientia enim vniuerſalis eſt, quæ eſt per cauſas vniuerſales: ſed deus ſcit omnia per cauſam vniuerſaliſſimam, ſcilicet per eſſentiam ſuam. ergo ſua ſcientia eſt maximæ vniuerſalis.

¶ 2 Item. Videtur, ꝙ ſit particularis. Cognitio enim particularis eſt per quam cognoſcitur propria natura rei, ſed proprias

enim quicquàm fecit ignorās. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequàm fierēt, & erant, & non erant. Erāt in Dei ſcientia: non erant in ſua natura. Ipſi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuiſſe cum ea feciſſet, quàm illo quo ea non erat vt faceret. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Ecce hic habes, quòd hęc viſibilia antequàm fierent, in Dei ſcientia erant. Ex hoc ergo ſenſu, omnia dicūtur eſſe in Deo, & omne quod factum eſt, dicitur vita eſſe in ipſo: nō ideo, quòd creatura ſit creator, vel quia iſta temporalia eſſentialiter ſint in Deo: ſed quia in eius ſcientia ſemper ſunt, quæ vita eſt.

*Quòd eadem ratione dicuntur omnia ei præſentia.*

B INde eſt etiam, quòd omnia dicūtur ei præſentia eſſe, non ſolum ea quę ſunt: ſed etiam ea quæ prę́terierunt, & ea quę futura ſunt, ſecundum illud, Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Quia vt ait Ambroſius i lib. de Fide. Ita cognoſcit ea quę non ſunt, vt ea quę ſunt, & hac ratione omnia dicuntur eſſe in eo, vel apud eum

† Rom.4.c.

† Amb.5.de fide. cap.8. tom.2.

prias naturas omnium rerum Deus perfecte cognoſcit. ergo ſua ſcientia particularis eſt. F

¶ 3 Item. Videtur, quòd ſit in potentia. Sicut enim operatio ſua extenditur ea quæ ſunt extra ipſum quæ ipſius operatione cauſantur, ita & ſcientia cum ea, quæ extra ipſum ſunt ab eo cognoſcantur: ſed deus non ſemper operatus eſt res in actu: quia ab æterno non fuerunt. ergo videtur, quòd nec debeat dici ſemper ſciens in actu, ſed quandoque in potentia.

¶ 4 Item. Vĩ, ꝙ etiã ſit ĩ habitu. Sicut.n. potẽtia eſt medium inter eſſentiã, & operationẽ, ita habitus eſt medium inter potentiam & actum: ſed quamuis in deo omnia vnum ſint, tamen deſignamus eſſentiam, operationẽ, & virtutem. ergo & ſimiliter habitum in ipſo deſignare poterimus, vt dicamus Deum eſſe ſcientem in habitu.

† ſup. p̃s. 49. tom. 8.

ſiue ei præſentia. Vnde Aug. ſuper illum locum pſal. Et pulchritudo agri mecum eſt. Ideo inquit, mecum eſt, quia apud Deum nihil præterit: nihil futurum eſt. Cum illo ſunt omnia futura, & ei non detrahuntur iam præterita. Cum illo G ſunt omnia, cognitione quadam ineffabili ſapientiæ Dei. Ecce hic aperit Auguſt. ex qua intelligentia accipienda ſunt huiuſmodi verba, omnia ſint deo præſentia, in deo ſunt omnia vel cum deo, vel apud Deũ, vel in eo vita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo eſt.

pſal. 103. ¶ 5 Item. Videtur, ꝙ ſciẽtia in actu. Nihil enim eſt agens niſi ſecundum quòd eſt in actu, ſed deus agit omnia per ſapientiã ſuam, vnde in Pſal. dicitur. Omnia in ſapientia feciſti, ergo ſua ſcientia maxime eſt in actu. H

In ante p̃d. SED CONTRA ea quæ non ſunt eiuſdem rationis nõ diuiduntur eiſdem differentijs: quia ſecundum philoſophum diuerſorum generum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ: ſed ſcientia dei, & ſcientia noſtra non ſunt eiuſdem rationis. ergo cum omnia prædicta ſint differentiæ noſtræ ſcientiæ, videtur, quòd ad diuinam ſcientiam non ſint referenda.

Tex. cõ. 51. ¶ Præt. Hoc etiam Cõm. dicitur in. 2. Meta. quòd ſcientia dei nec eſt vniuerſalis, nec particularis, nec in potentia.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ nihil dictorum diuinæ ſcientiæ conuenit niſi hoc ſolum, quòd eſt ſemper in actu eſſe, cuius ratio eſt, quia conditiones ſcientiæ præcipue attenduntur ſecundum rationem medij, & ſimiliter cuiuſlibet cognitionis. Id autem quo deus cognoſcit quaſi medio eſt eſſentia ſua, quæ non poteſt dici vniuerſale, [d] quia omne vniuerſale additio- I

D. 285. nem recipit alicuius per quod determinatur, & ita eſt in potentia, & imperfectum in eſſe. ſimiliter non poteſt dici particulare:

D. 731. quia particularis principium materiæ [d] eſt, vel aliquid loco materiæ ſe habens, quod Deo non conuenit. ſimiliter ẽt ab eſſentia ipſius omnis potentia paſſiua [d] vel materialis remota

D. 494. eſt, cum ſit actus purus. vnde nec etiam ratio habitus ſibi competit, quia habitus non eſt vltima perfectio ſed magis operatio quæ perficit habitum, & ideo ſciẽtia ſua, neq; vniuerſalis, neque in potentia, neque in habitu dici poteſt: ſed tantum in actu.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̃uis diuina eſſentia ſit cauſa vl̃is rerum: non tamen ita, quòd aliquid ſibi ſit addibile, per quod propria & perfecta cauſa efficiatur: immo per ſeipſum eſt ſufficiens, & perfecta cauſa cuiuſlibet rei: & ideo cõgregatio, quæ eſt per talem cãm, non eſt ſcientia in vl̃i: ſed in propria natura cuiuſlibet rei.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ quãuis Deus cognoſcat propriam naturam cuiuſlibet rei: non tñ cognoſcit per aliquod acceptũ a re: quia vt dicit Dio. 7. ca. de di. no. diuina ſcientia non immittit ſe ſingulis rebus, quæ cognoſcuntur nec eſt alia ſcientia, qua ſeipſum cognoſcit & alias res: & ideo non poteſt dici particularis, quia proprie illa ſcientia eſt particularis, quæ eſt per medium particulare a re acceptum. K

¶ Ad tertium dicendum, quòd deus non agit per operationem mediam: ſed ſua operatio eſt ſua eſſentia. vnde ſicut ſciẽtia ſem-

D. 478. per eſt [d] in actu, & non in potentia: ita & operatio, quãuis operatum non ſit ſemper, quod contingit propter ordinem ſapientiæ diſponentis. Et tñ deus non dr̃ feciſſe res ab æterno: ſicut ſciuit ab æterno, quia operatio ſignificatur, vt exiens ab operante in operatum vel factũ: & ideo non poteſt dici Deus eſſe faciens, niſi q̃n aliquid ſit: ſed ſcire etiam quãuis exteriorum ſit: non eſt tñ eorum, niſi ſm ꝙ ſunt in ſciente per ſui ſimilitudinẽ: & ideo ſecundum conditionem ſcientis & nõ ſciti, dicitur deus ab æterno ſciuiſſe etiam quæ non ab æterno fuerunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus nominat principium operationis perfectum: & ideo virtutem operatiuam in Deo ſignificare poſſumus, ſed habitus non eſt niſi perfectio alicuius potentiæ incompletæ ad actum: non tñ vltima perfectio. vnde ponit duplicem imperfectionem. ſ. & in potentia perfecta per habitum, & in habitu, qui per operationem p̃ficitur: & ideo nomen habitus proprie loquendo, Deo non cõpetit, & ſi aliquando dicatur dñs æterno non in actu, ſed in habitu, magis eſt per ſimilitudinem, quàm ſecundum proprietatem dictum.

## DISTIN. XXXVI.

A

*Vtrum concedendum ſit omnia eſſe in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam, vt omnia dicuntur eſſe in Dei cognitione vel præſcientia.*

SOlet hic quæri, cum omnia dicantur eſſe in Dei cognitione, ſeu p̃ſcientia: vel in Deo per cognitionem, & eius cognitio, vel præſcientia ſit diuina eſſentia: vtrum concedẽdum ſit omnia eſſe in diuina eſſentia, vel in Deo per eſſentiam? Ad quod di-

### EXPOSITIO TEXTVS.

SCIENDVM eſt igitur, ꝙ ſapientia &c.} Conſiderandum eſt in omnibus iſtis nominibus, quæ hic ponuntur, ꝙ vnum ſe habet ex additione ad aliud, non quòd ſit additio ex parte ſcientis, ſed ex parte ſcitorum: quia diuerſimo de ſe ad ſcientiam habent. Hoc. n. nomen ſcientia, vel ſapiẽtia, abſolute cognitionem dicit, cum conditione certitudinis. vnde eſt & temporalium & æternorũ. Sed prouidentia, vel præſcientia, addit conditionem durationis, quæ poteſt eſſe æternitatis ad tempus: & ideo poteſt eſſe tm̃ reſpectu temporalium, tam bonorum q̃ malorum. Sed diſpoſitio adhuc addit ordinem cauſæ, ad cauſatum in eſſendo. vnde eſt de faciendis. Prouidentia vero adhuc plus addit. ſ. ordinem cauſæ conſeruantis & ordinantis in finem: & ideo prouidentia ad gubernationem pertinet. Sed prædeſtinatio addit ſupra prouidentiã determinatum finem. vnde eſt tm̃ reſpectu eorum, quæ ad gloriam ordinantur: & ideo dicitur de bonis ſaluandis eſſe. Reprobatio autem, cum ſit reſpectu malorum, nihil ad ſcientiã pertinens addit ſupra præſcientiam: & ideo de ea hic mentionem non facit. {Ad hoc ita a quibuſdam opponitur &c.} Hic ponuntur tres rationes, quæ quaſi per eandem viam procedunt, niſi ꝙ prima accipitur ex p̃ſcientia abſtracte ſignificata: ſecunda ex præſcientia ſignificata concretiue & verbaliter, vt cum dicitur præſcire: tertia ex præſcientia ſignificata concretiue, & non naturaliter: vt cum dicitur præſcius, & rõnes in litera patẽt. {Verũtamen creator &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia cum ſit nomen verbale, ſignificat actum: ſed actus creationis, ſecundum ꝙ eſt in Deo eſt diuina eſſentia. ergo ſignificat eſſentiam. Et dicendum, ꝙ in creatione prout eſt actio diuina, duo eſt conſiderare. ſ. operationẽ ipſam, & habitudinem ad creaturam. Magiſter autem accipit hoc nomen creator, non ſecundum quòd imponitur ab operatione, quæ proculdubio eſſentia eſt: ſed ſecundum quod imponitur ab habitudine, quæ non eſt eſſentia, nec eſt aliquid in Deo realiter, vt prius dictum eſt.

## DISTINCTIO. XXXVI.

### DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM Magiſter oſtendit, quòd ſcientia Dei, vniuerſaliter eſt omnium, & exinde dicuntur res in Deo eſſe. hic inquirit, quomodo cognita ſint in ipſo Deo cognoſcente, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quomodo res, quas cognoſcit ſint in Deo. In ſecunda, quomodo Deus ſit in rebus. 37. diſtinct. {Et quoniam demonſtratum eſt &c.} Prima in duas. In prima inquirit, vtrum omnia quæ Deus ſcit, poſſunt dici in eſſentia eius eſſe, & oſtendit, quòd non. In ſecunda inquirit, vtrum omnia poſſint eſſe in Deo: ibi {Poſt prædicta &c.} Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, & determinat eam. Secundo, confirmat determinationem: ibi {Proinde ſi diligenter inſpiciamus.} Tertio, inducit epilogando concluſionem in tota diſtinctione intentam: ibi {Ex præmiſſis apertum &c.} Circa ſecundum tria facit. Primo probat mala non



non eſſe in Deo, cum non ſint ex ipſo, vel per ipſum. Secundo oſtẽdit, quomodo hæc tria diſtinguenda ſunt, ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſecundum quòd ad perſonas diſtinctas referuntur: ibi {Præterea ſciendum eſt &c.} Tertio diſtinguit inter eſſe de ipſo, & eſſe ex ipſo: ibi {Illud etiam hic &c.}

### QVAEST. I.

A

Hic eſt duplex quæſtio.

Primo. De his, quæ a Deo cognoſcuntur.
Secundo. De ideis, per quas res cognoſcit.

Circa primum quæruntur tria.

† Serm. 11. to. 10. Epi. cap. 1.

Primo. Vtrum deus cognoſcat ſingularia.
Secundo. Vtrum cognoſcat mala.
Tertio. Qualiter ea quæ cognoſcit in ipſo eſſe dicũtur.

cimus, quia Dei cognitio eius vtique eſſentia eſt, & eius præſentia in qua ſunt omnia, ipſius cognitio eſt: nec tamen omnia, quæ ſunt in eius præſcientia vel cognitione, in eius eſſentia eſſe dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligerentur eſſe eiuſdem cum eo eſſentiæ. In Deo. n. dicitur eſſe per eſſentiam, quod eſt diuina eſſentia, qd̃ eſt Deus. Habet ergo Deus apud ſe in præſciẽtia ſua, quæ nõ habet in ſui natura. Vnde Auguſtinus de verbis Apoſtoli ita ait. Elegit nos ante mundi conſtitutionem. Quis ſufficit hoc explicare? Eliguntur qui non ſunt, nec errat qui elegit, nec vane elegit. Elegit tamen & habet electos, quos creaturus eſt eligendos, quos habuit apud ſemetipſum, non in natura ſua: C ſed in præſcientia ſua, nondum erant quibus promittebatur, ſed & ipſi promiſſi ſunt, quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit, Deum apud ſemetipſum habere electos ante mundum: non in natura ſua, ſed in præſcientia ſua: cum tamen eius præſcientia nõ aliud ſit q̃ eius natura: quia ipſius præſentia eius eſt notitia. Poteſt tamen ad electos referri cum ait. In natura ſua. i. illorũ, D illos quippe habuit ab æterno apud ſe: non in natura ſui, id eſt illorum, quia nõdum erant: *a*: ſed in ſua præſcientia, quia eos ita nouit ac ſi eſſent.

*c Vtrum mala debeant dici eſſe in Deo, vbi ſunt omnia bona, cum vtraque ſint in eius cognitione & præſcientia. omnia enim cognoſcit.* B

POſt prædicta quæritur, cum omnia dicantur eſſe in Deo, non per eſſentiam naturæ: *c*: ſed per cognitionem ſcientiæ, & Deus ſciat bona & mala, vtrum concedendum ſit ſimpliciter mala eſſe in Deo, ſiue eſſe in deo per cognitionem? Scit enim Deus, & ſciuit ſemper omnia, tam bona q̃ mala, etiam anteq̃ fierent, & præſciuit ab æterno ea futura. Ideoque, cum omnia bona diximus eſſe in Deo, propter præſciẽtiam cognitionis, eadẽ ratione, videtur dicendum omnia mala eſſe in eo, cum ea ſemper nouerit, & per cognitionẽ ei præſentia fuerint. Præcognouit. n. deus ab æterno quoſdam futuros malos, & eorum malitiam. vt ait Aug. præſciuit, ſed non præparauit. Cum ergo peccata omnium ſciat: nunquid intelligendum eſt ea includi, in il

ARTICVLVS I.

*a Vtrum Deus cognoſcat ſingularia.*

1. par. q. 14. art. 11. De ver. q. 2. 5. contu. 1. c. 63. ſupra de cõſ. proſa vlt.

AD primũ ſic proceditur. Videtur, ꝙ Deus nõ cognoſcat ſingularia. dicit enĩ Boe. quòd vniuerſale eſt dum intelligitur, particulare dum ſentitur: ſed in Deo non eſt potentia ſenſitiua, cum ſit virtus impreſſa organo corporali: niſi forte Metaphorice ſumendo. ergo videtur, ꝙ cognitio ſingularium Deo non conueniat.

¶ 2 Præt. Nihil cognoſcitur ab aliquo, niſi ſm ꝙ eſt in cognoſcente: ſed particulares effectus non ſunt in cauſis vniuerſalibus, niſi in potentia. ergo videtur cum eſſentia diuina, ſit vl̃is cauſa omnium, in qua omnia cognoſcit, quòd ſingularium propriam cognitionem non habeat.

¶ 3 Præt. Omnis cognitio eſt per aſſimilationem cognoſcẽtis ad cognitum: ſed ſingulare non eſt ſingulare niſi per materiam. ergo nulla virtus, quæ abſtrahit a materia, & ab omnibus appenditijs eius, poteſt cognoſcere ſingulare inquantum eſt ſingulare: ſed intellectus diuinus eſt maxime a materia, & a conditionibus materialibus ſeparatus. ergo Deus ſingularia non cognoſcit.

¶ 4 Præt. Sicut dicit Dio. in 2. ca. de di. no. Eodẽ modo creaturæ participant, q̃uis ſint diuerſæ, vnam Dei bonitatem: ſicut plures lineæ egrediuntur ab vno centro, & ſicut plures figurationes fiunt ab vno ſigillo: ſed qui cognoſcit centrum, non ex hoc cognoſcit lineas productas a centro, inquantum eſt hæc & illa, ſed in communi tãtum, & ſimiliter eſt in alio exemplo inducto. ergo videtur, quòd Deus cognoſcendo ſeipſum, non cognoſcat ſingularia inquantum huiuſmodi.

CONTRA ad Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quòd diligentibus ſe remunerator ſit: ſed non poteſt remunerare opera hominum ſingularium, niſi cognoſcat operantes, & ipſorum opera. ergo oportet credere, ꝙ ſingularia Deus cognoſcat.

¶ Præt. Deus habet de rebus ſcientiam practicam, quæ eſt operationis principium: ſed operatio eſt circa ſingularia. ergo videtur, quòd ſua ſcientia ſit etiam ſingularium.

A RESPONDEO, Dicendum, ꝙ Deus abſq; dubio omniũ, & vniuerſalium, & ſingularium cognitionem habet. Sciendum tñ, ꝙ circa hanc q̃õnem diuerſi diuerſimode ſenſerunt. Commentator. n. in 11. Metaph. videtur expreſſe negare a Deo particularium cognitionem: niſi inquantum cognoſcit eſſentiam ſuam, quæ eſt principium omnis eſſe: ſed cum Deus non tm̃ ſit cauſa eſſe rerum, ſed omnium quæ in rebus ſunt: oportet, vt cognitionem rerum non tm̃ in eo, ꝙ ſunt habeãt: ſed ẽt in eo, ꝙ ſunt talia vel talia. Et ideo alij dixerunt. ſ. Auic. & Algazel & ſequaces eorum, quòd Deus cognoſcit ſingularia vl̃r, quod ſic exponũt per exemplum. Si aliquis ſciret oẽs diſtantias orbium & planetarum, & tp̃s motuum ipſorum, ipſe præuideret omnem eclipſim, quæ poſſet contingere: non tñ ſciret hanc eclipſim inquãtum eſt hæc eclipſis, niſi per aliquid a ſenſu acceptum: ſed ſciret eclipſim, quæ cras contingeret vniuerſaliter. ſ. ſm ſuas cauſas vl̃es. Ita etiam dicunt, ꝙ cum omnes cauſæ reducantur in ipſum Deum, ſicut in cãm, ipſe cognoſcendo ſe, cognoſcit oẽs cauſas ſecundas, & cognoſcendo cauſas illas, cognoſcit omne quod eſt effectum ex illis cauſis: *non tñ niſi vniuerſaliter*. Et ideo dicunt, ꝙ Deus nõ cognoſcit particularia, niſi vl̃r: ita vt ſm eos determinatio accipiatur ex parte cogniti, & non ſolum ex parte cognoſcentis: quia ſi ſolum ex parte cognoſcentis illa determinatio acciperetur, verum indubitanter eſſet, ꝙ deus particularia non particulari ſciẽtia cognoſcit, vt ſupra probatum eſt. Cognoſcit tñ particularia, ſm particularitatem ipſorum. Vnde dictum illud, etiam eſt inſufficiens. Cognoſcere. n. hoc modo ſingulare in vl̃i: non eſt cognoſcere propriam naturam huius ſingularis vel illius, eo ꝙ quocũq; modo vl̃ia aggregentur, nunq̃ ex eis fiet ſingulare: niſi per hoc, ꝙ indiuiduantur per materiam. Et ideo ex hac etiam via ſequeretur, ꝙ deus non perfectam cognitionem, de ſingularibus haberet. Vniuerſales. n. cauſæ non ducunt in cognitionem particulariũ: niſi ſm ꝙ particularia participant naturam cõem, & ſic ex cauſis vl̃ibus, non ſciretur de particulari, niſi ꝙ habet talem vel talem naturam cõem, vel accidentaliter, vel ſubſtantialiter. Ideo E autem alij dixerunt, ſicut Rabbi Moyſes, ꝙ deus ſcit perfectiſſime ſingularia. Et oẽs rationes, quæ in contrarium inducuntur ſoluit per hoc quod dicit, ſciẽtiam dei eſſe æquiuocam ſcientiæ noſtræ. vnde per conditiones ſcientiæ noſtræ, non poſſumus aliquid de ſcientia dei arguere. ſicut. n. eſſe dei non comprehenditur a nobis, ita nec ſua ſcientia. Hoc confirmat per id, quod habetur per Iſa. 55. Sicut exaltati ſunt cæli a terra &c. Sed iſtud, q̃uis ſit verũ, tñ oportet aliquid plus dicere, videlicet, ꝙ quãuis ſcientia dei ſit alterius modi a ſcientia noſtra, tñ per ſcientiam noſtram aliqualiter deuenimus in ſcientiam dei, & ſic ſcientia noſtra non eſt penitus vniuoca ſcientiæ dei: ſed potius analogica, vt in præcedenti diſtinctione dictum eſt. Et ideo oportet dicere, ſm quid ſcientia noſtra, imitatur ſcientiã dei, & in quo deficit: & quare, & ita rationes diſſoluere. Vnde procedendum eſt per viam, quam docet Dio. 7. cap. de di. no. Dicit enim, quòd

Tex. cõ. 51.

8. trac. Met. ca. 6. Et Algazel. apud Auer. libr. deſtructio diſputatione 6. dub. 3.

† Lib. 6. Hypognoſticõ circa med. to. 7. Rom

diſ. 25. q. 1. art. 5.

Lib. 3. ĩ ſuo directorio. cap. 17.

q. 1. art. 4.

quòd cum Deus cognoſcit res, per eſſentiam ſuam, quę eſt cauſa rerum, eodem modo cognoſcit res, quo eſſe rebus tradidit. vnde ſi aliquid eſt in rebus, non cognitum ab ipſo oportet, quòd circa illud vacet diuina operatio. i. quòd non ſit operatum ab ipſo, & ex hoc accidit difficultas philoſophis propter duo.

Apud Aui. de intellig. cap. 4. Habetur ex Auer. 12. Meta. tex. cõm. 51.

¶ Primo; quia quidã ipſorum non ponebant Deum operari immediate in rebus omnibus: ſed ab ipſo eſſe primas res quibus mediantibus ab eo aliç producũtur: & ideo non poterũt inuenire, qualiter cognoſceret res, q̃ ſunt hic, niſi ĩ primis cauſis vniuerſalibus.

¶ Secundo: quia quidam eorum non ponebãt materiam eſſe factam: ſed Deũ agere tm̃ inducẽdo formam. Et ideo cum materia ſit principium indiuiduationis, non poterat inueniri apud eos, quo Deus ſingularia inquantum huiuſmodi cognoſcat. Sed qa nos ponimus deum, immediate operantem in rebus omnibus, & ab ipſo eſſe nõ ſolum principia formalia: ſed etiam materiam rei, ideo per eſſentiam ſuam, ſicut per cãm totum quod eſt ĩ re cognoſcit, & formalia & materialia. vnde nõ tm̃ cognoſcit res, ſecundũ naturas vl'es: ſed ſm̃ q' ſunt indiuiduatæ per materiam; ſicut ædificator ſi per formam artis cõceptam poſſet producere totam domum, quantum ad materiam, & formã per formam artis, quam habet apud ſe, cognoſceret domum hãc & illam: ſed quia per artem ſuam non inducit, niſi formam, Ideo ars ſua eſt ſolum ſimilitudo formæ domus: vnde non poteſt, per eam cognoſcere hanc domum vel illam, niſi per aliquid acceptum a ſenſu.

† ps. 137. † ſup ps. 16. tom. 8. † ps. 74.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſicut ex prædictis, patet, forma per quam intell's diuinus intelligit: neque eſt vniuerſalis, quia additiones non recepit: neque ſingularis, quia a materia & a diſpoſitionibus eius immunis eſt: ſed tñ eſt principium, & ſimilitudo perfecta totius, quod in re eſt, & materiæ & formę, vt dictum eſt. Et ideo hoc quod dicitur, ꝙ vl'e dum intelligitur &c. referendum eſt ad cognitionem noſtram, quę in ſenſu eſt per formam materialem & in intellectu per formam vl'em; & ideo particularia non cognoſcimus, niſi per virtutem in qua eſt aliquid particulariter: ſed Deus particularia cognoſcit: neq; vniuerſaliter: [d] neque particulariter ex parte cognoſcentis: ſed vl'r & particulariter ex parte rei cognitæ.

Vbi ſup. artic. 5. Ibidem. D. 285.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in cauſis vl'ibus, quæ non ſunt tota cauſa rei, non poteſt particulare perfecte ſciri: ſed Deus eſt cã omnium vl'is: ita quòd eſt perfecta cauſa vniuſcuiuſq;: & ideo ſe cognoſcens, omnia perfecte cognoſcit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quis in Deo non ſit aliquid materiale: ſed eſſentia eius ſit actus tm̃: tñ illæ actus eſt cauſa omnium, quæ ſunt in re, & materialium & formalium, quem actũ imitatur quantum poteſt ois res, & quicquid in re eſt. & ideo eſſentia diuina eſt ſimilitudo non tm̃ formalium, ſed etiam materialium rei: & ideo per ipſum poſſunt cognoſci ſingularia, etiam inquantum huiuſmodi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnia exempla, quæ adducuntur a creaturis in Deum deficientia ſunt, vt idem Dio. dicit. nõ enim inuenitur in creaturis aliqua cauſa communis, quæ ſit cauſa totius, quod in re eſt: ſicut ſigillum eſt cauſa figuræ in cera, & non ipſius ceræ: & ideo per cognitionem ſigilli non poteſt cognoſci figura impreſſa, inquantum eſt hæc vel illa, quia hæc habet ex materia.

De diu. no. cap. 2.

la generalitate locutionis, qua dixit Apoſtolus omnia eſſe in deo. Ex ipſo inquit, & p ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Sed quis, niſi inſanus, dixerit mala eſſe in Deo? Illa enim eſſe in Deo intelliguntur, quę ex ipſo, & per ipſum ſunt. Ea vero per ipſum ſunt, & ex ipſo, quorum auctor eſt: ſed non eſt auctor niſi bonorum. Non ergo ex ipſo, & per ipſum ſunt niſi bona; ita ergo non in ipſo ſunt niſi bona. Non ergo mala in Deo ſunt, quia licet ea noſcat: non tamen ita omnino noſcit vt bona: mala ergo quaſi de lõge cognoſcit: vt ait propheta. Et alta a longe cognoſcit, ideſt ſuperbiam. Et alibi ad Deum loquens de malis ait. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Quod exponens Auguſt. Abſcondita inquit peccata ſunt, quę a luminæ tuæ veritatis abſconduntur. Sed quomodo peccata a lumine veritatis diuinę abſconduntur cum a Deo ſciantur? Si enim non ſciret, quomodo de illis iudicaret, & pro illis malos damnaret? Alibi propheta. Quia neque ab oriente neque ab occidente, deeſt. Quod exponens Caſsiodo. inquit. Neque a bonis neque a malis deeſt Deus; ſed omnibus præſens & cognitor eſt. Cognoſcit ergo Deus, & bona & mala per ſcientiam: ſed bona cognoſcit etiam per approbationem, & per beneplacitum: mala vero non. Vnde Caſsiodo. ſuper pſal. dicit. Peccata abſcondita Deo ſunt: quia non nouit, ideſt non approbat. Et ex eo ſenſu Auguſt. dixit ea abſcondita a lumine Dei. Qui etiam in lib. ad Heluidium inſinuat cognitionem Dei, varijs modis accipiendam inquiens. Si ad ſcientiam referas non ignorat Deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibuſdam dicet. Non noui vos: ſed eorum improbatio hoc verbo inſinuata eſt. Ecce non cognoſcere, dicitur Deus, quę non approbat, quæ ei non placent. Apparet itaque verum eſſe, quod diximus, ſcilicet quia quodam modo cognoſcit deus bona, quo non cognoſcit mala. Pariter quidem vtraque, eodemque modo noſcit, quantum ad notitiam: ſed bona etiam approbatione & beneplacito cognoſcit.

ARTIC. II.

b *Vtrum Deus cognoſcat mala.*

AD SECVNDUM ſic proceditur. Videtur quòd deus non cognoſcat mala. Sicut enim dicit Cõmentator in 3. de anima. Si aliqs intellectus ſit ſemper in actu non cognoſcit priuatiõem omnino: ſed intellectus diuinus, ſemper eſt in actu. cum igitur malum ſit priuatio, vt Aug. dicit, videtur ꝙ deus non cognoſcat malum.

1. par. q. 14. artic. 10: Et 1. cont. c. 71. Et de ver. q. 2. art. 15. Et quod 11. 2. Tex. cõ. 25. In Ench. c. 11. tom. 3. † In Epiſt. 102. ad Euodium 10. 2.

¶ 2 Præt. Oĩs ſcĩa vel eſt cauſa ſcitorũ, vel cãta ab eis: ſed dei ſcientia cãta non eſt. cum ergo malorum cauſa non ſit, videtur quòd deus mala neſciat.

† Matth. 25

¶ 3 Præt. Scientia eſt aſſimilatio ſcientis ad rem ſcitam. cũ igitur malum inquãtum huiuſmodi, nõ aſſimiletur deo, imo ipſe receſſus a ſimilitudine eſt malum, videtur ergo ꝙ Deus malum non cognoſcat. Si dicas, quòd cognoſcit malum p bonum.

¶ 4 Contra. Cognoſcere aliquid non per ſe ſed per aliud, eſt imperfecte cognitionis: nihil autem imperfectum Deo eſt attribuendum. ergo Deus non cognoſcit mala per bona.

SED CONTRA Eſt quod in pſal. dicitur. Deus tu ſcis inſipientiam meam &c.

ps. 68.

¶ Præt. Philoſophus dicit in 2. de anima, ꝙ rectum eſt iudex ſuiipſius & obliqui: cum igitur malum ſit obliquatio a rectitudine boni, videtur quòd Deo, qui omnia bona perfecte cognoſcit notitia boni non deſit.

Tex. 105.

RESPONDEO, Dicendum, quòd neſcire dicitur dupl'r. Vno modo, metaphoricæ ad ſimilitudinem neſcientis ſe habere, & ſic ipſum reprobare Dei [d] neſcire dicitur, qa malos a gloria ſua excludit: ſicut aliquis ignotos a ſecretis ſuis excludit, & oppoſitum Deus, dicitur ſcire quæ approbat, & ſic verum eſt, ꝙ Deus dicitur neſcire mala. Alio modo dicitur neſcire proprie notitia rei carere, & per oppoſitum ſcire, notitiam rei habere, & ita Deus nouit, & bona & mala cognoſcendo eſſentiam ſuam: ſicut tenebre cognoſcũtur per cognitionem lucis: vt dicit Dio. 7. cap. de di. no. Sed ſciendum eſt, quòd priuatio non cognoſcitur niſi per habitum oppoſitum: nec habitui opponitur priuatio, niſi circa idem ſubiectum conſiderata. Cum autem lucem diuinę eſſentiæ impoſſibile ſit deficere, non opponitur ſibi priuatio aliqua. Vnde malum non opponitur bono, prout in Deo eſt determinate: ſed forte opponitur ſibi ſm̃ cõem intentionem boni. Opponitur aũt determinate bono, qd' eſt participatum in creaturis, cui põt admiſceri defect⁹. Vñ p hoc, ꝙ Deus cognoſcit eſſentiã ſuã cognoſcit ea, q̃ ab ipſo ſunt, & p eã cognoſcit defectus ipſorum. Si autem eſſentiam ſuam cognoſceret tm̃, nullum [d] malum vel priuationem cognoſceret niſi in communi.

D. 925. D. 291.





ET IDEO PATET Reſponſio ad primum, quia ex hoc ꝙ Commen. ponit, ꝙ nihil niſi eſſentiam ſuam cognoſcit, ſequitur, ꝙ mala neſcit. vnde ibidẽ ſubdit, ꝙ neſcit mala eſſe. vnde eodem modo quo alia a ſe cognoſcit, & priuationes ipſorum nouit non ſicut primum cognitum, quia in intellectu ſuo non poteſt eſſe aliqua priuatio: ſed ſunt ſecunda intellecta, vt ex prædictis patet.

12. Meta. tex. cõ. 51. diſt. 25. q. 1. art. 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſcientia Dei nullo modo a re cauſata eſt: nec tamen eſt cauſa omnium quæ cognoſcit: ſed horum tantum, quorum eſt per ſe cognitio, ſ. bonorum: mala autem cognoſcit per bona, vt dictum eſt.

Corp. art.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ malum non cognoſcitur a Deo per ſimilitudinem ſuam: ſed per ſimilitudinem boni. ſm̃ enim ꝙ deus cognoſcit eſſentiam ſuam cognoſcit vnãquãq; rem quãtum de ſua bonitate participat, & in quo deficiat, & ita cognoſcit malum: cum in defectu ratio mali conſiſtat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cognoſcere per aliud id quod per ſe natum eſt cognoſci, eſt imperfectæ cognitionis: ſed malum per ſe, nec cauſam, nec voluntatem, nec cognitionem habet, ſed per bonum: vt dicit Dio. 4. cap. de dini. no. & ideo hæc eſt perfecta cognitio mali, vt per bonum cognoſcatur.

*Hic aperit quare bona tantum dicantur eſſe in deo & non mala.*

ET inde eſt, quòd bona tantum dicuntur eſſe in Deo non mala, & illa prope, hęc lõge, quia licet in Deo aliqua dicantur eſſe pp cognitionis pręſẽtiã, & Deus bona & mala cognoſcat, mala tamen non cognoſcit niſi p notitiã, bona vero non ſolum per ſcientiam, & ſed etiam per approbationem, & beneplacitũ. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur eſſe in Deo, ſcilicet, quia ita ea ſcit vt etiam approbet, & placeant, ideſt ita ſcit vt eorum ſit author.

*Quòd idem eſt omnia eſſe ex Deo, & per ipſum, & in ipſo.*

PRoinde ſi diligẽter inſpiciamus, idem videtur eſſe, omnia eſſe ex deo, & per ipſum, & in ipſo. Vnde Amb. in. 3. lib. de ſpiritu ſancto. Hæc tria ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt, omnia vnũ eſſe ſupra diximus. Cum dicit per ipſum eſſe omnia, non negauit in ipſo eſſe omnia. Eandem vim habẽt omnia hęc, ſcilicet cũ ipſo, & in ipſo, & per ipſum, & vnum in his atque conſimile, non contrarium intelligitur. Ecce habes, quia ex eadem intelligentia ſcriptura dicit eſſe

Libr. 3. de ſpir. ſ. c. 12. to. 2.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum res, quæ cognoſcuntur a Deo ſint in Deo.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd res, quæ a Deo cognoſcuntur, in Deo nõ ſint. Omne illud in quo eſt aliquid, diuerſum ab eo compoſitum eſt: cum igitur Deus ſit ſimpliciſſimus, videtur ꝙ res quæ ſunt diuerſæ ab eo, in ipſo non ſint. Si dicas, quòd non ſunt in eo per eſſentiam: ſed per ſui ſimilitudinem.

1. cont. ca. 47.

¶ 2 CONTRA. Vnaquæq; res verius eſt, vbi eſt per ſuã eſſentiam, q̃ vbi eſt per ſuam ſimilitudinem: quia ibi non videtur eſſe, niſi ſecundum quid. Si igitur res in Deo non ſunt, niſi ſm̃ ſui ſimilitudinem, videtur, ꝙ verius & melius ſint in ſeipſis q̃ in Deo, quod eſt contra Aug. & Anſel

Auguſ. ſup. Gen. ad literam. ca. 15. tom. 3. Anſel. monol. c. 35.

¶ 3 Præt. Similitudo reſpondet ei, cuius eſt ſimilitudo: ſed res omnes non habẽt in ſe lucem & vitam: cum igitur in Deo ſint vita & lux, videtur, ꝙ non ſint in Deo per ſimilitudinem.

¶ 4 Præt. Vbi eſt res ſm̃ ſui ſimilitudinem, ibi non attribuitur ſibi operatio propria ſua. lapis. n. in oculo nõ mouetur deorſum, ſed act. 17. dicitur, ꝙ in ipſo Deo viuimus mouemur & ſumus. ergo videtur, ꝙ non ſumus in Deo per ſilitudinem tm̃.

¶ 5 Præt. Similitudines rerum in Dei ſcientia exiſtentes cum ad ſcientiam pertineant, filio approprientur: ſed in ipſo appropriatur in litera ſpirituiſancto, per ipſum filio, & ex ipſo patri, ergo videtur, ꝙ non dicatur res eſſe in Deo ſm̃ ſimilitudinem.

SED CONTRA EST quod dicitur Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat &c.

RESPONDEO, Dicendum, quòd hęc præpoſitio, in, ſm̃ quòd diuerſis adiungitur, diuerſas habitudines notat, vt cum dicitur eſſe in toto, vel eſſe in loco, & huiuſmodi. Et ideo ſciendũ, quòd aliud eſt eſſe in ſcientia Dei, & aliud in Deo eſſe, & aliud eſſe in eſſentia diuina. Scientia. n. nominat cognitionem quandam. Vnde eſſe in ſcientia nihil aliud eſt, q̃ per ſciẽtiam cognoſci: & ideo omnia quæ Deus ſcit, & bona & mala in ſciẽtia eius eſſe dicuntur. Sed eſſentia ſignificatur per modum formæ vel naturæ; vnde eſſe in eſſentia diuina nihil aliud eſt, q̃ ſubſiſtere in natura diuina, vel eſſe idem naturæ diuinæ, & ideo creaturæ non poſſunt dici in eſſentia diuina eſſe: ſed tm̃ perſonæ diuinę, & proprietates & attributa. Sed hoc nomẽ Deus, ſignificat rem ſubſiſtentem cuius eſt eſſe & operari. Vnde eſſe in Deo poteſt intelligi dupliciter: Vel quod eſt in eſſe ipſius, & ſic creaturæ non ſunt in Deo: Vel quod ſubiacet operi eius, ſicut dicimus opera, quorum domini ſumus in nobis eſſe, & per modum iſtũ omnia, quæ a Deo ſunt, in eo eſſe dicuntur, non autem mala, q̃ ab ipſo non ſunt. Et ita patet, quòd tria prædicta ſe habent ſecundum quendam ordinem, quicquid. n. eſt in eſſentia diuina eſt in Deo, quaſi pertinens ad eſſe ipſius: ſed non cõuertitur, ſicut ea quæ ſubiacent operi eius in ipſo ſunt, ſed nõ in eſſentia eius, & ſimiliter quicquid eſt in Deo, eſt in ſcientia eius, ſed non conuertitur: vt patet, de malis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in Deo nihil eſt diuerſum ab ipſo: vnde & creaturæ ſecũdum hoc, ꝙ in Deo ſunt, non ſunt aliud a Deo, quia creaturę in Deo ſunt cauſatrix eſſentia, vt dicit Anſel. ſunt. n. in deo per ſuam ſimilitudinem: ipſa autem eſſentia diuina ſimilitudo eſt omnium eorum, quæ a Deo ſunt.

Rom. 11. Monol. ca. 35.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ eſſe creaturæ poteſt quadrupliciter conſiderari. Primo modo, ſecundum ꝙ eſt in propria natura. Secundo modo, prout eſt in cognitione noſtra. Tertio modo, prout eſt in Deo. Quarto modo cõiter, prout abſtrahit ab omnibus his. Cum ergo dicitur, ꝙ creatura verius eſſe habet in Deo, q̃ in ſeipſa, comparatur primum & tertium eſſe reſpectu quarti, quia omnis comparatio eſt reſpectu cõis, & pro tanto dicitur, ꝙ in Deo habet verius eſſe: quia omne quod eſt ĩ aliquo, eſt in eo per modum eius in quo eſt, & non per modum ſui. vnde in Deo eſt per eſſe increatum, in ſe autem eſt per eſſe creatũ, in quo minus eſt de veritate eſſendi, q̃ in eſſe increato. Si autem comparetur eſſe primum ad ſecundum reſpectu quarti, inueniuntur ſe habere ſm̃ excedentia & exceſſa. eſſe. n. quod eſt in propria natura rei in eo, quod eſt ſubſtãtiale excedit eſſe rei in anima, quod eſt accidentale: ſed exceditur ab eo ſecundũ hoc quod eſt eſſe materiale, & illud intellectuale; & ita patet, ꝙ aliquãdo res verius eſſe habet, vbi eſt per ſuam ſimilitudinem, quàm in ſeipſa.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſimilitudo rei quæ eſt in anima, dupliciter conſideratur: Vel ſm̃ ꝙ eſt ſimilitudo rei, & ſic nihil attribuitur ſibi niſi quod in re inuenitur: Aut ſm̃ eſſe, quod habet in anima, & ſic attribuitur ſibi intelligibilitas vel vl'itas, ſicut etiam patet in imagine corporali, cui conuenit eſſe lapideũ ex parte eius in quo eſt, & non ex parte eius, cuius eſt ſimilitudo. ſimiliter dico, quòd ſimilitudini rerum, quæ eſt in Deo, conuenit eſſe vitam & lucem non ſm̃ hoc, ꝙ ſimilitudo rei eſt, ſed ſm̃ ꝙ eſt in Deo, & dicitur vita, inquantum eſt principium operationis ad eſſe rerum: ſicut etiam dicitur a Philoſopho in 8. Phy. ꝙ motus cæli eſt, vt vita quædam natura exiſtẽtibus omnibus: ſed inquãtum eſt principium cognitionis rerum dicitur lux. Vel aliter poteſt dici, ꝙ ſimilitudo rei, quæ in anima eſt: dicitur vita inquantum eſt, vt forma quædam & perfectio intellectus, & lux inquantum eſt principium intellectualis operationis, & per talem ſimilitudinem dicuntur etiam, in Deo res eſſe vita & lux: ſunt. n. in eo, ſicut artificiata in artifice per ſuas ſimilitudines.

Tex. 1.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ eſſe, & viuere, & moueri, nõ attribuuntur rebus in Deo exiſtentibus ſecũdum eſſe, quod in ipſo habent: ſed ſecundum eſſe quod in ſeipſis habent a Deo, vt eſſe pertineat ad eſſentiam, viuere ad virtutem, & moueri ad operationem; vel viuere ad animũ, moueri ad corpus, & eſſe ad vtrũque; & ſic res in propria natura exiſtentes dicuntur eſſe in deo: ſecundum quòd eſſe earum a Deo continetur, & ſic de alijs, ſ. de motu & vita.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſimilitudo rei, quæ eſt in Deo, nõ eſt accepta a re, ſed eſt cauſa rei. vnde quicquid eſt in eo per ſui ſimilitudinẽ, eſt in eo, ſicut in principio operante & conſeruante. Operatio autem & conſeruatio rerum a Deo completur per voluntatem, & bonitatem eius, quia volũtas inter tria. ſ. ſcien-

tiam potentiam, & voluntatem proximius eſt ad opus: & ideo in ipſo appropriatur ſpirituiſancto, qui procedit per modum volũtatis, & cui bonitas appropriatur: cum hęc præpoſitio, in, dicat habitudinem ad continens, & conſeruans. Sed per ipſum appropriatur filio: quia, per, denotat cauſam formalẽ, & ars per quam ſicut per formam operatur artifex, filio appropriatur. Ex ipſo autem propter habitudinẽ principij, quam importat hæc prępoſitio, ex, appropriatur patri, qui eſt principium non de principio.

oĩa eſſe in ipſo, & per ipſum, & ex ipſo vel cum ipſo. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur eſſe ex deo, vel per ipſum, non ſolum quia ſcit, ſed etiam quia eorum author eſt, conſequitur vt eadem ratione ita eſſe in deo dicantur, ſcilicet quia ſcit, & eorum author eſſe dicitur, quia in illo viuimus, & mouemur & ſumus, quia eo authore ſumus, mouemur, & viuimus. Cum ergo non ſit author niſi bonorum, merito ſola bona in eo eſſe dicuntur, ſicut ex ipſo, & per ipſum. Cum ergo in eius cognitione, vel pſcientia ſint omnia, ſcilicet bona & mala: in eo tamen non dicuntur eſſe niſi bona, quorum author eſt. Vnde Auguſt. in lib. de natura boni. Cum audimus, inquit ex Deo, & per ipſum, & in ipſo eſſe omnia, omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia quę naturaliter ſunt. Neque enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſeruant: ſed vitiant, quę ex voluntate peccantium naſcuntur omnia. Hic aperte dicitur, ꝙ in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

G

*Quòd omnia ex patre, et per patrem, & in patre ſunt, ita de filio, & de ſpirituſancto eſt dicendum: licet propter perſonas fiat diſtinctio.*

PRæterea ſciendum eſt, quòd licet ibi indicetur diſtinctio perſonarum, cum dicitur ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo: omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre ſunt. Similiter de filio, & de ſpirituſancto accipiendũ eſt. Vnde Auguſt. in 1. lib. de trinita. Non confuſe, inquit, accipiẽdum eſt, quod ait Apoſtolus: ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo. Ex ipſo dicens propter patrem, per ipſum, propter H filium, in ipſo, propter ſpiritũ ſanctum. Vigilanter autem attende: ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipſo: ſic intelligas omnia ex eſſe patre, vt neges omnia eſſe ex filio, vel ex ſpirituſancto, cum ex patre, & per patrem, & in patre omnia eſſe ſane dici poſſint. Similiter & de filio, & de ſpirituſancto dicendum eſt.

## QVAEST. II.

B

Deinde quæritur de ideis.

Et circa hoc tria quæruntur.

Et primo. An ideæ ſint.

†c.28.to.6. Secundo. De pluralitate idearum.

Tertio. Vtrum ideę omnium in Deo ſint.

### ARTICVLVS I.

*Quid nomine ideæ importetur.*

1.par.q.16. artic.1. Et de veri. 3.artic.1. 1.Met.tex. 32.

AD pimũ ſic proceditur. Vr ideas nõ eſſe. ſicut n. dicit Philoſophus in principio Met. Dicere exẽplaria eſſe vaniloquium eſt, & poeticas metaphoras dicere: ſed ideas exemplaria rerum dicimus. ergo vanum eſt ideas dicere.

¶ 2 Præt. Perfectius eſt agens, quod non eget in ſua actione ad exemplar reſpicere, q̃ quod exemplari indiget: ſed Deus eſt perfectum agens. ergo non eſt ſibi opus ideis, ad quarum exemplar faciat res. vnde ibidem Philoſophus ſubdit. nã quid eſt opus ad ideas reſpicere? Vbi ſup.

¶ 3 Præt. ſecundum Auguſtinum Melius ſcitur res per eſſentiam ſuam, q̃ per ſimilitudinem ſuam: ſed Deus nobiliſſime cognoſcit res. ergo ſcit eas per eſſentias earum, & non per aliquas ſimilitudines ideales rerum. Vbi ſuperius.

¶ 4 Præt. Omnis cognitio, quæ eſt per medium, videtur eſſe collatiua & diſcurſum habere de vno in aliud: ſed Deus cognoſcit ſimplici intuitu, ſine diſcurſu & collatione. ergo videtur, quòd non cognoſcat res mediantibus ideis.

Lib. 83. q. 46. to. 4. CONTRA eſt, quod dicit Auguſtinus, Qui negat ideas eſſe, negat filium eſſe: ſed hoc eſt hęreticum. ergo & primum.

¶ 2 Præt. Commen. dicit in 11. Meta. quòd ſicut omnes formæ ſunt in potẽtia in prima materia: ita ſunt in actu in primo motore: ſed nihil aliud dicimus ideas, niſi formas rerum in deo exiſtentes. ergo verum eſt ideas eſſe. εἰδέας

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut formæ artificiales, habent duplex eſſe. vnum in actu, ſecundum qđ ſunt in materia. aliud in potentia, ſecũdum qđ ſunt in mente artificis, non quidem [d] in potentia paſſiua, ſed actiua: ita etiam formæ materiales, habent duplex eſſe: vt dicit Cõmen. in 11. Meta. vnum in actu, ſecũdum qđ in rebus ſunt, & aliud in potentia actiua, ſecũdum qđ ſunt in motoribus orbium, vt ipſe ponit, & præcipue in primo motore, loco cuius nos in Deo dicimus. Vnde apud oẽs philoſophos cõiter dicitur, ꝙ omnia ſunt in mente Dei: ſicut artificiata in mente artificis: & ideo formas rerum in Deo exiſtentes ideas dicimus, quæ ſunt ſicut formæ operatiuę. D.642. T.cõ.18.

F Vnde dicit Diony. loquens de ideis, in quinto capitulo de di. no. exemplaria dicimus ſubſtantificas rationes exiſtentium in Deo, vniformiter præexiſtentes, quas theologia prædiffinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates exiſtentium prædeterminatiuas & productiuas. Per ideas tñ deus non tantũ practicam: ſed ſpeculatiuam cognitionem de rebus habet, cum non ſolum cognocat res, ſecundum hoc, quòd ab ipſo exeunt: ſed etiam ſecundum qđ in propria natura ſubſiſtunt. Idea. n. dicitur ab ideos, quod eſt forma. vnde nomen ideæ, quantũ ad proprietatem nominis æqualiter ſe habet ad practicam, & ſpeculatiuam cognitionem. forma. n. rei in intellectu exiſtens, vtriuſq; cognitionis principiũ eſt. †li.6.c.10. in fi.to.3. Rom.11. Quãuis. n. ſecũdum vſum loquentium idea ſumatur p forma, quę eſt principium practicę cognitionis, ſecundum ꝙ ideas exemplares rerum formas nominamus: tñ etiã principium ſpeculatiuæ cognitionis eſt ſecũdum ꝙ ideas contẽplantes formas rerũ nominamus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut dicit Cõmen. in 11. Metaph. Plato & alij antiqui philoſophi, quaſi ab ipſa veritate coacti, tendebant in illud quod poſtmodum Ariſt. expreſſit, quãuis nõ peruenerint in ipſum: & ideo Plo ponens ideas, ad hoc tendebat, ſecundum ꝙ & Ariſt. poſuit. ſ. eas eſſe in intellectu diuino. vnde hoc improbare Philoſophus non intendit: ſed ſecũdum modum, quo Plato poſuit formas naturales per ſe exiſtẽtes ſine materia eſſe. Tex.cõ.4. I

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ ſi Deus indigeret reſpicere in aliquod exemplar extra ſe, eſſet imperfectum agens: ſed hoc non contingit, ſi eſſentia ſua exemplar omnium rerum ponatur, quia ſic intuendo eſſentiam ſuam, omnia producit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd oportet illud, per quod eſt cognitio rei, eſſe vnitum cognoſcenti. vnde eſſentia rerum creatarum, cum ſit ſeparata a Deo, non poteſt eſſe medium cognoſcẽdi ipſas res a Deo: ſed cognoſcit eas nobiliori medio. ſ. per eſſentiam ſuam: & ideo perfectius cognoſcit, & nobiliori modo, quia ſic nihil niſi eſſentia eius, eſt principiũ ſuæ cognitionis. Oporteret enim, quòd eſſet aliud ſi per eſſentiam rerum, quaſi per medium cognoſceret res, cum medium cognoſcendi ſit cognitionis principium. K

¶ Ad quartum dicendum, quòd cognitio diſcurſiua eſt, qñ ex prius notis in ignotum deuenitur, & nõ qñ per ſilitudinem rei appræhenditur res ipſa, quia ſic etiam oculus videns lapidem, haberet cognitionem collatiuam de ipſo: & ideo quãuis Deus ſciat res per ſimilitudinem, quæ in ipſo eſt, ſicut per medium, & quamuis cognoſcat etiam ordinem rerum: non tamen habet diſcurſiuam ſcientiam, quia omnia ſimul intuetur.

### ARTICVLVS II.

b *Vtrum ideæ ſint plures.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſint plures ideæ. idea. n. dicitur ſimilitudo per quam cognoſcit res: ſed



res: ſed ſicut ſupra habitum eſt: Deus cognoſcit omnia per eſſentiam ſuam: cum igitur eſſentia ſua ſit vna, videtur, quòd idea ſit tñ vna. Si dicas, ꝙ ſunt plures ,ppter reſpectus diuerſos ad res, Quæſt.1. art.1. iſtius diſt.

¶ 2 Contra. Relationes, quę ſunt Dei ad creaturam, ſunt realiter in creaturis & non in Deo: creaturæ autem nõ fuerunt ab ęterno. ergo nec relationes Dei ad creaturam. ergo ideæ nõ fuerunt plures ab æterno: ſed Deus non alio modo cognoſcit res factas, q̃ anteq̃ faceret, vt habitum eſt ex verbis Aug. ergo modo non cognoſcit per plures ideas res: ſed per vnam tantũ. 1.par.q.15. 2. Et quodl. 4. lib. Et de ver. q.3. ar. 2. Et. 1. cõt. c.51. †c.27.to.6.

¶ 3 Pret. Vt dictũ eſt idea ſe habet ad rem cuius eſt: ſicut forma artis quæ eſt in mente artificis ad artificiatum: ſed diuerſitas artificiatorum prouenit ex pluralitate formarum, q̃ ſunt in mente artificis, & non econtrario. ergo videtur, ꝙ nec diuerſitas rerum poſſit inducere pluralitatem idearum. lib.5. ſuper Gen. ad litte. ca.16 & 18. to. 3.

¶ 4 Pręt. Sicut idea dr̃ relatiue ad ideatũ, ita & ſciẽtia dicitur per reſpectum ad ſcibile: ſed quãuis ſint plura ſcita a Deo, tñ eſt vna eius ſcientia. ergo rerum omniũ quæ ab ipſo producuntur eſt vna tñ idea. art. præc.

SED CONTRA, illud in quo non eſt pluralitas aliqua, non poteſt pluraliter cõſignificari: ſed Aug. pluraliter ideas nominat dicens, ꝙ ideæ ſunt rationes rerum ſtabiles, in mente diuina exiſtentes, & cum ipſæ nec oriantur nec intereant, ſecundum eas tñ ſit oẽ quod interit & oritur. ergo ideæ ſunt plures. Lib. 85. q̃ſt. q.46. to.4.

¶ Præt. Secundum Dam. differentia eſt cauſa numeri: ſed ſecundum Aug. Deus alia ratione creauit hominem & equum. ergo videtur, quòd ſint plures rationes ideales rerum in Deo. Dam. 3. fidei orth. c.8. Aug. ibidem.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cum Deus de ſingulis rebus propriam cognitionem habeat: oportet, ꝙ eſſentia ſua ſit ſilitudo ſingularium rerum, ſm ꝙ diuerſæ res diuerſimode, & particulariter ipſam imitantur ſm ſuam capacitatem, quamuis ipſa ſe totam imitabilem præbeat: ſed ꝙ perfecte nõ imitantur eam creaturæ, ſed difformiter, hoc eſt ex earum diuerſitate & defectu, vt dicit Dio. in 2. cã. de di. no. Vnde cũ hoc nomen idea, nominet eſſentiam diuinam, ſm ꝙ eſt exemplar imitatum a creatura, diuina eſſentia erit propria idea iſtius rei ſecundum determinatum imitationis modum, Et quia alio modo imitanr̃ eam diuerſæ creaturæ, ideo dicitur ꝙ eſt alia idea vel ratio qua creatur homo & equus. Et exinde ſequitur, quòd ſm reſpectum ad plures res, quæ diuinam eſſentiam diuerſimode imitãtur ſit pluralitas in ideis, quãuis eſſentia imitata ſit vna. verbi gratia. ſicut ex prædictis patet, quicquid perfectionis in rebus eſt: hoc totum Deo ſm vnum & idem indiuiſibile conuenit. ſ. eſſe, viuere, & intelligere, & omnia huiuſmodi. Cum autem oẽs creaturæ imitentur ipſam eſſentiam quantum ad eſſe: non tñ omnes quantum ad viuere. Nec iterum illa quæ imitantur ipſam quantum ad eſſe, eodem modo eſſe participant, cum quædam alijs nobilius eſſe poſſideant, & ex hoc efficitur alius reſpectus eſſentiæ diuinæ ad ea, quæ habent tñ eſſe, & ad ea quæ habent eſſe, & viuere. & ſilr ad ea, quæ diuerſimode eſſe habent, & ex hoc ſunt plures rationes ideales, ſm ꝙ Deus intelligit eſſentiam ſuam, vt imitabilem per hunc, vel per illum modum. Ipſæ. n. rationes imitatiõis intellectæ ſeu modi ſunt ideæ: idea enim, vt ex dictis patet nominat formam, vt intellectam, & non prout eſt in natura intelligentis. Diſt. 2. q.1. art.3. art. præced.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ idea non nominat tñ eſſentiam, ſed eſſentiam imitabilem. vnde ſm ꝙ eſt multiplex imitabilitas in eſſentia diuina, propter plenitudinem ſuæ perfectionis, eſt pluralitas idearum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quãuis relationes quæ ſunt Dei ad creaturam, realiter in creatura fundentur: tñ ſm rationem, & intellm in Deo etiam ſunt: Intellm autem dico non tñ humanum, ſed etiam angelicum & diuinum: & ideo quãuis creaturæ ab æterno non fuerint: tñ intells diuinus ab æterno fuit intelligens eſſentiam ſuam diuerſimode a creaturis imitabilem, & A propter hoc fuit ab æterno pluralitas idearum in intellectũ diuino, non in natura ipſius. non. n. eodẽ modo eſt in Deo forma equi & vita, quia forma equi non eſt in Deo, niſi ſicut rõ intellecta: ſed ratio vitæ in Deo eſt non tñ ſicut intellecta, ſed etiam ſicut in natura rei firmata.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quãuis pluralitas idearum attendatur ſecundum reſpectus ad res: non tñ pluralitas rerum eſt cauſa pluralitatis idearum: ſed ecõtrario. non. n. quia res diuerſimode imitantur diuinam eſſentiam: ideo intellectus eius intuetur eam diuerſimode imitabilem: ſed potius econtrario. Intells. n. diuinus eſt cauſa rerum: diſtinctio autẽ idealium rationum, eſt ſecundum operationẽ intells diuini: prout intelligit eſſentiam ſuã diuerſimode imitabilem a creaturis.

¶ Ad quartum dicẽdum. ꝙ eſſentia diuina vna eſt, & reſpectus plures: & ideo illud quod nominat tñ eſſentiam, non poteſt pluraliter ſignificari: ſicut eſt ſcientia, quæ tenet ſe magis ex parte ſcientis, vt forma ipſius. Ratio autem ſe tenet magis ex parte rei, vt conſignificari, & ſignificari pluraliter poſſit. Dicimus. n. rationes plures. Idea aũt. q. medio modo ſe habet, quia eſſentiam & rõnem imitationis, quæ eſt ſecũdum reſpectũ importat: & ideo ſi inueniar̃ in noĩe ideæ conſignificata pluralitas, vt cum pluraliter profertur: raro tñ aut nunquàm inuenitur ſignificata per additionem termini numeralis, vt ſi dicatur plures ideæ. pluralitas. n. exprimitur magis ſignificando, quàm conſignificando &c. C

*Quòd non omnia, quæ ex Deo ſunt etiam de ipſo ſunt: ſed econuerſo.*

ILlud etiam hic annectẽdum eſt, ꝙ non oĩa q̃ dicũtur eſſe ex deo, etiam de ipſo eſſe dici debeant. Quia vt ait Aug. in lib. de natura boni. Non hoc ſignificat penitus ex ipſo quod de ipſo. Qđ enim de ipſo eſt, poteſt dici eſſe ex ipſo: ſed non omne quod ex B ipſo eſt, poteſt dici eſſe de ipſo, quia non eſt de ſua ſubſtantia. Ex ipſo enim ſunt cęlum & terra, quia ipſe fecit ea: non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua: ſicut aliquis homo ſi generat filiũ, vel facit domũ. Ex ipſo eſt filius, ex ipſo eſt & domus: ſed filius de ipſo, domus vero de terra, & ligno, non de ipſo.

*Quæ dicta ſunt ſummatim colligit.*

EX præmiſſis apertum eſt, ꝙ in Dei cognitione ſiue pſcientia ſunt omnia, ſcilicet bona & mala: ſed non omni modo ſunt ibi mala quo bona. Et ꝙ in Deo bona tãtum ſunt, ſicut ex ipſo, & per ipſum, non mala. Et ex quo ſenſu hæc accipienda ſint, aſſignatum eſt. Et quòd de ipſo non dicitur eſſe proprie, quod aliud eſt ab ipſo. Ex ipſo autem eſſe dicuntur omnia, quæ eo auctore ſunt.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum in Deo ſint ideæ omnium, quæ cognoſcit.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non omnium quæ cognoſcit Deus: ideæ in ipſo ſint. Mala. n. cognoſcit Deus: ſed mali idea in ipſo eſſe non poteſt, cum idea imitationem importet. vnũquodq; autem per hoc malum eſt, quòd ab imitatione Dei recedit. ergo non omnium rerum ideæ ſunt in Deo cum plures res malę ſint. 1.par.q.15. art.3. Et de ver. q.3. ar.6.

D ¶ 2 Præt. Idea nominat formam: dicitur. n. ab idos, quod eſt forma: ſed materiæ primæ non eſt aliqua forma, ſicut nec primus actus, qui eſt deus habet aliquàm materiam: aliàs neutrum eſſet primum. ergo non omnium eſt idea in Deo.

¶ 3 Præt. Deꝰ nõ tñ cognoſcit vlia, ſed ẽt particularia. Sed particulariũ inquãtũ huiuſmodi, nõ vr̃ eẽ idea, cũ oĩa ſingularia vniꝰ ſpeciei ĩ forma cõueniãt. ergo nõ oĩum cognitorũ a deo eſt idea.

¶ 4 Præt. Idea nõ eſt niſi alicuiꝰ, qđ eã p imitationẽ pticipat: ſed accñtia cũ non ſint p ſe ſubſiſtẽtia nihil participant: ſed ipſa ſunt participationes q̃dã. ergo cũ accidentia ſint cognita a deo ſicut ſubſtantiæ, videtur ꝙ nõ omniũ cognitorũ a deo ſit idea.

SED CONTRA, Oĩs cognitio eſt p ſpẽm aliquam cogniti in cognoſcente: ſed ſpecies rerum in deo exiſtentes ideæ dicuntur. ergo omnium cognitorum a deo idea in ipſo eſt.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut ex authoritate Dion. E inducta patet, idea dr̃ ſimilitudo vel ratio rei in deo exñs, ſm ꝙ eſt productiua ipſius rei, & pdeterminatiua. & ideo vnũquodq; ſm ꝙ ſe habet ad hoc, ꝙ a Deo producatur: ita ſe habet ad hoc, ꝙ ipſius idea ſit in eo. Omne aũt quod ab aliquo per ſe agente producitur: oportet ꝙ ſm hoc quod ab ipſo effectum eſt, ipſum imitetur, quia vt probat Philoſophus. ſimile agit ſibi ſimile tã in his, quæ agunt per voluntatem, quàm in his, quæ agunt per neceſſitatem. Vnde ſecũdum id quod aliquid a deo producitur, ſm hoc ſilitudinem in ipſo habet, & ſm hoc eſt idea ipſius in deo, & ſm hoc a deo cognoſcitur: & ideo cum omnis res a deo producatur, oportet omnium rerum ideas in ipſo eſſe. cap. 5. de di. nom. 2. de anima tex. 34.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ malum inquantum malum, nihil eſt cum ſit priuatio quędam ſicut cæcitas: & ideo rei

male idea quidem in Deo eſt, non quidem inquãtum mala eſt: ſed inquantum res eſt, & ipſum malum per oppoſitum bonum cognoſcitur a Deo, a quo res priuationi ſubiecta deficit.

¶ Ad ſecũdum, ꝙ cũ materia prima a Deo ſit, oportet ideã eius aliqualiter in Deo eſſe, & ſicut attribuitur ſibi eſſe, ita attribuitur ſibi idea in deo: quia oẽ eſſe inquantum perfectum eſt, exẽplariter ductum eſt ab eſſe diuino. Eſſe aũt perfectum materiæ nõ cõuenit in ſe: ſed ſolum ſm ꝙ eſt in cõpoſito. In ſe vero habet eſſe imperfectum ſm vltimũ gradum eſſendi, q eſt eſſe in potẽtia; & ideo perfectam rõnẽ ideę non habet, niſi ſm ꝙ eſt in compoſito: q a ſic ſibi a Deo eſſe perfectum cõfertur. In ſe vero conſiderata, habet in Deo imperfectam rationem ideæ, hoc eſt dictu, quia eſſentia diuina eſt imitabilis a compoſito, ſm eſſe perfectum, a materia ſm eſſe imperfectũ: ſed a priuatione nullo modo. Et ideo compoſitum, ſm rationẽ ſuæ formæ, habet ꝑfecte ideam in Deo, materia vero imperfecte: ſed priuatio nullomodo.

† Coloſſ. 2.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ particularia habent ꝓprias ideas in Deo. vnde alia eſt ratio Petri & Martini in Deo, ſicut alia ratio hominis & eq. Sed tñ diuerſimode, quia diuerſitas hoĩs, & equi, eſt ſm formã cui ꝑfecte reſpondet idea. Sed diſtinctio ſingularium vnius ſpeciei eſſentialis, eſt ſm materiam, quæ non perfecte habet ideam: & ideo perfectior eſt diſtinctio rationum, rñdentium diuerſis ſpeciebus, q̃ diuerſis indiuiduis: ita tñ, ꝙ imperfectio referatur ad res imitantes, & non ad eſſentiam diuinam, quam imitantur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ accidentia etiam perfectum eſſe non habent. vnde deficiunt a perfectione ideæ: propter quod etiam Plato non poſuit ideas accidentiũ: ſed ſubſtantiarum tantum, vt 1. Meta. dicitur: tñ ſm ꝙ eſſe habent per imitationem diuinę eſſentiæ: ſic eſſentia diuina eſt eorum idea. Et ſic patent omnia obiecta, & etiam dicta in litera.

Tex. 45.

## DISTIN. XXXVII.

### A

*Quibus modis dicatur Deus eſſe in rebus.*

ET quoniam demonſtratum eſt ex parte, q̃uo omnia dicãtur eſſe in Deo, addendum videtur hic: *b* quibus modis dicatur deus eſſe in rebus: ſi tñ id humana mens, vel ex parte digne valeat cogitare, vel lingua ſufficiat eloqui. Sciendum ergo eſt, ꝙ Deus incõmutabiliter ſemper in ſe exiſtens, ꝓſentialiter, potẽtialiter, eſſentialiter eſt in oĩ natura ſiue eſſentia ſine ſui diffinitione, & ĩ omni loco ſine circumſcriptione, & in omni tpe ſine mutabilitate. Et pręterea, in ſanctis ſpiritibus, & animabus eſt excellentius. ſ. ꝑ gratiam inhabitans, & in homine Chriſto excellẽtiſsime, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat: vt ait Apoſtolus. In eo. n. Deus habitauit nõ ꝑ gratiam adoptionis, ſed ꝑ gratiam vnionis. Nę autẽ iſta, quia capacitatem humanę intelligentiæ excedunt, falſitatis arguere aliqui ꝓſumant, ſanctorum authoritatibus munienda mihi vñr. Beatus Grego. ſuper cantica cãticorum inquit. Licet Deus cõi modo omnibus rebus inſit pręſentia, potẽtia, ſubſtãtia: tñ familiariori modo per gratiã dicitur eſſe in illis, q mirificentiam operũ Dei acutius, & fidelius conſiderant. De hoc. n. eodem Aug. ad Dardanum in lib. de pręſentia dei ait.

G

Cum deus ſit natura incorporea, & incommutabiliter viua, æterna ſtabilitate in ſeipſo manens, totus adeſt rebus omnib[9], & ſingulis totus. Sed in quibus habitat, habent eum pro ſuæ capacitatis diuerſitate, alij amplius, alij minus, quos ipſę ſibi dilectiſſimum templum gratia ſuæ bonitatis ædificat. Hylari[9] quoq; in 8. lib. de tri. apertiſsime docet Deum vbique eſſe. Deus, inquit, immẽſę virtutis, viuens poteſtas, quæ nuſq̃ non adſit, non deſit vſq̃, ſe omnem per ſua edocet, *vt vbi ſua ſint*, ipſe eſſe intelligatur. Non autẽ corporali mõ, cum alicubi ſit, non etiam vbiq; eſſe credatur, cum & in omnibus eſſe non deſinat. Amb. in l. 1. de ſpirituſancto. Spiritumſanctũ probat nõ eſſe creaturam, quia vbiq; eſt, quod eſt proprium diuinitatis, ita dicẽs. Cum omnis creatura

H

certis naturæ ſuæ ſit circũſcripta limitibus, quomodo quis audeat creaturã appellare ſpiritumſanctum, qui non habeat circũſcriptam determinatãq; virtutem, quę & in omnibus, & vbiq; ſemper eſt? quod vtiq; diuinitatis, & dominationis eſt proprium. Idem in eodem. Domini eſt omnia complere, qui dicit. Cęlum & terram ego cõpleo. Si ergo dominus eſt, qui cælum complet & terram, quis

I

ergo poteſt ſpiritumſanctum iudicare dominationis, & diuinæ poteſtatis exortẽ, qui repleuit orbẽ? Et qđ pl[9] eſt, repleuit & Ieſum toti[9] mũdi redẽptorẽ?

† In Gl. ſup. cap. 5. ibi. Quo abijt.

† In epiſto. 57. to. 2.

† c. 7. to. 2.

† Hier. 23.

## DISTINCTIO. XXXVII.

### DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quomodo res ſint in Deo. Hic ex incidenti oſtendit, quomodo Deus ſit in rebus, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit Deum eſſe, vbiq; & in omnibus rebus. In ſecũda parte remouet a Deo quædam, quæ creaturę in loco exiſtentes conſequuntur: ibi {Cum natura diuina &c.} Prima in duas. In prima ponit modos, quibus Deus in rebus eſſe dicitur. In ſecunda inquirit rationes illorum modorum: ibi {Quomodo autem Deus habi-

F

tet in bonis &c.} Circa primum duo facit. Primo enumerat modos. Secũdo authoritatibus cõfirmat. ibi {Nunc aũt iſta &c.} Et primo confirmat modum, quo eſt cõiter in omnibus creaturis. Secundo modum, quo ſpecialiter eſt in ſanctis: ibi {In ſanctis vero &c.} Modus autem, quo ſpecialiſſime eſt in homine Chriſto pertinet, ad tertium librum: & ideo eum pręteꝛmittit. {Quomodo autem deus &c.} hic oſtendit rationes dictorum modorum. Et primo, quantum ad modum, quo ſpecialiter ĩ ſanctis eſt. Secundo, quantum ad modum communem, quo eſt in omnibus creaturis: ibi {Ex prędictis patet, &c.} Et circa primũ duo facit. Primo oñdit veritatem. Secundo excludit quaſdã dubitationes: ibi {Si autem quæris &c.} Et ſunt tres per ordinem inductæ, vt patet in litera. {Ex prædictis patet &c.} Hic inquirit rationem, quantum ad modum communem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit modi illius incomprehenſibilitatem. Secundo redarguit quorundam inſufficientem aſſignationem: ibi {Quidam tamen immenſa &c.} Tertio, excludit erroneam quęſtionem: ibi {Solet etiam ab eiſdem quæri &c.} Vbi duo facit. Primo, excludit obiectionem. Secundo deſtruit poſitionem ibi {Poſtremo reſpondeant &c.

† Parum ante med.

## QVAEST. I.

### A

Hic eſt duplex quæſtio.

Primo. Quomodo Deus in omnibus rebus ſit.
Secundo. Quomodo vbique ſit.

### Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.
Secundo. De diuerſitate modorum, quibus in rebus eſſe dicit̃.

### ARTICVLVS PRIMVS.

K

*Vtrum Deus ſit in rebus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Deus in rebus non ſit. Inter cauſas. n. illæ ſolę rei intrinſece ſunt, quæ partes eius ſunt, vt materia & forma, non autem agens & finis: ſed Deus non eſt cauſa rerum, vt veniens in conſtitutionem ipſarum: quia regit oẽs res præterquàm commiſceatur cum eis, vt dicitur lib. de cauſis. ergo Deus in rebus creatis non eſt.

1. part. q. 8. art. 1.

Propoſitione 20.

¶ 2 Præt. Nobilius agens eſt hoc, quod poteſt producere effectum in abſentia ſua, quàm quod non poteſt hoc facere, niſi per ſuam præſentiam: Deus autem eſt nobiliſſimum agens, cum igitur inueniantur quædam agentia, & ſecundum voluntatem



voluntatem, & *ſecundum naturam: quæ in abſẽtia ſui pro*ducunt effectus: ſicut ſol in cęlo exñs, efficit calorem in terra per emiſſionem virtutis ſuæ, & rex aliquis ꝑ imperium ſuum, multa *efficit, vbi ipſe non eſt præſens*: vr̃ ꝙ multo fortius Deus in abſentia ſui, poſſit effectum ꝓducere: & ita non oportet, ꝙ ſit in rebus quas cõdidit.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod agens nobilius eſt, tãto nobiliorem effectum ꝓducere põt: ſed perfectius eſt quod põt per ſe cõſeruari in eſſe abſente ſua cã, q̃ quod non põt: ſicut figura perfectius eſt in cera *in qua manet ẽt ſigil*lo amoto, q̃ in aqua vbi nõ manet in abſentia imprimentis: cum igitur Deus ſit perfectiſſimus agẽs, videtur ꝙ reb[9] quas condidit contulerit hoc, vt ẽt in abſentia ſuæ cauſæ conſeruari poſſint ĩ eſſe: & ita ad conſeruationem rerum nõ exigitur, ꝙ Deus in rebus ſit.

† Iſa. 66.

¶ 4 Præt. Impoſſe eſt, ꝙ duo agentia ĩmediate operentur eandem rem, ita ꝙ vtrũq; illorum perfecte operetur, quia ad vnum operatum terminatur vna operatio, q̃ exit ab vno operãte: ſed ſingulæres habent operationes proprias: vt dicit Dam. q bus ſuos effectus peragunt. ergo videtur ꝙ Deus non ĩmediate ſit operans, quicquid in rebus efficitur: & ita vr̃, ꝙ nõ in oĩbus rebus ſit.

† Epiſt. 28. to. 2.
2. fid. orth. c. 10.

Ex his alijſq; pluribus auctoritatibus aperte monſtratur, ꝙ Deus vbique & in omni creatura eſſentialiter, præſentialiter, potentialiter eſt.

*Quód in ſanctis non modo eſt: ſed etiam habitat, qui non vbicunq; eſt, habitat.*

IN ſanctis vero etiam habitat, in quibus eſt per gratiam: nõ enim vbicunque eſt, ibi habitat vbi vero habitat ibi eſt. In ſolis bonis habitat, qui ſunt templum eius, & ſedes eius. Vnde ꝑ Eſaiã dñs ait. Cælum mihi ſedes eſt, terra autẽ ſcabellũ pedũ meorum: quia in electis, qui ſunt cælum, habitat deus & regnat, qui eius voluntati deuoti obtẽperant. Malos vero, q ſunt terra: iudicij diſtrictione calcat. Vnde & in lib. Sap. dicit̃. Thronus ſapiẽtiæ aĩa iuſti, quia in iuſtis ſpecialius eſt, q̃ in alijs rebus, ĩ q bus tamen omnibus totus eſt, quẽadmodũ anima: vt ait Aug. in epiſtola ad Hiero. de origine animæ, per oẽs particulas corporis tota adeſt ſimul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: ſed, tñ in alijs intẽſius, ĩ alijs remiſsius operatur,

B

cũ in ſingulis particulis corporis eſſentialiter tota ſit. Ita & deus cũ ſit in omnibus eſſentialiter ac totus, in illis tñ plenius eſſe dr̃, quos inhabitat, i. in quibus ita eſt, vt faciat eos tẽplum ſuum, & hi tales cum eo ſunt, iã ex parte: ſed in beatitudine perfecte. Mali vero, & ſi ibi ſint, vbi ipſe eſt, q nuſq̃ deeſt: nõ tñ ſunt cum eo. Vñ Aug. ſuper Ioã. Nõ ſatis fuit dicere, vbi ego ſum, & illi ſint: ſed addidit, mecum: q a & *ibi miſeri* pñt eſſe, *vbi* & ille eſt, qui nuſq̃ deeſt. Sed beati ſunt cum illo, quia nõ ſunt beati niſi ex eo, ꝙ cum illo ſunt, q fruuntur eo, & vidẽt illum ſicut eſt. Mali vero nõ ſunt cum illo, vt cęci in luce, nõ ſunt cũ luce: nec boni ita nunc ſunt cum eo, vt videãt per ſpẽm, & ſi ſunt aliquo modo cũ eo per fidẽ. Q̃uo

C

autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, q̃ ſupra dicta ſunt, cum de ſpirituſſancti proceſsione tẽporali agerẽt, vbi licet ex parte exponit: ex parte. n. cognoſcimus, & ex parte prophetamus, quomodo ſpirituſſanctus habitet in nobis, qui nõ ſine patre, & filio inhabitat.

† Trac. 111. ſup. Ioã. 17.

¶ 5 Præt. Dæmones res quædam ſunt: ſed abſurdiſſime dicitur Deus in dæmonibus eſſe. ergo Deus non eſt in omnibus rebus.

SED CONTRA Hie. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo? ſed per cælum & terram, intelligitur omnis creatura: vt patet ex principio Gen. ergo Deus ĩ omnibus creaturis eſt. Hoc etiam videtur, per hoc quod habetur ad Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis ſuę. Non autem poteſt conſeruare res, niſi ſit præſens eis. ergo videtur quòd in omnibus rebus ſit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd Deus eſſentialiter in omnibus rebus eſt, non tamen ita quòd rebus commiſceatur, quaſi pars alicuius rei. Ad cuius euidentiam, oportet tria prenotare. Primo, quòd *mouens & motum*, agens & patiens, & operans & operatum, oportet ſimul eſſe: vt in 7. Phyſic. probatur. Sed hoc diuerſimode contingit in corporalibus, & ſpiritualibus. Quia enim corpus per eſſentiam ſuam, quæ circumlimitata eſt terminis quantitatis, determinatum eſt ad ſitum aliquem, non poteſt eſſe, quòd corpus mouens & motum ſint in eodem ſitu: vnde oportet, quòd ſimul ſint per contactum, & ſic virtute ſua immutat corpus, quod immediatè ſibi coniungitur, quod etiam immutatum aliud immutare poteſt, vſque ad aliquem terminum. Spiritualis vero ſubſtantia cuius eſſentia omnino abſoluta eſt a quantitate & ſitu, ac per hoc loco, non eſt diſtincta ab eo quod mouet per locum vel ſitum: ſed vbi eſt quod mouetur ibi eſt ipſum mouens: ſicut anima eſt in corpore, & ſicut virtus mouens cęlum dicitur eſſe in dextra parte orbis, quem mouet, vnde incipit motus: vt habetur in 8. Phyſi. Secundum eſt, quòd eſſe cuiuſlibet rei, & cuiuſlibet partis eius, eſt immediate a Deo, eo quòd *non ponimus* ſecundum fidem, aliquem creare niſi Deum, creare autem eſt dare eſſe. Tertium eſt, quòd illud quod eſt cauſa eſſe, non poteſt ceſſare ab operatione qua eſſe datur, quin ipſa res etiam eſſe ceſſet. Sicut enim dicit Auicen. hæc eſt differentia inter agens diuinum, & agens

Tex. 10.

lib. 1. ſufficiẽtię. c. 11.

A

*naturale: quòd agens naturale eſt tantum* cauſa motus, & agens diuinum eſt cauſa eſſe. vnde ſecundum ipſum, qualibet cauſa efficiente remota, remouetur effectus ſuus: ſed non eſſe rei: & ideo remoto ædificatore, non tollitur eſſe domus: cuius cauſa eſt grauitas lapidum quæ manet: ſed fieri domus cuius cauſa erat: & ſimiliter remota cauſa eſſendi, tollitur eſſe. vñ dicit Gre. quòd omnia in nihilum deciderent, niſi ea manus omnipotẽtis contineret. vnde oportet, quòd operatio ipſius, qua dat eſſe, non ſit interciſa, ſed cõtinua. vnde dicitur Ioã. 5. Pater meus vſq; modo operatur &c. Ex quibus omnib[9] aperte colligitur, quòd Deus eſt vnicuique intimus: ſicut eſſe proprium rei eſt intimum ipſi rei, quæ nec incipere, nec durare poſſet, niſi per operationem Dei, per quam ſuo operi coniungitur, vt in eo ſit.

lib. 16. moral. cap. 18.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̃uis eſſentia diuina nõ ſit intrinſeca rei, quaſi pars veniẽs in cõſtitutionem eius: tñ eſt intra rẽ, quaſi operans, & agẽs eſſe vniuſcuiuſq; rei, & hoc oportet in omni agente incorporeo, vt ex prædictis patet.

† Diſt. 14.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud qđ agit per ſuam abſentiam, non eſt cauſa proxima eius quod fit, ſed remota: virtus enim ſolis primo imprimitur in corpore ſibi coniuncto, & ſic deinceps vſque ad vltimum, & hæc virtus eſt lumen eius, per quod agit in his inferioribus, vt Auicen. dicit. Similiter patet, quòd rex præcipiens eſt cauſa prima, ſed exequens præceptum eſt cauſa proxima & coniuncta: Deus autem immediate in omnibus operatur: vnde oportet, quòd in omnibus ſit.

D

diſt. 8. q. 1. ar. 2.
lib. 1. ſuffici. c. 2.
Cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut ex prædictis patet, eſſe rei non poteſt conſeruari ſine cauſa eſſendi: ſicut nec motus, ſine cauſa mouente. *vnde ſi ſine aliquo agente eſſe rei* conſeruetur: illud agens non erit cauſa eſſendi, ſed fieri tantum: ſicut ſigillum eſt cauſa figuræ in cera: vnde remoto ſigillo remanet figura: ſicut etiam de ædificatore dictum eſt, & hoc eſt agens imperfectum: vnde ratio procedit ex falſis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd reſpectu eiuſdem operationis, non poteſt eſſe duplex cauſa proxima eodem modo: ſed diuerſimode poteſt, quod ſic patet. Operatio reducitur ſicut in principium in duo: in ipſum agentem, & in virtutem agentis, qua mediante exit operatio ab agente. Quanto autem agens eſt magis proximum, & immediatum, tanto virtus eius eſt mediata, & primi agentis virtus eſt immediatiſſima. Quod ſic patet in terminis. ſint a. b. c. tres cauſæ ordinatæ: ita quòd c. ſit vltima, quæ exercet operationem: conſtat tunc, quòd c. exercet operationem per virtutem ſuam, & quòd per virtutem ſuam hoc poſſit: hoc eſt per virtutem. b. & vlterius per virtutem. a. Vnde *ſi quæratur quare. c. operatur, reſpondetur* per virtutem ſuam, & quare per virtutem ſuam, propter virtutem. b. & ſic quouſque reducatur in virtutem cauſæ primæ, in quam docet Philoſophus quęſtiones reſoluere in poſterioribus, & in 2. Phyſic. Et ita patet, quòd cum Deus ſit prima cauſa omnium, ſua virtus eſt immediatiſſima omnibus. Sed quia ipſemet eſt ſua virtus: ideo non tñ eſt immediatum principium operationis in omnibus: ſed immediate in oĩbus operãs,

E

2. poſt text. 22.
Tex. 38.

quod in alijs cauſis non contingit, quis ſingulæ res operationes habeant, quibus producunt ſuos effectus.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ non eſt concedendum ſimpl'r, ꝙ Deus ſit in dæmone duabus de cauſis. Primo, quia demon nō nominat naturam tm̄, ſed naturam deformatam, cuius deformitatis Deus non eſt operator. Secundo, quia demon nominat naturam intellectualē. vnde cum dicitur: deus eſt in dæmone, intelligitur per modum, quo natura intellectualis eius eſt capax. ſ. per gratiam. Vnde nec de homine peccatore ſimpl'r dicimus: Deus eſt in iſto homine, niſi addatur inquantum eſt creatura vel per eſſentiam & pſentiam, & potentiam, quo addito, dicitur etiā Deus in dæmone eſſe.

† lib. 3 cap. 21. & lib. 2. c. 11. to. 6.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum Deus ſit in omnibus, per potentiam, præſentiam, & eſſentiā; in ſanctis per gratiam, in Chriſto per eſſe.*

1. part. q. 8. art. 3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter aſſignentur modi iſti, quibus deus in rebus eſſe dicitur. Cum. n. dicimus deū eſſe in rebus, ſignificamus qualiter Deus ad res ſe habeat. Sed deus vnomodo ſe habet ad omnia, quis nō oīa vno modo ad ipſum ſe habeant: vt dicit Dio. ergo videtur, ꝙ nō debeat eſſe niſi vnus modus exiſtendi Deū in rebus. Si dicas, ꝙ iſti modi diuerſificatur ſecundum diuerſas habitudines creaturæ ad deum.

† In epiſto. 57. to. 2.

3. ca. de di. nom.

¶ 2 Contra. Quilibet effectus in creatura cauſat aliquàm habitudinem creaturæ ad Deum. Sed quaſi infiniti ſunt effectus Dei in creaturis, ergo infinitis modis dicetur deus eſſe in creaturis, & non quinque tantum.

K ¶ 3 Præt. Ea ſm quæ diuerſimode creaturæ ad deum referuntur, non inueniuntur in omnibus creaturis. Sed quidam iſtorū modorum conueniunt oī creaturę. ſ. per eſſentiam, pręſentiā, & potentiam. ergo videtur, ꝙ modi iſti non differant ſecundum diuerſam habitudinem creaturæ in deum. Si dicas, ꝙ diſtinguuntur ſecundum diuerſas rationes attributorum;

¶ 4 Contra. Non plus differt potentia ab eſſentia, q̃ ſcīa & voluntas: ſed eſſe in rebus per eſſentiā, & potentiā cōſtituit duos modos. ergo & ſil'r diuerſificabuntur ſecundū omnia attributa.

IN contrarium eſt, qđ in lr̃a dr̃, & authoritatibus cōfirmat.

RESPONDEO, Dicendum, quòd diſtinctio iſtorum modorum partim ſumitur ex parte creaturæ, partim ex parte dei. Ex parte creaturæ inquantum diuerſo mō ordinat in deum, & coniungitur ei, non diuerſitate rōnis tm̄, ſed real'r. Cum. n. deus in rebus eſſe dicatur, ſm ꝙ eis aliquo modo applicat; oportet, vt vbi eſt diuerſus coniūctionis, vel applicationis modus, ibi ſit diuerſus modus eſſendi. Coniungitur aūt creatura deo tripl'r.

F Primo modo ſm ſimilitudinem tm̄, inquantum inuenitur in creatura aliqua ſilitudo diuinę bonitatis, nō ꝙ attingat ipſum deum ſm ſubſtantiā & iſta coniunctio inuenitur in oībus creaturis diuinam bonitatem aſſimilantibus, & ſic erit modus cōis, quo deus eſt in omnibus creaturis, per eſſentiam, pſentiam, & potentiā. Secundo, creatura attingit ad ipſū deum ſm ſubam ſuā cōſideratū, & nō ſm ſilitudinē tm̄, & hoc eſt per operationē. ſ. qñ aliqs fide adhæret ipſi primæ veritati, & charitate ipſi ſūmæ bōitati: & ſic eſt alius mod⁹ quo deus ſpal'r eſt in ſanctis per grām. Tertio, creatura attingit ad ipſum deū nō ſolū ſm operationem; ſed ēt ſm eſſe, nō qdē prout eſſe eſt actus eſſentiæ quia creatura nō pt trāſire in naturā diuinā, ſed ſm ꝙ eſt act⁹ hypoſtaſis vel pſonæ: ī cuius vnione creatura aſſūpta eſt, & ſic ē vltimus modus, quo deus eſt ī Chriſto per vnionē. Ex parte aūt dei, nō inuenit diuerſitas in re, ſed rōne tm̄, ſm ꝙ diſtinguit in ipſo eſſētia, virt⁹, & operatio. Eſſentia aūt eius cū ſit abſoluta ab oī creatura, nō eſt ī creatura; niſi inquantū applicat ſibi per operationē, & ſm hoc, ꝙ operat in re, dr̃ eſſe in re, per pſentiam: ſm quod oportet operans operato aliquo mō pſens eſſe, & quia operatio nō deſerit virtutē diuinā a qua exit: ideo dr̃ eſſe in re per potētiā, & quia virtus eſt ipſa eſſentia: ideo cōſequitur vt in re, etiā per eſſentiam ſit.

† In eadem epiſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſi loquatur de vnitate & diuerſitate ſm rē, ſic deus vno modo ſe habet ad res; ſed quia res diuerſimode ſe habent ad ipſum, contingit deum ſignificari in diuerſa habitudine ad res, inquantum relationes fundatæ in creaturis, reliquerunt diuerſas habitudines, ſecundum rationem in deo. Si autem conſideretur vnitas, & diſtinctio ſecundum rationem tantum, ſic deus pluribus modis ſe habet ad res, vt ſciens, vt potens, & ſic de alijs.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ diuiſio eſſentialis, ſemper eſt per differentias, quæ per ſe diuidunt aliquod cōe: ſicut habens pedes, per ſe diuiditur per bipes, & quadrupes; non aūt per album & nigrum. Similiter dico, ꝙ deum eſſe in creaturis per ſe, diuiditur ſm diuerſos modos, quibus creaturæ attingunt deū, & hæc eſt diuiſio eſſentialis, & formalis. Sed ſi accipiantur diuerſi effectus in creaturis per ſe, in quibus eſt deus, per naturales effectus tantum, non inuenietur niſi vnus modus attingendi Deum: & ideo non eſt diuiſio niſi per accidens, & materialis, quæ ab omni arte prætermittitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illi tres modi non ſumuntur ex diuerſitate creaturę: ſed ex parte ipſius dei operantis in rebus: & ideo omnem creaturam conſequuntur, & præſupponuntur etiā in alijs modis. In quo enim eſt deus per vnionem, etiam eſt per gratiā, & in quo eſt per gratiā, eſt per eſſentiā, pñtiā, & potentiā.

¶ Ad

*Vbi erat vel habitabat Deus, antequàm eſſet creatura.*

SI autem quæris, vbi habitabat deus anteq̃, ſancti eſſent: Dicimus quia in ſe habitabat vnde Aug. in li. contra Maximi. In templo, inquit, ſuo habitat Deus. i. in ſanctis, qui ſunt templum Dei, modo ſecundum fidem ambulantes, & templum Dei erunt aliquando ſecundum ſpeciē, qualiter etiam nunc templum Dei ſunt angeli. Sed dicet aliquis, anteq̃ faceret deus cęlum & terram, anteq̃ faceret ſanctos, vbi habitabat? In ſe habitabat de⁹, apud ſe habitat, & apud ſe eſt. Nō ergo ſancti ſic ſunt domus Dei, vt ea ſubtracta cadat De⁹. H Immo ſic habitat Deus in ſanctis, vt ſi ipſe diſceſſerit, cadāt.

G

*Multa hic breuiter docet, quæ confirmant prædicta.*

SCiendum eſt etiā, quia vt ait Aug. in lib. ad Dardanum. Dici niſi ſtultiſsime nequit, ſpiritumſanctum non habere locum in noſtro corpore, quod totum anima noſtra impleuerit. Stultius I etiam dicitur anguſtijs alicubi impediri trinitatem: vt pater, & filius, & ſpiritusſanctus alicubi ſimul eſſe non poſsint. Verum illud eſt multo mirabilius, ꝙ cum deus vbique ſit totus: non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari, niſi inſeparabilitatem trinitatis penitus ignoret, ꝙ in aliquo poſsit habitare pater & filius, in quo non habitet ſpiritusſanctus? Aut in aliquo ſpiritusſanctus, in quo non habitet pater & filius? Fatendum eſt ergo, vbiq; eſſe deū per diuinitatis præſentiam, ſed non vbique per inhabitationis gratiā. Propter hanc. n. inhabitationē gratię non dicimus pater noſter, qui es vbiq;, cum & hoc verum ſit: ſed qui es in cælis, i. in ſanctis, in quibus eſt quodam excellentiori modo.

*Quòd Deus inhabitator eſt quorūdam nondum cognoſcentium Deum, & non quorundam cognoſcentium.*

ILlud quoque mirabile eſt, quia vt ait Aug. in eodem, Deus eſt inhabitator quorundam nondum cognoſcentium deum, & non quorundā cognoſcentium deū. Illi. n. ad templum dei non pertinent, qui cognoſcētes deum, non ſicut deum glorificant. Ad templum dei pertinent paruuli ſanctificati ſacramēto Chriſti, & regenerati ſpirituſancto, qui nōdum valent cognoſcere deum, Ergo quem potuerunt illi noſſe nec habere, iſti potuerunt habere anteq̃ noſſe. Beatiſsimi autem ſunt illi, quibus eſt deum habere, quod noſſe. Hic aliquatenus aperit Auguſ. quomodo deus habitet in aliquo. i. habeatur, cum videlicet ita eſt in aliquo, vt ab eo cognoſcatur & diligatur.



¶ Ad quartum dicendum, quòd diuina attributa non conſiderantur, niſi ſecundum triplicem ordinem ad res, vel ſecundū operationem, vel virtutem, vel ſecundum eſſentiam: & ideo nō ſunt niſi tres modi eſſendi in rebus, qui ſumuntur ſecundum diuerſum ordinem comparationis Dei ad res.

*QVAEST. II.*

B

Deinde quærit, quomodo de⁹ vbique eſſe dicatur.

Et circa hoc tria q̄runt.

Primo. Vtrū Deus, ſit vbique.
Secundo. Vtrū hoc ſibi ſoli conueniat.
Tertio. Vtrum conueniat ſibi ab æterno.

ARTIC. I.

*a Vtrum Deus ſit vbique.*

† Hom. 2. Circa illud qui cum ſit ſplendor. tom. 4.

1. q. 8. ar. 2. Et. 3. contr. ca. 68.

AD PRIMUM ſic procedit. Videtur, ꝙ Deus non ſit vbique. Eſſe. n. vbique ſignificat in omni loco eſſe; ſed ſicut dicit Anſel. ſi vſus admitteret, magis dicēdus eſſet Deus, cum omni loco, q̃ in omni loco. ergo videt, quòd Deus non proprie dicatur vbique eſſe.

Mono. c. 22

¶ 2 Pręt. Sicut tēpus nominat menſuram quandam, ſic & locus: ſed ſecundum philoſophum in 4. Phyſi. eſſe in tempore eſt quadam parte temporis menſurari. ergo eſſe in loco ſignificat loco menſurari: ſed Deus eſt immenſus, ergo non eſt in loco.

Tex. 101.

Vbi ſupra.

¶ 3 Item. Poteſt obiici ex auct. Anſel. qui dicit, ꝙ omne quod eſt in loco, & tempore, ſequitur leges loci, & temporis.

¶ 4 Præt. Sicut ſe habent ſucceſſiua ad tempus: ita ſe habent permanentia ad locum: ſed in ſucceſſiuis vnum indiuiſibile, & vna indiuiſibilis operatio, non poteſt eſſe in diuerſis temporibus. ergo nec vnum indiuiſibile permanens poteſt eſſe in diuerſis locis: ſed Deus eſt indiuiſibilis. ergo non eſt vbique.

¶ 5 Præt. Nulla conditio corporalis, Deo poteſt conuenire, niſi metaphorice: ſed eſſe in loco eſt conditio corporis naturalis: adeo ꝙ etiam corporibus metaphoricis non datur locus, niſi ſimilitudinarie, vt in primo de generatione dicit philoſophus. ergo multo fortius deo non conuenit, niſi metaphorice in loco eſſe, vel vbique.

Tex. 44.

art. præced.

SED CONTRA, Deus eſt in oībus rebus, vt ſ dictū eſt: ſed locus qlibet res aliqua eſt. ergo Deus in oī loco eſt. ergo vbique.

RESPONDEO, Dicēdum ꝙ eſſe in aliquo diuerſimode conuenit ſpiritualibus, & corporalibus, quia corpus eſt in aliquo vt contentum: ſicut vinum eſt in vaſe: ſed ſpiritualis ſubſtantia eſt in aliquo, vt continens, & conſeruans. Cuius rō eſt, quia corporale per eſſentiam ſuam, quæ circūlimitata eſt quantitatis terminis: determinata eſt ad locum, & per cōſequens virtus & operatio eius in loco eſt: ſed ſpiritualis ſubſtantia, q̄ oīno abſoluta a ſitu, & q̄titate eſt, habet eſſentiam non omnino circūlimitatam loco. Vnde non eſt in loco, niſi per operationem,

A & per conſequens virtus, & eſſentia eius in loco eſt. Dicēdum eſt ergo, ꝙ ſi eſſe in hoc loco ſumatur ſm ꝙ corpus in loco eſſe dr̃: ſic non conuenit Deo eſſe vbiq;: niſi metaphorice, quia implet locum, ſicut corpus locatū, non quidem diſtantia dimenſionū: ſed cālitate effectuum. Si aūt accipiatur eſſe in loco per modum, quo ſubſtantia ſpiritualis in aliquo eſſe dicitur: ſic propriiſſime Deo in loco eſſe conuenit, & vbique: & non quidē vt mēſuratum loco, ſed vt dans loco naturā locandi & cōtinendi: ſicut dicitur eſſe in hoīe inquantum dat homini naturam humanitatis, & in qualibet re eſſe dicitur, inquantum dat rebus proprium eſſe & naturam.

ET PER hoc patet rñſio ad duo prima, & ad auctoritatē Anſel. & ēt ad quartum, q̄ procedunt ſecūdum modum, quo corpus in loco eſſe dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd indiuiſibile ſecundum ſucceſſionē dicitur dupliciter. Vel illud, qđ omnino abſolutum eſt a ſucceſſione, vt indiuiſibile negatiue ſumatur, ſicut æternitas, & tale indiuiſibile pōt eſſe in diuerſis temporibus: imo in omni tēpore, quia nūc æternitatis inuariatum, adeſt omnibus partibus temporis. Vel illud quod eſt ſucceſſionis terminus, vt inſtans temporis, & quicquid per illud inſtans menſuratur, & hoc nō poteſt eſſe in pluribus temporib⁹. Similiter indiuiſibile ſecundum dimēſionem dicitur dupliciter. Vel illud quod oīno abſolutū eſt a dimenſione, ſicut ſubſtantia ſpiritualis, & hoc non eſt inconueniens in omnibus vel pluribus locis eſſe. Vel quod eſt terminus dimenſionis, vt punctus: & hoc quia determinatum eſt ad ſitum, non poteſt in pluribus locis eſſe: & E ideo relicta imaginatione indiuiſibilitatis ſubſtantiæ incorporeæ, vt Dei, vel angeli, vel animæ, vel etiam materiæ, ſicut indiuiſibilitas puncti non cogitetur, quia vt dicit Boe. lib. de trin. oportet in intellectualibus non deduci ad imaginationem. 1. li. c. 2.

ARTICVLVS II.

*Vtrum eſſe vbique ſoli Deo conueniat.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd eſſe vbique non ſoli Deo conueniat. Ponere. n. materiam primam eſſe Deum, vel etiam ens vniuerſale, vt quidam poſuerunt, eſt hereticum: ſed vniuerſale eſt vbique, & ſemper ſecundum philoſophum, & ſimiliter materia prima, quę eſt in omni corpore, quo omnis locus impletur: cum nihil ſit vacuum, vt philoſophi probant. ergo eſſe vbique non tantum Deo conuenit.

1. part. q. 8. art. 4. Et qđ l. 11. 1. poſt. Tex. 7.

4. Phyſic. tex. 65.

¶ 2 Præt. In omnibus numeratis eſt aliquis numerus: ſed omnes partes vniuerſi ſunt numeratæ. ergo numerus collectus eſt in toto vniuerſo, & ita eſt vbique.

¶ 3 Præt. Secundum Auguſt. anima tota eſt in ſingulis partibus corporis: ſed potuiſſet Deus tm̄ creare vnum corpus aīatū. ergo aīa eius vbiq; eſſet: ſed qđ ſoli Deo cōuenit nulli creaturæ

*Quomodo Deus totus vbique ſit per eſſentiam, non poteſt intelligi ab humano ſenſu.*

B

EX prędictis patet, quòd Deus : *a* : vbique totus eſt per eſſentiam, & in ſanctis habitat per gratiam. Cumq; ſuperius, licet tenuiter, oſtenſum ſit, qua ratione dicat habitare in quibuſdā, nunc efflagitaret ordinis ratio id etiā aſsignari, qūo vbiq; per eſſentiam & totus ſit: niſi huius conſiderationis ſublimitas, atque immenſitas humanæ mētis ſenſum omnino excederet. Vt. n. ait Chryſo. ſuper epiſtolam ad Heb. Sicut multa de Deo intelligimus, quę loqui penitus non valemus, ita multa loquimur, q̃ intelligere non ſumus idonei. verbi gratia. Quòd vbiq; Deus eſt, ſcimus & dicimus, qūo autem vbiq; ſit, intellectu non capimus. Item ꝙ eſt incorporea quædam virtus, quæ omnium eſt cauſa bonorum ſcimus, quo modo autem, vel quæ iſta ſit, penitus ignoramus.

*Quorundam opinio qui præſumunt oſtendere quomodo Deus vbiq; ſit per eſſentiam, potentiā, præſentiā.*

QVidam tñ immenſa ingenio ſuo metiri præſumentes, hoc ita fore intelligendum tradiderunt, ꝙ Deus vbiq; per eſſentiā eſſe dicitur, non ꝙ Dei eſſentia proprie ſit in omni loco, & in oī creatura: ſed quia omnis natura atq; omne quod naturaliter eſt, in quocunq; loco ſit, per eum habet eſſe, & oīs locus ī quo illud eſt. Idē etiā dicunt ideo Deum vbiq; dici eſſe per pſentiam, vel B per potentiā, quia cuncta loca ſunt ei pſentia, & q̄ in eis ſunt, nec in eis aliqd operari ceſſat. Nam & ipſa loca, & quicqd in eis eſt: niſi ipſe conſeruet manere non poſſunt. In eis ergo per ſubſtantiam Deus eſſe dicitur, vt aiunt, quia per virtutem propriæ ſubſtantiæ ſuę facit, vt etiā loca ſint, & omnia q̄ in eis ſunt. Sed licet hæc vera ſint, quæ aſſerunt in explanandis intelligentijs prædictorum: In illis tñ verbis quibus dicitur, Deus vbiq; C eſſe per eſſentiam, plus contineri credendum eſt, qđ homo viuens capere non valet.

*Quòd Deus cum ſit in omnibus rebus, non tamē ſordibus rerū inquinatur.*

SOlet etiā ab eiſdem q̄ri quomodo deus ſubſtātialiter inſit omnibus rebus, & corporalium ſordium inquinationibus nō contingat. quod tā friuolum eſt, vt D nec rñſione ſit dignum, cum ēt ſpiritus creatus ſordibus corporis ēt leproſi, vel quātumcūq; polluti, inqnari nō poſſit. Sol quoq; radios ſuos ſine ſui pollutione effundit, ſup loca & corpora, nō ſolū munda: ſed ēt īmunda ac ſordib⁹ fetētia, quo-

turæ communicatur.ergo eſſe vbique non conuenit ſoli Deo. F

Contra epiſtolã fundamẽti. c. 1 o. to.6. Et de immor.aię. c.16.to.1. Amb.in litera magr̃i.

SED CONTRA Amb. in litera probat ſpiritumſanctum eſſe Deũ,qa vbiq; eſt: ſed probatio nihil valeret, niſi eſſe vbiq; ſoli Deo conueniret.ergo eſſe vbique ſoli Deo conuenit.

RESPONDEO, Dicendũ, ꝙ eſſe vbiq: ſi ꝑ ſe ſumat̃,ſoli Deo cõuenit,nec alicui creaturę cõicabile eſt: ſed ꝑ accidens põt alicui cõuenire. Hoc aũt accidẽs põt dupl'r cõſiderari: vel ex parte eius, quod in loco eſt, vel ex parte loci. Si ex parte eius quod in loco eſt, ſic cũ per accñs, vel per poſterius cõueniat toti quod attribuitur ſibi ratione ſuę partis, cõſtat ꝙ illud quod ſ̃m diuerſas ſuas partes eſt in diuerſis locis,non primo, & per ſe eſt i illis: imo eſt in vno loco tm̃. Vnde ſi eſſet vnum corpus infinitum, illud eſſet vbiq; per accidens: ſecundum ꝙ diceretur eſſe, vbi ſunt ſuæ partes & non per ſe, quia ipſum non eſſet per ſe,vbi eſt ſua pars. Si ex parte loci tunc accidit alicui vbiq; eſſe, eo ꝙ non eſt alius locus,q̃ illæ in quo eſt:ſed ſi fuerint multa alia loca non eſſet vbiq;:ſicut ſi ponatur vnus tm̃ locus, in quo vnus homo eſt. Deo autẽ per ſe cõuenit vbiq; eſſe, quia ipſe totus eſt in quolibet loco, & ĩfinitis alijs locis exiſtẽtibus,in oĩbus eſſet, & hoc non eſt communicabile alicui creaturæ: niſi cõmunicaretur ſibi eẽ virtutis infinitæ.

†c.29.to.6.

1.de Doctr. Chriſt.cap. 10.to.3.

ET PER HOC patet, reſponſio ad ea, quę obiecta ſũt, quia omnibus illis conuenit eſſe vbique per accidens, vel quia ſecundum diuerſas partes ſunt,vel quia plura loca nõ ſunt, vel quia ſ̃m vnũ eſſe,non ſunt in pluribus,ſicut vniuerſale. & præterea,illa quæ ſ̃m aliud, & aliud eſſe ſunt in diuerſis : numerus vero per ſe non eſt in loco : & tamen ſ̃m quòd in loco eſt,nõ eſt totus in vno loco : ſed in diuerſis ſecundũ diuerſas partes.

rũ.cõtactu hoĩes, & aliæ quædã res inficiuntur, Solis vero radij impolluti, & incontaminati ea contingentes exiſtunt. Non eſt ergo mirandum,ſi eſſentia diuina omnino ſimplex, & incõmutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis eſſẽtialiter ineſt, nec tñ cuiuſq̃ rei ſordib⁹ contaminatur vel contingitur. G Vnde Aug.in lib.de natura boni. Cum in deo, inquit, ſint omnia q̃ condidit: non tamen inquinant eum illi,q̃ peccant. De cuius etiã ſapientia, quę attingit a fine, vſq; ad finem fortiter dicitur. Attingit omnia ꝓpter ſuam munditiam, & nihil inquinatum in eam incurrit. Timẽt quidã, qđ fieri non põt.ſ.ne humana carne veritas & ſuƀa Dei inqnet̃, & tñ ꝑdicant iſtum viſibilẽ ſolẽ radios ſuos ꝑ oẽs feces H & ſordes ſpargere, & eos mundos & ſinceros ſeruari. Si ergo viſibilia munda a uiſibilib⁹ immundis contingi poſſunt, & nõ inqnari, quãto magis ĩuiſibilis & incõmutabilis veritas? Poſtremo reſpondeãt: quid potius de Deo reſpõdendum exiſtiment, vel ꝙ nuſq̃ per eſſentiam ſit, vel ꝙ vbiq;, vel ꝙ alicubi, ita ꝙ non vbiq;? Sed quis audeat dicere, ꝙ nuſq̃ diuina eſſentia ſit, vel ꝙ alicubi, & non vbiq; ſit? Si.n.ita I eſt alicubi, ꝙ non vbiq;: ergo localis eſt. Eſt ergo vbiq; tota, q̃ continet totum, & penetrat totum, quæ nec pro ſui ſimplicitate diuidi, nec pro ſui puritate maculari, nec pro ſui immenſitate vllo modo comprehendi poteſt. Vnde Aug. Deus vbiq; eſt, cui non locis, ſed actionibus propinquamus.

*Quòd Deus vbiq; ſit, & in omni tp̃e, non tamen localis eſt, non circũſcriptibilis, nec loco, nec tempore mouetur.*

A

CVmque diuina natura veraciter, & eſſentialiter ſit in omni loco, & in omni tẽpore: non tamen mouetur per loca, vel per tempora, nec temporalis, nec localis eſt. Localis non eſt, quia penitus non circumſcribitur loco, quia nec ita eſt in vno loco, ꝙ non ſit in alio. Neque dimenſionem habet, ſicut corpus cui ſecũdum locum aſsignatur principium, medium, & finis, & ante & retro, dextrum & ſiniſtrũ, ſurſum & deorſum, quod ſui interpoſitione facit diſtãtiam circunſtantium. Duobus namque his modis dicitur in ſcriptura aliquid locale, ſiue circumſcriptibile, & econuerſo, ſcilicet, vel quia dimenſionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis diſtantiam facit in loco, vt corpus: vel quia loco diffinitur ac determinatur, qm̃ cũ ſit alicubi, non vbiq; inuenitur, quod non ſolũ corpori, ſed etiã omni creato ſpiritui cõgruit. Oẽ ergo corp⁹

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum eſſe vbique conueniat Deo ab æterno.*

In litera magiſtri.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe vbique ab æterno Deo conueniat: Primo per hoc, ꝙ in litera dicitur ab Amb. qui in omnibus, & vbique ſemper eſt, quod eſt diuinitatis proprium: ſed quod eſt ſemper, eſt æternũ. ergo eſſe vbique Deo ab æterno conuenit.

¶ 2 Præt. Sicut vbiq; eſt diſtributiuum loci, ita ſemper eſt diſtributiuum tẽporis: ſed deus ab æterno eſt ſemper, etiã tp̃ibus nõ exñtibus. ergo & ab æterno eſt, vbiq; ẽt locis non exñtibus.

¶ 3 Præt. Eſſe Deũ in rebus coordinatur hoc a Magiſtro ei, qđ eſt eſſe res in deo: ſed res ab æterno fuerunt in Deo, q̃ æternam ſciam de reb⁹ habet. ergo & deus ab æterno eſt ĩ rebus & vbiq;.

SED CONTRA, In quocũque eſt aliqd, illud oportet eſſe: quia in nihilo nihil omnino eſt: ſed neque locus, neque aliqua res ab æterno fuerunt. ergo neque Deo ab æterno conuenit, vbique vel in rebus eſſe.

F RESPONDEO, Dicendum, ꝙ cum dicit̃ deus eſt vbiq;, importatur q̃dam relatio Dei ad creaturã, fundata ſuꝑ aliquã operationem, ꝑ quam Deus in rebus dr̃ eſſe, oĩs aũt relatio, q̃ fundatur ſuꝑ aliquam operationem in creaturas ꝓcedentem, non dr̃ de Deo niſi ex tp̃e: ſicut dñs & creator & huiuſmodi: qa huiuſmodi relationes actuales ſunt, & exigũt actu eſſe vtrũq; extremorũ: ſicut ergo non dicitur operari in rebus ab æterno, ita nec eſſe in rebus, qa hoc operatione ipſius deſignat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Ambr. accipit ſemꝑ Deũ eſſe vbiq; creaturis exñtibus: illud enim quod ex parte dei eſt, ſemper eſt in quo nihil eſt nouũ: ſed defectus eſt ex parte creaturæ, q̃ nõ ſemper fuit. vnde nõ poteſt ſignificari in habitudine ad creaturam ab æterno, vt operans circa eam.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ ſemper de virtute vocabuli importat indeficientiã quãdam, quam ęternitas totã ſimul habet: ſed tp̃s per ſucceſſionem diuerſorum temporum eã ſortitur, & ideo ſemper põt importare indeficiẽtiã, quæ eſt ꝑ ſucceſſionem continuam, & ſic eſt diſtributiuum tẽporũ. nec ab æterno cõuenit, quia ſucceſſio & tp̃s ab æterno non fuit: vel poteſt dicere indeficientiam æternitatis, & ſic ab æterno cõuenit: ſed vbiq; in ratione ſua includit locum, & deo ſimilis ratio nõ eſt vtrobique: vbi.n eſt in loco eſſe, & vbiq; in omni loco.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut motus rationem ex termino accipit: ita & relatio: cum autem dicitur Deus eſſe in rebus, importatur relatio Dei ad creaturas ſecundum egreſſum diuinę operationis in eas, quia æternæ non ſunt: nec eſſe in eis æternum eſſe poteſt. Sed cum dicitur res eſſe in Deo, importatur relatio creaturæ ad Deum, non ſecundum exitum ab ipſo: ſed magis ſecundum adunationem creaturarum ad principium, & quia principium eſt æternum: ideo etiam & ſcire æternum, & res ab ęterno in Deo: Deus enim eſt in rebus temporaliter per modum rerum: ſed res ab æterno in Deo per mo- K dum Dei: quia omne quod in altero eſt, eſt in eo per modum eius in quo eſt, & non per modum ſui.

## EXPOSITIO TEXTVS.

ITA DEVS, Cum ſit in omnibus eſſentialiter &c.} Queritur ratio huius differentiæ. Et dicendum, quòd aliæ creaturæ, quamuis conſequantur diuinam ſimilitudinem per operationem ipſius Dei: non tamen attingunt ad ipſum Deum ſecundum ſuppoſitum: & ideo quãuis Deus in eis ſit: non tñ ipſa cum Deo ſunt. Sed creatura rationalis per gratiam attingit ad ipſum Deũ, ſecundum quòd ipſum amat & cognoſcit: & ideo cum eo eſſe dicitur, & eadem ratione dicitur capax Dei, ſicut ſuæ perfectionis, per modum obiecti. & propter hoc etiam dicitur tẽplum Dei, & inhabitari a Deo. {Sicut multa de Deo intelligimus &c.} Ratio huius



diuerſitatis hęc eſt, quia cauſa ſemper excedit cauſatum: in quibuſdam autem locutio cauſat intellectum, ſicut in his, quæ per diſciplinam ſciuntur. vnde contingit, ꝙ intellectus addiſcentis non pertingit ad virtutem locutionis; & tunc poteſt loqui ea quæ audit, ſed non intelligit. & ſimiliter eſt in his, quæ puræ ſunt fidei, quæ intell'm humanum excedunt: fides autẽ ex auditu eſt. Ro.x. Quãdoq; autem intellectus eſt cauſa locutionis, ſicut in his, quæ per inuentionẽ ſciuntur. vnde in his intellectus locutionem excedit vt multa intelligãtur, q̃ proferri non valet. {Nõ qđ dei eſſentia &c.} In hoc defecerunt, quia acceperũt eſſe ĩ loco per modũ quo corpus in loco eſt: & ideo dicebant, ꝙ eſſentia Dei nõ ꝓprie eſt in loco: ſed dicitur eſſe per eſſentiam inquantum omnis eſſentia ab eo eſt, & inquantum ipſe per virtutem eſſentiæ ſuæ operatur: ſed hoc nõ ſufficit, ſed oportet addere quę ſupra dicta

art.præced. ſunt. {Solet etiam ab eis, quæri &c.} Iſta quęſtio ſtulta eſt, quia non oportet, ꝙ oẽ tangens immutetur ab eo quod, tãgitur niſi

Tex.54. in his quę agunt & patiuntur abinuicem, vt in primo de generatione dicitur, & hęc ſunt, quæ in materia conueniunt. Vnde orbis lunæ non immutatur ab igne contingente: & ideo ſtultum eſt dicere, quòd eſſentia diuina inquinatur rebus immundis, quibus per operationem applicatur.

### DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quòd Deus eſt vbiq;. hic excludit a deo duo, quæ creaturam conſequuntur in loco exiſtentem.ſ. localitatem & motum. Et diuiditur in partes tres. In prima parte proponit quod intendit.ſ. diuinam eſſentiam neque moueri: neque localem eſſe. In ſecunda oſtendit hęc duo omni creaturę conuenire: ibi {Duobus nãque &c.} In tertia probat vtrunque a Deo remoueri: ibi {Fatentur itaque &c.} ſecunda pars in duas. In prima oſtendit localitatẽ omni creaturæ conuenire, vel per circũſcriptionem & diffinitionem ſicut corpori. vel per diffinitionem tãtum ſicut ſpiritui. Oñdit etiam corpori duplicem motum conuenire.ſ. per tp̃s & locum. ſpiritui vero alterum.ſ. motum per tp̃s. In ſecunda inquirit vtrum etiam motus per locum ſpiritui conueniat. ibi {De mutatione vero loci.} Et circa hoc tria facit. In prima ponit aliorum opinionem & eorum rationem. In ſecunda determinat illam rationem: ibi {Sed vt ſupra diximus &c.} tertio ponit opinionem ſuam, & confirmat eã: ibi {Nunc ergo ſpiritusſanctus creati, &c.} {Fateamur itaque &c.} Hic probat duo prædicta a Deo remoueri. Et circa hoc tria facit. Primo, oñdit ꝓpoſitũ ꝑ authoritates. Scđo mouet obiectionẽ, & ſoluit. ibi {Ad hoc ãt ſolet &c.} Tertio epilogat ea q̃ dixerat. ibi {Iã ſufficiẽter.}

## QVÆSTIO III.

A

### Hic etiam duplex eſt queſtio.

Prima. De loco angeli.

q.2.art.1. huius diſt. Secunda. De motu ipſius, quia de ĩmutabilitate Dei, & qualiter ipſe vbiq; eſt, ſupra expeditum eſt.

De motu autem & loco corporum non pertinet ad theologum tractare, ſed ad naturalem.

### Circa primum tria quæruntur.

Primo. Vtrum angelus ſit in loco.

1.p.q.52.1. & quodl.1. 4. Secundo. Vtrum vnus angelus poſſit eſſe in pl'ibus locis ſimul.

Terlio, Vtrum plures angeli poſſint eſſe in vno loco.

## ARTICVLVS PRIMVS.

### *a Vtrum Angelus ſit in loco.*

cap. 1. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ angelus nõ ſit in loco. Dicit.n. Boe. in li. de heb. Cõis animi conceptio apud oẽs ſapientes incorporalia in loco nõ eſſe: ſed angeli ſunt incorporei, & immateriales,

cap.7.cæ. hire. vt Dio. dicit. ergo angeli non ſunt in loco.

omni modo locale eſt. a Spiritus vero creatus, quodam modo eſt localis, & quodam modo non eſt localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatur, quoniam cum alicubi pręſens ſit totus, alibi non inuenitur. Non autem ita localis eſt, vt dimenſionem capiens diſtãtiam in loco faciat. Diuina ergo ſola eſſentia omnino illocalis, & incircumſcriptibilis eſt, quæ nec locis moue- B tur aliquo modo.ſ. vel determinatione finita, vel dimenſione ſuſcepta, nec temporibus.ſ. affectu & cognitione. His enim duobus modis.ſ. loco vel tempore fit mutatio creaturæ, quę lõge eſt a creatore. Vnde Aug. ſuper Gen. Deus, inquit, omnipotens incõmutabili æternitate, voluntate, veritate ſemper idem mouet per tempus creaturam ſpiritualem. mouet etiã per tempus, & locum creaturã corporalem, vt eo motu naturas, quas cõdidit adminiſtret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius ſub

A ¶ 2 Pręt. Ei quod omnino abſolutum eſt a ſitu & dimẽſione, non debetur locus, niſi ꝑ accidẽs: ſicut patet de materia prima: ſed eſſentia angeli oĩno eſt abſoluta a ſitu & dimenſione, ſicut oẽs ponunt, qui eos incorporeos dicunt. ergo non debetur ſibi locus niſi ꝑ accñs: ſed per accñs non eſt in loco niſi aſſumpto corpore. ergo vr̃, ꝙ qñ non aſſumit corpus, ꝙ non ſit in loco. Si dicas, ꝙ eſt in in loco per operationem ſuam.

¶ 3 CONTRA. Quicquid conuenit alicui ꝑ aliquid, oportet illi conuenire ꝑ quod conuenit, vt ſi animal eſt in loco ꝑ corpus, oportet corpus in loco eſſe: ſed operationi nunq̃ ꝑ ſe attribuitur eſſe in loco. ergo angelus ꝑ operationem in loco eſſe non poteſt. †ſuꝑ Gen. ad lite. li. 8 .20.& 21.

¶ 4 Præt. Si ꝑ operationem conueniat ſibi eſſe in loco non niſi inquantum operatur circa locum aliquem: ſed angeli non operantur ſemper circa corporalia. ergo aliqñ non alicubi eſſent. Nec vbiq; ſunt, quia hoc Dei propriũ eſt. ergo nuſquàm ſunt, quod videtur abſurdum.

¶ 5 Præt. Si angelus eſt in loco ꝑ operationẽ ſuã. ergo & diffinitiuæ eſt in loco, quia operatio ſua ad locum diffinitur & determinatur: ſed ſil'r aliqua operatio Dei diffinitur ad locum aliquẽ, extra quẽ illã operationẽ nõ exercet, vt patet in ſuſcitatione alicuius mortui. ergo vr̃, ꝙ ẽt deus diffinitiue eſſet in loco.

¶ 6 Præt. Philoſophi ẽt poſuerunt operationes intelligentiarum eſſe circa ea quę ſunt hic, nec tñ dixerũt intelligentiam in aliquo loco eſſe: imo Plato poſuit ideas nec infra cælum nec ex C tra cælum eſſe, quia in loco non ſunt, vt in 3. phyſi. dicitur. ergo nec per operationem, angeli in loco eſſe dicuntur. Tex.19.

SED CONTRA eſt qđ in collecta dr̃. Angeli ſancti tui habitantes in ea &c. Dam̃. etiam dicit, ꝙ vbi operantur, ibi ſunt, & multis alijs authoritatibus facile eſt probare. Lib. 1. Orth. fid. c.17.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ circa hoc triplex eſt opinio. Vna opinio eſt philoſophorum, ꝙ intelligentiæ vel angeli nullomodo ſunt in loco: ponunt.n. ꝙ intelligentia eſt quædam eſſentia denudata a materia, & ab omnibus conditionibus materialibus, & ꝙ intelligentia mouet orbem per animam eius cõiunctam ipſi orbi, ſicut deſideratum ab ipſa: & ideo nullam applicationem ad corpus vel ad locum habet, quia non ĩmediate operatur circa aliquod corpus. Hæc autem opinio hæretica eſt, quia ſ̃m fidem noſtram, ponimus angelos immediate circa nos operari. Et ideo alij dicunt, ꝙ ipſi angelo etiam quantũ ad eſſentiam ſuã debetur locus a Deo, qđ non eſt intelligibile angelum D eſſe, niſi locus eſſet: dñt tñ, ꝙ angelus non eſt in loco circũſcriptiue, ſed diffinitiue. quia determinatur ad locum aliquem ſic, ꝙ eſt in hoc loco, ita ꝙ nõ in alio: cum.n. eſſentia eius finita ſit eo ꝙ creatura eſt, oportet intelligere, ꝙ ſit determinata ad locũ aliquem. Sed iſta eſt valde rudis probatio, quia procedit ex æquocatione finis. cũ.n. dicitur eſſentia angeli finita, accipitur finis ꝓ fine eſſentiæ & virtutis: ſ̃m ꝙ ẽt diffinitio terminus dr̃, & non pro fine dimenſionis. locus autem dr̃ finiẽs vel finitus ſ̃m terminos q̃titatis dimẽſiuę. finis autem ſ̃m vtrãq; acceptionẽ, nullam commenſurationem ſeu proportionem habet. vnde nõ oportet, vt quod eſt finitum in eſſentia, ad terminos loci finiat̃. Et p̃terea, ꝙ aliquid determinetur ad locum aliquem, hoc non eſt niſi inquantum per aliquem modum applicatur ad locũ illum, & non ad alium. Hęc aũt applicatio vel intell'r ſ̃m ſitũ aut contactum, vel ſ̃m formam, vel ſ̃m operationem aliquã. Secun- E dum formam, ſicut anima eſt in corpore, qũo angelus in re locali eſſe non poteſt, cum non ſit actus corporis. Secundum determinatũ ſitum: ſicut punctus in linea, quam determinat, qũo angelus in loco non eſt, quia eſſentia eius omnino a ſitu abſoluta eſt. Scđm cõtactum, ſicut in loco eſt corpus, contactus aũt dicit̃ dupl'r, proprie & metaphoricæ: ꝓprie eſt tangere habere vltima ſimul, & patet ꝙ hoc angelo conuenire nõ põt: tactus aũt metaphoricus eſt ꝑ actionẽ, ſicut dicitur contriſtans tangere, & iſte tactus angelo poteſt cõuenire. Relinquitur ergo, ꝙ angelus diffiniri vel determinari non poteſt ad locum aliquem, niſi per actionem & operationem. Et iſta eſt tertia opinio, quæ ponit angelũ eſſe in loco inquantũ alicui loco ꝑ operationẽ applicat̃. Et hoc confirmat̃ authoritate Greg. nazanzeni, q hoc expreſſe

 dicit.

dicit.vnde etiam ſubiungit, ꝙ cum deberemus dicere, hæc operatur, abuſiue dicimus hoc eſt:& ideo hanc opinionem ſequendo, quæ rationabilior videtur, dico ꝙ angelus, & quælibet ſubſtantia incorporea non poteſt eſſe in corpore, vel in loco, niſi per operationem: quę effectum aliquem in eo cauſat. Hoc autem contingit multipliciter. Subſtantia enim ſpiritualis, põt alicui conferre non quidem eſſe: ſed aliquid ad eſſe ſuperadditum, & ſic angelus eſt in loco, inquantum operatur circa aliquod corpus locatum, vel motum, vel lumen, vel aliud huiuſmodi: cui tñ eſſe non confert. Aliqñ vero ſubſtantia ſpiritualis, dat per operationẽ corpori eſſe: nõ tñ ſuum eſſe, ſed aliud: & hoc modo deus eſt in omnibus creaturis, quibus dat eſſe, ſed non ſuum. Aliqñ autẽ dat corpori ipſum ſuum eſſe: ſed hoc contingit dupliciter, quia eſſe & eſt actus formę, & eſt actus hypoſtaſis. vnde ſubſtantia ſpiritualis, poteſt conferre rei corporali eſſe ſuum, inquantum eſt actus formę, & ſic forma ipſius efficiatur: & hoc modo anima eſt in corpore; aut ſecundum ꝙ eſt actus hypoſtaſis, & non formæ, & hoc mõ humana natura in Chriſto aſſumpta eſt ad eſſe diuinæ pſonæ, q̃a facta eſt vnio in hypoſtaſi, & nõ cõfuſio in natura.

ſtantiam, qua Deus eſt temporibus locisque mutabilem, ſiue per tempora & loca mobilem: cum ſit ipſe & interior omni re: quia in ipſo ſunt omnia, & exterior omni re, quia ipſe eſt ſuper omnia: & antiquior omnibus, quia ipſe idem eſt ante omnia. & nouior omnibus, q̃a ipſe idem eſt poſt omnia. ſ. poſt omnium initia. Ecce hic aperte oſtenditur, ꝙ nec locis, nec temporibus mũtatur, vel mouetur Deus. Spiritualis autẽ creatura per tempus mouetur, corporalis vero etiam per tempus & locum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ locus eſt nomen menſuræ; vnde eſſe in loco proprie ſignificatur, vt eſſe in menſura; & ſic nulli rei incorporeæ conuenit in loco eſſe. ſ. vt in loco: ſed tñ alicui rei incorporeę conuenit eſſe in loco, non vt in loco; ſed ſicut operans in operato, vel ſicut forma in materia. vnde etiam angelus localis dicitur, non niſi ſm quid, inquantum. ſ. habet aliquid ſimile rei locali, vt ſcilicet determinetur ad hunc locum potius, quàm ad illum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ eſſe in loco, vt in loco, non conuenit angelo, niſi per accidens: inquantum. ſ. corpus aſſumptum vel corpus, cui per operationem applicatur, in loco eſt: ſed eſſe in loco vt operans in operato, conuenit angelo etiam per ſe, ſecundum quòd per ſe in loco operatur: ſicut etiam materia prima per ſe eſt in loco, aut in locato vt pars, & ſicut punctus per ſe eſt in loco, vt terminus, non vt locatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio etiam angeli non eſt in loco vt locatum: ſed vt perfectio locati, quia operatio agentis ſemper eſt perfectio patientis inquantum huiuſmodi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc non reputo inconueniens, ꝙ angelus ſine loco poſſit eſſe, & non in loco: qñ nullam operationem circa locum habet; nec eſt inconueniens, vt tunc nusq̃ vel in nullo loco eſſe dicatur; ſicut etiam nõ eſt inconueniens, quòd nullo colore coloratus dicatur: ſed hoc tñ non eſt imaginabile, quia imaginatio continuum non tranſcendit.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ angelus diffinitiue in loco eſt per operationem ſuam, Deus autem non: quia operatio ipſius Dei, & ſi determinata ſit ad locum, inquantum tranſit ſuper operatum: non tñ inquantum exit ab operãte, quia ita operatur hic, ꝙ etiam alibi: ſed angeli operatio diffinita eſt ad locum vtroq; modo, quia ipſe non operatur alibi, q̃ hic, vt infra dicetur.

art. ſeq.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ operans non oportet eſſe in operato vel applicari ſibi, niſi circa quod immediate operatur. philoſophi autem ponebant, ꝙ operatio intelligentiæ non peruenit ad ea, quæ ſunt hic, niſi mediante motu orbium, & ad orbem non niſi mediante anima eius, quam in orbe eſſe dicebant: & ideo ſequitur intelligentiam omnino abſolutam a corpore, & a loco eſſe.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum angelus poſſit eſſe in pluribus locis.*

1. par. q. 52. artic. 2.

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd angelus poſſit ſimul in pluribus locis eſſe. Quodlibet. n. corpus eſt magis determinatum ad locum q̃ angelus: ſed aliquod corpus eſt ſimul in pluribus locis, ſicut corpus Chriſti in pluribus altaribus. ergo multo fortius angelus, ſimul in pluribus locis eſſe poteſt.

F ¶ 2 Pręt. Quando angelus aſſumit corpus, conſtat ꝙ immediate mouet quamlibet partem eius, alias motus inordinatus fieret & diſſimilis motu animalis: ſed angelus eſt vbicũq; imediate operatur. ergo angelus eſt in ſingulis partibus illius corporis: & ita videtur ꝙ ſit ſimul in pluribus locis.

¶ 3 Præt. Cælum empyreum debetur Angelis ſecundum opus contemplationis: ſed qñ operantur hoc circa nos: nõ deſinũt contemplari, ergo ſimul ſunt hic, & in cælo empyreo: & ita in pluribus locis.

¶ 4 Præt. Omne agens cuius virtus excedit illud ĩ quod operatur: poteſt etiã circa aliud operari: ſed virtus angeli excedit hoc corpus circa quod operatur. ergo poteſt etiam in alio operari: & ita poteſt in pluribus locis eſſe: ſed vbi operatur, ibi eſt.

*Quid ſit mutari ſecundum tempus.*

MVtari autem per tempus eſt variari, ſecundum qualitates interiores vel exteriores, quæ ſunt ipſa re, quæ mutatur: vt quando ſuſcipit viciſsitudinem gaudij, doloris, ſcientiæ, obliuionis, vel variationem formæ; ſiue alicuius qualitatis exterioris. G Hęc enim mutatio, quæ fit ſecundum tempus, variatio eſt qualitatum, quę fit in corporali, vel ſpirituali creatura: & ideo vocatur tempus.

Sed contra. Dam. dicit, quòd dum ſunt in cælo, non ſunt in terra: & ita videtur, ꝙ non ſint ſimul in pluribus locis. 2. fid. orth. c. 3.

¶ 2 Præt. In litera ponitur, & probatur angelus diffinitiue in loco eſſe: ſed quod eſt in pluribus locis ad nullum locum eſt diffinitum, vel determinatum. ergo angelus non eſt in pluribus locis.

Respondeo, Dicendum, quòd circa hoc ſunt diuerſæ opiniones, Quidam. n. dixerunt, quòd angelus poteſt eſſe in pluribus locis ſimul: ſed non vbique ſicut Deus, corpus autem in H vno loco tantum eſt: ſed hoc reputatum eſt pro errore a Magiſtris: quia ſequeretur, quòd angelus nec diffinitiue, nec circũſcriptiue in loco eſſet. Vnde alij dicunt, quòd angelus eſt in loco indiuiſibili: quia ponunt, quòd eſſentiæ angeli ſecundum ſe debetur locus. vnde quia eſſentia eius indiuiſibilis eſt, oportet ꝙ locus eius ſit indiuiſibilis. Sed iſte error contingit eis, quia non poſſunt imaginationem tranſcendere, vt intelligant aliquid indiuiſibile, niſi ſicut habens ſitum in continuo. Et ideo dicendum eſt, quòd angelus eſt in vno loco tantum; ſed ille locus poteſt eſſe diuiſibilis, vel indiuiſibilis, aut magnus vel paruus, ſecundum quod operatio eius immediate ad magnum vel paruũ terminatur. vnde ſi immediate operetur circa totam domum, tota domus rñdet ſibi: ſicut vnus locus, ita ꝙ in qualibet parte erit: *ſicut etiam dicimus, ꝙ anima eſt in qualibet parte corporis.* Et dico immediate, quia ſi angelus moueret lapidem ex cuius motu multa alia mouerentur, non oporteret, quòd eſſet niſi I vbi eſt primum motum: ſicut patet etiam in motore corporali, quem neceſſe eſt tangere ſolum id quod mouetur ab eo. Ideo autem dico, ꝙ non poteſt eſſe in pluribus locis ſimul, quia eſt naturæ finitę, & ꝑ conſequens virtutis finitæ: impoſſe eſt autem, ꝙ ab vna virtute finita ꝓcedat niſi vna operatio. operatio aũt vna eſt, quæ terminatur ad vnum operatum; & ideo oportet, ꝙ operatũ angeli ſit vnũ, circa quod immediate operatur. Vnde ſicut anima non eſt ſimul in pluribus corporibus, ita nec angelus in pluribus locis. Deo autem ſoli conuenit in pluribus, & in omnibus locis eſſe, quia ipſe virtutis infinitæ eſt, & quãuis operatio eius ſit vna, ſecundum qđ eſt in ipſo, quæ eſt ipſemet: tamen effectus operationis ſunt infiniti, inquantum ipſe eſt principium dans eſſe, & per conſequens creans omnia alia, quæ ad eſſe ſunt ſuperaddita: vnde eſt in omnibus, non ſolum ſicut in vno operato, ſed ſicut in pluribus, quia etiam ea per quæ K diſtinguuntur res in quibus operatur ab ipſo ſunt.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ corpus Chriſti non habet inquantum eſt corpus, nec inquãtum diuinitati vnitum, ꝙ ſit in pluribus locis, ſed habet hoc rõne conſecrationis, & tranſubſtantiationis, inquantũ diuerſi panes, q. in ipſum tranſubſtãtiantur, ſunt in diuerſis locis, & q̃a ſubſtãtia panis tranſit in corpus Chriſti manẽtibus accñtibus, & ideo manet q̃titas vtriuſq; panis, & ꝑ conſequens locus vtriuſque. & idem contingeret in quicquid aliud panis diuina virtute tranſubſtantiaretur.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ totum illud corpus aſſumptum comparatur ad angelum ſicut vnum indiuiſibile vbi, prout circa ipſum eſt vna operatio. vnde quãuis ſit in qualibet parte ipſius aſſumpti corporis; non oportet, ꝙ ſit in pluribus locis.

¶ Ad



¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio eſt quaſi medium inter operans, & operatum. vnde poteſt conſiderari, vel ſecundum quod exit ab operante, vel ſecundum quod terminatur ad operatum. Operationi autem angeli non debetur locus, ſecundum quod exit ab eſſentia eius, quæ ſecundum ſe abſoluta eſt: ſed ſecundum obiectum, ad quod terminatur: & ideo operationi contemplatiuæ angeli, non debetur aliquis locus corporeus, cum obiectum contemplationis ſpirituale ſit: & ideo cælum empyreum, non eſt de neceſſitate contemplationis: ſed aſſignatur contemplationi per congruentiam, inquãtum locus ille ſanctificat⁹ eſt ad gloriam beatorum, ſicut etiam contemplationis dicitur magis eſſe locus eccleſia, quàm forum. vnde non oportet, ꝙ quandocunque contemplatur ſit in cælo empyreo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus angeli, quàmuis excedat hoc operatum exceſſu, quaſi quantitatis continuæ, eo quòd poſſet circa aliquod maius operari, non tamen excedit exceſſu quantitatis diſcretæ, quia non poteſt niſi circa vnum operari, ſiue illud ſit magnum, ſiue paruum.

*Opinio quorundam, qui dicunt ſpiritus creatos non moueri loco, nec eſſe locales.*

B

DE mutatione vero loci magna inter conquirentes diſceptatio verſatur: *a*: Sunt enim qui dicunt, nullum ſpiritum aliquo modo poſſe mutari loco, ab omni ſpiritu locum vniuerſaliter remouere volentes, quoniam ſecundum dimenſionem tantum, & circumſcriptionem, locum conſtare aſſerunt. atque id ſolum eſſe locale: vel in loco eſſe dicunt, quod dimenſionem recipit, & diſtantiam in loco facit. Et hoc dicunt Auguſt. ſenſiſſe, mutationem; *c*: temporis tantum ſpirituali creaturæ tribuentem, loci vero & temporis corporeæ.

A ſic dico, ſecundum communem opinionem, quòd plures angeli non poſſunt ſimul in vno loco eſſe, cuius ratio accipienda eſt ex parte operationis, ſecundum quam angelus in loco eſſe dicitur, quia ſecundum Philoſophum in quarto phyſico. Tunc pulcherrime vnumquodque diffinitur, quando per diffinitionem manifeſtatur natura rei, & demonſtrantur omnes proprietates conſequentes, & ſoluuntur omnes dubitationes incidentes. Secundum hoc ergo dicendum eſt, quòd impoſſibile eſt idem ſecundum idem pati, & moueri a diuerſis agentibus, vel mouentibus, ſi vtrũque ſit perfectæ virtutis ad inducendũ effectum illum: ſed hoc contingit quando plures mouẽt in virtute vnius mouẽtis, quorum quilibet eſt imperfectus mouens: ſicut patet in trahentibus nauim, & hoc ideo, q̃a ab agente perfecto patiens ducitur in actum perfectũ, quo habito non remanet in potentia ad ſuſcipiendũ aliquid plus. Cum igitur vnus angelus agens in virtute imperij diuini ſit ſufficientis virtutis ad educendum in actum totum illud, quod virtute diuina operandum eſt circa aliquod corpus ſupra actus naturales, ad quorum operationes non mittuntur angeli, non poteſt eſſe, quòd circa idem operatum conueniant immediate operationes duorum angelorum, & ideo non poſſunt eſſe in eodem loco: quia alter eorum ſuperflueret. vnde etiam philoſophi vni orbi non attribuerunt niſi vnum motorem.

Tex. 31.

Elicitur ex Ariſt. 12. Met. tex. 48

*Hic reſpondetur eis.*

SEd, vt ſupra diximus, dupliciter dicitur res eſſe localis, vel circumſcriptibilis, ſcilicet, vel quia dimenſionem recipit, & diſtantiam facit, vel quia loci termino diffinitur, quorum vtrunque B conuenit corporeæ creaturę: alterum vero tantum ſpirituali. Nam, vt ſupra diximus, corporalis creatura, ita eſt localis vel circũſcriptibilis, quòd determinatur diffinitione loci, & quòd dimenſionem recipiẽs diſtantiam facit. *A. b.* Spiritualis vero tantum diffinitione loci concluditur, cum ita ſit alicubi, quòd non alibi. Sed nec C dimenſionem recipit, nec diſtantiam in loco facit: *c*: quia ſi multi eſſent ſpiritus hic, non

ARTICVLVS III.

*Vtrum plures angeli poſſint eſſe in uno loco.*

1. p. q. 52. art. 3.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd plures angeli poſſint ſimul eſſe in vno loco. Magis enim eſt repletiuum loci corpus, quàm ſpiritus: *ſed vbi eſt corpus poteſt* eſſe angelus. ergo multo magis non impeditur, quin poſſit eſſe vbi eſt alius angelus.

Cont. Epiſtolam fundamenti. c. 16. to. 6. Et de immorta. aię c. 16. to. 1.

¶ 2 Præter. Secundum Augu. anima eſt in qualibet parte corporis; ſed dæmones, & angeli, quàmuis non illabantur mentibus, illabuntur tamen corporibus, vt ſancti dicunt. ergo videtur, quòd angelus, & anima poſſint eſſe in eodem loco, & eadem ratione videtur, quòd angelus, & angelus. Si dicas, quòd hoc non poteſt eſſe, ne ſequatur confuſio,

¶ 3 Contra. Maiori diſtinctioni magis repugnat confuſio; ſed magis diſtinguitur ſpiritus creatus a ſpiritu increato, quàm ſpiritus creatus a ſpiritu creato, cum igitur ſine aliqua confuſione ſint vbi ipſe Deus eſt, intra quem currunt, vbicunque mittantur, vt in litera dicitur: videtur etiam, quòd duo angeli ſimul eſſe poſſint.

c. 8. ccel. hie.

¶ 4 Præt. Sicut angelus operatur circa corpus, ita etiam operatur circa angelum, quia *ſuperiores* inferiores illuminant, vt dicit Dion. ſed per hoc, quòd operatur circa locum dicitur eſſe in loco. ergo per hoc, quòd operatur circa angelum, dicitur eſſe in angelo, & ita videtur, quòd duo angeli in vno loco eſſe poſſint.

Sed contra. Sicut ſe habet corpus ad eſſe circumſcriptiue in loco, ita & angeli ad eſſe diffinitiue: ſed duo corpora non circumſcribuntur eodem loco. ergo nec duo angeli diffiniuntur ad vnum locum.

¶ Præt. Vnius corporis, non ſunt duę animæ, & tamen anima ſubſtantia ſpiritualis eſt, ſicut & angelus, ergo videtur, ꝙ nec duo angeli in vno & eodem loco eſſe poſſint.

Respondeo, Dicendum, quòd locus poteſt ſumi proprie, & metaphorice. Locus metaphorice dicitur locus ſpiritualis angeli, ſcilicet ipſe Deus, qui ad ſimilitudinem loci continet, & ſic omnes angeli, immo omnia entia ſunt in vno loco, ſcilicet Deo, qui omnia continet; ſed ſic non loquimur de loco, ſed de loco, proprie dicto, qui eſt locus corporalis. Et

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd non impedit repletio loci *quin plures angeli ſimul in vno loco eſſe poſſint. Sed* confuſio operationum, quæ quodammodo redundaret in confuſione virtutis, & eſſentiæ.

D ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima eſt in corpore vt forma dans eſſe, & operans operationes naturales; ſed angelus eſt in corpore, vt operans operationes ſupernaturales, & ideo nulla confuſio operationum fit, quia non eſt vnius rationis operatio. Et per hoc etiam patet reſponſio ad tertium, quia Deus eſt in rebus, vt dans omnibus eſſe, & operans in qualibet virtute operante, & ideo alterius rationis eſt operatio ipſius angeli, vnde non ſequitur confuſio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut communiter dicitur, angelus illuminans, non operatur intra eſſentiam angeli, quia *non eſt cauſa eſſe eius, & lumen receptum in eſſe eius,* non recipitur, & ideo dicitur quaſi exterius operari per modum ſuggerentis. Et ſimiliter, quàmuis effectus angeli non recipiatur intra *eſſe corporis, cuius non eſt cauſa, recipitur* tamen intra dimenſiones eius, ratione cuius angelus intrinſecus corpori dici E poteſt, non autem animæ nec angelo. vnde non ſequitur, quòd ſit in angelo, vel cum angelo in vno loco.

## *QVAESTIO IIII.*

B

### Deinde quæritur de motu angeli.

Et circa hoc tria quæruntur.

Primo, Vtrum angelus moueatur.
Secundo, Vtrum pertranſeat medium motu ſuo.
Tertio. Vtrum motus eius ſit in tempore, vel in nunc.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angelus moueatur.*

1. p. q. 53. ar. 1.

AD primvm ſic proceditur. Videtur, quòd angelus, non moueatur, quia ſecundum Philoſophum, Motus eſt actus 3 phy. tex. 9

actus imperfecti, quia eſt actus exiſtentis in potentia inquantū huiuſmodi: ſed angelus eſt perfectus & præcipue beatus: ergo non mouetur. F

3. phyſico. tex. 9. ¶ 2 Præt. Quicquid mouetur aliqua ſpecie mot⁹ mouetur: ſed enumeratis omnibus ſpeciebus motus & mutationis, patet ꝙ nulla conuenit angelo niſi forte alteratio loci & mutatio. non enim augetur vel diminuitur cum non ſit quantus, nec iterum generatur & corrumpitur, cum in ipſo non ſit contrarietas, vt per ſe corrumpatur: quia nihil per ſe corrumpitur niſi ratione contrarietatis, & ſit per ſe ſubſiſtens ut non corrumpatur per accidens: quia id quod corrumpitur per accidēs, corrumpitur ad corruptionem eius in quo eſt ſicut in ſubiecto, ſed non mouetur alteratiōe vel loci mutatione: ergo nullo modo mouet̄. Quòd autem nullo modo alteret̄ ſic probatur. Sicut enim probat

Tex. 20. Philoſophus in 7. phy. alteratio nō eſt niſi circa qualitates ſenſibiles, & circa ſenſibilem partem animæ, ſed hæc ab angelo remota ſunt: ergo angelus non alteratur. ſimiliter videtur quòd non mouetur ſecundum locum: quia omnis motus localis videtur eſſe propter aliquam indigētiam: ſed angelus præcipue beatus nullius eſt indigens: ergo localiter non mouetur.

¶ 3 Præt. Si mouetur ſecundum locum, moueatur, ergo de. a. in b. & ſit. b. illud in quod primo mutatur: ergo cum mouetur aut eſt in a. aut in b. aut eſt in vtroque, ſed in a. non mouetur, quia ibi incipit moueri, & principium motus non eſt motus. Nec iterum in b. mouetur: quia ibi mutatum eſt. nihil autem ſimul mouetur & mutatum eſt: ergo oportet quòd dum mouetur ſit ſimul in vtroque: ſed non poteſt eſſe ſimul in duobus locis totus vt probatum eſt: ergo oportet quòd ſit partim in a. & partim in b. ergo eſt diuiſibilis, quod eſt inconueniens. Si dicas, quòd non mouetur per ſe in loco, ſed ſecundum accidens, (ar. 2. q. præ.)

¶ Contra. Quicquid mouetur per accidēs in loco, mouetur ad eius motum in quo eſt: ſed angelus eſt in eo in quo operatur: ergo mouetur per accidens ad motum eius, ſed ſicut illud in quo eſt angelus mouetur, ita illud in quo eſt Deus: ergo & Deus mouebitur ſecundum locum, quod eſt inconueniens: quia Deus nec per ſe, nec per accidens mouetur. vt in 8. phyſi. probatur: ergo & eadem ratione angelus nec per ſe nec per accidens mouebitur.

¶ 4 Præt. Ea quæ de Deo vel de angelis metaphorice a ſanctis exponuntur, non ſunt eis ſimpliciter attribuenda. ſed Dio. 15. c. cęl. Hierar. exponit aſcenſum & deſcenſum angelorum inter metaphorica; ergo videtur quòd motus localis non ſit ſimpliciter angelo attribuendus.

q. 3. ar. 1. Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ. Quod eſt proprium alicui, ſibi ſoli conuenit: ſed immutabilitas. vt ſupra diſtin. 8. dictum eſt. Dei proprium eſt: ergo angelo non conuenit, poteſt ergo moueri.

¶ Præt. Omne quod eſt hic & ibi & non ſimul, mouetur ſecundum locum: ſed angelus ſimul non eſt in duobus locis vt habitum eſt. cum igitur vnus & idem angelus inueniatur in ſcripturis operari in diuerſis locis, & ita eſſe, quia vbi operatur ibi eſt, ſicut de Gabriele legitur Luc. 1. qui annuntiauit Zach. in templo & Mariæ in nazareth. videtur quòd angelus ſecundum locum moueatur. (hac. di. q. 3. art. 2.)

Rᴇsᴘᴏɴᴅᴇᴏ Dicendum, quòd triplex motus angeli inuenitur a ſanctis traditus. Primus motus eſt ſecundum illuminationes a Deo in mentem angeli deſcendentes, quæ quidem metaphorice motus dicitur, & hunc tradit Diony. in 4. c. de di. no. & diſtinguit eum per tres ſpecies, ſcilicet in motū circularem, rectum, & obliquum. Motus autem circularis angeli, dicitur ſecundum quòd lumen intellectuale deſcendit originaliter a Deo in intellectum angeli, & per illud lumen, intellectus angeli aſcendit in contemplationem Dei, & ſic eſt motus ab eodem in idem, & eſt vniformis inquantum lumen illud nō egre-

eo coanguſtarent locū, quo minus de corporibus contineret. Ideoque Aug. attribuit mutationem loci, corpori, non ſpiritui. quia licet ſpiritus tranſeat de loco ad locum, non tamen ita vt dimenſionibus circumſcriptis, interpoſitione ſui faciat diſtantiam circumſtantiū ſicut corpus. G

*Concluſio ex prædictis, quòd ſpiritus creati ſunt locales & circunſcriptibiles quodammodo, Spiritus vero Dei omnino incircunſcriptibilis.*

SVnt ergo ſpiritus creati in loco, & tranſeunt de loco ad locum, & H

ditur intellect⁹ ſimplicitatem. Motus autem rectus dicitur, quādo angelus lumē a Deo receptum, inferioribus tradit quaſi ſecūdum rectam lineam. Sed motus obliquus dicitur prout conſideratur exitus luminis a Deo in mentem angeli, & deinde reflectitur lumen illud ad inferiora, quibus lumen ſuum tradit, por quod non reducūtur in angelum ſicut in finem, ſed in Deum, & talis motus eſt. q. compoſitus ex recto & circulari ſicut motus qui eſſet per chorda & arcum ab eodē in idem. obliquatur enim motus iſte prout recedit ab vniformitate recepti luminis, quod ſimiliter non eſt in ſecūdis angelis ſicut in primis. Secundus motus eſt per tempus quem aſſignat ei Aug. vt habetur ī litera, & quia tempus eſt menſura ſucceſſiuorum, ideo omnem ſucceſſionē nominat motum per tempus. Inuenitur autem ſucceſſio in intellectu angeli, quod ſic patet. omnis intellectus qui cognoſcit diuerſa per diuerſas ſi ſpecies, nō poteſt ſimul actu illa cognoſcere vt ex prædeterminatis patet. Intellectus autem angeli poteſt cognoſcere res dupliciter ſiue duplici ſpecie, ſcilicet, vel in conſideratione verbi quod eſt una ſimilitudo omnium rerum, ſic ſimul poteſt multa videre: vel per ſpecies innatas vel cōcreatas rerum quæ ſibi inditæ ſunt, quæ plures plurimum ſunt. vnde oportet quòd ſecundum illas ſpecies non cognoſcit plura ſimul. Vnde ſecundum hoc eſt ſucceſſio in intellectu angeli & iſta ſucceſſio largo modo dicitur motus. Differt tamen a motu proprie dicto in duobus ad minus. Primo, quia non eſt de potentia in actum, ſed de actu in actum. Secundo, quia non eſt cōtinuus, continuus enim motus eſt ex continuitate eius ſuper quod eſt mot⁹. vt in libro phy. probatur: ſed inter duas ſpecies intellectas non eſt aliqua continuatio, ſed ſucceſſio tantum, & hæc eadem ſucceſſio motus dicitur, & ſimilis ratio eſt de ſucceſſione affectionum, Tertius motus eſt ſecundum locum, qui etiā in litera attribuitur eis authoritate Amb. & Bedæ. Et quia moueri in loco ſequitur ad eſſe in loco: ideo eodem modo conuenit angelo moueri in loco, ſicut eſſe in loco, & utrunq; eſt æquiuoce reſpectu corporalium. Dicit̄, enim angelus eſſe in loco, in quantum applicatur loco per operationem, & quia non ſimul eſt in diuerſis locis, ideo ſucceſſio talium operationū per quas in diuerſis locis eſſe dicitur, motus eius vocatur. vnde ſicut conceptiones intellectus conuenienter ſe habēt ſine continuatione, ita & operationes eius, vnde motus localis angeli non eſt continuus, ſed ipſę operationes eius conſequenter ſe habentes circa diuerſa loca ſecundum quas in illis eſſe dicitur localis motus ſic eſſe dicuntur. (Sup. cap. 1. ibi ego ſum Gabriel. 10.) (di. 25. q. 1. art. 2.) (5. phyſico. tra. 34.) I

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendum, quòd motus proprie ſumendo ſemper exiſtētis in potentia, ſed aliquando improprie ipſa operatio rei dicitur motus eius, vt intelligere, & ſentire, & tunc motus eſt actus perfecti, vt in tertio de anima dicitur. Quod autem operatio a motu differat, patet ex 10. Ethi. & ſic ſumitur motus a Dio, ſcilicet pro operatione quantum ad primum modum, qui tripartitus eſt ſecundum eum. Sed duo alii modi motus, ponunt aliquam imperfectionem in angelo, quæ tamen non repugnat beatitudini, imperfectio autem poteſt attendi ſi comparetur ad Deum qui vno & eodem, ſcilicet eſſentia ſua ſimul omnia videt, & ſimul vbique eſt, in quo angelus deficit a perfectione eius. & ideo de loco in locum tranſit quātum ad tertium modum motus eius, & de intellectu ad intellectum quantum ad ſecundum. K (Tex. 28. ca. 4. de diu. no. c. 4.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd primus modus motus angeli non reducitur in aliquam ſpeciem motus. eſt enim metaphoricus dictus, quia non eſt tranſitus de vno in aliud, cum angelus ſemper in receptione diuini luminis permaneat, ſed ſecūdus modus habet aliquam ſimilitudinem cum motu alterationis. Et quod obiicitur, quòd alteratio eſt ſecundum ſenſibiles qualitates, dicendum quòd verum eſt quando paſſio quę in intellectu

quodāmodo locales, & circunſcriptibiles, ſed non omni eo modo quo creaturę corporeæ. Spiritus autem increatus qui Deus eſt, in loco quidem eſt, & in omni loco, ſed omnino illocalis eſt & incircūſcriptibilis. Vnde Beda ſuper Luc. ait. † Cū ad nos angeli veniunt, ſic exterius implent miniſterium, ut tamen ante Deum interius per cōtēplationē aſsiſtant: q̄a & ſi angelus eſt ſpūs circūſcriptus: ſummus tn̄ ſpiritus, qui Deus eſt, ī circūſcript⁹ eſt, intra quē currit angelus quocunque mittatur. Ecce hic dicitur, quia ſpiritus angelicus circunſcriptus eſt, Spiritus autem qui Deus eſt incircunſcriptus. Alibi etiā Ambro. diſtantiam oſtendens



tellectu alterationis includitur proprie ſumit̄ prout dicit trāſmutationem materialē abiicientē a ſubſtantia, ſed ſecundum quòd paſſio large ſumitur pro qualibet receptione, prout etiā intelligere, pati quoddam eſt, ut in 3. de anima dicitur ſic etiā alteratio eſt in intellectualibus operationibus, ſecundum quod dicitur in 3. de anima quòd exire de ocio in actum, eſt nouum genus alterationis. Sed terti⁹ mod⁹ habet ſimilitudinem cū motu locali. Nec oportet quòd ſit propter indigentiam ſuā ſed propter indigentiam noſtram: non dico ſicut propter finem vltimum, ſicut etiam eſt de motu cęli, cuius finis vltim⁹ non eſt generatio inferiorum corporum ſecūdū philoſophos, cū nihil ſit propter vilius ſe, ſed vltimū intentum eſt aſſimilatio ad Deū, cuius ſimilitudinem conſequitur in hoc, quòd ſuo modo cauſa inferiorum efficitur ſicut etiam vltimus angeli finis circa nos operantis eſt vt diuinam ſimilitudinem conſequat̄, deo cooperādo in reductione inferiorum in Deum. vt Dio. dicit. 3. cęl. Hierar. A (lib. 1. de ſpiritu ſanc. c. 9. & 10.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio concluderet ſi motus angeli poneretur continuus ſicut motus corporis, quia oporteret quàmlibet partem motus eſſe motum, & ita oporteret quòd hoc quod eſt eſſe in aliquo ſigno, non eſſet pars motus: ſed pars motus eſſet in dimittendo vnum locum & intercipiendo aliū coniunctum continue: vnde oporteret quòd partim eſſet in vno & partim in alio. & ſic moueretur, ſed quia motus angeli localis non eſt poſitus eſſe [d] continuus, ideo non oportet ꝙ pars illius motus ſit motus, & ideo nec in a. mouetur nec in b. mouetur, licet a. & b. ſint partes eius, ſed ſucceſſio horum quod eſt eſſe in a. & eſſe in b. motus eius vocatur, ſicut plane patet ſi attendatur motus eius vel ſecundum intellectum, vel ſecundum affectum, quia ipſa ſucceſſio affectionum motus eius dicitur. (D. 118)

¶ Ad quartum dicendum, quòd prædicto modo mouetur angelus per ſe ſecundum locum, ſecundum quòd etiam per ſe eſt in loco operando, ſed ſi accipiatur motus in loco per modum corporalis motus, ſic non mouetur in loco niſi per accidens ad motum corporis aſſumpti, nec tamen oportet, quòd Deus per accidens in loco moueatur, quia nihil mouetur per accidens moto eo in quo eſt niſi diffinitiue ſit in eo; ita quòd non in alio, ſicut anima mouetur per accidens moto toto corpore, & non mota manu tantum. Et per hoc etiam patet ſolutio ad quintum: quia motus localis ſecundum quòd eſt corporum, non conuenit angelo, niſi metaphorice. Sed æquiuoce loquendo de motu conuenit ei proprie, vt dictum eſt.

## Aʀᴛɪᴄᴠʟᴠs II.

cor. art. 1. q. 53. 2. & qd. 1. 5.

*Vtrum angelus in ſuo motu de neceſſitate tranſeat mediū.*

AD ſᴇᴄᴠɴᴅᴠᴍ ſic proceditur. Videtur, quòd angelus de neceſſitate tranſeat medium in ſuo motu. Quia ſicut dicitur in. 5. phy. medium eſt in quod prius venit quod mutatur quàm in quod mutatur vltimum. Si ergo angelus mouetur de a. in c. & b. ſit medium oportet, ꝙ prius veniat in b. quàm in c. & ita oportet, quòd medium tranſeat.

¶ 2 Præt. Moueatur angelus de a. in c. & b. ſit medium, cum eſt in c. mutatum eſt, ante omne mutatum præcedit moueri. vt in. 6. phy. probatur. ergo prius mouebatur, quàm veniret in c. ſed in a. non mouebatur: quia erat locus indiuiſibilis angeli: & in indiuiſibili non eſt motus. ergo oportet, quòd moueretur in b. & ita oportet, quòd tranſeat medium.

Tex. 41. ¶ 3 Præt. Angelus cum eſt in a. non eſt in c. oportet ergo ſi poſt

inter ſpiritum increatum & ſpiritum creatum dicit ſeraphin de loco ad locū trāſire, inquiēs ita in lib. de trinita. Dixit Iſaias: † quia miſſus eſt ad me vnus de ſeraphin. Et ſpiritus quidem ſanctus dicitur miſſus: ſed ſeraphin ad vnum, ſpiritus vero ad omnes. Seraphin mittit̄ in miniſterio, ſpiritus operatur miſterium. Seraphin de loco ad locum tranſit. Non enim complet omnia: ſed ipſe repletur a ſpiritu. Hic aperte oſtenditur, quòd angeli quodammodo locales ſunt. B

*Cum repetitione ſuperiorum confirmat authoritatibus Deum eſſe ubique, ſine locali motu.*

FAteamur itaque diuinam naturam pro immēſitate ſui nuſquam deeſſe, eamque ſolam omnino C

modum ſit in c. quòd vel eſſentia ſua de nouo creætur ibi, & hic corrumpatur, vel quod per medium tranſeat: ſed primum eſt impoſſibile. ergo oportet, quòd per medium tranſeat.

¶ Si dicas, quòd cum angelus ſit naturæ intellectiuæ poteſt tranſire de vno in aliud ſine hoc, quòd pertranſeat medium, ſicut & cogitatio.

¶ Contra. Succeſſio cogitationum eſt per ſpecies quę ęqualiter ſunt ipſi intellectui pręſentes, & propinquę, & non magis ſpecies loci medij, quàm extremi: ſed angelus in vno loco exiſtens non habet omnia loca præſentia, ſed propinquior eſt ſibi vnus locus quàm alius, ergo videtur, quòd oporteat, quòd prius veniat ad medium quàm ad extremum. (In Epiſ. 57. to. 2.)

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ vt. 6. phyſico. dr̄ & p ſe patet. Omne qd̄ mouetur, prius pertranſit locum æqualem quàm maiorem ſed angelo indiuiſibili non eſt locus æqualis niſi indiuiſibilis, & punctalis. ergo ſi mouetur, oportet quòd tranſeat punctum antequàm lineam: ſed inter quælibet duo puncta ſunt infinita puncta: infinita autem non contingit tranſire. ergo ſi oportet angelum motum media pertranſire nunquam veniet de principio vnius lineæ quantumcūque paruę in finem eius. (Tex. 13.) (ſup. pſ. 47 to. 8.)

¶ Præt. Eadē ratio eſt de vno medio, & de omnibus: ſed omnia non poteſt pertranſire, quia ſunt infinita vt probatum eſt. ergo nec aliqua, & ita videtur, quòd ſemper veniat de loco in locum non pertranſeundo medium. (art. 3. q. 2. huius diſt.)

Rᴇsᴘᴏɴᴅᴇᴏ dicendum, quòd circa hoc ſunt duæ opiniones. Quædam enim dicunt, ꝙ angelus tranſit de loco in locum non pertranſeundo medium. Alij dicunt, quòd pertranſit medium in ſuo motu & vtrique ut credo, verum dicunt ſecundum aliquid. Dico enim quòd angelus poteſt tranſire de loco in locum, ita quòd tranſeat omnia media, & poteſt eſſe, quòd tranſeat de loco ad locum ſine hoc, quòd ſit in aliquo mediorum, & poteſt eſſe, quòd ſit in aliquibus, & aliquibus nō cuius ratio ex prædictis ſumitur. Dico enim, quòd eſſentia angeli ſecundum ſe abſoluta eſt ab omni loco, & non diffinitur ad locum niſi per operationem, non autem per operationem ſecundum quòd exit ab eſſentia, ſed ſecundum, quòd terminatur ad operatum in loco. vnde quando operatur circa hunc locum, ab eſſentia ſua (cum non ſit ex ſe determinata vel obligata ad locum illum: ſed indifferenter ſe habens ad omnia inquantum in ſe eſt) poteſt ægredi operatio ſtatim ad locum proximum vel remotum, nec operatio ad diſtans dependet ab. operatione ad propinquum. vnde ſecundum quòd habet aliquid operari vel in omnibus mediis locis vel in aliquibus vel in nullo ſecundum hoc poteſt pertranſire [d] omnia media vel quædam vel nullum. D (Hac di. q. 3. art. 2.) E

¶ Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendum, quòd obiectio nulla eſt ſi addatur quod Philoſophus met addit. Dicit enim, quod mediū eſt in quod primo venit continue mutatum &c. angeli autem motus non eſt continuus, vt dictum eſt. (D. 741.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ante quodlibet mutatum, eſt moueri: ſed tamen diuerſimode eſt in motu angeli & in motu corporis, quia in motu corporis mutatum eſſe non eſt pars moueri: ſed terminus eius. vnde totum moueri præcedit mutatum eſſe: & ideo oportet præſupponere ante id in quod dicitur mutatum eſſe aliquid in quo moueatur: ſed in motu angeli qui non eſt continuus mutatum eſſe eſt vna pars motus, vltima ſcilicet, & prima pars eſt vnde incipit moueri, & neutra pars eſt motus, ſed ſucceſſio vtriuſque. Vnde moueri præcedit mutatum eſſe ſicut totum in diſcretis partem. (art. 1. huius quæſt.)

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ratio illa procederet in illis quæ per

illocalem, & omnino incircunſcriptibilem, nullo concludi loco: ſed a fine vſque ad finem attingere, nō tamen ſpatioſa magnitudine, nec locali motu: ſed immenſitate atque immobilitate ſuę eſſentiæ. Vnde Augu. ad † Dardanum ait. Non quaſi ſpatioſa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, ſicut fumus aut lux iſta diffunditur: ſed poti⁹ ſicut in duobus ſapientibus, quorum alter altero corpore grandior eſt: ſed ſapientior non eſt, vna ſapientia eſt, nec eſt in maiore maior, nec in minore minor, nec minor in vno quàm in duobus. Ita Deus ſine labore regens & continens mundum, in cælo totus eſt, in terra totus, & in vtroque totus, & nullo contentus loco: ſed in ſeipſo vbique totus. Idem quoque ſuper pſal. ait. † Ad verbum Dei pertinet non eſſe in parte: ſed vbi-

per eſſentiam ſuam ſunt determinata ad vbi, quod non contingit in angelo. vnde motus eius eſt ſecundum operationes tantum, quæ ſunt hic & ibi ſucceſſiue.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dictum illud nõ eſt vſquequaque ſufficiens, quia per hoc quod angelus intelligit hoc & illud, non dicitur eſſe hic & ibi: quia exiſtẽs in vno loco, põt intelligere id quod eſt in alio loco: ſed accidit ad veritatem, inquantum ſucceſſio operationum ſequitur ſucceſſionem quæ eſt in intellectu.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd angelus poteſt pertrãſire per omnia media, non tamen oportet, quòd numeret infinita pũcta exiſtẽtia in linea: cor. art. quia locus in quo eſt angelus, non ſemper eſt indiuiſibilis: ſed quandoque diuiſibilis, vt dictũ eſt, & cũ nullum ſpatium finitum diuidatur in infinita diuiſibilia actu accepta, cõſtat, ꝙ oĩa media pertrãſire põt.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd non eſt eadem ratio de omnibus mediis: quia media poſſunt accipi diuiſibilia, & hæc finita ſunt: Vel indiuiſibilia, quæ infinita ſunt & pertranſiri ſi actu numerentur non poſſunt. Et præ- q. 2. co. 4. terea in vno mediorum locorum habet aliquid operari & non in alio. vnde ſequitur, quòd per aliquod medium tranſeat, & non per aliud.

ARTICVLVS III.

1. p. q. 53. ar 11. 3. 1 t quodl. 9. ar. 9. Et 11. art. 14. Tex. c. 68.

*c Vtrum angelus moueatur in inſtanti.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd angelus moueatur in inſtanti. Mutatio enim angeli ſecundum locũ, eſt ſimplicior qualibet mutatione corporali: ſed aliquę mutationes corporales ſunt in inſtanti. vt in 6. phyſi. Commen. dicit, ſicut illuminatio, generatio, & corruptio, & huiuſmodi. multo ergo fortius & mutatio angeli.

¶ 2 Præter. Mutetur angelus de a. in b. ſicut in quod primo mutatum eſt, dicitur autem in illud primo mutatum eſſe, quod eſt locus contiguus loco in quo prius erat, & ſi mutatur in tempore, ſit tempus in quo mutatur c. Si ergo iſtud tempus menſurat illum motum, oportet, quòd in vltimo nunc temporis ſit in termino motus ſecundum quòd eſt in b. Relinquitur ergo quòd in toto tempore præcedente vltimum nunc, aut eſt tantum in a. aut eſt partim in a. & partim in b. Sed nõ partim in vtroque, quia indiuiſibilis eſt. ergo in tempore illo erit totus in a. Sed cũ omne tempus ſit diuiſibile, in quolibet tempore eſt accipere prius & poſterius. ergo in priori & poſteriori parte illiꝰ tẽporis angelus erit in a. ergo quieſcit in a, quia poteſt de eo dici ꝙ in a. eſt nũc & prius: quòd eſt quieſcere. Motus ergo angeli pars erit quies eius, quod eſt inconueniens. Et quod plus eſt ſequitur quòd tempus illud in quo poſitus eſt moueri, non menſurat motum eius ſed quietem, ergo videtur, quòd nullo modo in tempore moueatur.

¶ 3 Præter. Si mouetur in tempore, moueatur vt dictum eſt de in art. præc. a. in b. in tempore c. ponatur ergo quòd per idem ſpatium moueatur quoddam corpus. ſ. f. quod mouebitur in maiori tempore. ſ. d. quia angelus eſt maioris uirtutis quàm corpus, & ſecundum quod additur ad virtutem mouentis, ſic oportet, quòd diminuatur de tempore motus: quia maior virtus in minori tempore mouet. vt in 6. phyſi. dicitur. Text. 23. Sed cum omne tempus finitum proportionem habeat ad quodlibet tempus finitum, accipiatur proportio duorum temporum. ſ. temporis c. in quo mouetur angelus, & temporis d. in quo mouetur corpus, ſicut proportio tripli ad ſubtriplum: quia non differt quæcunque ſit,

que eſſe per ſeipſum. Hæc enim eſt ſapiẽtia Dei, quę attingit a fine vſque ad finem fortiter, nõ tamen motu locali: ſed immobilitate ſui, velut ſi moles aliqua ſaxea impleat aliquem locum, dicitur quòd attingit a fine illius loci vſque ad finem, cum tamen alterum non deſerat alterum occupando. Non ergo habet motum localẽ verbum illud. & ſapientia illa ſolida eſt & vbique. G Ex prędictis innoteſcit, quòd Deus eſt ita vbique per eſſentiam, quòd nec ſpatioſa magnitudine diffunditur, nec vno diſcreto loco aliũ occupat: quia localem motum non habet. Ideoque Augu. volens præſcindere a Dei puritate omnem localem motum & localem circunſcriptionem, potius dicit omnia eſſe in illo quàm ipſum eſſe alicubi, nec tamen ipſum eſſe locum, qui non eſt in loco. in lib. 83. q. ita inquiens. Deus non alicubi eſt. quod alicubi eſt continetur loco. quod continetur loco, corpus eſt. Deus autem non eſt corpus, non ergo alicubi eſt, & tamen quia eſt & in loco non eſt, in illo ſunt potius omnia, quàm ille alicubi. Nec tamen ita in illo vt ipſe ſit locus. Locus. n. in ſpatio eſt, quod longitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur, nec Deus tale aliquid eſt, & omnia ergo in ipſo ſunt, & locus non eſt, nec in loco eſt. Locus tamen Dei ſed impropriè dicitur templum Dei, non quòd eo contineatur. Id autem nihil melius quàm anima munda intelligitur. Ecce hic dicit, Deum non eſſe in loco, ſed intelligendum eſt eum non eſſe in loco localiter, ſcilicet quia nec circunſcriptionẽ, nec localẽ motum habet. H

F Accipiatur etiam aliud corpus quod excedat ipſum. f. ſecundũ virtutem in tripla proportione, & ſit g. inde ſic. Secundum exceſſum virtutis mouentis eſt diminutio in tempore motus: ſed g. excedit f. in tripla proportione. ergo & tempus in quo mouetur g. per idem ſpatium erit minus quàm. d. in tripla proportione: ſed hoc eſt tempus c. in quo mouebatur angelus. ergo in eodẽ tempore & æquali mouebiť virtus corporalis, & virtus angeli, etiã ſi ponatur angelus moueri velociter quantũcunque poteſt. Et ſimilis ratio poteſt accipi ex parte mobiliũ ſecundum quorum etiam proportionem diminuitur, & augetur tempus motus. vt habetur ex. 4. phyſico. Tex. 113. ergo cum hoc ſit impoſſibile, videtur quòd angelus in tempore non moueatur.

¶ 4 Præt. Omne tẽpus eſt diuiſibile. ſi igitur moueatur angelus de a. in b. in aliquo tempore, in medio illius tẽporis alicubi erit: ſed non eſt in a. quia ibi erat in principio temporis, nec in b. quia ibi erat in fine temporis, & dũ mouetur in duobus inſtantibus non eſt in eodem vbi. vt probatur in 6. phyſi. Tex. 52. vnde cum in vno inſtanti ſit in a. vel in b. in alio inſtanti non poteſt eſſe in eodem: ergo in inſtanti quod eſt medium temporis, erit in medio ſpatii, ſed non neceſſario tranſit medium, ut ſupra dictum eſt. ergo motus eius non eſt ſemper in tempore.

SED CONTRA. omnis motus & mutatio habet prius & poſterius: quia habet duos terminos, quorum vnus conſequitur alium. art. præced. Sed numerus prioris & poſterioris in motu eſt tempus ut habetur in 4. phy. ergo omnis motus menſuratur tempore. Tex. 110. ergo & motus angeli.

¶ Præter. Moueatur angelus de a. in b. aut in eodem inſtanti eſt in a. & in b. aut in diuerſis. ſi in eodem, tunc erit ſimul in duobꝰ locis, quod eſt improbatum. Et præterea tunc non moueretur ad b. quia nihil mouetur ad id in quo eſt. I Si autem in diuerſis, ergo eſt deſignare duo inſtantia, in quorum vno eſt in a. & ſit c. & in altero in b. & ſit illud d. Inde ſic. Motus angeli eſt inter d. & c. ſed inter quælibet duo inſtantia eſt tempus mediũ, vt probatur in 6. phy. Tex. 57. ergo motus angeli erit in tẽpore. Si dicas ꝙ illa duo nunc ſuccedunt ſibi ſine aliquo medio, ſicut dictum eſt de operationibus.

¶ Contra. moueatur angelus de a. in b. ita quòd in hoc inſtanti quòd eſt c. ſit in a. & in hoc inſtanti quod eſt d. ſit in b. Item ponatur quòd aliquod corpus ſit g. moueatur ſimiliter de a. in b. & incipiat ſimul moueri cum angelo. ſ. in c. Inde ſic. Angelus citius peruenit ad b. quàm corpus g. ergo in inſtanti d. corpus nõdum peruenit ad b. ſed erit citra b. & ſit ille locus r. Inde ſic. g. mouetur de a. in r. & ĩ tẽpore c. d. Sed ſpatiũ a. r. eſt diuiſibile. diuidatur ergo in puncto h. Inde ſic. Corpus iſtud. ſ. g. in inſtanti c. eſt in a. & in inſtanti d. eſt in r. ergo h. erit in aliquo alio inſtã- K ti medio inter illa duo, & ſit illud n. in n. ergo angelus vel erit in a. vel in b. vel in medio: ſed non in a. quia ſic in duobus inſtantibus eſſet in eodem vbi & eadem ratione non eſt in b. ergo oportet quòd in inſtanti n. ſit in medio. & ſic ſemper procedendo, inuenitur inter quælibet duo inſtãtia inſtans & tempus. ergo oportet, quòd motus angeli ſit in tempore continuo.

¶ Si dicatur ꝙ in motu angeli non eſt aſſignare vltimũ inſtãs, in quo ſit in a. quia in a. eſt in toto tẽpore & in. b. eſt in termino tẽpis. Inter tempus autem & terminum temporis, non eſt aſſignare medium, ſicut etiam dicit philoſophus in 8. phy. Tex. 11. in mutationibus naturalibus, vt quando aliquis mouetur de albedine in nigredinem eſt deſignare duo tempora, in quorum primo eſt album, & in ſecundo eſt nigrum. & inſtans quod coniungit duo



duo tempora, tenet ſe cum ſequenti tempore. vnde in eo eſt nigrum. vnde non fuit inuenire vltimum nunc in quo eſſet albũ. Sed vltimum tempus in cuius termino erit nõ album, ſi inquã ſic dicatur:

¶ Contra. omnis motus qui non eſt ſemper inter duas quietes, quarum vna eſt in termino a quo eſt motus, altera in termino ad quẽ eſt motus: Sed ſicut inſtans ad quod terminatur motus tenet ſe cum quiete ſequente: ita inſtans a quo incipit motus tenet ſe cũ quiete præcedente, vt patet quando aliquid mouetur de albedine in nigredinẽ: quia ſicut in fine temporis, quod mẽſurat motum eſt nigrum, ita in principio temporis eſt album, ergo ex hoc patet ꝙ omnis quies trahit ad ſe & nunc præcedens, & nunc ſequẽs. Inde ſic arguo. Angelus qui mouetur de a. in b. vt dicis in tempore c. d. eſt in a. ergo quieſcit ibi, qa vt probať in 6. phyſi. Text. 67. quicquid eſt in tempore in aliquo vno vbi. quieſcit ibi. Sed vbi eſt aliquid quieſcens in tempore, eſt & in termino temporis, ergo in d. quod Tex. 128 eſt nunc vltimum temporis erit angelus adhuc in a. & non in b. vt ponebatur.

¶ Præt. Omne tempus cauſatur a motu, vt patet ex 4. phy. Sed angelus in a. non mouetur nec iterum habet ordinẽ ad aliquẽ motum priorem per cuius tempus ſua quies menſuretur, ergo Tex. 46. nihil eſt dictu, quòd angelus ſit in a. in tempore.

RESPONDEO, Dicendum quòd cum omnis mutatio habeat duos terminos qui non poſſunt eſſe ſimul: quia omnis mutatio eſt in contingens, vt dicitur in primo phy. oportet cuilibet motui vel mutationi adeſſe ſucceſſionem: ex hoc quòd non poſſunt duo termini eſſe ſimul, & ita tempus, quod eſt numerus prioris & poſterioris in quibus conſiſtit tota ſucceſſionis ratio. Sed hoc diuerſimode in diuerſis contingit. Quandoq; enim terminus motus eſt mediatus principio motus, Vel ſecundum medium quantitatis dimenſiuę, ſicut eſt in motu locali corporum, & in motu augmenti & diminutionis, Vel ſecũ D dum medium quantitatis virtualis, cuius diuiſio attenditur ſecundum intenſionem & remiſſionem alicuius formæ, ſicut in alteratione qualitatum ſenſibilium, & tunc tempus per ſe ipſum motum menſurat: quia ad terminum ſucceſſiue peruenitur, eo quòd diuiſibilis eſt. Quandoque vero terminus ad quem non eſt mediatus termino a quo, ſicut eſt in illis mutationibus in quibus eſt mutatio de priuatione in formam vel ęconuerſo, ut in generatione & corruptione & illuminatione & in omnibus huiuſmodi: & in iſtis etiam mutationionibus oportet, annexũ eſſe tempus, cum conſtet materiam non ſimul eſſe ſub forma, & priuatione nec aerem eſſe ſimul ſub luce, & tenebris. Non autem ita quòd, exitus vel tranſitus de uno extremo in aliud fiat in tempore: ſed alterum extremorum. ſ. primum quod in mutatione abijcitur eſt coniunctum cuidam motui vel alteratio- E ni, ſicut in generatione & corruptione, vel motui locali ſolis, ſicut in illuminatione, & in termino illius motus eſt etiam terminus mutationis. Et pro tanto mutatio illa dicitur eſſe ſubito vel in inſtanti, quia in vltimo inſtanti temporis, quod menſurabat motum præcedentem acquiritur illa forma vel priuatio cuius nihil prius inerat. Et in illo inſtanti dicitur generatum eſſe Tex. 55. non autem proprie generari, quia omne quod generatur generabatur, & generabitur, vt in 6. phy. probatur, vnde omnes tales mutationes inſtantaneæ ſunt termini cuiuſdam motus. vt Tex. co. 55. in 6. phyſi. Commen. dicit. Motus autem angeli non poteſt eſſe terminus alterius motus. vnde, oportet quòd ſit in tempore & non in inſtanti. Sed dico quòd tempus iſtud eſt aliud a tempore quo menſuratur motus cæli, & aliorum corporalium, qđ

*Oppoſitio qua uidetur probari, quòd Deus mutetur loco.*

AD hoc autem ſolet opponi ſic. Quotidie fiunt creaturæ quæ ante non erant, & in eis Deus eſt, cum ante non eſſet in eis: eſt ergo vbi ante non erat, ideoque mutabilis eẽ videtur. Sed licet quotidie incipiat eſſe in creaturis in quibus ante non erat, B hoc tamen fit ſine ſui mutatione, qualiter in mundo cœpit eſſe quẽ fecit, tamen ſine ſui mutabilitate, & ſimiliter deſinit eſſe in quibus ante erat ſine ſui mutatione nec tamen ipſe deſerit locum: ſed locus deſinit eſſe.

*Epilogus ubi exponitur, quare in prædictam uenerit diſceptationem.*

IAm ſufficienter demõſtratum eſſe videtur, quomodo omnia dicantur eſſe in Deo, & Deus in omnibus, quam diſceptationẽ quaſi incidenter ſuſcepimus: quia id videbatur poſtulare res circa quam noſter verſabatur ſermo. Diſſerebamus enim de ſcientia, ſiue ſapientia dei, & cum doceremus Deum ſcire omnia, quæſitum eſt vtrum propter cognitionẽ quam de omnibus habet, dicerentur omnia eſſe in Deo an alia ratione hoc diceret ſcriptura. Huius ergo quæſtionis occaſio, in præmiſſam nos deduxit diſputationem.

A ſic probatur. Nullus motus menſuratur per motũ cæli, niſi qui eſt ordinatus ad ipſum. vnde etiam probãť philoſophi, quòd ſi eſſent plures mundi, oporteret eſſe plures primos motus & plura tempora. Habetur. 1. cæl. tex. 90. vnde cum motus angeli nullum ordinẽ habeat ad motum cæli, & præcipue ſi motus eius dicatur proceſſio operationum, vt dictum eſt, art. 1. iſt. q. oportet, quòd nõ menſuretur tempore quod eſt menſura primi mobilis, ſed alio tempore, cuius temporis naturam ex natura motus accipere oportet. In tempore enim eſt aliquid quaſi formale, quod tenet ſe ex parte quantitatis diſcretę. ſ. numerus prioris & poſterioris, & aliqđ materiale per quod eſt continuum: a. di. 35. hu. uſque. quia cõtinuitatem habet ex motu in quo eſt ſicut in ſubiecto, & primo mẽſurato. ſ. motu cæli, vt dicitur. 4. phyſi. Tex. 99. motus autem illic habet continuitatem ex magnitudine. Vnde cum motus angeli non ſit continuus: quia non eſt ſecundum neceſſitatẽ magnitudinis conditiones habens per quam tranſit, ſicut ẽ in illis, quæ ſunt ſic C nata in loco eſſe, vt eorum ſubſtantia ſit commenſurata termi nis loci. ſ. corporibus, ſed per ſucceſſionem operationũ, in quibus nulla eſt ratio cõmunitatis, ideo tempus illud non eſt continuum, ſed eſt compoſitum ex nunc ſuccedentibus ſibi, vt numerus ipſarum operationum ſuccedentium ſibi tempus vocetur, ſicut ipſa ſucceſſio operationum dicitur motus, & quot ſũt operationes, ex quibus componitur motus ſecundum diuerſa loca, tot erunt nunc ex quibus componitur tempus. Et hoc etiam conſonat ei, quòd Philoſophus dicit in 6. phyſi. Tex. 1. ꝙ eiuſdem rationis eſt indiuiſibile moueri, & tempus componi ex nunc & motum ex momentis, & lineam ex punctis, quia quãuis linea ſit continua per quam angelus tranſit, non tamen eſt continuitas ſecundum quod refertur ad motum angeli qui diuerſa vbi non continuatim pertranſit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnes illæ mutationes quæ inſtantaneæ dicuntur: ſunt termini motus, quod non contingit in motu angeli, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd tempus illud, in quo mouetur de a. in b. compoſitum eſt ex duobus inſtantibus, & in vno iſtãti eſt in a. & in alio in b. Cor. art. vnde non oportet, quod in altero eorũ quieſcat, ꝙ oporteret de neceſſitate ſi tẽpus eſſet continuũ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non poteſt accipi aliqua proportio temporis, in quo mouetur corpus ad tempus, in quo mouetur angelus: quia tempus quo moueť angelus, non eſt diuiſibile diuiſione continui, ſed diuiſione diſcreti in plura inſtantia finita, in tempore autem quo mouetur corpus ſunt infinita inſtantia in potentia: & ita nulla eſt proportio, ſicut nec infiniti ad infinitum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tempus iſtud quo angelus mouetur diuiſibile eſt in duo quæ non copulantur ad vnum cõmunem terminum, cum hoc tempus non ſit continuum, vnde E non ſequitur quòd in medio inſtanti ſit in medio ſpatii, quia non eſt neceſſarium accipere medium inſtans.

¶ Sed quia ex aliis rationibus videtur concludi: quòd motus eius ſit in tempore continuo, ideo ad eas reſpondendum eſt.

¶ Dicendum ergo ad quintum, quòd omnis motus habet prius & poſterius, ſed diuerſimode: quia in motu continuo accipitur prius & poſterius, vel reſpectu duorum temporum copulatorũ ad vnum nunc: vel reſpectu duorum nunc includentium vnum tempus: in mutationibus autem inſtantaneis eſt prius ipſum tẽpus menſurans motum præcedentem cui adiungitur alterum extremorum, & poſterius ipſum nunc quod menſurat terminũ motus, & ideo, inter duo extrema non cadit medium, ſicut nec inter tempus & nunc. In motu autem angeli, prius & poſterius ſunt

ſunt duo nunc ſuccedentia: inter quæ, nullum eſt medium tempus continuans.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd hoc quòd inter duo nunc ſit tēpus medium, conſequitur tempus ratione continuitatis: quia hęc eſt paſſio communis omni continuo, continuitatem autem habet ex motu. vnde cum motus angeli non ſit continuus, ratio non ſequitur.

¶ Ad ſeptimum dicēdum, quòd ſi ponatur motus angeli & corporis ſimul incipere, quando angel⁹ erit in alio termino ſecundum aliud inſtans ſui temporis, corpus etiam erit in alio termino ſecundum aliud inſtans ſui temporis. Inter duo autem inſtantia temporis iſtius corporis eſt tempus medium in eo quod motus eius eſt continuus. vnde eſt ibi ſignare medium inſtans; ſed inter duo inſtantia angeli non eſt tempus medium. vnde nec medium inſtans oportet ibi ſignificari: ſed contingit ſignificari ſi in tribus locis ſucceſſiue ſit: quia ita etiam tempus ex tribus nunc componetur, vnde vnum erit medium, & illa duo inſtantia poſſunt ĩcludere omnia inſtantia temporis, cum etiam vnum nunc æui ſtans includit omne tempus, & ita non eſt inconueniens quòd dum motus angeli eſt in duo bus tantum inſtantibus, motus corporis ſit in infinitis, quanuis quantumcunque duret motus corporis tantundem etiam duret motus angeli, & quamuis vtrunque non ſit indiuiſibile. Et prætereà contingit quòd quādo corp⁹ eſt in medio inſtāti angelus in nullo loco ſit, cum non ſit neceſſarium eū ſemper eſſe in loco, vt dictum eſt, & ita ſecūdum coordinationē illius temporis nullum nunc angelo reſpondeat; ſed tantum æuum. Alia concedimus.

Diſt. 35. q. 3. art. 2. c. 13. to. 3.

F reſpectum ad ſcibile, & ſic habet vnitatem in ſpecie etiam ſecūdum quòd eſt diuerſorum habentium. Vel ſecundum eſſe quod habet in ſciente, & ſic differt numero in diuerſis, non tamen eſt maior & minor ſecundum quantitatem corporis: quia non eſt forma ſitualis: ſed poteſt eſſe maior & minor ſecundum intenſionem certitudinis, vel ſecundum numerum ſcitorum.

## DISTIN. XXXVIII.

A

*Hic redit ad propoſitum, repetens ſuperius dicta ut addat alia.*

NVnc ergo ad propoſitum reuertentes, cæpto inſiſtamus. Supra dictum eſt, † quòd præſcientia Dei futurorum tantum eſt: ſed omnium tam bonorum quàm malorum. Scientia vero vel ſapientia, non modo de futuris: ſed etiam de præſentibus & futuris, nec tantum de temporalibus, ſed etiā de æternis, quia ſeipſum nouit Deus. *a* Hic oritū quæſtio non diſſimulanda: vtrum, ſcilicet ſcientia, vel præſcientia, ſit cauſa rerum, an res ſint cauſæ ſcientię vel præſcientiæ Dei? Videtur enim præſciētia Dei cauſa eſſe eorum quę ei ſubſunt, ac neceſsitatem eueniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuiſſent, niſi deus ea præſciſſet. nec poſſunt non euenire: cum deus ea pręſciuerit. Si autem impoſſibile eſt ea non euenire: quia pręſcita ſunt videtur ergo ipſa pſciētia qua pręſcita ſunt, eis eſſe cauſa eueniēdi. Impoſsibile eſt enim ea non euenire cum pręſcita ſint: quia ſi non euenirent cum præſcita ſint, falleretur dei pręſcientia. At dei pręſcīa falli non poteſt. Impoſſibile eſt ergo ea non euenire cum pręſcita ſunt. Sic ergo pſcīa cauſa eorum eſſe uidetur quæ pręſcita ſunt. Hoc idem & de ſcientia dicitur ſcilicet quòd quia deus aliqua nouit ideo ſint. Cui ſententiæ Auguſtin. atteſtari videtur in. 15. lib. de tri. ſic di. Non iſta ex aliquo tempore cognouit deus: ſed futura omnia temporalia K atque in eis etiam quid & quādo ab illo petituri fueramus, & quos, & de quibus reb⁹ vel exauditurus, vel non exauditurus eſſet, ſine initio ante pręſciuit. Vniuerſas autem creaturas & ſpirituales & corporales, non quia ſunt, ideo nouit. ſed G ideo ſunt, quia nouit: non enim neſciuit quæ fuerat creaturus, quia ergo ſciuit, creauit, non quia creauit, ſciuit. Nec aliter ſciuit creata quàm creanda. Non enim eius ſapientiæ aliquid acceſſit ex eis, ſed illis exiſtentibus ſicut oportebat, & quando oportebat, ille manſit vt erat. Vnde in Eccleſiaſtico. Antequam crearentur, omnia nota ſunt illi, ſic & poſtquam conſummata ſunt. Ecce his ver H bis videtur Augu. innuere ſciētiām vel præſcientiam Dei cauſam eſſe eorum quę fiunt, cum dicit, ideò ea eſſe, quia Deus nouit. Idem quoque in 6. lib. dicerę videtur cum, inquit. Decedant & ſuccedant tempora, non decedit aliquid vel ſuccedit ſcientiæ Dei, in qua nouit omnia quæ fecit per ipſam. Non enim hęc quæ creata ſunt ideo ſciuntur a Deo quia facta ſunt, ſed potius ideo facta ſunt I quia immutabiliter ab eo ſciūtur. Et hic etiam ſignificare videtur Dei ſciētiam cauſam eorum eſſe quæ fiunt, dicens, non ideo Deum ea nouiſſe, quia facta ſunt, ſed ideo facta ſunt, quia nouit ea Deus. Ideoq; videtur Dei ſcientia, vel præſcientia cauſa eorum quæ nouit.

## DISTINCTIO XXXVIII.

### DIVISIO TEXTVS.

OStenso quorū ſit Dei ſcientia. Hic determinat de ſcientia per comparationem ad ipſa ſcita & diuiditur in partes duas. In prima, inquirit vtrum ſciētia Dei ſit ſcitorum cauſa. In ſecunda, oſtendit qualis cauſa ſit. ibi. 39. diſtinct. {Prętereà ſolet quæri &c. {Prima, in duas. In prima inquirit de cauſalitate diuinę ſcientiæ. In ſecunda de ineſtabilitate ipſius. ibi { Ad hoc autem quod ſupra dictum eſt &c.} Prima in duas. In prima, mouet quæſtionem. In ſecunda, determinat eam. ibi { Hanc igitur quę videtur &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit quòd ſcientia Dei ſit cauſa ſcitorum: ratione & authoritate. Secundo oſtendit, quòd neque eſt cauſa eorum, neque cauſa ab eis quæ duo, duabus rationibus oſtendit. ibi { Quod ſi ita eſt &c.} Tertio, oſtendit authoritate Origenis ſcientiā Dei creatam eſſe a ſcitis. ibi {Orige. tamen &c. } Adhuc autem &c. } Hic inquirit de ineffabilitate diuinę ſciētię, & ſuppoſito ꝙ ſit ineffabilis ex prædictis. hic ſoluit obiectiones in contrariū factas. vnde diuiditur in duas partes. In prima, ponit obiectionem & ſoluit eam. In ſecunda, obiicit contra ſolutionem & iterum ſoluit. ibi { Sed adhuc vrget. }

cap. 23. De tri. cap. 10. to. 3.

## EXPOSITIO TEXTVS.

DEvs inquit & omnipotens &c. { Diſtinctio horū motuum, & ratio nominationis in 8. diſt. poſita eſt. {Sicut fum⁹ aut lux iſta &c.} Hoc ideo dicitur: qa nihil habet diſtenſionem in loco niſi ſecundum ꝙ eſt quantum, vel per ſe ſicut corpora. vnde ponit humum, id eſt, terram, vel per accidens ſicut corporales qualitates vt lux ſapientia { Vna ſapientia eſt &c.} pōt dupl'r cōſiderari. Vel per

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quinque quęruntur.

Primo. Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum.
Secūdo. Vtrum omnia vniformiter cognoſcat.
Tertio. Vtrum ſit enuntiabilium.
Quarto. Vtrum earum quæ non ſunt.
Quiuto. Vtrum ſit contingentium.

ARTIC.



### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum.*

1. q. 14. art. 8. De uerit. q. 2. ar. 14. 2 Cont. c. 24.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſcientia Dei ſit cauſa rerum. Sciētia enim Dei tā a ſanctis quàm a prophetis ſcientiæ artificis comparatur: ſed ſcientia artificis cauſa eſt ſcitorū per artē producendorum. ergo videtur quòd ſciētia Dei ſit cauſa rerū.

¶ 2 Præt. Cum ſimilitudo ſit quædam vnitas in forma, oportet quòd in omni aſſimilatione vel vnum ſimilium ſit cauſa alterius, vel vtrunque ab vna cauſa deducatur: quia vnitas in effectu deſignat vnitatem cauſæ: ſed ſcientia eſt aſſimilatio quædam, ergo oportet ſemper quòd ſcientia ſit cauſa ſciti ſicut eſt in ſcientia practica, vel ſcitū cauſa ſcientię, ſicut eſt in noſtra ſcientia ſpeculatiua, vl' vtriuſque ſit cauſa vna, ſicut eſt in cognitione quam angeli de reb⁹ habent; quia ab eodem. ſ. Deo, imprimuntur ſpecies rerū in mente angeli ad cognoſcendum, & in materia ad eſſendum: ſed ſcientiæ Dei quæ eſt ipſe Deus nihil eſt cauſa neque ſcitū neque aliquid aliud. relinquitur ergo quòd ipſa ſcientia Dei ſit cauſa ſciti.

Text. 3. ¶ 3 Pręter. Menſura ſemper habet rationem principii reſpectu menſurati, vt patet ex. 10. metaphyſico. Quātitas enim menſuratur per principium quantitatis vt ſubſtātiæ, omnes per principium ſubſtātiæ: ſed ſcientia Dei menſura eſt rerum. vnde dicit Lib. de ver. Anſ. quòd vnaquęque res veritatem habet, quando implet illud ad quod in mente diuina ordinata eſt: ergo ſcientia Dei eſt cauſa ſcitorum.

cap. 11. ¶ 4 Præter. Sicut voluntas Dei eſt ipſe Deus, ita & ſcientia eius ſed voluntas Dei abſolue dicitur cauſa omnium volitorum, & bonitas omnium bonorum, ergo ſcientia eius debet dici cauſa omnium ſcitorum.

SED CONTRA cuiuſcunque cauſa eſt Dei ſcientia, cauſa eſt Deus: ſed non omnium ſcitorum a Deo cauſa eſt Deus, quia mala quæ ſunt a Deo ſcita, non ſunt ab ipſo. ergo nec ſciētia Dei cauſa eſt omnium ſcitorum.

¶ Præt. Poſita cauſa ponitur effectus, ſed ſcientia Dei fuit ab æterno. res autem ab æterno non fuerunt, ergo ſcientia Dei non eſt cauſa rerum.

RESPONDEO dicendum, quòd loquendo de attributis diuinis attendenda eſt attributorum ratio, quæ quia diuerſa eſt diuerſorum, ideo aliquid attribuitur vni quòd non attribuitur alteri, quàmuis omnia ſint vna res, & inde eſt quod bonitas diuina dicitur cauſa bonorum: & vita cauſa viuentium, & ſic de aliis. Si, ergo accipiamus diuerſas attributorum rationes inuenientur aliqua habere comparationem non tantum ad habentem, ſed etiam ad aliquid ſicut, ad obiectum, ut potentia & voluntas & ſcientia. Quædam autem ad habentem, tantum, vt vita bonitas & hmōi. Et hæc omnia habent vnum modūcauſalitatis. ſ. per modū cōem efficientis exēplaris vt dicimus ꝙ a primo bono ſunt omnia bona. & a primo viuente omnia viuentia. Sed illa quæ dicuntur per compsrationem ad obiectum habent etiā alium modum cauſalitatis reſpectum, Çobiectorum vt voluntas reſpectu volitorum, & ſic quæritur hic de cauſalitate ſcientiæ. Conſtat enim quòd ſcientia ſua eſt cauſa per modum efficientis & exemplaris omnium ſciēntiarum: ſed dubium eſt, vtrum ſit cauſa ſcitorum. Sciendum eſt, ergo quòd ſcientia ſecundum rationem ſcientiæ non dicit aliquam cauſalitatem, alias A omnis ſcientia cauſa eſſet: ſed inquantum eſt ſcientia artificis operantis res ſic habet rationem cauſæ reſpectu rei operatę per artem. Vnde ſicut eſt cauſalitas artificis per artem ſuam, ita conſideranda eſt cauſalitas diuinę ſcientiæ. Eſt ergo iſte proceſſus in productione artificiati. primo ſcientia artificialis oſtendit finem: ſecundo voluntas eius intendit finem illum: tertio voluntas imperat actū, per quem educatur opus, circa quod op⁹ ſcientia artificis ponit formam conceptam. Vnde ſcientia ſe habet vt oſtendēs finem & voluntas vt dirigens actum & informans opus operatum. & ideo conſtat quòd quicquid accidit in effectu per defectum a forma artis vel a fine non reducitur in ſcientiam artificis ſicut in cauſam. Patet etiam ꝙ principalitas cauſalitatis conſiſtit penes voluntatem quæ imperat actum. Vnde patet quòd malum quod eſt deuiatio a forma & a fine non cauſatur a ſcientia Dei: ſed tantum cauſalitatem habet reſpectu bonorum ſecundum quòd cōſequūtur formam diuinę artis & finem non tamen quòd reſpectu horum dicat perfectam rationem cauſalitatis niſi ſecundum ꝙ adiungitur voluntati, & ideo in littera dicitur quòd ſcientia beneplaciti eſt cauſa rerum. Et propter hoc etiam Aui. dicit, ꝙ inquantum Deus cognoſcit eſſentiam ſuam & amat vel vult eā ſecundum quòd eſt principium rerum quarum vult ſe eſſe principium fluunt res ab eo.

D. 475. lib. de intellig. cap. 1.

*Inconuenientia oſtendit quæ ſequerentur, ſi diceretur, ſcientia uel præſcientia, cauſa omnium rerum quæ ei ſubſunt.*

QVod ſi ita eſt, eſt ergo cauſa omnium malorum, cum omnia mala ſciantur, & præſciantur a Deo, quod longe eſt a veritate. Si enim Dei ſcientia vel præſcientia cauſa eſſet malorum, eſſet vtique Deus author malorum, quod penitus falſum eſt. Non ergo ſcientia vel præſcientia Dei, cauſa eſt omnium quæ ei ſubſunt.

*Quod res futuræ non ſunt cauſa ſcientiæ uel præſcientiæ Dei.*

NEque etiam res futurę cauſa ſunt Dei præſcientiæ, licet enim non eſſent futurę niſi præſcirentur a Deo, non tamen ideo præſciuntur, quia futuræ ſunt. Si enim hoc eſſet, tūc eius quod æternum eſt aliquid exiſteret cauſa ab eo alienum, ab eo diuerſum, & ex creaturis penderet ſcientia creatoris, & creatum cauſa eſſet increati. B Origenes tamen ſuper epiſtolam ad Romanos ait. Non propterea aliquid erit, quia id ſcit Deus futurum: ſed quia futurum eſt, ideo ſcitur a deo antequàm fiat. Hoc videtur præmiſſis verbis Auguſt. obuiare. Hic enim ſignificari videtur, quòd res futuræ cauſa ſint præſcientiæ. Ibi vero quòd præſcientia cauſa ſit rerum futurarum.

C *Quid ex prædictis tenendum ſit, cum determinatione authoritatum.*

HAnc igitur, quæ videtur, repugnantiam de medio tollere cupien

D ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſcientia artificis nō eſt cauſa defectus qui contingit in arteficiato, quamuis etiam eſſet præſcitus ab eo, nec etiam eſt completa cauſa artificiati niſi addatur voluntas. vt dicit Philoſophus in 9. metaphy. & ſimiliter eſt etiam de ſcientia Dei. Text. 3.

¶ Ad ſecundum, dicendum, quòd mala nō cognoſcuntur a Deo per ſimilitudinem ſuam: ſed per ſimilitudinem bonorum, vt prius dictum eſt. & ideo non ſequitur quòd ſit cauſa niſi bonorum. diſti. 36. q. 1. art. 2.

¶ Ad tertium, dicendum quod inquantum ſciētia Dei eſt ſicut exemplar per modum artis rerum ſic dicitur menſura earum vnde mala ſicut deficiunt a participatione formæ artis, ita deficiunt a rectitudine menſuræ. Et propter hoc etiam malum diffinitur ab Aug. quod eſt priuatio modi inquantum deficit a mēſura, ſpeciei inquantum deficit ab imitatione exemplaris: ordinis inquantum deficit a fine. lib. de Natura boni. c. 4. & ſequē. to. 6.

E ¶ Ad quartum dicendum, quòd voluntas habet completam rationem cauſæ inquantum obiectum eius eſt finis ſecundum rationem boni qui eſt cauſa cauſarum. vnde & imperium ſuper alias vires habet, & ideo abſolute voluntas Dei cauſa rerum dicitur de ſcientia autem non ſimiliter ſe habet ſicut de voluntate. vt dictum eſt, nec etiam ita comparatur ſcientia ad ſcitum ſicut vita ad viuentem, vnde patet quod non ratio concludit. corp. art.

Quintum concedimus.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut creaturæ non exeunt a Deo per neceſſitatem naturæ vel potentiæ naturalis, ita nec per neceſſitatem ſcientiæ, ſed per libertatem voluntatis in qua completur ratio cauſalitatis, & ideo non quandocunque ſciuit creauit. ſed quandocunque voluit.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum ſcientiam Dei ſit uniformiter de rebus ſcitis.*

1. q. 14. ar. 5 De uerit. q. 2. ar. 13. De ſpiri. & ani. c. 23. to. 3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſcientia Dei non vniformiter ſit de rebus ſcitis. Omnis enim ſcien-

ſcientia quæ eſt de rebus aliter quàm ſint, eſt falſa: ſed ſcientia Dei veriſſima eſt, cum igitur omnes res non habeãt vnum modum, videtur quòd non vniformiter ſit de omnibus. F

¶ 2 Præter. Secundum Augu. alius modus cognitionis eſt cognoſcere rem per ſui eſſentiam & per ſui ſimilitudinẽ: ſed Deus ſeipſum per eſſentiã ſuam cognoſcit: creaturas vero per ſimilitudines earum in ipſo exiſtentes. ergo non vniformiter ſeipſum & creaturas cognoſcit.

Vbi ſupra. diſt. 36. q. 1 art. 2.

¶ 3 Præter. Vt ſupra habitum eſt, Deus bona cognoſcit per ſe, mala autem per aliud: ſed hoc facit diuerſum modũ cognitionis, ergo non vniformiter omnia cognoſcit.

¶ 4 Præter. Secundum Dio. in 7. de di. no. Deus eodem modo cognoſcit res quo rebus eſſe tradidit: ſed ſecundum Aug. alia ratione creauit hominem & equũ, ergo alia ratione cognoſcit, & ita non vniformiter de omnibus eſt.

Aug. lib. 83 quæſt. q. 46. to. 4. ubi ſu.

tes, dicimus res futuras nullatenus cauſam eſſe præſcientiæ vel ſcientię dei, nec ideo præſciri vel ſciri, quia futuræ vel factę ſunt, ita exponentes quod ait. Orig. quia futurum eſt, ideo ſcitur a deo antequam fiat, ideſt, quod futurum eſt, ſcitur a deo antequam fiat, neque ſciretur niſi futurum eſſet. vt non notetur ibi cauſa, niſi ſine qua non fieret. Ita etiam dicimus ſcientiam vel præſcientiam dei non eſſe cauſam eorum quæ fiunt, niſi talem ſine qua non fiunt, ſi tamen ſcientiam ad notitiam tantum referamus. Si uero nomine ſcientię includitur etiam beneplacitum atq; diſpoſitio, tunc recte poteſt dici cauſa eo- G rum quę deus facit. His enim duobus modis, vt ſuperius prætaxatum eſt, accipitur cognitio vel ſcientia dei, ſcilicet pro notitia ſola, vel pro notitia ſimul & beneplacito. Hoc modo forte accepit Auguſtinus dicens. †Ideo ſunt, quia nouit, id eſt, quia ſcienti placuit, & quia ſciens diſpoſuit. Et hic ſenſus ex eo adiuuatur; quia de bonis ibi tantum agit Auguſt. ſcilicet de creaturis, & de his quę deus facit, quæ omnia nouit non ſolum ſciẽtia, ſed etiam beneplacito ac diſpoſitiõe. Sic ergo ibi accipitur dei cognitio, vt non modo notitiam, ſed etiam beneplacitum dei ſignificet. Mala vero ſcit deus & præſcit ante- H

Sed contra. Diony. in eodem capitulo dicit, quòd materialia immaterialiter cognoſcit & multa vnite, & ſic de aliis. ergo videtur quòd ſit vniformiter de omnibus.

¶ Præt. Modus cognitionis præcipue attenditur penes rationẽ medii, ex cuius diuerſitate de eodem poteſt haberi opinio & ſcientia: ſed Deus eodem medio omnia cognoſcit, ſcilicet per eſſentiã ſuam, vt in eodem capitulo. Diony. dicit. ergo de omnibus eſt vniformiter.

Respondeo, Dicendum, quòd in qualibet cognitione poteſt conſiderari duplex modus, ſcilicet modus rei cognitę, & modus cognoſcentis. Modus quidem rei cognitæ non eſt modus cognitionis, ſed modus cognoſcentis, vt dicit Boe. Quod patet ex hoc quòd eiuſdem rei cognitio eſt in ſenſu cum conditionibus materialibus, quia ſenſus eſt potentia in materia. In intellectu autem, quia immaterialis, eſt eiuſdem cognitio eſt ſine appenditiis materiæ. Cuius ratio eſt, quia cognitio non fit niſi ſecundum quod cognitum eſt in cognoſcente: unumquodque autem eſt in aliquo per modum ipſius & non per modum ſui, vt patet ex lib. de cauſis, & ideo oportet, quòd cognitio fiat ſecundum modum cognoſcentis. Quia ergo in intellectu diuino ẽ ſumma vnitas, iõ eius cognitio ẽ vniformis de oĩbus: oĩa. n. in eo vnũ ſunt. Cũ ergo quærit: vtrũ Deus oĩa uniformiter cognoſcat, diſtinguẽdum eſt: quia aduerbium põt dicere modũ actus cognitionis, & ſic verum eſt, vel modum obiecti. & ſic falſum eſt: quia Deus non tantum ſcit rem, ſed proprium modũ rei. vnde ſcit diuerſis diuerſos modos ineſſe: & ſimiliter dicendum eſt ad omnes ſimiles quæſtiones. I

5. de conſo. proſa. 5.

Propo. 10.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur ſcientia quę eſt de re aliter quàm ſit eſt falſa, eſt duplex. Quia aduerbium aliter poteſt deſignare modum ipſius ſcientiæ, & ſic falſum eſt, quia ſcientia una eſt materialis de rebus materialibus. Vel poteſt deſignare modum ſcitorum, & ſic verum eſt. vnde ad propoſitum non concludit. K

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentia Dei per quam ſeipſum cognoſcit Deus, eſt etiam ſimilitudo per quam cognoſcit omnia creata, & ita per idem medium ſe & alia cognoſcit. Vnde ex parte cognoſcentis inuenitur vnitas: ſed ex parte cognitorum diuerſitas, quia aliquod eorum, ſcilicet ipſe Deus, ſe habet per identitatem ad medium illud, alia per imitationem, ſcilicet ipſe creaturæ.

¶ Ad tertium dicẽdum ſimiliter, quòd Deus eodem medio, ſcilicet eſſentia ſua cognoſcit & bona & mala, ſed ad hoc medium diuerſimode comparantur bona quæ ipſum imitantur, & mala quæ ab ipſo diſcedunt.

¶ Ad qoartum dicendum, quòd vna eſſentia diuina eſt per quã eſſe omnibus tradidit, per quam omnia cognoſcit, vt idem Diony. dicit. Alietas aũt rationum eſt ex diuerſitate reſpectuũ, qui attenduntur ſecundum diuerſitatem rerum.

cap. 7. de diu. no.

Articvlvs III.

c *Vtrum ſcientia Dei ſit enuntiabilium.*

1. p. q. 14. D. q. 2. ar.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd ſcientia Dei non ſit enuntiabilium. ſcientia enim Dei eſt de rebus p ideas earum, ſed idea eſt ſimilitudo rei incomplexæ. ergo videtur quòd complexorum vel enũtiabilium Deus ſcientiam non habeat.

diſt. 35. εἰδέα.

¶ 2 Præter. Vt dicitur in tertio de anima, qñ intellectus intelligit affirmationẽ & negationem, fit quædam compoſitio: ſed in diuino intellectu nulla eſt compoſitio. ergo enuntiabilia non cognoſcit.

Tex. 21. 15. de trin. c. 13. to. 3.

¶ 3 Præter. Sicut ibidem dicitur, operationi qua intellectus affirmat aliquid aut negat admiſcetur tẽpus: vnde omnis enuntiatio cum tempore ſignificat: ſed intellectus diuinus omnino abſolutus eſt a tempore. ergo non eſt enuntiabilium.

¶ 4 Præter. Intellectus diuinus eſt ueriſſimus, cui nulla falſitas admiſceri poteſt: ſed duarum operationum intellectus vni admiſcetur falſitas, ſcilicet ei qua affirmat aliquid aut negat, alteri vero non, qua, ſcilicet intuetur quidditatem rei, vt in tertio de anima dicitur. ergo videtur quòd iſta tantum operatio ſit Deo attribuenda, & non prima qua enuntiabilia cognoſcũtur. Tex. 22.

Sed contra. Noſtra ſcientia non tantum eſt de rebus ſed etiam de enuntiationibus. ſi ergo eſſentia Dei non eſſet de enunciationibus eſſe imperfectior quàm noſtra.

¶ Præt. Quicquid prædicit Deus ſcit: ſed multa enuntiabilia per prophetas prædixit, ſicut virginem parituram. Iſa. 7. ergo enuntiabilia ſcit.

Respondeo Dicendum, quòd ſecundum opinionem Auicen. & ex dictis Alga. videtur ſequi, quòd Deus enuntiabilia neſciat, & præcipue in rebus ſingularibus, quia ponunt quòd ſcit ſingularia tantum vniuerſaliter, ideſt, ſecundum quòd ſunt in cauſis vniuerſalibus & non particulariter, ideſt, in natura particularitatis ſuę. Vnde concedunt, quòd ſcit hoc indiuiduum & illud: ſed non ſcit hoc indiuiduum nunc eſſe, & poſtmodum nõ eſſe, ſicut ſi aliquis ſciret eclipſim quæ futura eſt cras in ſuis cauſis vniuerſalibus, non tamen ſciret an modo eſſet, vel non eſſet, niſi ſenſibiliter videret. Sed quia ſupra oſtẽſum eſt, quòd Deus non ſolum habet huiuſmodi cognitionem de particularibus: ſed perfectam inquantum cognoſcit ea in ſua particularitate ſecundum omnes conditiones indiuiduales quæ in eis ſunt: ideo dicendum eſt, quòd Deus non ſolum cognoſcit ipſas res, ſed etiam enuntiabilia & complexa, tamẽ ſimplici cognitione per modum ſuum, quod ſic patet. Cum in re duo ſint, quidditas rei, & eſſe eius, his duobus reſpõdet duplex operatio intellectꝰ. Vna quæ dicitur a philoſophis formatio qua apprehẽdit quidditates rerum, quæ etiam dicitur indiuiſibilium intelligentia. Alia autem comprehendit eſſe rei componendo affirmationẽ, quia etiam eſſe rei ex materia & forma compoſite, a qua cognitionem accipit, conſiſtit in quadam compoſitione formæ ad materiam, vel accidentis ad ſubiectum. Similiter etiã in ipſo Deo eſt conſiderare naturam ipſius & eſſe eius, & ſicut natura ſua eſt cauſa & exemplar omnis naturæ, ita etiam eſſe ſuum eſt cauſa & exemplar omnis eſſe. Vnde ſicut cognoſcendo eſſentiam ſuam cognoſcit omnem rem, ita cognoſcendo eſſe ſuum, cognoſcit eſſe cuiuslibet rei, & ſic cognoſcit omnia enuntiabilia, quibus eſſe ſignificatur, non tamen diuerſa operatione nec compoſitione ſed ſimpliciter, quia eſſe ſuum non eſt aliud ab eſſentia, nec eſt compoſitum conſequens, & ſicut per idem cognoſcit bonum & malum, ita per idem cognoſcit affirmationes & negationes.

Trac. 8. ca. 6. diſt. 36. q. 1. arti. 1.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd aliud eſt de forma exiſtente in mente artificis, & de idea rei quæ eſt in mente diuina, quia forma quæ eſt in mente artificis, non eſt cauſa totius quod



quod eſt in artificiato, ſed tantum formæ. & ideo eſſe hanc domum &c. quæ conſequuntur naturam per formam artis, neſcit niſi ſenſibiliter accipiat: ſed idea, quæ eſt in mente diuina eſt cauſa omnis eius quod in re eſt. vnde per ideam, non tantum cognoſcit naturam rei, ſed etiam hanc rem eſſe in tali tempore, & omnes conditiones, quæ cõſequuntur rem, vel ex parte materię, vel ex parte formæ. A

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd ipſum eſſe diuinum quod eſt ſimplex, eſt exẽplar omnis eſſe compoſiti quod in creatura eſt: & ideo per eſſe ſuum ſimplex cognoſcit ſine compoſitione intellectuum, vel diuiſione omne eſſe, vel non eſſe, quod rei conuenit: ſed intellectus noſter cuius cognitio a rebus oritur, quæ eſſe compoſitum habent, non appræhẽdit illud eſſe, niſi componendo & diuidendo, & de tali intellectu Philoſophus loquitur.

†Trac. c. 53. to. 9.

quàm fiant: ſed ſola notitia, nõ beneplacito. Pręſcit enim deus & prædicit etiam quæ non eſt ipſe facturus, ſicut pręſciuit & prędixit infidelitatem iudæorum, ſed non fecit. Nec ideo quia præſciuit, ad peccatum ĩfidelitatis eos coegit, nec pręſciſſet, vel prędixiſſet eorũ mala, niſi eſſent ea habituri. Vnde Aug. ſuper Ioan. Deus, inquit, futurorum præſcius, per prophetam prædixit infidelitatem iudęorum, ſed non fecit, neque præſciſſet mala eorum, niſi ea haberent. Non. n. ideo quẽquã ad peccandum cogit, quia futura hominũ peccata prænouit. Illorũ enim præſciuit peccata non ſua. Ideoque ſi ea quę ille pręſciuit ipſorum non ſunt, nõ vera ille pręſciuit. Sed quia il- B lius præſcientia falli nõ poteſt, ſine dubio nõ alius, ſed ipſi peccant, quos deus peccatores eſſe pręſciuit. Et ideo ſi non malum ſed bonum facere voluiſſent, non malum facturi pręuiderentur ab eo, qui nouit quid ſit quiſque facturus. His verbis aperte oſtenditur, ſi diligenter attẽdamus pręſciẽtiam dei non eſſe cãm malorum quę pręſcit, quia non ea pręſcit tãquam facturus nec tanquam ſua, ſed etiam illorum qui ſunt ea facturi, vel habituri. Præſciuit ergo illa ſola notitia, ſed non beneplacito authoritatis. Vñ datur intelligi, ꝙ deus econuerſo pręſcit bona tãquam ſua, tanquam ea quæ facturus eſt, vt illa præſciendo ſimul fuerit ipſius notitia, & authoritatis beneplacitum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ operationi intellectus noſtri componentis, & diuidentis admiſcetur tempus duplici de cauſa. Tum ex parte ſua, quia accipit ſcientiam a continuo & tempore, ſcilicet a ſenſu & imaginatione. Tum ex parte intellectorum, quæ in tempore ſunt. In operatione autem diuini intellectus, aduenit tempus tantum ex parte intellectorum, quia ſicut alias res determinate cognoſcit, ita & tempus. vnde cognoſcit hanc rem eſſe in tali, vel in tali tempore: ſed ex parte ipſius intellectus, nullum tempus, vel aliqua ſucceſſio aduenit, quia temporalia intemporaliter cognoſcit. C

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut operationi intellectus noſtri, qua inſpicit quidditates rerum non admiſcetur falſitas, niſi per accidens, inquantum cognitio quidditatis dependet a cognitione affirmationis, quod contingit in quidditatibus compoſitis, & non in ſimplicibus, vt dicitur in 9. Metaph. Ita operationi intellectus diuini non poteſt aduenire falſitas, nec in comprehendendo naturas rerũ, nec in comprehendendo enuntiabilia, quia vtrunque eadem operatione cognoſcit, & per vnũ idem ſimplex, vt ex dictis patet. D

Tex. 22.

corp. art.

Articvlvs IIII.

d *Vtrum ſcientia Dei ſit non entium.*

1. par. q. 14. art. 9. de veri. q. 2. ar. 8. 1. cont. c. 66

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei non poſſit eſſe non entium. Scientia enim importat reſpectum ad ſcibile. Sed ea, quæ dicunt reſpectum ad creaturam non dicuntur de Deo, niſi creaturis exiſtentibus, vt dominus & creator & huiuſmodi, ergo videtur, quòd non poſſit Deus dici ſcire res aliquas, niſi quando ſunt.

¶ 2 Præt. Scientia non eſt niſi verorum, vt in poſterioribus dicitur: ſed verum & ens conuertuntur, ergo non eſt niſi entium.

1. poſt. Tex. 5.

¶ 3 Pręter. Scientia Dei eſt menſura ſcitorum: ſed ea quæ non ſunt non menſurantur alicui, ergo eorum non eſt ſcĩa Dei.

¶ 4 Præt. Primum cadens in apprehenſione intellectus eſt ens, vt Auicen. dicit: ſed nulla virtus poteſt cognoſcere aliquid niſi præſuppoſita ratione primi obiecti, ſicut viſus, nihil videt ſine lumine, ergo nec aliquis intellectus poteſt cognoſcere niſi entia.

Tract. 1. meta. c. 6.

Sed contra. Quicquid eligitur ſine errore, hoc ſcitur: ſed ſecundum Auguſt. eliguntur quæ non ſunt: nec tamen errat qui eligit, ſcilicet Deus. ergo videtur, quòd eorum quæ non ſunt, notitiam habeat.

lib. de præ-deſt. ſanct. c. 17. to. 7.

¶ Præt. Sicut ſe habet ſcibile ad ſcientiam noſtram vt prius, ita ſe habet ſcientia Dei ad ſcibilia, vt prior eis: ſed quędam ſcibilia ſunt, quorum non habemus ſcientiam, vt Philoſophus tradidit. ergo & ſcientia Dei poteſt eſſe eorum, quæ non ſunt. A

1. poſteri. tex. 6.

Respondeo, Dicendum, quòd quicquid cognoſcitur aliquo modo oportet eſſe, ad minus in ipſo cognoſcente. vnde & Auic. dicit, quòd de eo quod omnino eſt non ens, nihil poteſt enunciari. Vnde ſecundum quòd aliqua ſe habent ad eſſe, ita ſe habent ad diuinam cognitionẽ. Eſſe autem rei, poteſt tripliciter conſiderari. Vel prout eſt in propria ſua natura ex ſuis principijs educta: vel prout eſt in potentia alicuius cauſæ: vel prout eſt in apprehenſione alicuius cognoſcentis. Omnia ergo illa, quæ habent eſſe in ſua natura ſecundum quodcunq; tempus, Deus ab æterno ſciuit, & apprehendendo naturam ipſorum, vt videndo ea eſſe, non tantum in cognitione ſua, vel potentia alicuius cauſæ: ſed etiam in eſſe naturæ, quod patet: quia conſtat, quòd re exiſtẽte cognoſcit Deus ipſum eſſe quod habet in propria natura, Si autem ab æterno non cognouiſſet niſi eſſe eius quod eſt in cognitione, vel in potentia cauſæ, cognitio ſua proficeret per temporum ſucceſſiones, & talia dicitur Deus ſcire ſcientia viſionis. Res autem illas quarum eſſe in nullo tempore eſt in propria natura, cognoſcit eſſe in potentia cauſæ, vel creaturę deficientis ſicut mala, vel in potentia operatiua ſua ſicut bona. Scit etiam ea eſſe in cognitione ſua inquantum ſcit ſe cognoſcere ea, & poſſe ſe facere ea, quantum ad bona, vel poſſe contingere ex defectu creaturæ, quantum ad mala. Et iſte modus cognitionis nominatur ſcientia ſimplicis intelligentiæ, inquantum ſcilicet per modum iſtum cognoſcitur ipſa ſimplex natura rei, quæ poſſet eſſe, tamen non cognoſcitur ipſam eſſe ſimplex, cuius proprie eſt viſio, ſed ſecundum quid tantum, vt dictum eſt. C

Tract. 7. meta. c. 1.

cor. art.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd omnes relationes, quæ fundantur ſuper aliquam operationem actualem procedentem in creaturis, non poſſunt conuenire Deo, niſi ex tempore creaturis exiſtentibus: ſed relatio importata in ſcientia, potentia, & voluntate non fundatur ſuper aliquam operationem actualiter in creaturam procedentem. & ideo non eſt ſimile. D

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum quòd non entia habent veritatem, ſic ea Deus ſcit: quæ enim erunt poſt mille annos non ſcit ea Deus eſſe nunc, quoniam non eſt verum ea eſſe nunc: ſed ſcit ea futura eſſe tunc, quando verum erit ea eſſe, ſimiliter illa quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt ſcit ea eſſe, in cognitione ſua, & in potentia cauſarum ſuarum, prout eſt verum ea ſic eſſe,

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod non eſt, non ſcitur a Deo, vt commenſuratum actu ſcientiæ ſuæ: ſed vt commenſurabile, & hoc ſufficit ad ſcientię veritatem. E

¶ Ad quartum dicendum, quòd quicquid cognoſcitur, cognoſcitur vt ens, vel in propria natura vel in cauſa ſua, vel in cognitione aliqua, & ſic etiam ſunt entia omnia, quæ Deus cognoſcit.

Articvlvs V.

e *Vtrum ſcientia Dei ſit contingentium.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei non ſit contingentium. Scientia enim Dei eſt cauſa omnium ſcitorum bonorum: ſed omnis cauſa neceſſaria inducit neceſſario effectum: poſita enim cauſa, neceſſario ponitur effectus, niſi cauſa ſit deficiens in minori parte,

1. par. q. 14. art. 13. De verita q. 2. art. 12. 1. cõt. c. 6

parte, ſicut cauſa naturalis: cum ergo ſcientia Dei non ſit deficiens, videtur, quòd id cuius eſt, ſit neceſſarium, & ita non ſit contingentium. F

¶ 2. Præt. Scientia non eſt niſi verorum; ſed in futuris contingentibus non eſt alterum determinate verum, vt Philoſophus probat. ergo videtur, quòd non poſſit eſſe eorum ſcientia diuina. 1. periher. cap. vlt.

*e Contra hoc quod dictum eſt præſcientiam Dei non poſſe falli, oppoſitio.*

AD hoc autem quod ſupra dictum eſt, ſcilicet, præſcientiam Dei falli non poſſe, ſolet a quibuſdam ita opponi. Deus præſciuit hunc lecturum, vel aliquid huiuſmodi; ſed poteſt eſſe vt iſte non legat. ergo poteſt aliter eſſe quàm Deus præſciuit. ergo poteſt falli Dei præſcientia: quod omnino falſum eſt. Poteſt equidem non fieri aliquid, & illud tamen qđ præſcitum eſt fieri. Non ideo tamen poteſt falli Dei præſcientia, quia ſi illud non fieret, nec H a Deo præſcitum eſſet fieri. Sed adhuc vrgent quæſtionem dicentes. Aut aliter poteſt fieri quàm Deus præſciuit, aut non aliter. Si non aliter, ergo neceſſario cuncta eueniunt. Si vero aliter, poteſt ergo Dei præſcientia falli vel mutari. G Sed poteſt aliter fieri, quia poteſt aliter fieri quàm fiat. Ita autem fit vt præſcitum eſt, aliter ergo poteſt fieri quàm præſcitum eſt. Ad quod dicimus, illam locutionem multiplicem facere intelligentiam, ſcilicet aliter poteſt fieri quàm Deus præſciuit, & huiuſmodi, vt poteſt non eſſe quod Deus præſciuit, & impoſſibile eſt non eſſe quod deus præſciuit, & impoſſibile eſt non eſſe præſcita oĩa q̄ fiunt, & huiuſmodi. Poſſunt enim hæc coniunctim intelligi, vt conditio ſit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas, non poteſt aliter fieri quàm Deus præſciuit, ideſt, non poteſt vtrunque ſimul eſſe, ſcilicet, quòd Deus ita præſciuerit fieri, & aliter fiat, verum intelligis. Si autem per diſiunctionem intelligas, vt dicas hoc aliter non poſſe euenire, quàm euenit, & quomõ futurum Deus præſciuit, falſum eſt. Hoc enim aliter poteſt euenire quàm euenit, & tamen deus hoc modo futurum præſciuit. Similiter & alia determinatio, ſcilicet, impoſſibile eſt illud non euenire quod Deus præſciuit, vel cum Deus preſcierit. Si coniunctim intelligas, verum dicis. Si diſiunctim, falſum. Ita etiam & illud. Impoſſibile eſt non eſſe præſcitum omne quod ſit, ideſt, non poteſt eſſe vtrunque ſimul, ſcilicet vt fiat, & non ſit preſcitum, hic ſenſus verus eſt. Si B vero dicis Deum non potuiſſe non preſcire, omne quod fit, falſum eſt. Potuit enim facere vt non fieret, & ita non eſſe præſcitum.

¶ 3 Præt. Si ſit contingentium, ponatur, quòd Deus ſciat Sor. currere: inde ſic. Aut eſt poſſibile Sortem nõ currere, aut impoſſibile. Si non eſt impoſſibile ipſum non currere, ergo ab æquipollenti, neceſſe eſt ipſum currere: & ſic habetur propoſitum, quòd illud cuius eſt ſcientia Dei, ſit neceſſarium. Si autem poſſibile eſt ipſum non currere, ponatur ergo. Poſſibile enim eſt ſecundum Philoſophum, quo poſito, non ſequitur inconueniens: ſed poſitum erat, ꝙ Deus ſciret Sortem currere. ergo ſcit eſſe quod non eſt: omnis autem talis ſcientia falſa eſt. ergo ſcientia Dei erit falſa, quod eſt impoſſibile: relinquitur ergo quòd Sor. nõ currere nõ fuit poſſibile: ſed neceſſarium. Si dicatur quòd eſt neceſſarium neceſſitate conſequentiæ & non neceſſitate conſequentis, ſiue neceſſitate conditionata, hac ſcilicet conditione ſi eſt præſcitũ, & non neceſſitate abſoluta. 1. priorum cap. 13.

¶ 4 Contra. In omni vera conditionali, ſi antecedens eſt neceſſarium abſolute, & conſequẽs eſt neceſſarium abſolute. quia ad antecedens ſemper ſequitur conſequens, & ad neceſſarium nunquam ſequitur niſi neceſſarium, ſicut ad verum nunquam ſequitur falſum, quamuis econuerſo, ut probatur in primo poſteriorum: ſed huius conditionalis, Sor. currit, ſi eſt præſcitũ a Deo, antecedens eſt neceſſarium abſolute, tum quia omne præſcitum eſt neceſſarium, & tum quia omne æternum eſt neceſſarium, ergo & Sor. currere eſt neceſſarium abſolute. ergo videtur quòd ſcientia non eſt niſi de neceſſariis. Tex. 17.

¶ 5 Præt. Secundum Philoſophum in lib. priorum, ex maiori de neceſſitate & minori de ineſſe, ſequitur cõcluſio de neceſſitate. Inde ſic: omne ſcitum a Deo neceſſe eſt eſſe verum: ſed hoc eſt ſcitum a Deo. ergo neceſſe eſt eſſe verũ, & ſic idem quod prius. Si dicas, ꝙ iſta eſt duplex, ſcitum a Deo neceſſe eſt eſſe verum, quia poteſt eſſe de dicto, & ſic eſt compoſita & vera. vel poteſt eſſe vera de re, & ſic eſt diuiſa & falſa. hoc enim dictum eſt neceſſarium, ſcilicet ſcitum a Deo eſt verum: ſed hanc rem quæ ponitur ſcita a Deo nón neceſſe eſt fieri, quia contingenter fit. cap. 14.

¶ 6 Contra. Iſta diſtinctio tenet tantum in formis ſeparabilibus, in quibus ſubiectum eſſe poteſt, non autem in formis inſeparabilibus a ſubiecto. Vnde iſtam nullus diſtinguit: Cignum album poſſibile eſt eſſe nigrum, quia albedo a cigno non ſeparatur niſi ſecundum rationem & intellectum. vnde quod non poteſt ſimul eſſe cum albo nõ põt ſimul eſſe cum Cigno: ſed in hoc quod dicitur ſcitũ, importatur quiddã ſemper cõcomitãs ſubiectum, quia quod ſemel eſt ſcitum a Deo, non poteſt nõ eſſe ſcitum ab eo. ergo videtur quòd diſtinctio illa nihil ad propoſitum valeat. Si dicas quòd contingens quando futurum eſt, poteſt non eſſe. Sed non ex quo ponitur præſens vel præteritũ & ſic Deus cognitionem eius habet.

¶ 7 Contra. oĩs ſciẽtia quæ eſt de aliquo præſente, de quo non erat quãdo futurum erat, recipit additionem ſecundum temporum ſucceſſionem. Sed ſciẽtia Dei nihil accipit additionis a rebus, nec eſt in ea aliqua ſucceſſió ſecundum tempora, ergo ſi futura contingentia nõ cognoſcit vt futura ſunt, nullo modo eſt contingentium, vt ſunt præſentia vel præterita.

SED CONTRA. Ea quæ ſubſunt libe. arbit. ſunt maxime contingentia: ſed horum cognitionẽ Deus habet, alias non redderet vnicuiq; ſcdm opera ſua: ergo ſua ſcientia eſt cõtingẽtium.

¶ Præter. Supra habitum eſt, quòd ſcientia Dei eſt omnium: ſed non omnia ex neceſſitate contingunt, vt ad ipſum ſenſum patet, & a philoſophis probatum eſt, & in fide ſuppoſitum eſt. ergo ſcia Dei non tm̃ eſt neceſſariorum, ſed ẽt contingentium. art. præced. 6. Metaph. tex. 6.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ pp huiuſmodi difficultates, qdã philoſophi negauerunt, Deũ de particularibus contingentibus cognitionem habere, cogitãtes intellectum diuinum ad modum intellectus noſtri. & ideo errauerunt. Auerr. 11. Meta. text. 10. 51. Quòd autem intellectus diuinus non impediatur a cognitione particularium ratione particulationis quæ eſt ex materia, ſicut intellectus noſter impeditur: in 36. diſ. oſtenſum eſt. Quæſt. 1. art. 1. Et ideo nunc reſtat inquirere: vtrum impediatur ratione cõtingentiæ: contingẽtia enim videntur duplici ratione effugere diuinam cognitionem. Primo, propter ordinem cauſæ ad cauſatum: quia cauſæ neceſſariæ & immutabilis, videtur eſſe effectus neceſſarius. vnde cum ſcientia Dei ſit cauſa rerum & ſit immutabilis, videtur, quòd poſſit eſſe contingentium. Secundo propter ordinem ſcientiæ ad ſcitum: quia cum ſcientia ſit certa, cognitio, ex ipſa ratione certitudinis, etiam excluſa cauſalitate, requirit certitudinem, & determinationem in ſcito, quam contingentia excludit, vt patet in ſcientia noſtra, quæ non eſt cauſa rerum, & in ſcientia Dei reſpectu malorum: ſed neutrum horum remouet ſcientiam contingentium a Deo, & de primo quidem ſatis manifeſte poteſt accipi. Quandocunque enim ſunt cauſæ multę ordinatæ, effectus vltimus non ſequitur cauſam primam, in neceſſitate & contingentia: ſed cauſam proximam, quia virtus cauſæ primæ, I recipitur in cauſa ſecunda, ſecundum modum cauſæ ſecundę. Effectus enim ille, non procedit a cauſa prima, niſi ſecundum quòd virtus cauſę primæ recipitur in ſecunda cauſa, vt patet in floritione arboris, cuius cauſa remota, eſt motus ſolis, proxima autem, virtus generatiua plantæ. floritio autem poteſt impediri per impedimentum virtutis generatiuæ, quamuis motus ſolis inuariabilis ſit. Similiter etiam ſcientia Dei eſt inuariabilis cauſa omnium: ſed effectus producuntur ab ipſo per operationes ſecundarum cauſarum: & ideo mediantibus cauſis ſecundis neceſſarijs, producit effectus neceſſarios, vt motum ſolis & huiuſmodi: ſed mediantibus cauſis ſecundis contingentibus, producit effectus contingentes. Sed adhuc manet dubitatio maior de ſecunda, quia cauſa prima neceſſaria, poteſt ſimul eſſe cum defectu cauſæ ſecundę, ſicut motus ſolis cum ſterilitate arboris: ſed ſcientia Dei non poteſt ſimul ſtare cum defectu cauſæ ſe- K cundæ. Non enim poteſt eſſe, quòd Deus ſciat ſimul hunc curſurum, & iſte deficiat a curſu, & hoc eſt propter certitudinem ſcientiæ, & non propter cauſalitatem eius. Oportet enim inuenire ad hoc quòd ſcit certa ſcientia aliquam certitudinem in ſcito. Sciendum eſt igitur, quòd antequàm res ſit, non habet eſſe niſi in cauſis ſuis: ſed cauſę, quædam ſunt ex quibus neceſſario ſequitur effectus, quæ impediri non poſſunt, & in iſtis cauſis habet cauſatum eſſe certum & determinatum: adeo quòd poteſt ibi demonſtrare ſciri: ſicut eſt ortus ſolis, & eclipſis, & huiuſmodi. Quædam autem ſunt cauſæ, ex quibus conſequuntur effectus, vt in maiori parte: ſed tamen deficiunt in minori parte: vnde in iſtis cauſis, effectus futuri non habent certitudinem abſolutam: ſed quandam, inquantum ſunt magis determinatę cauſæ ad vnum quàm ad aliud: & ideo per iſtas cauſas poteſt accipi ſcientia coniecturalis de futuris, quę tanto magis erit certa, quanto cauſę ſunt magis determinatę ad vnum, ſicut eſt cognitio medici de ſanitate & morte futura, & iudicium aſtrologi de ventis & pluuijs futuris. Sed quædam cauſæ ſunt, quæ ſe habent ad vtrunque, & in iſtis cauſis effectus de futuro nullam habent certitudinem vel determinationem: & ideo contingentia ad vtrumlibet in cauſis ſuis, nullo modo cognoſci poſſunt. Sed quando iam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in ſe ipſis eſſe determinatum: & ideo quando ſunt in actu certitudinaliter cognoſcuntur, vt patet in eo q videt Sor. currere: qa Sor. currere dũ currit neceſſariũ eſt, & certam cognitionẽ habere poteſt. Dico igi͛, quòd intellectus diuinus intuetur ab æterno vnumquodque contingentium non ſolum prout eſt in cauſis ſuis; ſed prout eſt in eſſe ſuo determinato, cũ enim re exiſtente ipſam rem videat, prout in eſſe ſuo determinato eſt, aliter cognoſceret rem poſtquàm eſt: quàm antequàm fiat, & ſic ex euẽtibus rerum aliquid eius accreſceret cognitioni. Patet etiam, quòd Deus ab æterno non ſolum vidit ordinem ſui ad rem, ex cuius poteſtate res erat futura: ſed ipſum eſſe rei intuebatur. Quod qualiter ſit, euidenter docet Boe. in fine de conſo. Omnis enim cognitio eſt ſecundum modum cognoſcentis, vt dictum eſt. cum igitur Deus ſit æternus, oportet quòd cognitio eius modum æternitatis habeat, qui eſt eſſe totum ſimul ſine ſucceſſione. Vnde ſicut quàmuis tempus ſit ſucceſſiuum: tamen æternitas eius eſt præſens omnibus temporibus vna & eadem & indiuiſibilis, vt nunc ſtant. Ita & cognitio ſua intuetur omnia temporalia, (quamuis ſibi ſuccedentia) vt præſentia ſibi, nec aliquid eorum eſt futurum reſpectu ipſius: ſed vnum reſpectu alterius, vnde ſecundum Boe. melius dicitur prouidentia, quàm præuidentia, quia non quaſi futurum: ſed omnia vt præſentia vno intuitu procul videt, quaſi ab æternitatis ſpecula: ſed tamen poteſt dici preſciẽtia, inquantum cognoſcit id, quod futurum eſt nobis, non ſibi. Quod vt melius pateat exemplis oſtendatur. Sint quinque homines, qui ſucceſſiue in quinq; horis quinque contingentia facta videant. Poſſum ergo dicere, quòd iſti quinque vident hic contingentia ſuccedentia præſentialiter. Si autem poneretur, quòd iſti quinque actus cognoſcentium eſſet actus vnus poſſet dici, quòd vna cognitio eſſet præſentialiter de omnibus illis cognitis ſucceſſiuis. cum ergo Deus vno æterno intuitu non ſucceſſiuo omnia tempora videat, omnia contingentia in temporibus diuerſis ab æterno præſentialiter videt, non tantum vt habentia eſſe in cognitione ſua. Non enim Deus ab æterno cognouit de rebus tantum ſe cognoſcere ea, quod eſt eſſe in cognitione ſua: ſed etiam ab æterno vidit vno intuitu & videbit ſingula tempora, & rem talem eſſe in hoc tempore, & in hoc deficere. Nec tantum videt hanc rem reſpectu præcedentis temporis eſſe futuram, & reſpectu futuri præteritam: ſed videt illud tempus in quo eſt præſens, & rem eſſe præſentem in hoc tempore, quod tamen in intellectu noſtro non poteſt accidere, cuius actus eſt ſucceſſiuus ſecundum diuerſa tempora, & ita patet, quòd nihil prohibet contingentium ad vtrumlibet certam ſcientiam [d] Deum habere, cum intuitus eius ad rem contingentem referatur, ſecundum hoc, quod præſentialiter in actu eſt, quando iam determinatum eſt, & certitudinaliter cognoſci poteſt. 5. de cõſol. proſa vltima ſup. art. 2. corp. D.441.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd a cauſa prima non trahit effectus neceſſitatem; ſed ſolum a cauſa [d] proxima, vt dictum eſt: & ideo ratio non procedit. D.324. corp. art.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd futurum contingens non eſt determinate verum antequàm fiat, quia non habet cauſam determinatam: & ideo eius certa cognitio haberi non poteſt ab intellectu noſtro, cuius cognitio eſt in tempore determinato & ſucceſſiue; ſed dum eſt in actu determinate verum eſt: & ideo a cognitione, quæ eſt præſens illi actui poteſt certitudinaliter cognoſci, ſicut patet etiam de viſu corporali; & quia cognitio diuina ęternitate menſuratur, quæ eadem manens omni tempori præſens eſt, & ideo vnumquodq; contingentium videt prout eſt in ſuo actu. A

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus diuinæ cognitionis tranſit ſupra contingens etiam ſi futurum ſit nunc, ſicut tranſit viſus noſter ſupra ipſum dũ eſt, & qa eſſe quod eſt, qñ eſt neceſſe eſt, quod tamen abſolute non eſt neceſſariũ. ideo dicitur, quòd in ſe conſideratum eſt cõtingens: ſed relatum ad Dei cognitionem eſt neceſſarium, quia ad ipſam non refertur, niſi ſecundum quod eſt i eſſe actuali: & ideo ſimile eſt: ſicut ſi ego videam ſor. præſentialiter currere, quod quidem in ſe eſt contingens: ſed relatum ad viſum meum eſt neceſſarium. vnde bona eſt diſtinctio, ꝙ eſt neceſſarium neceſſitate conſequentiæ & non conſequentis, vel neceſſitate conditionata non abſoluta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad hũc articulum multipliciter reſpondetur. Quidam enim dicunt, quòd hoc antecedens, C ſcilicet hoc eſſe præſcitum a Deo nõ eſt neceſſarium. Et ſi obijciatur, quòd eſt dictum de præterito, ergo eſt neceſſarium: Reſpondent, quòd hoc habet inſtantiam in præteritis, quæ dicunt reſpectum ad futurum, vnde cum dicitur hoc fuiſſe futurum, quàmuis ſit dictum de præterito: tamen quia dependet a futuro non eſt neceſſarium, quia quod fuit quandoque futurum, poteſt non eſſe futurum, quia futurus quis incedere non incedet, vt dicitur in ſecundo de generatione. Sed iſta inſtantia nulla eſt: Tex. 64. Quia quãuis quod fuit futurum, poſſit non eſſe futurum, impeditis cauſis, quæ erant determinatę ad effectum, vt in maiori parte, non tñ poteſt nõ fuiſſe futurum. Semper. n. verum erit dicere, hoc quandoque fuit futurum. Similiter non eſt ad propoſitum, quia cum dicitur preſcitum, non importatur tm̃ ordo ad futurum: ſed etiam actus quidã, qui ſignificatur vt præteritus. Et ideo alij dicunt ſicut vr̃ Magiſter dicere in littera, quòd hoc antecedens non eſt neceſſarium, quia præſcitus, D quãuis ſcdm vocem cõſignificet tp̃s præteritum, tñ ſignificat actũ diuinum cui non accidit præterito: & ideo ſicut Deus poteſt non preſcire, ita poteſt non præſciſſe. Sed iſtud etiam nõ ſoluit, quia quãuis actus diuinus non habeat neceſſitatem coactionis, habet tñ neceſſitatem immobilitatis, loquẽdo de actibus intrinſecis, vt velle, intelligere, & huiuſmodi. vnde non eſt contingẽs non eſſe, ſi ponatur eſſe. Et quia conſequens non põt poni non eſſe, quin etiam antecedens ponatur non eſſe, conſequens non poterit poni non eſſe, Sed hoc certum eſt, ꝙ antecedens poteſt poni eſſe. Verum. n. eſt determinate Deum aliquid futurũ nunc ſcire, & ita ſequitur, ꝙ conſequens non poſſit poni non eſſe, etiam abſolute ſumptum, & multo minus, ꝙ poſſit contingere non eſſe. Et ideo alij dicunt, ꝙ iſtud antecedens eſt contingẽs, quia deſignantur ibi duo, ſ. actus diuinus qui immutabilis eſt, & ordo ad futurum, qui mutabilis eſt mutabilitate rei, & ideo totum iudicandum eſt contingens pp alterum tm̃. Iſtum. n. eſſe E hoĩem album, cõtingens eſt, quãuis eſſe hoĩem ſit neceſſarium. Sed iſtud etiam non vr̃ dubitationem ſoluere. Cum. n. dr̃ Deus præſciuiſſe aliquid, ordo ille ad futurum deſignatur ibi, vt obiectum ſuper quod tranſit actus. Eſt. n. ſenſus, præſciuit, i. ſciuit hoc eſſe futurum. Qñ autem aliquod dictum ponitur, vt materia alicuius actus vt dictum: oportet, ꝙ materialiter ſumatur, & non ſcdm ꝙ ad ſignificationem rei refertur, vt cum dr̃ ſcio iſtum currere. ea aũt, quæ ſic ſumuntur, nullam drĩam contingentiæ, vel neceſſitatis in propoſitione faciunt, tum quia veritas, & neceſſitas propoſitionis ex principali verbo pendet, in quo intelligitur compoſitio, tum etiam, quia dictum hoc modo poſitum, non ſumitur vt verum & falſum, vel vt neceſſariũ vel contingens; ſed vt dictum quoddam tm̃. vnde æqualis neceſſitas vel cõtingentia eſt harum duarum ꝑpoſitionum: dico Sor. cur-

rere, & di co Solem moueri, etiam poſito, quòd ipſum dicere ſit neceſſarium, & ita poſito etiam, quòd ordo ille importatus ad futurum ſit mutabilis, nihil impeditur de neceſſitate antecedentis. Vnde alij dicunt hoc antecedens eſſe neceſſarium: nec tamen conſequens eſt neceſſarium, quia illa maxima intelligitur tantum in illis conditionalibus, in quibus antecedens eſt cauſa proxima conſequentis. Sed hoc etiam, non plene ſoluit, quia regula illa non probatur a Philoſopho ratione cauſalitatis: ſed ex ratione conſequentiæ, ſecundum quam ex neceſſario ſequitur neceſſariũ, ſiue ſit cauſa, ſiue ſit effectus. Et ideo aliter dicendum eſt, quòd antecedens eſt neceſſarium [d] abſolute: Tum ex immobilitate actus: Tum etiam ex ordine ad ſcitum, quia iſta res non ponitur ſubiacere ſcientiæ diuinæ: niſi dum eſt in actu, ſecundum quod determinationẽ, & certitudinem habet. Ipſum enim neceſſe eſt eſſe dum eſt: & ideo ſimilis neceſsitas eſt inferenda in conſequente, vt ſcilicet accipiatur ipſum quod eſt Sor. currere, ſecundum quam eſt in actu, & ſic terminationem, & neceſſitatem habet. Vnde patet, quòd ſi ſumatur Sor. currere ſecundum hoc, quod ex antecedente ſequitur, neceſſitatem habet: non enim ſequitur ex antecedente, niſi ſecundum quod ſubſtat diuinæ ſcientiæ, cui ſubiicitur, prout conſideratur præſentialiter in ſuo eſſe actuali. vnde etiam ſic ſumendum eſt conſequens: quomodo patet, quòd conſequens neceſſarium eſt. neceſſe enim eſt Sor. currere, dum currit.

1. poſt tex. 17.

D. 490.

## DISTIN. XXXIX.

### A

*Vtrum ſcientia Dei poſſit augeri, vel minui, vel aliquo modo mutari. vtrunque enim videtur poſſe probari.*

Præterea queri ſolet, vtrum ſciẽtia Dei poſſit augeri vel minui: vtrunque enim videtur poſſe probari. Quòd .n. diuina ſcientia poſsit augeri vel mutari, hoc modo probatur: quia poteſt Deus ſcire, quod nunquàm ſcit. Eſt enim aliquis qui non eſt lecturus hodie, & tamen poteſt eſſe, vt legat hodie: poteſt enim hodie legere. Nihil autem poteſt fieri, quod non poſsit a Deo ſciri. Poteſt ergo Deus ſcire hunc lecturum hodie. poteſt ergo aliquid ſcire quod non ſcit. ergo poteſt eius ſcientia augeri vel mutari. eadẽq; videtur poſſe minui. Eſt. n. aliquis hodie lecturus, quem

¶ Ad quintum dicendum, quòd iſta. Omne ſcitum a Deo neceſſe eſt eſſe, eſt duplex, eo quòd poteſt eſſe de dicto vel de re, & ſi ſit de dicto, verum eſt, & ſi ſit de re, falſa eſt. Et ſimiliter concluſio dxplex eſt. Et huius diſtinctionis ratio eſt, quia poteſt iſtud ſumi ſecundum conditionem, qua ſubiacet diuinæ ſcientiæ, & hoc eſt ſecundum quod habet eſſe determinatum in actu, & ſic neceſſitatem habet: vel poteſt iſta res ſumi ſine aliqua conditione, & ſic non eſt neceſſaria, quia poteſt ſic conſiderari, vt eſt in cauſis ſuis antequàm ſit in actu, & ibi non habet neceſſitatem, nec ibi eſt ſcita a Deo futura eſſe: non enim ſcit Deus effectum contingentem eſſe determinatum in cauſa ſua, quia eſſet falſa ſcientia, cum in cauſa ſua determinatum non ſit.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quàmuis iſte reſpectus ad rem, ſit inſeparabilis, ſecundum quòd attingit eam: non tamen attingit eam, niſi prout eſt in eſſe actuali ſuo præſentialiter conſiderata. & ideo poteſt fieri diſtinctio ſecundum quòd res illa conſideratur, vt cadens ſub reſpectu illo, vel vt non cadens. Verbi gratia. curſus Sor. ſubiacet certitudini diuinæ ſcientiæ, prout eſt in actu, & hoc non habuit ſemper, quia quandoq; erat in potentia tantum, & ẽm quod ſic tantum erat non erat ſubiicibilis certitudini diuinæ ſcientiæ. ſi. n. Deus vidiſſet ipſam cauſam vt Sor. & non vidiſſet immediate effectum in eſſe ſuo ſicut nos futura cognoſcimus: nunquàm potuiſſet iſtud ſcire: & ideo patet, quòd diſtinctio illa, ſcilicet, quòd poſſit eſſe de re vel de dicto, bona eſt.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd Deus non tantum cognoſcit ea, quæ ſunt nobis præſentia; ſed quæ ſunt nobis præterita, & futura: ſupra quæ tamen omnia intuitus diuinus cadit, ſecundum quòd ſuis temporibus præſentia ſunt. vnde non ſequitur, quòd aliquam rem Deus quandoque ſciat, quam aliquando neſciuit.

## EXPOSITIO TEXTVS.

Q VIA FVTVRVM eſt, ideo ſcitur a Deo. Hic denotatur cauſa conſequentiæ, & non eſſendi. {Illorum enim peccata, pſal. &c.} Quaſi dicat: ſi ſua præſcientia eos ad peccandum cogeret, non ipſi peccarent, quia coacti facerent: ſed ipſe Deus coactor.



## DISTINCTIO XXXIX.

### DIVISIO TEXTVS.

HIC OSTENDIT, cuius cauſa ſit diuina ſcientia. Et diuiditur in partes duas. In prima inquirit, vtrũ ſit inuariabilis. In ſecunda, vtrum ſit vniuerſalis. ibi {Ei vero quod pdictũ eſt &c.} prima in duas. In prima mouet quæſtionem, & obiicit contra veritatem. In ſecunda determinat. ibi {Ad quod dicimus &c.} Et diuiditur in duas. In prima determinat concedendo ea, quæ ponunt variationem ex parte ſcitorum, & non ex parte ſciẽtiæ. In ſecunda determinat, quæ ex parte ſcientiæ variationem important. ibi {Hic opponitur a quibuſdam &c.} Et circa hoc duo facit. Primo negat ea, quę ſimpliciter neganda ſunt. In ſecunda ponit opinionem quorundam, qui concedunt quaſdam locutiones, quę variationem ſcientię ſignificare videntur: retorquentes tamen ad varietatem ſcitorum. ibi {Item a quibuſdam dicitur &c.} {Ei vero quod prædictum eſt.} Hic inquirit vtrum præſcientia vel prouidentia Dei, ſit vniuerſalis cauſa omnium. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit obiectionem. Secundo, determinat eam. ibi {Ex tali itaque ſenſu &c.} Tertio, recapitulat. ibi {Simul itaque &c.

## QVAESTIO PRIMA.

### A

Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. De inuariabilitate ſcientiæ diuinæ.
Secunda. De vniuerſalitate prouidentiæ eiuſdem.

Circa primum tria quæruntur.

Primo. Vtrum Deus poſſit non ſcire illud quod ſcit.
Secundo. Vtrum poſſit aliquid ſcire quod non ſcit, vel plura quàm ſcit.
Tertio. Vtrum Deus ſciat infinita.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus poſſit non ſcire illud, quod eſt ſcitum ab eo.*

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quòd Deus non poſſit non ſcire illud, quod ſcitum eſt ab eo: q̃a ſecundum Aug. Hiero. & Philoſophum in 6. Ethi. Deus non poteſt facere, vt id quod eſt præteritum non fuerit: ſed cum dicitur hoc eſt ſcitum a Deo ſignificatur vt præteritum. ergo non poteſt non eſſe ſcitum ab eo. Si dicas, q̃ eſt præteritum dependens a futuro, hoc nihil eſt, vt prius dictum eſt, quia non importatur in participio tantum ordo ad futurum, vt in hoc participio futurum: ſed etiam actus quidam.

1. par. q. 14. ar. 15. ad 1.

Aug. li. 21. Cont. Fauſtũ 5. to. 6. Hier. ad Euſtachium, ď cuſtodia virgin. to. 2. Diſt. 37. q. 1, art. 5. 1. periherme. cap. vltim. 2. de gener. tex. 68.

¶ 2 Præt. Omne quod eſt neceſſe eſt eſſe dum eſt, vt dicit Philoſophus: ſed ſcire Dei non eſt, niſi vt ens actu cum menſuretur æternitate, in qua nihil præterit, vel ſuccedit. ergo videtur, quòd non poſsit non eſſe, & ita Deus non poſſit non ſcire illud quod ſcit.

¶ 3 Præt. Secundum Philoſophum in ſecundo de generatione, Omne æternum eſt neceſſarium: ſed quodlibet ſcire Dei eſt æternum. ergo eſt neceſſarium. ergo ab æquipolenti non poteſt non eſſe.

¶ 4 Scire ipſius eſt ipſum eſſe eius: ſed ipſe non poteſt non eſſe, ergo non poteſt non ſcire quod ſcit.

SED CONTRA. Quicquid Deus ſcit operando operatur: ſed poteſt non operari quod operatur. ergo poteſt non ſcire illud quod ſcit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut attributa diuina differunt ſecũdum proprias rationes, & ſunt tñ vna res: ita etiã actus



actus attributorum ſequuntur rationes eorum: & ideo alicui actui attribuitur quod alteri non conuenit. Dicimus enim Deum ſcire quod non vult, vel quod non facit. Eſt ergo hæc ratio voluntatis, vt libere actum ſuum producat: quod enim fit voluntate, non fit neceſſitate, vt dicit Auguſt. vnde poteſt velle, & non velle: ſed hoc intelligendum eſt, dum actus eſt in egrediendo a voluntate, quia poſtquàm tranſit, non ſubiacet facultati eius: non. n. poteſt non voluiſſe quod voluit. Similiter nõ ſubiacet facultati eius, vt vtrunq; ſimul producat. Nõ enim poteſt ſimul velle, & nõ velle, & hoc non tantum intelligendum eſt de actu ipſius voluntatis immediato, ſed de omnibus actibus imperatis a voluntate, ſicut cogitare, loqui, & huiuſmodi. Cum igitur actus diuinæ voluntatis ſemper ſit in actu, & nõ pertranſiens in futurum, ſempor eſt quaſi in egrediendo a voluntate, & ideo manet libertas diuinæ voluntatis reſpectu ipſius. Vnde poteſt dici, quòd Deus poteſt nõ velle hoc, non tamen poteſt, vt ſimul velit, & non velit, vel vt nunc velit, & poſtmodum non velit. accipiendo poſt & nunc, ex parte volũtatis, quæ mutabilis eſſe non poteſt. Et quia dictum eſt ſupra de actu diuinæ ſcientiæ, ſecundum quòd eſt cauſa operis eius, vt informans ipſum, quòd eſt imperatus a voluntate: ideo poteſt concedi, quòd Deus hoc modo poteſt [d] non præſcire: non tamen poteſt eſſe, vt ſimul præſciat & non præſciat, vel quòd nunc præſciat, & poſtmodum non prẹſciat, loquendo de præſcientia ex parte ſcientiæ tantum: ita quòd non fiat vis de ratione futuri, quia quod modo eſt futurum, poſtea erit præſens, & tunc non eſſet præſcitum, ſed ſcitum eſt. Et ideo dicendum eſt ſecundum diſtinctionem Magiſtri, quòd ſi accipiatur coniunctim: Deus non poteſt non ſcire quod ſcitum eſt ab eo. Si autem accipiatur diuiſim, ſic eſt in poteſtate ſua ſcire & non ſcire, & hæc libertas demonſtratur cum dicitur, quòd Deus poteſt hoc non ſcire.

† c. 13. to. 3.

diſt. 8. q. 3. artic. 1.

D. 478. Et 925.

ait. 38.

Deus ſcit lecturum. *a.* At poteſt eſſe, vt non legat. ergo poteſt Deus non ſcire hunc lecturum, poteſt ergo non ſcire aliquid quod ſcit. ergo poteſt minui eius ſcientia vel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei ſcientia omnino immutabilis eſt, nec augeri poteſt vel minui. Nam vt ait Auguſ. in 15. lib. de trinita. Scientia Dei eſt ipſa ſapientia, & ſapientia eſt ipſa eſſentia ſiue ſubſtantia Dei, quia in illius naturæ ſimplicitate mirabili, non eſt aliud ſapere & aliud eſſe: ſed quod eſt ſapere, hoc eſt & eſſe. Ideoque nouit omnia verbum, quæ nouit pater: ſed ei noſſe de patre eſt, ſicut eſſe. Noſſe enim & eſſe ibi vnum eſt. Et ideo patri ſicut eſſe non eſt a filio: ita nec noſſe. Proinde tanquàm ſeipſum dicens, Pater genuit verbum ſibi coęquale per omnia. Non enim ſeipſum integre perfecteq; dixiſſet, ſi aliquid minus aut amplius eſſet in eius verbo, quàm in ſeipſo. Hoc eſt ergo omnino verbum quod pater, nõ tamen eſt pater, quia iſte filius, ille pater. Sciunt ergo inuicem pater & filius: ſed ille gignendo: iſte naſcendo. Et omnia quæ ſunt in eorum ſciẽtia, in eorum ſapientia, in eorum eſſentia, vnuſquiſque eorum ſimul videt, non particulatim aut ſingillatim, velut alternante conſpectu hinc illinc, & inde huc, & rurſum inde, vel inde: in aliud atque aliud, vt aliqua videre non poſsit, niſi nõ videns alia, ſed omnia ſimul videt, quorum nullum eſt quod non ſemper videat & ſciat. Eius itaq; ſciẽtia inamiſsibilis, & inuariabilis eſt. Noſtra vero ſcientia, & amiſsibilis & variabilis, & receptibilis eſt, quia nõ hoc eſt nobis eſſe quod ſapere, vel ſcire. Propter hoc ſicut noſtra ſcientia, illi ſcientiæ Dei diſsimilis eſt, ſic & noſtrum verbum quod naſcitũ de ſcientia noſtra, diſsimile eſt illi verbo quod natum eſt de patris ſcientia. Ex hac authoritate, clare oſtenditur ſcientiam Dei omnino inuariabilem eſſe, ſicut ipſa eſſentia Dei omnino inuariabilis eſt, & quòd pater, & filius, cum ſpiritu ſancto ſimul omnia ſciunt & vident. Sicut ergo non poteſt augeri vel minui diuina eſſentia, ita nec diuina ſcientia, & tamen conceditur poſſe ſcire quod non ſcit, & poſſe non ſcire quod ſcit, quia poſſet aliquid eſſe ſubiectum eius ſcientię quod nõ eſt, & poſſet non eſſe ſubiectum aliquid quod eſt, ſine permutatione ipſius ſcientiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus ſcientiæ diuinæ, nunquàm tranſit in præteritum: ſed ſemper eſt in actu: & ideo ſemper manet in libertate voluntatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illa ſolutio nihil valet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod eſt, neceſſe eſt eſſe dum eſt: abſolute tamen loquendo, non neceſſe eſt eſſe, ita & Deo ſcire, neceſſe eſt dum ſcit: non tamen neceſſe eſt eum ſcire, niſi neceſſitate immobilitatis, quæ voluntatis libertatem non excludit, & hæc libertas ſignificatur cum dicitur, quòd Deus poteſt hoc non ſciro vel non velle.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omne æternum eſt neceſſarium, neceſſitate immobilitatis, quæ libertatem voluntatis non excludit, vt dictum eſt.

diſt. 8. q. 3. art. 1.

A ¶ Ad quintum dicendum, quòd licet eſſe, & ſcire ſint idem ſecundum rem: tamen ſcire ſequitur voluntatem, vt imperatum ab ipſa, eſſe autem non: & ideo eſſe ſuum, non ſubiacet libertati voluntatis, ſicut ſcire operatiuum creaturæ.

### ARTIC. II.

*b Vtrum Deus poſſit ſcire aliquid quod neſcit.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd deus non poſſit ſcire aliquid quod neſcit. Nihil enim exiſtentium cognoſcit Deus, niſi per ideã: ſed non poteſt aliqua idea in ipſo eſſe, quæ non ſit: quia cum idea ſit forma rei in Deo exiſtens, non poteſt intelligi, quòd aliqua forma adueniat deo ſine mutatione eius. ergo non poteſt ſcire ea quæ non ſunt.

† vbi ſupra cap. 13.

¶ 2 Præt. Scientia realiter refertur ad ſcibile, & dependet ad ipſum: ſed mutato eo quod ad aliquid dependet, etiam ipſum mutatur. ergo videtur, quòd ſi aliquid poſſet eſſe ſcitum a Deo, quod non eſt modo ſcitum ab eo, quòd ſcientia eius poſſit mutari.

¶ 3 Præt. Quantitas ſcientiæ, attenditur ſecundum quantitatem ſcibilium: ſicut quantitas virtutis ſecundum quantitatem obiectorum. ergo ad pluralitatem ſcibilium ſequitur augmentum ſcientiæ: ſed ſi poſſet ſcire aliquid quod non ſcit, poſſet plura ſcire quàm ſciat. ergo poſſet augeri eius ſcientia, quod eſt impoſſibile. ergo & primum.

¶ 4 Præt. Supra dictum eſt, quòd Deus non tantum ſcit ea quæ ſunt: ſed ea quæ non ſunt, ab his autem nihil poteſt aliud eſſe, cum nihil ſit medium inter ens & non ens. ergo non poteſt aliquid aliud ſcire ab illis, quę ſcit.

diſt. 38. q. 1. art. 4.

SED CONTRA. Deus poteſt operari quod non operatur: ſed quicquid operatur, operatur per ſuam ſcientiam. ergo poteſt ſcire aliquid aliud ab his, quæ ſcit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd Deus dicitur ſcire aliquid dupliciter, vel ſcientia viſionis, ſecundum quòd videt res, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt, non ſolum in potentia cauſarum ſuarum, ſed etiam in eſſe proprio: vel ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ſecundum quòd ſcit ea quę nullo tempore ſunt, eſſe in potentia cauſarum ſuarum. De hac igitur loquendo Deus non poteſt ſcire aliquid aliud ab his quæ ſcit, quia nihil poteſt eſſe aliud ab his quę ſunt, & quæ poſſunt eſſe. Loquendo autem de ſcientia viſionis, de qua hic Magiſter loquitur: ſic poteſt aliquid aliud videre ab his quæ videt, ſecundum quòd poteſt ei quod habet eſſe in potentia ſua tantum, dare

eſſe in propria natura : ſi tamen hoc in eſſe produceret ab ęterno ab eo eſſet præſcitum : & ideo diſtinguendum eſt hoc etiam ſicut & ſupra. Si.n.intelligatur coniunctim, ſic Deus non poteſt ſcire quod non ſcit, quia iſta duo ſunt incompoſſibilia, ꝙ Deus ſciat aliquid, quod ab æterno neſciuit. Si autem intelligatur diuiſim, ſic eſt verum, & deſignatur poteſtas libertatis. vt ſupra dictum eſt, & nõ mutabilitas ſcientię vel voluntatis. F

art. præced.

art. antece.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ idea ſecũdum eſſentiam eſt vna, & non diſtinguitur niſi per reſpectum ad diuerſa. vnde ſi poneretur aliqua alia res, non fieret additio alicuius formæ, ſed reſpectus tantum. Vel dicendum melius, ꝙ ſicut ipſum ſcire eſt ſubiectum libertati volũtatis: ita & idea ſecundum quòd ad ipſam terminatur actus diuinæ ſciẽtiæ: ſicut ſcientia artificis ad formam artificiati, quam excogitat : & ideo ſimilis eſt ratio de idea, & de actu ſciendi. Sicut.n.non poteſt poni, quòd actus ſciendi ſit in eo, & quòd non fuerit, ita non poteſt deſignari, ꝙ idea ſit in eo, & non fuerit : tamen reſpectu vtriuſque poteſt deſignari libertas voluntatis.

*b Oppoſitio, an Deus poſſit nouiter vel ex tempore ſcire ũel præſcire aliquid.*

HIC opponitur a quibuſdam ita. Si Deus poteſt aliquid ſcire vel præſcire, quod nunquàm ſciuit vel præſciuit. Poteſt ergo ex tempore aliquid ſcire vel præſcire. Ad quod dicimus. Poteſt quidem Deus ſcire vel præſcire omne quod poteſt facere, & poteſt facere quod nunquàm fiet. Poteſt ergo ſcire vel pręſcire quod nũquàm fiet, nec eſt nec fuit, nec illud ſcit vel ſciuit, neque præſcit vel prę ſciuit, quia ſcientia eius non eſt niſi de his, quę ſunt, vel fuerunt, vel erunt, & præſcientia non eſt niſi de futuris. Et licet H poſsit ſcire vel præſcire, quod nunquàm eſt, vel erit : non tamen poteſt aliquid ſcire, vel pręſcire ex tempore. Poteſt vtique ſcire vel præſcire, quod nunquàm eſt, nec erit : nec illud ſcitum vel pręſcitum eſt ab æterno. Nec tamen poteſt incipere ſcire vel præſcire illud: ſed ita poteſt modo ſcire vel præſcire, ſicut poteſt ſciſſe vel præſciſſe ab ęterno. Si.n.dicas G eum modo poſſe ſcire vel præſcire, quod ab æterno non ſciuit vel præſciuit, ideſt, ita ꝙ ab ęterno non ſciuerit vel pręſciuerit, quaſi vtrunque ſimul eſſe poſsit, falſum eſt. Si vero dicas eum poſſe modo ſcire vel præſcire, quod ab æterno non ſciuit vel præſciuit, ideſt, habere potentiam ſciendi vel præſciendi ab æterno, & modo aliquid : nec tamen illud præſcitum eſt vel futurum, verum eſt. Non poteſt ergo nouiter vel ex H tempore ſcire vel pręſcire aliquid, ſicut non poteſt nouiter vel ex tempore velle aliquid, & tamen poteſt velle, quod nunquàm voluit.

D.451. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſcientia noſtra [d] dependet a ſcibili : ſed ſcibile dependet a ſcientia Dei. vnde ſicut ſcientia noſtra variatur ſcibili immobili permanente: ita ſcibile mutatur ſcientia Dei non mutata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis aliquo modo concedatur, quòd Deus poteſt ſcire aliquid aliud ab his quę ſcit : nõ tamen videtur poſſe concedi, quòd poſſit ſcire plura quàm ſcit, quia cum dicitur plura, deſignatur comparatio ad aliquid præexiſtens, cum quo hoc non erat, & hoc non poteſt eſſe, vt iſta duo ſint ſimul vera, prius neſciuit, & modo ſcit, nec hoc ipſe poteſt, & ita patet, quòd cum dicitur poteſt plura ſcire, aliquo modo pertinet ad ſenſum compoſitum. Vnde Magiſter non non ſimpliciter concedit : ſed opinionem narrat, & ſimiliter non debet concedi, quòd ſcientiæ eius aliquid addatur, nec aliquid huiuſmodi, quod facit intellectum ſenſus compoſiti. Si tamen concederetur: non tamen ſequeretur ſcientiam poſſe augeri, quia ipſe per vnum & idem, ſcit multa & pauca, quod eſt primum, & per ſe obiectum ſcientiæ eius, ſcilicet eſſentiam ſuam, quæ eſt ſimilitudo eius. I

¶ Ad quartum dicendum, quòd ea quæ non ſunt, Deus non ſcit ſcientia viſionis, & de hac tantum hic loquimur.

ARTICVLVS TERTIVS.

*Vtrum Deus ſciat infinita.*

.par.q.14. art.12. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus ſciat infinita. Scientia enim numeratur ſecundum ſcita.
ps. 46. Sed in pſal. dicitur, quòd ſapientię eius non eſt numerus. ergo ſcita eius ſunt infinita.

¶ 2 Præt. Deus non alio modo ſcit quaſdam ſpecies numerorum quàm alias : ſed quaſdam ſcit actu & determinata ſcientia quaſcunque aliquis homo ſcit : cum igitur ſpecies numerorum ſint infinitæ, videtur, quòd ipſe ſciat infinita determinate.

diſt.36.q.1 art.1. ¶ 3 Præt. Particularia ſunt infinita : ſed Deus ſcit particularia vt ſupra dictum eſt. ergo ſcit infinita.

F ¶ 4 Præt. Potentia ſua dicitur infinita, & dicitur infiniti torum ſimpliciter : ſed nihil poteſt facere niſi per ſcientiam. ergo videtur, quòd ſcientia eius ſit infinitorum ſimpliciter.

¶ 5 SED CONTRA. Quicquid ſcitur perfecte ſcientia cõprehenditur: ſed quicquid comprehenditur intellectus comprehenſione finitur, vt dicit Aug. in lib. dę videndo Deum, & Philoſophus in 2. Meta. cum igitur infinitum non poſſit finiri, videtur quòd a nullo intellectu, poſſit perfecte ſciri. Si dicimus, quòd quamuis ſit infinitum in ſe : tamen comparatum ad intellectum diuinum, infinitum, finitum eſt. 12.de ciuit. dei cap.18. tom.5.& in epiſ.112. de uidẽdo deo cap.8. to.2. Tex.19.

¶ 6 Contra. Quod dicitur de aliquo diuerſimode reſpectu diuerſorum eſt in genere relationis. ex hoc enim ꝓbat Philoſophus magnum, & paruum relatiua eſſe. ergo quicquid prædicatur de aliquo abſolute, cuicũque comparetur, cõueniet ſibi : ſed eſſe infinitum eſt prædicatum abſolutum. ergo quod in ſe eſt infinitum, reſpectu nullius poteſt dici finitum. In ꝑdicam. cap. de quátit.

¶ 7 Præt. Infinitum finito infinitum eſt; quia non poteſt pertranſiri ab eo: ſed ſicut infinitum non pertranſitur a finito : ita non tranſitur ab infinito, vt probatur in 6. phyſic. ergo infinitum, neque reſpectu finiti, neque reſpectu infiniti finitum eſt. tex.19.

¶ 8 Præt. Quicquid ſcitur in actu, actu eſt in ſciente: ſed infinita non poſſunt eſſe in actu. ergo infinita ſciri non poſſunt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd infinitum poteſt accipi dupliciter, vel inten ſiue ad modum quantitatis continuæ, & ſic Deus non ſcit infinitum in actu, quia quantitas infinita continua, neque eſt, neque eſſe poteſt : niſi dicatur ſcire infinitum I inquantum ſeipſum ſcit, qui infinitus eſt. Alio modo poteſt ſumi infinitum ſecundum quantitatem diſcretam. et ſic dicendum eſt, quòd ſcientia ſimplicis intelligentiæ Deus ſcit infinita, quæ ſunt in potentia ipſius: non tantum ſecundum indiuidua : ſed etiam ſecundum ſpecies. poſſet enim infinitas alias ſpecies procreare, & ſcit ſe poſſe illas. Loquendo autem de ſcientia viſionis, ſecundum quòd videt res non tantum in ſeipſo, ſed etiam vnumquodque in proprio eſſe : ſic ſcientia ſua non eſt infinitorum. Hoc autem non eſt ex defectu ſcientiæ eius : ſed ex defectu rerum, quæ non ſunt infinitæ ſecundum omne tempus numeratæ. Vnde ſi poneretur mundus ſemper fuiſſe, & nunquam deficere, ſicut philoſophi poſuerunt, ſcientia ſua eſſet infinitorum, etiam videndo ſingula in proprio eſſe, quod ſcientiæ noſtræ non poteſt conuenire, quia non poteſt ſingula proprie cognoſcere, niſi per diuerſas formas ab eis acceptas, vnde K oportet, quòd vnum poſt aliud intelligat, vt ex prædictis patet : & ita ſi intelligeret infinita, ſequeretur, quòd infinita numeraret, quod eſt impoſſibile. Sed tamen intellectus noſter poteſt quodammodo intelligere infinita, inquantum intelligit formam vniuerſalem, quæ eſt in potentia ad infinita ſingularia, vnde etiam a philoſophis, probatur intellectus immaterialis eſſe, quia quodammodo eſt virtutis infinitæ, quod nullo modo virtuti in materia exiſtenti conuenire poteſt. Intellectus autem diuinus, vno quod eſt eſſentia ſua, omnia quæ ſunt, vel poſſunt eſſe intelligit : non tantum vniuerſali cognitione ; ſed etiam propria & determinata, vt ex prædictis patet. vnde non oportet, quòd cognoſcat res diuerſas aliquo tranſitu : ſed vno intuitu omnia videt, & propter hoc non prohibetur eſſe infinitorum.

Vt patet.8. phy.tex.13. diſt.35.q.1. art.1.

de hoc Ar. 3.de ani. Tex.19.

diſt.35.q.1. arti.3.

¶ AD



¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſcientiæ Dei dicitur non eſſe numerus propter infinitam virtutem eius in comprehendendo, & non propter infinitatem ſcitorum ſcientia viſionis determinata, per quã res in propria natura cognoſcunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aliquas ſpecies numerorum, ſcit Deus etiã ſcientia viſionis: ſed non omnes, quia poſito initio, & fine mundi, eſt aliqua ſpecies numeri, quam res in ſucceſſione temporum exiſtentes, non prætergrediuntur : omnes tamen ſcit ſcientia ſimplicis intelligentię.

¶ Ad tertium dicendum, quòd numerus particulariũ non eſt infinitus ſimpliciter, niſi ſuppoſita æternitate mundi, quod eſt contra fidem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd potentia reſpicit, ſicut obiectum ens poſſibile, cuius ratio non dependet ab eſſe in actu. vnde ſi nunquàm ponantur infinita reduci in actu ſucceſſione temporis, dicitur tamen potentia ſimpliciter infinitorum. Scientię autem obiectum eſt verum, quod cum ente conuertitur : vnde non poteſt dici ſcientia ſimpliciter eorum, quæ non habent eſſe in actu ſecundum aliquod tempus, ſed ſecundum quid tantum, ſicut etiam ſecundum quid eſſe dicuntur in potentia cauſæ.

*Vtrum Deus poſſit ſcire plura quàm ſcit.*

ITem a quibuſdam dicitur, Deus poſſe plura ſcire, quàm ſciat : quia poteſt ſcire omnia ; quæ ſcit, & poteſt aliqua facere, quę nunquàm erunt, & illa poteſt ſcire : non enim aliqua incognita facere poteſt. Si vero omnia eſſent, quæ modo ſunt, & alia quędam faceret quæ non ſunt nec erunt, & illa omnia ſciret, pro certo plura ſciret, quàm modo ſciat : nec tamen eius ſcientia augeri poteſt, quia hoc totum fieri poſſet ſine mutabilitate ſcientię. Conſtat ergo, Dei ſcientiam omnino eſſe immutabilem, nec augeri poſſe vel minui : ſed ei ſubiecta.

C ¶ Ad quintum dicendum, quòd intellectus diſcurrens per rem, non poteſt comprehendere rem infinitam, quia finiret eam numerando partes eius: ſed ſcientia Dei ſine diſcurſu vniformiter eſt vnius & multorum finitorum, & infinitorum.

¶ Sextum concedimus.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd intellectus diuinus non intelligit res pertranſeundo, vnde obiectio non procedit.

¶ Ad octauum dicendum, quòd omnia quæ Deus ſcit, ſunt in ipſo vnum, & non diſtinguuntur niſi per diuerſos reſpectus, non eſt autem inconueniens relationes, quę ſequuntur operationem intellectus eſſe infinitas, vt dicit Auic. Trac.3. Meta. c.10.

## QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de diuina prouidentia.

Et circa hoc duo quæruntur.

Primo. Quid ſit.

Secundo. Vtrum ſit omnium.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum prouidentia pertineat ad ſcientiam.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd prouidentia pertineat ad ſcientiam. Sicut enim dicit Boetius in 5. de conſolatione prouidentia Dei dicitur, quia porro videt quaſi a ſpeculo æternitatis: ſed videre pertinet ad ſcientiam. ergo videtur, quòd & prouidentia, E

¶ 2 Item Videtur, quòd ad omnipotentiam. Dicitur enim Sapien.14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia : ſed gubernatio pertinet ad potentiam, vt habetur ad Hebr.1. portanſque omnia &c. videtur ergo quòd & prouidentia.

2.fid. orth. cap.19. ¶ 3 Item. Videtur quòd ad voluntatem. Sicut enim dicit Dam. prouidentia eſt diuina voluntas, ſecundum quam omnia in finem conuenientem deductionem accipiunt, & ita videtur expreſſe, quòd ad voluntatem pertineat.

A ¶ 4 Item. Videtur, quòd ſit idem, quòd diſpoſitio. ſicut enim dicit Boet. prouidentia eſt ratio, in ſummo omnium principe conſtituta, per quam cuncta diſponit: ſed diſponere eſt diſpoſitionis. ergo videtur, quòd diſpoſitio diuina, & prouidentia idem ſint. De conſolat. proſa 6. lib.4. de cõſol. proſa 6.

¶ 5 Item. Videtur, quòd ſit idem quod fatum. comparatio enim alicuius ad diuerſa non diuerſificat eius eſſentiam : ſed fatum & prouidentia non differunt, niſi ſecundum comparationem ad diuerſa : ſicut enim dicit Boe. modus quo res geruntur cum ad diuinam cognitionem refertur, prouidentia dicitur, cum vero ad res ipſas quæ geruntur, fatum vocatur. ergo videtur, ꝙ prouidentia & fatum non differant, per eſſentiam. † diſt.38.c. 1.to.6.

*Quòd videtur aduerſum illi ſententiæ, qua ſupra dictum eſt, deum ſemper, & ſimul ſcire omnia.*

B

SI verò quod prædictum eſt, ſcilicet, ꝙ deus omnia ſemper vi B det & ſimul, videtur obuiare quod ait Hierony. in expoſitione Abachuc. Abſurdum eſt inquit, ad hoc deducere Dei maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula, quot culices naſcantur, quotve moriantur, quota pulicum, & muſcarum ſit multitudo, quotve piſces na

RESPONDEO, Dicẽdum, quòd iſta tria diſpoſitio, ſcientia, & prouidentia, ſe habent per additionem vnius ad alterum. Cum enim Deus de rebus creatis ſcientiam quaſi practicam habeat, ad modum ſcientiæ artificis eius, ſcientia conſideranda eſt. Sciendum eſt ergo, quòd artifex præconcipiendo artificiatum ſuum conſiderat finem primo, & deinde conſiderat ordinem rei, quam facere intendit ad finem illum, & ordinem etiam partium adinuicem : ſicut quòd fundamentum ſit ſub pariete, & paries ſub tecto, & iſte ordo partium adinuicem ordinatur vlterius ad finem domus. Tertio oportet, quòd conſideret ea, quibus promoueatur ad conſecutionem finis, & vt tollantur ea, quæ poſſunt impedire finem. vnde excogitat ſuſtentamenta domus per aliquas appenditias, & feneſtras & huiuſmodi, quibus domus ſit apta ad habitationem. Iſta ergo excogitatio nominatur nomine ſcientiæ ratione ſolius cognitionis, & non ratione alicuius operationis. Vnde eſt & finis, & eorum quæ ſunt ad finem. Sed ratione ordinis excogitati in re operanda, vocatur nomine diſpoſitionis, quia diſpoſitio ordinem quendam ſignificat. vnde diſpoſitio dicitur generationis ordinatio. Sed ratione eorum quę promouent in finem dicitur prouidentia. prouidus enim dicitur, qui bene coniectat de conferentibus in finem, & de his quæ impedire poſſunt. Vnde etiam, & in Deo ſcientia dicitur ſecundum quòd habet cognitionem D & ſuiipſius, & eorum quæ facit. Sed diſpoſitio dicitur ratione duplicis ordinis, quem ponit in rebus, ſcilicet, rei ad rem, ſecundum quòd iuuant ſeinuicem ad conſequendum finem vltimum: & iterum totius vniuerſi ad ipſum Deum : ſicut etiam Philoſophus ponit in 11. Metaph. vbi etiam ponit exemplum de ordine partium exercitus adinuicem, & ad bonum ducis. Prouidentia autem dicitur, ſecundum quòd rebus ita ordinatis attribuit ea, quæ ordinem conſeruent, & propellit omnium inordinationem. Tex.52.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prouidentia, & diſpoſitio, diuerſimode conſiderata pertinent ad ſcientiam, voluntatem, & potentiam, quod ſic patet ex ſimili inducto. poteſt enim aliquis artifex cognitionem habere de artificiatis ſpeculatiue tantum, ſine hoc quòd operari intendat, & ſic prouidentia, & diſpoſitio eius, pertinet tantum ad ſcientiam. Secundum autem quòd vlterius ordinat in opus cum propoſito exequendi, pertinet ad ſcientiam & voluntatem. Secundum autem ꝙ exequitur in opere, ſic pertinet ad ſcientiam voluntatem, & potẽtiam per quam operatur. Ita etiam & in Deo eſt. Patet etiam, quòd primis duobus modis accepta ſunt æterna: ſed tertio modo ſunt ex tempore. Et ipſa executio prouidentiæ, gubernatio dicitur.

¶ Vnde patet ſolutio ad ſecundum & tertium, & ſimiliter ad quartum, quia prouidentia includit diſpoſitionem & addit, & propter hoc etiam per prouidentiam diſponere dicitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd prouidentia & fatum differunt per eſſentiam : ſicut enim forma domus eſt aliud

per eſſentiam, ſecundum quod eſt in mente artificis, vbi nomen artis habet, & ſecundum quòd eſt in lapidibus, & lignis, vbi artificium dicitur, ita etiam ratio gubernationis rerum, aliud eſt: habet in mente diuina, vbi prouidentia dicitur, & aliud in cauſis ſecundis, quarum offō gubernatio diuina expletur, ex quibus fatum dicitur a For faris, vel quia eſt quoddam effatum diuinæ ordinationis, ſicut verbum vocale ē, quoddam effatum interioris conceptus, vel ex eo, quòd ex harum conſideratione cauſarum fari ſolebant antiquitus de rebus futuris; ſicut ex conſideratiōe motus cęli præcipue.

ARTIC. II.

*b Vtrum prouidentia ſit omnium.*

1.par.q.22. art.2. Et veri.q.5. art.4.
AD SECVNDUM ſic proceditur. Videtur, ꝙ nō omnium ſit prouidentia. Ad prouidētiam .n. pertinet remotio eorum, quæ impediūt a fine: ſed
† 1. Cor.9.
malum dicitur p̄ de ordinationē a fine. cū igitur multa mala ſint in vniuerſo, videtur ꝙ non omnia prouidentię diuinæ ſubiaceant.

¶ 2 Præt. Nihil qđ caſu fit, eſt prouiſū, quia caſus dicitur inopinatus rei euentꝰ, & ſecundum Philoſophum in 3. Phyſi.
Tex.61.
eſt in his, quæ agunt propter aliquid, cum aliud contingat præter, qđ intendebatur: ſed multa fiunt caſu in mundo, vt probat
Tex. 6.
Philoſophus in 6. Metaph. aliàs omnia ex neceſſitate contingerent, niſi cauſæ aliquæ deficerent, vt in minori parte, quod caſum inducit. ergo non omnia ſunt prouiſa a Deo.

¶ 3 Præt. Omne quod eſt prouiſum eſt ordinatum in vnum: ſed liber. arbitrium non eſt ordinatum in vnum, ſed ſe habet ad vtrumlibet. ergo ea quæ ſunt a libero arbitrio prouidentiæ diuinæ non ſubiacent.

¶ 4 Præt. Oē quod eſt prouiſum conſequitur finem, vt in pluribus, niſi ſit prouidentia errans: ſed malum inuenitur, vt in pluribus, quod eſt ſecundum exitum a fine. ergo vniuerſum prouidentia noſtra erit.

¶ 5 Præt. Prouidentiæ proprium eſt ordinare: ſed multa inordinate contingunt in vniuerſo, tam in rebus naturalibus, ſicut quòd eſtates ſunt pluuioſæ, & hyemes ſiccæ, quàm etiam in hominibus, vt ꝙ iuſti ab impijs puniuntur, qui proſperitatibus affluunt, & multa huiuſmodi. ergo videtur, ꝙ vniuerſum prouidentia non regatur.

¶ 6 Præt. Abac. 1. dicitur. Nunquid facies homines, & piſces maris? & hoc dicit admirando ea, quæ videntur inordinate in hominibus contingere. ergo videtur, quòd ad bruta non ſe extendat Dei prouidentia.

SED CONTRA eſt, quod habetur Sap. 12. ꝙ eſt ei cura de omnibus: ſed nomine curæ vel ſollicitudinis prouidentia ſignatur. ergo prouidentia eius ad omnia ſe extendit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ hæc quæſtio fere ab omnibus ſapientibus ventilata eſt: & ideo oportet diuerſorum poſitiones videre, vt erroribus euitatis, viam veritatis teneamus. Sciendum eſt ergo primo, quòd quidam poſuerunt nullius rei
De Democrito intellꝭ vt videre licet. 1. Meta.
eſſe prouidentiam: ſed omnia caſu contingere, & iſta fuit poſitio Democriti, & quaſi omnium antiquorum naturalium, qui negauerunt cauſam agentem, & poſuerunt tantum cauſam

tent in aquis & ſimilia. Non ſimus tam fatui adulatores dei, vt dum a prouidentiam eius, etiam ad ima retrudimus, in nos ipſos iniurioſi ſimus, eandem irrationabilium & rationabilium prouidentiam eſſe dicentes. *b.* Hic videtur dicere Hieronymus, quòd Deus illorum minimorum ſcientiam ſiue prouidentiam non habeat, quod ſi hoc eſt, tunc non omnia ſimul ſcit, & ſemper. Ex tali itaque ſenſu illud dictum eſſe nouerimus, vt Deum, illa alternatim, vel particulatim ſcire neget, nec per diuerſa temporum momenta, ſic illa cognouit, ſicut per varia momenta illorum quædam deficiunt, quędam incipiunt. Neque illis alijſque irrationabilibus, ita prouidet, quemadmodum rationabilibus. Nunquid enim, vt ait Apoſtolus, cura eſt Deo de bobus? & ſicut non eſt cura deo de bobus, ita nec de alijs irrationabilibus. Dicit tamen ſcriptura, quia ipſi eſt cura de omnibus. Prouidentiam ergo, & curam vniuerſaliter de cunctis, quæ condidit habet, vt habeat vnumquodque quod ſibi debetur, & conuenit. Sed ſpecialem prouidentiam, atque curam habet de rationabilibus, quibus præcepta tradidit: eiſque recte viuendi legem præſcripſit, ac præmia promiſit. Hanc prouidentiam, & curam de irrationabilibus non habet. Ideo dicit Apoſtolus, quia non eſt cura deo de bobus, prouidet tamen
G omnibus & curat, ideſt gubernat omnia, qui omnibus ſolem ſuum facit oriri, & pluuiam dat. Scit itaque Deus, quanta ſit multitudo pulicum, culicum, & muſcarum, & piſcium, & quot naſcantur, quotve moriantur: ſed non ſcit hoc per momenta ſingula: immo ſimul, & ſemel omnia. Neque ita ſcit, vt eandem habeat prouidentiam irrationabilium & rationabilium, ideſt, vt eodem penitus modo prouideat
H irrationabilibus, & rationabilibus. Rationabilibus enim, & pręcepta dedit, & angelos ad cuſtodiam delegauit.

F materialem: ſed hæc poſitio ſatis efficaciter in philoſophia improbata eſt. Alij poſuerunt prouidentiam eſſe, quarundam rerum, & non omnium. Et hi diuiduntur in duas vias. Quæ-
Tex.25.
dam enim poſitio eſt, quòd prouidentia Dei non ſe extendit, niſi ad ſpecies, & non ad indiuidua, niſi quæ neceſſaria ſunt: eo, quòd ponebant illud, quod exit curſum ſuum, prouidētiæ legibus nō ſubiacere: & ideo ea, quæ frequenter deficiūt a curſu ordinato, non ſunt prouiſa · ſicut particularia corruptibilia, & generabilia, & iſta opinio imponitur Ariſtotel. quamuis ex verbis ſuis expreſſe haberi non poſſit: ſed Comment. ſuus expreſſe ponit eam in vndecimo Metaphyſi.
Tex.c.52.
Dicit enim, quòd non eſt fas diuinæ bonitati habere ſollicitudinem de ſingularibus, niſi ſecundum quod habent communicationem in natura communi: ſicut ꝙ aranea ſciat facere telam & huiuſmodi. Sed hæc opinio expreſſe tollit iudicium Dei, de operibus hominum. Et ideo alia poſitio fuit, quòd Deus prouidentiam habet de omnibus, quæ dicta ſunt, & vlterius de indiuiduis hominum: non tantum, ſecundum quod cōmunicant in ſpecie: ſed etiam ſecundum particulares actus eorum, & hanc ponit *Rabbymoyſes*, &
lib.3.ca.18. prope finē.
rationem aſſignat ex eo, quòd in homine etiam particulari inuenitur natura intellectualis, per quam comprehendit intellectu ſuo formam ſpeciei, inquantum eſt ſpecies: quia intellectus attribuit intentionem vniuerſalitatis naturæ apprehenſæ,
I quam non habet in rebus extra animam: & ideo indiuiduum hominis etiam non deſeritur a prouidentia, quæ eſt ſpecierum, & præcipue, quia communicat cum ſubſtantijs perpetuis, quarum etiam eſt per ſe prouidentia, & ſecūdum indiuidua, & hoc quantum ad nobiliorem partem eius, quæ eſt intellectus. Sed quia diuina cognitio æqualiter eſt ſingularium & vniuerſaliū, vt ſupra habitum eſt, & eius, qui ſumme bonus eſt, eſt ordinare omnia ad finem, ſecundum quod nata ſunt: non videtur conueniens non omnium etiam ſingularium prouidentiam eſſe.
dist.35.q.1. artic.3.
Et præterea, hoc eſt expreſſe contra ſentētiam domini. Mat. 10. dicentis, quod vnus ex paſſeribus, non cadit in terram ſine patre cæleſti, ideſt, ſine prouidentia eius. Aliorum poſitio eſt, quòd Deus omnium prouidentiam habeat. Sed horum quidam dicunt omnium prouidentiam æqualiter eſſe, & hos neceſſe eſt incidere in tres errores. Quidam enim æſtimātes ſimul
K eſſe prouidentiam bonorum & malorum, cum hæc duo non poſſint eſſe intenta ab vno agente: coacti ſunt ponere duos deos quorum, vnus prouidet bona, alius mala ſecundum hæreſim Manichæorum. Et hæc poſitio ſufficienter a ſanctis, & philoſophis improbata eſt, quia malum non habet cauſam efficientem, nec poteſt eſſe intentum. Alij æſtimantes, quòd ſimiliter ſit prouidentia contingentium, & neceſſariorum, coacti ſunt liberum arbitrium, & contingentiam negare, aſſerentes cuncta quæ prouidentiæ ſubiacent, ex neceſſitate euenire, quod ad ſenſum patet eſſe falſum. Alij æſtimantes ſimiliter eſſe prouidentiam rationabilium, & irrationabilium, coacti ſunt ponere, quòd nihil mali, etiam brutis contingit, quod non ſit in pænam eis prouiſum, vel in occaſionem



ſionem maioris præmii. vnde ponunt quòd peccatum eſt occidere brutum, ſicut & hominem, quod quidam hæretici noſtri temporis ſentire videntur. Sed quia hæc omnia a fide aliena ſunt, ideo ſimpliciter dicendum eſt, ꝙ omnia prouidentiæ ſubiacent, ſed non eodem modo, & qualiter hoc ſit videndum eſt. Dictum eſt. n. quòd prouidētia diſpoſitione ſupponit quæ ordinem in rebus determinat in diuerſarum naturarum gradu ſaluatū. cum igitur prouidētiæ non ſit deſtruere ordinem rerum, expletur effectus p̄uidentie in rebus ſecundum conuenientiam rei prout nata eſt cōſequi finem. Si cut enim dicit Dio. 4. c. de diui no. non eſt prouidētiæ naturā rei deſtruere, ſed ſaluare & ideo quaſdā res ſic inſtituit ut ſ̄m ſuam conditionem conſequantur finem per principium quod eſt natura, in aliquibus ſuper hoc principiū addidit aliud, quod eſt voluntas. In his autem qui conſequuntur finem per principium quod eſt natura inuenitur quidam gradus, eo quòd quarundam rerum natura impediri non poteſt a conſecutione effectus ſui, & iſte eſt gradus altior ſicut eſt in corporibus cæleſtibꝰ vnde in his nihil contingit non intentum a Deo ex defectu ip-
Trac.8. Metap.c.6.
ſorum, & propter hoc Aui. dicit quòd *ſupra orbem lunæ non eſt malum*. Alius autem gradus naturæ eſt quæ impediri poteſt & deficere, ſicut natura generabilium & corruptibilium, & quàmuis iſta natura ſit inferior in bonitate: tamen etiam bona eſt, & melius eſt quòd utraque ſit ſimul, quàm ꝙ altera tātum. Si autem Deus contuliſſet huic naturæ ꝙ nunquam deficeret iam non eſſet hoc natura ſed alia, & ſic non eſſet vtraque natura in quo vniuerſi perfectioni derogaretur. Vnde hanc naturā condidit præſcien, defectum contingentem, qui eſt malum naturæ: ſed non eſt intendens. Sed ita prouidit vt ſi malum cōtingeret ex defectu alicuius naturæ quod ordinaretur in bonum, ſicut videmus ꝙ corruptio vnius eſt generatio alterius. & iſte modus prouidentiæ extendit ſe etiam vſque ad bruta animalia quæ potius aguntur inſtinctu naturæ quàm electione voluntatis. Et ideo malum quod accidit in eis recompenſatur per bonum naturæ: non per bonum præmii, ſicut ꝙ mors muſcę eſt victus araneę. Sed in nobilioribus creaturis inuenitur aliud principium præter naturam quod eſt voluntas, quod quanto vicinius eſt Deo, tanto a neceſſitate naturalium cauſarum ma-
5. de conſo. proſa. 2.
gis eſt liberum. ut dicit Boe. & ideo ex conditione ſua ſequitur quòd rectum ordinem tenere poſſit tendendo in finem, & etiam deficere, ſi aut ineuitabiliter in finem tenderet per diuinam prouidentiam tolleretur ſibi conditio ſuæ naturæ, vt di-
ca. 4. de di. no.
cit Diony. & ideo taliter a Deo inſtituta eſt vt etiam deficere poſſet, ita tamen, quòd in poteſtate eius eſſet deficere vel nō deficere, quod non erat in defectu naturalis principii. Et iſtos defectus voluntatum contingentes præter intentionem prouidētiæ præſciuit Deus: & ordinauit eos, in bonum non tantum naturæ, ſed etiam ſingularis gratię: ſicut in bonum iuſtitiæ, quod oſtenditur dum culpa per pęnam ordinatur, & in bonum voluntatis aliorum, qui per eorum nequitiam vel corriguntur de peccatis vel meritis & gloria creſcunt, & in multa alia quæ humana ratio non ſufficit explicare. Vnde patet, ꝙ bonum & malum ſubiacent diuinę prouidentie, ſed malum tanquam pręſci-
D.7. 84. Et 838.
tū & ordinatum: ſed non vtd. ntentum a Deo, bonū vero quaſi intentum. Sed neceſſarium ita, ꝙ deficere non poſſit, & contingens, ita ꝙ deficere poſſit, & voluntarium ita, ꝙ pęnam vel præmium habeat, aut in præmium vel in pęnam alicuius ordinetur. Naturale autem ita quòd conſequatur finem naturalem ſi bonum eſt: & cædat in bonum alterius naturæ ſi malum eſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum eſt, ꝙ prouidentiæ eſt dirigere vnumquodque in finem & ſubtrahere impedimenta: ſaluata tamen natura in finem directa, ex cuius conditione mala contingunt, & non ex diuina intentione quę ipſa mala in bonum ordinat.

D.324.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd effectus conſequitur conditionem cauſæd ſuæ proxime, & ideo quauis ſit aliquid a Deo prouiſum dicitur caſu fieri ſi accidat præter intentionem naturæ operantis. Vel fortuna, ſi accidit pręter intentionem agentis a propoſito.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ liberum ar. per ſe ordinatum eſt

*Breuis ſumma prædictorum cum additione quorundam.*

SIcut itaque & immutabiliter ſcit Deus omnia quæ fuerunt, & ſunt, & erunt, tam bona quàm mala, præſcit quoque omnia futura tam bona quàm mala. Prædeſtinatio vero de bonis ſalutaribus eſt, & de hominibus ſaluandis. vt. n. ait, Augu. in lib. de prędeſtinatione ſanctorū. Prędeſtinatio eſt gratiæ prępáratio, quę ſine pręſcientia eſſe nō pōt: Pōt autem ſine prædeſtinatione eſſe pręſcientia. Prædeſtinatione quippe, Deus ea præſciuit quę fuerat ipſe facturus, ſed præſciuit ea deus, etiam quæ non eſt
B ipſe facturus. i. omnia mala. Prędeſtinauit eos quos elegit, reliquos vero reprobauit, ideſt ad mortem æternam pręſciuit peccaturos.

A ad vnum, ſcilicet ad bonum ita, ꝙ ab eo deficere poſſit, & ꝙ in ipſo ſit. Si enim ineuitabiliter in vnum tenderet tolleretur ratio volūtatis in tali natura.

¶ Ad quartum dicendū, ꝙ malum pōt accipi, vel in rebusd naturalibꝰ. vel i volūtariis. Et ſi accipiat̄ in naturalibus cōſtat ꝙ ma-
D.839.
lum eſt vt in paucioribus, tamen ſecundum ſuppoſita, quia malum naturæ non cōtingit niſi in ſphæra generabilium & corruptibilium, quę eſt paruę quantitatis reſpectu corporū cęleſtium, in quibus malum eſſe non poteſt, q̄a incorruptibilia ſunt: & motus eorum inordinationē habere non poſſunt, cū ſemper eodē modo ſint, tamen etiam quia in conſiderando in eodem, quia cauſæ naturales conſequuntur effectus ſuos in maiori parte, & deficiunt in minori, & ex hoc malum incidit: ſed in voluntariis etiam quantum ad numerum inuenitur malum vt in paucioribus in natura angelica, quia multo plures fuerunt remanentes quàm cadentes, & forte etiam plures quā omnes damnandi dæmones & homines. Sed in natura humana bonum videtur eſſe, vt in paucioribus. Et huiuſmodi ratio poteſt aſſignari dupliciter. Vna eſt, propter corruptionem hu-
C manæ naturæ ex peccato originali quam etiam Deus præuidit & pręordinauit ſicut & alia mala, ſed non prohibuit vt natura maneret d in ſua libertate qua ſubtracta naturę ratio deperi-
D.723. Et 996.
ret, alia ratio ſumi poteſt ex ipſa natura conditionis humanę. Sicut enim in naturalibus inuenitur triplex gradus, Aliquid enim eſt quod habet, eſſe tantum in actu, & huic nullus defectus eſſendi aduenire poteſt. Aliquid autem eſt quod eſt tantum in potentia ſicut materia prima, & hoc ſemper habet defectum, n ſi remoueatur, per aliquod agens reducens eam in actum. Eſt etiam aliquid, quod habet actum admiſtum priuationi, & hoc propter actum dirigentem in opere recte operatur vt in maiori parte; deficit autem in minori, ſicut patet in natura generabilium, & corruptibilium. Ita etiam eſt in intellectualibus. Eſt enim aliqua intellectualis natura, quæ eſt actus completus ſine admiſſione alicuius priuationis, vel potentiæ, & ex hac non poteſt aliquid, non rectum procedere:
D ſicut patet de Deo. Eſt etiam quædam natura cui admiſcetur potentia, ſed tamen in ipſa ſua natura, habet aliquem actum dirigentem in operatione ſicut eſt in angelis, & ideo talis natura deficit a rectitudine, vt in minori parte. Sed in natura humana perfectiones, ſecundæ quibus diriguntur opera non ſunt innatæ, ſed vel acquiſitę, vel infuſæ. vnde Commen. in 3.
Tex.co. 14. Ibidem.c.4 de di.10.
de anima comparat intellectum potentialem humanum materię primæ, & Philoſophus tabulæ, in qua nihil ſcriptum eſt, & ideo ipſa natura humana in ſe conſiderata æqualiter ſe habet indifferenter ad omnia, vel intelligenda, vel facienda, & quia malum contingit multifariam ſecundum Dio. & bonum vno modo, & ideo vt in pluribus flectitur in malum. Sic enim conſiderata natura humana, nondum eſt, vt agens perfectum, niſi reſpectu naturalium operationum: ſed tunc eſt agens perfectum, quantum ad omnes ſuas operationes, quando iam perfecta eſt perfectionibus, ſecundis quæ ſunt virtutes, & ideo
E quando determinatur, per perfectionem ſecundam vel infuſam vel acquiſitam; tunc determinatur ad vnum: vel ad quod tendat, vt in maiori parte, ſicut in ſtatu viæ, vel vt ſemper, ſicut in ſtatu patriæ. Et ideo Tullius comparat virtutem naturæ
2. Tuſculanorum & 2. officiorum.
dicens, quòd eſt habitus voluntarius in modum naturę rationi conſentaneus: & ideo voluntas perfecta virtute iuſtitiæ ſe habet ad opera iuſta: ſicut ignis ad motum ſurſum, & per hoc etiam patet, quòd magis ſeruatur ordo prouidentię, in bonis, quàm in malis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quicquid eſt in mundo totum ordinatum eſt, quàmuis ratio ordinis nobis, non appareat, in quibuſdam, & præcipue in voluntariis, cum malis quandoque bona, quandoque mala eueniāt, & ſimiliter bonis. Sed ratio ordinis huius ſcitur a Deo, ſicut medicus ſcit, quare quibuſdam ægris quandoque det calida, & quandoque frigida, & ſimiliter ſanis, quod tamē ignorans artem admiratur. vt dicit Boe.
4. de conſo. proſa 6.
iſta tamen inordinatio ſi diligenter aduertitur inuenitur non in his ad quæ per ſe ordinantur humana opera, & quæ per ſe ſunt tantum bona vel mala. Habet enim bonum opus ſemper ſibi

F ſibi adiunctum bonitatis præmium in perfectione virtutis quæ eſt bonum humanum, & in conſecutione beatitudinis ad quam opera humana ordinantur, & econtrario eſt de malis. Sed iſta permiſtio videtur accidere in his bonis, quæ extra hominem ſunt vel quę non ſunt bona eius inquantum eſt homo, ſicut in bonis corporalibus & in bonis fortunæ cum tamen iſta permiſtio ſemper ordinetur ad id quod eſt per ſe hominis bonum vel glorię ſecũdum Apo. Ro. 8. Diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum: vel in iuſtitię diuinæ manifeſtationem, frequenter enim impii proſperantur in hac vita, ut manifeſtior appareat in iudicio eorum animaduerſio.

† cap. 13. to. 7. † cap. 3.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ex illa authoritate innuitur quòd non eſt ſimiliter prouidentia de brutis & de hominibus, & hoc verum eſt ut ex prædictis patet.

corp. art.

DISTIN. XL.

DIVISIO TEXTVS.

POſtquã determinauit de ſcientia Dei in cõmuni, hic ſpecialiter de prędeſtinatione determinat: & diuiditur in partes duas. In prima, determinat qd ſit prædeſtinatio. In ſecũda, determinat de cauſalitate eius: vtrũ ſcilicet ſit cauſa prima, vel habeat aliam. ibi {Si autem quærimus meritum &c.} 41. diſt. Prima in duas. In prima, determinat de prædeſtinatione. In ſecunda, de reprobatione. ibi {Cumque prædeſtinatio &c.} prima in duas. In prima, oſtendit quid ſit prædeſtinatio & quorum ſit. In ſecunda, determinat de prædeſtinationis certitudine. ibi {Prædeſtinatorum nullus &c.} Circa quod tria facit. Primo oſtendit prædeſtinationis certitudinem. Secundo ponit obiectionem in contrarium. ibi {Ad hoc autem obiiciunt &c.} tertio ponit reſponſionem. ibi {Quibus reſpondemus &c.} Circa quod etiam tria facit. Primo, reſpõdet ad primam obiectionem. Secũdo, obiicit contra reſponſionem. ibi {Veruntamen ad hoc inſtant &c.} Tertio ſoluit obiectum. ibi {In huius queſtionis &c.}

## DISTIN. XL.

### A

*An aliquis prædeſtinatorum poſſit damnari uel reproborum ſaluari.*

PRædeſtinatorum nullus videtur poſſe dãnari, nec reproborũ aliquis poſſe ſaluari. G Vnde Auguſt. in lib. de correctione & gratia, In apoc. inquit dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: Si alius non eſt accepturus niſi iſte perdiderit, cert⁹ eſt electorum numerus, id eſt non poteſt augeri vel minui. Ad hoc autẽ quidam obiiciunt, nitẽtes probare numerum electorum poſſe augeri, & minui ſic. H Poſſet Deus non apponere gratiam quibus apponit & poſſet ſubtrahere quibus non ſubtrahit, qd ſi faceret, vtique damnaretur. Poſſent ergo damnari iſti, qui tamen ſaluabuntur. Poſſet itaque minui electorum numerus, ita etiam poſſet augeri, quia poſſet apponi gratia quibus non apponitur per quam ſaluarentur. Poſſent ergo ſaluari habita gratia qui tamen ſine ea damnabuntur: poſſet itaque augeri numerus electorũ. Quibus reſpondemus ex ea ratione dictum eſſe, & verum eſſe numerum electorum non poſſe augeri vel minui, quia non poteſt vtrunque ſimul eſſe, ſcilicet ut aliquis ſaluetur, & nõ ſit prædeſtinatus, vel vt aliquis prædeſtinatus ſit, & damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitę, veritatem facit in dicto & impoſſibilitatem in vero. Si vero ſimpliciter intelligatur, impoſſibilitas non admittitur, vt cum dicitur: Prædeſtinatus poteſt vel non poteſt damnari, & reprobus poteſt ſaluari. In his enim & huiuſmodi locutionibus ex ratione dicti diiudicã da eſt ſententia dictionis: alia nanque fit intelligentia, ſi per coniunctionem hæc accipiantur dicta, atque ſi per diſiunctionem, vt ſupra cum de præſcientia agebatur, prætaxatum eſt. Si enim cum dicis prædeſtinatus non poteſt damnari, intelligas ita, id eſt, non poteſt eſſe vt prædeſtinatus ſit, & damnetur, verum dicis, quia coniunctim intelligis, falſum autẽ ſi diſiũctim, vt ſi intelligas iſtũ non poſſe damnari, quem dico prædeſtinatum, potuit enim nõ eſſe prædeſtinatus, & ita damnaretur.

*Quomodo adhuc inſtant quæſtioni.*

B VEruntamen adhuc inſtant, & ſecundum cõiunctionem argumentando ita procedũt. Non enim inquiunt poteſt eſſe vt aliquis prædeſtinatus ſit, & damnetur. Vtrunque iſtorũ ſimul eſſe non poteſt, ſed alterum horum non poteſt nõ eſſe, ſcilicet quin iſte ſit prędeſtinatus: ab eterno. n. prędeſtinatus eſt, & non poteſt modo non eſſe prędeſtinatus. C Cum ergo impoſſibile ſit, ſimul vtrunque eſſe. & impoſſibile ſit alterum non eſſe: videtur non poſſe alterum eſſe, ſcilicet vt damnetur. Quod ſi eſt, ergo non poteſt eſſe, vt non ſaluetur. In huius quæſtionis ſolutione, mallem alios audire quàm docere. Dicimus tamen de præſcientia ſimilem poſſe moueri quæſtionem. Ideoque tam hic quàm ibi unam facimus reſpõſionem, dicentes determinandum fore illud cui innititur tota hæc quæſtio, ſcilicet: impoſſibile eſt alterum iſtorum nõ eſſe, ſcilicet quin iſte modo ſit prædeſtinatus: ab æterno. n. iſte prędeſtinatus eſt. Diſtinguendum enim eſt cum ait. Iſte non poteſt modo non eſſe prædeſtinatus, vel non poteſt modo eſſe, quin ſit prædeſtinatus, hoc enim coniunctim uel diſiũctim intelligi poteſt. Non enim poteſt eſſe vt ab ęterno ſit prædeſtinatus, & modo non ſit prædeſtinatus, nec poteſt eſſe ſimul vt ſit prędeſtinatus, & non ſit

## QVAESTIO PRIMA.

### A

Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. Eſt de prædeſtinatione.
Secũda. De reprobatione.

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Quid ſit prædeſtinatio.
Secũdo. Quorum ſit.
Tertio. De certitudine eius.

Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum prædeſtinatio ſit aliquid in creatura, vel tantum in Deo.
Secũdo. Quid in Deo nominet.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrũ prædeſtinatio ſit aliquid in prædeſtinato.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd prædeſtinatio ſit aliquid in re pdeſtinata. Omnis enim actio infert ex ſe paſſionem: ſed cum dicitur Deus prædeſtinat ſignificatur in verbo actus diuin⁹. ergo videtur, quòd reſpondeat ſibi aliqua paſſio in creatura quæ ſit pdeſtinatio paſſiuæ dicta, ſicut etiam de creatione eſt. inuenitur. n. creatio actio & creatio paſſio. [1. q. 23. artic. 2.]

¶ 2 Præter. Omnis denominatio fit ſecundum aliquã formam inhærentem, ſicut ſecundum qualitatem dicimur quales: ſed prædeſtinatione aliquid denominatur, cum prędeſtinat⁹ dr. ergo vr, quòd prædeſtinatio ſit aliquid in ipſo.

¶ 3 Prętę. Comparatio eſt eorum quæ ſunt vnius generis: ſed in glo. Io. 1. dicitur, ꝙ melius erat Nathanaeli duas naturas in Chriſto cognoſcere quàm prædeſtinatum eſſe. cũ igitur cognitio naturarum cui comparatur prędeſtinatio in ipſo aliquid ponat, videtur, ꝙ prædeſtinatio ſit aliqd in prędeſtinato. [Gloſ. ibidẽ implicite.]

I ¶ 4 Prę. Nullũ ęternũ diffinitur per temporale ſed pdeſtinatio diffinit p tpale, quia dicitur, quòd eſt prçparatio gratię in præſenti, & gloriæ in futuro. ergo non eſt æterna, ſed omnis actio quæ temporaliter de Deo dicitur ponit aliquem effectum in creatura, ſicut regere gubernare & huiuſmodi. ergo videtur quòd prędeſtinatio ſit aliquid etiam in prædeſtinato.

SED CONTRA. Non eliguntur niſi prædeſtinati, ſed eliguntur qui non ſunt, vt dicit Aug. ergo videtur, quòd prędeſtinatio ſit non entium, ſed in non ente non poteſt aliquid eſſe, ergo prædeſtinatio non eſt aliquid in prędeſtinato. [lib. de prę. deſt. ſanct. c. 17. to. 7.]

¶ 2 Præter. Vt ſupra dixit Magiſter, prædeſtinatio eſt quędam ſpecies ſcientiæ diuinæ, ſed ſcientia nihil eſt in ſcito, ſed tantũ in ſciente, ergo videtur, quòd prædeſtinatio non ponat aliquid in prædeſtinato. [diſt. 38.]

K RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ponere aliquid in alio poteſt intelligi dupliciter. Aut, quòd ipſum ſignificatũ per nomen in aliquo eſſe dicatur, ſicut albedo ponit aliquid in albo, & ſic dico quòd prædeſtinatio non ponit aliquid in prędeſtinato, ſed in prædeſtinante tantum. Aut ita, quòd ad ſignificatum quod eſt in uno ſequitur aliquid eſſe in alio, ſicut paternitas ponit aliquid in filio, cum tamen ipſa ſecundum ſuum eſſe in patre tantum ſit, ſed dicitur ponere aliquid in filio, inquantum ad paternitatem ſequitur aliquid eſſe in filio. Sed hoc contingit dupliciter. Vel quia relinquatur illud eſſe in alio ſimul, ſicut paternitas relinquit filiationem: aut non neceſſario ſimul, ſed vel prius vel poſterius ſicut auditus ponit percuſſionem ſonantem ſimul: aut prius, & hoc modo dico quòd prędeſtinatio ponit aliquid in prędeſtinato, quia ad operationem hanc Dei ſequitur effectus prædeſtinationis in eſſe prędeſtinato non ſemper quandocunque eſt prædeſtinatio, ſed quandoque, & hic effectus eſt gratia & gloria.

¶ AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd ut Philoſophus tradit in 9. metaphy. Actionum quædam tranſeunt in exteriorem materiam, circa quam aliquem effectum operantur, vt patet in actionibus naturalibus ſicut ignis calefacit lignum, & in artificialibus, ſicut ædificator facit domum ex materia. & in talibus actio eſt recepta in eo quod fit per modum paſſionis, ſecundũ ꝙ motus eſt in moto vt in ſubiecto, & ideo in talibus eſt inuenire [d] actionem in re agente, & paſſionem in re patiente. [Tex. 16.] [D. 1070.] Quædam vero ſunt quæ in exteriorem materiam non trãſeunt, ut effectũ aliquẽ circa ipſam producant, vt patet in viſione [d] quę cum ſit actio uidentis nullũ effectum in re viſa efficit, & tales actiones q̃ proprie operationes dicuntur, in ipſis operantibus tãtum ſunt. [D, 1122.] Vnde, & non poteſt fieri conuerſio paſſionis ad actionem acceptam a re exteriori ſecundum quòd in ſe eſt: ſed ſolum ſecũdum quod in operante eſt: & ſi enim oculus videt lapidem, lapis tamen non videtur niſi ſecundũ quòd eſt in oculo per ſui ſimilitudinem. Secũdum hoc ergo dico, quòd creatio eſt talis actio quæ effectũ exteriorẽ relinquit. Vnde oportet, paſſiue ſumptam creationem, aliquid in re creata eſſe, ſicut calefactionem in calefacto. prædeſtinatio vero cum nominet operationem voluntatis, & intellectus exiſtẽtem ſolum in ipſo operante: ſicut viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante, ſi paſſiue accipiatur non erit aliquid in prædeſtinato ſecundum quòd in ſe conſideratur, ſed ſolum ſecundum ꝙ in prædeſtinante eſt ſecundum ſuam ſimilitudinẽ, per quã ibi cognoſcitur, ſicut & ſcitum in ſciẽte, ex quo etiam patet, ꝙ prædeſtinatio non nominatur per aliquam paſſionem in ipſo exiſtentem, ſed per operationem ipſius prædeſtinantis, ſicut & res denominatur viſa per operationem videntis. Vel aliter dicitur, quòd prædeſtinatio proprie loquendo de actione ſecundũ quòd in naturalibus ſumitur non eſt actio ſed operatio. D Operatio [d] enim agentis quædam eſt ut tranſiens in effectum, & hæc proprie actio vel paſſio dicitur, & tali actioni ſemper reſpondet econuerſo paſſio. vnde inuenitur calefactio paſſio, & ſimiliter creatio actio, & creatio paſſio. [D. 35.] Quædam vero operatio eſt, quæ non ſignificatur vt procedens in aliquem effectum, ſed magis ſecundum quòd eſt aliquid in ipſo, & ſiquidem hęc recipiatur in ipſo illa receptio dicetur paſſio, & actio conſequens coniunctum ex recepto & recipiẽte dicetur operatio, quia operatio ſemper eſt perfecti, ut patet in ſenſu, ſentire enim eſt quædam operatio ſentientis nec procedens in effectum aliquem circa ſenſibile, ſed magis ſecundum quòd ſpecies ſenſibilis in ipſo eſt. vnde ſentire quantum ad ipſam receptionem ſpeciei ſenſibilis nominat paſſionem, ſimiliter & intelligere quod etiam pati quoddam eſt: vt in tertio, de anima dicitur: ſed quàntum ad actum conſequentem ipſum ſenſum perfectum per ſpeciem nominat operationem quæ dicitur motus ſenſus de quo dicit Philoſophus in tertio de anima, quòd eſt actus perfecti. [Tex. 2.] E [Tex. 11.] Sed in Deo eſt ſimilitudo rei cognitæ, non per receptionem ſed per eſſentiam ſuam. vnde ſuum intelligere nullo modo dicit paſſionem: ſed operationem tantum. Omnes igitur tales operationes non habent paſſiones reſpondentes niſi per modum ſignificandi tantum, ſicut cum dicitur aliquid ſciri non ponitur aliqua paſſio ſecundum rem in ſcito: ſed ſolum quidam reſpectus ad ſcientem ſecundum rationem, qui per modum paſſionis ſignificatur a grammatico, ſicut & operatio per modum actionis, vnde dicit, quòd ſcire eſt actiuum, & ſciri paſſiuum. Vnde dico, ꝙ prædeſtinatio eſt quædam operatio diuina, & prædeſtinari nõ ponit aliquam paſſionem in prædeſtinato, ſed ſolum reſpectum quendam ſecũdum modum intelligẽdi, qui reſpectus relinquitur ex aſſimilatione ſciti quæ eſt in ſciente.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in omnibus abſolutis denominatur aliquid per id quod ſibi ineſt. A Sed in relatiuis quandoque [d] denominatur aliquid per id quod ĩ ipſo eſt, ſicut pater paternitate quæ realiter in ipſo eſt. Quandoque autem denominatur eo, quod ſolum in altero eſt, ſicut in illis in quorum alio eſt relatio ſecundum rem & in alio ſecundum rationem tantũ, vnde dicit Philoſophus in 5. metaphy, ꝙ ſcibile dicitur relatiuum non quia ipſum referatur, ſed quia aliud refertur ad ipſum, & ita patet, quòd prędeſtinatio ſecundum rẽ nihil eſt niſi in intellectu diuino. [D. 450.] [Tex. 20.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd comparatio illa non attenditur abſolute cognitionis duarum naturarum in Chriſto ad prædeſtinationẽ ſed cognitionis ſimul cum prędeſtinatione ad prædeſtinationem ſimul cum ſtatu veteris legis: prædeſtinatio enim ſtat cum utroque. Vnde dicit, ꝙ melius eſt Nathanaeli cognoſcere &c. quã eſſe prædeſtinatum & manere ſub vmbra legis & mortis. Ac ſi diceret: melius eſt eſſe prædeſtinatum & habere gratiã noui teſtamenti, q̃ eſſe pdeſtinatũ, & non habere gratiã noui teſtamẽti, quia prædeſtinatio currit cum vtroq; teſtamento.

¶ Ad quartum dicendum, quòd temporalę non ponitur in diffinitione æterni in recto quaſi denotans ſubſtantiam ęterni, ſed in obliquo nihil prohibet poni vt ſignificetur reſpectus æterni ad temporale, & ſic gratia, & gloria in diffinitione prædeſtinationis ponitur.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum prædeſtinatio pertineat ad ſcientiam.*

AD SECVNDVM Sic proceditur. Videtur, quòd prædeſtinatio ad ſcientiam pertineat. Quia vt dicitur in litera, prædeſtinatio ſine præſcientia non poteſt eſſe: præſcientia autem ſcientiam nominat cum ordine ad futura. ergo prędeſtinatio ad ſcientiam pertinet.

¶ 2 Item videtur, quòd ad voluntatem. Dicit enim Augu. ꝙ prædeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. proponere autem eſt actus voluntatis, quia videtur idem eſſe quòd finem determinare, ergo videtur, quòd prædeſtinatio ad uoliſitatẽ pertineat. [De prædeſ. ſanct. c. 10. to. 7. & lib. 6. Hyppo. circa med.]

¶ 3 Item videtur, quòd ad potentiam, quia præparare eſt actus potentiæ, ſed prædeſtinatio eſt præparatio beneficiorum Dei. vt in litera dicitur, ergo &c.

E ¶ 4 Item videtur. quòd ſit idem quòd prouidentia vel diſpoſitio quia prædeſtinatio dicitur alicuius in finem directio. Sed ordo in finem pertinet ad prouidentiam vel diſpoſitionem, ergo videtur, quòd & prædeſtinatio.

¶ 5 Item videtur, quòd ſit idem quod liber vitæ. Vita enim animæ eſt per gratiam & gloriam: ſed prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, ſecundum magiſtralem diffinitionem. ergo ad librum vitæ pertinet.

RESPONDEO Dicendum, quòd prædeſtinatio includit in intellectu ſuo prouidentiam & aliquid addit: addit autẽ ad minus tria. Vnum ex parte ipſorum prędeſtinatorum, quia cũ prouidentia Dei ſit reſpectu omnium, & ſpecialiter quodammodo ſit reſpectu habentium voluntatem, prædeſtinatio includit in ſe prouidentiam ſecundum illum ſpecialem modum quo eſt hominum & habentium voluntatem. Secundum addit ex parte ipſius finis, & eorum quæ habentur vt promouentia ad finem: cum enim prouidentia reſpiciat ordinem vniuſcuiuſque boni ad quemlibet finem, prędeſtinatio eſt tantum reſpectu eorum quæ ſunt eleuata ſupra facultatem naturæ, vt glorię quę eſt in

eſt in perfecta Dei fruitione &gratię promouentis in ipſam. F
vnde dicit Dam.quòd prædeſtinatio eſt eorum quæ non ſunt in nobis.Tertium addit ex parte ipſius prædeſtinantis,ex cuius parte videtur duo addere.Primo,quia prouidentia eſt idem q̃d ars gubernationis rerum,quæ ſecundum rationem ſui nominis poteſt ſaluari in ſpeculatione tantū, ſed prædeſtinatio importat prouidentiam ſecundum quòd eſt ordinata ad executionem operis per voluntatem:& ideo diffinitur per propoſitum & per præparationem. Secundo addit præſciētiam exitus ex parte eius q̃d prouidetur.vnde ꝓpter aliquid ab ordine prouidentię quātum ad id quod intētum [d] eſt exire,ſicut Deꝰ vult omnes homines ſaluos fieri,licet non omnes ſaluētur.non autē ab ordine prædeſtinationis.Dicit enim prędeſtinatio intentionem diuinam de ſalute iſtius cum præſcientia eiꝰ quòd ſaluabitur, & ideo dicitur,quòd eſt pręſciētia & præparatio.

D. 1049.

¶Vnde patet ſolutio ad primum, quia non tantum ponitur præſcientia in eius diffinitione.

¶ Ad ſecundum,dicendum, quòd propoſitum non ſimpliciter nominat actū voluntatis, ſed præſupponit actum cognitionis oſtendentis finem in quem voluntas tendit.

¶ Ad tertium dicendum,quòd præpatatio quæ ponitur in diffinitione prędeſtinationis non eſt ſecundum executionem in opus,ſed intelligitur ſecundum propoſitum diuinæ uoluntatis.

¶ Ad quartum dicendum,quòd prædeſtinatio eſt quidam modus prouidentiæ, ſed addit aliqua ſpecialia, ſuper eam vt dictum eſt.

corp.art.

¶Ad quintum dicendum,quòd liber vitę metaphorice dicitur. Sicut enim in libro aliquid ſcribitur ex quo in eo veritas rei intelligitur,ita etiam in intellectu deſcribuntur ſimilitudines rerum per quas res cognoſcuntur.vnde intellectus poſſibilis ante intelligere comparatur tabulæ in qua nihil eſt ſcriptum in tertio de anima. Cum,ergo dicitur liber vitæ in Deo, poteſt ſumi vita vel ex parte Dei intelligentis,& ſic præſcientia creaturarum dicitur liber vitæ,quia quod factū eſt in ipſo uita erat. Io.1.Vel ex parte rei ſcitę, & ſic dicitur liber vitæ præſcientia vitę quę eſt in conformitate ad Deum . Hæc autem eſt duplex, ſcilicet vita gratiæ & vita gloriæ quæ ad perfectam conformitatem accedit.Vnde cuius talis vita reprçſentatur in libro diuinæ prçſcientiæ dicitur ſimpliciter ſcribi in libro vitę . Secundū quid autem, ſcilicet quantum ad præſentem iuſtitiam dicitur ibi ſcribi,cuius vita gratię tantum ibi cognoſcitur. Et etiam quodammodo dicuntur ibi ſcribi oppoſita horum,ſcilicet glorię,& gratię inquantum per hoc cognoſcuntur. Sic ergo patet, quòd liber vitæ eſt medium inter prçſcientiam communiter ſumptam & prędeſtinationem, quia præſcientia eſt communiter omnium,ſed liber vitę eſt tantum cognitio gratiæ vel gloriæ,ſed prædeſtinatio eſt non tantum gratiæ,ſed gratiæ ſimul & gloriæ. Vnde nullus dicitur eſſe prędeſtinatus quantum ad prçſentem iuſtitiam:ſicut dicitur ſcriptus in libro uitę , & ſuper hoc addit prædeſtinatio propoſitum uoluntatis.

Tex. 14.

prędeſtinatus, ſed tamē potuit eſſe ab æterno , quòd non eſſet prædeſtinatus , & potuit ab æterno non eſſe prædeſtinatus . Et ſicut ab æterno Deus potuit eum non Prędeſtinare, ita conceditur a quibuſdam , quòd & modo poteſt Deus eum nō prędeſtinaſſe, ab ęterno ergo poteſt Deus non prędeſtinaſſe eū, ergo poteſt iſte non fuiſſe prædeſtinatus . Si vero non fuiſſet prædeſtinatus , nec modo eſſet præ deſtinatus. ergo modo poteſt non eſſe prędeſtinatus . Ita & de prçſcientia , & de præſcitis dicunt , quod in actionibus vel in operationibus Dei & hominum nullatenus concedunt.

G

Ex quo enim aliquid factum eſt,vel dictum , non concedunt quòd poſſit non eſſe vel nō fuiſſe,immo impoſſibile eſt non eſſe , vel non fuiſſe quod factum eſt, vel dictum , referentes poſſibilitatem vel impoſſibilitatem ad naturam rei exiſtentis. :A: Cum vero de prçſciētia vel de prędeſtinatione Dei agitur, poſſibilitas uel impoſſibilitas :a: ad potentiam Dei refertur , quæ ſemper eadem fuit & eſt, quia prædeſtinatio b prçſcientia,potentia, vnum in Deo eſt.

*Quid ſit reprobatio Dei, & in quibus conſideretur, & quis ſit prædeſtinationis effectus .*

D

Cvmque prędeſtinatio ſit gratiæ præparatio ideſt diuina electio, qua elegit quos voluit ante mundi conſtitutionē, vt ait Apoſtolus †. Reprobatio econuerſo intelligenda eſt prçſcientia iniquitatis quorumdam, & prçparatio dānationis eorundem. Sicut enim prędeſtinationis effectus illa gratia eſt, qua in prçſenti iuſtificamur atque ad recte viuendum & in bono perſeuerandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur, ita reprobatio Dei
H
qua ab ęterno non eligendo quoſdam reprobauit , ſecundum duo conſideratur , quorum alterum prçſcit & non prçparat,id eſt, iniquitatem, alterum prçſcit & præparat , ſcilicet æternam pænam . Vnde

Ephes. c. 1.

## QVAESTIO II.

B

*Quorum ſit prædeſtinatio.*

Deinde quęritur quorum ſit prædeſtinatio . Et videtur quòd ſit tantum eorum qui ſunt. Prædeſtinatio enim ſignificat miſſionem quandam:ſed nihil mittitur niſi quod eſt,ergo prędeſtinatio eſt tantum entis.

¶2 Præter. quòd nō eſt non poteſt ad aliquid prçparari : ſed prędeſtinatio eſt ꝓparatio quçdam.ergo videtur, quod nō ſit non entium .

¶ 3 Item videtur, quòd non ſit angelorum , quia ſecūdum Auguſt. prędeſtinatio eſt propoſitū miſerendi, ſed angeli nunquam fuerunt miſeri,cū igitur miſericordia miſeriam reſpiciat, videtur ergo, quòd eis prçdeſtinari non competit.

vbi ſupr.ar. prçced.

¶4 Item videtur, ꝙ nec beatis qui ſunt in gloria, quia quod eſt in fine vltimo,nō poteſt dirigi ī illud , ſed beati ſunt in ſuo fine vltimo . ergo eis non competit prçdeſtinari.

¶ 5 Item videtur,quòd nec filio Dei . Quia prædeſtinatio importat anteceſſionem quandam ſicut & prçſcientia:ſed reſpectu filii Dei cum ſit æternus non poteſt deſignari aliqua anteceſſio,ergo filio Dei prædeſtinari non competit.

¶6 Sed econtrario videtur,quòd prædeſtinatio ſit omnium hominum,quia Deus ſecundum Dio.æqualiter ſe habet ad omnia.ergo ſi aliquibus ipſe præparat gratiam,& omnibus,ſed prædeſtinatio ē gratiæ prçparatio. ergo ſi aliquos præ deſtinat & omnes prædeſtinat.

I

c.3. de di. no

¶ 7 Præt. Sicut dirigimur in bona gratiæ a Deo,ita & in bona naturæ,quia omne bonum noſtrum ab ipſo eſt: ſed bona naturæ omnibus largitur bonis & malis.vt habetur Mat. 5. cū ergo prædeſtinatio ſit directio in finem,finis autem eſt bonum.videtur quod prædeſtinatio ſit omnium.

Respondeo, Dicendum, ꝙ prædeſtinatio dicitur eſſe aliquorum dupliciter : Vel ſicut finis & conferentium ad finem,& ſic dicitur eſſe gratiæ & gloriæ:Vel eorum qui finem cōſequuntur.& ſic eſt omnium qui gloriam per Dei gratiam adipiſcuntur.Vtrunque autem ex nomine prædeſtinationis accipi poteſt in quo coniungitur actus deſtinationis cum hac præpoſitione prç,per compoſitionem aduenientem,deſtinare autem ſignificat directionem alicuius in aliquid ſicut nuntii.Dicitur etiam aliomodo deſtinare,vt habetur.2. Macab. 6.Eleazarus deſtinauit nō admittere illicita,propter vitæ amorem. Sed hçc ſignificatio videtur deducta ex prima,quod enim proponitur dirigitur in executione operis . Illud autem proprie dicitur dirigi in aliquid quod non habet in ſe,vnde in illud vadat. & ideo proprie in illa dicitur prædeſtinatio quæ homo ex naturalibus ſuis conſequi non poteſt,ſcilicet gratiam & gloriam.Et ideo dicit Dam.quòd prædeſtinatio eſt eorum quę non ſunt in nobis.Et ideo quicquid non poteſt conſequi gratiam & gloriā, illud non prædeſtinatur:ſed illi tantum prædeſtinari dicuntur qui conſecuturi ſunt gloriam per gratiam . Sed hçc prçpoſitio prç,importat anteceſſionem quę diuerſimode diuerſis conuenit.

K

Vbi ſupra



nit. Inuenitur enim in prędeſtinatione hominis anteceſſio ęternitatis ad naturam & naturæ ad gratiam & gratię ad gloriam.In angelo autem inuenitur anteceſſio æternitatis ad naturam & naturæ ad gratiam ſecundum eos qui ponuat angelos tantū in naturalibus creatos,ſed ſecūdum eos nō gratię ad gloriam duratione.
A

lib.6. Hyp po. noſti. con, circa med.to.7.

Secundum aūt alios qui ponunt angelos in gratia creatos, nō inuenitur anteceſſio naturæ ad gratiā ſecundum durationē,ſed gratiæ ad gloriam. In Chriſto autem non inuenitur anteceſſio æternitatis ad perſonam,ſed tantum ad alteram naturam , nec naturæ ad gratiam nec gratię ad gloriam quantum ad fruitionem,ſed ſolum quātum ad impaſſibilitatem animæ & dotes corporis,& ſic diuerſimode prædeſtinatio diuerſis cōuenit.

c.17.to.7.

li.1. ad Monimū poſt med.

Ad primvm ergo dicēdum,quòd illi qui non ſunt nec erunt non prædeſtinantur,ſed illi qui erunt quamuis non ſint, quos Deus ſcientia viſionis cognoſcit,& quamuis ipſi non dirigantur actu in aliquid,vt in propria natura exiſtentes, tamen prædiriguntur in finem prout ſunt in Dei præſcientia.

¶Ad ſecundum dicendum,quòd eſt duplex præparatio. Quædam materiæ ſecundum quòd diſponitur ad recipiendum formā & ſic non prçparatur,niſi quod eſt. Quædam autem eſt præparatio agentis vt ſit agēs,& iſta ſicut eſt in naturalibus inquātum agens acquirit diſpoſitionem per quam agat,ita eſt in artifice ſecundum quòd concipit formā artificiati , & proponit eā exequi in opere,& talis præparatio eſt in Deo etiam reſpectu futurorum.
C

¶Ad tertium dicendum quòd illa diffinitio data eſt de prædeſtinatione inquantum reſpicit ſtatum præſentis miſeriæ , & nō de ipſa abſolute.Vel poteſt dici,quòd miſereri ſumitur hic non pro amotione miſeriæ prius habitæ,ſed pro collatione eorum, ſine quibus miſeria eſſet,& præcipue quæ ſola gratuita voluntate conferuntur .

¶Ad quartum dicendum quòd prædeſtinatus poteſt accipi dupliciter,vel participialiter ſecundum quòd conſignificat tēpus prçteritum , & ſic exiſtentes in patria ſunt prædeſtinati , quia quod ſemel eſt præteritum ſemper erit præteritū. Vel alio modo poteſt ſumi neutraliter,& ſic non proprie poſſunt dici prædeſtinati niſi ſecundum quòd diriguntur in continuitatem beatitudinis;quod tamen non proprie dicitur,quia extenſionē ſucceſſionis non habet.
D

¶ Ad quintum dicendum quòd quamuis non poſſit deſignari aliqua anteceſſio ad perſonam filii Dei abſolute , poteſt tamen deſignari ad naturam humanam vel ad perſonam ſecundum q̃d in tali natura ſubſiſtit,ſed hoc habet queri magis in tertio .

diſt.2. ar.3 quæſt.1.

¶Ad ſextum dicendum quòd quamuis Deus quantum in ſe eſt æqualiter ſe habeat ad omnes, non tamen æqualiter ſe habent omnes ad ipſum,& ideo non æqualiter omnibus gratia præparatur.

cor. art.

¶Ad ſeptimum dicendum quòd prædeſtinatio eſt proprie eorū quæ ſunt eleuata ſuper facultatem naturę vt dictum eſt,& ideo non oportet quòd omnium ſit prædeſtinatio qui a Deo bona naturalia percipiunt,ſed eorū quibus gratia & gloria præparatę.
E

## QVAESTIO III.

C

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum prædeſtinatio ſi certa.*

1. p. q.23. art.6. Et de ver.q. 6.ar. 3. Et quod. 12. ar. 3.

Deinde quęritur de certitudine prędeſtinationis, & videtur,ꝙ nō ſit certa.Dicitur enim Apo. 3.Tene q̃d habes, ne alius accipiat coronam tuā.aut hoc intelligitur de corona præſentis iuſtitię, aut de corona glorię,ſed non de corona prçſentis iuſtitiæ,quia gratia quā quis habet eo peccante deſtruitur , nec de ſubiecto in ſubiectū mutatur,ergo intelligitur de corona glorię : ſed gloria non eſt alicuius in ſtatu vię niſi quia eſt ſibi prædeſtinata.ergo videtur quòd vnus poſſit accipere hoc quod alii prędeſtinatum eſt , & ita ꝑdeſtinatio certitudinem non habet

¶2 Præter. Grego.in moralibus dicit, ꝙ aliis cadētibus in eorum locum alii ſuccedunt:ſed locus gloriæ non poteſt dici eorum , niſi quia eſt eis prędeſtinatus, ergo idem quod prius.

25. cap.10.

¶3 Pręt. In pſal. dicitur . Deleantur de libro viuentium,ſed non poteſt deleri de libro quod ibi ſcriptum non eſt, cum ergo prædeſtinatio ſit liber vitæ,vt dictum eſt,videtur ꝙ aliq̃d a prædeſtinatione poſſit deficere, & ita non erit certa .

pſal. 68.

ar. 2. huiuſ. quęſt.

¶4 Præt. eorum quę non ſunt determinata nec in ſe nec in cauſis ſuis non poteſt eſſe certitudo,ſed motus liberi ar. quod eſt cauſa ad vtrumlibet non ſunt determinati;nec in ſe nec in ſuis cauſis antequā ſint,ergo cum effectus prædeſtinationis expleatur motibus liberi arbitrii quæ ſunt opera meritoria videtur ꝙ prædeſtinatio nullam certitudinem habeat.

¶5 Præt. Omnis certa cognitio poſita de neceſſitate concludit cognitum:ſed illud quod eſt ęternum cum ſit in omni tempore poteſt in quocunque tempore poni, cum igitur prædeſtinatio ſit æterna poteſt poni aliquis prędeſtinatꝰ antequam ſaluetur , ergo poteſt concludi.iſte ſaluabitur ſicut verum: ſed ſi futurum contingens eſſet uerum,tunc accideret de neceſſitate,vt probat Philoſophus. ergo ſequeretur ꝙ iſte ex neceſſitate ſaluaretur, & ꝙ non poſſet non ſaluari , & ſic liberum arbitrium periret, quod eſt impoſſibile,& impoſſibile non ſequitur niſi ex impoſſibili.ergo videtur quòd impoſſibile ſit prædeſtinationem certitudinem habere,quia alia probata ſunt poſſibilia eſſe .

1. peri. ca. ulti.

Sed contra. Prædeſtinatio in ſui ratione includit præſcientiam , ſed ipſe Deus habet certā cognitionem de omnibus quæ cognoſcit, vt ſupra habitum eſt,ergo videtur quòd prædeſtinatio ſit certa.

diſt. 36.q. 1.ar.3.

Respondeo, Dicendum ꝙ quidam dixerunt quòd Deus non cognoſcit futura contingentia niſi ſecundum quòd ſunt,ſcilicet ſciens ea eſſe contingentia,ſicut neceſſaria eſſe neceſſaria.Sed hoc improbat Boe. quia ſecundum hoc ſequeretur quòd Deus non plus cognoſceret de ſalute hominum futura q̃ homo qui ſcit ēt eā contingentem. Vnde alii dixerunt ꝙ prædeſtinatio habet certitudinem , ita quòd numerus ſaluandorum apud Deum eſt certus accipiendo numerum quo numeramus, ſcilicet ꝙ ſaluabuntur centum vel mille,& ſic de aliis. Non autē certꝰ ē numerꝰ materialiter ſumptus.ſ. quo ad ſuppoſita,quia iſti homines poſſunt & ſaluari & non ſaluari . Sed hoc eſt attribuere Deo imperfectam cognitionem.Si enim cognoſcit quòd tot ſaluabuntur & non quòd iſti, imperfecta eſt eius cognitio & in vniuerſali tantum.Si autem cognoſcit,quòd etiā iſti,oportet hoc certum eſſe,quia cognitio eius incerta eſſe non poteſt, ſicut nec falſa. Et ideo dicendum eſt quòd numerus prædeſtinatorum vtroque modo acceptus,ſcilicet & formaliter & materialiter certus eſt Deo:ſed incertus eſt nobis,nec tamen iſta certitudo neceſſitatem ſaluandis imponit,quod patet ex his quę dicta ſunt. Prædeſtinatio enim includit in ſuo intellectu præſcientiam & prouidentiam ſalutis omnium . Prouidentia autem vt dictum eſt:quàmuis ſit omnium,non tamen omnia neceſſario contingunt,ſed ſecundum conditionem cauſarum proximarū, quarum naturas & ordinem prouidentia & prædeſtinatio ſaluat. Præſcientia etiam non imponit neceſſitatem rebus, nec inquantum eſt cauſa,cum ſit cauſa prima cuius conditionem effectus nō habet ſed cauſę[d] proximæ,nec ratione adæquationis ad rem ſcitam,quæ ad rationem veritatis & certitudinis ſcientiæ exigitur,quia adæquatio iſta attenditur ſcientiæ Dei ad rē non ſecundum quòd eſt in cauſis ſuis in quibus eſt vt poſſibile futu-

de cōſo. lib. 5. proſa ult.

D.324.

Auguſt, ad † Proſperum & Hilarium. Hæc inquit regula incōcuſſe tenenda eſt, peccatores in peccatis præſcitos eſſe non præparatos:pænam autem eſſe præparatam. Præparauit.n . Deus, vt ait †Aug. in lib. de bono perſeuerantiæ , in præſcientia ſua quibus voluit bona ſua , & quibuſcunque donat proculdubio ſe donaturū eſſe præſciuit. Præparauit etiam Deus: vt ait† Fulgentius, malis ignem æternum: illis vtiquæ quos iuſte præparauit ad luenda ſupplicia, nec tamen prçparauit ad faciēda peccata . Prçparauit enim Deus quod diuina ęquitas redderet : nō quod humana iniquitas admitteret. Non enim ſicut præparauit ſanctos ad iuſtitiam percipiendā,ſic præparauit iniquos ad iniuſtitiam admittēdam:quia prauitatis prçparator nunquàm fuit. Sicut ergo prædeſtinatio Dei proprie eſt prçſcientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſime liberantur quæcunque liberantur , ita reprobatio Dei eſt prçſcientia malitiæ in quibuſdam non finiendæ præparatio pænę non terminandę . Et ſicut prædeſtinationis effectꝰ eſt gratiæ appoſitio,ita reprobationis ęternę quodammodo effectus eſſe videtur obduratio b . Nec obdurat Deus, vt ait Augu. ad Sixtum, impartiendo malitiā, ſed non impartiendo gratiam,
B

futurum tantum,ſed ad ipſam rem ſecundum quòd habet eſſe determinatum,prout eſt præſens & non futurum, & hoc ſupra B
Diſt. 38. q. 1. arti. 5. expoſitũ eſt:& ita patet,quòd certitudo prædeſtinationis nullam neceſſitatem ſaluandis imponit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd vtroque modo poteſt exponi. ſi enim intelligatur de corona præſentis iuſtitię dicitur coronam ei⁹ alius accipere, dum opera ipſius in charitate facta,quæ ſibi & aliis proderant ſecundum quòd ſpiritus charitatis facit communia merita ſanctorum,ipſo peccante ſibi prodeſſe deſinunt ad meritũ vitæ æternæ: eorum tamen fructus in illis manet qui in gratia perſeuerant.non autem ita quòd eadem numero gratia, quæ eſt in vno, ipſo peccante in altero fiat. Et ſimiliter exponitur ſi intelligitur de corona futuræ gloriæ, quia ſancti in patria exiſtentes gaudent de omnibus meritis ſanctorum qui in mundo ſunt.vnde aliquo peccante cuius multa merita præceſſerunt gaudium illorum meritorum in æternum manebit in beatis, quod ipſe peccando amiſit, nõ ita quòd gloria quæ prædeſtinata eſt vni, alteri detur.Dicitur tamẽ. Ne alius accipiat coronam tuam,nõ ad excludendum prædeſtinationis certitudinem, ſed ad oſtendendam arbitrii libertatem. H

Rom. 9. Lib. 1. q. 2. poſt med. to. 4.

¶ Ad ſecundum dicendum quòd dictum Greg. non intelligitur de loco qui ſanctis prædeſtinatus eſt:ſed de loco quem tenent in eccleſia per ſtatum præſentis iuſtitiæ, quia eccleſia nunquam deſtituitur exiſtentibus in gratia.vnde peccantibus quibuſdam alii in gratiam a domino aduocantur.

¶ Ad tertium dicendum quòd prædeſtinatio eſt liber vitæ ſecundum quòd dicitur in eo aliquid ſcribi non ſolum quãtum ad præſentem iuſtitiam,ſed etiam quantum ad futuram gloriã, & ſic nullomodo poteſt dici aliquis deleri de libro vitæ, ſed illud quod eſt ibi ſcriptum quantum ad præſentem iuſtitiam tãtum,dicitur deleri non mutatione facta ex parte libri, vt quòd aliquid in eo fuerit,quod poſtmodum non ſit,ſed ex parte illi⁹ qui in libro ſcriptus dicitur,inquantum,ſcilicet ipſe mutatur a ſtatu præſentis iuſtitię,& ſic vita eius non repręſentatur præſens,ſed vt præterita.

¶ Ad quartum dicendum,quòd contingens futurum vt motus, lib.ar,quàmuis non ſit determinatum in cauſa ſua,eſt tamẽ determinatum in eſſe ſuo ſecundum quod eſt actu, & ſic ſubiacet certitudini præſcientiæ,ſicut ſupra dictum eſt de futuris cõtingentibus,diſt. 38. Q. 1. ar. 5.

¶ Ad quintum dicendũ,quòd illud ꝙ mẽſuratur æternitate eſt ſimul cum omni tempore,ita tamen quòd nullo eorum menſuratur,& ideo actus diuinæ præſcientiæ non poteſt poni ita eſſe nunc,quaſi menſuretur per præſens tempus, vt ordinẽ præſentis ad futurum ad ſuum ſcitum habeat,ſed ad omne tempus & ad omne ſcitum habet ordinem præſentis ad præſens. vnde cum dicitur,Deus præſcit hoc non intelligitur quòd hoc ſit futurum reſpectu diuinæ ſcientiæ,ſed reſpectu huius temporis in quo profertur, & ideo oportet huiuſmodi verba & participia dicta de Deo a determinatione temporis abſoluere, vt conſignificent nunc æternitatis & non temporis,alias ineuitabiliter ſequitur error.

## QVAESTIO IIII.

D

### Deinde quęritur de reprobatione.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo. Quid ſit.
Secũdo. Vtrum Deus ſit cauſa obdurationis & excęcationis, quæ reprobationi quodammodo reſpondet.

### Articulus primus.

*Vtrum reprobatio addat aliquid ſupra præſcientiam.*

ſicut nec digni ſunt. Quibus enim non impartitur, nec digni ſunt nec merentur potius vt non impartiatur: hoc digni ſunt, hoc merentur. Vnde Apoſtolus ait†: Cuius vult miſeretur Deus, & quẽ vult indurat, miſericordiam appellans prędeſtinationem, & præcipue prędeſtinationis effectũ, ideſt gratiæ appoſitionem; obdurationem vero gratiæ priuationem. Non enim vt ait Aug. ad † Simplicianum, intelligendum eſt quòd deus ita induret, quaſi quemquã peccare cogat, ſed tamen quibuſdam peccatoribus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur: quia non eorum miſeretur,non quia impellit vt peccent.Eorum autem nõ miſeretur, quibus gratiam non eſſe præbendam æquitate occultiſſima & ab humanis ſenſibus remotiſſima indicat, quam nõ aperit, ſed miratur Apoſtolus dicens. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei. G

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd reprobatio nihil addat ſupra p̄ſcientiam. Reprobatio enim malorum eſt: ſed horum non habet Deus niſi ſciẽtiam ſimplicis notitiæ: vt ſupra habitũ eſt. ergo reprobatio ſupra præſcientiam nihil addit. diſ. 38. q. 1. art. 1. Rom. 11.

¶ 2 Præte. Illud qđ addit aliquid ſupra commune, non appropriat ſibi nomen communis ſicut conuertibile quod non indicat ſubſtantiam rei appropriat ſibi nomen proprii,quia non addit aliquid, ſicut diffinitio addit, ſed reprobatio appropriat ſibi nomen præſcientiæ, dicimus enim communiter malos præſcitos, & bonos prædeſtinatos. ergo videtur quòd reprobatio nihil ſupra præſcientiam addat.

¶ 3 Præt. Magiſter ſupra. 35. diſt. poſuit rationes eorum quæ aliquid ſupra præſcientiam & ſcientiam addunt vel diſpoſitionis prouidentię &c. ergo cum non fecerit ibi de reprobatione mẽtionem, videtur quòd nihil ſupra præſcientiam addat.

Sed contra. Præſcientia eſt omnium tam bonorũ quàm malorum:ſed reprobatio non eſt niſi damnandorum.ergo aliquid ſupra rationem præſcientiæ addit.

¶ Præter. Reprobatio opponitur approbationi:ſed approbatio dicit aliquid in voluntate,cum ergo oppoſita ſint eiuſdem, videtur quòd reprobatio ponat aliquid in voluntate & non in præſcientia tantum.

Respondeo, Dicẽdum:quòd reprobatio addit ſupra præſcientiam rationem prouidentiæ. Cum enim prouidentia diuina ſit communiter omnium, tamẽ quodam ſpeciali modo & priuilegiato eſt eorum in quibus inuenitur voluntas, per quam æternæ glorię capaces ſunt vnde ſpecialis quidem mod⁹ prouidentię diuinæ attenditur,ſecundum ordinem talis naturæ in finem gloriæ,& ſecundum collationem eorum, quæ in finem illum promouent. Et quia ex conditione talis naturæ eſt vt a conſecutione finis deficere poſſit, ideo per prouidentiam diuinam ordinatum eſt, vt talis defectus in bonum iuſtitiæ cedat,dum culpæ pœna adhibetur,& ideo ſicut prouidentia diuina reſpectu ipſius boni quod eſt per conſecutionem gratiæ & gloriæ cum præſcientia euentus dicitur prædeſtinatio, ita prouidentia diuina reſpectu mali oppoſiti cum præſcientia defect⁹ dicitur reprobatio. Et quia bonũ ſubiacet prouidẽtiæ, vt cauſatum & ordinatum, ideo dicitur, quòd prædeſtinatio eſt cauſa gratiæ & gloriæ ad quam ordinatur:ſed quia malum non ſubiacet prouidentiæ,vt intentum,vel cauſatũ, ſed ſolum, vt præſcitum & ordinatum, ideo reprobatio eſt tantum præſcientia culpæ & non cauſa,ſed pœnæ,per quã culpa ordinatur eſt pręſcientia & cauſa. I

Ad primum ergo dicendum, quòd malorum vt fiant deus habet ſcientiam ſimplicis notitiæ, ſed vt ordinentur habet etiam horum ſcientiam approbationis,& hoc importat reprobationis nomen. K

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd reprobatio non addit ex parte reprobati ſupra præſcientiam,quia nihil cauſatur in ipſo per quod malus fiat. & ideo appropriat ſibi nomen commune, addit tamen aliquid ex parte dei reprobantis, ſcilicet voluntatem ordinis pęnę ad culpam. vnde etiam in abſtracto non ita appropriat ſibi nomen commune ſicut in concreto. vnde magis dicitur reprobatus præſcitus,quàm præſcientia reprobatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd reprobatio opponitur prædeſtinationi,& ideo p̱ oppoſitũ dať ĩtelligi poſita p̄deſtinatione.

### Articulus II.

*b Vtrum Deus ſit cauſa obdurationis.*

12. q. 79. ar. 1. Et 2. diſt. 37. q. 2. art. 1. Et 2. diſt. 43. 1. Et de Mal. q. 3. 1. Et cont. lib. 3. c. 162.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd obdurationis & excęcationis cauſa ſit deus per id quod habetur



Glo. ordinaria ibidem. tur ſecundę Cor. 4. Deus huius ſeculi excęcauit mentes infidelium: & vna gloſ. exponit de deo vero. ergo videtur quòd ipſe ſit cauſa obdurationis & excęcationis.

¶ 2 Præt. Excęcatio & obduratio ſunt quædam pœnę iuſtę: ſed omnis pœna iuſta a Deo eſt. ergo excęcatio & obduratio a Deo ſunt.

Lib. 1. text. 30. ¶ 3 Præt. ſecundũ Philoſophum in poſteriorib⁹. Si affirmatio eſt cauſa affirmationis,& negatio eſt cauſa negationis:ſed velle diuinũ eſt cauſa quòd iſte habeat gratiam: quia ſcilicet ipſe vult. ergo videtur ꝙ non velle dei, ſit cauſa quare iſte gratiam non habeat: ſed hoc eſt obduratio. ergo ex parte dei accipienda eſt cauſa obdurationis.

Text. 30. ¶ 4 Præt. Sicut dicit Philoſophus in 2. Phy. id quod per ſui præſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, ſcilicet gubernator, per ſui abſentiam eſt cauſa periculi: ſed Deus per ſui pręſentiam in anima eſt cauſa gratię. ergo per ſui abſentiam eſt cauſa obdurationis.

Ca. 4. de di. no. Aug. de Spũ & anima, c. 17. to. 3. Anſel. de concor. gratiæ ante medium. Sed e contra eſt quod dicunt ſancti cõmuniter Diony. Aug. & Anſ. ſcilicet quòd cauſa quare iſte non habet gratiã eſt, quia ipſe noluit accipere, & non quia Deus noluit ei dare; quia lumen ſuum omnibus offert: quod tamen ab omnibus nõ percipitur, ſicut nec lumen ſolis a cęco: ſed obduratio eſt ipſa carentia gratiæ. ergo obdurationis cauſa non eſt ex parte dei. C

¶ Præt. Nullus culpatur vel punitur de eo cuius cauſa in ipſo non eſt: ſed homo punitur & culpatur pro obduratione vel pro carentia gratiæ. ergo huiuſmodi cauſa eſt ipſe.

Respondeo, dicendum ꝙ obduratio dicitur quandoque actus voluntatis obſtinatę in malum, cui pertinaciter adhæret: & ſic conſtat quòd obdurationis cauſa non eſt deus ſed homo, ſicut nec alicuius actus peccati inquantum deformis eſt: quandoque vero obduratio dicitur ipſa priuatio gratiæ quæ ẽt excęcatio dicitur: quia gratia eſt quoddam lumen animæ & p̱fectio quædam habilitans ipſam ad bonum. Iſtum autem carere gratia ex duobus contingit. Tum, quia ipſe non vult recipere. Tum, quia deus non ſibi infundit vel non vult ſibi infundere. Horum autem duorum talis eſt ordo, vt ſecundum non ſit, niſi ex ſuppoſitione primi. Cum enim deus non velit niſi bonum, non vult iſtum carere gratia niſi ſecundum quòd bonum eſt: ſed ꝙ iſte careat gratia non eſt bonũ ſimpliciter. vnde hoc abſolute conſideratum, non eſt volitum a Deo. Eſt tamen bonũ vt careat gratia, ſi eam habere non vult, vel ſi ad eam habendã negligenter ſe præparat: quia iuſtum eſt, & hoc modo eſt volitum a deo. Patet ergo ꝙ huius defectus abſolute cauſa prima eſt ex parte hominis qui gratia caret: ſed ex parte Dei non eſt cauſa huius defectus niſi ex ſuppoſitione illius, quod eſt cauſa ex parte hominis. Et per hunc modum inuenitur dici deus quandoque cauſa excęcationis vel obdurationis: non quidem immittendo malitiam: ſed non impartiendo gratiam, quod in ipſo eſt. Si enim non neceſſario impartitur gratiam, in ipſo eſt & non impartiri. vnde eius quod eſt non impartiri, aliquo modo cauſa eſt. Iſte autem defectus poteſt dupliciter conſiderari, ſicut ẽt quilibet alius: cũ. n. defectus incidat ex defectu cauſæ ſecũdę, & nõ ex defectu cauſæ primæ, quę tñ defectũ deus nõ impedit, tñ impedire poſſet ne impedimentum naturæ cedat. Si iſte defectus gratiæ comparetur ad voluntatem quæ eſt ſicut cauſa proxima, inuenitur voluntas habere cauſalitatem ad ipſum, quæ bonum propoſitum non accipit cum accipere poſſit: & ex hoc eſt culpabilis & vituperabilis: quia malum cuius principiũ eſt voluntas, eſt huiuſmodi. Si autem comparetur ad ipſum Deum non inuenitur cauſatus ab ipſo: ſed tantum permiſſus & ordinatus, vt ſcilicet ſit in pœnam ipſius voluntatis deficere: vnde dicit Aug. in 1. confeſſionum. Iuſſiſti domine, & ſic eſt, vt omnis inordinatus animus ſibiipſi ſit pœna, & talis ordinatio a Deo eſt. vnde reſpectu ipſius defectus nullam cauſalitatem habet, ſed reſpectu ordinationis tantum: & hoc ſignificatur cum obdurare dicitur. D E

Ca. 12. to. 1.

Et per hoc patet reſponſio ad primum. Quidam tamen dicunt, ꝙ Deus eſt cauſa obdurationis, ſicut natura cauſa quietis, quod expreſſe falſum eſt: quia quies naturalis eſt finis motus naturalis & per ſe intenta a natura, quod hic dici nõ poteſt. Quòd deus dr̃ excęcare permittẽdo defectum & ordinãdo. A

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ obduratio dicitur pœna prout dicit defectum iam ordinatum: & ſic reducitur in diuinam cauſalitatem non ratione defectus, ſed ratione ordinis, qui eſt a deo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ effectus non conſequitur niſi concurrentibus omnib⁹ cauſis: ſed ex defectu vnius conſequitur negatio effectus. Dico ergo, ꝙ cauſa gratiæ ſicut agẽs eſt ipſe deus: & ſicut recipiens eſt ipſa anima per modũ ſub ecti & materiæ: & iõ quia formæ inductę non eſt cauſa materia, neque ſubiectũ niſi tale, ex cuius pricipijs fluit accñs, quale accñs non eſt gratia: ideo non dicitur ſimpliciter anima cauſa gratiæ: ſed recipiens tantum: deus autem cauſa. Nec oportet ꝙ omnis defectus incidat ex parte agentis: ſed poteſt incidere ex parte recipientis, & ita eſt in propoſito. Rom. 9.

¶ Ad quartum dicendum, quòd deus quantum eſt in ſe, nulli eſt abſens: ſed homo a deo præſente ſe abſentat, ſicut a præſente lumine qui claudit oculos, & ideo non eſt ſimile quod pro ſimili inducitur.

## DISTIN. XLI.

A

*Vtrum aliquod ſit meritum obdurationis, & miſericordiæ.*

Si autem quærimus meritũ obdurationis & miſericordię, obdurationis meritũ inuenimus, miſericordiæ aũt meritũ non inuenimus, quia nullũ ẽ miſericordiæ meritum, ne gratia euacuet ſi non gratis donetur: ſed meritis redditur. Miſeretur itaque ſecundum gratiam quæ gratis datur, obdurat autem ſecundũ iudicium qđ meritis redditur. Vnde datur intelligi, vt ſicut reprobatio Dei eſt, nolle miſereri, ita obduratio Dei ſit nõ miſereri: vt non ab illo irrogetur aliquid, quo ſit homo deterior: ſed tantum quo ſit melior nõ erogetur. Ex his aperte oſtẽditur, quid miſericordiam qđ obdurationẽ ĩtellexerit Apoſtolus: & quia miſericordia nullũ B

### EXPOSITIO TEXTVS.

C

Intelligentia enim conditionis &c.} Hoc ſic exponi poteſt: accipiantur duo dicta, quorum vnum eſt verum, ſcilicet Petrum poſſe dãnari. alterum falſum, ſcilicet Petrum non poſſe damnari: ſi adiungitur conditio quæ implicite intelligitur in hoc participio prædeſtinatus, intellectus illius conditionis facit dictum qđ prius erat falſum eſſe verum: quia ſi Petrus eſt prædeſtinatus, Petrum non poſſe dãnari eſt verum. Faciet etiam impoſſibilitatem in dicto, quod prius erat verum, Petrum enim poſſe danari eſt impoſſibile, ſi eſt prædeſtinatus: vt tamen impoſſibilitas ad neceſſitatem conſequentiæ referatur. {Quod tamen in actionibus vel operationibus &c.} operationes dei nominat quas explet nulla creatura mediantę, ſicut intelligere, velle, & huiuſmodi. & quia tales operationes æternitate menſurantur & non tempore, ideo non ſequuntur neceſſitatem præteriti, ſed manent in libertatę præſentis: ita tamen, quòd immobilitas non tollatur. non enim poteſt deus nunc velle, & quod nũc vult poſtea non velle; ſed ſuum ęternum velle ſemper eſt in libertate voluntatis eius, & ideo ex veritate pręedeſtinationis: nõ ſequitur aliqua neceſſitas ex parte prædeſtinãtis; ſicut nec ex parte prædeſtinati. Poteſt enim & prædeſtinare & non prædeſtinare. Operationes autem dei & hominum nominantur q̃ a deo mediante creatura vel in creatura explentur, & quia ex parte creaturæ tempore menſurantur, ideo tranſeunt in præteritũ & neceſſitatem acquirunt. {Ita reprobationis ęternæ quodammodo effectus &c.} Hoc ideo addit: quia non eſt ſimpliciter concedendum, ꝙ reprobatio obdurationis ſit cauſa: ſed ſolum permiſſionis & ordinationis; vt dictum eſt. D Corp. art.

## DISTINCTIO XLI.

### DIVISIO TEXTVS.

E

Hic determinat Magiſter de cauſalitate prædeſtinationis & reprobationis, excludens errorem eorum qui vtriuſque cauſam ex parte noſtra aſſignabant, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit vtrumque ex parte noſtra cauſam non habere. In ſecunda, oſtendit ſcientiam dei nunquam diminui. ibi {Præt. Conſiderari oportet &c.} Prima in duas. In prima oſtendit veritatem. In ſecunda excludit errorem. ibi {Opinati ſunt tamen quidã.} Et hæc diuiditur in duas. In prima excludit errorem illorum qui ponebant opera noſtra ſecũdũ hoc quòd ſunt a Deo præſcita; eſſe cauſam vtriuſque. In ſecunda, errorem illorum qui ponebant opera præcedẽtia, etiam in rerũ natura, eſſe cauſas prædeſtinationis & reprobationis, ibi {Multi vero de iſto profundo &c.} Prima in duas. In prima, ponit opinionem quæ authoritate

ritate Aug. videtur muniri; quam tamen authoritatem Magiſter ſimul cum opinione ab Aug. retractatam oſtendit. In ſecunda ponit obiectionem eorum ex alia authoritate ſumptam, quā etiam retractatam dicit, licet quidam ſoluere conentur eam inſufficienti ſolutione. ibi {His tamen videtur &c.} {Præt. Cōſiderare oportet &c.} Hic oſtendit ſciētiæ diuinę immutabilitatem. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæſtionem. Secūdo determinat eā. ibi {De præſcientia primo &c.} Circa hoc duo facit. Primo, determinat quātum ad præſcientiā. Secūdo, quātum ad ſcientiam. ibi {De ſciētia autem aliter di. &c.} Vbi tria facit. Primo, determinat quæſtionem. Secundo, ponit obiectionem in contrarium. ibi {Ad hoc autē opponit &c.} Tertio ſoluit eā. ibi {Sed ad hoc di. &c.}

aduocat meritum, obduratio vero non eſt ſine merito, & miſericordię verbo hic accipitur prædeſtinatio, & præcipue prædeſtinationis effectus, obdurationis vero non ipſa dei æterna reprobatio, quia eius nullum eſt meritum ſed gratiæ priuatio, ſiue ſubtractio, quæ quodā modo eſt reprobationis effect⁹. Accipitur tamē aliquando reprobatio pro obduratione, ſicut & prædeſtinatio ꝓ ſuo effectu, cui eſt gratia appoſita. Gratia enim quæ apponitur, effect⁹ eſt predeſtinationis. Cum ergo gratię q̄ apponit homini ad iuſtificationem nulla ſint merita multo minus & ipſius prędeſtinationis, qua ab ęterno elegit deus quos voluit aliqua poſsūt exiſtere merita. Ita nec reprobationis qua ab æterno quoſdā præſciuit futuros malos & dānandos: ſicut elegit Iacob & reprobauit Eſau: quod nō fuit pro meritis eorum quæ tunc haberent: quia nulla habebāt: quoniam nec ipſi exiſtebant; nec ꝓpter futura merita quæ præuideret, vel illum elegit, vel illum reprobauit.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quæruntur quinque.


Primo. Vtrum electio Deo ab æterno conueniat.
Secundo. De ordine prædeſtinationis ad electionem.
Tertio. Vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis & reprobationis.
Quarto. Vtrum prædeſtinatio iuuetur meritis & orationibus ſanctorum.
Quinto. Vtrum Deus ſciat nunc omne quod olim ſciuit.


### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum in Deo ſit electio.*

1. p. q. 23. arti. 4. ca. 3. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q electio nullo modo in Deo ſit. Electio enim ſecundū Philoſophum in 3. Ethico. ſequitur conſilium ſicut concluſio eius: conſilium autem vt ibidem dicit, eſt quæſtio quædam. cum igitur Deo non competat inquiſitiua cognitio, videtur quòd Deo non cōpetat electio.

¶ 2 Præt. Electio ponit diſcretionem quādam: ſed Deus æqualiter ſe habet ad omnes: quia ſicut Diony. in 4. c. de diui. nom. dicit: ſicut enim ſol non ratiocinans, neque præeligens radios ſuos diffundit in omnia corpora, ita & diuina bonitas in omnes creaturas. ergo videtur quòd Deo eligere non competat.

¶ 3 Præt. Electio requirit multitudinem in eis quorum eſt electio: ſed ab æterno omnia non fuerunt niſi vnum in Deo. ergo videtur q electio non ſit æterna: ſed quicquid eſt in Deo eſt æternum. ergo *electio nihil ponit in Deo*.

¶ 4 Præt. Operationi eligentis aliquid intelligitur præexiſtere in re quæ eligitur; ſed operationi diuinæ nihil præexiſtit in creatura. ergo videtur quòd electio Deo non competat.

SED CONTRA. Ad Epheſ. 1. dicitur. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem &c. ergo videtur quòd Deo conueniat electio.

RESPONDEO, Dicendum, q electio importat ſegregationem quandam. Hæc autem ſegregatio non poteſt eſſe niſi aliquorum, quæ habent aliquam permiſtionem vel conuenientiam, & ideo illius quod in ſe determinatum eſt & diſcretum, non poteſt eſſe electio. Et ideo electio vt dicitur in 3. Ethic. nō eſt finis vltimi; qui vnicuique naturaliter eſt determinatus; ſed tantum eorum quæ ſunt ad finem, ad quem per plura media deueniri pōt, licet quædam ſint conuenientiora quæ eliguntur. Cap. 6. Hæc autem ſegregatio poteſt eſſe tantum in conceptione alicuius operantis, vel etiam in executione operis. Ex his, tria poſſumus accipere circa electionem de Deo dictam. Primo, quòd electio non conuenit Deo reſpectu ſuiipſius, non enim eſt electio finis, ſed eorum quæ ſunt ad finem. Secundo, poteſt accipi a quibus eliguntur: quia ſcilicet ab his qui nati ſunt participare eundem finem, vnde non dicitur quòd homines qui eliguntur ad gloriam eligantur ab irrationabilibus: ſed ab hominibus qui nati ſunt gloriam aſſequi. Tertio, poteſt accipi quòd electio vno modo eſt æterna, alio modo temporalis, ſi enim accipiatur ſecundum q eſt in propoſito ipſius Dei, ſic æterna eſt: quia ab ęterno voluit bonos a malis ſegregare in gloriam. Si autem ſumatur ſecundum quòd eſt in executiōe operis, ſic eſt temporalis: ſicut quando aliquis ſegregatur a culpa originali vel actuali in gratiam, vel a communi ſtatu in prælationis officium, & ſic de alijs quæ diuino munere aliquib⁹ ſpecialiter cōferuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q accidit electioni q ſequatur inquiſitionem: ex eo ſcilicet quòd eſt in tali natura, quæ eorum, quæ ſunt ad finem ſine inquiſitione cognitionem non habet, ſicut eſt in nobis, quod omnino Deo non competit, qui omniū certā cognitionem habet.

¶ Ad ſecundum dicendum, q quàmuis ipſe quantum in ſe eſt ęqualiter ſe habeat ad omnia, non tamen omnia eandem idoneitatem habent ad recipiendum largitionem bonitatis eius, & huius diuerſitatis cognitionem & ordinationem habet, & ideo conuenit ſibi electio. Quod autem dicit Diony. de comparatione diuinæ bonitatis ad ſolem, intelligēdum eſt *eſſe ſimile*, quantum ad vniuerſalitatem communicationis, & non quantum ad priuationē electionis. Sicut enim ſol nulli radios ſuos ſubtrahit, ita nec *Deus munera bonitatis* ſuæ, quæ tamen non eodem modo in omnibus recipiuntur, & huius diuerſitatis Deus eſt cognitor & ordinator, quod ſoli corporali nō cōpetit. Vbi ſupra

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus ab æterno non tantum cognouit de rebus illud eſſe, quod tunc in ipſo habebant: ſed eſſe quod in propria natura habiturę erant, ſecundū quod eſſe vnitatem non habent: ſed magnam diſtantiam ad participandam diuinam bonitatem, & ita cōuenit ſibi ab æterno electio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd operationi creationis non præexiſtit aliquid in re, & ideo non proprie dñr ea quæ terminanē ad eſſe eligi: ſed operationi diuinæ qua iuſtificat & glorificat præexiſtit natura, vel in proprio eſſe, vel in diuina cognitione.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum electio præcedat ſecundum rationem prædeſtinationem.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q electio prædeſtinationem non præcedat ſecundum rationem. Electio enim addit aliquid ſupra præſcientiam, aliàs etiam eſſet malorum: addit autem actum voluntatis, vt patet ex Philoſopho. 8. & 9. Ethi. Cum ergo prædeſtinatio nihil addat ſupra præſcientiam niſi voluntatem ſalutis quorundam, videtur quòd electio prædeſtinationem non præcedat ſecundum rationem, ſed ſit idem ſibi. 8. Eth. ca. 4.

¶ 2 Præt. Electio præſupponit diuerſitatem in eis inter quæ eſt electio: ſed diuerſitas quæ eſt in hominibus ad conſecutionē finis eſt per effectum prædeſtinationis, ideſt per gratiam. ergo videtur quòd electio etiam prædeſtinationem ſequatur ſecundum rationem.

¶ 3 Præt. Vocatio ſequitur prædeſtinationem, vt habetur Ro. 8. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: ſed vocatio videtur idē eſſe electioni: quia quod eligitur ad aliquid videtur quodammodo vocari in illud. ergo videtur quòd electio prædeſtinationem ſequatur.

SED CONTRA. Dilectio præſupponit electionem ſicut ipſum nomen oſtendit: ſed prædeſtinatio ſequitur dilectionē: quia non præparantur bona niſi eis qui diliguntur. ergo videtur quòd prædeſtinatio electionem ſequatur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd prædeſtinatio & electio addunt aliquid ſupra præſcientiam ſicut diſpoſitio & prouidentia, vt intelligatur, quòd ſicut diſpoſitio & prouidentia ſe habent reſpectu omnium communiter, ita electio & prædeſtinatio *reſpectu hominum*. vnde ſicut prouidentia addit ſupra diſpoſitionem, ita prædeſtinatio ſupra electionem. Quod ſatis patet ex his, quæ ſupra dicta ſunt. Dictum eſt. n. q diſpoſitio diuina attenditur in ordinatione partium vniuerſi ad inuicem, & ad finē, ſecundum quòd vna natura alij præfertur ex ordine diuinæ ſapientiæ. Similiter eſt in electione. Ipſa enim diuina ordinatio qua q̄dam alijs præferuntur ad conſequēdam beatitudinem, electio dicitur. Prouidentia autem attenditur in collectione eorum, per quæ res attingunt finem, & in applicatione ad finem. Similiter prædeſtinatio attenditur in hoc, quòd electis præparantur bona gratiæ, & bona glorię, quibus applicantur ad finem, & hoc patet etiam ex modo loquendi conſueto. Sicut enim dicimus diſponi res, prouideri autem tā res ipſas quàm etiam ea, quæ rebus conferuntur in finem ordinantia: ita etiam electio ꝓprie eſt hominum, ſed prædeſtinatio tam hominum quàm etiam eorum quę eis conferuntur. non enim dicitur, quòd gratia eligatur homini: dicitur tamen, quòd gratia prædeſtinatur homini. (Diſt. 40. q. 1. art. 2.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q electio non eſt actus voluntatis abſolute, ſed in ordine ad intellectum ordinantem, ſicut Philoſophus ibidem innuit. Prædeſtinatio autē dicit actum voluntatis abſolute, qui conſequitur ordinē iſtum. Electio enim diuina eſt qua aliqui ex ordine ſuæ ſapientię ordinantur ad finem beatitudinis: ſed prędeſtinatio eſt ſecundum quòd prępārantur eis ea, quæ perducunt in finem: & ideo ſicut voluntas ordinans in finem, præcedit actum voluntatis præparantis ea, quæ ducunt in finem, ita electio prædeſtinationem præcedit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd electio diuina non præexigit diuerſitatem gratiæ, quia hoc electionem conſequitur: ſed prę-exigit diuerſitatem naturæ in diuina cognitione, & facit diuerſitatem gratiæ, ſicut diſpoſitio diuerſitatem naturæ facit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vocatio ſemper eſt temporalis, quia ponit adductionem quandam ad aliquid. Et ideo eſt quædam vocatio ad eſſe per creationem, cui vt dictum eſt: non reſpondet æterna electio. vnde dicitur Rom. 4. qui vocat ea quæ non ſunt &c. Et eſt quædam vocatio temporalis ad gratiam, cui reſpondet & electio temporalis & ęterna. hæc autem vocatio eſt vel interior per infuſionem gratiæ, vel exterior per vocem prædicatoris. Interior autem vocatio & temporalis electio ad gratiam, ſemper ſunt ſimul: ſed differunt ſecundum rationem, quia electio inquantum dicit ſegregationem, reſpicit terminum a quo, vocatio autem terminum ad quem magis: ſed differt a iuſtificatione ſecundū rationem, quia vocatio pertinet ad motum naturę proficiſcentis in gratiam: ſed iuſtificatio reſpicit eſſe conſequens terminum motus, ſecundum quòd gratia facit iuſtum eſſe. De dilectione autē quomodo ſe habet ad electionem, & p̄deſtinationem, pertinet ad tertium librum, vbi agitur de dilectione, qua Deus diligit creaturam. 32. diſtinct. (Diſtin. 39. q. 2. Art. 1.) (q. 1. ar. 2.)

*a Opinio quorundam in qua fuit aliquando Auguſtinus: ſed poſtea retractauit.*

OPinati ſunt tamen quidam, Deum ideo elegiſſe Iacob, quia talē futurum præſciuit, qui in eum crederet, & ei ſeruiret, quod aliquando Aug. ſe ſenſiſſe dicit in lib. Retractationum, vbi apte oſtendit, quòd ſi propter futura merita electus eſſet, iam non ex gratia eſſet electio. Non ergo ideo electus eſt a Deo, quia talis futurus erat: ſed ex tali electiōe talis eſt factus, ita dicens. Diſputans ergo quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit ſeruiturum eſſe maiorem, & quid in eodem maiore ſimiliter nōdum nato reprobauerit, ad hoc perduxi ratiocinationem vt dicerem. Non ergo elegit Deus opera cuiuſquam in præſcientia, quæ ipſe daturus eſt: ſed fidem elegit in præſcientia, & quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegit, cui ſpiritum ſanctum daret, vt bona operando, etiam æternam vitam conſequeretur. Ecce hic aperte dicit, nō propter opera eum elegiſſe, ſed propter fidem qua eum pręuidit crediturum: ſed quia & in fide meritum eſt ſicut & in operibus, hoc retractauit dicens. Nondum diligentius quæſieram, nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratiæ, de qua dicit Apoſtolus. Reliquię, per electionem gratiæ ſaluę ſient, quę vtiq; non ex gratia ſi ex meritis ꝓcedit, vt iam quod datur, non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum reddatur potius meritis, quàm donetur. Perinde quod continuo dixi. Dicit. n. idem Apoſtolus. Idem Deus, qui operatur omnia in omnib⁹: ac deinde ſubiūxit. Quòd ergo credimus noſtrum eſt, quòd vero bonum operamur, illius eſt, qui credentibus dat ſpiritum ſanctum. Sed hoc profecto non dicerem, *ſi iam ſcirem* etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem ſpiritu. Vtrunque ergo noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis, & vtrunque datum eſt per ſpiritum fidei, & charitatis. Et quod paulopoſt dixi. Noſtrum enim eſt, eū credere & velle. Illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per ſpiritum ſanctum, per quem charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris. Verum eſt quidem, ſed eadem regula eſt, & vtrunque ipſius eſt, quia ipſe præparat voluntatem, & vtrūque noſtrum, quia non *ſit niſi* volentibus nobis. ergo & meritum fidei de miſericordia Dei venit. Non ergo propter fidem vel aliqua merita elegit Deus aliquos ab æterno, vel appoſuit gratiam iuſtificationis in tempore, ſed gratuita bonitate ſua elegit, vt boni eſſent. *b.* Vnde Auguſt. in lib. de prædeſti. ſan. Non quia futuros nos tales eſſe pręſciuit, ideo elegit: ſed vt eſſemus tales per *ipſam electionem gratiæ* ſuæ, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

(†lib. 1. c. 23. to. 1.) († ca. 3. to. 7.) († Rom. 9.) († 1. ad Cor. cap. 12.) († c. 18. to. 7.)

### ARTIC. III.

*c Vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.*

DEINDE quęritur: vtrum pręſcientia meritorum, ſit cauſa prædeſtinationis. Et videtur, q ſic. Primo per Gloſſ. Ambr. quæ habetur ſuper epiſtolam ad Rom. vbi hæc verba ex perſona Dei proponit. Dabo illi gratiam, quem ſcio ad me toto corde poſt errorem reuerſurū: ſed propoſitum dandi gratiam dicitur prædeſtinatio. ergo videtur, quòd præſcientiam meritorū præſupponat. (1. par. q. 23. art. 5. Et de ver. q. 6. art. 2.) (Ambro. ad Rom. ca. 9. to. 4.)

¶ 2 Præter. Voluntas Dei prædeſtinantis, iniuſta eſſe non poteſt: ſed ad iuſtitiam diſtributiuā pertinet, vt inæqualia non niſi inæqualibus tribuātur, cum ergo homines non ſint inæquales ad perceptionem gratię, niſi per aliqua opera ipſorum vel aliorum, cum ex natura omnes habeant capacitatem gratię, videtur quòd præſcientia operum ſit cauſa prædeſtinationis.

¶ 3 Præt. In præſcientia operum duo ſunt. Vnum ęternum, ſcilicet Dei ſcientia, & vnum temporale, ſcilicet opera præſcita. Similiter in prædeſtinatione duo ſunt: vnum æternum, ſcilicet voluntas diuina, & alterum temporale, ſcilicet collatio gratiæ. Sed æternum quod eſt in pręſcientia eſt prius rōne, & quodammodo cauſa eius quod eſt in prædeſtinatione, quia voluntas pręſcientiam præſupponit. ſimiliter temporale eſt aliquo modo cauſa temporalis, quia opus quo iſte ſe præparauit ad gratiam eſt aliqua cauſa ad minus ſicut] diſpoſitio materialis ad acceptionem gratiæ, & opus informatum

gratia eſt cauſa meritoria gloriæ. ergo videtur, quòd præſcientia operum ſit cauſa prædeſtinationis.

¶ 3 Præter. Prædeſtinatio præſupponit electionem: ſed electio alicuius ab aliquo non eſt, niſi propter aliquam idoneitatem maiorem ad conſecutionem finis; hoc autem non poteſt eſſe niſi per maiorē præparationem ad gratiam, quæ per opera fit. ergo videtur, quòd prædeſtinatio præſupponat præſcientiam operum.

¶ 4 Prætercea. Prædeſtinatio eſt voluntas ſalutis hominis, non tantum, vt intelligatur de voluntate antecedente, quia hac voluntate vult omnes homines ſaluos facere, vt dicit Dama. ſed de voluntate cōſequente, cum igitur voluntas conſequens reſpiciat merita, videtur quòd præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.

† q. 2. ad Simplicianum, to. 4. Mal. 1. c. 1.

2. fid. orth, cap. 29.

SED CONTRA. Omne illud, quod reſpicit meritum, eſt aliquo modo debitum, & non omnino gratuitum: ſed prædeſtinatio eſt ex gratuita voluntate, quā nulla merita aduocant, vt dicit Auguſ. ergo videtur, quòd præſcientia meritorum non ſit cauſa prædeſtinationis.

In epiſtola 105. ad Sixtum, to. 2.

¶ 2 Præterea. Ad idem eſt totum, quod in litera adducitur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd præſcientia meritorum vel aliquorum operum, nullo modo eſt cauſa prædeſtinationis diuinæ, quod patet, ſi conſideretur totum id, quod in prædeſtinatione eſt de eſſentia ipſius: ſed nihil prohibet illud, quod eſt effectus prædeſtinationis, ſcilicet gratia & gloria, quę oblique ponuntur in eius diffinitione, habere aliquam cauſam ex parte noſtrarum operationum. De eſſentia enim prædeſtinationis eſt præſcientia, & voluntas ſalutis aliquorum. Scientia autem de ſalute eorum non cauſatur a ſcientia operum aliquorum, quia ipſe non venit in cognitionem effectus per cauſam, ſed per ſeipſum. Vnde non poteſt dici in eo, quòd ipſe ſcit hoc, quia ſcit cauſam huius: ſed inquantum intuetur eſſentiam ſuam, quæ eſt omnium ſimilitudo, videt vnumquodque in ſe, tam cauſam quàm cauſatum. Similiter etiam voluntas ſua cum ſit libera, magis etiam quàm aliqua voluntas non habet cauſam, niſi finem voluntatis ſuæ. finis autem voluntatis ſuę, eſt ſua bonitas quæ eſt ipſemet. vnde dicitur communiter, quòd Deus vult hoc propter bonitatem ſuam, non quia ſciuit hoc, vel quia hoc factum eſt. Sed tamen effectus voluntatis eius, ſcilicet ipſum volitum ordinatum ad bonitatem ſuam, poteſt procedere ex aliqua cauſa, quam Deus præſciuit ab æterno, & iſtum ordinem cauſæ ad cauſatum Deus vult; & vult quòd effectus ſit, quia cauſa eſt: non autem ita quòd cauſalitas referatur ad voluntatem, ſed ad volitum: & iſta cauſa voliti non volendi, dicitur ratio quædam voluntatis ex parte effectus, Sed hæc cauſa in quibuſdam habet completam rationem cauſę & ſufficienter inducit effectum, quandoque vero eſt tantum diſpoſitio. Ita etiam ad duplicem effectum prædeſtinationis diuerſimode ſe habet noſtra operatio, quia opus meritorium informatum gratia, eſt cauſa meritoria gloriæ: ſed opus bonum præcedens gratiam, non eſt cauſa meritoria eius, ſed ſolum diſpoſitio quædam, Vnde patet, quòd

F prædeſtinatio cauſam non habet, ſed habet rationem ex parte effectus ſecundum quam rationalis, & iuſta dicitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis verbis Ambro. non deſignatur, quòd opus noſtrum ſit cauſa voluntatis diuinæ, neque etiam, quòd ſit cauſa ipſius dationis gratiæ, ſed ſolum diſpoſitio quædam, vt hoc intelligatur non de opere ſequente gratiam, quod virtutem merendi habet a gratia, & neque cauſa eius eſt: neque diſpoſitio ad ipſam, ſed de opere præcedente, quod eſt diſpoſitio ad gratiam. Illi enim Deus proponit gratiam infundere, quē pręſcit ſe ad gratiam præparaturum: non tamen propter præparationem, quæ nō eſt ſufficiens cauſa gratię nec finis voluntatis eius, ſed propter bonitatem ſuam. Vult tamen, quòd iſte habeat gratiam, quia præparauit ſe, ſecundum modum loquendi, quo dicitur, quòd dat ſibi gratiam, quia præparauit ſe, vt coniunctio denotet diſpoſitionem, & non cauſam. Sed reſpectu actus volendi nō poteſt deſignare: neque diſpoſitionem, neque cauſam. non enim ideo voluit, quia iſte præparauit ſe, ſed ſolum, quia bonum eſt.

*c His videtur contrarium quod alibi ait Auguſtinus.*

HIs tamen aduerſari vr̄, quod dicit Auguſtin⁹ ſuper Malachiam prophetam: vbi ſcriptum eſt Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. Cui vult, inqt, miſeretur Deus, & quem vult indurat: ſed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt. Venit enim de occultiſſimis meritis, quia & ipſi peccatores cum propter generale peccatum, vnam maſſam fecerunt, tamen nonnulla inter eos eſt diuerſitas, Pręcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quāuis nondum ſint iuſtificati, digni efficiantur iuſtificatione.

H Et item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni ſunt obtuſione. Ecce hic videtur Auguſt. dicere, ꝙ & ipſa Dei voluntas, qua alios elegit, alios reprobat ex meritis proueniat: ſed occultiſsimis, ideſt, pro meritis alios voluerit eligere, alios reprobare, & quòd pro meritis alijs apponitur gratia iuſtificationis, alijs non: vnde obtunduntur. Sed quid intelligere voluerit ignoratur, niſi forte hoc dicatur intellexiſſe, quod ſupra diximus eum retractaſſe. Nam ibidem etiam quędam alia continue ſubdit, quæ ī lib. Retracta: aperte retractat, quod vtrūque legēti patebit. Vnde veriſimile

G eſt, in præmiſsis etiam hoc retractaſſe. Quidam tamen ex eo ſenſu accipiunt fore dictum, non quia aliquis prædeſtinetur pro meritis, vt iuſtificationis gratiam mereatur, ſed quia aliqui non adeo mali ſunt, vt mereantur ſibi gratiam nō impartiri. Nullus. n. Dei gratiam mereri poteſt per quam iuſtificatur: poteſt tamen mereri vt non apponatur, vt penitus abiiciatur. Et quidem aliqui in tātum profundum iniquitatis deuenerunt, vt hoc mereantur, vt hoc digni ſint, alij vero ita viuunt, vt & ſi non mereātur gratiam iuſtificationis, non tamen mereantur omnino repelli, & gratiam ſibi ſubtrahi. Ideoque dixit, in quibuſdam peccatoribus pręcedere quo digni ſint iuſtificatione, & in alijs quo digni ſint obtuſione: ſed hoc friuolum eſt.

† lib. 1. c. 23 to. 1.

I ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd etiam in iuſto homine cauſa eliciens actum volendi eſt finis voluntatis: ſed ex parte effectus accipit cauſam ex opere hominum, quod diſcretionem in eis facit. Vt ſi quęreretur a iuſto iudice: quare vis huic plus dare quàm illi, ſi vellet reddere cauſam voluntatis diceret, propter bonum iuſtitię, quod in hoc opere relucet. Si autem vellet aſſignare cauſam operis diceret, quòd iſte magis dignus eſt. Sed tamen ſciendum, quòd prædeſtinatio reſpectu huius effectus, habet rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, ſcilicet reſpectu glorię. & ideo poſſumus dicere, quòd Deus dat iſti gloriam & non illi, quia iſte meruit & non ille. & ſimiliter vult, quòd iſte habeat & non ille, quia iſte dignus & non ille. Sed reſpectu primi effectus, ſcilicet gratiæ, habet rationem magis liberalitatis, quàm iuſtitiæ: quia gratia datur gratis & non redditur meritis. vnde ex parte recipien

K tis non eſt aſſignare cauſam, quare dignus ſit gratia, ſed ſolum diſpoſitionem quandam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præſcientia non eſt cauſa voluntatis, quia voluntas libera eſt. Poſſum enim illud quod ſcio non velle: & ideo ratio non procedit, quia cauſa eliciens actum voluntatis, non eſt niſi finis eius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd electio diuina requirit diuerſitatem in electis: non tamen quæ ſit cauſa voluntatis eligentis: immo potius econuerſo. ſic enim diſpoſitio eius cauſat rerum diuerſitatem in naturis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in intellectu prædeſtinationis, includitur voluntas conſequens, quæ reſpicit opera, non quaſi cauſam voluntatis: ſed ſicut cauſam meritoriam gloriæ, & ſicut præparationem ad gratiam.





ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum prædeſtinatio iuuetur aliquo opere humano.*

1. par. q. 23. art. 8. Et de ver. q. 6. artic. 6.

QVARTO QVAERITVR, Vtrum prædeſtinatio iuuetur aliquo opere humano. Et videtur, ꝙ non. Cū enim quæ per ſe inducit effectum ſine adiutorio alterius, ꝑfectior eſt, q̃ quæ adiuuatur ad effectum inducendum: ſed ꝑdeſtinatio eſt cauſa ꝑfectiſſima. ergo nō iuuatur aliquo ad effectum ſuum.

¶ 2 Preter. Illud quo poſito vel remoto, nihilominus manet effectus, non videtur iuuare ad conſecutionem effectus: ſed ex quo prædeſtinatio ponitur eſſe alicuius, ſiue aliqs oret pro eo, ſiue nō oret, ſaluabitur, quia prædeſtinatio irrita eſſe non poteſt. ergo videtur, quòd omnino nihil iuuet ad ſalutem eius.

† Ex Aug. ſermo. 7. de verbis apoſ. to. 10.

¶ 3 Præt. Effectus prædeſtinationis eſt gratia & gloria, quorum vtrūque a ſolo Deo eſt. ergo nihil aliud iuuat ad prædeſtinationis effectum.

SED CONTRA Eſt quod Greg. dicit in Dia. quòd prædeſtinatio orationibus ſanctorum iuuatur, quod probat per id quod habetur Gen. 25. ꝙ Iſaac orauit ꝓ vxore ſua Rebecca, eo ꝙ ſterilis eſſet, & dominus dedit ei cōceptum: & tamen Iacob qui de illo conceptu natus eſt, præ deſtinatus erat ad vitam.

Greg. lib. 1. Dialo. ca. 8. to. 2.

† Rom. 9.

† 1. ad Timoth. ca. 1. Ex Aug. 1. retrac. c. 23. to. 1.

¶ Præt. Si prædeſtinatio non iuuatur ex operibus noſtris. ergo non oportet orare pro aliquo vt ſaluetur, & eadem ratione, neque pro ſeipſo, neque aliquod opus bonum operari, & ita lex diuina vana eſt, quæ ad bonum operandum nos inducit.

¶ Præt. Potentiæ naturales, & habitus gratuiti in vanum erunt, ex quo non oportet nos operari ad conſecutionem finis, quæ omnia inconuenientia ſunt. ergo prædeſtinatio orationibus ſanctorum iuuatur.

Art. añti

RESPONDEO, Dicendum, quòd iſta quæſtio dependet a prædicta: eo enim modo prædeſtinatio iuuatur, quo cauſam habet. vnde ſicut dictum eſt, quòd prædeſtinatio inquantum eſt actus diuinus, qui eſt velle vel ſcire, non habet aliquam cauſam ex parte noſtra: ita etiam nec ex parte iſta adiutorium habet, quia hunc actum, qui eſt velle, Deus nulla creatura cooperante operatur. ſed effectus prædeſtinationis, hoc modo habet adiutorium, quo & cauſam habet. Vnde ſecundum hoc, omnis cauſa cuius operatione interueniente, completur effectus

A prædeſtinationis, dicitur prædeſtinationem iuuare, vel per modum cauſæ meritoriæ, vel ex condigno, ſicut aliquis habens gratiam meretur ſuo actu vitam æternam, vel ex congruo, ſicut aliquis orando pro aliquo alio meretur ſibi primam gratiam, vel etiam perſuadendo ad bonum. vnde. 1. Cor. 3. dicit̃ Dei. n. adiutores ſumus, vel per modum diſpoſitionis: ſicut quādo quis præparat ſe ad habēdum gratiam, vel ēt naturali operatione, ſicut motus cæli, & omnes cauſæ naturales iuuant prædeſtinationem, inquantum eorum officio perficitur generatio, & ſuſtentatio electorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd adiutorium iſtud nō eſt propter indigentiam prædeſtinationis, ſed vt ſaluetur ordo, quem in rebus diuina ſapientia cōſtituit, vt. ſ. effectus procedat a cauſa prima mediantibus cauſis ſecundis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in argumēto ſupponitur falſum. Si. n. Stephanus pro perſecutoribus nō oraſſet, forte Paulus ſaluus non fuiſſet, ſicut ſi aliquis nō faceret opera meritoria, nō acciperet coronam quę prædeſtinata eſt ſibi, nec tamen prædeſtinatio fruſtrari poteſt, quia pręſcitum eſt a Deo, ꝙ iſte tali cā, & tali ordine ſaluabitur. vñ ſicut eſt incompoſſibile prædeſtinationi, ꝙ iſte non ſaluetur, ita eſt etiam ſibi incōpoſſibile, ꝙ non fuerit oratū pro eo, quāuis vtrunque in ſe ſit poſe non eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cauſa infundens gratiam eſt ſolus Deus: ſed diſpoſitio ad gratiam pōt eſſe ex ipſo eodem, qui gratias recipit, ſed meritum gratiæ ex congruo poteſt eſſe etiam alterius iuſti, ſed ex condigno eſt etiam ipſius hominis Chriſti, cuius merita efficaciam habuerunt in totam humanam naturam, quia ipſe caput eccleſiæ eſt.

*d Opinio quorundam falſa, de occultis Dei differentium carnaliter.*

MVlti vero de iſto profundo quęrentes reddere rationem, atque ſecundum coniecturas cordis ſui inſcrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare

B conātes, in fabulas vanitatis abierunt dicentes: quòd animæ ſurſum in cælo peccant, & ſecundum peccata ſua ad corpora, pro meritis diriguntur, & dignis ſibi quaſi carceribus includuntur. Ierunt hi tales poſt cogitationes ſuas, & volentes diſputare de Dei profundo, verſi ſunt in profundum, dicentes, animas in cælo ante conuerſatas, & ibi aliquid boni vel mali egiſſe, & pro meritis ad corpora terrena detruſas eſſe. Hoc

C autem reſpuit catholica fides, propter euidentem Apoſtoli ſententiam qua ait. Cum nondum nati eſſent, aut aliquid boni vel mali egiſſent &c. Melior eſt ergo fidelis ignorantia, q̃ temeraria ſcientia. Elegit ergo eos quos voluit gratuita miſericordia, non quia fideles futuri erant, ſed vt fideles eſſent, eiſque gratiam dedit, non quia fideles erant, ſed vt fierent. Ait

D enim Apoſtolus. Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem, non ait quia fidelis eram. datur quidem & fideli, ſed data eſt etiam prius vt eſſet fidelis. Ita etiam reprobauit quos voluit, nō propter futura merita quæ præuideret, veritate tamen rectiſsima, & a noſtris ſenſibus remota.

*Quæſtio.*

SEd quæritur, vtrum ſicut dicit̃ elegiſſe quoſdam vt boni fierent & fideles, ita etiam concedi debeat reprobaſſe quoſdā, vt mali eſſent & infideles, & obdurare vt peccent. Quod nullatenus concedi oportet. Nō enim reprobatio ita eſt cauſa mali, ſicut prædeſtinatio eſt cauſa boni, neq; obduratio ita facit hominem malum, quemadmodum miſericordia facit bonum.

*e An ea quæ ſemel ſcit Deus, vel præſcit, ſemper ſciat, vel præſciat, & ſemper ſcierit vel præſcierit.*

PRæterea conſiderari oportet, vtrum ea omnia quæ ſemel ſcit vel præſcit Deus, ſemper ſciat & ſcierit, ac præſciat & præſcierit, an olim ſcierit vel pręſcierit, quod modo non ſcit vel pręſcit. De præſcientia primo reſpondemus dicentes, multa eum præſciſſe, quæ modo non præſcit, cum enim eius præſcientia non ſit niſi de futuris, ex quo illa quæ futura erant, pręſentia fiunt, vel prętereunt, ſub Dei præſcientia eſſe deſinunt, ſub ſcientia vero ſemper ſunt. Præſciuit ergo Deus omnia ab æterno, quæ futura erant, neque præſcire deſinit: niſi cum futura eſſe deſinunt. Neque cum præſcire deſinit aliqua, quę ante ꝑſciebat, minus

E ea noſcit q̃ ante cognoſcebat.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum quicquid olim Deus ſciuit, modo ſciat.*

QVINTO QVAERITVR. Vtrum quicquid Deus ſciuerit olim, modo ſciat, & videtur, quòd ſic. Scientia Dei, vt ſupra habitum eſt, eſt inuariabilis: ſed omnis ſcientia, quę deſinit eſſe alicuius, cuius prius fuerat variatur. ergo videtur, quòd quicquid Deus olim ſciuit, modo ſciat.

1. par. q. 14. art. 14. Et. 1. diſt. 383. Et de ver. q. 2. ar. 7. Et 1. cont. c. 59.

¶ 2 Præt. Omne ſcitum a Deo, aut accipiẽ vt res q̃dam, aut vt enuntiabile ſigñans eſſe rẽ: ſed quãcũq; rem Deus ſciuit, modo ſcit, q̃a vna & eadem res eſt, q̃ modo eſt pñs & prius fuit futura, & cras erit ꝑterita. & ſilr vr̃ eſſe vna veritas, quia veritas enuntiabilis reducitur ad veritatẽ rei ſicut ad cãm. ergo vr̃, ꝙ quicquid Deus olim ſciuit, mõ ſciat, ſiue ſit res, ſiue enuntiabile.

¶ 3 Præt. Conſigño ſe habet ꝓpinquius ad dictionem q̃ ad orationẽ: ſed diuerſus modus ſignificandi non impedit vnitatem noĩs. vñ dicĩ a grãmaticis, alb⁹ alba albũ eſſe vnũ nomẽ, & ſic de alijs. Cũ ergo hęc enuntiabilia. Sor. currere & cucurriſſe ad vnũ inſtãs relata, in diuerſis tꝑibus ꝓlata, non differant, niſi ꝑ diuerſam conſignificationẽ tẽporis, vr̃ ꝙ ſit vnum enuntiabile, & ſic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Aut vnitas tẽporis ꝑtinet ad vnitatẽ enũtiabilis, aut non: ſi ꝑtinet ad vnitatẽ enũtiabilis: ergo cum dicta enũtiabilia referãtur ad vnũ tꝑs, vr̃ ꝙ ſit vnũ enuntiabile. Si autẽ nõ pertinet. ergo cũ dicta enũtiabilia nõ diſtinguantur niſi ꝑ diuerſam cõſignificationẽ tẽporis, videẽ ꝙ ſint vnũ enũtiabile.

¶ 5 Præt. Enuntiabile etiam res quædam eſt rationis: ſed q̃cunque rem Deus ſciuit, ſcit. ergo ex hoc etiam videtur ſequi, quòd quodcunque enuntiabile Deus ſciuit, ſcit.

SED CONTRA. Oẽ ſcitum a Deo eſt verum: ſed quondam verum erat Chriſtum eſſe moriturũ. ergo fuit ſcitũ a Deo.

2 ¶ Itẽ. Quicquid eſt ſcitum a Deo eſt verum. ergo cum mõ nõ ſit verum Chriſtum eſſe moriturum, non eſt ſcitum a Deo, non ergo quicquid Deus ſciuit, ſcit. Si dicas, ꝙ in proceſſu eſt figura dictionis, quia mutatur quid in quando.

3 ¶ Contra. Iſta ſolutione poſita, remanet eadem difficultas, quia mutabitur propoſitio, & dicetur non quodcunque enuntiabile Deus ſciuit ſcit, vt concluſum eſt, ſed enuntiabile eſt aliquod ſcitum. ergo non quicquid Deus ſciuit, ſcit.

Diſ. 38. q. 1 Art. 3. RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. Sciẽtia Dei non tñ eſt rerum, ſed etiam enuntiabilium. ſi ergo ſcĩa Dei referatur ad res, ſic nulli dubium eſt, quin omnem rem quã Deus ſciuit, ſciat: & ſic optime ꝓcedit ſolutio Magiſtri in litera. Vna.n. & eadem res eſt, quę ſignificatur cum diuerſis temporibus ꝓfertur. Sor. currit & cucurrit. ſ. curſus Sor. Si autem referatur ad enũtiabilia, tunc ſuper hoc fuit duplex opinio. Quidã.n. dixerunt, ꝙ ad vnitatem rei ſignificatæ ſequitur vnitas enuntiabilis, quamuis etiam cum diuerſa cõſignificatione temporis proferatur. Et ſecundum hoc ſequitur, quòd enuntiabile quod ſemel eſt verum, ſemper fuit & eſt verum, & ita quod ſemel eſt K ſcitum a Deo, ſemper erit ſcitum ab eo. Sed iſta poſitio expreſſe contrariatur dictis Philoſophi in prædicamentis, qui dicit, ꝙ eadẽ ꝓpoſitio. ſ. Sor. ſedet, quæ prius erat vera Sorte ſedente, eodem ſurgente efficitur falſa. (Cap. de ſubſtantia proprietate. 6.) Et præterea ſi ab vnitate rei enuntiabile haberet vnitatem, eadem ratione ex diuerſitate haberet diuerſitatem, & ita hoc enuntiabile Sor. currere diuerſis temporibus prolatum, non eſſet vnum, nec aliquod nomen ſignificans diuerſas res vnum eſſet, & ſic periret tã æquiuocatio, q̃ vniuocatio, quarum vtraq; requirit vnitatem nominis quod pluribus conuenit. vnde ab omnibus modernis conceditur, ꝙ ſunt duo diuerſa enuntiabilia. Sor. currere & cucurriſſe, etiã ſi ad eũdem curſum referatur. Et ẽm hoc diſtinguendum eſt de enuntiabili, quia vel poteſt ſumi inquantum eſt res quædam rationis quaſi materialiter, & ſic quodcunq; enuntiabile ſciuit, ſcit. Semper enim ſcit hoc enuntiabile Sor. currere, habere talem naturam & tales partes. Vel poteſt ſumi ſignatiue, ꝓut per ipſum deſignatur eſſe rei cum ſuis conditionibus, quę dantur intelli-

F gi ex conſignificatione verbi, & ſic non quodcunque enuntiabile Deus ſciuit, ſcit. Sciuit enim hoc enuntiabile eſſe verum Chriſtum crucifigi cum crucifigebatur, ſed non ſcit modo eſſe verum, ſed fuiſſe verum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc non contingit ex aliqua mutatione facta circa ſcientiam Dei, ſed circa rem ipſam. Sicut.n. cum dicimus Deus pręſciuit Chriſtum moriturũ, deſignatur reſpectus ad futurum. vnde quãdo deſinit eſſe futurũ, Deus iã nõ pręſcit illud, nulla tñ mutatione in eius præſcientia facta: ita etiam cum dicĩ Deus ſciuit Chriſtum moriturum, deſignatur reſpectus futuri in participio. vñ re in pręteritum trãſeunte, nõ manet idẽ reſpectus, quo remoto, Deus neſcit rem ſub tali reſpectu eſſe. Vnde non variatur eius ſciẽtia, qui vno intuitu omnia conſpicit, ſed variatur reſpectus in natura rei. Cõtingit enim, vt ſupra dictum eſt, quòd in relatiuis prædicationibus fiat mutatio altero extremorum mutato, altero inuariabili manente.

† Super ps. 50. circa illud. Redde mihi lætiti. to. 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis veritas enuntiabilis cauſetur ab eſſe rei: non tamen oportet, quòd propter vnitatem rei enuntiabile vnitatem habeat, ſed veritatem: vnitatem autem habet, & diuerſitatem ex his, ex quibus eſſentialiter conſtituitur, ſ. ex partibus ſuis, vnde cum diuerſæ ſunt partes horum enuntiabilium Sor. currere & cucurriſſe, diuerſa ſunt enuntiabilia. (D. 36. q. vnica. Art. 3.)

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd diuerſus modus ſignificandi facit etiam diuerſum nomen: ſed quòd dicatur idem nomen a grammatico, hoc non eſt, quia ſimpliciter ſit vnum, cum ſint plures voces, albus, ba, bum, & multiplicato genere, quod eſt vox, neceſſe ſit multiplicari ſpeciem quod eſt nomen. vnde vbi multæ voces & multa nomina: ſed dicuntur vnum nomen, quia pertinent ad idem condeclinium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tempus ſignificatum eſt extra eſſentiam enuntiabilis: & ideo ab eo enuntiabilis non concipit vnitatem vel diuerſitatem: ſed a tempore conſignificato, quia propter diuerſam conſignificationem temporis, ſunt diuerſæ terminationes verborum, & diuerſæ voces, vnde & diuerſa enuntiabilia.

¶ Ad quintum dicendum, quòd accipiendo enuntiabile, vt eſt res quædam Dei, ſic procedit argumentatio: ſed ſic non eſt ad propoſitum.

Non.n. dr̃ ex defectu ſcię Dei, ꝙ aliqua præſcierit aliqñ, q̃ modo nõ ꝑſciat: ſed ex rõne verbi, quod eſt ꝑſcĩa. Pręſcire.n. eſt añ ſcire aliquid q̃ fiat. Ideoq; non poteſt dici Deus præſcire, niſi ea quæ futura ſunt.

*Hic de ſcientia dicens, Deum ſemper ſcire quæ ſemel ſcit.*

G DE ſcientia aũt aliter dicimus. Scit.n. Deus ſꝑ oĩa, quæ aliqñ ſcit, omnem.n. ſcĩam quã aliqñ habet, ſemper habuit, & habet, & habebit. Ad hoc aũt opponiẽ ita. Olim ſciuit hunc hoĩem naſciturum q̃ natus eſt, mõ non ſcit eũ naſciturũ. Sciuit ergo aliq̃d q̄ mõ non ſcit. Itẽ ſciuit mundũ eſſe creandũ, mõ non ſcit eũ eſſe creãdum. aliq̃d ergo ſciuit, q̄ mõ nõ ſcit, & alia huiuſmodi infinita dici pñt. Sed ad hoc dicimus, ꝙ idem de natiuitate huius hoĩs, & mundi creatione nũc ẽt ſcit, q̄ ſciebat anteq̃ fierent, licet tunc & nũc hanc ſciẽtiam eius diuerſis exprimi verbis oportet. Nã q̄ tunc futurũ erat, nũc ꝑteritũ eſt. Ideoq; verba cõmutãda ſunt ad ipſum deſignandũ. Sicut diuerſis tẽporibus loquẽtes, eandẽ diẽ modo ꝑ hoc aduerbium cras deſignamus, dũ adhuc futura eſt mõ ꝑ hodie dum pñs eſt, mõ, ꝑ heri dũ ꝑterita eſt. Ita anteq̃ crearet mundus, ſciebat Deus hũc creãdum, poſtq̃ creatus eſt, ſcit eum creatũ, nec eſt hoc ſcire diuerſa: ſed omnino idẽ de creatione mũdi. Sicut antiqui patres crediderunt chriſtum naſciturũ & moriturum, nos aũt credimus eũ natũ & mortuũ: nec tamẽ di H uerſa credimus nos & illi: ſed eadẽ. Tẽpora.n. vt ait Aug. variata ſunt, & ideo verba ſunt mutata, nõ fides. Indubitanter ergo teneamus Deum ſemper omnia ſcire, quæ aliquãdo ſcit.

## EXPOSITIO TEXTVS.

SED HOC friuolum eſt &c.} Hoc pro tanto dicit, quòd nimis eſt extorta expoſitio, vt dicatur illos eſſe dignos gratia, quia non ſunt ita indigni, vt alij. {Sicut antiqui patres credi &c.} Diuerſitas enuntiabilis non impedit vnitatem rei creditæ, quia vel obiectum fidei eſt res, & non enuntiabile, vt quidam dicunt, vel enuntiabile, ſecundum quòd abſtrahit ab omni differentia temporis, & tempus determinatum non eſt de ſubſtantia fidei: ſed fidei aduenit, ſecundum quòd determinatur per doctrinam, prout fides ex auditu eſt.





# DISTINCTIO XLII.

## DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATO de ſcientia Dei: hic Magiſter ſecundo determinat de potẽtia eius, & diuiditur in partes duas. In prima Magiſter oñdit vñitatẽ potẽtiæ ipſius ẽm quam oꝑs dicitur. In ſecũda excludit quorũdã errorem potentiam Dei limitãtium. 43. diſt. {Quidam tñ de ſuo ſenſu &c.} prima in duas. In prima inquirit, quarè Deus omnipotẽs dicatur. In ſecunda, q̃õnẽ determinat. ibi {Quòd enim Deus oĩa poſſit &c.} Et diuiditur in duas. In prima determinat q̃õnem tenendo alteram partem. In ſecunda ſoluit ea, quæ pro parte reliqua inducuntur. ibi {Ex quibuſdam autem auctoritatibus &c.} Circa primum tria facit. Primo, oſtendit veritatẽ, ſ. ꝙ Deus omnia poſſit. Secũdo, excludit quaſdã inſtãtias, tres. ſ. Quarũ prima eſt de actib⁹ corporalibus. Scd̃a de peccatis. Tertia de paſſionibus. ibi {Sed quæritur quomodo omnia &c.} Tertio ex dictis concludit perfectam oĩpotẽtiæ rationem. ibi {Sic diligenter conſiderantibus &c.} {Ex quibuſdã tñ auctoritatibus &c.} Hic inducit ea, quæ ad alteram partem q̃õnis facere videntur, ꝙ. ſ. dicatur omnipotens, quia oĩa poteſt facere quæ vult, & diuiditur in partes tres. In prima inducit auctoritates ad partem illam. In ſecunda ſoluit eas. ibi {Sed hoc põt dici &c.} In tertia aſſignat relatiõis multiplicitatẽ, vt videaẽ qualiter hoc ẽt Deo ſit ꝓpriũ. ibi {Sed caue q̃uo intelligas &c.}

† Seu ex nouo teſtamẽ. q. 97. to. 4.

# DISTIN. XLII.

### A

*De omnipotentia Dei, vbi prius conſideratur, quare dicatur omnipotens.*

NVnc de omnipotentia Dei agendum eſt, vbi prima conſideratio B occurrit, quomodo vere Deus dicatur omnipotens, an quia omnia poſſit, an tantum quia ea poſſit, quæ vult. Quòd enim Deus omnia poſſit, pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim Aug. in lib. q̃õ. veteris ac nouę legis. Omnia quidem poteſt Deus, ſed non facit, niſi q̄ conuenit veritati eius & iuſtitię. Itẽ in eodem. Potuit Deus cuncta facere ſimul: ſed ratio prohibuit, ideſt voluntas. Rationem nempe ibi voluntatem Dei appellauit, quia Dei voluntas rationabilis eſt, & æquiſſima. Fatendum eſt ergo Deum omnia poſſe.

B *Quomodo dicatur Deus omnia poſſe, cum nos multa poſſimus, quæ ipſe non poteſt.*

SEd quæritur, quomodo omnia poſſe dicatur, cum nos quædam poſſimus, quæ ipſe non poteſt. a Nõ poteſt enim ambulare, lo- B qui, & huiuſmodi, quæ a natura diuinitatis ſunt penitus aliena, cum horũ inſtrumenta nullatenus habere queat incorporea, & ſimplex ſubſtantia. Quibus id reſpõdendum arbitror, ꝙ huiuſmodi actiones ambulatio. ſ. & locutio, & huiuſmodi a Dei potẽtia alienę nõ ſunt: ſed ad ipſam pertinent. Licet enim huiuſmodi actiones in ſe Deus habere non poſſit, non enim poteſt ambulare, vel loqui, & huiuſmodi, eas tamen in creatu- C ris poteſt operari, facit enim vt hõ ambulet & loquaẽ, & huiuſmodi. Nõ ergo ꝑ iſtas actiones diuinæ potẽtiæ detrahiẽ aliq̃d, quia & hoc poteſt facere oꝑs.

## QVAESTIO PRIMA.

### A

### Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. Eſt de potentia Dei ſecundum ſe.
Secunda. De his, quę ſuæ potentiæ ſubiacent.

### Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum potentia Deo conueniat.
Secundo. Vtrum in eo ſit vna potentia vel plures.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum in Deo ſit potentia.*

1. par. q. 25. artic. 1. Et quodl. 3. 1. Et de pot. q. 1. art. 1. Et 2. cõt. c. 11. & ſeq. Tract. Meta. 15. c. 7. Tex. 17.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ potentia Deo non conueniat. Sicut.n. potentia ſe habet ad actũ, ita habet ſe primus actus ad potentiam: ſed prima potentia q̃ eſt materia, nõ eſt aliq̃s actus, q̃ ſit de eſſẽtia eius. ergo nec primi actus, q̃ eſt Deus eſt aliqua potẽtia.

¶ 2 Pręt. Oẽ quod agit ꝑ eſſentiam ſuam, non agit mediante E aliqua potentia, quia potentia eſt medium inter eſſentiã & operationẽ: ſed Deus cum ſit primum agẽs nõ participatione alicuius, ſed ꝑ eſſentiã ſuã agit, vt Dio. dicit. 4. ca. de di. no. & Aui. probat. ergo non conuenit ſibi aliqua potentia ꝑ quam agat.

¶ 3 Præt. Omnis potentia, vel eſt actiua vel paſſiua ẽm Philoſophum in 5. Met. Sed Deo non conuenit potentia paſſiua, q̃a nihil põt pati, vt in lr̃a dr̃: Nec iterum actiua, q̃a ſicut ibidẽ dr̃ a Philoſopho, potentia actua eſt principium tranſmutationis in aliud, ẽm ꝙ eſt aliud. Deus aũt in agẽdo non req̃rit materiã in quã agat. ergo videtur ꝙ nullo modo ſibi potentia conueniat. (Tex. 17.)

¶ 4 Præt. Oĩs potẽtia eſt principiũ alicuius oꝑationis: ſed Deo non conuenit operatio, niſi q̃ ſit ſua eſſentia. Cũ ergo ſuæ eſſentiæ nihil ſit principium, quia eſſentia neque eſt genita neque procedens, videtur quòd potentia ſibi non conueniat.

A ¶ 5 Pręt. Dei potentia, aut eſt ſemper coniuncta actui aut nõ. Si primo mõ, Oĩs ãt potẽtia cõiũcta actui inducit effectũ q̃ncũq; ipſa eſt: potẽtia aũt Dei ab ęterno fuit. ergo & effect⁹ eius. ſ. creaturæ ab ęterno ſunt, q̄ hæreticũ eſt. Si ſecũdo mõ: Oĩs aũt potẽtia nõ cõiũcta actui & coniungibilis eſt imꝑfecta, & ꝑficiẽ ꝑ actũ, ergo aliquid imperfectũ erit in deo, q̄ cũ ſit incõueniẽs, vr̃ potentia omnino in Deo non eſſe.

B SED CONTRA eſt q̄ habeẽ Luc. 1. fecit mihi magna, q̃ potens eſt. Et in ps. Potens es dñe, & veritas tua &c. (E ps. 88.)

¶ Præt. Oĩs effectus ꝓducitur ꝑ potentiã cauſæ efficientis: ſed Deus eſt cã efficiens rerũ. ergo ĩ ipſo oportet potentiã ponere.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ nomẽ potentiæ primo impoſitum fuit ad ſignificãdum ꝑtãtẽ hoĩs, ꝓut dicimus aliquos hoĩes eſſe potẽtes, vt Aui. dicit, & deinde ẽt trãslatũ fuit ad res naturales. (Tract. 4. Meth. c. 2.) Vr̃ aũt in hoĩbus eſſe potens, q̃ põt facere q̄ vult de alijs ſine ĩpedimẽto, & ẽm ꝙ impediri pt̃ ſic minuiẽ põa eius, ĩpediẽ ãt põa alicui⁹ vel naturalis agẽtis, vel ẽt volũtarij ĩquã tũ pt̃ pati ab aliquo. Vñ de rõne põę q̃tũ ad primã ĩpoſitionẽ ſui eſt, non poſſe pati. Vñ ẽt illud, q̄ nõ põt pati, & ſi nihil poſſit agere, dicim⁹ potẽs, ſicut dr̃ durũ q̄ hẽt potentiã ut nõ ſeceẽ. Et ex hoc cõcludiẽ ꝑfecta rõ põæ ĩ Deo, tũ q̃a oĩa agit q̄ cõuenit ſibi inquãtũ eſt actus prim⁹ & ꝑfectus. nihil.n. agit niſi ẽm ꝙ eſt actu ens. Tũ q̃a nihil patiẽ q̄ cõuenit ſibi inq̃tũ eſt act⁹ pur⁹ ſine ꝑmiſtione alicuius materiæ. vnũquodq;.n. patiẽ rõne alicuius mãlis in ipſo. (D. 494.)

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ cẽ primã põam nõ cõuenit materiæ ẽm principalẽ ſignõnẽ potẽtiæ, q̃a vt dictũ eſt, põa primo D impoſita eſt ad ſigñandum principiũ actionis: ſed ſecũdo trãſlatũ eſt ad hoc, vt illud ẽt q̄ recipit actionẽ agentis potẽtiã hẽre dicaẽ, & hoc eſt potẽtia paſſiua. Et ſicut potentiæ actiuæ rñdet operatio vel actio, in qua completur potẽtia actiua, ita ẽt illud quod rñdet potentiæ paſſiuæ, quaſi ꝑfectio, & cõplemẽtũ actus dicaẽ. Et ꝓp hoc oĩs forma actus dr̃, ẽt ipſæ formæ ſeparatæ, & illud quod eſt principium perfectionis totius, q̄ eſt Deus, vocatur actus primus & purus, cui maxime illa potentia conuenit. (In corp. ar.) (D. 630.)

¶ Ad ſcd̃m dicẽdũ, ꝙ põa importat, vt dictũ eſt, rõnẽ principij actionis. vñ q̃cq̃d ſit, illud, q̄ eſt principiũ agẽdi põa dr̃, ſicut calor & frig⁹ & huiuſmodi, & ſic ẽt ipſa eſſẽtia diuina, ẽm hoc q̄ ẽ pricipiũ oꝑõnis põa vocaẽ, nõ ꝙ põa ſit aliud ab eſſẽtia ĩ deo. (In reſponſione ad primum.)

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ Deo nullo mõ põa paſſiua cõuenit, ſed actiua tm̃. Potentiæ aũt actiuæ accidit, ꝙ req̃rat ſubiectã materiam in quã agat, inquãtũ eſt imꝑfecta, nõ potẽs in totã rei ſubſtantiã, q̃ imperfectio a diuina põa remoueẽ. Vel dicẽdũ, ꝙ ẽm Auic. agens alr̃ dr̃ in naturalibus & in diuinis. agens.n. naturale agit ꝑ motũ, & q̃a oĩs motus eſt actus exñtis in põa ideo req̃riẽ materia, q̃ motui ſubſternaẽ, diuinũ aũt agẽs in eo, ꝙ dat eſſe non ꝑ motũ. vnde potentia actiua eſt principiũ oꝑõnis ĩ aliud ſicut in effectũ ꝓductũ, non ſicut in materiam tranſmutatam. (tract. 6. Methe. c. 1.)

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Deus non agit operatione media, quæ ſit aliud ab eſſentia ſua, ſed ſuum eſſe, eſt ſuum operari, & ſuum operari, eſt ſua eſſentia. nihilominus tamen eſſentia ſignificatur vt principium eſſendi, & eadem ratione poteſt ſignificari potentia, vt principiũ operãdi, & ꝑter hoc, vt principiũ oꝑati.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ operatio ſua eſt idẽ q̄ potentia ſua ẽm rẽ, & ideo nõ põt oꝑationi ſuæ potẽtia nõ eſſe cõiũcta: nec tñ ſemꝑ cõſequiẽ effectus q̃ncũq; oꝑatio eſt, quia operatio quodãmõ regulaẽ volũtate & ſapiẽtia ordinante. vnde effectus non ſequitur niſi ad nutum voluntatis diuinæ, ẽm cuius diſpoſitionem ex operatione æterna ſequitur effectus temporalis.

ARTICVLVS II.

*Vtrum in Deo ſit tantum vna potentia.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit tantum vna potentia in Deo. Non.n. poteſt eſſe vnum & idem proprium vni, & pluribus cōe: ſed potentia creandi cō munis eſt tribus perſonis, poſſe autem generare proprium eſt patri. ergo eſt alia & alia potentia.

¶ 2 Præt. In nobis inueniuntur quidam actus naturales, vt generare & huiuſmodi, & quidam voluntarij, vt ædificare domos & huiuſmodi, & quidam animales vt intelligere ſcire & huiuſmodi: ſed huiuſmodi actus reducuntur in nobis in diuerſas potētias, cum igitur in ſingulis prædictorū actuū rńdeat ſimilis actus in deo, quia dicimus ipſum ſcientem, creātem, & generantem, videtur ꝙ ſit plures potentias in eo ponere, ad quas iſti act⁹ reducantur.

† c.15.to.3.

*De alijs obiicitur.*

C Sed ſunt alia quædam q̄ Deus nullatenus facere poteſt, vt peccata. Non enim poteſt mentiri, non poteſt peccare: ſed non ideo omnipotentiæ Dei, in aliquo G detrahitur vel derogatur, ſi peccare non poſſe dicitur, quia nō eſſet hoc potentię, ſed infirmitatis. Si enim hoc poſſet, omnipotens non eſſet. Non ergo impotentiæ, ſed potentiæ imputandū eſt, quòd iſta non poteſt. Vnde Aug. in xv. lib. de tri. Magna inquit Dei potentia eſt, nō poſſe mentiri. Sunt.n. quędam, quæ in alijs rebus potentiæ deputanda ſunt, in alijs vero minime. Et quæ in alijs laudabilia H ſunt, in alijs vero repræhenſibilia ſunt. Non ergo ideo Deus minus potens eſt, quia peccare non poteſt, cum omnipotens nullatenus poſsit eſſe, qui hoc poteſt.

*Item de alijs opponitur.*

Svnt etiam & alia quædam, quæ Deus nō poteſt. D vnde videtur non omnia poſſe, non.n. poteſt moueri vel falli. Vń Aug. in lib. de ſymbolo. Deus omnipotens nō poteſt mori, non poteſt falli, nō poteſt miſer fieri, nec pōt vinci. Hęc vtiq; & huiuſmodi abſit, vt poſsit omnipotens. Si.n. huiuſmodi paſsionibus, atque defectibus ſubiici poſſet, omnipotens minime foret. Et inde monſtratur omnipotens, quia ei hæc proprinquari non valent, poteſt tamen hæc in alijs operari.

Hoc patet ex Auic. li. de intelligētijs c.4.

¶ 3 Pręt. ſecundum philoſophos, ſubſtantiæ ſeparatæ diuiduntur in intellectum & voluntatem, non autem ſicut in diuerſas naturas. ergo ſicut in diuerſas potentias. ergo in Deo ad minus ſunt duæ potentiæ.

¶ 4 Præt. Ratio potentiæ conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe principium operationis, ſed quodlibet attributum diuinum, ſecundum propriam rationem eſt principium operationis, quia ex bonitate eius fluit omnis bonitas, & ex vita eius fluit omnis vita, & ſic de alijs, vt Dio. tradidit in lib. de di. no. ergo ſicut dicimus plura attributa, ſic debemus dicere plures potentias.

Cap. 4. de diui. no.

SED CONTRA. ſecundum Auguſt. quicquid in diuinis abſolute dicitur ſingulariter, & non pluraliter prædicatur: ſed potentia inter abſoluta continetur. ergo non ſunt plures potentiæ in Deo, ſed vna tantum.

Libr. 5. de trin. cap. 8. to.3.

¶ Præt. Secundum Philoſophum in lib. de cauſis, omnis virtus vnita plus eſt infinita q̄ multiplicata, ſed virtus diuina eſt maxime infinita. ergo videtur quòd ſit maxime vna, nullam multiplicationem habens.

Propoſitione.17.

RESPONDEO, dicendum ꝙ in deo ſimpliciter & abſolute dicendum eſt vnā tantum potentiam eſſe. Cum.n. potentia ſm modum intelligendi ſit mediū inter eſſentiā & operationē, ex vtraq; parte pōt eius vnitas & diuerſitas penſari. Sed tń ſimpliciter vnitatē & multiplicationē habet ex parte eſſentiæ, nō quæ eſt ſubiectū eius, quia contingit in vna eſſentia plures eſſe virtutes vel potentias: ſed ex parte eſſentiæ, quæ eſt immediatum principium actus: ſicut in igne alia eſt potentia, qua fertur ſurſum. ſ. leuitas, & alia qua diſſoluit vel vrit. ſ. caliditas. Ex parte aūt operationis non dr̄ vna vel plures ſimplr̄, ſed ſm quid: quia tunc magis dicitur eſſe vna potētia plurium, quàm plures potentiæ. Et ita cum immediatum principium cuiuslibet ſuæ K operationis, ſit ſua eſſentia, quæ ſimplr̄ vna eſt: ideo & potentia vna eſt. Sed inquantum eſt principium operationū diſtinctarū, ſm rationem accipit aliam, & aliam rationem potentiæ: ſicut & eſſentia habet plures rationes attributorū. Nec tń ex hoc eſt, ꝙ ſit plures, ſed tm̄ vna potentia. Potentia.n. actiua quæ ſola in Deo inuenitur, pōt duplr̄ conſiderari, vel quantum ad eſſentiam potentiæ, vel quantum ad actiones, quæ a potentia procedunt. Dico autem eſſentiam potentiæ, illud quod eſt immediate principium actus, in quocūq; genere ſit, ſicut calor principium calefactionis. Principium aūt omniū diuinarum operationum eſt ſua eſſentia, quia p eſſentiam ſuam agit. Vń ſicut eſſentia ſua eſt vna re, pluralitatē quandam rationum habens ſm diuerſa attributa, vt ſupra dictum eſt, ita etiam potentia Dei re eſt vna, ſed ſm diuerſas rōnes attributorū pluralitatem rationū accipit: cuilibet.n. attributo conuenit ratio potentię, ſm ꝙ cōpetit eſſe principium operationis. Et quia operatio Dei eſt eius

Diſtin. 2. q. vnica. ar. 2.

F eſſentia: ideo etiam ipſa eſt vna ſm rem, diuerſimode ſignificata ſm diuerſas rōnes diuerſorum attributorum, & ſm diuerſitatem effectuum qui ſimpliciter plures ſunt. Patet ergo, ꝙ potentia, ſiue ſm eſſentiam ſuam conſideretur, ſiue ēt per comparationem ad diuinam operationem, ſm ꝙ in operante eſt, vnitatē habet: ſed multitudo realis eſt tm̄ in effectibus, qui ex operatione diuina cauſantur. Et ideo patet, ꝙ abſolute dicendum eſt, potentiā diuinam eſſe vnam: ſed tń ꝙ eſt pluriū, quia iudiciū de vnitate rei abſolute ſumendum eſt ſm eſſentiam eius, & non ſm id quod extra eſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potentia generatiua nominat eſſentiale coniunctum notionali: ſicut cum dicit, Deus generat. vnde illud quod eſt eſſentiale pertinens ad rationem potentię, cōmune eſt tribus, ſicut eſt potentia eſſēdi. eadem.n. potētia pater generat, & filius naſcitur, ſed notio remanet propria patri, & hoc plenius patet ex dictis ſupra.

† libr. 1. de ſymbolo fi. dei ad cathecuminos c. 1. to. 9.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ Deo idem eſt principium eſſendi & operandi. vń ſicut Deus eodem eſt vnus, ens, iuſtus, & ſic de alijs: ita ipſe eodē operaī actus diuerſarū rōnū, nos aūt diuerſis.

Diſt. 26. q. 2. art. 3.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in omnibus alijs ſubſtantijs ſeparatis, non vr̄ omnino idē eſſe re voluntas & intells: ſed ꝙ in alijs eſt ſecundum diuerſitatem realem, eſt in Deo ſecundum vnitatem rei, & diſtinctionem rationis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ attributa in Deo ſunt vnum re, & diſtinguuntur tm̄ ratione: & ideo nomen potentiæ, & quicquid aliud eſt nomen rei, ſiue ſit nomen primæ impoſitionis, non poteſt pluraliter prædicari, vt dicantur plura attributa, eſſe plures I potentias, vel plures bonitates, vel aliquid huiuſmodi: ſed noīa ſcdæ impoſitionis, vt attributum, & huiuſmodi plr̄ prædicant.

## QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de his, quę ſubiecta ſunt diuinæ potentię.

Et circa hoc quęruntur tria.

Primo. Vtrum Deus poſſit quicquid eſt alteri poſſibile.
Secundo. Vtrum poſſit facere impoſsibilia.
Tertio. Vtrum ſit aliquid iudicādum ſimplr̄ poſe vel impoſſibile, ſecundum cauſas ſuperiores vel inferiores.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus poſſit quicquid eſt alteri poſſibile.*

1. par. 25. art. 2. Et de pot. q. 1. art. 1. & 2. Et de ver. q. 2. art. 10. Et 2. cont. c. 22.

AD PRIMVM ſic pceditur. Videtur, ꝙ Deus poſſit quicquid alteri poſſibile eſt. Oīs.n. potentia creata eſt exemplata a potentia ipſius, ſicut oē bonum a bonitate eius: ſed quicquid eſt in exemplato, verius, & perfectius inuenitur in primo exemplari. ergo potentia Dei ſe extendit ad omnia, in quæcunque creata potentia poteſt.

¶ 2 Præt. Philoſophus dicit, ꝙ Deus & etiam ſtudioſus poteſt praua agere: ſed nihil ita elongantur a potentia eius ſicut malum. ergo videtur, quòd ipſe omnia poſsit quæ creatura pōt.

4. Top. c. 21.

¶ 3 Præt. De ratione voluntatis eſt, vt libertatem ad vtrūlibet habeat: ſed in Deo veriſsime inuenitur voluntas. ergo poteſt vtrumlibet, & bonum, & malum.

¶ 4 Præt. Nihil quod eſt laudabilitatis ei ſubtrahendum eſt, q magnus eſt & laudabilis nimis: ſed poſſe facere malū & nō facere eſt laudabilitatis: ſicut dr̄ Eccl. 30. in laudem vnius viri iuſti. Qui

Cap. 31. B



Qui poteſt tranſgredi & non eſt tranſ. facere mala & non fecit. A ergo Deo conuenit. Et ſic idem quod prius.

SED CONTRA. Sicut Deus non poteſt non eſſe Deus: ita non poteſt eſſe imperfectus: ſed quædam dicitur creatura poſſe ſua infirmitate vel imperfectione, ſicut pati, mori, & huiuſmodi. ergo videt ꝙ Deus non omnia poſſit, quæ creatura poteſt.

¶ Præt. Summum bonum non pōt eſſe cauſa alicuius mali, ſicut nec ſumme calidum cauſa alicuius frigoris: ſed Deus eſt ſumme bonus. ergo nullum malum facere pōt. creatura autē hoc poteſt, non ergo quicqd creatura pt, & ipſe Deus poteſt.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ quicquid perfectionis in creatura eſt, totū eſt exemplariter eductū ex perfectione creatoris: ita tń, ꝙ illam perfectionem imperfectius creatura habet, q̄ in Deo ſit. Et ideo potentia creaturæ inquantum deficit a repręſentatione diuinę potentię, deficit a pfecto poſſe. Vnde quod attribuitur ſibi ſm ꝙ eſt in tali gradu participata, non oportet ꝙ diuinæ potentiæ attribuatur. Sicut etiā dicimus eſſentiam lapidis exemplatam a diuina eſſentia: nec tamen dicimus deū eſſe lapidem, ita etiā non dicimus Dei potentiam, eſſe potentiam ambulandi vel patiendi. q. proximum principium ambulationis & paſſionis: ita quòd ipſe ambulet vel patiatur. Sciendum tamen ꝙ gradus potentiarum ſicut & naturarum, diuina D diſpoſitione ordinati ſunt, ſecundum ꝙ vńa plus vel minus, deficit a perfectione diuinę potentię. Et ideo videndum eſt, ꝙ quamuis nullus actus proprius harum potentiarum, ſecundum gradus determinatos conueniat potentiæ diuinæ, ſicut principio proximo: tń omnes actus proprij harum potentiarum egredientes ab eis ſecundum rationem ordinis in quo conſtitutæ ſunt, reducuntur in Deum ſicut in cauſam primam. Vnde quāuis non dicamus, ꝙ Deus poſſit ambulare vel pati, dicimus tamen ꝙ creat ambulationem & paſſionem in aliis. Sed actus qui egrediuntur a determinatis potentijs præter dictam rationem ordinis, nullo modo in cauſalitatem diuinę potentiæ reducuntur. non enim dicimus, quòd poſſit peccare, nec in alijs peccatum facere.

ET PER HOC patet reſponſio ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum ſecundum quoſdam, ꝙ ly praua, accipiendum eſt materialr̄, vt ſit ſenſus. Deus pōt facere praua. i. quæ modo praua ſunt, quæ tń ſi ipſe faceret, praua non eſſent. Vel dicendum ꝙ loquiī conditionalr̄, vt intelligaī ſi vellet, cuius conditionalis, & aňs eſt impoſe & conſequens, & hoc nō eſt incōueniēs, ſicut hæc, Si centū ſunt minus q̄. v. ſunt minus q̄. x.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ poſſe peccare ſm Anſ. & Boe. non pertinet ad libertatem voluntatis: ſed magis eſt conditio voluntatis deficientis, inquantum eſt ex nihilo: ſed in hoc attenditur ratio libertatis, quòd poſſit hoc facere vel non facere, aut hoc vel aliud facere.

Anſel. de li. arbit. c. 1. Boe. 5. de cōſ. proſa.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliquid eſt laudabile inferiori naturæ, quod in ſuperiori vituperabile eſſet, ſicut eſſe ferox in cane & leone eſt laudabile: ſed in homine vituperabile, ita & non peccare, cum poſsit eſſe laus hominis: ſed blaſphemia Dei, ſi de ipſo dicatur.

*b Quòd omnipotentia Dei ſecundum duo conſideratur.*

E Hic ergo diligenter conſiderantibus, omnipotentia eius ſecundum duo apparet, ſcilicet, ꝙ omnia facit quæ vult, & nihil omnino patitur, ſecundum vtrunque Deus omnipotens veriſsime p̄dicatur, quia nec aliquid eſt quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimētum afferre. Manifeſtū eſt itaque Deum omnino nihil poſſe pati, & omnia facere poſſe, præter ea ſola, q̄bus eius dignitas læderetur, eiuſque excellentiæ derogaretur, in quo tń non eſt minus omnipotens. Hoc enim poſſe, non eſſet poſſe, ſed non poſſe. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere pręſumat, qui omnia poteſt quę poſſe, potentiæ eſt, & inde vere dicitur omnipotens.

*Quibuſdam authoritatibus traditur, quòd ideo dicitur omnipotens, quia poteſt quicquid vult.*

F Ex quibuſdam tamen authoritatibus traditur, ideo vere dici omnipotens, quia quicquid vult poteſt. Vnde Aug. in Enchir. Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens: niſi quoniam quicquid vult poteſt, nec voluntate cuiuſpiam creaturæ, voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in lib. de ſpiritu B & litera. Non poteſt Deus facere iniuſta, quia ipſe eſt ſumma iuſtitia & bonitas. Omnipotens vero eſt, non ꝙ poſsit omnia facere: ſed quia poteſt efficere quicquid vult, ita vt nihil valeat eius voluntati reſiſtere quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Ioan. Chry. in homi. quadam de expoſitione ſymboli ait. Omnipotens dicitur Deus, quia poſſe illius non poteſt inuenire nō poſſe, dicēte propheta, Omnia C quæcunq; voluit fecit. Ipſe eſt ergo omnipotens, vt totum qđ vult poſsit. Vnde Apoſtolus, eius inquit voluntati quis reſiſtit? His authoritatibus videtur oſtendi, quòd Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quòd omnia poteſt quę vult, non quia omnia poſsit.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum Deus poſſit, quæ ſunt impoſſibilia naturæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ea quæ naturæ ſunt impoſſibilia, Deus non poſsit. Sicut enim dicit Cōmē. in 8. Met. omnis alteratio eſt ab aliquo agente corporali: ſed Deus eſt agens incorporale. ergo videtur, quòd nulla alteratio a deo poſsit fieri in creatura inferiori, niſi mediāte motu ſuperioris corporis, quod eſt primum alterans non alteratum: ſed mediante illo motu nihil impoſsibile naturę fieri poteſt. ergo deus nihil naturę impoſsibile facere poteſt.

Tex. co. 4. † c. 96. to. 3.

¶ 2 Præt. Omnis impoſsibilitas vel neceſsitas, quæ eſt in propoſitionibus reducitur ad hoc primum principium, quòd eſt impoſsibile ſimul affirmare & negare ſecundum philoſophum in 4. Meta. ſed hoc dicitur deus nō poſſe, quòd affirmatio & negatio ſint ſimul vera. ergo nullum impoſsibile naturæ facere pōt.

† cap. 5. in ſententia. to. 3. † lib. 1. de ſymbolo fide. c. 1. to. 9. † Hom. 2. to. 5. Tex. 9. † Rom. 9.

¶ 3 Pręt. Magis eſt impoſsibile quod eſt impoſsibile per ſe, q̄ quod eſt impoſsibile per accidens: ſed impoſsibile per accidens Deus facere non poteſt. ergo nihil eorum quæ per ſe ſunt impoſsibilia. probatio mediæ, Deus non poteſt facere, D quòd illud quod eſt præteritum non fuerit, vt probatur authoritate Hiero. qui dicit, quòd cum cetera Deus poſsit non poteſt de corrupta facere virginem, & per Auguſt. in lib. contra Fauſtum & per philoſophum in 6. Ethic. vbi Agathonem commendat dicentem, hoc ſolo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta ſunt. Sed præteritum non fuiſſe, non eſt impoſsibile niſi per accidens, quia hoc ipſum quod præteritum eſt, prius quàm fieret, contingens erat non eſſe, vt Sor. currere. ergo non poteſt facere illud quod eſt impoſsibile per accidens.

Ad Euſtoch. de cuſtodia virginitatis to. 2. Lib. 26. c. 5. to. 6. Cap. 3.

¶ 4 Præt. ſecundum Auguſt. Deus non poteſt facere aliquid contra rationes quas primitus indidit. Et in quadā gl. ad Ro. 11. dicitur, quòd Deus cum ſit author naturæ, nihil contra naturam facit: ſed ea quę ſunt naturæ impoſsibilia, videntur contra naturam eſſe. ergo nihil horum Deus facere poteſt.

Lib. 6. ſuper Gen. ad literam ca. 14. to. 3. & cap. 13. ibidem. Gloſſa ordinaria ī illud contra naturā in ſertus es. Ro. 11. c.

E ¶ SED CONTRA. Qui omnia dicit nihil excludit: ſed in litera dicitur, & probatur, quòd Deus omnia poteſt. ergo ab eius omnipotentia impoſsibilia non excluduntur.

¶ 1 Præter. Hilar. dicit, ꝙ plus poteſt Deus facere, quàm nos poſſumus dicere, vt habitum eſt ſupra 19. diſtinct. quod probatur etiam ex hoc quod habetur Luc. 1. Non erit impoſsibile apud Deum omne verbum: ſed nihil ita eſt impoſſibile, quin nos dicere poſsimus, etiam contingere ſimul affirmare & negare, quod quidem philoſophi dixerunt, vt habetur in 4. Metaphy. ergo videtur, quòd omnia huiuſmodi Deus poſsit facere.

Lib. de trin. in exordio D. 19.

¶ 2 Præt. Magis diſtat Deus & homo, quàm duo contraria: ſed Deus vniuit humanam naturam diuinæ. ergo multo magis poteſt facere, quòd duo contraria ſint ſimul in eodem, ex quo ſequitur, quòd affirmatio & negatio ſint ſimul vera, & ſi hoc poteſt, omnia poteſt.

4 ¶ Præt. Sicut cæcitas eſt contraria diſpoſitio viſioni, ita virginitas conceptui: ſed Deus fecit, vt virgo manens virgo, conciperet & mater eſſet. ergo poteſt facere vt cęcus manens cæcus viſum habeat. & ſic idem quod prius.

Respondeo, Dicendum, ꝙ poſſe importat reſpectum medium inter potẽtẽ & poſſibile, ſicut ſcire inter ſcientem & ſcibile: & ideo aliquid poſſe poteſt negari ex parte potentis, & aliquid ex parte poſſibilis. Nullũ autem poſſe quod ſine imperfectiõe eſt negatur de Deo, ex parte ipſius Dei potentis: ſed negatur ab eo ex parte eius poſſe defectiuum, qđ non eſt pure poſſe, ſed admiſtum cum non poſſe: quia potentia eius defectum habere non poteſt. Vnde non conceditur, ꝙ ipſe poſſit peccare, vel aliquid huiuſmodi. Negatur etiam quandoque Deus aliquid poſſe ex parte ipſius poſſibilis, quod nullo modo rationẽ poſſibilis habere poteſt, & hoc dicimus impoſſibile eſſe ꝑ ſe. Et cuiuſmodi ſit hoc, inueſtigandum eſt. Sciendum igitur, ꝙ omnis potentia vel eſt ad eſſe, vel ad nõ eſſe, ſicut potentia, quæ eſt ad corrumpendum. Vnde, quicquid non poteſt habere rationem entis, vel non entis, illud non poteſt eſſe poſſibile, & ideo hoc qđ eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, eſt in ſe impoſſibile, quia qđ eſt ens & non ens, neque eſt ens neque non ens. Et ideo dicitur Deus hoc facere non poſſe, non propter defectum potentiæ eius: ſed quia hoc deficit a ratione poſſibilis, ſicut dicitur non ſcire falſum quod a ratione ſcibilis deficit, & per conſequens dicitur non poſſe facere omne illud, in quo contradictio implicatur, & propter hoc, non poteſt facere, ꝙ illud quod præteritum eſt non fuerit, quia quod eſt neceſſe eſt eſſe dum eſt, & impoſſibile eſt non eſſe tunc dum eſt, & cum iſta neceſſitate & impoſſibilitate in præteritum tranſit, & hoc eſt quod Aug. dicit in lib. contra Fauſtum. Si quis dicit, Deus quia omnipotens eſt faciat, vt quæ facta ſunt non fuerint, non videt ſe hoc dicere, faciat vt quòd verum eſt eo ipſo quòd verum eſt, non ſit. Et ex hoc ſequitur vlterius, quòd nullum eorum poſſit[d] in quibus contrarium prædicati eſt in diffinitione ſubiecti, vt quòd faciat hoc, ſcilicet hominem non eſſe rationalem, vel triangulum non habere tres lineas. *In hoc ipſo enim*, quòd ponitur triangulus, ponitur tres lineas habere. vnde hoc eſt ſimul habere tres & non habere. Et ex hoc vlterius ſequitur, quòd non poſſit facere eſſe aliqua oppoſita ſimul in eodem, quia in diffinitione vnius contrarij eſt priuatio alterius, & in diffinitione priuationis eſt negatio, ſicut prius eſt in poſteriori. Sed quicquid in ſe non repugnat rationi entis, vel rationi non entis, hoc Deus poteſt facere: ſicut cælum nõ eſſe, vel eſſe alium mundum, vel inducere viſum, prius cæco & huiuſmodi. Hæc enim non ſunt in ſe impoſſibilia, ſed alicui.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd poſſet exponi, quòd hoc non poteſt fieri ſecundum ordinem naturalis operationis, quàmuis poſſit eſſe per actionem agentis ſupra naturam: niſi eſſet contra intentionem eius, qui hæc expreſſe de Deo inducit, & ideo in hoc errauit. nec eius authoritas recipiẽda eſt, quia huius contrarium etiam philoſophi tradunt. Dicit enim Auicen. quòd materia magis obedit principijs ſeparatis & conceptionibus eorum, quàm contrarijs agentibus in natura. Sed quicquid ſit de alijs, hoc de Deo firmiſsime tenendum eſt, qui virtutem ſuam cælo non alligauit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum hoc, quod aliquid eſt impoſſibile, reducitur in illud principium. vnde quod eſt impoſſibile per ſe, includit illud principium in ſe, & tale impoſſibile nõ poteſt ipſe Deus facere, vt ex dictis patet, & quod eſt impoſſibile alicui, includit dictum principium in ordine ſui ad illud, ſicut patet cum dicitur, quòd impoſſibile eſt mortuum reuiuiſcere: viuere enim per ſe poſſibile eſt, ſed in corpore mortuo non eſt potentia ad hunc effectum inducendum, & ex hoc eſt impoſſibile. vnde ſi poneretur poſſe viuere ex ſua virtute, ſimul poneretur eiuſdem rei habere potentiam & impotentiam, nec hoc facit Deus quando mortuum reſuſcitat, vt corpus per propriam potentiam viuendi viuat: ſed per potentiam quam ſibi confert.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præterita non fuiſſe, poteſt accipi, vt impoſſibile per accidens, & vt impoſſibile per ſe. Si enim accipiatur ipſa res, quæ dicitur præterita, vt curſus Sortis, non habet impoſſibilitatem, niſi per accidens ſuum, quod eſt extra rationem eius, ſcilicet pręteritionem, & ipſa res in ſe conſiderata non dicitur Deo impoſſibilis. Poteſt enim hanc rem facere, ſcilicet, quòd Sor. non currat. Si autem accipiatur ſecundum quòd ſtat ſub hoc accidente, quod eſt præteritio, ſic eſt impoſſibile per ſe, & hoc dicitur Deus facere non poſſe, & ſimile eſt de hoc, quòd dicitur: Sor. non currere dum currit eſt impoſſibile, quia ratione adiuncti habet impoſſibilitatem per ſe.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus materiæ primæ indidit duplices rationes, ſcilicet cauſales vel obedientiales, per quas omnes natæ ſunt obedire Deo, vt fiat ex eis quicquid ei placuerit. Indidit etiam rationes ſeminales, ſcilicet principia actiua, per quæ *effectus naturales exercentur*, & contra has aliquando dicitur facere, in miraculis quæ facit. Sed proprie loquendo tunc etiam contra eas non facit: ſed præter eas, vel ſuꝑ eas. Super eas, qñ inducit effectum in quem natura nullo modo attingere poteſt, ſicut forma glorię in corporibus glorioſis. Pręter eas facit, qñ effectum quem natura inducere poteſt, ſine officio cauſarum naturalium producit. vt qñ aquam in vinum conuertit. Ioan. 2. Sed contra eas non facit, quia nec facit nec facere poteſt, vt cã naturalis actiua manẽs eadem ſm̃ ſpẽm, effectum eſſentialem alium habeat, ſicut non poteſt eſſe, ꝙ ſimul ſit eadem & alia. Sed bene poteſt deſtruere vnam naturam & facere aliã, abiicere vnam formam a materia, & inducere aliam: ſic enim & contra naturam aeris facit ignis, quando ipſum corrumpit.

¶ Ad quin-

† Primo de ſymbolo ſi de. c. 1. to. 9.

† In Enchirid. cap. 96. to. 3.

26. c. 5. t. 6.

D. 499.

trac. 2. met. c. 3.

In corau

† Poſt medium lib.

*Determinatio præmiſſarum auctoritatum.*

Sed ad hoc poteſt dici, quòd Augu. vbi dicit. Omnipotens non dicitur, quòd omnia poſsit &c. tam ample & generaliter accipit omnia, vt etiam mala includeret, quæ Deus non poteſt, nec vult. Non ergo negauit eũ poſſe omnia, quæ conuenit ei poſſe. Similiter cum dicit, non ob aliud veraciter dicitur omnipotens, niſi quoniam quicquid vult poteſt, nõ negat eum poſſe etiam ea, quę non vult: ſed aduerſus illos, qui dicebant Deum multa velle, quæ non poterat, affirmat eum poſſe quicquid vult, & ex eo vere dici omnipotentẽ non ob aliud, q̃ quia poteſt quicquid vult. Sed caue quomodo intelligas, poteſt q̃c quid vult. An quicquid vult ſe poſſe, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri. Si enim dicas, ideo omnipotentem vocari, quia poteſt quicquid vult ſe poſſe. ergo & Petrus ſimiliter omnipotens dici poteſt, vel quilibet ſanctorum beatorũ, quia poteſt quicquid vult ſe poſſe, & poteſt facere quicquid vult facere. Non enim vult facere niſi quod facit, nec poſſe niſi quod poteſt: ſed non poteſt facere quicquid vult fieri. Vult enim ſaluos fieri, qui ſaluandi ſunt, veruntamen eos ſaluare non valet. Deus autem quicquid vult fieri poteſt facere. Si enim vult aliquid fieri per ſe: poteſt illud facere per ſe & per ſe facit, ſicut cælum & terram per ſe fecit, quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam, & per eam operatur, ſicut per homines facit domos, & huiuſmodi artificialia, & Deus quidem ex ſe & per ſe poteſt. Homo autem vel angelus quantumcunque beatus eſt, non eſt potens ex ſe vel per ſe.

*Oppoſitio.*

Sed forte dices nec dei filius poteſt a ſe, nec ſpirituſſanctus, ſed ſolus pater. Ille enim poteſt a ſe, qui eſt a ſe: filius autem quia non eſt a ſe ſed a patre, non poteſt a ſe ſed a patre, & ſpirituſſanctus ab vtroque. Ad quod dicimus, quia licet filius non poſsit a ſe, nec operetur a ſe, poteſt tamen & operatur per ſe, ſic & ſpirituſſanctus. Vnde Hilar. in vndecimo lib. de trin. Naturæ inquit, cui contradicis hæretice, hæc vnitas eſt, vt ita per ſe agat filius, ne a ſe agat, & ita non a ſe agit, vt per ſe agat. Per ſe autem dicitur agere & potens eſſe, quia naturalem habet potentiam eandem, quã & pr̃ qui potens eſt & operat̃: ſed q̃a illam habet a patre, nõ a ſe: ideo a patre non a ſe dr̃ poſſe & agere. Homo autem vel angel⁹ gratuitam habet potentiã, qua potens eſt. Ideo ergo vere ac ꝓprie Deus trinitas omnipotẽs dicitur: quia per ſe, ideſt naturali potentia poteſt quicquid vult fieri, & q̃cquid vult ſe poſſe. Nihil enim vult fieri, quod non poſsit facere per ſe, vel per creaturas, & nihil vult ſe poſſe quod non poſsit, & omne qđ vult fieri, vult ſe poſſe: ſed non omne quòd vult ſe poſſe, vult fieri. Si enim vellet, fieret: quia voluntati eius nihil reſiſtere poteſt.



¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſub diſtributione omnium nõ poteſt accipi niſi ens, vel non ens, ſed ea quæ diximus Deum non *poſſe, neque ſunt entia ſimpliciter, neque non entia.*

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ dicta impoſſibilia quàmuis ore ꝓferri poſſint, tamen corde concipi non poſſunt, vt probat Philoſophus in 4. Meta. vnde non proprie & ꝑfecte ſunt verba.

Text. 16.

¶ Ad ſeptimum dicẽdum, quòd Deus non coniunxit humanam naturam diuinæ, ita quòd eſſet eadem natura, vel ꝙ vna perſona ſecundum idem, eſſet De⁹ & homo, ſed ſecundum aliud & aliud, & ſic non eſt dubiũ quòd cõtraria in eodem coniungere poteſt: quia & natura hoc facit.

¶ Ad octauum dicẽdum, ꝙ non eſt ſimile: quia cęcitas eſt priuatio ipſius viſus, vnde includit in ſe negationem eius: vnde non poteſt facere Deus ꝙ ſimul ſit cæcus & videns. Sed in ratione virginitatis, non includitur negatio maternitatis ſed negatio coniunctionis ad virum, & ideo ratio non procedit.

## Articvlvs III.

*Vtrum aliquid ſit iudicandum impoſſibile, ſecundum cauſas inferiores.*

De pot. q. 1. ar. 4. Gloſſa ordinaria ibidẽ.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd aliquid non ſit iudicandum impoſſibile ſimpliciter ſecundum cauſas inferiores. Super illud primæ ad Corinth. 1. Stultam fecit *Deus &c. ita dicit glo. ſapientiam huius mundi, Deus* ſtultitiã fecit, oſtendens poſſibile quod ipſa impoſſibile iudicabat. Sed ſapientia huius mundi iudicat aliquid impoſſibile eſſe ſecundũ cauſas inferiores. ergo videtur quòd hoc ſtultum ſit dicere.

¶ 2 Prat. Conſtat quòd cauſa inferior impium iuſtificare non poteſt: ſed tamen non dicimus hoc eſſe impoſſibile, & ſimiliter nec mundum fore antequam eſſet, quem natura facere non poteſt. ergo videtur quòd non ſit aliquid dicendum impoſſibile ex eo, quòd cauſæ inferiori eſt impoſſibile.

¶ 3 Præt. Conſtat quòd illuminare cęcum & dare virgini conceptum naturæ eſt impoſſibile: & tamen iſta fieri potuerunt & facta ſunt. ergo videtur quòd ſecundum cauſas inferiores aliq̃d impoſſibile iudicandum non ſit.

Sed contra. Nihil Deo eſt impoſſibile, vt dicit̃ Luc. 1. Si ergo ſecundum cauſam ſuperiorem tantum aliquid impoſſibile diceretur & poſſibile, nihil impoſſibile foret. ergo videtur quòd ſit iudicandum de impoſſibilitate ſecundum cauſas inferiores.

¶ Pręt. Neceſſarium & impoſſibile ſunt contraria: ſed aliquid non dicitur neceſſarium propter neceſſitatem cauſæ primæ, vt ſupra dictum eſt, quia ſic omnia eſſent neceſſaria. ergo nec poſſibile & impoſſibile, iudicandum eſt ſecundum ſuperiores cauſas.

Diſ. 38. qõ. vnica. ar. 5.

Respondeo, Dicendum, quòd impoſſibile eſt dupliciter. Aliquid enim eſt ex ſe impoſſibile, ſicut dictum eſt de his, quæ contradictionem includunt, & hæc iudicantur impoſſibilia abſolute, non per reſpectum ad cauſas ſuperiores, vel inferiores. Aliquid autem eſt impoſſibile, quod quantum in ſe eſt non habet rationem impoſſibilis ſed in ordine ad aliquid, & in iſtis diſtinguendum eſt: quia poſſibile poteſt dici ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam, & vtroque modo dicitur aliquid poſſibile & impoſſibile ſimpliciter per comparationem ad ſuã cauſam proximam actiuam vel materialem, cuius conditiones effectus ſequitur, vt prius dictum eſt, verbi gratia: materia ſtatuæ remota, eſt terra & aqua, materia proxima cuprũ & lignũ. Dicimus autem ex cupro poſſe fieri ſtatuam, non autem ex terra, hoc enim ſolum dicimus eſſe in potentia in aliquo abſolute, quod poteſt educi de materia vno motore, vt in 9. Meta. dicitur. Dicendum eſt ergo, quòd omnes effectus, qui ſunt immediate ipſius Dei non per cauſam ſecundam mediam, vt creatio mũdi creatio animæ, & glorificatio animæ, & huiuſmodi iudicãdi ſunt poſſibiles vel impoſſibiles ſecũdum cauſam ſuperiorem diuinã. Poſſunt nihilomin⁹ aliqui eorum iudicari poſſibiles ſecundum cauſas paſſiuas inferiores, quia cauſæ receptiuæ ſe habẽt in inferioribus, ſicut anima ſe habet ad corpus præparatum per operationẽ naturæ, & ad gratiã li. ar. Sed illi effectus qui nati ſunt ex cauſis eſſe inferioribus proximis actiuis & paſsiuis iudicãdi ſũt poſſibiles, vel impoſſibiles ſecũdum cauſas[d] inferiores: ſicut in viſione cæci & in reſurrectione mortui, & huiuſmodi. Vita enim & viſio, ſunt effectus immediati cauſarum inferiorum, ſcilicet formarum vnitarum corpori.

Art. ãnti.

Ibidem.

Text. 12.

D. 324.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ſapientia mundi in hoc ſtulta reputata eſt, quia ita iudicauit hæc impoſſibilia naturæ, ita eſſe impoſſibia, quòd etiam Deus ea facere non poſſet. Aliquid tamen poteſt dici ſimpliciter impoſſibile, quod alicui eſt poſſibile, ſicut aliquid dicitur ſimpliciter album, quod ſcilicet aliquid ſui non eſt album. ¶ Et per hoc, patet reſponſio ad alia.

## DISTIN. XLIII.

A

*a Opinio quorundam dicentium Deũ nil poſſe niſi quod facit.*

Qvidam tamen de ſuo ſenſu gloriantes, Dei potentiã ſub mẽſura coarctare conati ſunt. Cum eñ dicunt, hucuſque poteſt Deus a & non amplius, quid hoc eſt aliud, quàm eius potentiã quæ infinita eſt cõcludere & reſtringere ad menſuram? Aiũt enim, non poteſt Deus aliud facere quàm facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his q̃ facit. Iſtãq; primam ſuam opinionẽ veriſimilibus argumentis cauſiſque commentitijs, necnon & ſacra

## EXPOSITIO TEXTVS.

Potvit Deus *ſimul cuncta facere &c.*} *Non ſolũ* ita, quòd conderet omnes ſpecies, ſed etiam omnia indiuidua ſpecierum, quæ in toto tempore fiunt, ſed ratio prohibuit, non quidem per contrarietatem, ſed per incompoſſibilitatem: non enim poteſt eſſe quòd Deus aliquid faciat, & illud rationale non ſit. vnde ratio ſe habet ſicut determinans opus, & potentia ſicut exequens. {Quia non eſſet hoc poſſibile &c.} Et hoc etiam dicit Dio. in 8. ca. de di. no. & ponit exemplum, ſicut cum aliquid dicitur eſſe non ens. Hoc enim ipſum eſſe eſt non eſſe, ita & poſſe deficere ab eo quod eſt perfecte poſſibile, non eſt poſſe ſimpliciter. {Hoc autem vel angelus &c.} Sciendum quòd homo ex ſe, vel a ſe, nihil boni poteſt facere, quia iſtæ præpoſitiones de, & ab, denotant cauſam efficientem. vnde dicitur homo poſſe facere aliquid ab eo a quo potentiam habet, cõſtat enim, quòd quicquid boni habet ab alio habet. Sed per, denotat cauſam formalem. vnde quædã poteſt facere per ſe, ſcilicet quæ complentur principijs naturalibus, quædam autem non per ſe ſicut ea quæ fiũt per virtutem diuinam vt miracula, & huiuſmodi, & inde etiã eſt quòd filius dicitur omnia agere per ſe, ſed non a ſe.

## DISTINCTIO XLIII.

### DIVISIO TEXTVS.

Hic magister excludit errorem quorundam contra prædeterminata, qui Dei potentiam limitabant dicentes non ſimpliciter omnium eſſe Dei potentiam. Et diuiditur in partes duas. In prima improbat errorem eorum, inquantum limitabant Dei potentiam ad res quæ fiunt. In ſecunda, inquantum limitabant ad qualitatem earum, dicebant enim nec alia nec meliora poſſe Deum facere quàm quæ facit. 44. di. ibi {Nunc illud reſtat &c.} Prima in tres. In prima, narrat eorum poſitionem. In ſecunda, ponit probationes eorum & ſoluit eas. ibi {Iſtamque ſuam opinionem

opinionem &c.} In tertia inducit authoritates ad veritatem ꝓbandam. ibi {Fateamur ergo Deum &c.} {Iſtamque ſuam &c.} Hic ponit probationes eorum. Et diuiditur in partes tres. In prima, ponit quædam probabilia argumenta quæ habebant. In ſecunda, ponit quaſdam cauſas quas adinueniebant. ibi {Adijciunt illi quoque dicentes &c.} In tertia, ponit quaſdam authoritates quas inducebant ad ſuæ opinionis confirmationem. ibi {His autem hi diſpu. &c.} Probationes autem & reſponſiones, patent in litera.

rum authoritatum teſtimonijs munire conãtur dicentes. Non poteſt Deꝰ facere niſi quod bonum & iuſtum eſt fieri: non eſt autem iuſtum & bonũ fieri ab eo niſi quod facit. Si eñ aliud iuſtum eſt & bonum eum facere quàm facit, non ergo facit omne quod iuſtum eſt & bonũ eũ facere: ſed quis audeat hoc dicere? G

*Secunda ratio.*

B

Addunt etiam: non poteſt facere niſi quod iuſtitia eius exigit, ſed non exigit eius iuſtitia, vt faciat niſi quod facit, non ergo poteſt facere niſi quod facit. Eademque iuſtitia exigit, vt & id non faciat quod non facit: H non autem poteſt facere cõtra iuſtitiam ſuam: non ergo poteſt aliquid eorum facere quæ dimittit.

*b Reſponſio ad prius dictum.*

His autem reſpondemus duplicem verborum intelligentiã aperientes & ab eis inuoluta euoluentes, ſic. Non poteſt Deus facere, niſi quod bonum eſt & iuſtum, ideſt, non poteſt facere: niſi illud quod ſi faceret bonũ & iuſtum eſſet, verũ eſt: ſed multa poteſt facere quæ non bona ſunt nec iuſta, quia nec ſunt, nec erunt, nec bene fiunt: nec fient, quia nunquam fient. Itẽ quod ſecundo oppoſitum fuit, non poteſt facere niſi quod iuſtitia ſua exigit, & non poteſt id facere quod iuſtitia ſua exigit, vt non fiat. Dicimus, quia exactionis verbum de Deo congrue non dicitur, nec proprie accipitur, & in illis locutionibus, duplex eſt ſenſus. Si enim intelligas: nõ poteſt facere niſi quod ſua iuſtitia exigit, ideſt niſi quod volũtas ſua iuſta vult, falſum dicis. Iuſtitia enim ipſius Dei ęquiſsima volũtas accipitur, qualiter accipit Auguſt. illa verba domini in Geneſ. loquentis ad Loth. Non poſſum quicquam facere donec illò intro eas, exponens, H non poſſe inquit ſe dixit, quod ſine dubio poterat per potentiam, ſed non poterat per iuſtitiam, quaſi poterat quidem, ſed non volebat, & illa voluntas iuſta erat. Si vero per hæc verba intelligis eum non poſſe facere niſi illud, quod ſi fieret iuſtitię eius conueniret, verum dicis. Similiter diſtingue illud. Non poteſt facere quod ſua iuſtitia exigit, vt non faciat, ideſt, non poteſt facere id quod ipſe qui eſt ſumma iuſtitia non vult facere, falſum eſt. I Si autem his verbis intelligas eum non poſſe facere id quod iuſtitiæ eius conuenire non poteſt, verũ dicis.

*Tertia illorum ratio.*

D

Addunt quoque & alia, dicentes. Non poteſt Deus facere, niſi quod debet, non autem debet facere niſi quod facit. Si enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet. Si vero facit omne quod debet, nec poteſt facere niſi quod debet, non ergo poteſt facere niſi quod facit. Item: aut debet, dimittere quod dimittit ne faciat, aut nõ debet. Si non debet non recte dimittit. Si vero debet dimittere. ergo non debet facere. Si autem non debet, nec decet, non oportet eũ facerẽ. Et ſi nõ decet, nec oportet eũ facere: ergo non poteſt facere. Non ergo poteſt facere niſi quod facit, nec poteſt illud dimittere quod facit quin faciat, quia debet illud facere, & quod debet facere, nõ põt illud dimittere. Sed vt mihi videtur, hoc verbum debet, venenũ habet. Multiplicem enim & inuolutam continet intelligentiam, nec Deo proprie competit qui nõ eſt debitor nobis, niſi forte ex promiſſo. Nos vero ei debitores ſumus ex commiſſo. Vt autem venenum euacuetur diſtingue verbi ſenſum. Non poteſt Deus facere niſi qđ debet, ideſt niſi quod vult, falſum eſt. Sic enim poteſt ipſe dici debere aliquid qa vult illud. Si autem dicatur nõ poteſt niſi quod debet, ideſt, nõ poteſt niſi illud, quod ſi faceret ei bene cõueniret, verũ eſt. Addunt quoque illi dicẽtes. Nihil facit, aut dimittit: niſi optima & rationabili cauſa, licet nobis occulta ſit, ſecundum quam oportet eum facere, aut dimittere quæ facit, vel dimittit. Ratio enim B penes eum eſt, qua illa facit & illa dimittit, quę ratio æterna eſt & ſemper manẽs, præter quam non poteſt aliquid facere, vel dimittere. Illa ergo manente, non poteſt quod facit dimittere, nec quod dimittit facere, & ĩta nõ poteſt facere: niſi quod facit. Et ad hoc reſpondemus, ambiguitatem locutionis determinãtes. Cum enim dicitur ratio, vel cauſa optima penes Deum eſt qua facit cuncta quę facit, & dimittit ea quę dimittit, C verum quidem eſt, quia in eo voluntas eſt ęquiſsima & rectiſsima, qua facit & dimittit quæ vult, contra quam facere non poteſt, nec prӕter eam facere poteſt. Nec vtique contra eã faceret, nec præter eam, ſi ea q̃ facit dimitteret, vel quæ dimittit faceret, ſed eadem manente ratione & cauſa, alia potuit facere & iſta dimittere. Licet ergo ratio ſit penes eũ qua alia facit & alia dimittit, poteſt D tamen ſecundum eãdem rationem, & dimittere quę facit, & facere quę dimittit. Ipſi autẽ addunt. Ratio eſt eum facere

*QVAEST. I.*

A

Circa hanc opinionẽ oportet duo quęrere ſecundum ꝙ duo ponebant.

Primo ponebant ꝙ non poteſt facere aliquid eorum quæ nõ facit, & in hoc negabant infinitatem diuinæ potentiæ. Vnde primo, quæſtio fit de infinitate diuinæ potentiæ.

Secundo, ponebant Deum non poſſe nõ facere ea quæ facit, & in hoc inducebãt Deum agere ex neceſſitate. Et ideo ſecunda quæſtio erit: vtrum Deus agat ex neceſſitate.

Circa primũ q̃runtur duo.

Primo. Vtrum potẽtia Dei ſit iñfinita.

Secundo. Vtrũ omnipotentia ſua quę cõuenit ſibi ſ̃m infinitatem potẽtiæ, ſit creaturæ cõmunicabilis.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum potentia Dei ſit infinita.*

1.d.42.q.2. arti.2. Text.37. Ad PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd potẽtia Dei non ſit infinita. Sicut enim dicit Philoſophus in 3. Phyſi. Infinitum habet rationem partis & materiæ, & ita imperfecti: ſed potentia Dei eſt ꝑfectiſſima, ergo non debet dici infinita.

Text.15. ¶ 2 Præt. Secundum philoſophum in 1. Phyſ. finitum & infinitum congruunt quantitati: ſed omne quantum eſt diuiſibile, cum igitur potentia diuina ſit ſimplex, videtur quòd neque finita, neque infinita dicenda ſit.

Ex Ariſt. 5. Metap. tex. 17. ¶ 3 Præt. Secundum philoſophos. Si eſſet aliqua potentia actiua, cui non reſponderet aliqua potentia paſſiua in natura, illa eſſet fruſtra: ſed nulla potentia paſſiua eſt ad recipiendum effectum infinitum. cum ergo potentia actiua Dei non ſit fruſtra, videtur ꝙ non ſit infinita.

Li. 83. quęſ. q. 16. to. 4. Et in epiſt. de videndo Deo 112. c. 8. to. 2. ¶ 4 Præt. Nullum infinitum comprehendi poteſt, quia ſecundum Aug. in lib. de videndo Deum. illud comprehenditur cuius fines circunſpiciuntur, ſed intellectus diuinus comprehendit potentiam ſuam, cum totam potentiam ſuam Deus cognoſcat. ergo ſua potentia non eſt infinita.

F ¶ 5 Præt. Omnis potentia poteſt reduci in actum, ſi ergo potentia Dei ſit infinita, poterit actu infinita facere, ſed ſi actu infinita feciſſet: Aut aliquid poſſet facere amplius, & ſic infinito eſſet aliquid maius: Vel nihil amplius facere poſſet, & ſic impotens ex his quæ faceret redderetur, & ſua potentia ad opera eius finiretur, & infinita nõ eſſet: quæ omnia impoſſibilia ſunt. ergo Dei potentia non eſt infinita.

SED CONTRA. In magnitudine infinita ſemper eſt virtus iñfinita: ſicut philoſophi probant, ſiue ponatur magnitudo molis, quam tamen impoſſibile eſt eſſe infinitam, ſiue magnitudo virtutis, (Ex 8. Phyſ. tex. 58.) ſed in Pſal. dicitur, ꝙ magnitudinis eiꝰ non eſt finis. (Pſal. 144.) ergo virtus vel potentia eius eſt infinita.

RESPONDEO, Dicẽdum, quòd infinitum poteſt dupliciter ſumi. Vel priuatiue, & ſic Deo, non conuenit, nihil enim proprie loquẽdo priuatiue de ipſo dici poteſt, vt ſupra dictum eſt. (†Li. 2. cõtra ſecũdã Epiſ. gaudentii, c. 22. to. 7. Gen. 19.) Vel negatiue, & ſic Deus dicitur infinitus ſecũdum Dam. quia nullo mõ finiẽ. (Diſ. 7. q. 1. art. 2. 1. fid. orth. c. 2. 4. & 8.) Quòd qualiter ſit, inueſtigandum eſt. Quidã enim accipientes finitum & infinitum ſolum ſecundum ꝙ ſunt paſſiones quantitatis, non poterant in Deo inuenire infinitatem, niſi ſecundum quòd inueniebant in eo rationem quantitatis virtualis. Vnde dicebant Deum eſſe infinitũ, quia virtus eius eſt infinita. Ideo accidit quòd quidam negauerunt eſſentiã Dei eſſe infinitam in ratione eſſentiæ conſideratam, & ſic a ſanctis eam videri aſſerebant: ſed iſtud erroneum eſt. Et ideo aliter dicendum, quòd ſecundum philoſophum in 5. Meta. finis, vel terminus multipliciter dicitur. (Text. 22.) Vno modo terminus quantitatis, ſicut punctus lineæ, & hoc modo dicitur a poſitione & a priuatione talis finis K finitum & infinitum, ſecundum quòd eſt paſſio quantitatis, & ſic non ſunt in incorporeis. Dicitur alio modo finis, quantum ad eſſentiam rei, ſicut vltima differentia cõſtitutiua eſt, ad quã finitur eſſentia ſpeciei. Vnde illud quod ſignificat eſſentiam rei, vocatur diffinitio vel terminus. Et ſic dicitur vnumquodque finiri per illud quod determinat, vel contrahit eſſentiam ſuam, ſicut natura generis quæ de ſe eſt indifferens ad multa, finitur per vnam differentiam, & materia prima quæ de ſe eſt indifferens ad omnes formas (vnde & infinita dicitur) finitur autem per formam. & ſimiliter forma, quæ quantum in ſe eſt poteſt perficere diuerſas partes materiæ, finitur per materiam in qua recipitur. Et a negatione talis finis eſſentia diuina infinita dicitur. Omnis enim forma in propria ratione ſi abſtracte conſideretur, infinitatem habet, ſicut in albedine abſtracte intellecta, ratio albedinis non eſt finita ad aliquid, ſed tamen ratio coloris & ratio eſſendi determinatur in ea, & contrahitur ad determinatam ſpeciem. Et ideo illud quod habet eſſe abſolutum, & nullo modo receptum in aliquo, immo ipſemet eſt ſuum eſſe, illud eſt infinitum ſimpliciter, & ideo eſſentia eius infinita eſt & bonitas eius, & quicquid aliud de eo dicitur, quia nihil eorum limitatur ad aliquid, ſicut quod recipiẽ in aliquo, limitatur ad capacitatem eius. Et ex hoc quòd eſſentia eſt infinita, ſequitur, quòd potentia eius infinita ſit, & hoc expreſſe diciẽ in lib. de cauſis ꝙ ens primum habet virtutẽ ſimpliciter infinitã: quia ipſummet eſt ſua virtus. (D. 1059. Propoſitione 16.)

AD PRIMVM ergo, dicendum, ꝙ illa obiectio procedit de infinito quod priuatiue dicitur, quod ſcilicet natum eſt habere finem & non habet, & ſic ratio eius conſiſtit in materia cum priuatione, & hoc Deo non competit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de infinito ſecundum quòd dicitur a priuatiõe finis qui eſt terminus quantitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potẽtia Dei actiua non eſt propter finem, ſed eſt finis omnium, & ideo quàmuis nulla potentia paſſiua adæquet eã, nõ eſt fruſtra, quia fruſtra eſt ſecundum philoſophũ in 2. Phyſ. quod eſt ad finem quem non inducit, aliæ tamen potentiæ actiuę & paſſiuę accedũt ad eam quantũ pñt. (Text. 64.)

¶ Ad quartum dicẽdum quòd de ratione comprehenſionis ſunt duo. Vnum eſt quòd fines eius rei apprehendantur vel contineantur, & ſic infinitum nullo modo comprehẽditur, neque a finito neq; ab infinito, nec ſic Deus ſeipſum comprehendit, quia fines non habet. Aliud eſt ratione eius, ſ. nihil comprehenſi eſſe extra comprehenſorem, & ſic infinitum ſeipſum comprehendit, & ſic etiam intellectꝰ diuinus eſſentiam ſuam & potentiam comprehẽdit, cum nihil extra ipſum eſt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd nullus effectus producitur ꝑ aliquam potentiam per modum qui eſt cõtra rationem ipſius, ſicut potentia motiua nõ facit omnes partes motus eſſe ſimul. iam enim non eſſet motus cum de ratione motus ſit ſucceſſio, (Tex. 6.) & talis actus eſt in infinitum, ſecundum philoſophũ in 3. Phyſ. E qui ſcilicet ſemper eſt permiſtus potentiæ, & ideo non reducitur in actum niſi ſucceſſiue, & ideo non ſequitur quòd Deus (D. 736.) poſſit facere eſſe in actu d omnia infinita quæ poteſt: quia iam infinita eſſent finita.

ARTICVLVS II.

*Vtrum omnipotentia Dei poſſit communicari creaturæ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd omnipotentia Dei creaturæ communicari poſſit. Omnipotentia enim Dei non eſt dignior quàm ſua bonitas: ſed bonitas eius communicatur creaturis. ergo & omnipotentia.

¶ 2 Præt. Sicut habere omnem potentiam eſt de perfectione diuina, ita & habere omnium ſcientiã, & ẽt ſciẽtia ad plura ſe A extendit: quia ad bona & mala: ſed habere omnium ſcientiam communicatum eſt animæ Chriſti. ergo & habere omnipotentiam, & ſic omnipotentia videtur creaturæ communicabilis.

¶ 3 Præt. Fides facit omnia poſſibilia: quia nihil impoſſibile eſt credenti, ſicut habetur Mat. 17. ſed fides creaturæ infunditur. ergo & omnipotentia communicatur.

¶ 4 Præt. Sicut probatum eſt a philoſophis: omnis virtus ſeparata a materia eſt infinita, quia nõ eſt accipere proportionem virtutis materialis ad virtutẽ ſubſtantiæ ſeparatę: ſed angeli qui ſunt creaturæ, ſunt ſubſtãtię a materia ſeparatę ſecundum Dio. cum ergo Deus dicatur omnipotẽs propter infinitatem ſuæ potentiæ, videtur ꝙ omnipotentia aliquibus creaturis cõmunicari poſſit. (Lib. de cauſis propo. 6.) (7. cap. cœl hier.)

SED CONTRA. Creatio vniuſcuiuſque pertinet ad Dei potentiam: ſed nulli rei cõferri poteſt, vt ſibimet creando eſſe conferat. ergo nulli rei creatę omnipotentia conferri poteſt.

¶ Præt. Quicquid alicui creaturæ communicabile eſt de ꝑfectionibus diuinis, totum animæ Chriſti communicatum eſt: ſed ſibi non eſt communicata omnipotentia, vt in 3. huius dicitur. ergo nulli creaturæ communicabilis eſt. (Diſ. 14. q. 1. art. 4.)

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ virtus vel potentia ſemper cõſequitur eſſentiã. vnde impoſſibile eſt vt eſſentiæ finitę ſit virtus infinita. Impoſſibile eſt autem aliquam eſſentiam creatam eſſe infinitam, eo quòd eſſe ſuum non eſt abſolutum & ſubſiſtens, ſed receptũ in aliquo. Si enim eſſet eſſe abſolutum, non differret ab eſſe diuino. Non enim poteſt eſſe pluralitas alicuius naturæ ſicut albedinis, vel virę: niſi hoc modo quòd vnum ſit abſolutum, & aliud alteri coniunctum, vel vtrumque in diuerſis receptum, eo quòd ſubſtãtia vniuſcuiuſque rei eſt ſimul, vt ex 5. Metaph. (Text. 15.) vnde ſicut nulli creaturæ poteſt communicari quòd ſit Deus, ita nõ poteſt ſibi communicari quòd ſit infinitę eſſentiæ, & infinitę potentiæ, & quòd omnipotentiam habeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quicquid perfectionis eſt in creatura, totũ eſt exemplatum a perfectione diuina, tamen perfectius eſt in Deo quàm in creatura, nec ſecundum illum modum in creatura eſſe poteſt, quo in Deo eſt, & ideo omne nomen quod deſignat perfectionem diuinam abſolute, non concernendo aliquem modum, communicabile eſt creaturæ, vt potentia, ſapientia, bonitas, & huiuſmodi. Omne autem nomen concernens modum quo illa perfectio eſt in Deo, creaturæ incommunicabile eſt, vt eſt ſummum bonum, eſſe omnipotentem, & huiuſmodi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd potentia ſignificatur ꝑ egreſſum ab eſſentia. vnde ei quod habet eſſentiam finitam, potentia infinita communicari non poteſt: ſed ſcientia animæ eſt in recipiendo. vnde poteſt ſ̃m ꝙ vniẽ alicui infinito vt obiecto, oẽm ſcientiam habere, & ſic aĩa Chr̃i in verbo omnia videt.

¶ Ad

¶Ad tertium dicendum, quòd ibi eſt accommoda diſtributio. Non enim virtus fidei abſolute ad omnia ſe extendit, ſicut ad creationem cœli & huiuſmodi: ſed tantum ad ea quæ faciunt ad confirmationem fidei, vt ſuſcitare mortuos, ſanare infirmos & huiuſmodi. Nec iſta etiam efficiuntur aliqua virtute creata, quæ ſit in credente: ſed virtute increata ad præces fidelis, & ideo dictum eſt ſupra, quòd homo nec per ſe, nec a ſe iſta facit, hoc autem attribuitur potius fidei quàm aliæ virtuti, inquantum ea quæ creduntur, quodammodo miraculis probãtur, vt habetur Mar. vl. Domino cooperãte & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Cor. art.

¶Ad quartum dicendum, quòd ibi, & in 2. de cauſis dicitur, ꝙ virtus intelligentiæ creatæ non eſt infinita ſimpliciter, & ꝓbatur per hoc, quòd ipſa virtus intelligẽtiæ non eſt ꝑ ſe ſubſiſtens, ſed eſt recepta in aliquo ſubſiſtente. Nulla enim intelligentia eſt ſua virtus, ſicut nec aliqua creatura. Dicitur tamen ibi quòd eſt infinita inferius & non ſuperius. Quod ſic exponitur ibidem: quia ſi comparetur virtus intelligentiæ ad ſuperius ſuum, ſcilicet Deum, manifeſtatur finita, inquantum non recipit diuinam virtutem in ſe, ſecundum ſuam totam infinitatem: ſed per modum poſſibilem ſibi. Sed in comparatione ad ea quę ſub ipſa ſunt dicitur infinita, inquantum in infinitũ poteſt mouere & infinitos effectus producere per motũ, ſecundum poſitionem philoſophorum qui ponunt intelligentias mouere orbes, ſicut etiam & virtus ſolis põt dici infinita inferius, inquantum ſcilicet per eam poſſunt infinita generari, ſi mundus ſemper maneret.

Propoſitione 16.

Ex Ariſto. 12. Metaph. text. 47.

&ita nõ poteſt facere niſi quod facit. Itẽ, Ratio eſt eum dimittere quæ dimittit, & non poteſt non dimittere, quod ratio eſt eum dimittere, & ita nõ poteſt non dimittere quod dimittit. Et ad hoc dicimus, locutiones ambiguas eſſe, & ideo determinandas. Si enim cum dicitur, non poteſt facere niſi quod ratio eſt eum facere, intelligas eum non poſſe facere: niſi ea quæ rationabilia ſunt, & ea quæ ſi fierent rationabilia eſſent, verus eſt ſenſus. Si autem intelligas eum non poſſe facere alia rationabilia & bona, niſi ea quæ vult, & facit, falſus eſt intellectus. Itẽ, aliud adiungũt dicentes. Si poteſt

G

Deus aliud facere quàm facit, poteſt ergo facere quod non præſciuit, & ſi poteſt facere quod non præſciuit, poteſt ſine præſcientia operari, quia omne quod facturum ſe præſciuit facit, nec facit aliquid quod nõ præſciuit. Quòd ſi prę ter præſcientiam eius aliquid fieri impoſsibile eſt, omne ergo quod præſcitum eſt fieri neceſſe eſt, ergo aliud fieri quàm fit nulla ratione poſsibile eſt, non ergo poteſt a Deo fieri niſi quod fit. Hæc autem quæſtio de præſcientia facile determinari poteſt per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, cũ de præſcientia.

agerĕtur.

## QVAESTIO II.

B

Deinde quęrit̃ de neceſsitate diuinę operationis.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum operetur ex neceſſitate naturæ.
Secundo. Vtrum operetur ex neceſſitate ſuæ iuſtitiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Deus operetur de neceſsitate naturæ.*

1. p. q. 19. ar. 3. Et de ver. q. 23. ar. 4. Et 1. cont. c. 27. 81. & 82.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd operetur per neceſſitatem naturæ. Dicit enim Dion. in 4. c. de di. no. Sicut noſter ſol nõ ratiocinans, non eligens, radios ſuos diffundit in omnia corpora, ita & diuina bonitas in omnia entia: ſed operari ſine ratiocinatione & electione eſt operari per neceſſitatem naturæ. ergo Deus ꝑ neceſſitatem naturæ operatur.

¶ 2 Præt. Omne agens per eſſentiam ſuam, agit per neceſſitatem naturæ: quia quod conſequitur ad eſſentiam alicuius rei inquantum eſt eſſentia, neceſſario ab ipſo conſequitur ſi eſſe ponatur: ſed Deus agit per eſſentiam ſuam cum ſit primum agẽs, vt ibidem etiam Dio. dicit. ergo videtur agere ex neceſſitate naturæ.

Vbi ſupra.

¶ 3 Præt. Sicut Deus per ſe eſt bonus, ita etiam & per ſe neceſſarium, cum omnia ab ipſo neceſſitatem habeant, & omne quod eſt per aliud, reducitur ad id quod eſt per ſe: ſed in per ſe bono nihil eſt niſi bonum. ergo etiam in Deo per ſe neceſſario, nihil eſt niſi neceſſarium, & ita operatio eius neceſſaria eſt, & ex neceſſitate operatur.

¶ 4 Præt. Impoſſibile eſt cauſam neceſſarij non eſſe neceſſariã:

F

ſed omnia entia creantur per operationem diuinam, ſi igitur non eſſet neceſſaria nihil in mundo eſſet neceſſarium: ſed totũ contingens, hoc autem eſt falſum & contra ſenſum, & omnem ſcientiam. ergo videtur quòd Deus ex neceſſitate operetur.

SED CONTRA. Ab vno ſecundum neceſſitatem naturæ operante, nõ eſt niſi vnum: quia ſecundũ philoſophum, Idem ſemper facit idem. ergo ſi Deꝰ eſſet agẽs per neceſſitatem naturę, ab ipſo non eſſet niſi vnum immediate, & ab ipſo vno eſſet aliud, vel alia, & ſic deinceps: hoc autem eſt falſum & contra fidem, quæ Deum omnium entium creatorem confitetur & nullũ aliũ creatorem eſſe. ergo non agit ex neceſſitate naturæ.

2. de gene. tex. 56.

¶ Præt. Omnis agẽs per neceſſitatem naturæ producit effectum coęuũ ſibi, niſi impediatur: ſed virtus Dei quæ infinita eſt impediri non poteſt. Si ergo res ex neceſſitate naturæ ageret, mundum ſibi coæternum creaſſet, qđ ẽt contra fidem eſt. non ergo agit per neceſſitatem naturę.

Diſ. 38. et 39.

H

RESPONDEO, Dicendum, quòd omne quod eſt ex neceſſitate naturæ, vel eſt intentum, vel ordinatum ad finem, vel non. Et ſi quidem non eſt intentum, vel ordinatum ad finem, erit caſu, quia caſus nihil aliud eſt quàm natura agens præter intentionem, vt in 2. Phyſ. dicitur, & ſic monſtra in natura fiũt ex neceſſitate naturæ particularis huiꝰ indiuidui, quamuis ſint ordinata in finem a natura vniuerſali, vt corruptio vnius ſit generatio alterius: ſic autem non poteſt eſſe quòd Deus agat ex neceſſitate naturæ: quia ſequeretur quòd omnia caſu contingerẽt, quaſi ea quæ accidunt ex neceſſitate materiæ, & ꝙ nulla natura intenderet finem, quod eſt contra Philoſophum in 2. Phyſi. Non enim intẽdit natura creata finem, niſi inquantum a ſua cauſa eſt ordinata. Si autem eſt ordinatum ad finẽ, oportet quòd hoc ſit, vel ab alio ordinante ſeparato, vel ab ordinante coniuncto. Ab ordinante ſeparato, operationes naturæ quæ ſunt ad finẽ certitudinaliter, tendunt in finẽ illũ ex ꝓuiſione & ordinatione alicuius cauſæ ſic ordinantis. Vnde Themiſtius dicit, quòd natura agit quaſi eſſet mota ex cauſis ſuperioribus, ideſt inquantum eſt in ea quidem inſtinctus ab ordinatione ſubſtantiarum ſeparatarum. Sic etiam non poteſt eſſe quòd illud quod eſt a Deo, ſit hoc modo ordinatum in finem: quia ſic oporteret aliquid prius Deo eſſe, ex cuius directione & ordinatione ſuum opus intenderet, & conſequeretur finem. Relinquitur ergo, quòd ea quæ agũtur virtute naturæ ſuæ, ſint ordinata in finem ab ordinante coniuncto ipſi agenti, quod eſt ſapientia eius, & ita ea quę aguntur ab ipſo, procedunt ordine ſapientiæ eius, & per conſequens volũtate ipſius, qui amat hunc ordinem, & non ex neceſſitate naturæ, & hoc præcipue apparet in diſpoſitione cœlorum in quibus multa ſunt, vt numerus ſtellarum, & diſtantia earum, & quãtitas orbium & huiuſmodi, de quibus nulla poteſt ratio aſſignari niſi ex ordine ſapientiæ conditoris, quàmuis forte alicuius diuerſitatis quæ eſt in generabilibus & corporalibus poſſit ratio aſſignari ex diuerſitate materiæ, & propter hoc dominus frequenter in ſcripturis in oſtenſionem diuinitatis ſuæ remittit ad conſiderationem cœlorum, vt Iſa. 40. Leuate in cælum oculos veſtros &c.

Text. 51. Tex. 52. I 2. Phyſ. c. 4. K

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dio. non intendit aſſignare conuenientiam bonitatis diuinæ ad ſolem viſibilem quantum ad neceſſitatem agendi, ſed quantum ad vniuerſalitatem cauſandi, quod patet ex hoc, quòd continuo oſtendit radios diuinæ bonitatis vſque ad vltima entium diffundi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut voluntas & eſſentia & ſapientia in Deo idem ſunt re, ſed ratione diſtinguuntur, ita ẽt diſtinguuntur & operationes ſecundum rationes diuerſorum attributorum, quàmuis ſit vna tantum ipſius operatio, quæ eſt ſua eſſentia. Et ideo quia creatio rerum, quàmuis ſit operatio eſſentiæ eius, non tamen inquantum ſolum eſt eſſentia, ſed etiam inquantum eſt ſapientia & voluntas, ideo ſequitur conditionem



*ditionem ſcientiæ, & voluntatis, & quia voluntas libera eſt,* ideo dicitur Deus ex libertate voluntatis res facere, & non ex naturæ neceſſitate.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd quicquid in Deo eſt, eſt ſua eſſentia, & ideo totum eſt æternum & increatum & neceſſarium, ſed tamen effectus q ex eius operatione procedit, non neceſſario procedit, quia procedit ab operatione ſecundum ꝙ eſt aꝰ voluntate, & ideo producit effectum ſecundum libertatem volũtatis.

†De ſymbolo fid. li. 1. c. 1. tom. 9.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non eſt dicendum voluntatem Dei eſſe contingentem, aut operationem ipſius, quia contingentia mutabilitatem importat, quæ in Deo proprie nulla eſt, ſed tamen eſt ibi libertas voluntatis & operationis prout exit a voluntate.

†Ca. 4. to. 1.

ARTIC. II.

*bVtrum Deus agat de neceſſitate iuſtitiæ.*

1. cõt. c. 28. & 29.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus agat de neceſſitate iuſtitiæ. Sicut enim dicit glo. ſuper illud. 2. ad Timo. 2. Seipſum negare non poteſt, ſeipſum negaret ſi iuſtitiam ſuam dimitteret quæ eſt ipſe: cum igitur neceſſarium ſit Deum ſeipſum nõ negare, videtur ꝙ ex neceſſitate iuſtitiæ agat.

Glo. ordinaria ibidem.

¶ 2 Præt. Quicquid nõ eſt iuſtum ſi fiat, iniuſte & contra iuſtitiam fit: ſed Deus nihil poteſt facere iniuſte & contra iuſtitiam, quia ſic poſſet peccare. ergo videtur quòd de neceſſitate iuſtitiæ agat.

¶ 3 Præt. Cauſæ naturales dicuntur agere per neceſſitatem naturæ, eo quòd determinatæ ſunt ad vnum: ſed voluntas Dei immutabiliter determinata eſt ad iuſtitiam. ergo videtur quòd agat de neceſſitate iuſtitiæ.

¶ SED CONTRA. Ioan. 2. Dicitur in Glo. Deus miſericors paratus ſaluare per miſericordiam, quos non poteſt per iuſtitiã, & ita videtur quòd non de neceſſitate iuſtitiæ agat.

¶ Præt. Conſtat quòd ſaluare illos qui ſunt in inferno, nõ eſt iuſtitiæ, ſed magis contra iuſtitiam videtur: ſed ſicut legitur ad preces beati Greg. dominus Traianum imperatorem idolatram & ob hoc in inferno damnatum, ab inferis reuocauit & vitę reſtituit. ergo videtur quòd non agat de neceſſitate iuſtitię.

In legenda beati Greg. lib. 2. c. 44.

¶ 6 Præt. Si non poteſt agere niſi ſecundum iuſtitiam, aut hoc intelligitur de iuſtitia creata, aut de iuſtitia increata: ſed non de iuſtitia creata, quare illa quæ eſt non regulatur, nec etiam de iuſtitia increata, quia illa, potentiæ non contrariatur nec voluntati. ergo videtur ꝙ non agat de neceſſitate iuſtitiæ.

RESPONDEO, Dicendum, quòd Deum agere de neceſſitate iuſtitiæ poteſt intelligi dupliciter: Aut ita, quòd nihil poſſit agi ab eo quod ſi fieret iuſtum non eſſet, & ſic verum eſt: ſicut enim non poteſt facere aliquid quod ſi fieret non eſſet volitum ab eo, & quod non eſſet ſcitum ab eo, ita eſt de iuſto. Nihil enim poteſt facere, quod ſi fieret non eſſet iuſtum. Aut

A

*poteſt intelligi quòd ex iuſtitia ſua determinetur ad aliquod* vnum faciendum, ita quòd aliud facere non poſſit, & ſic falſum eſt. Et huius ratio eſt, quia quandocunque tota determinatio operis eſt ex parte operantis, in operante eſt determinare ad hunc modum hoc, vel illud. Quando autem ipſum opus ex ſe determinatum eſt, non eſt vlterius in operante. verbi gratia. In operibus humanis aliquid quantum eſt de ſui natura, eſt indifferens, vt ſedere, vel non ſedere, & vtrumque determinatur ad hoc quòd eſt eſſe virtuoſum ex parte hominis, qui adhibet debitas circunſtãtias. vnde ex neceſſitate iuſtitiæ ad neutrum cogitur, ſed quodcunque faciat, iuſtũ erit debitis circũſtantijs adhibitis ex ordine rationis. Aliquid autem eſt ex ſua forma determinatũ ad vnũ ſicut mẽtiri, quod in ſe malum eſt, vel ſeruare ęqualitatem iuſtitiæ, quod in ſe bonum eſt, quorum nec vnũ præterire, nec alterum facere ſine iniuſtitia poſſumus, Deo ergo, ꝙ quicquid eſt ordinatum, iuſtum, vel bonũ in rebus creatis, totum eſt ex ipſa voluntate Dei ordinante, & ideo ex neceſſitate iuſtitiæ non facit hoc, quin aliud etiam facere poſſet, quia modus ordinis quem circa hoc ponit, etiam circa aliud ponere poſſet: ſicut enim ſcientia ſua eſt cauſa verorum creatorum, econtrario ſcientiæ noſtrę, ita & iuſta voluntas ſua eſt cauſa iuſtorum. vnde ſi aliud faceret, illud iuſtum faceret, & iniuſtus ipſe non eſſet.

†Cap. 28. †Cap. 95. to. 3. Vbi ſupra.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iuſtitia poteſt accipi dupliciter. Vel ipſa ordinatio diuinæ voluntatis quæ in Deo eſt, & ſic non poteſt facere præter iuſtitiam, ſicut non poteſt facere præter ſcientiam. Aut poteſt accipi ſecundum quòd ex ordine volũtatis ſuæ determinatur iuſtitia in aliquo opere cauſato, & præter illam iuſtitiam facere poteſt, nec ſeipſum negaret, quia in hoc etiam quod faceret, ordo ſuæ iuſtitiæ appareret, & ideo nec contra iuſtitiã faceret, nec iniuſte. ¶ Et ꝑ hoc patet reſponſio ad ſecundum.

E

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis voluntas Dei ſit immutabilis determinata ad iuſtitiam, tamen ordo iuſtitiæ non eſt determinatus ad hanc rem, vel ad illam. vnde non ſequitur quòd ex neceſſitate iuſtitiæ hoc vel illud faciat.

¶ Ad quartum dicendum quòd iuſtitia dicitur *dupliciter*[d] de Deo. Vno modo retributio pro meritis, & hoc reſpondet iuſtitiæ cuilibet ſpecialiter dictę, & quia hoc attendit ęqualitatem & ordinem ex parte ipſarum rerum, ideo Deus hanc iuſtitiam quandoque prætermitit, & ſecundum miſericordiam ꝓcedit opus eius. Alio modo dicitur iuſtitia decentia diuinæ bonitatis, cui reſpondet in politicis iuſtitia communiter dicta, q̃ eſt communis virtus ſecundum philoſophum in 5. Ethic. & q̃a hoc reſpicit ordinem ex parte *ipſius Dei*, ideo præter hanc Deus nũquam facit, nec facere poteſt: nihil enim poteſt facere quod ipſum non deceat, & huic iuſtitiæ non repugnat liberalitas

D. 802. Cap. 3.

*Authoritatibus utuntur in aſſertionem ſuæ opinionis.*

HIs autem illi ſcrutatores qui defecerunt ſcrutãtes ſcrutinia, ſanctorum annectunt teſtimonia. Dicit enim Aug. in lib. de ſymbolo. Hoc ſolum non poteſt Deus quod non vult, per quod videtur nõ poſſe facere aliquid niſi quod vult, ſed non vult niſi qđ facit, & ita videtur non poſſe niſi quod facit. Illud autem ita intelligendum eſt. Id ſolum nõ poteſt Deus quod non vult, ſcilicet ſe poſſe. Idem in 7. lib. cõfeſ. ad Deum loquens ait. Nec cogeris inuitus ad aliquid quia volũtas tua nõ eſt maior quàm potentia, eſſet autem maior, ſi teipſo tuipſe maior eſſes. Ex hoc videtur quòd Deus nõ poſſit plura quàm vult, ſicut non vult plura quàm poteſt. Sicut enim voluntas non eſt maior potentia, ita nec potentia maior eſt voluntate. Ideoque ſicut plura non vult quàm poteſt, ita eum non plura poſſe quàm velle dicunt. Sed ad hoc dicimus, quia nec volũtas potentia, nec potentia voluntate maior eſt, quia vna & eadẽ res eſt potẽtia & voluntas, ſcilicet ipſe Deus, qui eſſet maior ſeipſo, ſi voluntas maior eſſet potentia, vel potentia volũtate. Nec hac authoritate negatur Deum plura poſſe quàm velle, quia plura ſunt ſubiecta eius potẽtiæ quàm voluntati. Fateamur itaque Deũ plura poſſe facere quæ nõ vult, & poſſe dimittere quæ facit. Quod vt certius firmiuſque teneatur, ſcripturæ teſtimonijs aſſeramus, Deum plura poſſe facere quàm faciat. Veritas ipſa ſecundum Matth. ait.

B

An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm. 12. legiones angelorum? Ex quibꝰ verbis patenter innuitur, quia & filiꝰ poterat rogare quod nõ rogabat, & pater exhibere qđ non exhibebat. Vterque ergo poterat facere, quod non faciebat. Aug. etiam in Enchi. ait. Omnipotentis voluntas multa poteſt facere quæ non vult, nec facit, potuit enim facere vt 12.

C

legiones angelorum pugnarẽt cõtra illos, qui Chriſtum cępe runt. Idem in eodẽ. Cur apud quoſdam non factæ ſunt virtutes, que ſi factæ fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitẽtiam, & factę ſunt apud eos qui non erant credituri? Tunc non latebit quod nunc latet. Nec vtique iniuſte Deus noluit ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe ſi vellent. Tunc in clariſsima ſapientiæ luce videbit̃ quod nũc

D

piorum fides habet, antequam manifeſta cognitione videatur quàm certa & immutabilis, & efficaciſsima ſit voluntas Dei, q̃ multa poſsit & non velit, nihil

litas qua alicui confert id quod ſibi debitum non eſt, & hoc eſt F Dei miſericordia, qua etiam peccatoribus dignis morte, gratiam infundit, vt digni ſint vita, & ſic ponit alium ordinem in re ipſa, vt ſcilicet quod ex culpa ordinabatur ad pœnam, ex gratia ordinetur ad gloriam.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd idem eſt de Traiano qui forte poſt. 300. annos ſuſcitatus eſt, & de alijs qui poſt vnũ diem ſuſcitati ſunt: de omnibus enim dicendũ eſt, quòd nõ finaliter dãnati erãt, pręſciebat enim Deꝰ eos ſanctorum preci bus a pęnis liberandos, & vitę reſtituendos, & ſic ex liberalitate bonitatis ſuæ, eis veniam cõtulit, quàmuis ęternã pœnam meruiſſent. Nõ enim eſt ſimile de ipſo in quem ſolũ peccatur, & de alio iudice. vnde & Deus libere remittere põt ſine vllius offenſa. Non alius iudex qui punire habet culpã in alium, vel in rem publicã, vel in Deũ commiſſam, vnde & pœnam licite remittere non poteſt.

Con. Pelagianos de Natu. & gra. c. 7. tomo. 7.

autem quod non poſsit velit. Idem in lib. de natura & gratia. Dominus Lazarum ſuſcitauit in corpore. Nunquid dicendum eſt, non potuit iudam ſuſcitare in mente? Potuit quidẽ ſed noluit. His authoritatibus alijſque multis aperte docet, G quòd Deus multa poſsit facere quę non vult, quod etiam ratione probari poteſt. Nõ enim vult Deus omnes homines iuſtificare, & tamen quis dubitat eum poſſe? Põt ergo Deus aliud facere quàm facit, & tamen ſi aliud faceret, alius ipſe non eſſet. Et poteſt aliud velle quàm vult, & tamen eius volũtas nec alia, nec noua, nec mutabilis aliquo modo poteſt eſſe. Quòd & ſi poſsit velle quod nũquam H voluit, nec tamen nouiter, nec noua voluntate, ſed ſempiterna tantum voluntate velle põt: põt enim velle quod ab ęterno poteſt voluiſſe, habet enim potentiam volendi & nunc & ab æterno, quod tamen nec modo vult, nec ab ęterno voluit.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd dicitur Deus non poſſe iniuſte facere non ꝑpter iuſtitiæ ſuæ contrarietatem ad ſuam potentiam: ſed propter iuſtitiæ incompoſſibilitatem. Hęc enim duo ſunt incompoſſibilia, quòd Deus aliquid faciat, & illud iuſtum non ſit. ¶ *His autem reſpondemus &c.* } *Solutio Magiſtri* in hoc conſiſtit, quòd cum dicitur: Deus non poteſt facere: niſi quod iuſtum eſt, hoc quod dico iuſtum, poteſt intelligi I prius coniungi cum hoc verbo, eſt, a quo reſtringitur ad ſtandum pro præſentibus, quàm cum hoc verbo poteſt, & ſic falſa eſt. Eſt enim ſenſus: Deus non poteſt facere: niſi id quod modo iuſtum eſt, quod falſum eſt. Poteſt enim facere quædã quæ modo nihil ſunt. Vel põt prius intelligi coniungi cũ hoc verbo, poteſt, habente vim ampliandi, quàm cum hoc verbo, eſt. Et in hoc ſenſu eſt vera, quia ſic hoc nomen iuſtum ſupponit pro præſenti confuſo, non ſecundum aliquod determinatum tempus. Et eſt ſenſus, Deus non poteſt ſeruare aliquid quod non eſt iuſtum, in quocunque tempore ponatur ab eo factum. & per modum iſtum ſoluuntur omnes obiectiones.

## DISTINCTIO XLIIII.

DIVISIO TEXTVS.

HIC EXCLVDIT prædictorum errorem quantũ ad hoc quòd ponebant potentiam Dei limitari ad qualitatem rerum. Et diuiditur in partes duas. In prima excludit errorem. In ſecunda determinat quandam quæſtionem per quam videbatur in diuina potentia diminutio poni. ibi {Præt. Quęri ſolet &c.} Prima in Duas. In prima inquirit: vtrum Dei potentia limitetur ad rerum bonitatem. In ſecunda inquirit: vtrum limitetur ad rerum modum. ibi {Poſt hoc conſiderandum eſt &c.} Circa primum duo facit. Primo excludit rationem eorum qui ponebant Deum non poſſe res meliores facere quàm faciat. Secundo per rationem deſtruit eorum poſitionem. ibi {Verum hęc ab eis reſponderi &c.} Sententia in litera plana eſt.



## QVAESTIO I.

A

Hic quatuor quęruntur.

Primo. Vtrũ Deus vnãquãq; rẽ potuerit meliorẽ facere q̃ fecit.

Secundo. Vtrũ potuerit melius facere ipm̃ vniuerſum.

Tertio. De qbuſdam excellentiſſimis creaturis, vtrũ Deus eas facere potuerit meliores.

Quarto. Vtrũ olim Deus quicquid potuit facere, & modo poſſit.

## DISTIN. XLIIII.

A

*An Deus poſſit facere aliquid melius quàm facit.*

NVnc illud reſtat diſcutiendum, vtrum melius aliquid poſsit facere quàm facit. *a* Solent enim illi ſcrutatores dicere, quòd ea quę facit Deus, non poteſt meliora facere, quia ſi poſſet facere, & non faceret, inuidus eſſet, & non ſummę bonus. Et hoc ex ſimili aſtruere conantur. Ait enim Aug. in li. 83. q. Deus quẽ genuit, qm̃ meliorem ſe generare non potuit, nihil. n. Deo melius, debuit ęqualem. Si. n. voluit & non potuit, infirmus eſt. Si potuit & noluit, inuidus. Ex quo confirmat ęqualem genuiſſe filium. A ſimili volunt dicere, quòd ſi poteſt Deus rem meliorem facere quàm facit, inuidus eſt. Sed non valet huius ſimilitudinis inductio, quia filium genuit de ſubſtãtia ſua.

ARTIC. PRIMVS.

*a Vtrum Deus potuerit facere aliquam creaturam meliorẽ quàm fecerit.*

AD PRImum ſic proceditur. Videtur quòd Deus nullam creaturam meliorem facere potuerit quàm ſit, quia ſecundum Dio. & Pla. optimi eſt, optima adducere: ſed optimo nihil melius poteſt eſſe. ergo his q̃ Deus fecit qui optimus eſt, nihil melius eſſe poteſt.

Q. 50. to. 4. 1. p. q. 25. arti. 6.

Ca. 4. de di. no. In cõuiuio de Amore. c. 4.

¶ 2 Præt. Secundum Baſi. accipere a patre, filio cum omni creatura commune eſt: ſed in his quæ ſunt vnius rationis tenet idẽ modus arguendi. ergo cum Aug. arguat ex hoc quòd in Deo inuidia eſſe non poteſt, quòd filium meliorem quàm genuit generare nequiuerit, videtur etiam quòd res creatas meliores quàm ſint facere non potuerit.

Baſil. li. 2. cõtra Eunomium poſt medium. Aug. contra Maximinũ 7. tom. 6.

¶ 3 Præt. Effectus qui producitur a cauſa ſecundum totam ſuã potentiam, non poteſt ab ipſa melior fieri, ſed quãlibet creaturã Deus operatur tota ſua potentia, quia per eſſentiam ſuã quæ indiuiſibilis eſt. ergo nullam rem meliorem poteſt facere quàm ſit.

¶ 4 Præt. Vna res non deficit a bonitate alterius, niſi per hoc quòd deficit a participatione diuinę bonitatis, ille autem defectus non ex parte Dei eſt, qui æqualiter ſe habet ad omnes creaturas ſecundum Diony. ſed ex parte ipſius rei quæ magis, vel minus bonitatis diuinæ capax eſt. ergo videtur quòd Deus vnamquamquę rem meliorem nõ poſſit facere quàm ſit.

Di. c. 3. de diui. no.

SED CONTRA. Cuilibet finito poſſibilis eſt additio: ſed cuiuſlibet creaturæ bonitas finita eſt. ergo poteſt ſibi fieri additio, ſed quicquid poteſt fieri, Deus qui omnipotens eſt facere poteſt. ergo videtur quòd quamlibet rem meliorem facere poſſit.

K ¶ Præt. Quicquid natura facit & Deus facere poteſt, ſed operatione naturæ mutantur res in melius, vt homo de pueritia in iuuentutem. ergo & Deus res meliores poteſt facere quàm ſint.

RESPONDEO, Dicendum, quòd vniuſcuiuſque rei in ſe conſideratę eſt duplex bonitas ſicut & duplex eſſe cum ens & bonum conuertantur, ſcilicet bonitas eſſentialis, vt homini eſſe viuum & rõnale, & bonitas accidentalis, vt ſanitas, ſcientia, & huiuſmodi. Loquendo de bonitate accidentali, vnicuique rei maiorem bonitatem Deus conferre potuiſſet. Loquendo autem de bonitate eſſentiali, qualibet re creata meliorem aliam rem facere potuiſſet, non tamen potuit hanc rem facere eſſe maioris bonitatis. Quia ſi adderetur ad bonitatem eſſentialem aliquid, non eſſet eadem res, ſed alia: quia ſecundum philoſophum in 8. Metaph. ſicut numeris vnitas addita, vel ſubtracta ſemper variat ſpeciem, ita in diffinitionibus differentia addita, vel ſubtracta, verbi gratia, ſi diffinitioni bouis addatur rationale, iam non erit bos, ſed alia ſpecies, ſcilicet homo. ſi ſubtrahatur

Text. 10.



trahatur ſenſibile, remanebit viuens vita arborum. Vnde ſicut A Deus non põt facere ꝙ ternarius manẽs ternariꝰ, hẽat quatuor vnitates, quàmuis quolibet numero maiorem numerum facere poſſit, ita non poteſt facere, quòd hæc res maneat eadem, & maiorem bonitatem eſſentialem habeat, vel minorem. Ex omnibus enim his ſequeretur, quòd affirmatio & negatio eſſent ſimul vera, qđ Deus non poteſt facere, vt dictum eſt.

Di. 42. q. 2. art. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quælibet res in ſe cõſiderata, non eſt optima, niſi forte inquãtum attingit omnẽ bonitatem ſuam eſſentialem, ſicut ſi diceretur ternarius eſſe maximus, quia attingit quantitatem ſuæ ſpeciei, ſed in ordine ad vniuerſum eſt optima, ſicut Augu. dicit.

In Enchi. c. 10. tom. 3.

¶ Ad ſcd̃m dicẽdũ, ꝙ quàmuis accipere a patre ſit commune filio cum omni creatura cõmunitate analogię, tamen habere per naturam eſt ſibi propriũ, ſicut ipſemet dicit: & ideo

Ideoque ſi poſſet gignere æqualem & non gigneret, inuidus eſſet, *alia vero quæ non de ſubſtantia ſua facit*, meliora facere poteſt.

*Quæſtio qua illi arctantur.*

B

VErum hic ab eis reſponderi depoſco, cur dicunt rem aliquam ſiue etiam rerum vniuerſitatem, in qua maior conſummatio expreſſa eſt, non poſſe eſſe meliorem quàm eſt, ſiue ideo quia ſumme bona eſt, ita vt nulla omnino boni perfectio ei deſit, ſiue ideo quia maius bonũ quod ei deeſt, capere ipſa nõ valeat. Sed ſi ita ſumme bona dicitur, vt nulla ei perfectio boni deſit, iam creatura creatori

æqualitas paterna debetur ſibi per naturam. Vnde ſi non ęqualem genuiſſet cũ potuiſſet, Deus pater inuidus eſſet, quia ſubtraxiſſet dignitatem filio, quam deberet & poſſet habere. Sed creatura nunquam poteſt pertingere ad æqualitatem Dei, nec alia menſura bonitatis ſibi debetur, quàm ſecundum determinationem diuinæ voluntatis, & ideo nulla inuidia in Deo reſultat. ſi rem meliorem facere potuit quàm fecerit. Et hoc eſt quod Hila. dicit quòd omnibus creaturis ſubſtantiam, Dei voluntas attulit: ſed filio natura dedit.

De ſynodis

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis Deus producat vnumquodque creatum tota ſua potentia infinita, non tamen ſequitur quantitas bonitatis in effectu: niſi ſecundum voluntatem opificis, quæ ſe habet vt imperans ad opus, quod potentia exequendo educit.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ diuerſus gradus in entibus, non tantum eſt ex parte rerum, quarum capacitates abinuicem diſtãt, ſed etiam ex ordine ſapientiæ diſponentis, quæ diuerſas capacitates rebus tribuit, quibus poſtmodum ſecundum prouidentiam ſuam dona ſua largitur, quæ pro diuerſitate capacitatum a Deo ordinatarum, diuerſimode a diuerſis participantur.

In corp. art. ¶ Ad alia patet reſponſio per ea, quæ dicta ſunt.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum Deus potuerit facere uniuerſum melius.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd vniuerſum Deus melius facere non potuerit, quia ſecũdum Augu. ſunt bona quæ condidit Deus etiam ſingula, ſimul autem omnia valde bona: ſed eo quod eſt ſuperlatiue bonum nihil melius eſſe poteſt. ergo vniuerſo nihil melius eſſe poteſt.

In Enchi. c. 10. tom. 3.

¶ 2 Præt. Vniuerſum includit omne bonum, ſed nihil poteſt eſſe omni bono melius. ergo Deus non potuit vniuerſum melius facere.

¶ 3 Præt. Secundum Diony. bonum & melius inueniũtur in rebus ſcd̃m quòd q̃dã participant plures de bonitatibus diuinis quàm aliæ, ſicut ea quæ viuũt præferunt exiſtentibus tantum, & ſic deinceps: ſed omnes perfectiones diuinæ, creaturæ communicabiles, creaturis aliquibus communicatæ ſunt. ergo videtur quòd vniuerſum melius eſſe non poſſit.

De diu. no. cap. 4.

¶ 4 Præt. Quanto aliquid magis eſt ordinatum melius eſt, vnde & malum diffinitur ab Augu. per priuationem ordinis: ſed in vniuerſo nihil eſt inordinatum, cum & ipſum malum ordinatum ſit a Deo, vt ſupra dictum eſt, ergo videtur quòd vniuerſum melius eſſe non poſſit.

Ibidẽ c. 11. to. 3. Et lib. 83. qõ. q. 6. tom. 4. Diſ. 36. q. 1. art. 2.

*f* SED CONTRA. Secũdum Philoſophum albius eſt quod eſt nigro impermiſtius. ergo etiam melius eſt quod eſt impermiſtius malo: ſed Deus potuit facere vniuerſum in quo nihil mali eſſet. ergo cum in hoc vniuerſo multa ſint mala, videtur quòd Deus vniuerſum melius facere potuerit.

Paulo ante finem. 3. Topicorum. loco. 66.

¶ 2 Præt. Si maiori ęquale addatur, totum fiet maius. ergo & ſi meliori melius addatur, totum fiet melius: ſed angelus eſt melior quàm lapis. ergo duo angeli ſunt aliquid meliꝰ quàm angelus & lapis. ergo & ſi q̃libet pars vniuerſi eſſet angelus, vniuerſum multo melius eſſet, hoc autem Deus potuit facere. ergo &c.

æquatur. Si vero iam non poteſt melior eſſe, quia bonum amplius quod ei deeſt, capere ipſa non valet, iam hoc ipſum non poſſe, defectionis eſt, non conſummationis, & poteſt eẽ melior ſi fiat capax melioris boni, quod ipſe poteſt qui eã fecit. Poteſt ergo Deus meliorẽ B rem facere quàm facit. Vnde Auguſt. ſuper Geneſ. Talem potuit Deus hominem feciſſe, qui nec peccare poſſet nec vellet, & ſi talem feciſſet, quis dubitat eum meliorẽ fuiſſe? Ex prædictis conſtat, ꝙ põt Deus & alia facere q̃ facit, & q̃ facit meliora ea facere q̃ facit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſecundum Philoſophum in 11. Meta. bonum vniuerſi conſiſtit in duplici ordine, ſcilicet in ordine partium vniuerſi adinuicẽ, & in ordine totius vniuerſi ad finẽ *qui eſt ipſe Deus*, ſicut etiam eſt in exercitu ordo partium exercitus adinuicẽ, ſecundũ diuerſa officia, & eſt ordo ad bonum ducis, quod eſt victoria: & hic ordo eſt præcipuus, ꝑpter quem eſt primus or- C do. Accipiendo ergo bonum ordinis qui eſt in partibus vniuerſi adinuicem poteſt conſiderari, vel quantum ad partes ipſas ordinatas, vel quantum ad ordinem partium. Si quantum ad partes ipſas, tunc poteſt intelligi vniuerſum fieri melius: Vel ꝑ additionem plurium partium vt ſcilicet crearẽtur multæ aliæ ſpecies & implerentur multi gradus bonitatis qui poſſunt eſſe, cum etiam inter ſummam creaturam & Deum infinita diſtantia ſit: & ſic Deus melius vniuerſum facere potuiſſet & poſſet: ſed illud vniuerſum ſe haberet ad hoc, ſicut totum ad partem, & ſic nec penitus eſſet idem, nec penitus diuerſum, & hęc additio bonitatis eſſet per modum quantitatis indiſcretę: Vel poteſt intelligi fieri melius quaſi intenſiue, quaſi mutatis omnibus partibus eius in melius, quia ſi aliquę partes meliorarentur, aliis non melioratis, non eſſet tanta bonitas ordinis, ſicut patet in cithara, cuius ſi omnes chordę meliorantur, ſit dulcior armonia, ſed quibuſdam tantum melioratis, ſit diſſonãtia. D Hæc autem melioratio omnium partium, vel poteſt intelligi ſecundum bonitatem accidentalem, & ſic poſſet eſſe talis melioratio a Deo manẽtibus eiſdem partibus & eodem vniuerſo, vel ſecundum bonitatẽ eſſentialem, & ſic etiam eſſet Deo poſſibilis qui infinitas alias ſpecies condere poteſt, ſed ſic non eſſent eędem partes, & per conſequens nec idem vniuerſum, vt ex prædictis patet. *Si autem accipiatur* ipſe ordo partium, ſic non poteſt eſſe melior per modum quantitatis diſcretę, niſi fieret additio in partibus vniuerſi, quia in vniuerſo nihil eſt inordinatum, ſed intenſiue poſſet eſſe melior manentibus eiſdẽ partibus quantum ad ordinem qui ſequitur bonitatem accidentalem: quanto enim aliquid in maius bonum redundat, tanto ordo melior eſt, ſed ordo qui ſequitur bonitatem eſſentialem, non poſſet eſſe melior, niſi fierent aliæ partes, & aliud vniuerſum. Similiter ordo qui eſt ad finem, poteſt conſiderari ex parte ipſius finis, & ſic non poſſet eſſe melior, vt ſcilicet in meliorem finem, vniuerſum ordinaretur, ſicut Deo nihil melius eſſe poteſt, vel quantum ad ipſum ordinem, & ſic ſecundum ꝙ creſceret bonitas partium vniuerſi, & ordo earum adinuicem, poſſet meliorari ordo in finem, ex eo quòd propinquius ad finem ſe haberent, quanto ſimilitudinem diuinæ bonitatis magis conſequerentur quæ eſt omnium finis.

Text. 52. Li. 11. Sup Gen. ad lit. c. 7. to. 3.

In ꝓced. ar.

E

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. loquitur de ordine vniuerſi ſuppoſita natura eadem talium partium, quia ſic melior ordo eſſe non potuit, vt dictum eſt.

In corp. ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd nos non loquimur de vniuerſo quantum ad hoc nomen, ſed quantum ad hanc rem, quæ modo vniuerſum dicitur, in quo, quàmuis omne quod actu bonũ eſt contineatur, non tamen omne bonum quod Deus poteſt facere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd participandi eandẽ perfectionẽ diuinam

diuinam ſunt multi modi, ſicut ſapientiæ diuinæ participatio eſt in intellectualibus ſubſtantijs aliter, & aliter in rationabilibus, ſcilicet hominibus, & etiam vſque ad bruta ſe extendit q̃ ſenſitiuam cognitionem habent: quàmuis ergo omnes perfectiones forte creaturæ communicabiles, ſint creaturæ communicatę, non tamen ſecũdum omnem modum, quo poſſunt a creatura participari.

¶ Ad quartum dicẽdum quòd quàmuis ordo vniuerſi non poſſit eſſe melior ex hoc, ꝙ plures partes huiꝰ vniuerſi ſint ordinatę, poſſet tñ eſſe melior ſi ad melius bonum, ſicut ad finem proximum ordinaretur, quod cõtingeret ſi meliores partes vniuerſi fierent, vt dictum eſt.

Ibidem vbi ſupra,

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd vniuerſum in quo nihil mali eſſet, non eſſet tantę bonitatis, quantę hoc vniuerſum, quia non eſſent tot bonę naturæ in illo ſicut in iſto, in quo ſunt quædam naturæ bonæ, quibus non adiungitur malum, & quædam quibus adiungitur, & eſt melius in vtraſque naturas eſſe quàm alteras tantum.

Ca.10.to.3.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quàmuis angelus abſolute ſit melior quàm lapis, tamen vtraque natura eſt melior quàm altera tantum, & iõ melius eſt vniuerſum in quo ſunt angeli & aliæ res, quàm vbi eſſent angeli tñ: quia perfectio vniuerſi attenditur eſſentialiter ſecundum diuerſitatem naturarum, quibus implentur diuerſi gradus bonitatis, & non ſecundum multiplicationem indiuiduorum in vna natura.

ARTICVLVS III.

*Vtrum Deus potuerit facere humanitatem Chriſti meliorem quàm ſit.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd humanitatem Chriſti, Deus meliorem facere nõ potuerit q̃ ſit: Tãto enim vnumquodque melius eſt, quanto Deo ꝓpinquius, ſed nullum creatum poteſt eſſe in Deo propinquius q̃ qđ vnitur ſibi vnitate perſonę, ſicut humana natura in Chriſto. ergo videtur quòd nihil ea melius facere potuerit Deus.

¶ 2 Præt. Infinito non poteſt eſſe aliquid maius: ſed bonitas animæ Chriſti eſt infinita, quia datus eſt ei ſpiritus non ad menſuram. Io. 3. ergo nihil ea melius fieri poteſt.

¶ 3 Item videtur quòd nec beata virgine, quia ſecundum Anſ. decuit vt virgo quam Deus vnigenito filio ſuo præparauit in matrem, ea puritate niteret, quã maior ſub Deo nequit intelligi: ſed nihil poteſt Deus facere quod ſibi in bonitate vel puritate ęquetur. ergo videtur quòd nihil melius beata virgine facere poſſit.

De cõcept. Virgi.c.18.

¶ 4 Præt. Secundum Aug. in li. confeſ. angelus factus eſt prope Deum: ſed beata virgo exaltata eſt ẽt ſuper choros angelorum, ſicut Hierony. tradit, & eccleſia de ipſa cantat. ergo nihil ea Deo proximius eſſę poteſt, & ita nec melius.

Lib.12.c.7. tom.1. Hiero.ĩ ſermo.1.aſſumpt.to.4.

¶ 5 Item videtur quòd nec beatitudine creata, quia ſecundũ

F Boe. beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione ꝑfectus: ſed omni bono nihil poteſt eſſe melius. ergo nec beatitudine creata.

3. de conſo. proſa. 2.

SED CONTRA. Bonum increatum omne creatum bonum in infinitum excellit: ſed inter infinite diſtantia poſſunt eſſe multa media. ergo quolibet bono creato poteſt Deus multa meliora facere.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut quolibet bono creato, eo quòd finitum[d] eſt, poteſt aliquid melius eſſe, ita bono increato eo ꝙ infinitum eſt, nihil melius eſſe poteſt. Et ideo bonitas creaturæ dupliciter conſiderari poteſt, aut q̃ eſt ipſius in ſe abſolute, & ſic qualibet creatura poteſt eſſe aliquid melius. Aut per comparationem ad bonum increatũ, & ſic dignitas creaturæ recipit quandã infinitatem ex infinito cui comparatur, ſicut humana natura inquantum eſt vnita Deo, & beata virgo inquãtum eſt mater Dei, & gratia inquantum coniungit Deo, & vniuerſum inquantum eſt ordinatũ ĩ Deũ. Sed tamen in iſtis cõparationibus eſt ordo duplex. Primo, quia quanto nobiliori comparatione in Deum refertur, nobilius eſt, & ſic humana natura in Chriſto nobiliſſima eſt, quia ꝑ vnionem comparatur ad Deum, & poſt beata virgo de cuius vtero caro diuinitati vnita, aſſumpta eſt, & ſic deinceps. Secundo, quia quædam iſtarum comparationum eſt ſecundum reſpectum tantum ſicut vniuerſi ad finem, & matris ad filium, & ideo ex dignitate comparationis non poteſt ſumi iudicium de re abſolute, vt dicatur quòd beata virgine non poteſt aliquid melius eſſe: ſed ſecundum quid, vt dicatur quòd non poteſt eſſe melioris mater nec ad maius bonum ordinatum vniuerſum. Sed comparatio, ſcilicet per vnionem eſt etiam ſecundum eſſe, & ideo iudicium ſimpliciter de natura vnita, eſt ſecundum comparationis bonitatem, vt dicatur quòd Chriſto homine nihil melius eſſe poteſt, ſed iudicium quod K eſt præter hanc comparationem, eſt ſecundum quid tantum, vt cum dicitur, quòd humana natura in Chriſto inquantum eſt creata, poteſt aliquid eſſe melius, & hoc ideo, quia natura conſiderata præter eſſe ſuum, eſt ſecundum rationis acceptionem tantum.

D. 294.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis humana natura ſit diuinitati vnita in perſona, tamen naturæ remanent diſtantes in infinitum, & ex hac parte poteſt eſſe aliquid melius humana natura in Chriſto, non ex parte qua vnita eſt.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd gratia habitualis animæ Chriſti infuſa, non eſt ſimpliciter & per ſe infinita, ſed ſecundum quid, ſicut dictum eſt ſupra, quòd virtus intelligentiæ eſt infinita in fieri, inquantum poteſt, ſcilicet in infinitos effectus: ita & gratia Chriſti dicitur infinita ſecundũ qd, inquantum poteſt in omnes effectus gratiæ, & per accidens inquantum concurrit ad ipſam vnionem infiniti boni, vt medium congruitatis & ad operationem Chriſti, quæ eſt infiniti valoris, inquantum eſt operatio diuinæ perſonæ.

Diſ. 43. q6. vnica. ar. 2.

¶ Ad

*Vtrum alio uel meliori modo poſſit facere quàm facit.*

POſt hec conſiderandũ eſt: vtrum alio modo, vel meliori quàm facit, poſsit ea facere quę facit. Si modus operationis ad ſapiẽtiã opificis referatur, nec alius G nec melior modus eſſe poteſt. Nõ enim poteſt facere aliquid aliter, vel melius quàm facit. i. alia ſapientia, vel maiori ſapiẽtia. Nihil enim ſapientius poteſt facere quàm facit. Si vero referatur modus ad rem ipſam quam facit Deus, dicimus, quia & alius & melior poteſt eẽ modus. Et ſecundum hoc concedi poteſt, quia ea quæ facit poteſt facere melius, & aliter q̃ H facit, quia poteſt quibuſdam meliorem modũ exiſtendi præſtare, & quibuſdam alium. Vnde Aug. in 13. lib. de Tri. dicit. Quòd fuit & alius modus noſtrę liberatiõis poſsibilis Deo, qui omnia poteſt, ſed nullus alius noſtræ miſerię ſanandæ fuit conuenientior. Poteſt ergo Deus eorum quæ facit quędam alio modo meliori, quædã alio modo æque bono, quędam etiã minus bono facere quàm facit. Vt tamen modus referatur ad I qualitatem operis, ideſt creaturæ, nõ ad ſapientiã creatoris.

*Vtrum Deus ſemper poſſit omne quod olim potuit.*

d

PRæterea quæri ſolet: vtrum Deus ſemper poſsit oẽ quod olim potuit. Quod quibuſdam non videtur dicentibus. G Potuit Deus incarnari, & potuit mori, & reſurgere & alia huiuſmodi quæ modo non poteſt. Potuit ergo quæ modo nõ poteſt, & ita habuit potentiam quam modo non habet. vnde videtur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus, quia ſicut omnia ſemper ſcit quę aliquando ſciuit, & ſemper vult quæ aliquando voluit, nec vnquam aliquam ſcientiam amit H tit, nec voluntatem mutat quã habuit, ita omnia ſemper poteſt quæ aliquando potuit, nec vnquam aliqua potẽtia ſua priuatur. Nõ eſt ergo priuatus potentia incarnandi vel reſurgendi, licet non poſsit modo incarnari, vel reſurgere. Sicut. n. potuit olim incarnari, ita & poteſt modo incarnatus eſſe, in quo eiuſdem rei potentia monſtratur. Vt enim olim ſciuit ſe reſurrecturum, & modo ſcit ſe I reſurrexiſſe, nec eſt alia ſcientia, illud olim ſciuiſſe, & hoc modo ſcire, ſed eadẽ omnino. Et ſicut voluit olim reſurgere,



& mõ reſurrexiſſe, in quo vnius rei voluntas exprimitur, Ita potuit olim naſci, & reſurgere, & modo ipſe poteſt natꝰ fuiſſe, & reſurrexiſſe, & eſt eiuſdẽ rei potentia. Si enim poſſet modo naſci, & reſurgere, non eſſet idẽ poſſe. Verba enim diuerſorũ temporum diuerſis prolata temporibus, & diuerſis adiuncta aduerbijs, eundem faciunt ſenſum, vt modo loquentes dicimus. Iſte poteſt legere hodie, cras autem dicemus, iſte poteſt legiſſe, vel potuit legere heri, vbique vnius rei monſtratur potentia. Si autem diuerſis temporibus loquentes eiuſdem tpis verbis, & aduerbijs vtamur dicẽtes hodie, iſte põt legere hodie, & dicentes cras, iſte poteſt hodie legere, nõ idẽ, ſed diuerſa dicimus eum poſſe. C Fateamur ergo Deum ſemper poſſe quicquid ſemel potuit, id eſt habere omnem illam potentiam, quam ſemel habuit, & illius omnis rei potentiã, cuius ſemel habuit, ſed non ſemper poſſe facere omne illud, quod aliquãdo potuit facere, poteſt quidem facere, aut feciſſe aliquando quod potuit. Similiter quicquid voluit & vult, ideſt omnem quam habuit voluntatem, & modo habet, & cuiuſcumque rei volũtatem habuit, & modo habet, non tamen vult eſſe vel fieri omne quod aliquando voluit eſſe, vel fieri, ſed vult fuiſſe vel factum eſſe. Ita & B de ſcientia Dei dicendum eſt.

DISTINCTIO XLV.

A

*a De voluntate Dei, quæ eſſentia Dei una eſt, & æterna, & de ſignis eius.*

IAm de volũtate Dei aliqd ꝓ ſenſus noſtri imbecillitate dicẽdũ ẽ. Sciẽ C dum eſt ergo, quia volũtas, ſiue volẽs de Deo ſecũdũ eſſentiam dr̃. Nõ eſt enim ei aliud velle, & aliud eſſe, ſed omnino idem. Et ſicut idem eſt ei eſſe bonũ, quod eſſe Deum, ita idem eſt ei eſſe volentem, quod eſſe Deum. Nam voluntas, qua ſemꝑ volẽs eſt, non affectus, vel motus eſt,

A Ad tertium dicendum, ꝙ puritas intenditur per receſſum a cõtrario, & ideo poteſt aliquid creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit, & talis fuit puritas beatæ virginis, quæ peccato originali & actuali immunis fuit: fuit tñ ſub Deo inquantum erat in ea potentia ad peccandum: ſed bonitas intenditur per acceſſum ad terminum, quod in infinitum diſtat. ſ. ſummum bonum. vnde quolibet finito bono poteſt aliqd melius fieri.

Diſ.17.q.2. Art.4.& oppoſitũ iſtiꝰ 3.par. ſum. q.27.Ar.1.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd inter angelos & Deum eſt infinita diſtantia. vnde poſſet Deus facere multos intermedios gradus bonitatis: & ideo quamuis beata virgo ſit exaltata ſuper angelos, quia tamen non vſque ad ęqualitatẽ Dei, manet adhuc infinita diſtãtia, & poteſt adhuc aliquid medium eſſe.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ beatitudo creata habet quãdam infinitatem ex eo, ꝙ coniungit infinito bono: in ſe. n. conſiderata compræhendit omnia bona participabilia homini. vnde ſi naturæ capacitas maior eſſet, maior eſſet participatio & ꝑfectior beatitudo: ſicut beatitudo vnius ſancti præponitur beatitudini alterius. Tamen ſciendum, quòd Boe. vult, ꝙ hæc diffinitio eſſentialiter beatitudini increatę conueniat. Alijs autem per participationem.

5. de cõſolat. proſa. vltima.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum Deus poſſit facere omne quod olim potuit.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Deus non poſſit nunc facere omne quod olim potuit. Potẽtia enim Dei non ſe extendit tantum ad ſpecies: ſed etiam ad indiuidua, quia ipſe facit & formam & materiam: ſed antequàm Sor. eſſet, potuit Sortem facere. ergo & Sorte exiſtẽte poteſt ſortem facere: hoc falſum eſt, quia ſic ſubſtantia rei eſſet bis, quod eſt impoſſibile. ergo non quicquid potuit poteſt.

¶ 2 Præt. Olim potuit Deus non incarnari: ſed modo non poteſt non incarnatus eſſe, ſicut nec aliquod præteritum non fuiſſe. ergo non quicquid olim potuit, modo poteſt. Si dicas, ꝙ ſicut potuit olim facere aliquid, ita poteſt modo feciſſe illud, & hoc eſt vnum & idem poſſe.

¶ 3 Contra. Quia ſimiliter ille, qui excęcatus eſt, poteſt modo vidiſſe, cum prius videre potuerit, & tamen nõ dicimus, quòd quicquid potuerit poſſit. ergo videtur, quòd nec de Deo dicendum ſit.

¶ 4 Præt. Deus ab æterno potuit non prædeſtinare petrum, quem voluntarie prædeſtinauit: ſed modo non poteſt eum non prædeſtinare: quia non poteſt eſſe, quòd aliquid ſit prius prædeſtinatus, & poſtea non prædeſtinatus. ergo non quicquid potuit poteſt.

SED CONTRA. Quantitas potentiæ attenditur ſecundum multitudinem obiectorum, quia virtualis quantitas diuiditur ſecundum obiecta: ſed potentia Dei diminui non poteſt. ergo videtur, quòd quicquid Deus olim potuit & modo poſſit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd hoc ꝙ neget aliquem poſſe aliquid, poteſt contingere ex duobus, vel ex defectu potentiæ, ſicut qui non habet potentiam viſiuam dicitur nõ poſſe videre. Aut ex parte obiecti, quod non habet rationẽ poſſibilis, ſicut habens viſum dicitur non poſſe videre ſonum, q. non eſt viſibilis. Et primo modo nihil dicitur Deus nõ poſſe, cum ſua potentia ſit perfectiſſima. Sed ſecundo modo dicitur nõ poſſe q̃dam, ſicut quòd idẽ ſimul ſit & non ſit. vnde magis proprie diceretur iſta non poſſe fieri q̃ Deum iſta facere nõ poſſe.

¶ Similiter dicendum eſt, quòd hoc quòd aliquis non poſſit quicquid potuit poteſt contingere ex duobus, vel quia amittit aliquã potẽtiam quam habebat, & ſic Deo non competit, immo hoc modo procedit ſolutio magiſtri in litera, vel ex mutatione obiecti, quod amittit rationem poſſibilis quã prius habebat: potentia enim actiua eſt reſpectu operabilis alicuius. vnde quando aliquid eſt iam determinatum, vt ſit præſens ĩ actu vel in præteritum trãſijt, poſſibilis rationem amittit, & ideo dicitur ꝙ Deus illud facere non poteſt, quod quidem *eſt eadem res: ſed diuerſis enunciationibus ſignificata propter temporum diuerſitatem.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando iam eſt exiſtens actu, amittit rationem poſſibilis fieri:

D ¶ Et ſimilr̃ dicẽdũ eſt ad ſecundũ, ꝙ procedebat de præterito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur aliquis poteſt feciſſe, hoc poteſt dupliciter intelligi, vel ita quòd præteritũ ſe teneat ex parte poſſibilis, & ſic nihil eſt dictu, quia quod pręteritum eſt, poſſibilis rationem amittit: vel quod intelligatur circa exitum poſſibilis à potentia, & ſic dicitur Deus poteſt feciſſe hoc vel illud, quia habet potentiam qua hoc fecit: ſed hoc cęco conuenit: non enim habet potentiam qua quandoque vidit. vnde nullo modo verum eſt quòd cęcus poſſit vidiſſe.

¶ Ad quartum dicendum, quòd actus prædeſtinationis æternitate menſuratur & non in præteritum tranſit: & ideo ſemper eodem modo poſſibilis rationem habet, inquantum eſt ex liberalitate voluntatis diuinæ: ſed ex parte effectus in præteritum tranſit, & ſecundum hoc poſſibilis rationem amittit.

¶ Ad quintum etiam patet reſponſio ex dictis. In corp. ar.

E

EXPOSITIO TEXTVS.

LICET non poſſit modo incarnari &c.) Videtur hoc eſſe falſum, quia ſicut filius carnem aſſumpſit, ita & pater potuit & poteſt carnem aſſumere, vt in 3. dr̃. ergo videtur ꝙ etiam poſſit nunc incarnari. Diſt. 1. q. 2. art. 3.

¶ Ad quod dicendum, quòd magiſter intelligit de eadem numero incarnatione quæ olim facta eſt. Si enim modo incarnaretur, non eſſet idem incarnari numero, ſed alia incarnatio.

DISTINCTIO XLV.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magiſter de ſcientia & omnipotentia Dei. Hic tertio determinat de voluntate ipſius. Et diuiditur in partes

duas. In prima determinat de Dei voluntate, In ſecunda de conformitate voluntatis noſtræ ad voluntatem eius. 48. diſtin. ibi {Sciendum quoque eſt &c.} Prima in duas. In prima determinat de voluntate Dei quid ſit, & quot modis dicatur. In ſecūda, inquirit de efficacia eius. 46. diſt. ibi {Hic orit̄ quæſtio &c.} Prima diuiditur in tres, In prima determinat de voluntate ſecundum ipſius quidditatem. In ſecunda, determinat cauſalitatem eius. ibi {Hæc vtiq; ſumme bona &c.} In tertia aſſignat voluntatis multitudinē quātum ad acceptionē nominis. ibi {Hic non eſt prætereundum nobis &c.} Prima in duas. In prima oſtēdit quòd voluntas Dei ſit ſua eſſentia. In ſecunda ponit obiectionē cōtrariā & ſoluit ibi. {Et licet idē ſit &c.} {Hoc itaque ſumme &c.} Hic oſtendit quòd voluntas Dei eſt prima cauſa rerum. Et circa hoc duo facit.

¶ Primo, proponit intentum. Secundo, probat propoſitū. ibi {Qui.n.cām ei⁹ &c.} Probat duo quæ pertinent ad rōnem primæ cauſæ. Primo, quòd voluntatis Dei nō ſit alia cauſa. Secundo, ꝙ ipſa ſit omnium rerum cauſa. ibi {Voluntas igit̄ Dei &c.} {Hic non eſt prætereundum &c.} Hic oſtendit quòd nomen voluntatis multipliciter accipiatur, quàmuis ſit tantum vna Dei voluntas. Et diuiditur in partes tres. In prima ponit principalem ſignificationem & propria ſecundum quòd Dei voluntas dicitur eius beneplacitum. In ſecunda, ponit ſignificationem figuratiuam ſecundum ꝙ ſignum voluntatis voluntas dicitur. ibi {Aliquādo vero ſecundum quandam &c.} In tertia comparat voluntatem ſigni ad voluntatem beneplaciti. ibi {Quandoque igitur ſupra poſita &c.} Circa ſecundam partem duo facit. Primo oſtendit voluntatem ſigni multipliciter dici. Secundo proſequitur diuerſa voluntatis ſigna, quæ voluntates Dei dicuntur. ibi {Iō autem præceptio &c.} Et circa hoc duo facit. Primo proſequitur de tribus ſignis, quæ pertinent ad faciendum vel non faciendum. Secundo proſequitur de aliis duobus quę pertinent ad id, quod in præſenti fit. ibi {Permiſſio quoque Dei &c.} Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationem, quare hæc ſigna voluntatis dici voluntas poſſunt. Secundo, confirmat per authoritatem, quòd voluntates dicantur. ibi {Pro præcepto Dei atque conſilio.} Tertio, oſtendit diſtantiam inter hæc ſigna & beneplaciti voluntatem. ibi {Et ſi illa tria &c.}

qui in Deum cadere non valet, ſed diuina vſia, qua volens eſt Deus, & huiuſmodi.

*Quòd licet idem ſit Deo uelle, quod eſſe, non tamen poteſt dici Deus eſſe omnia, quæ vult.*

Et licet idē ſit Deo velle, quod eſſe, nō tamē dicendum eſt, Deum eſſe omnia, quę vult. Quod quidam de Dei voluntate nō recte ſentientes, nobis obijciunt dicentes. Si idem eſt Deo velle qđ eſſe, ergo cum dicimus Deum velle omnia, quæ facit, dicimus eum eſſe omnia quæ facit, alioquin nō ibi illo verbo idē ſignificatur, quod ſignificat̄ hoc verbo eſſe, cum de Deo dicitur. Et ſi ita eſt, non ſemper dicitur de Deo velle ſecundum eſſentiam. Si vero ſecundum eſſentiam nō dicitur aliqñ, qūo ergo dicit̄ de Deo? relatiue.n. nūquā dr̄. Ad quod dicim⁹, quia licet idē penitus ſit Deo velle, quod eſſe, nō tñ pót dici oĩa q̃ vult, ſicut idē eſt Deo eſſe quod ſcire, nec tamen ſicut dr̄ ſcire oĩa, ita quoq; poteſt dici eſſe omnia.

*Quis ſit ſenſus horum uerborū, Deus ſcit, vel Deus uult. Item Deus ſcit omnia, uel uult aliquid, & quid de Deo in his prædicetur.*

Et vbicunq; Deus dr̄ ſcire vel ſciens, vel velle vel volens, hæc de eo ſecūdū eſſentiā dñr. Cū enim dr̄ Deus ſcit, vel De⁹ vult, ſiue De⁹ eſt ſciens, vel volens eſſentia diuina p̄dicatur, & Deus eſſe enūtiatur. Cum autem addit̄ omnia, vel aliquid vel aliqua, & dr̄ Deus ſcit omnia vel vult aliqd, vel aliqua, eſſentia quidem diuina prædicatur, non ſimpliciter & abſolute, ſed ita vt ſcientiæ quæ ipſe eſt, omnia ſubiecta monſtrentur, & voluntati, quæ ipſa eadem eſt, aliquid, vel aliqua ſubiecta eſſe dicantur, vt talis fiat ſenſus, Deus ſcit omnia, ideſt Deus eſt cuius ſcientiæ, quæ ipſius eſſentia eſt, omnia ſubiecta ſunt. Similiter, Deus vult hæc, vel illa.i. Deus eſt, cuius voluntati, quæ ipſe eſt, hæc, ſiue illa ſubiecta ſunt.

Volens ergo, ſiue velle dicitur Deus ſecundum eſſentiam, cuius voluntas eſſentia eſt ſempiterna & immutabilis, licet ea varientur & tranſeant, quę ei ſubiecta ſunt, quæ non pōt eſſe iniuſta vel mala, quia Deus eſt.

*Quòd Dei uoluntas ſumme bona cauſa eſt omnium, quæ naturaliter ſunt, cuius cauſa non eſt quærenda, quia nullam habet cum ſit æterna.*

Hæc itaque ſumme bona voluntas cauſa eſt omnium quæ naturaliter fiunt, vel facta, ſiue futura ſunt, quæ nulla prçuēta eſt cauſa, quia æterna eſt. Ideoque cā ipſius quærēda non eſt. Qui.n. eius cauſam quęrit, aliquid maius ea quærit, cū nihil ea maius ſit. Vnde Aug. in lib. 83. quæſt. Qui quærit quare voluerit De⁹ mūdum facere, cauſam quęrit voluntatis Dei. Omnis autem cauſa efficiens maior eſt eo qđ efficitur. nihil autē maius eſt voluntate Dei. non ergo eius cauſa quærenda eſt. Idem in lib. contra Manichęos. Si qui dixerint, quid placuit Deo facere cœlum & terram? Reſpondendum eſt eis, qui voluntatem Dei noſſe deſiderant, cauſas & voluntatem Dei ſcire quęrunt, quòd voluntas Dei omnium quę ſunt, ipſa ſit cauſa. Si enim habet cauſam voluntas, eſt aliqd quod antecedit volūtatem Dei, quod nefas eſt credere. Qui ergo dicit: quare fecit Deus cælum & terram? reſpondendum eſt illi, quia vult, voluntas enim Dei cauſa eſt cœli & terræ, & ideo maior eſt voluntas Dei, quàm cælum, & terra. Qui autem dicit: quare voluit facere cęlum, & terrā, maius aliquid quærit, quàm eſt voluntas Dei: nihil autem ea maius inueniri pōt. Compeſcat ſe ergo humana temeritas, & id, quod non eſt, non quærat, ne id, quod eſt, non inueniat. Ecce his authoritatibus aperte inſinuatur, quòd voluntatis Dei cauſa nulla eſt, & ideo quærenda non eſt.

*Quòd uoluntas Dei prima & ſumma cauſa eſt omnium.*

Voluntas ergo Dei, vt ait Auguſt. in 3. lib. de Trini. prima & ſumma cauſa eſt omnium ſpecierum, atque motionum. Nihil enim fit, quod nō de interiori, atque intelligibili aula ſummi imperatoris egrediatur ſecundum ineffabilem iuſtitiam. Vbi enim non operatur quod vult Dei omnipotentis ſapientia? quę pertingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, & non ſolum facit ea, quæ perſeuerantia conſuetudinis admira-

## QVAESTIO I.

A

### Hic quatuor quęruntur.

Primo. Vtrum in Deo ſit voluntas.
Secundo. Vtrum voluntas ſit ipſius tantum obiecti, vel etiam aliorum.
Tertio. Vtrum voluntas ſua ſit cauſa eorum quæ fiunt.
Quarto. De diuiſione voluntatis eius in voluntatem ſigni, & beneplaciti.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum in Deo ſit uoluntas.*

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd voluntas Deo non conueniat. voluntas enim appetitus quidē eſt: ſed omnis appetitus eſt imperfecti. vnde etiā in primo Phyſ. dicitur quòd materia appetit formam. ergo cū in Deo nulla ſit imperfectio videtur ꝙ nec volūtas. [1.p.q.19.arti.1.] [Text.81.]

¶ 2 Præt. Actus voluntatis eſt tendere in finē, qui eſt eius obiectū: ſed ei quod eſt finis vltimus nō competit tendere in finem. ergo cū Deus ſit finis omnium, videtur quòd ſibi voluntas non cōpetat.

¶ 3 Præt. Secūdum Philoſophum in 3. de Anima, voluntas eſt mouens motū, quia mouetur a volito, ſed ſecundū Boc. Deus immobilis manens dat cuncta moueri. vnde ēt in 9. Meta. dicitur ꝙ mouet ſicut deſideratum, deſideratum autem non motum mouet deſiderium. ergo videtur quòd voluntas ſibi non cōpetat. [Text.50.] [3.lib.de cōſolat. metr. 9. text. 37.]

¶ 4 Præt. Secundū Philoſophum in 3. de Anima, & etiam ſecundum Dam. volūtas eſt in ratione: ſed ratio nominat obumbratam cognitionem, quia oritur in vmbra intelligentiæ, vt dicit Iſaac in lib. diffinitionum, qualis cognitio Deo non competit. ergo videtur quòd nec voluntas. [Tex. 50.] [Dam. 2. fid. ortho. c. 22.]

¶ In contrarium ſunt plurimę authoritates canonis & ſanctorum, quæ etiam in litera inducuntur.

¶ Præt. Secundum illud ſupremum quod eſt in nobis maxime Deo conformamur, ſed ſupremum in nobis videtur voluntas eſſe quæ eſt motor aliarum virtutum ſecundum Anſ. & etiam eſt liberrimum in natura noſtra. ergo videtur quòd voluntas maxime Deo ſit attribuenda. [Lib. de pctō orig. 4.]

¶ Præt. Omnes qui Deum confitentur, eum feliciſſimum ponunt: ſed felicitas ſine delectatione eſſe nō poteſt, vt in 1. Ethi. dicitur. ergo in Deo eſt ſumma delectatio, ſed delectatio non poteſt eſſe ſine concupiſcentia vel voluntate, quia delectatio conſiſtit in quadam voluntatis complacentia. ergo videtur ꝙ voluntas in Deo ſit.

Respondeo, Dicendum, quòd in omni natura vbi inuenitur cognitio, inuenitur etiam volūtas & delectatio. Cuius ratio eſt, quia omne quod habet virtutem cognoſcitiuam, poteſt diiudicare conueniens, & repugnans, & quod apprehenditur, vt conueniens, oportet eſſe volitum, vel appetitum. Et ideo in nobis ſecundum duplicem cognitionem ſenſus & intellectus eſt duplex appetitiua. vna quæ ſequitur apprehenſionem intellectus quæ voluntas dicitur. alia quæ ſequitur apprehenſionem ſenſus, quæ diuiditur in iraſcibilem & concupiſcibilem. Vnde cum in Deo, vt ſupra oſtenſum eſt, ſit intellectualis cognitio, oportet quòd in eo etiam ſit voluntas & delectatio ſecundū ꝙ vna & ſimplici operatione Deus gaudet, vt in 7. Ethi. dicit Philoſophus. In omni enim natura cognoſcente, operatio perfecta & naturalis delectabilis eſt. [Diſt. 35. q. vnica art. 1.] [Cap. 14.]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis in Deo dicat̄ eſſe volūtas, nō tamen cōcedit̄ ibi eſſe appetitus, qa ſ̄m Aug. appetitus p̄prie eſt rei nō habitę. Deus aūt totum ſuum bonū in ſe habet. vnde nec ēt in nobis proprie volūtas appetit⁹ eſt, qñ volito cōiūcta eſt, ſed amor eſt rei iam habitę ſ̄m Augu. [D. 224.] [Supra Pſal. 118. in fine cōcluſionis noſtræ. 10.] [Vbi ſupra.]

¶ Et per hoc patet etiam reſponſio ad ſecundum, quia tendere in finem accidit voluntati, ſecundum quòd eſt diſtans a fine: ſed operationem habere circa finem, hoc eſt voluntati eſſentiale, & hęc præcipue Deo conuenit, qui ſe amat, & in ſe delectat̄.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas non mouetur niſi a fine, finis autem voluntatis diuinæ eſt ipſa ſua bonitas, quæ eſt idem quòd volūtas ſecundum rem, & ideo non ſequitur quòd Deus ſit mouēs motum proprie loquendo, quia omne mouens eſt aliud a moto, ſed forte p̄pter hoc Plato poſuit quòd primū mouēs ſeipſum mouet, inquantum cognoſcit ſe & amat ſe, vt in 8. Phyſi. dicit Cōmen. & hoc non niſi metaphorice dicitur. Sicut etiam dicitur quòd finis mouet. [Tex. co. 51.]

¶ Ad quartum dicēdum, quòd ſecundū gradum cognitionis etiam eſt gradus virtutis appetitiuę: quātum enim ratio ſuperat ſenſum, tātum voluntas rationis ſuperat appetitum ſenſus, & quanto intellectus diuinus ſuperat rationem noſtrā, tanto voluntas eius ſuperat voluntatem noſtram, & hoc per rationem concludebatur, quòd Deo nō conueniat voluntas ad modum voluntatis noſtræ, & tamen ſicut ratio noſtra vocatur intellectus, & intellectus diuinus vocatur ratio, vt patet in 7. cap. de diui. nominibus propter conuenientiam in immaterialitate, ita & voluntas communi nomine vtrobique dicitur. [†q.28.to.4.] [†Li.1.ca.2. tom.1.] [Dio. cap. 7.]

### ARTICVLVS. II.

*Vtrum uoluntas Dei ſit tantum ſuipſius.*

Ad secundum ſic proceditur. Videtur quòd voluntas Dei non ſit niſi ſuiipſius, quia ſecundum Philoſophū voluntas eſt finis: electio autem eorum, quæ ſunt ad finem, vt dicitur in 3. Ethic. ſed nihil aliud eſt finis ſuæ operationis niſi ipſe. ergo voluntas ſua eſt tantum ſuiipſius. [1.p.q.19.artic.2.] [Cap. 5.]

¶ 2 Præt. Voluntas mouetur a volito: ſed nihil poteſt eſſe mouens voluntatem diuinam niſi ipſe. ergo voluntas ſua eſt tantum ſuiipſius.

¶ 3 Præt. Cuiuſlibet voluntas eſt eius, quod eſt bonum ſibi: ſed omne quod eſt bonum alicui differt ad eum: vtrum illud ſit vel non ſit, cum igitur de nullo creato differat ad ipſum: vtrū ſit, vel non ſit, eo quòd bonorū noſtrorū nō eget, ſed totū bonū in ſe habet, videtur quòd voluntas ſua ad ea quæ ſunt extra eū non ſe extendat.

¶ 4 Præt. Ea quæ ſunt ad finem, non quæruntur niſi propter finem: ergo habito fine non eſt vlterius voluntas eorum quæ ſunt ad finem: ſed omnium creaturarum finis eſt diuina bonitas quæ in ipſo Deo ab æterno eſt. ergo videtur quòd ad ea quæ ſunt extra ipſum, voluntas eius non ſe extendat.

Sed contra. Amor conſiſtit in actu voluntatis: ſed de Deo dicitur Sapien. 11. quòd diligit omnia, quæ ſunt, & nihil odit eorum, quæ fecit. ergo voluntas eius eſt etiam creatorum ab eo.

¶ 2 Præt. Sicut ſe habet ſcientia Dei ad verum, ita ſe habet voluntas eius ad bonum: ſed ſcientia eius eſt omnium verorum. ergo & voluntas eius eſt omnium bonorum.

Respondeo, Dicendum, quòd ſicut Deus cognoſcendo eſſentiam ſuam cognoſcit omnia q̄ ſunt ab eo inquantū ſunt ſimilitudo quędam veritatis eius, ita etiam volendo, vel amando eſſentiā ſuam, vult omnia q̄ ſunt ab eo inquantū habent ſimilitudinem bonitatis eius. vnde id quod eſt volitum primo ab eo, eſt bonitas ſua tantum. Alia vero vult in ordine ad bonitatem ſuam, non autem hoc modo vt per ea aliquid bonitatis acquirat, ſicut nos facimus circa alios bene operādo, ita quòd eis de bonitate ſua aliqd largiatur, & ideo liberalitas eſt quaſi proprium ipſius ſecundum Auice. quia ex operatione ſua non intēdit aliquod ſibi commodum peruenire, ſed vult bonitatem ſuam in alios diffundere: & ideo Augu. dicit quòd ipſe vtitur nobis ad bonitatē ſuā, & vtilitatem noſtram. [†C.4.to.3.] [Tracta. 11. Methe. c.4.] [3. de Trini. c.4. tom. 3.] [†Sapiēt. 8.]

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ in obiecto alicuius potentiæ eſt duo cōſiderare, ſcilicet illud quod eſt materiale, & illud quod formaliter complet rationem obiecti. ſicut patet in viſu, quia color eſt viſibile in potentia & non efficitur viſibile in actu niſi per actum lucis. Similiter dico, ꝙ illud quod formaliter complet rationem voliti eſt finis, ex quo eſt ratio boni, & hoc intelligit Philoſoph⁹ cum dicit, ꝙ voluntas eſt finis: ſed ea quæ ſunt ad finem ſe habent materialiter ad obiectum voluntatis, vt ſcilicet ſint volita per ordinem finis, ſicut color videtur per actum lucis. [D. 359. & 361.] [3. Ethi. c.5.]

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud qđ eſt volitum ſicut finis, eſt mouens voluntatem & perficiens eam, & ſic nihil mouet voluntatem diuinam niſi Deus: ſed illud quod eſt ordinatum ad finem eſt volitum ab eo ſicut effectum a volūtate & motum ab ea, ſic vt patet in voluntate artificis, quæ eſt principiū operationum ordinatarum in finem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas Dei non eſt niſi eius quod eſt ſuum bonum, ſed tamen non eodem modo, ſicut in voluntate noſtra quæ vult bonum ſuum, quo ſcilicet perficitur ſicut fine, vel per quod finem conſequitur, ſed voluntas diuina vult bonum ſuum quod eſt ipſa, & quod ab ea eſt, & non p̄ quod iuuatur: & ideo refertur ad ipſius perfectionem, vtrum volitum ab eo ſit vel non ſit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Deus nō ordinat creaturas in finē bonitatis ſuæ, quaſi per eas bonitatem ſuam aſſequatur, vt ipſę creaturæ diuina operatione ſimilitudinem aliquam diuinæ bonitatis acqrāt, qđ eſſe non poſſet, niſi eo volente & faciente.

ARTICVLVS III.

*Vtrum uoluntas Dei ſit cauſa rerum.*

1.p.q.19.ar tic.4. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd voluntati diuinæ non ſit aſcribenda rerum cauſalitas, voluntas enim Dei eſt tātum bonorum: ſed omnium bonorum ſufficiens cauſa eſt ſciētia ipſius. ergo non oportet volūtatem Dei cauſam rerum ponere.

¶ 2 Præt. Deus non eſt cauſa rerum niſi per ſuam operationem; ſed eſſe principium operationis pertinet ad cauſam ratione potentiæ. ergo potentia potius dicenda eſt cauſa rerum quàm voluntas.

¶ 3 Præt. A cauſa contingente nunquam poteſt eſſe effectus neceſſarius: ſed volūtas eſt cauſa cōtingens, qa ad vtrūlibet ſe habet. ergo non poteſt eſſe cauſa neceſſariorum. cū igitur in mūdo ſint multa neceſſaria, vt omnia incorruptibilia, videtur quòd nō omnium cauſa ſit voluntas.

¶ 4 Præter. Poſita cauſa ſufficiente alicuius rei, ſuperflue adduntur ad eandem rem aliæ cauſæ. ſi ergo volūtas Dei ſufficiens cauſa rerum eſt (inſufficiens enī non poteſt eſſe) videtur quòd omnes cauſæ naturales ſuperfluant, & omnes potentiæ animæ & omnes habitus infuſi, quod friuolum eſt.

¶ 5 Præt. Ex cauſa ſufficienti poteſt aliquid demonſtrari. ſi ergo voluntas Dei ſufficiens eſt cauſa omnium, videtur quòd hęc ſit ſufficiens demonſtratio ad omnia, quare hoc eſt, quia Deus voluit, & ſic facile eſſet omnia ſcire, & ſuperuacua eſſent ſanctorum & philoſophorum ſtudia, qui ad aſſignandas diuinorum operationum rationes multipliciter laborauerunt, quod ſtultum eſt dicere.

Tex.1. SED CONTRA. Secundum Philoſophum in 6. Metaph. omnium artificiatorum principium eſt voluntas artificis, ſed ea quæ ſunt procedunt a Deo ſicut artificiata ab artifice, vt a ſanctis & philoſophis traditur. ergo omnium quæ ſunt, cauſa eſt Dei voluntas.

C.4. ¶ Præt. Dio. dicit in 4. c. de diui. nom. Amor trahit ſuperiora in prouiſionem minus habentium: ſed omnia quæ ſunt prouiſione diuina in eſſe prodierunt, cum igitur amor in actu voluntatis conſiſtat, videtur quòd principium omnium rerum ſit diuina voluntas.

RESPONDEO, Dicendum, quòd opus determinatū non progredit̄ niſi a determinato agēte, & inde eſt, ꝙ illud quod eſt tantum in potentia non agit, quia ſe habet indeterminate ad multa, ſed forma quæ eſt terminans potentiam materiæ principium actionis dicitur, & ideo in omnibus quorum potentia actiua determinata eſt ad vnum effectum, nihil requiritur ex parte agentis ad agendum ſupra potentiam completam, dūmodo non ſit impeditum ex defectu recipientis ad hoc ꝙ ſequatur effectus, ſicut patet in omnibus agentibus ex neceſſitate naturæ.

F Potentia autem Dei cum ſit infinita, non magis determinatur ad hoc quàm ad illud; nec ex parte materiæ, quia opus eius determinationem recipere poteſt, quia ipſe etiam materiam & formam producit. vnde oportet ꝙ ſupra rōnem potentiæ ſit aliquid aliud, per quod opus determinetur. hoc autem fit per ſcientiam quæ propriam rationem rei cognoſcit. Sed quia ſcientia ſe habet ad oppoſita, eſt enim & bonorum & malorū: ideo oportet aliquid adhuc addere ī quo perficiatur ratio cauſæ, & hoc eſt voluntas quæ determinate accipit vnū ex duobus quæ ſcit vel quæ poteſt. Vnde ꝑfecta ratio cauſalitatis in his quæ non agunt ex neceſſitate naturæ, inuenit̄ primo in voluntate, vt dicit Philoſophus ī 9. Met. (Text.3.) & hæc conuenit voluntati inquātum obiectum eius eſt finis q eſt cauſa cauſarum, & a quo ſumitur determinatio operis, vt patet ex 2. Phyſic. (Text.31.) & iō volūtati diuinæ aſcribitur cauſalitas rerū.

¶ AD PRIMVM (In corp. ar.) ergo dicēdum, ꝙ in ſcientia non ꝑficit̄ ratio cauſalitatis, vt dictum eſt niſi adiūcta voluntate, iō voluntas potius dr̄ cā quàm ſcientia.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd volūtas eſt principium operationis vt primum imperans opus: ſed potentia in his quæ agunt per voluntatem eſt principium operis vt exequens, & in hoc cōſiſtit d rō potentiæ vt ſit ꝓximum principium operis & non primum, & ſic voluntas Dei potius dicitur cauſa rerum quàm potentia. (D. 1035.)

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas diuina libertatem habet, & ex hoc conuenit ſibi quòd ſit ad vtrumlibet, ſed ſuper hoc habet immutabilitatem, vt ei quod vult immobiliter adhereat, ex quo illud vitę ponitur, & hanc immobilitatem imitantur ea quæ ſunt neceſſaria in entibus, quàmuis nō ipſam adęquēt, & propter hoc non eſt dicendum quòd ſit cauſa contingens, qa contingentia mutabilitatem important.

K ¶ Ad quartum dicendum, quòd cauſalitas diuinæ voluntatis non excludit omnes cauſas proximas rerum, nec hoc eſt ex inſufficientia voluntatis, ſed ex ordine ſapientiæ eius, quæ effect⁹ mediantibus aliis cauſis prouenire diſpoſuit, vt ſic etiam cauſandi dignitas creaturis communicaretur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd demonſtratio quæ facit ſcientiam de re ſumitur ex cauſis d proximis rei, & ideo oportet ad ſcientiam de reb⁹ habēdam nobis alias rationes quærere, & poteſt volūtatē ei⁹ q̄ eſt cā prima rerū & cōis, & ꝓcipue cū volūtatē eius nō plene cognoſcam⁹, vt in ea ꝓpriam rei rōnem videamus, ſicut ipſe videt qui in ſe omnia cognoſcit. (D. 323. & 449.)

ARTICVLVS IIII.

*b Vtrum uoluntas Dei diſtinguatur in uoluntatem beneplaciti & uoluntatem ſigni.*

1.p.q.19.ar ti.11. Et de ver.q.23.ar tic.3. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd diſtinctio voluntatis in litera poſita, ſit incompetens. ſicut enim voluntas Dei ſe habet ad plura, ita & ſcientia eius, ſed ſcientiæ non aſſignantur diuerſa ſigna. ergo videtur quòd nec voluntati aſſignari debeant, cum etiam vtrumque occultum ſit æqualiter.

¶ 2 Præt. Omne ſignum, cui non reſpondet ſignatum, eſt ſignum falſum: ſed iſtis ſignis voluntatis, quæ in litera ponuntur quandoque non reſpondet ſignatum, quia permittit mala, quæ non vult, & præcipit etiam bona, quæ non vult fieri, vt in litera dicitur. ergo videtur ꝙ ſint falſa ſigna, & ita pro ſignis aſſignari non debeant.

¶ 3 Præt. Sicut inuenit̄ bonū, & melius, ita inuenit̄ malū, & peius, vt veniale, & mortale, ſed reſpectu horum duorum fiendorum eſt tantum vnum ſignum, ſcilicet prohibitio. ergo videtur quòd etiam bonorum eē debeat vnum tantum ſignum, & non duo, ſcilicet præceptum, & conſilium.

¶ 4 Præt. Obiectū voluntatis eſt bonum, ſed malum fieri non eſt bonum, vt infra dicetur. (Diſ. ſequenti. q. vnica. art. 4.) ergo reſpectu huius nullum ſignum vocis diuinæ debet eſſe, & ita permiſſio ſuperfluit.

¶ 5 Præt. Sicut ſigna voluntatis reſpiciunt diuerſa, ita & volūtas beneplaciti eſt diuerſorum. ſi ergo aſſignātur diuerſa ſigna voluntatis propter diuerſitatem eorum, videtur quòd etiam voluntas beneplaciti multiplicari debeat, aut ſi nec hoc, nec illud.

RESPONDEO. Dicendum, quòd de Deo quædam dicuntur proprie, quędam metaphorice, ea, q̄ proprie de ipſo dicūtur, vere in eo ſunt, ſed ea, q̄ metaphorice dn̄r de eo ꝑ ſimilitudinem proportionabilitatis ad effectum aliquem, ſicut dicitur ignis Deutero. 4. eo quòd ſicut ignis ſe habet ad cōſumptionem contrarij, ita Deus ad conſumendum nequitiam. vnde ipſum eſſe deſtruentem nequitiam eſt ipſum eſſe ignem, & ipſa conſumptio actiua eſt igneitas eius, & per modum iſtum ipſa punitio dicitur ira eius, & quia effectus eſt ſignum cauſæ, ideo ea, ſecūdum quæ attenditur ſimilitudo vel iræ, vel alicuius alterius, dicūtur eſſe ſigna. vnde punitio dicitur ſignum iræ eius. Sed dico, quòd Deus

A poteſt dici velle aliquid dupliciter: vel proprie, & ſic dicitur velle illud, cuius volūtas vere in eo eſt, & quòd ſibi complacet, & hęc eſt voluntas beneplaciti. Dicitur etiam aliquid velle metaphorice, eo quòd ad modum volentis ſe habet, inquantum præcipit, vel conſulit, vel aliquid huiuſmodi facit. vnde ea, in quibus attēditur ſimilitudo iſtius rei ad voluntatem Dei, voluntates eius metaphorice dicunt̄: & quia talia ſunt effectus, dicuntur ſigna. Horum autem ſignorū diuerſitatis ratio hæc eſt. Aſſignantur enim hæc ſigna volūtati diuinæ ſecundum quod eſt rerum humanarū, quibus ſpeciali modo prouidet. Poteſt ergo ſignum voluntatis accipi, aut ſecundum ordinationem hominum in finem æternæ ſalutis, aut ſecundum executionem ordinis. Ad finem aūt conſequendum prouidētię eſt duo largiri, ea ſcilicet, quibus res promoueatur in finem, & ea, quibus ab impedientibus liberet̄, ſicut autem res naturales tendūt in fines ſuos naturales ꝑ virtutes actiuas, ex ꝓuidētia diuina eis collatas, ita & humana voluntas per cōſilia, & præcepta ordinat̄ in finem, & a peccatis, quę impediūt cōſecutionem finis retrahit̄ ꝓhibitionib⁹, ſicut et animalibus diuina ꝓuidētia contulit cornua & vngues, & hm̄ōi, quib⁹ ſe iuuent contra impugnantia. Si autem pertinet ad executionem ordinis, hoc poteſt eſſe dupliciter. Aut ſecundum quod tendit in id, ad quod ordinatum eſt bonum faciendo, & reſpectu huius eſt hoc ſignū, quod eſt operatio, quia Deus in nobis omnia bona operatur. Aut etiam exeundo ab illo ordine mala faciendo, qui etiam exitus prouidentiæ ſubiacet non vt promiſſus, ſed vt ordinatus, & reſpectu huius eſt permiſſio. Vel poteſt ſumi leuius ſic, quia vel ſignū volūtatis eſt reſpectu præſentium, & ſic reſpectu bonorum eſt operatio, reſpectu malorum permiſſio. Vel eſt futurorum, & ſic reſpectu malorum eſt prohibitio, reſpectu boni ad quod omnes tenentur, præceptum, ſed reſpectu perfectioris boni, quod non omnes attingunt, eſt conſilium, & continentur hoc verſu.

---

tionem non admittunt. ſed etiā ea quæ ꝓpter raritatem & inſolitum euentum mira videntur, vt ſunt defectus luminarium & terræmotus, & monſtruoſi animantium partus, & his ſimilia, quorum nihil fit ſine voluntate Dei, ſed pleriſque non apparet. Ideoq; placuit vanitati Philoſophorum etiam cauſis alijs ea attribuere, cū omnino videre non poſſent ſuperiorem cæteris omnibus cauſam, ideſt volūtatem Dei. Itaque non niſi Dei voluntas cauſa prima eſt ſanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hęc ergo ſola eſt vnde ortū eſt quicquid eſt, & ipſa non eſt orta, ſed æterna.

*d Quibus modis accipitur Dei uoluntas.*

HIc non eſt prætereundū nobis quòd ſacra ſcriptura de volūtate Dei varijs modis loqui cōſueuit, & tamen non eſt Dei voluntas diuerſa, ſed locutio diuerſa eſt de voluntate, quia nomine voluntatis diuerſa accipit. Nam voluntas Dei vere ac proprie dicitur quę in ipſo eſt, & ipſius eſſentia eſt, & hęc vna eſt, nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatem, quæ inexpleta eſſe non poteſt, de qua ꝓpheta ait. Omnia quęcunque voluit dominus fecit. († Pſal. 134.) Et Apoſtolus. Voluntati eius quis reſiſtet? († Rom. 9.) Et alibi. Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. († Rom. 12.) Et hæc voluntas recte appellatur beneplacitū Dei, ſiue diſpoſitio.

*Quòd ſecundum figuram dicitur uoluntas Dei præceptio, prohibitio, conſilium, permiſſio, operatio, & ideo pluraliter dicit ſcriptura, uoluntates.*

G ALiquando vero ſecundum quādam figuram dicendi voluntas Dei vocatur, quod ſecundum proprietatem non eſt voluntas ei⁹, vt pręceptio, prohibitio, conſilium, necnon permiſſio, & operatio. Ideoque pluraliter aliqū ſcriptura volūtates Dei pronūH tiat. Vnde propheta. Magna opera domini, exquiſita in omnes voluntates eius, († Pſal. 110) cum non ſit niſi vna voluntas Dei, quę ipſe eſt, pluraliter tamen dicit voluntates, quia voluntas Dei varijs modis ac pro diuerſis accipitur, vt dictum eſt. Ita etiam idem propheta propter multos effectus miſericordiæ, & iuſtitię pluraliter dicit. Miſericordias domini in æternum cātabo. († Pſal. 80.) Et alibi. Iuſtitiæ domi I ni rectæ, lectificantes corda. († Pſal. 18.) cū tamen in Deo vna ſit miſericordia, vna iuſtitia, & vna eademque ſit miſericordia quæ iuſtitia, ſcilicet diuina vſia.

*Quare præceptio, & prohibitio, & conſilium, dicantur Dei uoluntas.*

IN Deo autem pręceptio, & prohibitio, atq; cōſilium cum ſint tria, dicitur tamen vnumquodque eorum Dei voluntas, quia iſta B ſunt ſigna diuinæ voluntatis, quemadmodum & ſigna irę dicuntur ira, & dilectionis ſigna dilectio appellantur, & dicitur iratus Deus, & tamen non eſt ira in eo aliqua, ſed ſigna tantum, quę foris fiunt, quibus iratus oſtenditur, ira ipſius nominantur, & eſt figura dicendi, ſecundum quam non eſt falſum quod dicitur, ſed verum, quod dicitur, ſub tropi nubilo obumbratur. Et ſecundum hos troC pos diuerſæ voluntates Dei dicuntur, quia diuerſa ſunt illa, quæ per tropum voluntas Dei dicuntur.

*Vbi uoluntas Dei pro præcepto & conſilio accipiatur.*

PRo præcepto Dei, atq; conſilio poteſt accipi voluntas, vt ibi, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. (Matth. 6.) Et alibi. Qui facit volūtatem patris mei, qui in cœlis D eſt, ipſe frater meus, & ſoror, & mater eſt. (Matth. 7.) Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Vnde Auguſt. in lib. de ſpiritu & litera. (Cap. 33. tomo. 3.) Infideles, inquit, contra voluntatem Dei faciūt, cum eius euangelio non credunt.

*Quòd Deus non uult ab hominibus fieri omnia, quæ præcepit, uel non fieri, quæ prohibet.*

E ET ſi illa tria dicunt̄ Dei uoluntas ideo, quia ſigna ſunt diuinæ voluntatis, non eſt tamē intelligēdū, Deū omne illud fieri velle, qđ cuicunque præcepit, vel non fieri, quod prohibuit. Pręcepit. n. Abraæ immolare filium, (Gen. 22.) nec tamē voluit, nec ideo præcepit, vt id fieret, ſed vt Abraæ probaretur fides. Et in euangelio pręcepit ſanato, ne cui diceret, (Matth. 7.) ille autem prædicauit vbique intelligens Deum nō ideo ꝓhibuiſſe, quin vellet opus ſuū prædicari, ſed vt daret formā homini laudem humanā declinādi.

*De permiſſione, & operatione, ubi dicantur Dei uoluntas.*

PErmiſſio quoque Dei, & operatio, voluntas Dei appellantur, qualiter accipit Aug. in Enchi. (Cap. 96. tomo. 3.) dicens. Non fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo, vt fiat, vel ipſe faciēdo. Nec dubitandum eſt Deum facere bene, etiam ſinendo fieri, quæcunque fiunt male, non enim hæc niſi iuſto iudicio Dei ſinit, & ꝑfecto bonum eſt omne, quod iuſtum eſt. Ecce hic manifeſte habemus Dei voluntatem appellari ipſius operationem, vel permiſſionem cum dicit, non fieri aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vbi includit & bona, & mala omnia, quæ fiunt. Ideoq; aperte diſtinguit, qūo Deū velle dixerit, ne eadem ratione intelligeret̄ velle bona, & mala, ſubdens, vel ſinendo vt fiat, hoc quantum ad mala dicit, vel ipſe faciendo, hoc quātum ad bona. Mala. n. ſinit fieri, ſed non facit, bona vero ipſe facit. Ideoq; dixit eum uelle, quia & volens mala ſinit, & volens bona operatur, & ob hoc ꝑmiſſio & operatio, voluntas Dei dicuntur.

*Quinque ſupra ſunt propoſita, quæ dicuntur ſecundum tropum, & ideo diſtinguat lector ubi que pro quo eorum accipiatur uoluntas.*

QVinque ergo ſupra poſita ſunt, quę dicūt̄ ſecūdū tropū Dei volūtas, qa ſigna ſunt diuinæ volūtatis, q̄ vna eſt & īmutabilis. ſ. Dei bn̄placitū. Iōq; diligēter diſtin

Præcipit ac pluribus permittit,& conſulit,implet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſcientia Dei vere & perſecte eſt omnium, ſed non voluntas, & ideo quædam metaphorice dicitur velle, quæ ſimpliciter non vult, propter quòd voluntas ſigni aſſignatur.

¶Ad ſecũdum dicẽdũ, q effectus qui eſt ſignũ alicuius ſecũdum ꝓprietatem in vno, eſt ſignũ eiuſdẽ ſm ſimilitudinem in altero in omnibus, quæ metaphoricę dicuntur. ſicut punitio eſt ſignũ iræ in homine, & in Deo eſt ſignum voluntatis puniẽdi, quę per ſimilitudinẽ ira dicitur. Et ſimiliter dico, quòd iſtis ſignis reſpondet aliquid in Deo, quod per ſimilitudinẽ dicitur volũtas huius rei, vt præceptũ voluntas præcipiendi, & ordinandi naturam rationalem in finem, & ſic de aliis. vnde patet, quòd hęc ſigna non ſunt falſa.

guat lector, vbi de volũtate Dei ſcriptura commemorat, iuxta quẽ modũ accipi oporteat, ſcilicet pro beneplacito Dei, an ꝓ aliquo ſignorum eius. Magna enim eſt adhibenda diſcretio in cognitioue diuinæ voluntatis, quia & beneplacitum Dei eſt voluntas eius, & ſignum G beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternum eſt, ſignum vero beneplaciti eius non. Et conſonat rerum effectibus beneplacitũ ipſius, & ipſi effectus rerum ab illo non diſcordant. Fit enim omne, quod beneplacito vult fieri, & omne, quod non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem eſt de ſignis, quia pręcepit Deus multis ea, quæ nõ faciunt, & prohibet quæ non cauẽt, & cõſulit quæ non implẽt.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſicut in diſpoſitione naturarum dantur a Deo diuerſę virtutes, quarum vna eſt nobilior altera, vt ſic vna res perfectius conſequatur finem, quàm alia, ita etiam in diſpoſitione hominum ſunt diuerſa ordinantia in finem vnum communiter omnium, ſcilicet præceptum, & alterum perfectorum, ſcilicet conſilium, ſed omne peccatum eſt in exeundo ab ordine finis, & ideo cuilibet peccatum quodlibet vitandum eſt, nec in hoc diuerſus gradus hominum attenditur, & propter hoc vnum ſignum tantum datur de hoc ſcilicet prohibitio.

Supra. 4. 7. q.vnica. artic. 4. ¶Ad quartum dicendum, quòd Deus non vult mala proprie fieri, ſed vult aliquid ei coniunctum, vt infra dicetur, ex quo ſequitur quòd permittat, & ideo permiſſio ipſa effectus eſt alicuius voluntatis, & metaphoricę voluntas dicitur.

¶Ad quintum dicendum, quòd voluntas diuina, quàmuis ſit plurium volitorum, non tamen eſt niſi vna, quia omnia illa vult in vno per ſe volito, ſcilicet ſua bonitate, ſicut omnia etiam cognoſcit cognoſcendo eſſentiam ſuam.

## EXPOSITIO TEXTVS.

De Empedocle, vt in telligere, vt habet ex 8. Phyſ.tex.2.

IDEOQ; placuit vanitati Philoſophorum &c.} Hoc dicit quantum ad illos, qui cauſam agentem negabant, & ponebant mũdum factum eſſe caſu, & quòd omnia procederẽt ex neceſſitate naturæ. Vel quã- K tum ad illos, qui ponunt Deum non immediate operari in omnibus, ſed in vno tantum, quod eſt primum creatum. {Itaque non niſi Dei voluntas &c.} Per hoc non excludũtur aliæ cauſæ a cauſalitate, ſed ab hoc, quod eſt eſſe primam cauſam.

## DISTINCTIO XLVI.

### DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de volũtate diuina quid ſit, & quot modis dicatur. hic inquirit de efficacia ipſius. Et diuiditur in partes duas. In prima, mouet quaſdam quæſtiones de quibuſdam quæ videntur diuinam voluntatem oſtendere ineffcacem. In ſecunda, oſtendit ipſam eſſe efficacem in omnibus, 47. diſtinct. Voluntas quippe Dei &c.} Prima pars diui- F ditur in duas ſecundum duo, quæ poſſunt diuinam voluntatem inefficacem oſtendere, vel quòd non fiat, quod vult, vel quòd fiat, quod non vult. In prima ergo parte pertractat quæſtionem hanc. Vtrum aliquid velit fieri, quod non fiat. In ſecunda: vtrum aliquid fiat, quod non velit, ibi {Ideoque cum conſtet oĩa bona &c.}

## DISTINCTIO XLVI.

A

*Illi ſententiæ, qua dictum eſt, Dei voluntatem non poſſe caſſari, quæ ipſe eſt, quædam uidentur obuiare.*

HIcoritur quæſtio, dictum eſt enim in ſuperioribus & authoritatibus communitum quòd volũtas Dei quæ ipſe eſt, quę vocatur beneplacitum eius, caſſari non poteſt, quia illa voluntate fecit quęcunque voluit in cœlo & in terra, cui teſte Apoſtolo nihil reſiſtit. Quęritur ergo, quomodo accipiẽdum ſit quod Apoſtolus de domino ait. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Cum enim non omnes ſalui H fiant, ſed plures damnentur, videtur vtiq; nõ fieri quod Deus vult fieri, humana ſ. voluntate impediẽte voluntatẽ dei. Dñs quoq; in euãgelio impiã ciuitatẽ compellans. Quotiens (inqt) volui congregare filios tuos

Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationẽ ex duabus authoritatibus. Secũdo exponit eas. ibi} Sed audiamus ſolutionẽ &c.} {Iõque cum cõſtet &c.} Hic pertractat ſecundam quæſtionẽ inquirendo: vtrũ Deus nõ velit, vel velit mala fieri, quæ tamen fiunt. Circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionẽ & ponit diuerſas opiniones. Secundo proſequitur eas. ibi { Qui.n. dicunt Deum &c.} Tertio eligit vnam illarum. ibi {Hic igitur & alia &c.} Circa ſecundum duo facit. Primo proſequitur primam opinionem, ponendo duas rationes eius. Secundo, proſequitur ſecũdam opinionem. ibi {Illi vero qui dicunt &c.} Circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit quomodo ſecundum hanc opinionẽ reſpondetur, ad rationes primæ opinionis. Secundo, inducuntur rationes ad opinionem ſecundam. ibi {Si quis igitur diligenter &c.} Tertio, excludit quandam ſophiſticam obiectionem contra hanc opinionem. ibi {Iam ſufficienter oſtenſum eſt.} Circa primum duo facit. Primo ponitur ſolutio rationis primæ. Secundo ſecundæ. ibi {Quod autem ait Aug.&c.}{Si quis igitur diligenter &c.} Hic ponit rationes pro ſecunda opinione. Et diuidi- I tur in partes tres, ſecundum tres rationes. Secunda incipit. ibi {Deinde idem Auguſt. &c.} Tertia ibi {Item aliter oſtenditur &c.}

Diſt. 45. Pſa. 134. D. Ro. 9. 1. Thimo. 2. Ex Aug. in Enchrid. ca. 97. tom. 3. Matt. 23.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quęruntur quatuor.

Primo. Vtrum Deus omnes homines ſaluos fieri velit.
Secundo. Vtrum mala fieri ſit bonum.
Tertio. Vtrum malum ſit de perfectione vniuerſi.
Quarto. Vtrum Deus mala fieri velit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus uelit omnes homines ſaluos fieri.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus omnes homines ſaluos fieri velit. Primo per authoritatem Apoſtoli, quę etiam in litera inducitur, quę eſt 1. Thy. 2. Vult omnes homines &c. 1.p.q.19.ar ti.6.ad 1.Et 1.cót.c.96.

¶Si dicas quòd vult voluntate conditionata & non abſoluta.

¶Contra. Voluntas conditionata eſt voluntas imperfecta: ſed nihil imperfectum Deo eſt attribuendum. ergo &c.

¶ 2 Præt. Omne agens per intentionem vult, quòd opus ſuum finem conſequatur: ſed finis hominis eſt ſalus æterna, ad quam Deus eum creauit. ergo vult omnes homines ſaluos fieri.

¶ 3 Pręt. Voluntas habentis charitatem imitatur voluntatem diuinam: ſed habens charitatem cuiuſlibet ſalutem optat. ergo videtur quòd & Deus omnium ſalutem velit.

¶ 4 Præt. Nullus poteſt ſaluari niſi Deus eum velit ſaluare. Si



Si ergo Deus non omnem hominem ſaluare vult, non eſt in poteſtate cuiuſlibet hominis, vt ſaluetur: ſed pro eo, quod nõ eſt in poteſtate noſtra, non meremur pœnam, vel vituperium. ergo non eſt imputandum eis, qui non ſaluantur, quod falſum eſt. ergo videtur quòd Deus omnes homines ſaluare velit.

SED CONTRA. Prædeſtinatio eſt ꝓpoſitum miſerendi ſecundum Auguſt. ſi igitur Deus vellet omnes ſaluari, omnes eſſent prædeſtinati, ſed hoc falſum eſt, quia cum non omnes ſaluẽtur, aliquis eſſet prædeſtinatus, qui non ſaluaretur. ergo non vult Deus omnes homines ſaluos fieri.

Lib. de prædeſtinatiõe Sãctorum, c.10. tom. 7.

Diſt. 45. q. vnica. ar. 3. ¶ Præt. Voluntas Dei eſt prima, & ſumma cauſa rerũ, vt ſupra dictum eſt: ſed poſita cauſa ponitur effectus, ſed non omnes ſaluantur. ergo videtur, q nec voluntas Dei ſit de omnium ſalute.

2. fid. orth. cap. 29. RESPONDEO, Dicendum, ſecundum Dam. quòd volũtas eſt duplex, ſcilicet antecedens, & conſequens, & hoc cõtingit non ex aliqua diuerſitate voluntatis diuinæ, ſed propter diuerſas cõditiones ipſius voliti. Poteſt enim in vnoquoque homine conſiderari natura eius, & aliæ circũſtantiæ ipſius, vt qđ eſt volens, & præparans ſe ad ſalutem ſuam, vel etiam repugnans, & contrarie agens. Si ergo in homine tantum natura ipſius cõſidereẽ, æqualiter bonum eſt omnem hominem ſaluari, quia omnes conueniunt in natura humana. Et cum omne bonum ſit volitum a Deo, hoc etiam Deus vult, & hoc vocatur voluntas antecedens, qua omnes homines ſaluos fieri vult ſecundum Damaſc. Et huius voluntatis effectus eſt ipſe ordo naturæ in finem ſalutis, & promouentia in finem omnibus communiter propoſita, tam naturalia quàm gratuita, ſicut potentiæ naturales, & præcepta legis, & huiuſmodi. Conſideratis autem omnibus circunſtantiis perſonæ, ſic non inuenitur de omnibus bonum eſſe, quòd ſaluentur, bonum enim eſt eum qui ſe præparat, & conſentit ſaluari, per largitatem gratiæ diuinæ, nolentẽ vero & reſiſtentem non eſt bonum ſaluari, quia iniuſtum eſt. Et quia hoc modo ſe habet aliquid ad hoc quòd ſit volitum a Deo, ſicut ſe habet ad hoc, quòd ſit bonum, & ideo iſtum hominem ſub iſtis conditionibus conſideratum, non vult Deus ſaluari, ſed tantum iſtum, qui eſt volens, & conſentiens, & hoc dicitur voluntas conſequens, eo quòd præſupponit præſcientiam operum non tanquam cauſam voluntatis, ſed quaſi rationem voliti, vt ſupra dictum eſt.

†Vbi ſupra. Vbi ſupra.

Diſt. 45. q. vnica. ar. 3. Vbi ſupra. In Enchiri. c.103. to. 3. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſecundum Damaſc. verbum Apoſtoli intelligitur de voluntate antecedente, & non de conſequente. Sed ſecundum Auguſt. intelligitur de conſequente. vnde exponit eam dupliciter. Vno modo vt ſit diſtributio accommoda pro omnibus qui ſaluantur, vt in litera dicitur. Alio modo, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, quia de qualibet conditione hominum aliquos præde- A ſtinauit ad vitam & non pro ſingulis generum.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd voluntas antecedens poteſt dici conditionata, nec tamen eſt imperfectio ex parte voluntatis diuinæ, ſed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circunſtantijs quæ exiguntur ad rectum ordinem in ſalutem.

ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ita .n. hæc dicuntur tanquã Dei volũtas ſuperata ſit hominum voluntate, & infirmiſsimis nolendo impedientibus, non potuerit facere potentiſsimus quod volebat. Vbi eſt ergo illa omnipotentia, qua in cœlo & in terra ſecundum Prophetã, Omnia quæcunque voluit fecit? & quomodo voluntati eius ſecundum Apoſtolum nihil reſiſtit, ſi colligere filios hieruſalẽ voluit & non fecit? Hæc enim prædictis plurimum obuiare videntur.

*Solutio quomodo intelligendum ſit illud, Volui congregare, & noluiſti.*

SEd audiamus ſolutionem, ac primum quo- C modo accipiẽdum ſit illud, quod dominus ait videamus. Non enim ex eo ſenſu illud dictum eſt, vt ait Auguſtinus in Enchiridion, prędictam quæſtionem ſoluens, quaſi dominus voluerit congregare filios hieruſalem, & non ſit factũ quod voluit, quia ipſa noluerit, ſed potius ipſa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, qua tamen nolente, filios eius collegit ipſe omnes quos vo- D luit, quia in cœlo & in terra nó quædam voluit & fecit, quædam vero voluit & nõ fecit, ſed omnia quęcunque voluit fecit, vt ſit ſenſus, Quoties volui congregare filios tuos & noluiſti? ideſt, quotquot cõgregaui mea volũtate ſemper efficaci, te nolente feci. Ecce in euidenti poſitũ eſt, quòd illa domini verba ſuperioribus non repugnant.

B *a Quomodo intelligendum ſit illud, Qui uult omnes homines ſaluos fieri.*

NVnc videre reſtat, quomodo etiam præmiſſa verba Apoſtoli prędictis non contradicant, qui de Deo loquens ait, Vult oẽs homines, ſaluos fieri. Quorum occaſione verborum, multi a veritate deuiauerunt, dicentes, Deũ multa velle fieri quæ non fiunt. Sed nõ eſt intelligendum, ea ratione illud eſſe dictũ, quaſi Deus vellet aliquos ſaluari & non ſaluentur. Quis enim tã impie deſipiat, vt dicat Deum malas hominũ volũtates, quas voluerit, & qñ voluerit, & vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere? Nõ eſt vtique verum, quod in pſal. dicitur. Quæcunque voluit fecit, ſi aliqua voluit & non fecit, & quod eſt indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, volũtas hominis impediuit. Ideoque cum audimus & in ſacris literis legimus, q velit omnes

¶Ad tertium dicendum, quòd habens charitatẽ, optat omnibus ſalutem æternam abſolute, eo q cognitioni ſuæ non ſubiacent conditiones, quibus a ſalute aliquis deordinaẽ, quæ diuinæ cognitioni ſubiacent, & ideo non eſt idem iudicium de voluntate habentis charitatem, & de voluntate conſequente ipſius Dei.

¶Ad quartum dicendum, quòd ſapiens artifex, non vult, quòd opus ſuũ finem attingat, niſi ſecũdum rationem finis. ſi enim aliquã habeat contrariam diſpoſitionẽ ad formam, quam inducere intendit, non inducit in ea formam niſi forte illa indiſpoſitione remota, ſicut ędificator non vult, quòd lapides conueniant ad conſtitutionem domus ruditate in eis manente, & ita etiam eſt de Deo. † Vbi ſupra ex Auguſt. c. 98.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd iſtę conditiones, quibus homo efficitur deordinatus a conſecutione finis, ſub quibus exiſtentem Deus eũ ſaluum eſſe nõ vult, ſunt ex ipſo homine, & ideo totum, quod ſequitur, ſibi imputatur in culpã.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum ſit bonum fieri mala.*

E AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd mala fieri ſit bonum. Verum enim & bonum conuertuntur, ſed mala fieri eſt verum. ergo eſt bonum. 1.p.q.19.ar ti.9.infra 4.

¶ 2 Præt. Quicquid eſt volitum eſt bonum, quia malum eſt pręter voluntatem, vt dicit Dionyſius 4.c. de diuinis nominibus. Sed mala fieri eſt volitum a faciente malum voluntarie. ergo mala fieri eſt bonum. cap. 4.

¶ 3 Præt. Illud, quod eſt cauſa boni, videtur eſſe bonum, & non malum ſicut frigidum non eſt cauſa calidi: ſed hoc, quod mala fieri, eſt cauſa boni, ſicut ex actione mala cauſatur bona paſſio, & multa huiuſmodi, quæ ex hoc, quòd mala fiunt, eliciũtur. ergo mala fieri eſt bonum.

¶ 4 Præt. Omne iuſtum eſt bonum: ſed *mala fieri eſt iuſtum*. ergo &c. probatio medię. Omnis pœna a Deo eſt, & iuſta eſt: ſed vnum peccatum eſt pœna alterius, vt Grego. dicit, & probatur ex hoc quod, habetur ad Rom. 1. propter quòd tra.il. &c. Et Apo. vlti. qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. ergo mala fieri eſt iuſtum. ergo eſt bonum. Greg. li. 25. ca. 12. ſupra c. 34. c. Iob. lib. c.

SED CONTRA. Quædam mala ſunt ſicut actus peccati, quorum eſſe eſt in fieri, ſi igitur eorum fieri eſt bonum,& ipſa eſſe eſt bonum, quod a nulla opinione conceditur.

T.c.5. ¶ Præt. Motus ſecundum Philoſophum in 5. Phyſ. recipit ſpeciem a termino, ſed quodlibet fieri terminatur ad eſſe hoc eius quòd ſit. ergo cũ malum nõ ſit bonũ, vñ ꝙ nec malũ fieri bonum ſit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſuper hoc ſumuntur duæ opiniones in litera, quæ in quodam concordant, in hoc ſcilicet, quòd eſt, mala nõ eſſe bona: in quodam vero diſcordãt, eo quòd vna ponit mala fieri vel eſſe, bonum eſſe, alia vero hoc negat,& hæc videtur verior ſicut & Magiſter dicit. Omnibus enim conſtat quòd malum ꝑ ſe loquendo, bonum non eſt, ſed per accidens poteſt eſſe bonum, inquantum ſcilicet coniungitur in vniuerſo alicui bono, ad quod per accidens ordinem habet, ſicut ędificator dicitur albus ꝑ accidẽs, inquãtũ ſcilicet ars ędificatiua & albedo in eodem ſubiecto cõueniũt, & quia eſſe vel fieri ponit quẽdam ordinem ſecũdum quòd includit compoſitionem quandam, ideo prima opinio dicebat quòd eſſe mala vel fieri bonum eſt. Sed hoc nõ ſufficit, quia ſicut malum ꝑ ſe non eſt bonum, ita etiam ordo mali non eſt bonum ſecundum ſe, cum magis malum inquantum huiuſmodi, ſit inordinatũ, & ipſa inordinatio eſt ordo eius, ſicut ipſum priuari eſt eſſe eius, & ipſa negatio eſt eius poſitio, ſicut eſt in cæteris priuationibus: & ideo mala fieri vel eſſe malum eſt,& non bonum, quia cum dicitur mala eſſe abſolute, nullo addito, ly eſſe, deſignat compoſitionem huius priuationis ad ſubiectum, in qua compoſitione non conſiſtit ratio bonitatis, ſicut etiam cum dicimus albedinem eſſe abſtractum, ſignificamus ordinem eius ad ſubiectum, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, K ſed comparatio mali ad bonum quod ex Deo elicitur, ſignificat ly eſſe poſitum in hoc dicto, mala eſſe occaſiones bonorum, & ideo hoc bonum eſt mala eſſe occaſiones bonorum, ſed mala eſſe ſimpliciter, non eſt bonum.

Joan. 1. Pſa.134.D.

homines ſaluos fieri, quàmuis certum ſit nobis, nõ omnes homines ſaluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentiſſimæ Dei voluntati aliquid derogare, ſed ita intelligere quod ſcriptum eſt, Vult omnes homines ſaluos fieri, tanquam diceretur, nullum hominem fieri ſaluum, niſi quem ſaluum fieri ipſe voluerit, non quòd nullus ſit hominum niſi quem ſaluum fieri velit, ſed quòd nullus fiat ſaluus, niſi quem velit ſaluari, & ideo rogandus eſt vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit. Non eſt enim credendus omnipotẽs aliquid voluiſſe fieri, quod factum non ſit. Sic ẽt intelligitur illud. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non quia nullus hominum eſt, qui non illuminetur, ſed quia niſi ab ipſo, nullus illuminatur. Poteſt & alio modo illud intelligi, dum tamen credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluiſſe, factumque non eſſe, qui ſine vllis ambiguitatibus ſiue in cœlo & in terra, ſicut veritas cantat: omnia quęcũque voluit fecit, profecto facere non voluit quæcumque non fecit.

Ex his aperte oſtenditur, ꝙ Deus ea voluntate quæ ipſe eſt, non vult aliquid fieri quod non fiat, neque non fieri quod fiat.

Diſ.19.q.5. ar.2. ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt, veritas eſt de his quorum ratio completur per operationẽ animæ, & fundamentum habent in re: non eſt autem inconueniens quòd de re mala ſit operatio animæ bona, & quòd rei malę ratio ſit in anima bona, ſicut etiam non ens in re dicitur ens in anima d rationante vt negationes & priuationes, ſicut patet ex 4. Metaph. ſecundum Commen. vnde ſi procedatur a bonitate veritatis ſecundum quòd completur in operatione animæ, ad bonitatẽ eius quod eſt in re, erit fallacia accidentis, hoc eſt quod eſt mala eſſe, accidit hoc quòd eſt eſſe intelligibile vel ſignificabile ſicut eſt in re, in quo conſiſtit ratio veri, vt ſcilicet ſignificetur vel intelligatur aliquid ſicut eſt in re. vnde nihil prohibet dicere, ꝙ mala eſſe, eſt verum, ſed hęc veritas

D. 546. 4.Met.text. co.2.

F qua vere dicitur vel ſignificatur mala eſſe, eſt bonum, quàmuis mala eſſet ſit malum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd mala fieri non eſt volitum ꝑ ſe, ſed per accidens tantum, inquantum eſt bonum ęſtimatum ratione alicuius boni annexi, quia nihil eſt pure malum ſecundũ Diony. ideo omnis malus quodammodo eſt ignorans ſecundum Philoſophum, inquantum decipit in eligendo. Ca.4.de di. no. 3.Ethi. c.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mala fieri nõ eſt cauſa boni, niſi occaſionalr & per accidens. Eſt.n. quædam cauſa per accidens, quæ nihil operatur ad effectũ, ſicut muſica ædificatoris ad domum. Eſt etiam quædam cauſa per accidẽs, cuius operatio attingit vſq; ad effectum, quem tamen præter intentionẽ inducit, & talis cauſa per accidẽs eſt caſus vel fortuna, ſicut fodiens ſepulchrum ad ſepeliẽdum, inuenit theſaurum præter intẽtionem. Quędam vero cauſa per accidẽs eſt, quæ aliquid operatur, non tamen pertingit eius operatio vſque ad effectũ cõiunctũm, & ſic mala fieri eſt per accidens boni, ſicut patet: perſecutio tyranni non attingit patientiam martyris, ſed cruciatũ corporis, qui eſt materia patiẽtiæ, & talis cauſa dicitur ꝓprie occaſio. vnde non ſequitur, quòd mala fieri ſit bonũ: quia vnum contrariorum poteſt eſſe ꝑ accidens cauſa alterius, ſicut frigidum per accidens calefacit, vt in 8. Phyſicõ. Text.32.

¶ Ad quartum dicendum, quòd peccatum per ſe non eſt pœna, ſed per accidens tantum, r̃one accidentis & conſequentis eam: ſi enim conſideretur actio peccati ſecũdum quòd egreditur ab agente voluntario, ſic habet rationem culpæ & iniuſtitiæ, ſed antecedens hanc actionem, ſcilicet deſertio a Deo propter meritum præcedentis culpæ inquantum eſt ex ordinatione diuina rationem pœnæ habet & iuſta eſt. vnde nõ ſequitur, quòd mala fieri ſit bonum. Similiter etiam defectus, qui conſequitur ipſum actum peccati in eo quòd dum inordinate per ſequitur paruum bonũ, deficit a magno bono, pœna eſt ex iuſta Dei ordinatione proueniens, vt cum aliquis quærit delectationem corporis, & amittit delectationem Dei,& propter hoc dicit Aug. quòd omnis inordinatus animus, ſibiipſi eſt pœna. 1.Confeſ.c. 12.tom.1.

*d Vtrum mala Dei uoluntate fiãt, an eo nolente.*

IDeoque cum conſtet omnia bona quæ fiũt, eius fieri voluntate, quæ ſi fieri nollet, nullatenus fierent, recte quæri ſolet. G Vtrũ & mala omnia quæ fiunt, ideſt peccata, Dei fiant voluntate, an nolente eo fiant? Super hoc diuerſi varia ſentientes, ſibi contradicere inueniuntur. Alij enim dicunt, quòd Deus vult mala eſſe vel fieri, non tamen vult mala. Alii vero quòd nec vult mala eſſe, nec fieri, in hoc tamen conueniunt, & hi & illi, quòd vtique fatentur, Deum mala non velle. H Vtrique vero rationibus & authoritatibus innituntur ad muniendam ſuam aſſertionem.

*Quare dicunt quidam, Deum uelle mala eſſe uel fieri.*

QVi enim dicunt Deum mala velle eſſe, vel fieri, ſuã his modis muniũt intentionem. Si enim, inquiunt, mala non eſſe vel nõ fieri vellet, nullo modo eſſent vel I fierent, quia ſi vult ea non eſſe vel non fieri,& nõ poteſt id efficere, ſ. vt non ſint, vel nõ fiãt, volũtati eius & potẽtię aliquid reſiſtit, & non eſt omnipotens, quia non poteſt oẽ qđ vult, ſed impotẽs eſt ſicuti & nos ſum⁹,

ARTICVLVS III.

*b Vtrum malum ſit de perfectione uniuerſi.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd malum ſit de perfectione vniuerſi. Dicit enim Dionyſ. in 4. cap. de diuini. nomi. Erit malum ad omnes, ideſt vniuerſi perfectioni conferens & toti ſecundum ſeipſum, non imperfectum eſſe largiens. 1.p.q.40.arti.2. Et 3.contra cap.4.

¶ 2 Præt. Bonum vniuerſum eſt bonum ordinis: ſed in vniuerſo



malum eſt ordinatum. vnde dicitur in litera quòd malum bene ordinatum,& ſuo loco poſitum, eminentius commendat bona. ergo malum eſt de perfectione vniuerſi.

¶ 3 Præt. Illud ſine quo multę perfectiones vniuerſo deeſſent, ad perfectionem vniuerſi confert: ſed malum eſt huiuſmodi. ſi enim corruptio elementorum nõ eſſet, non eſſet forma miſti, neque anima in corpore miſto, & ſi nõ eſſet perſecutio, non eſſet patientia martyrum, & ſi nõ eſſet miſeria, non eſſet miſericordia. ergo &c.

D.45. ¶ 4 Præt. Omnis ratio bonitatis cõfert ad vniuerſi perfectionem: ſed ſi malum non eſſet, aliqua ratio bonitatis vniuerſo deeſſet, ſcilicet bonitas cõparationis, qua bonum commẽdatur per comparationem ad malum. ergo malum eſt de ꝑfectione vniuerſi.

¶ 5 SED CONTRA. Quicquid eſt de perfectione vniuerſi eſt vel exiſtẽs ſicut ſubſtantia, vel in exiſtẽtibus ſicut accidentia, ſed malum non eſt huiuſmodi, vt Diony. probat. ergo non eſt de perfectione vniuerſi. Vbi ſupra.

¶ 6 Præt. Illud, ſine quo vniuerſum melius eſſet, nõ confert ad perfectionem vniuerſi, ſed ſi malũ nõ eſſet, vniuerſum melius eſſet, quia malum plus tollit vni, quàm addat alteri, quia ei, cuius eſt tollit bonitatem abſolutam, alteri autem addit bonitatẽ cõparationis. ergo &c.

RESPONDEO, Dicendũ, quòd malum ꝑ ſe ad vniuerſi perfectionem nõ cõfert, illud enim per ſe confert ad perfectionem alicuius totius, quod eſt pars conſtituens ipſum, vel cauſa per ſe alicuius perfectionis ĩ ipſo, ſed malum nõ eſt pars vniuerſi, qa neque habet naturam ſubſtantiæ, neque accidentis, ſed priuationis tantum, vt Diony. dicit. nec iterum per ſe aliquod bonum cauſat: ſed per accidens cõfert ad vniuerſi perfectionem, inquantum coniungitur alicui, quod eſt de perfectione vniuerſi. Hoc autem poteſt eſſe, vel per antecedens malum, vel conſequens. Antecedens, ſicut natura quæ quandoque deficit, & quandoque non, vt liberum arbitrium hominis, & ſine tali natura ex cuius defectu incidit malum, non eſſet vniuerſum perfectum in omnibus gradibus bonitatis. conſequens autem eſt illud bonum, quod occaſionatur ex malo, quod eſt decor reſultans in bonum ex comparatione mali, vel aliqua perfectio, ad quam materialiter malum ſe habet, ſicut perſecutio ad patientiam, vel aliis infinitis modis, quia cauſæ per accidens infinitæ ſunt ſecundum Philoſophum in ſecundo Phyſicorum.

Cap.96.tomo.3. Cap.4.11. ſupra. Text.50.

A ¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd Dionyſ. concludit hoc ducendo ad impoſſibile, & ideo relinquit hoc quaſi pro inconuenienti, quòd malum per ſe ſit de perfectione vniuerſi. Ca.4.de diui.no.

¶ Ad ſecũdum dicendum, ꝙ illud bonum ordinis, quo malum ordinatum eſt, non eſt in eo in quo eſt malum, ſed in altero, ſicut ſęuitia tyranni ordinatur per patiẽtiam, quæ eſt in martyrio, vel in eodem iam altero, ſicut habitualis, quæ reſultat ex præcedenti peccato in eo, qui ꝑ pœnitentiam iam alter effectus eſt, quia iuſtus ordinat peccatum præcedens in eodem, vnde malum non confert ad perfectionem vniuerſi, niſi per accidens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illas perfectiones non per ſe adducit malum, ſed conſequuntur illud per accidens, & iõ ratio non procedit.

¶ Et ſimiliter dicendum ad quartum. Sciendum tamen, ꝙ & ſi nullum malum eſſet, adhuc poſſet eẽ bonitas comparationis magis boni ad minus bonum, quãuis enim minus bonum careat aliqua perfectione quæ eſt in magis bono, non tamẽ oportet quòd ſit malum, quia malum conſiſtit in priuatione eius, quod eſt debitum, & natum haberi, ſicut eſt cecitas.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd intentio Diony. eſt dicere ꝙ malum non ſit aliqđ poſitiue, neq; vt per ſe ſubſiſtens, neque vt ĩ alio ens, & ex hoc poteſt oſtẽdi, quòd non pertineat per ſe ad perfectionem vniuerſi, ſed per accidens pertinere nihil ꝓhibet. Vbi ſupra. Ioan.1.

¶ Ad ſextum dicendum, quod de omnibus malis vniuerſaliter verum eſt, ꝙ ſi non permitterentur eſſe, vniuerſum imperfectius eſſet, E quia non eſſent naturæ illę, ex quarum conditione eſt, vt deficere poſſint, quibus ſubtractis vniuerſum imperfectius eſſet, non impletis omnibus gradibus bonitatis. Sed aliqua mala ſunt, quæ ſi non eſſent, vniuerſum eſſet imperfectius, illa ſcilicet, ad quæ conſequitur maior perfectio, quàm illud quod priuatur, ſicut eſt corruptio elementorum, ad quam ſequitur miſtio, & formæ miſtorum nobiliores formis elementorum. Quædam vero mala ſunt, quæ ſi non eſſent, vniuerſum perfectius eſſet, illa ſcilicet, quibus maiores perfectiones priuantur quàm in alio acquirantur, ſicut præcipue eſt in malis culpæ, quæ ab vno priuant gratiam & gloriam, & alteri conferunt bonum comparationis, vel aliquam rationem perfectionis, qua etiam non habita, poſſet perfectio vltima haberi, ſicut ſine patientiæ actu in perſecutionibus illatis, poteſt aliquis ad vitam æternam peruenire.

qui, quod volumus, quandoque non valemus. Sed quia omnipotens eſt, & in nullo impotẽs, certum eſt, non poſſe fieri mala vel eſſe, niſi eo volente. Quomodo enim inuito eo & nolente, poſſet ab aliquo malum fieri, cum ſcriptum ſit, Voluntati eius quis reſiſtet? Supra etiã dixit Augu. quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit. Sed vult mala fieri, aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt: fiunt autem, vult ergo fieri. Item, Bonum eſt mala eẽ, vel fieri, alioquin ſumme bonus non permitteret ea fieri. Vnde Aug. in Enchi. Quãuis ea, ĩquit, quę mala ſunt, inquantum mala ſunt, non ſunt bona, tamen vt non ſolum bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nã niſi eſſet hoc bonum, vt eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotenti bono, cui proculdubio quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod nõ vult eſſe non ſinere. Hæc niſi credamus, periclitatur noſtra confeſsio, qua nos in patrem omnipotentẽ credere confitemur. Ecce hic aperte habes, ꝙ bonum eſt mala eſſe: omnis autem boni Deus author eſt, qui vult omne bonũ eſſe, quod eſt.

Cum ergo bonum ſit mala fieri, vel eſſe. ergo & mala vult fieri, vel eſſe. His atque alijs huiuſmodi rationibus, & authoritatibus vtuntur, qui dicunt Deum velle mala eſſe, vel fieri.

*Hic ponit rationes illorum, qui dicunt Dei uoluntate non fieri mala, uel non eſſe.*

B ILli vero, qui dicũt Dei voluntate mala nõ fieri, vel nõ eſſe, inductionibus præmiſsis ita reſpondẽt, dicentes, Deum nec velle mala fieri, nec velle non fieri, vel nolle fieri: ſed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri, vel eſſe, faceret vtique ea fieri vel eſſe, et ita eſſet author malorum. Non eſt autem author malorum, vt ſanctorum proteſtantur authoritates, nõ ergo eius voluntate fiunt mala. Item: ſi nollet mala fieri, C vel vellet non fieri, & tamen fierent, omnipotens non eſſet, cum eius voluntas hũmanæ voluntatis effectu impediretur. Ideoque non cõcedunt Deum velle mala fieri, ne malorum author intelligatur, nec concedunt eum velle mala non fieri, vel nolle fieri, ne impotens eſſe videatur, ſed tantum dicunt eum non velle mala fieri, vt non author, ſed permiſſor malorum monſtretur. Vnde D & Euangeliſta vbi oſtẽdit Deũ authorem eſſe omnium bonorum dicens. Omnia per ipſum facta ſunt, conſequenter malorum authorem eſſe negat di. Et ſine ipſo factum eſt nihil, ideſt peccatum. Non dixit per eum factum eſſe, vel eo nolente, & inuito, ſed tantum ſine eo, ideſt ſine eius voluntate, quia non eius voluntate ſit peccatum, non ergo Deo volente vel nolente, ſed nõ volẽte

Vnde ſi nullus homo peccaſſet, vniuerſum genus humanum melius foret, quia etiam & ſi directe ſalus vnius occaſionetur ex culpa alterius, tamen ſine illa culpa ſalutem cõſequi poſſet, nec tamen hęc mala, neque illa per ſe ad perfectionem faciunt vniuerſi, quia perfectionum non ſunt cauſæ, ſed occaſiones.

F mittere mala fieri, vult etiam bonum conſequens ex quo malum ordinatur, ex quo ſequitur, quòd velit mala facta ordinare, non autem quòd velit ea fieri.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd decor diuinæ ſapientiæ apparet in permiſſione malorum & ordinatione, quorum vtrumque vult De⁹, ſed non malum fieri, quod ſecundum ſe dicit receſſum a decore ſpeciei exemplaris primi.

ARTIC. IIII.

*d Vtrum Deus uelit mala fieri.*

1. p. q. 19. art. 9. Et 1. cont. c. 95.

AD QVARTUM ſic proceditur. Videtur ꝙ Deus velit mala fieri, quia ſecundum Senecam. Sapientis non eſt turbari, ſed magis gaudere in infortunijs, in quibus bonum virtutis ſuæ præcipue apparet, quod etiam Philoſophus in primo Ethi. de fęlice innuit: ſed Deus eſt ſapientiſſimus & fęliciſſimus, cum ergo decor iuſtitiæ & ſapientiæ ſuæ appareat in malis quæ fiunt, videtur quòd Deus velit mala fieri.

ad Lucillũ. Epiſto. 17.

Cap. 14.

† In Enchi. c. 96. to. 3.

¶ 2 Præt. Mala fieri & non fieri ſunt oppoſita ſecundum affirmationem & negationem, ſed inter talia oppoſita non cadit medium, cum igitur hęc ſit falſa. Deus vult mala nõ fieri, vt communiter cõcedit̃, vĩ quòd hæc ſit vera, Deus vult mala fieri.

Cap. 2.

¶ 3 Præt. Nullius ſapientis voluntas eſt impoſſibilium: ſed impoſſibile eſt, quin remoto hoc, quod eſt mala nõ fieri, ſequatur mala fieri. cum igitur a voluntate Dei remoueatur hoc, quòd eſt mala non fieri, quia Deus nõ vult mala nõ fieri, videtur ꝙ neceſſario velit mala fieri.

Cap. 27.

Rom. 8.

¶ 4 Pręt. Sicut De⁹ eſt author gratię, ita eſt & author naturę, & ſicut culpa eſt priuatio boni gratiæ, ita & pœna eſt priuatio boni naturę ſecundum Aug. cum igitur Deus velit pœnas inferri, videtur ꝙ eadem ratione velit mala culpę fieri.

Lib. 83. qõ. q 3. tom. 4. Et ĩ multis alijs locis.

Sed contra. Voluntas non niſi finis eſt & eorum q̃ ordinantur in finem, ſed mala non fiunt niſi per deordinationem a fine. ergo Deus non vult mala fieri.

¶ 2 Præt. Quicunque conformat voluntatem ſuam voluntati Dei, non peccat: ſed quilibet peccator eoipſo peccat, ꝙ vult a ſe mala fieri. ergo in hoc voluntatem ſuam diuinæ non conformat. ergo Deus non vult mala fieri.

Respondeo, Dicendum quòd cum voluntas Dei ſit cauſa bonorum omnium, & omnium ſuorum volitorum, hoc modo ſe habet aliquid ad hoc, quòd ſit volitum a Deo, ſicut ſe habet ad hoc, quòd ſit bonum. Vnde cum malum fieri ſecundum ſe non ſit bonum, vt dictum eſt, non erit per ſe volitum a Deo, ſed vtrumque bonum ſibi coniunctum eſt bonum, & a Deo volitum, ſcilicet & antecedens, quod eſt conditio naturæ potentis deficere, quam Deus in tali conditione inſtituit, & cõſeruat. vnde dicitur, quòd non vult mala fieri, ſed vult per-

Ar. ãnti.

fiunt mala: quia nõ ſubeſt Dei voluntati, vt malum fiat, vel non fiat: ſed vt fieri ſinat: quia bonum eſt ſinere mala fieri, & vtique volens ſinit non volens mala, ſed volens ſinere ſinit, vt ipſa fiant: quia nec mala ſunt bona, nec ea fieri vel eſſe bonum eſt. G

*b Quomodo intelligendum ſit illud Auguſtini: mala fieri bonum eſt.*

QVòd vero Auguſt. ait: mala fieri bonum eſt, nec ſineretur mala ab omnipotẽti bono fieri, niſi hoc eſſet bonum, vt ea eſſent, ea ratione dictum eſſe aſſerunt, quia ex malis quæ fiunt, Deus bona H elicit, nec ipſe permitteret ea fieri, niſi de eis boni aliquid faceret. Vnde Auguſt. in eodem lib. Ench. aperte indicans prędictorum verborum talem eſſe intelligentiam ait. Deus omnipotens, cui rerum eſt ſumma poteſtas, cum ſumme bonus ſit, nullo modo ſineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Item in eodem. Melius I iudicauit Deus de malis bona facere, quàm malla nulla permittere. Ex hoc itaque ſenſu dictum eſt, ac verum eſt: bonũ eſt mala fieri, quia ex malis quę fiunt bonis, qui ſecundum ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti: accidit bonitas, ideſt vtilitas. Talibus enim, vt ait Apoſtolus, in bonum cooperantur omnia ẽt mala, quia eis proſunt, quæ alijs facientibus obſunt. Vnde etiam aliquãdo in ſcriptura legitur malum appellari bonum, vt Hierony. ſuper Marcum. Malum, inquit, Iudę bonum fuit, ſ. nobis, nec ſi bonum eſt illi, vel illi: inde ſequitur quòd ſimpliciter bonum ſit, proprie enim ac ſimpliciter bonum eſt, quod in ſe & facienti bonum eſt.

*Quadripartita boni acceptio.*

EST enim aliquid quod in ſe bonum eſt, & cui fit, ſed non eſt bonum facienti, vt cum ſubuenitur pauperi, ſed non propter Deum, & eſt aliquid bonum in ſe & facienti, ſed non ei cui fit, vt cum veritas propter Deum alicui non obedienti p̄dicatur, & eſt alquid in ſe & facienti, & ei cui fit bonum, vt cũ veritas prædicatur propter Deum credenti. Vnde Apoſtolus. Bonus odor ſum⁹ Deo, alijs odor vitæ, alijs odor mortis. Eſt autẽ aliud quod nec in ſe bonum eſt, & facienti nocet & damnat, niſi pœniteat, vt malum, valet tamen ad aliquid. Vt enim ait Auguſt. in Ench. A ſumme, & æqualiter, & immutabiliter bona trinitate creata ſunt omnia, nec ſumme, nec æqualiter, nec mutabiler bona, ſed tamen bona etiam ſingula. Simul vero vniuerſa valde bona. Quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malũ dicitur, bene

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd quàmuis fieri & non fieri mala ſint oppoſita per affirmationem, & per negationem, non tamen hęc duo velle fieri, & velle non fieri cõtradictorie opponũtur, quia vtrumque eſt affirmatiuum, actu voluntatis in vtroque affirmato. Vnde neutra concedenda eſt, neque ipſum velle mala fieri, neq; velle non fieri, ſed non velle fieri, quod eſt negatiuum, non autem velle fieri, quia hic remanet act⁹ voluntatis affirmatus, & negatio fertur ad volitum, ſicut & in toto cõdeclinio ei⁹. vnde idem eſt nolle fieri, & velle nõ fieri.

2. Cor. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mala culpę nõ fieri vult De⁹ voluntate antecedẽte, non autem voluntate conſequente, niſi de illis quos ſcit mala non velle facere, quia voluntas conſequens recipit cõditionem creaturę. Nec tamen ſequitur, quòd voluntate conſequente velit mala fieri, ſed vult permittere mala fieri, nec tamen impoſſibile vult: qa non vult, vt ſimul mala fiant, & non fiant, vel quòd neutrum eorum ſit vnũ, ſicut obiectio procedebat. Fieri enim mala, & mala non fieri ſunt contradictorie oppoſita, & ideo inter ea non poteſt eſſe medium, ſed velle mala fieri & velle non fieri, non ſunt contradictoria, & ideo non eſt neceſſe alterum eſſe verum. K

Cap. 10.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut malum oppoſitum gratiæ non eſt volitum a Deo, ita nec malum oppoſitum naturę, ſed tamen ordinem vnius ad alterum vult: hic autem ordo importatur in ratione pœnę, & ideo pœnam vult inferri, ſed culpam non vult fieri, quia in culpa ſignificatur malum, ſecundũ quòd exit a cauſa deficiente, & non ſecundum ꝙ ordinatur a Deo ordinante.

Expoſitio



EXPOSITIO TEXTVS.

NON quia nullus hominũ eſt &c.} Hoc intelligitur de lumine gratiæ. ſi autem de lumine naturalis intellectus intelligatur, ſic abſolute omnem hominem illuminat, quia ſecundum Ambro. omne verum a quocunque dicatur a ſpiritu ſancto eſt. {Eſt enim aliquid, qđ in ſe &c.} Ratio huius diſtinctionis eſt hic, quia ſm Diony. bonum conſtat ex vna cauſa perfecta: ſed malum omnifariam cõtingit ex particularibus defectibus.

Ambr. ſup. cap. 12. pri. Cor. circa illud pp ꝙ Notum facio. to. 4.

† a. 9. to. 7.

Dio. c. 4. de di. no.

Ad hoc ergo, quòd aliquis actus ſit abſolute bonus, oportet, quòd congregetur bonitas obiecti, a qua actus eſt bonus in ſe, vt dare elemoſynã vel aliquid huiuſmodi, & bonum ex parte agẽtis, vt. ſ. benefaciat, & hoc includit tria ſecũdum Philoſophum in 2. Ethicorum. ſ. voluntatem vel electionẽ, & debitum finem, & firmitatem in opere ad minus in propoſito: & hoc ſufficit ad hoc ꝙ actus abſolute bonus dicatur. Sed in actibus, qui ad alium ordinantur oportet tertium ad eſſe ad perfectionem bonitatis, vt in eo, ad quem fit, effectũ bonitatis conſequatur. Et ex hoc ſumitur quadruplex diuiſio boni, quæ hic ponitur. Quòd quoddam eſt, quod habet hæc tria. ſ. ꝙ eſt bonum in ſe & facienti & cui fit, & hoc eſt ſecundum ſe & ſimpl'r & perfectum bonũ. Aliquid autem eſt, quod habet duo ex his, ſcilicet quòd eſt in ſe bonum & faciẽti: ſed non ei cui fit, & hoc eſt ſimpliciter bonum: ſed non perfectum. Et aliquid habet alia duo, ſcilicet ꝙ eſt bonum in ſe, & cui fit: ſed non facienti, & hoc non ſimpliciter bonum eſt: ſed eſt per ſe bonum. Aliud autem eſt quod habet

† li. 13. c. 16. to. 3.

† Iob. 1. Corin. 12.

Cap. 3.

† q. 3. to. 4.

ordinatum & loco ſuo poſitũ, eminentius cõmendat bona, vt magis placeãt, & laudabiliora ſint dum comparantur malis.

*Quòd mala uniuerſitati valent, & facientibus ſua propria, vel patientibus aliena proſunt electis tamen.*

C

HInc patet, ꝙ ex malis quę fiũt, aliquod prouenit bonũ, dum bona magis placent, & laudabiliora exiſtunt. Ipſis etiam facientibus ex malis, quæ faciunt interdum bona proueniunt, ſi ſecundum ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti. Talibus. n. vt ait Aug. in li. de correctione & gratia, vſq; adeo Deus oĩa cooperatur in bonum, vt ſiqui horum deuiãt & exorbitãt, etiam hoc ipſum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atq; doctiores vt Petrus. Illa etiam mala, quæ ab iniquis fideles pie pferunt, vt ait Aug. in li. de tri. ipſis vtiq; proſunt, vel ad delẽda peccata, vel ad exercendam probandamq; iuſtitiam, vel ad demonſtrandam huius vitę miſeriam. Ideoq; & Iob Dei manum, & Apoſtolus ſathanę ſtimulum ſenſit, & vterque bene profecit, qa malũ bñ portauit.

*Ex prædictis concludit oſtendens eſſe bonum fieri mala, multis modis.*

SIquis igitur diligenter attendat, quę ſcripta ſunt, facile eſt ei percipere ex malis bona prouenire, & ex ea ratione dictum eſſe, ꝙ bonum eſt mala fieri vel eſſe, non quia malum ſit bonum, vel quia bonum ſit malũ fieri. Non eſt. n. bonum malũ fieri ab aliquo, quia non eſt bonum, vt aliquis faciat malum. Si. n. hoc eſſet bonum, ꝓfecto huius Deus author eſſet, qui eſt author oĩs boni. Quòd ſi huius Deus author eſt, eo ergo authore, homo agit mala, & ita eo authore, homo fit deterior. Et ſi eo authore homo fit deterior, tũc eo volente homo fit deterior. Idem eſt. n. dicere aliquid fieri Deo authore, quod Deo volente. Deo autem authore non fit homo deterior. ergo non Deo volente, vt Auguſt. in libr. 83. quæſtio. aperte aſtruit a minori, dicens ita. Nullo ſapiente

A homine authore, ſit homo deterior. Tanta. n. eſt iſta culpa, quæ in ſapientem hominem cadere nequit. Eſt autem Deus oĩ homine ſapiente præſtantior. Multo minus ergo Deo authore fit homo deterior. Multo. n. eſt præſtantior Dei voluntas, quàm hominis ſapientia. Illo autem authore, cum dicitur, illo volente dicitur, ergo eſt vitium voluntatis humanæ, quo eſt homo deterior, quod vitiũ ſi longe abeſt a Dei voluntate, B vt ratio docet, a quo ſit quęrendũ eſt. Ecce aperte dicit Aug. Deo authore vel volente, hominem non fieri deteriorem: ſed vitio voluntatis ſuæ. Non eſt ergo Deo authore, quòd malum fit ab aliquo, & ita Deo volente mala non fiunt.

*Quòd in Deo non eſt cauſa ut ſit homo deterior.*

DEinde idem Aug. quęrens quæ ſit cauſa, vt homo ſit deterior, in Deo eam non eſſe aſſerit in eodem lib. ſic dicens. Vt ſit homo C deterior, aut in ipſo eſt, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla cauſa eſt. Si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet hoĩe, aut in eo qui neq; Deus, neque homo ſit: ſed non in Deo. (Bonorum. n. Deus tñ cauſa eſt) ergo aut in hoĩe eſt, aut in eo qđ neq; Deus neq; homo, aut in nihilo. Et ex his aperte oſtendit̃, ꝙ non eſt bonum vt ſit hõ dete D rior, qa nõ eſt Deus eius rei cã, qui tñ cauſa bonorum eſt. Et ſi non eſt bonũ, vt homo fiat deterior, non eſt ergo bonum, vt ab eo fiat malum, non ergo vult Deus, vt ab eo fiat malum.

*Aliter probat, quòd Deo authore non fiunt mala.*

ITem aliter etiam oñditur, ꝙ Deo authore, i. volente, non fiunt ma E la, quia ipſe non eſt cauſa tendendi ad non eſſe. Tendere. n. ad non eſſe, malum eſt. Ipſe aũt author mali non eſt. Tendit vero ad nõ eſſe, qui operatur malum, non ergo deo authore eſt, ꝙ aliquis operatur malum. Nõ eſt ergo bonum, ꝙ aliquis operatur malũ, quia tñ boni deus author eſt. Hoc autem Aug. in eod. lib. aperte explicat ita dicens. Qui oĩum q̃ ſunt author eſt, & ad cuius bonitatem id p-

vnum tãtum ex his, ſcilicet, ꝙ nec eſt bonum in ſe nec facienti, ſed cui fit, & hoc per accidens eſt. Quòd autem ſit bonum facienti, & non in ſe, hoc non poteſt eſſe: nihil autem eſt quod nec in ſe, nec facienti, nec alicui alteri proſit, cum omnia ordinata ſint ad bonum. {Aperte aſtruit a minori &c.} ideſt, a minori re, & non ab eo, quòd minus videt: & ideo locus negatiuus eſt, & non affirmatiuus. Vel ſumendum quod minus videtur hoc ipſum negatũ, quod eſt ſapientem hominem non eſſe authorem deteriorationis, a quo minus videtur hoc negari q̃ a Deo. {Nullo ſapiente hoĩe &c.} Videtur hoc eſſe falſũ, quia ſapientia eſt in cognitione: contingit autem contraria eorum agere quæ cognoſcuntur. Et dicẽdum, ꝙ ſapiens hic ſumitur pro virtuoſo, & modus iſte accipiendi deriuatur, vel a ſapore virtutis, vt quidam dicũt, vel verius ab opinione Socratis, qui ſecundum Philoſophum in 6. Ethicorũ. virtutes ſcientias eſſe ponebat, & nullum peccare niſi ignorantem, quãuis aliqualiter hoc verum ſit de ignorantia electionis, quæ eſt in particulari in actu conſiderato. Vel poteſt dici, ꝙ accipitur ſapiens pro prudente, ſicut etiam in diffinitione virtutis, quæ ponitur in 2. ethico. vbi dicitur, prout ſapiens determinabit. Prudens autem ſecũdum Philoſophum in 6. ethicorum non peccat, ſicut nec fortis, nec temperatus. {Deinde idem Auguſt. &c.} Hæc ratio differt a præcedenti, quia hæc procedit ex ratione bonitatis: ſed præcedens ex authoritate diuina, qa non eſt author malorum. {Non eſt cã tendendi ad non eſſe.} Contra. Deut. 32. ego occidam &c. Et dicendum, quod non eſſe nunquam eſt

† vbi ſup.

† lib. 38. q. q. 4. to. 4.

cap. 18.

cap. 5.

cap. 16.

† Vbi ſupra q. 21.

D. 782.

eſt per ſe intentum ab aliquo agente: ſed eſſe aliquod ad quod conſequitur non eſſe quoddam, ſicut ad eſſe ignem ſequitur nō eſſe aerem, ita & Deus vult eſſe ordinem iuſtitię & naturæ in rebus, ad quem ſequitur corruptio & punitio quorũdam. {Tendit vero ad non eſſe qui operatur malum.} Contra, malum nihil exiſtentium corrumpi, ſecundũ Dio. & ita non videtur, ꝙ peccans ad non eſſe tendat. Ad quod dicendum, ꝙ malũ priuatio eſt, & omnis priuatio eſt non eſſe quoddam, quamuis priuationi ſem ꝑ ſubſternat̃ aliquod eſſe. vnde qui peccat, tendit in non eſſe gratię, qua priuatur, nō autem in non eſſe naturæ.

cap. 4. de di. nomi.

DISTIN. XLVII.

DIVISIO TEXTVS.

REMOTIS quibuſdam ex quibus videbatur tolli efficacia diuinæ voluntatis, hic oſtendit eam efficacem eſſe, & diuiditur in partes duas. In prima, oſtendit diuinam volũtatem ſemper efficaciter īpleri. In ſecunda, exponit quædam dubia in authoritate ꝑ quam propoſitũ probauit. ibi {Sed attendendum eſt diligenter &c.} Vbi tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo, ponit ſolutionē. ibi {Verum vt ſupra diximus &c.} Tertio, cōcludit propoſitum. ibi {Ex prædictis liquet &c.}

† q. 1. to. 4

QVAEST. I.

A

Hic quæruntur quatuor.

Primo. Vtrum voluntas beneplaciti ſemper efficaciter īpleatur.

Secundo. Vtrum ꝓter voluntatē eius aliquid fiat.

Tertio. Vtrum illud quod fit præter eius voluntatem voluntati ipſius obſequatur.

Quarto. Vtrum illud quod eſt præter eius voluntatem, poſſit præcepto eius ſubiacere.

† vbi ſup. pri. Cor. 12 Ambr. ſup. c. 21. primæ cor. ibi. ꝑ quod notũ facio to. 4.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum uoluntas diuina ſemper efficaciter impleatur.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃, ꝙ voluntas diuina non ſemper efficaciter impleatur. Cauſa.n. quæ ad vtrũlibet ſe habet, non eſt efficax in productione effectus: ſed diuina voluntas eſt ad vtrumlibet, quia quod poteſt velle, poteſt non velle: ergo &c.

1. par. q. 19. art. 6.

¶ 2 Præt. Omnis cauſæ, cuius effectus impediri non pōt, effectus eſt neceſſarius. Si ergo voluntas diuina adeo eſt efficax, ꝙ

F impediri non poſſit, effectus eius erit neceſſarius: ſed omniũ cā eſt voluntas diuina: vt ſupra habitum eſt. ergo omnia ex neceſſitate contingunt, quod eſt impoſſibile. ergo & primum.

Diſt. 45. q. vnica Ar. 3.

¶ 3 Præt. Ois cauſa prima, quæ producit effectum mediante cā ſecunda, quæ impediri poteſt, non producit efficaciter effectum ſuum: ſicut motus ſolis eſt cā pullulationis arborum mediāte virtute generatiua arboris, quę deficere pōt, vnde & effectus efficaciter nō ꝓducitur, nec demonſtrari pōt ex cā prima: ſed volũtas Dei eſt cā prima non excludens cās ſecũdas, quæ deficere pñt. ergo vr̃, ꝙ non efficaciter ꝓducat effectũ.

¶ 4 Præt. Quicquid modo vult Deus, ab ęterno voluit: ſed ab æterno nō voluit facere niſi qđ facit. ergo cum non poſſit facere, niſi ꝙ vult, aľs voluntas ſua nō eſſet efficax, videtur ſequi, ꝙ non poſſit facere niſi quod facit, quòd falſum eſt. ergo & primum, ex quo ſequitur.

SED CONTRA. Nulla cā impeditur, niſi ab aliquo fortiori agēte: ſed nihil eſt fortius diuina voluntate. ergo impediri non poteſt.

¶ Præt. Ex hoc, ꝙ voluntas non conſequitur volitum, ſeqr̃ diminutio gaudij: deus eſt fęliciſſimus, cuius gaudium eſt ꝑfectiſſimum. ergo nũquàm volitum eius deficit quin ſit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ quicquid vult Deus voluntate conſequente totum fit, nō autem quicquid vult voluntate antecedente, qa hoc non ſimpľr vult etiā perfecte: ſed ſcđm quid tm̃, nec iſta imperfectio eſt ex parte voluntatis: ſed ex cōditione voliti. Eſt.n. econtrario de voluntate & cognitione ſpeculatiua, cognitio.n. ſpeculatiua ꝑficitur in abſtractione a ſingularibus: ſed voluntas, & quicquid aliud eſt ordinatum ad opus, perficitur in particulari, circa qđ eſt operatio. illud ergo eſt ſimpľr & perfecte volitum, qđ ſubiacet voluntati, ſcđm oēs particulares condōnes circũſtantes ipſum particulare, & hoc pertinet ad voluntatem cōſequentem, quæ reſpicit opera & diſpōnes, quibus aliquis ſufficienter ordinatur ad hoc, ꝙ ſit ſibi conueniens debitum hoc, qđ dr̃ Deus velle, vt ſaltē vel ad huiuſmodi: & ideo talis volũtas non pōt impediri, ſicut nec præſcientia cui ſubiicitur res, ſcđm illas condōnes, qbus in actu cōſiſtit. Illud aũt, quod eſt rectum & bonum, ſcđm aliquā conditionē rei vľem conſideratam, non habet rōnem voliti ſimpliciter, ſed ſcđm quid tm̃: ſicut iſtũ hoiem, inquātum eſt homo, non eſt niſi bonum ſaluari, eo ꝙ natura ſua ad hoc eſt ordinata, & hoc Deus vult voluntate antecedente, ſcđm quam non dicit̃ aliquid velle ſimpľr: & ideo talis voluntas poteſt non impleri,

† Ex lib. 22. de ciui. Dei c. 1. to. 5.

† Cap. 100. per totum. to. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd voluntas Dei ſe habet ad vtrumlibet, non per modum mutabilitatis, vt poſſit aliquid prius velle & poſtmodum nolle: ſed potius per modum libertatis, quia actus voluntatis ſuæ ſemper eſt in poteſtate eius: & ideo iſta duo ſunt incompoſſibilia, vt prius velit aliquid, & poſtmodum nolit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ q̃uis voluntas Dei ſit immutabilis & inuincibilis: non tñ ſequit̃, ꝙ oīs effectus eius ſit neceſſarius neceſſitate abſoluta, quam habet res a cā ſua ꝓxima: ſed ſolum neceſſitate conditionata, ſicut & de præſcientia dictum eſt.

Diſt. 38. q. vni. Art. 5.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ voluntati diuinę non ſolũ ſubiacet expletio effect⁹: ſed etiam oīum cauſarum ꝓcedentium ordo ſcđm illas conditiones, quibus determinantur ad effectũ ſine defectu, vt ꝙ talis volens & merens ſalutem ſaluetur: voluntati.n. conſequēti ſubiicitur effectus cum oīb⁹ cauſis ſuis, ſcđm quòd ſunt non impedite.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Deus nihil poteſt facere, qđ nō eſſet volitũ ab eo ſi fieret: tamē in poteſtate ſua multa ſũt, quæ modo nec volita ſunt, nec bona ſunt, quia non ſunt, nec vnq̃ erunt.

ARTIC. II.

b *Vtrum nihil fiat præter Dei uoluntatem.*

† pſal. 110.

AD SECVNDUM ſic proceditr̃. Vr̃, ꝙ nihil fiat præter Dei voluntatē. Dicit.n. dñs Mat. 12. Qui non eſt mecũ contra me eſt. ergo qđ eſt ꝓter volũtatē Dei, ē cōtra ipsā: ſed nihil fit contra Dei volũtatē. aľs volũtas Dei vinceret̃. ergo & ꝓter eā nihil fit.

¶ 2 Præt. Potentius eſt illud contra quod, & ꝓter quod nihil pōt fieri, q̃ illud, præter quod aliquid fieri poteſt: ſed voluntas Dei eſt potentiſſima. ergo præter eam nihil fit.

¶ 3 Præt. Permiſſio minimum habet de rōne voluntatis: ſed præter eius ꝑmiſſionem nihil fit. vt in litera dr̃. ergo multo minus ꝓter voluntatē bñplaciti, vel ꝓter alia ſigna voluntatis.

¶ 4 Præt. Aug. dicit in lib. de ciui. Dei, ꝙ ad innocentis offm̃ pertinet, non ſolum nemini mala facere, ſed & peccata prohibere: ſed præter eius voluntatem, qui omnia bona vult nihil poteſt fieri niſi peccatum. cum ergo Deus ſit innocentiſſimus, videtur, ꝙ ad ipſum pertineat non permittere: ſed impedire omne, quod eſt præter eius voluntatem.

Lib. 19. c. 16. to. 5.

SED CONTRA eſt quod in litera dicitur.

¶ Præt. Videmus multa fieri, quæ non vult fieri, vt ſupra habitum eſt. ergo fiunt multa pręter eius voluntatem.

Diſt. 46. q. vni. Art. 4.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ fieri aliquid præter volũtatem eſt dupľr. Aut ꝙ voluntas ſit de oppoſito, & hoc eſt non

A tm̃ præter voluntatē, ſed etiā contra voluntatē: aut ita ꝙ voluntas nec ſit de hoc, nec de oppoſito, & hoc eſt ꝓter voluntatem, ſed non contra: poſſumus ergo loqui de voluntate vel beneplaciti, vel ſigni, & de voluntate beneplaciti, vel conſequente, vel antecedente. Loquendo ergo de voluntate bñplaciti conſequente, aliquid fit præter eam, ſed non contra eam: qa totũ implet̃ quod voluntate cōſequente vult, vt dictum eſt: ſed oppoſitum eius quod vult voluntate añte fieri pōt, cum non ſemꝑ impleatur: & ideo & præter eam & cōtra eā fieri pōt. Signa autem voluntatis quæ dā rńdent voluntati añti, vt ꝓceptũ, cōſiliũ, & ꝓhibō, quibus oibus ordinatur rōnalis natura in ſalutem, qđ eſt voluntatis antecedētis. Vñ & ꝓter eam, & cōtra eam fieri pōt. Sed alia duo ſigna. ſ. permiſſio & opatio, reſpondent voluntati conſequenti, ſed diuerſimode, qa operatio ꝑtinet ad ipſum effectum, de quo eſt voluntas conſequēs: & ideo ſicut non poteſt aliquid fieri cōtra voluntatē conſequentem, ſed præter eam, ita nec contra operationē, ſed præter eā. Non.n. poteſt eſſe oppoſitum eius, quod Deus operat̃, quia ſic oppoſita ſimul eſſēt. Sed multa fiũt, q̃ Deus nō operatur. Sed permiſſio ꝑtinet vel ad eam, q̃ voluntati conſequēti ſubiicit̃, vt ſit potens deficere & non deficere, cuius tñ effectus. ſ. deficere non pertinet ad voluntatem conſequentem, neq; antecedentem: ſed tñ ꝑtinet ad cām illam, cuius eſt permiſſio facultatē reſpiciēs. Vnde præter ꝑmiſſionem non ſit, quod ſit præter voluntatē conſequentem. vnde præter ꝑmiſſionem nihil poteſt fieri, nec contra eā: tñ pōt fieri oppoſitum eius, quod permiſſum eſt, quod tñ ſit ſcđm permiſſionem, quia permiſſio reſpicit potentiam cauſę ad vtrũque oppoſitorum ſe habentem. vnde neutrum oppoſitorum contra permiſſionem eſt: ſed vtrunque eſt ſecundum eam.

Art. añti.

† D. 45.

† D. 45.

† ps. 16. to. 8.

E

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illi qui non ſunt cum Deo quantum in eis eſt, contra Deum ſunt, inquantum contrariantur voluntati antecedenti diuinæ: nihil tamen contra voluntatem conſequentem faciunt, ſed præter eam: non tamen præter permiſſionem.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt ex impotentia diuinæ voluntatis, quod aliquid præter eam fiat: ſed ex ordine ſapientiæ eius, quæ rebus potentiam ad vtrumlibet contulit, & hoc eſt bonum, & Deus vult voluntate conſequente.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ permiſſio reſpicit potentiam cauſæ, quæ ſe habet ad vtrunque: & ideo quicquid fiat, non fit præter eam. vnde hic non contingit ex proximitate ad voluntatem beneplaciti, vt obiectio innuebat.

¶ Ad

---

tinet vt ſit oē quod eſt, boni tãtũmodo cā eſt. Quocirca, mali author non eſt: & ideo ipſe ſummum bonum eſt, a quo in nullo deficere bonum eſt, & malũ eſt deficere. Non eſt ergo cā deficiendi, i. tendendi ad non eſſe, qui vt ita dicam, eſſendi cauſa eſt, qa omniũ, quæ ſunt author eſt, quę inquantum ſunt, bona ſunt. Ecce aperte habes, ꝙ deficere a Deo, qui ſummum eſt bonum, malum eſt. Mala ergo facere malum eſt, non ergo Deo authore, vel volente mala fiũt.

*Obiectio quorundam ſophiſtica, qua probare nituntur ex Deo eſſe, quòd mala fiant.*

IAm ſufficienter oſtenſum eſt, ꝙ Deo authore non fiũt mala. Quidam tñ ſophiſtice incedentes, & ideo Deo odibiles ꝓbare conantur ex Deo authore eſſe, ꝙ mala fiunt hoc mō. Quòd mala fiunt verũ eſt. Omne aũt verum qđ eſt, a veritate eſt, q̃ De⁹ eſt. a Deo ergo eſt, ꝙ mala fiũt. Quòd aũt oē verum a Deo ſit, confirmant authoritate Aug. in lib. 83. q̃onum ita dicentis. Oē verum, a veritate verum ē. eſt aũt veritas Deus. Deũ ergo habet authorem oē verum. Eſt aũt verũ, ꝙ mala fiunt vel ſunt. Deo ergo authore eſt, ꝙ ſunt vel fiunt mala.

G

H

*Reſponſio vbi concedit omne verum eſſe a Deo, & ſophiſma aperit.*

QVibus facile eſt nobis rńdere: ſed indignũ rńſione videt̃ qđ dicunt. oē nāq; verum a deo eſt: vt ait Aug. cui conſonat Amb. q tractans illud verbũ Apoſtoli. Nemo pōt dicere dñs Ieſus, niſi in ſpũ ſctō dicit, ꝙ oē verũ a quocũq; dicitur a ſpiritu ſancto eſt. Cum itaque verum ſit, ꝙ mala fiũt, hoc verum qđ dicitur illa locutione. ſ. mala fiunt, a Deo eſt: ſed non inde ſequitur, ꝙ a Deo ſit, vt mala fiant. Si.n. hoc diceretur, author malorũ deus eſſe intelligeretur, qđ ex ſimili manifeſte falſum oſtenditur. Deus prohibet furtum fieri: ſed furtum fieri verum eſt. ergo prohibet verum, non ſequit̃.

I

K

*Partem quæſtionis approbat illorum, qui dicunt, Deum non uelle mala fieri.*

HEc igitur & alia huiuſmodi inania relinquē tes, ꝑmiſſa q̃onis parti ſaniori fauētes, quæ ſanctorũ teſtimonijs plenī⁹ approbatur dicamus, Deum nō velle mala fieri, nec tñ velle non fieri, neq; nolle fieri. Omne ergo qđ vult fieri fit, & oē qđ vult non fieri, non fit. Fiunt aũt multa, quę nō vult fieri, vt omnia mala.

DISTIN. XLVII.

A

*Quòd uoluntas Dei ſemper impletur de homine quocunq; ſe uertat.*

VOluntas quippe Dei ſic efficax eſt, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine ſemꝑ impletur, quocũq; ſe vertat. Nihil n. vt ait Aug. in lib. đ lib. arb. conſtitutũ ſuperat voluntatem Dei, & ſi faciat cōtra eius voluntatē: tamē cōtra eius voluntatē, quæ ipſe eſt, nihil putandum eſt ita fieri, tanq̃ velit fieri, & nō fiat, vel nolit fieri, & fiat. Illa.n. voluntas: vt ait Aug. in Ench. ſemꝑ impletur, aut de nobis, aut a nobis. De nobis impletur, ſed tamen non implem⁹ eam qñ peccamus. A nobis impletur, qñ bonum: ideo.n. facimus qa ſcimus placere deo. Ita & de hoīe, ſemper Deus implet ſuam volũtatem, qa nihil facit homo, de quo Deus nō operet̃ quod vult. Non.n. vult Deus vt peccet hō quilibet. Si aũt peccauerit, pœnitenti vult parcere vt viuat, in peccatis vero ꝑſeuerantem punire, vt iuſtitiæ potētiam contumax non euadat. Sicut alios ab æterno præparauit ad pœnā, ita alios ꝓparauit ad gloriā, & hæc ſunt magna opera dñi, exquiſita in oēs voluntates eius. Et tam ſapienter exqſita, vt cum angelica & humana creatura peccaſſet. i. non qđ illæ, ſed qđ voluit ipſa feciſſet, ēt per eandem creaturę voluntatem, qua factũ eſt, qđ creator nō voluit, impleret ipſe, qđ voluit: bñ vtens ēt malis tanq̃ ſũme bonus, ad eorũ dānationē, quos iuſte ꝓdeſtinauit ad pęnā: & ad eorum ſalutē, quos benigne ꝓdeſtinauit ad gratiā. Quātum.n. ad ipſos attinet, qđ De⁹ noluit fecerunt, quantum vero ad oīpotentiā Dei, nullo mō id facere valuerunt. Hoc quippe ipſo ꝙ contra eius voluntatę fecerunt, de ipſis facta eſt volũtas eius. Prę terea nāq; magna dñi ſunt opera exquiſita in oēs voluntates eius, vt miro & ineffabili mō nō fiat ꝓter eius voluntatem qđ etiam fit contra eius voluntatē: qa non fieret, ſi non ſineret, nec vtiq; nolēs ſinit: ſed volens, nec ſineret bonus. fieri male: niſi oṗs ēt de malo poſſet facere bonũ bñ. His verbis euidenter monſtratur, ꝙ voluntas Dei æterna, ſemꝑ implet̃ de homine, etiam ſi faciat hō contra Dei voluntatē. Sed attendendũ eſt diligēter, qũo in ſuperioribus dr̃ fieri aliqd cōtra Dei voluntatē, quod tñ non ſit ꝓter eā, & qualiter intelligendum ſit illud, quantum ad ſe fecerũt, qđ Deus noluit, quantum vero ad oīpotentiā Dei, nullo mō id facere valuerunt. Vñr.n. iſta ſuperioribus obuiare, vbi dictũ eſt, voluntati eius nihil reſiſtere.

B

*Hic aperit diuerſis modis ſupra accipi Dei uoluntatem.*

VErum (vt ſupra diximus) voluntas Dei diuerſis modis accipit̃, ę̃ diuerſitas in prędictis verbis ſi diligenter notetur, nihil ibi cō tradictionis reperitur. Vbi.n. dicit non fieri præter eius voluntatem, ēt qđ fit contra eius voluntatē, diſsimiliter accepit voluntatē, & non ipſam voluntatē q̃; Deus eſt, & ſempiterna eſt: ſed eius ſigna ꝓdictis verbis intelligi voluit. i. ꝓhibōnem, ſiue ꝓceptionem, & ꝑmiſsionē. Multa.n. fiunt cōtra Dei ꝓceptum, vel ꝓhibōnem, q̃ tñ nō fiũt ꝓter eius ꝑmiſsionē. Ipſius nāq; ꝑmiſsione oīa fiunt mala q̃ tñ ꝓter eius voluntatem ſempiternam fiunt. Sicut Aug. dicit ſuꝑ illum locũ pſal. vt nō loquatur os meũ opera hoīum. Opera.n. hominũ dicit ea, q̃ mala ſunt, q̃ pręter Dei voluntatē fiunt, quę ipſe eſt: ſed non præter eius permiſsionem, quę ipſe non eſt. Appellatur tñ ipſa Dei volũtas, qa Deus volēs ſinit mala fieri. Fiũt & contra eius præceptionē, vel

C

D

¶ Ad quartum dicendum, quòd officium innocentis non eſt prohibere peccata, niſi ſecundum conditionem illorum: non enim debet ligare homines ne peccent: ſed per admonitionem prohibere: ita & Deus ſaluata conditione humanæ libertatis peccata prohibet ſuis legibus.

ARTIC. III.

b *Vtrum id, quod eſt contra voluntatem Dei, non obſequatur voluntati eius.*

prohibitionem: ſed non contra eius volūtatem, quæ ipſe eſt: niſi dicantur contra eam fieri, quia pręter eā fiunt. Cōtra eam quippe nihil ita ſit, vt velit fieri, q̄d non fiat, vel nolit fieri & fiat, q̄d euidenter ibi Aug. notauit, vbi ait.
G Quātum ad ipſos attinet, quod Deus noluit, fecerūt, quantum vero ad oīpotētiam Dei, nullo mō id facere valuerunt. ac ſi diceret: fecerunt contra Dei p̄ceptum, quod appellatur voluntas: ſed non fecerunt cōtra Dei voluntatem omnipotentem, quia hoc non valuerunt, illud valuerunt, & ita per hoc, ꝙ fecerunt contra Dei voluntatē. i. præceptum, de ipſis facta eſt volūtas eius. i. impleta eſt voluntas eius ſempiterna, q̄ eos damnari vole-
H bat. *b.* Vnde Grego. ſuper Gen. Multi voluntatē Dei peragunt, vnde mutare contendunt, & cō-ſilio eius reſiſtentes obſequunt̄, quia hoc eius diſpōni militat, q̄d ꝑ humanum ſtudiū reſultat. Hic apte oñdit, quia dū mali cōſilio, ac p̄cepto Dei reſiſtunt, q̄d volūtas Dei appellatur, ea faciunt, vnde voluntas eius, quę ipſe eſt, impletur, quæ diſpō vel beneplacitum vocatur. Nā (vt ait Aug. in Ench.) quantælibet ſint volūtates angelorum & hominum, bonorum vel malorum, vel illud, quod Deus, vel aliud volentium q̄ Deus, oīpotentis voluntas ſemper inuicta eſt, quę mala eſſe nunq̄ pōt, q̄ etiam, dum mala irrogat, iuſta eſt, & profecto quę iuſta eſt, mala non eſt. Deus ergo omnipotens ſiue per miſericordiam, cuius vult, miſereat̄, ſiue per iudicium, quē vult, obduret, nec inique aliquid facit: nec niſi volens quicq̄ facit, & omnia, quæcunq; vult, facit.

† Enchirid. c. 100. to. 3.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ illud quod eſt contra Dei voluntatem nō obſequatur voluntati eius. Voluntas. n. conſequens non contrariatur voluntati antecedenti: ſed malum q̄d eſt p̄ter voluntatē diuinam eſt contra volūtatem antecedentē. ergo voluntati conſeq̄nti nō obſeq̄t.
¶ 2 Præt. Oē quod obſequit̄ diuinæ voluntati, quæ ſemper vult bonum cōſiſtit in ordine ad bonū: ſed malum quod fit præter Dei voluntatem ſm ſe eſt inordinatum. ergo volūtati diuinę non obſeq̄tur.

† Greg. li. 6. Mor. c. 11. ſupra c. 15. Iob.

¶ 3 Præt. Boni merentur in hoc, ꝙ diuinæ voluntati obſequū-tur, & ex hoc eis præmium debetur. ſi ergo mali in hoc, ꝙ peccādo præter Dei voluntatē faciunt: eius voluntati obſequūtur ex peccato eis debetur præmiū, & hoc eſt contra Apl̄m Ro. 3. Faciamus mala vt veniant bona &c. ergo & primū falſum eſſe vr̄.
¶ 4 Præt. Malum eſt præter intentionem oīs agētis: nihil. n. ad malum reſpiciens operat̄, vt dicit Dion. in 4. ca. de di. no. Sed illud q̄d eſt præter intentionem voluntatis non obſequitur voluntati eius qui eſt de fine intento. ergo mala quę fiunt præter voluntatem eius non obſequuntur voluntati ipſius.

Cap. 4.

SED CONTRA eſt quod in litera a Grego. dicitur.
¶ Præt. Voluntas diuina eſt cauſa potētiſſima: ſed ad potentiā alicuius pertinet, vt etiā quod contra ipſum quis facere nitit̄, in ipſius obſequium cædat. ergo ita eſt de voluntate diuina.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ oīa quæ fiunt præter voluntatem diuinam ēt contra voluntatem antecedentem, obſequuntur quodam mō voluntati conſequenti. Voluntas autem conſequens dupl'r pōt accipi. Aut ſm ꝙ ſequitur conceptionē finis tm̄, & ſic voluntas eſt de fine in cōi ſine aliqua determinatione eius q̄d eſt ad finem. Aut ſm ꝙ ſequitur cōceptionē eius quod eſt ad finem & conditionem eius, & ſic voluntas conſequens eſt de conſecutione finis ſm aliquē determinatū modū. verbi gratia. ædificator in conſtitutione domus habet duos motus voluntatis, vnum quo vult formam domus inducere in materia ſine hoc, ꝙ aliquid conſideret determinate de partibus domus. Alium motum habet quo cōſiderato, ꝙ lapis iſte eſt aptus ad fundamentum, vult ipſum in fundamento collocare. Vtroq; aūt mō accipiendo voluntatē conſequentem in Deo, mala quę fiunt obſequuntur ſibi. Si. n. accipiatur voluntas prout eſt de ordine vniuerſi in cōi conſtat, ꝙ malum q̄d exit ab ordine præcepti in contrarium ordinem relabitur, vt dicit Boe. ſ. in ordine pęne ad culpam, velut lapis mollis & leuis qui non eſt aptus ad fundamentum in ſupremo parietis ponatur. Similiter ēt patet quòd obſequitur voluntati conſequenti ſecūdo modo acceptę, quę eſt quòd iſte pręuiſus peccator puniatur. niſi. n. iſta cōditio in eo per actum peccati fieret, voluntas diuina de pęna eius nō impletur, ſicut ipſa grauitas lapidis obſequitur voluntati artificis qua vult eum ſic ordinari, vt in fundamento ponatur.

4. de conſo. proſa. 6.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ voluntas antecedens & conſequens non contrariantur, quia vtraq; eſt de bono: ſed hoc ꝙ aliquid eſt contra vnam quod non eſt contra aliam: ſed obſequitur ſibi, eſt ex parte voliti, cuius conditiones diuerſimode conſiderantur, vt dictum eſt.

In corp. Ar.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut malum non eſt per ſe ordi-
F natum: ita non obſequitur per ſe diuinæ voluntati: ſed per accidens, quia præter intentionē facientis malū. Non. n. peccator intendit peccando puniri a Deo, in quo volūtas Dei completur.
¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ in actu malo & bono duo eſt conſiderare. ſ. vnū ſm ꝙ egredit̄ ab agente. & aliud ſm ꝙ a beo i fine ordinat̄. Actus ergo bon' quantum ad vtrūq; obſequitur diuinæ voluntati, quia & ipſe agens in bonum eū ordinat ſm bñplacitum diuinæ voluntatis, & Deus ordinat ipſum ꝑ bonum cōſequens. ſ. premiū quod meritis reddit: & ideo quia ipſe homo eſt cauſa huius obſequij in hoc meretur. Sed actus malus ſm id q̄d eſt ab agente inordinatus eſt: ſed tm̄ ordinatur a Deo per pænā aduenientem, vel ꝑ aliquod bonum q̄d ex eo elicitur: & ideo malus ſe habet tm̄ paſſiue ad hoc obſequium & nō actiue: ſicut in litera dr̄, ꝙ impletur de eo volūtas Dei, quā ipſe nō implet: & ideo non meret̄ ſic obſequēdo, meretur. n. quis ſm actum cuius cā eſt.

† cap. 102. to. 3.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quāuis malum ſit præter intentionem Dei: tm̄ ordinatio mali eſt intenta a Deo, & huic intentioni operans malum præter intentionem obſequitur faciens, id quod eſt pręter Dei intentionem, ſcilicet peccatum.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum id quod eſt præter uoluntatem Dei præcepto non ſubiaceat.*

I AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ id quod eſt præter Dei voluntatem præcepto non ſubiaceat & præcipue pctm̄. Præceptum. n. eſt indicatiuum diuinę volūtatis. Sed quicūq; oñdit ſe velle q̄d nō vult fictor eſt, quod lōge eſt a Deo. ergo vr̄, ꝙ nihil q̄d ſit cōtra voluntatē eius, vel p̄ter eā p̄cipiat.

1. 2. q. 100. art. 8. Et 3. d. 37. art. 4.

¶ 2 Præt. Cū præceptū rn̄deat voluntati antecedenti, ad quā pertinet ordinatio naturæ in bonum, nihil pōt pręcipi quod eſt contra hunc ordinē: ſed omne peccatum eſt huiuſmodi, quia eſt contra legem naturæ. ergo videtur, ꝙ cæpto non ſubiaceat.
¶ 3 Præt. Nullus obediens diuinis pręceptis male facit: ſed q̄dam ſunt q̄ nunq̄ pn̄t niſi male fieri, cum ſint coniuncta malo fini, vt inuidia & huiuſmodi ſecundū Philoſophum in 2. Ethy. ergo videtur, quòd iſta Deo præcipi non poſſint.

Cap. 6.

¶ 4 Præt. De ſilibus idem eſt iudicium: ſed oīa peccata ſimilia ſunt in hoc, ꝙ lege diuina ꝓhibentur. cum igitur q̄dā nullo mō ſub p̄cepto cadāt vt deſperare de Deo, & habere odio ipſum & huiuſmodi, vr̄ ꝙ nullū pctm̄ ſub p̄cepto diuino cadere poſſit.

K SED CONTRA. Occidere filium innocētem eſt pctm̄, & contra legem naturæ. hoc autem Abraæ pręceptum legimus, & eundem de obedientia commendatum. ergo videtur, ꝙ pctm̄ ſub p̄cepto diuino cadere poſſit. Et ſil'r etiam eſt hoc q̄d legitur Oſeæ primo, ꝙ dn̄s præcepit ſibi accipere mulierem fornicariam, & facere ex ea filios fornicationum.

Genes. 22.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ præceptum eſt ſignū voluntatis diuinæ, rn̄dens voluntati antecedenti, & non conſequēti. Vn̄ quod eſt p̄ter voluntatem conſequentem, cadit ſub præcepto, non autem quod eſt p̄ter voluntatem antecedētem. Sed in hoc tamen conſiderandum eſt, ꝙ aliquid ſm ſe acceptum eſt præter voluntatem antecedentē, quod aliqua ſubtracta ſunt de voluntate antecedente, ſicut illa quæ ſm ſe conſiderata, mala ſunt, ſed inquantum ſtant ſub præcepto diuino, recipiunt quādam rationem bonitatis, vt ſic in ipſa voluntas tendere debeat, quod quidem in quibuſdam per ſe malis contingit, & in quibuſdam non. Bonum. n. in rebus ſurgit ex duplici ordine, quorum primus ordo eſt rerum omniū ad finem vltimū, qui Deus eſt.



eſt: ſecundus ordo eſt vnius rei ad aliam rem, & primus ordo eſt cā ſecundi, quia ſecundus ordo eſt ꝓpter primum. Ex hoc. n. ꝙ res ſunt ordinatæ adinuicem, iuuant ſe mutuo, vt ad finem vltimum debite ordinentur. Vnde ſubtracta bonitate, quę eſt ex ordine vnius rei ad rem aliam, nihilominus poteſt remanere illa bonitas, quæ eſt ex ordine rei ad finē vltimum: quia primū non dependet ex ſecundo, ſicut ſecundū ex primo. Dico ergo, ꝙ quædam pctā nominant deordinationem vnius rei ad rem aliam, ſicut homicidium, odiū fraternum, inobedientia ad prælatū, & huiuſmodi. vnde ſi talia bonitatem illam retinere poſſint, quę eſt ex ordine ad finē vltimum, proculdubio bona eſſent, & ī ea volūtas fieri poſſet. Sed hoc nō poſſet eē, niſi virtute diuina, per quam ordo in rebus inſtitutus eſt. Sicut. n. non pōt fieri: niſi ꝑ miraculo ſam operationē virtutis diuinę, vt q̄d recipit eſſe a primo agente, mediante aliqua cā ſecunda habeat eſſe deſtructa vl' ſubtracta cā ſecūda, vt hoc, ꝙ accidēs d ſit ſine ſubiecto, ſicut in ſacro altaris: ita ēt non pōt fieri, niſi ꝑ miraculū virtutis diuinæ, vt id q̄d natum eſt recipere bonitatem ex ordine ad finem vltimum, mediante ordine ad rem illam habeat bonitatem: ſubtracto ordine, qui erat ad rem illam: vnde ille actus, qui eſt occidere innocentem, vel reſiſtere prælato, non pōt eſſe bonus niſi authoritate vel præcepto diuino: vnde in talibus nullus diſpenſare pōt: niſi Deus quaſi miraculoſe. Quædam vero pctā ſunt, q̄ dicunt deordinationem a fine vltimo īmediate. Contingit. n. aliquem actum pctī eſſe immediate circa id quod eſt ad finem, & quia forma bonitatis eſt a fine in his quæ ſunt ad finē, oportet ꝙ etiam forma malitiæ ſit ex hoc, ꝙ recedit a fine, & id q̄d eſt quaſi materiale eſt actus exercitus circa id quod eſt inordinabile in finem, ſicut in fornicatione, & homicidio, & in huiuſmodi. Vnde ſi ei quod eſt ad finem conferatur alius ordo in finem, tolletur inordinatio & remanebit actus ordinatus ſubiacens voluntati añti. Hoc aūt non pōt fieri: niſi ab eo, qui ordinē illum poſuit: & ideo ea q̄ ſunt ordinata per legem diuinam, nō ſunt mutabilia vel diſpenſabilia: niſi præcepto diuino, & ſil'r q̄d ſtatutum eſt, a quocūq; ſuperiori inuiolabiliter obſeruandum, non pōt ab inferiori mutari, & ſic Deus occiſionem Iſaac, quæ de ſe inordinationem habebat ex eo, ꝙ filius innocens non erat ordinatus in finem, ꝑ viam occiſionis a patre ordinatam fecit, ponendo hunc ordinem: vt eſſet ad manifeſtationē fidei & amoris Abraæ, vt eſſet poſteris in exēplum & in ſignificationē mortis Chriſti, & in occiſionem ſic ordinatam, diuina authoritate licite conſenſit voluntas Abraæ. Quædam aūt pctā ſunt, quorum actus inordinatus eſt immediate circa finem, vt peccata q̄ ſunt in Deum, vt odire ipſum & deſperare de eo & huiuſmodi, & cum actus ex obiecto ſpēm trahat, cōſtat huiuſmodi actus ēt ſm ſpēm in genere naturæ malos eſſe: vn̄ ab eis talis inordinatio auferri non pōt. Non. n. poſſet auferre ex hoc, ꝙ ordinarent̄ in finem, cum ſm eſſe ſuum ſint deordinati a fine: cōtingeret. n. ꝙ aliquid eſſet ſimul ordinatum & inordinatum, vnde huiuſmodi nunq̄ ſubiacent diuino pręcepto. Et ꝓp hoc dr̄, ꝙ contra præcepta primæ tabulę q̄ ordinant immediate in Deum, Deus diſpenſare d non poteſt: ſed contra præcepta ſecundæ tabulæ, quæ ordinant immediate ad proximum: Deus poteſt diſpenſare, non autem homines in his diſpenſare poſſunt.

D. 15.

D. 498. & 518.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̄uis Deus non vellet voluntate conſequente, ꝙ Abraham filium occideret voluit tamen voluntate antecedente, quòd voluntas Abraæ in hoc ferretur, ſecundum quòd erat iam ordinatum, & talem volunta-
A tem præceptum expreſſit: & ideo non fuit fictio.
¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ipſa occiſio innocētis prout ſubſtat deordinationi a fine, q̄ aduenit ſibi poſt ſpēm completam ab obiecto proximo, eſt contra legem naturæ, & non pōt bene fieri: ſed remota tali inordinatione, & poſito alio ordine circa obiectum, & actū, eſt conueniens legi naturæ, quæ dictat oē illud eſſe faciēdum, q̄d eſt ordinatum & præceptum ab eo.
¶ Et per hoc patet ſolutio ad tertium.
¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non eſt ſimilis ratio in omnib', vt ex p̄dictis patet.

† Mar. 7. In corp. ar.

d *Summatim perſtringit ſententiam prædictorum addens, quare Deus præcepit omnibus bona facere & mala vitare, cum non uelit hoc ab omnibus impleri.*

EX prædictis liquet, ꝙ volūtas Dei q̄ ipſe eſt, ſemꝑ inuicta eſt, nec ī aliquo caſſatur, ſed per omnia impletur. Conſilium vero eius, & pręceptio ſiue ꝓhibō non ab omnibus implentur, quibus ꝓpoſita & data ſunt. Neq; ideo præcepit omnibus bona, vel ꝓhibuit mala, vel conſuluit optima, ꝙ vellet ab omnibus bona, q̄ præcepit fieri, vel mala q̄ ꝓhibuit vitari. Si. n. vellet vtiq; & fierent, quia in nullo pōt ab homine ſuperari vel impediri ei' voluntas, ſed vt iuſtitiam ſuam hominibus oñderet & mali eſſent inexcuſabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriā, mali ex inobedientia pœnā ſortirentur, ſicut vtriſq; ab æterno præparauit. Ea ergo quæ omnibus pręcepit, vel quæ ꝓhibuit, a quibuſdam voluit fieri, vel vitari, ſed nō ab omnibus, & quædam ꝑſonaliter præcepit, & in veteri & in noua lege, q̄ ab eis quibus præcepit fieri noluit, vt
B Abrahæ de immolatione filij, & in euangelio † quibuſdam curatis, qb' p̄cepit ne cui dicerēt.

DISTIN. XLVIII.

A

*Quòd aliquando homo bona uoluntate aliud uult quàm Deus, & aliquando mala id quod Deus bona uoluntate uult.*

SCiendum quoq; eſt, ꝙ aliq̄n mala eſt voluntas hominis idem vo-
C lentis quod Deus vult fieri, & aliq̄n bona eſt voluntas hominis, aliud volētis q̄ Deus. Vt. n. bona ſit hominis volūtas oportet attendere quid congruat ei velle, & quo fine. Tm̄. n. intereſt

EXPOSITIO TEXTVS.

QVOS IVSTE prædeſtinauit ad pęnam. {Contra, ſupra dictum eſt, ꝙ prædeſtinatio eſt tm̄ de bonis ſalutaribus, & nō de peccatis.
¶ Ad quod dicendum, ꝙ q̄n aliq̄d abſolute dr̄ prædeſtinari, intell'r directio in finem, q̄ eſt ſalus æterna. Sed ſi addatur aliquid, tunc pōt dirigi in quodcūq;, & ſecundum q̄d & minus proprie prædeſtinari in illud. {Sed non pōt eius ꝑmiſſionē, q̄ ipſe non eſt.} Sed cōtra. ꝑmiſſio diuina eſt eius oꝑatio: ſed diuina oꝑatio eſt eius eſſētia. ergo &c. Et dicendū, ꝙ ꝑmiſſio ſumit̄ hic nō ꝓ oꝑatione diuina: ſed ꝑ effectū ei', ꝑ modū quo ēt dr̄ creatio, paſſio. {Sed in euāgelio q̄buſdā &c.} Math. 8. Et ſciēdū, ꝙ q̄uis nō vellet hoc fieri, ꝙ p̄cipiebat volūtate diuina cōſequēte, voluit tn̄ diuina volūtate añte hoīes in hoc tēdere, vt glīā mūdanā nō q̄rerent. exēplo ipſius hoīs Chri, q̄ volūtate humana ſuā mundanā
D glīā nō q̄rebat: ſed gl'iam Dei, quā voluntatē p̄ceptū expreſſit.

Diſ. 40. q. 1. Ar. 2. & diſ. 39. litera E.

DISTINCTIO XLVIII.

DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATO de volūtate Dei. Hic determinat de conformitate volūtatis nr̄æ ad volūtatē eius, & diuidit̄ in partes duas. In prima determinat veritatē. In ſecūda ex veritate determinata quaſdā q̄ōnes determinat. ibi {Ex quo ſoluit̄ q̄ō &c.} Prima in tres. In prima oñdit, ꝙ volūtas mala hoīs cū volūtate Dei cōcurrit in idē volitū, bona volūtate hoīs ī cōtrariū tēdēte. In ſcd'o oñdit, ꝙ bona volūtas Dei ēt ꝑ malā volūtatē hoīs cōplet̄. ibi {Illud quoq; nō eſt prætermittēdū &c. In tertia excludit quādā obiectionē, ibi {Sed ad hoc opponitur.} {Ex quo ſoluitur quęſtio.} Hic ex determinatis procedit ad ſolutionem duarum quæſtionum, quarum prima eſt de paſſione capitis, ideſt Chriſti. ſecunda de paſſione membrorum eius. i. martyrum. ibi {Si vero quæratur.

E

QVAESTIO I.

A

Hic quatuor quęruntur.

Primo. Vtrū volūtas hoīs diuinæ volūtati cōformari poſſit.
Secundo. In quo attenditur principaliter conformitas.
Tertio. Vtrum ad illam conformitatem omnes teneantur.
Quarto. Vtrū teneātur etiam ad cōformitatē, q̄ eſt in volito.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrū voluntas humana diuinæ volūtati nō poſſit cōformari.*

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̄, vr̄ ꝙ voluntas humana diuinæ conformari non poſſit. ſic. n. dr̄ Iſa. 55. Sicut exaltantur cæli a terra, ita exaltatæ ſunt &c. ſed terra: nunquàm poteſt conformari cælo. ergo nec cogitationes vel voluntates hominum diuinæ voluntati.

1. 2. q. 19. art. 9. & 10.

¶ 2 Præt.

F ¶ 2 Præt. Eorum, quæ in infinitum diſtant, nulla eſt conformitas, quia cõformitas eſt ſm approximationẽ aliquã: ſed voluntas Dei in infinitum diſtat a voluntate hominum, quantum.n. diſtat Deus ab hoĩe, tm̃ voluntas Dei a voluntate hominis, vt
ps.32.A. Gl.ibidem. dicit Gl. ſuper illud ps. Exultate iuſti in dño &c. ergo voluntas hominis diuinæ voluntati non conformatur.

¶ 3 Præt. Conformitas ponit conuenientiam duorũ in
† cap. 101. to.3. forma vna, ſicut ipſũ nomẽ oñdit: ſed quę cũq; conueniunt in aliquo vno, habent aliquid prius & ſimplicius ſe. ſ. illud in quo conueniunt: cũ igitur diuina voluntate nihil ſit ſimplicius, & prius, vr̃. ꝙ ſibi nulla volũtas creata cõformari poſſit.

¶ 4 Præt. Nihil eſt conforme niſi cõformi; qa conformitas eſt relõ ęqparantiæ ponẽs ſilẽm habitudinem in vtroq; extremorum: ſed non dicimus volũtatem diuinam cõformem eſſe voluntati humanę. ergo nec econuerſo.

inter voluntatem Dei, & voluntatem hominis, vt in quibuſdã aliud cõgruat Deo velle, aliud homini. Vnde Auguſ. in Ench. Aliqũ bona voluntate hõ vult aliqd. qd̃ Deus non vult, bona multo amplius multoq; certi⁹ voluntate. nã illius mala volũtas eſſe nũq̃ põt. tanq̃ ſi bonus filius patrem velit viuere, quẽ Deus bona voluntate vult mori. Et rurſus fieri poteſt, vt hoc velit homo voluntate mala, qd̃ Deus vult bona, velut ſi malus filius velit mori patrẽ, velit ẽt hoc Deus, nẽpe ille vult qd̃ non vult Deus, iſte vero id vult qd̃ vult & Deus, & tñ bonę Dei voluntati pietas illius potius conſonat, q̃uis aliud volẽntis, q̃ huius idẽ volentis impietas. Multum.n. intereſt, qd velle homi-

Sed contra. Nullum regulatũ ſit rectum niſi per conformitatem ad regulam: ſed voluntas diuina regula eſt voluntatis humanæ, & intellectus ſuus intellectus humani. ergo omnis voluntas recta conformis eſt voluntati diuinæ.

¶ Præt. Cuiuſlibet obedientis voluntarie voluntas conformat̃ voluntati præcipientis: ſed multi voluntarie diuinis præceptis obediunt. ergo multorũ voluntas cõformat̃ voluntati diuinæ.

Respondeo, Dicendum, ꝙ conformitas eſt conueniẽtia in forma vna, & ſic idem eſt qd̃ ſilitudo, quam cãt vnitas qua
Tex.10. litatis, vt in 5. Met. dr̃, Vnde hoc mõ aliquid Deo conformatur, quòd ſibi aſſimilatur. Contingit aũt aliqua dici ſiſia duplr̃. Vel ex eo, ꝙ participant vnam formam: ſicut duo albi albedinem, & ſic oẽ ſile oportet eſſe compoſitum ex eo, in quo conuenit cũ alio ſili, & ex eo, in quo differt ab ipſo, cum ſilitudo non ſit niſi
In 2. Editio cap. de ſpẽ. differentium ſm Boe. Vñ ſic Deo nihil põt eſſe ſile, nec conueniens, nec conformę, vt frequenter a philoſophis dictũ inuenit̃, vel ex eo, ꝙ vnum, qd̃ participatiue habet formam, imitatur illud, qd̃ eſſentialr̃ habet, Sicut ſi corpus album diceretur ſile albedini ſeparatæ, vel corpus miſtum igneitate ipſi igni. Et talis ſilitudo, quæ ponit compõnem in vno, & ſimplicitatẽ in alio, poteſt eſſe creaturæ ad Deum participantis bonitatem, vel ſapientiam, vel aliquid huiuſmodi, quorum vnumquodq; i Deo eſt eſſentia eius, & ſic voluntas noſtra diuinæ conformatur. Sed hæc conformitas voluntatis põt intelligi, vel de ipſa potẽtia voluntatis, quę homini eſt data ad exemplar voluntatis diuinæ, q̃ pertinet ad ſilitudinem, in qua conſiſtit rõ imaginis, & eſt cõis bonis, & malis, & de hac conformitate non quærimus hic. Vel põt intelligi de actu voluntatis, qui ẽt & voluntas dr̃, & de hac conformitate hic quærimus, quia in iſta conformitate conſiſtit meritum, vel ẽt demeritum, eo ꝙ hõ eſt cauſa actus voluntatis, ſed non potentiæ. vnde iſta conformitas eſt tantum bonorum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ dñs loquitur ibi de malis, qui per terram ſignificantur, qui in actu ſuæ voluntatis recedunt a ſimilitudine diuina.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in infinitum diſtantium non poteſt eſſe conformitas per modum æqualitatis, vel etiam ſecundum aliquam conuenientiã in aliquo in participãdo ab vtroq;: ſed per modum illum, qui ſupra dictus eſt.

In cor. Art. ¶ Et per hoc patet etiam rñſio ad tertium, qd̃ procedit ſecundũ primum modum diſtinctionis aſſignatæ.

cap.9. D.321. & 471. & 850. & 1164. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſm Dio. in 9. c. de di. no. conuerſio ſimilitudinis non recipitur in cauſis, d & cauſatis, in quibus dr̃ ſimilitudo per imitationem; ſed ſolum in æquipotentibus, in quibus eſt ſilitudo p ſimilem participationẽ eiuſdem. nõ.n. dicimus, ꝙ hõ ſit ſiſis ſuæ imagini: ſed econuerſo, Vnde non eſt dicendum, ꝙ Deus ſit ſilis, vel conformis creaturæ: ſed ꝙ creatura Deo conformetur imitando ipſum quantum poteſt.

ARTICVLVS II.

*Vtrũ conformitas uoluntatũ attendatur p̃cipue ſcd̃m uolitũ.*

1.2.q.19. ar.10. Ad secundvm ſic procedit̃, vr̃ ꝙ conformitas voluntatum p̃cipue ſm volitum attendat̃. Conformitas.n. attenditur ſm conuenientiã in forma: ſed forma, & perfectio volũtatis eſt ipſum volitum, ſicut & ſcitum eſt perfectio ſciẽtis. ergo ſm conuenientiam in volito eſt cõformitas voluntatũ.

Tex.22. ¶ 2 Præt. Actus cognoſcuntur, & iudicãtur per obiecta ſm philoſophum in 2. de aĩa: ſed obiectum voluntatis eſt volitum. ergo videtur ꝙ ſm vnitatem voliti ſit conformitas voluntatum. Si dicas, ꝙ obiectum voluntatis eſt bonum, & ſm hoc attenditur conformitas.

¶ 3 Contra. Voluntas non eſt niſi boni. ſi igitur ex cõueniẽtia in bono eſt conformitas voluntatis, videtur, ꝙ omnis voluntas etiam peccati, diuinæ voluntati conformetur.

ni, qd Deo cõgruat, & ad quẽ finem ſuã quiſq; referat voluntatẽ, vt approbet̃, vel improbet̃. Põt.n. velle bonũ, qd̃ ñ cõgruat ei velle, & põt velle bonũ, quod cõgruit, ſed nõ refert ad finẽ rectũ: & ideo nõ eſt bona volũtas.

G *Quòd bona Dei uoluntas mala hominum uoluntate impletur, ut in paſſione Chriſti contigit, ubi quoddam factum eſt, quod Deus bona, & iudæi mala uoluntate uoluerũt, uoluerunt tamen & aliquid, quod Deus non voluit.*

Illud quoq; nõ eſt prętermittendum, ꝙ aliquando Dei voluntas bona p malã hoĩs voluntatem implet̃, vt in crucifixione Chri-
H ſti factum eſt, quem Deus bona voluntate mori voluit: Iudęi ve-

¶ 4 Præt. Voluntas occidentium Chriſtũ, non ſolum concurrit cum voluntate diuina in quoddam volitum idem: ſed etiam in quoddam bonum. ſ. in paſſionem Chriſti, q̃ magnum bonũ fuit. ergo ſi ex hoc attenditur ratio conformitatis, videtur, ꝙ voluntas iudæorum, diuinæ conformis fuit.

¶ 5 Præt. Ratio bonitatis eſt ex fine: ſed contingit aliquem propter bonum finem agentem diuinæ voluntati non conformari, ſicut qui furat̃ diuiti, vt det eleemoſynas pauperi. ergo videtur, ꝙ ẽt nec ex fine conformitas voluntatis attendatur. Si dicas, ꝙ attenditur principaliter in hoc, ꝙ homo vult, quod Deus vult eum velle.

I ¶ 6 Contra. Volitum, & velle non ſunt idem niſi per accidẽs, vt qñ velle vnius eſt volitum ab alio: ſed iſta conformitas eſt ad volũtatem diuinam inquantum ipſa: noſtrum velle eſt volitum a Deo, qui vult hoc nos velle, quod volumus: ergo per hunc modum non conformatur velle noſtrum ad velle diuinum, niſi per accidens, & ita ex his omnibus videtur, ꝙ conformitas attendenda ſit ſecundum volitum.

Sed contra. Duo contraria inquãtum huiuſmodi nõ conformantur eidem: ſed duæ ſanctorum voluntates de oppoſitis volitis conformantur diuinæ voluntati, cum vtraq; ſit recta: ſicut patet in litera de hoc, ꝙ qdã mortẽ Pauli nolebant, quam ipſe volebat. ergo non eſt conformitas ſecundum volitum.

Art. añti. Respondeo, dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt. Hic quæritur de conformitate quantum ad voluntatis actum. Actus aũt voluntatis humanæ põt imitari actum volũtatis diuinæ duplr̃. Vel quantum ad eſſe naturæ, & ſic non loquimur hic, quia hoc conuenit actui voluntatis, ſm qd̃ exit a potẽtia, cuius conformi-
K tatem dimiſimus. Vel quãtum ad perfectionem ſuperadditam, ſm quam dicitur actus talis, vel talis, & hanc conformitatẽ hic quærimus, quæ eſt quaſi ſm ſpẽm moris. Hæc aũt conformitas quadrupliciter põt conſiderari ſm habitudinem quatuor cauſarum. ſ. ſm cãm materialem: ſicut qñ eſt idem volitum, quod ſe habet vt materia, circa quam eſt actus voluntatis: & ideo iſta conformitas eſt ſm quid tm̃, & non ſimplr̃, quia eſſe ſimplr̃ nõ eſt a materia, ſed a forma. Vel ſm cãm efficiẽtem: ſicut qñ aliqs vult, ꝙ Deus vult eum velle, hunc.n. ordinem voluntatis Deus in eo fecit. Vel ſm cãm finalem: ſicut qñ aliquis in gloria Dei facta ſua ordinat, pp quam Deus oĩa facit, & in his duobus eſſentialiter conformitas conſiſtit. Vel ſm cãm formalem, vt aliquis ex charitate velit, ſicut Deus omnia ex charitate vult: ex habitu.n. eſt forma actus, & in hoc conſiſtit perfectio conformitatis. Huius autem dicti ratio hæc eſt, quia eſſentialis aſſimilatio aliquorum attenditur ſm illud, vñ ſpẽs trahitur, ſpẽs aũt cuiuſlibet actus voluntarij trahitur ex obiecto, quod eſt forma voluntatis producẽtis actum. Ad obiectum aũt alicuius actus, duo concurrunt,



A currunt, vnum quod ſe habet quaſi materialr̃, & alterum quod eſt ſicut formale, complens rõnem obiecti, ſicut ad viſibile concurrit lux & color. Illud aũt quod ſe habet materialr̃ ad obiectũ voluntatis, eſt q. ũq; res volita: ſed rõ obiecti cõpletur ex rõne boni. Vñ ex hoc actus voluntatis humanæ conformatur voluntati diuinæ, ꝙ tẽdit in bonum ſicut voluntas diuina. Et ex hoc etiam actus bonus eſt reprę ſentans bonitatem diuinã. Et hæc eſt conformitas ſm cãm efficientem, quia Deus vnãquãq; volũtatem in bonum ordinauit. Et hoc vult Deus nos velle, inquãtum voluntas noſtra ordinata eſt. Sed hæc conformitas includit conformitatẽ finis inquantum hoc volitum habet rõnẽ bonitatis ex fine, & ſi qñq; ẽt in ſe bonũ ſit. vñ ex hoc attẽdit̃ eſſentialr̃ conformitas: non autẽ ex ipſa re volita, ex qua act⁹ ſpẽm non trahit. Sed habitus charitatis addit perfectionem in bonitate actus. Et iõ ſm cãm formalẽ attenditur pfectio cõformitatis vt tanto actus voluntatis noſtræ diuinæ volũtati ſit conformior, q̃to eſt melior & perfectior.

¶ Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ volitum non eſt perfectio voluntatis vel obiectum niſi inquãtum ſtat ſub ratione
D.359. boni: ſicut nec d color obiectum viſus & perfectio, niſi ſm ꝙ ſtat ſub actu lucis. ¶ Vnde patet ad ſecundum reſponſio.

ro impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant iudęi mala voluntate quoddã qd̃ Deus bona voluntate volebat, ſcilicet, vt Chriſtus pateret̃, & moreretur: ſed volebant & aliquid aliud, quod Deus nolebat. ſ. occidere Chriſtum, qd̃ fuit mala actio & peccatum. Actũ quippe
B iudæorũ non voluit Deus, paſſionẽ vero Chriſti voluit, ſicut
ps.138.A & in ipſo ps. Chr̃s ad patrẽ ait. Tu cognouiſti ſeſsionẽ meã. i. voluiſti, & approbaſti paſsionẽ meã, tibi n. placuit. Voluit itaque tota trinitas vt Chriſt⁹ pateretur: nec tñ voluit vt iudæi occiderẽt, quia voluit pœnam chriſti, ſed non voluit culpã iudęorum, nec tñ noluit, ſi.n. noluiſſet nec fuiſſet.

*Oppoſitio.*

Sed ad hoc opponitur ſic. ſi voluit De⁹ vt Chri-
C ſtus pateret̃, voluit vtique vt pateret̃ a iudęis, vel nõ. Si voluit vt nõ pateret̃ a iudęis, cũ paſſus ſit, factũ eſt itaq; qd̃ voluit deus non fieri. Si aũt voluit eum pati a iudæis. ergo voluit eũ occidi a iudæis. Voluit itaq; vt iudæi occiderent eum. Ad quod rñdẽtes dicimus, ſimpliciter concedendum eſſe, ꝙ deus voluit Chriſtũ pati & mori, qa eius paſsio bonum fuit. & cauſa noſtrę ſalutis. Cũ aũt dicitur, volebat eum pati, vel occidi a iudæis, hoc diſtinguendũ eſt. Si.n. intelligitur ſic, volebat eum ſuſtinere paſsionẽ ſiue crucifixionem a iudæis illatam verus eſt ſenſus. Si vero intelligitur ſic, uolebat ut iudæi occiderent eum falſum eſt Non.n. nolebat deus actionem iudęorum q̃ mala erat, ſed uolebat paſsionẽ bonã, & hæc uoluntas p malas iudæorũ voluntates impleta eſt. vñ Aug. ĩ Ench. De⁹ quaſdã voluntates ſuas vtiq; bonas implet p malorũ hoĩum voluntates malas, ſicut p maliuolos iudęos bona voluntate patris, Chriſt⁹ p nobis occiſus eſt. Qd̃ tm̃ bonum fuit, vt apoſtolus Petrus, qñ id fieri nolebat, Sathanas ab ipſo q occiſus eſt, dicere-
† Matt.16. tur. Ecce manifeſte habes magnum bonũ fuiſſe, ꝙ Chr̃s occiſus eſt, & hoc bonum, qa Petrus nolebat, ideo redargutus eſt.

*Vtrũ placuerit uiris bonis, ꝙ Chriſtus pateretur & moreretur, placuit quidem intuitu noſtræ redemptionis, ſed non ipſius cruciatus.*

Ex quo ſoluitur queſtio qua queri ſolet: vtrum viris ſctĩs placere de-

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in eo qui peccat, voluntas rationis non tendit in id quod eſt ſibi bonũ: ſed in id quod eſt alteri bonum. ſ. concupiſcibili & iraſcibili. non.n. homo dr̃ homo pp cõcupiſcibilem vel iraſcibilem, ſed pp rõnem: & ideo non eſt bona voluntas. Si tñ iraſcibilis per ſe tenderet in ſuum obiectum, quod eſt ſuum bonum, non eſt culpabilis ſicut eſt in brutis, & haberet quandam conformitatem ad voluntatem diuinam inquantum tendit in id, in quod ordinauit eam Deus

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ paſſio Chriſti habebat duo. ſ. qd̃ erat ſaluatiua humani generis, & ſic hęc res volita ſtabat ſub rõne boni, & erat volita a Deo & a ſanctis. Vel ſm ꝙ erat afflictiua innocentis, & ſic non habebat rõnem boni. & ſic erat volita a iudæis. vnde non volebant bonũ ſi uplr̃ niſi per accidens, ſed per ſe loquendo volebãt ſimplr̃ malũ æſtimatum bonum, inquantum ſatisfaciebant iræ ſuæ vel inuidię.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ ſicut forma naturalis eſt in materia ab agente: ita forma bonitatis eſt in volito a fine, & ſicut materia improportionata ad formam adueniente debito agente nũquàm conſequitur formam: ſicut lapis non fit caro a virtute digeſtiua: ita etiam volitum improportionatum ad bonitatẽ quãtũcũq; ſit bonus finis nunq̃ bonitatem recipit, & talia ſunt quę per ſe ſunt mala, vt furari & huiuſmodi: niſi deformitas tollatur
Diſt. 47. q. vnica. Ar. authoritate diuina, vt ſupra dictum eſt.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ omne volitum diuinum imitatur voluntatem ipſius inquantum eſt ſicut Deus vult: non tñ imitatur in ratione volendi & bonitate actus voluntatis: ſed ſolum actus voluntatis humanæ tendens in bonũ, ad quod ordinatũ eſt ſm Dei voluntatem: vnde non tantum eſt ibi conformitas voluntatis noſtrę inquantum eſt volita, ſed inquantum eſt volens, & bonum actum voluntatis eliciens.

ARTICVLVS III.

*Vtrum ad conformitatem diuinæ uoluntatis non teneamur.*

De ver. q. 23 artic 7. Et 1.2.q.19 art.10. Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ ad conformitatẽ diuinæ voluntatis non teneamur. Sicut.n. rectitudo voluntatis humanæ eſt p cõformitatẽ ad voluntatẽ diuinã, ita & rectitudo intelľs noſtri p conformitatẽ ad intelľm diuinum; ſed non oẽs tenẽtur ad conformandum intelľm ſuum intellectui diuino. alias nullus habẽs falſam opinionem ſaluaretur. ergo & pari rõne nõ tenemur ad cõformitatem voluntatis.

† Cap.101. to.3. ¶ 2 Præter. Nullus obligatur ad impoſſibile, alias pctm̃ non eſſet pctm̃ voluntarium ſed neceſſariũ: ſed voluntas obſtinata in malo nõ poteſt diuinæ volũtati conformis eſſe, quæ ſemp bona eſt. ergo vr̃ ꝙ tales ad conformitatẽ non tenent̃.

¶ 3 Præt. Quicũq; peccat, in ipſo actu peccati voluntatem ſuam voluntati diuinæ non conformat. ſi ergo ad conformitatem oẽs tenemur, vr̃ ꝙ quicũq; peccat duplici peccato peccent. ſ. peccato tranſgreſſionis qd̃ committit, & peccato omiſſionis quo cõformitatem nõ implet ad quam tenetur, & hoc eſt falſum.

¶ 4 Præt. Quicũq; non facit id ad quod faciẽdum obligatur,
D peccat mortalr̃ obmittendo: ſed quicũq; peccat venialiter ipſo actu non conformat voluntatem ſuam voluntati diuinę. ergo ſi ad hoc tenetur peccat mortalr̃, qd̃ falſum eſt. ergo & primũ.

¶ 5 Pręt. Quicquid vult Deus fieri ſit. ergo quicqd vult nos velle volumus: ſed mali non volunt bona facere. ergo Deus nõ vult eos velle bona: ſed mali peccant per receſſum eius ad quod tenentur. ergo vr̃ ꝙ nõ teneantur ad volendum illud qd̃ Deus vult eos velle, in quo tñ conformitas voluntatis conſiſtebat.

¶ 6 Præt. Sicut volitum diuinum eſt nobis ignotum: ita & finis ad quẽ opus ſuum ab ipſo ordinatur, cum etiã in rebus naturalibus plerũq; difficile ſit aſſignare finẽ: ſed nullus tenet̃ ad id quod ignorat. ergo ad illam conformitatem quæ eſt ex parte finis, non tenemur.

¶ 7 Præt. Nullus tenetur ad id quod non eſt in poteſtate ſua: ſed habere charitatẽ non eſt nobis ex nobis ergo vr̃ ꝙ ad illam
E conformitatẽ quæ eſt in forma charitatis, non teneamur.

Sed contra. Omnes tenemur ad obediendum Deo, & ad habendum rectam voluntatem: ſed hoc non poteſt eſſe niſi conformemur diuinæ voluntati. ergo ad conformitatem omnes tenemur.

Respondeo, Dicendum, ꝙ ad illud proprie dr̃ aliqs teneri, qd̃ ſi non facit, pctm̃ incurrit: in oĩbus aũt & naturalib⁹,
Tex.82. & voluntarijs cum peccatum contingit ex hoc, ꝙ aliquid non puenit ad illud ad qd̃ ordinatum eſt, vt in 2. phy. dr̃, vt patet in monſtris & erroribus, q contingunt in operatione artis. Sed tñ differenter eſt in naturalibus & voluntarijs: quia in naturalibus defectus ab ordine incidit ex neceſſitate materię: ſed in voluntarijs ipſa voluntas eſt cã ſui defectus, qa in nobis eſt poſſe deficere & non deficere. vñ defectus volũtatis ab eo ad qd̃ ordinata
In p̃ced. 69 Articulis. eſt, non ſolũ habet rõnem peccati, ſed ẽt culpæ. Cum igitur dictum ſit, ꝙ conformitas voluntatis attendatur, ſm hoc qd̃ tendit

dit per actum ſuum in id, ad quod ordinatũ eſt, oportet ꝙ defectus conformitatis inducat peccatum & culpam: & ideo tenemur ad conformitatem voluntatis.

¶ Sed ſciendum, ꝙ ad aliquid tenemur directe, q.ſ. per ſe eſt in poteſtate noſtra, & ſic tenemur ad conformitatem, qua volumus id, qđ congruit nos velle & ſm̃ rectũ finem: quia in vtrũq; iſtorum per naturalia noſtra poſſumus. ad aliquid vero tenemur indirecte ſicut ad habendam gratiã, quod ſm̃ ſe non eſt ĩ poteſtate noſtra, ſed in poteſtate noſtra eſt facere aliqd, quo facto habebimus gratiam. & ſic tenemur etiam ad illam conformitatem, quæ eſt ſecundum formam charitatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non eſt ſimile de voluntate & intellſu: qa defectus intellſs non eſt in poteſtate noſtra, ſicut defectus voluntatis: quia intellſs violenter cogit̃ qñq; rationibus, vt in 5. Meta. dicit̃. nõ[d] aũt volũtas. Et tñ in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, tenemur intelſm nr̃m diuino conformare, vt in his quæ fidei ſunt: quia ĩ his ſi quod in nobis eſt facimus, diuinum nobis non deerit auxilium. In alijs etiam peccaret quis ſi voluntariæ ſm̃ intellectum verum impugnaret & falſo adhæreret.

3. lib. de aïa. tex. 51. D. 353.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ dum volũtas eſt obſtinata ſimul diuinæ voluntati conformis eſſe non poteſt: ſed in ſtatu viæ nullus eſt qui mentis obſtinationem non poſſit deponere, & ſic diuinæ voluntati conformari: ſed dãnatis eſt in pœnam inflictum vt obſtinatione ſua nunq̃ curentur, & tñ manet in eis culpa ꝑpetua cum pœna non defutura: non tñ[d] demerentur, quia non ſunt in via: ſed ad terminum viȩ vbi eſt pœna, deuenerunt.

D. 425. & 422.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ conformitas volũtatis eſt cõis ad oĩa præcepta legis naturalis & ſcriptæ, quibus in bonum ordinamur. vñ quicũq; peccat contra quodcunq; ꝑceptum, contra conformitatem peccat: non tamẽ facit duo peccata, quia commune non ponit in numerum contra proprium.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ præcepta affirmatiua non obligant ad ſemper, eo ꝙ impoſſibile eſt nobis ſemper agere, vt in lib. de ſomno & vig. dicitur: & ideo non oportet, ꝙ ſemper actu volũtatem noſtram diuinæ conformemus: ſed ſufficit, ꝙ ſemper in habitu & quandoque in actu. vnde qui peccat venialiter non committit contra conformitatem: ſed ſolum præter conformitatem facit, ſicut præter legem.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cum dicitur conformitatem attendi ſm̃ hoc, ꝙ volumus id quod vult nos Deus velle, intelligitur de voluntate antecedente, cuius effectus eſt ordo naturȩ noſtrȩ in bonum: obiectio autem procedit de voluntate conſequente: & ideo non procedit.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ licet finem proprium ſcire nõ poſſumus, finem tamen vltimum a quo eſt omnis bonitas in finibus proximis ſcire poſſumus, vt. ſ. omnia in Deum ordinemus, qui propter ſeipſum vniuerſa fecit, vt dicitur Prouerb. 16.

¶ Ad ſeptimum patet reſponſio per id, quod dictum eſt.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ad conformitatem in uolito teneamur.*

Ibidem.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ad cõformitatem in volito non teneamur; nullus. n. ad ignotum tenetur: ſed volitum diuinum eſt nobis ignotum, ſicut & eius præſcitum, ergo videtur, ꝙ ad hoc non teneamur. Si dicatur, ꝙ poteſt alicui reuelari.

¶ 2. Contra. Poſito ꝙ alicui ſua damnatio reueletur, iſte non tenetur ſuam damnationẽ velle: quinimmo tenetur ſuã ſalutẽ

buerit, ꝙ Chriſtus pateretur vel occideretur? Debuit. n. eis placere intuitu noſtræ redemptionis: ſed non intuitu ipſius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt Chriſtũ mori propter liberationẽ hoĩs, & impletionem diuinæ voluntatis: ſed non voluerunt delectationem ipſius afflictiõis. (G) De eodem ergo lȩtabantur, & triſtabantur, ſed ob aliud gaudebãt, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Chriſtum mori ꝓ hoĩs redẽptione, & tñ de morte ipſius diuerſis de cauſis corda eorum varie mouebantur.

*Q̃uo ſentiendũ ſit de paſſionibus ſanctorũ, an velle, vel nolle debeamus.*

SI vero quȩritur: vtrum eodẽ mõ ſentiendum (H) ſit de paſſionibus & martyrijs ſanctorum? Dicimus

(F) velle: qa tenetur ſe ex charitate diligere, & ſibi ſummum bonũ optare. ergo non tenetur velle, quod ſcit Deum velle.

¶ 3 Præt. Chriſtus ſciebat paſſionem ſuam a Deo eſſe volitam, & tamen aliqua voluntate paſſionem noluit: vt infra dicit Magiſter in tertio. 17. diſt. cum igitur Chriſtus nihil omiſerit eorũ quæ ſunt de rectitudine vitæ, ad q̃ oẽs tenemur, videtur ꝙ ad cõformitatem in volito nõ teneamur.

¶ 4 Idem obiicitur de beata Virgine, q̃ paſſionem filij non voluit. aliàs de morte triſtata non fuiſſet, quod eſt contrarium eius quod habetur Luc. 2. Tuã ipſius animam pertranſibit gladius.

¶ 5 Præt. Voluntas diuina innoteſcit nobis per ſigna: ſed permiſſio, quæ eſt vnum ſignorum eſt etiã de malis culpæ, quȩ nullo modo velle debemus. ergo non tenemur cõformare voluntatẽ noſtram diuinȩ in volito.

SED CONTRA. Super illud p̃s. Non adhȩſit mihi cor prauum &c. dicit gloſ. Cor prauum habet, qui non vult quod Deus vult: ſed omnes tenemur nõ habere cor prauum. ergo tenemur ad conformandum voluntatem noſtram voluntati diuinæ in volito.

p̃s. 100. A. Gloſ. interlinearis ibi.

¶ 2 Præt. Secũdum Tullium: amicorũ eſt idẽ velle & nolle: ſed tenemur Deo eſſe amici. ergo tenemur idẽ velle qđ ipſe vult.

lib. de Amicitia.

RESPONDEO, Dicendũ, ꝙ Deus dicitur aliquid velle voluntate añte, & de hoc non eſt dubium, quin voluntatem noſtram in tali volito[d] diuino cõformare debeamus, quia hoc eſt in quod voluntas noſtra ordinata eſt. Dicitur etiam aliqđ velle voluntate conſequente, & hoc volitum non ſemper notum eſt nobis: niſi quatenus operatione eius manifeſtatur, & hoc addit aliquam rationem bonitatis ad rem, vt poſſit eſſe volita, quia (I) Deus eam vult: ſicut. n. aliquid habet in ſe bonitatem, vt facere elemoſynam, & tamen aduenit ſibi aliqua ratio bonitatis ex fine, ita etiam aduenit ſibi aliqua ratio bonitatis ex hoc, quod eſt volitum & ordinatum a Deo. Eo. n. ipſo, ꝙ aliquid appræhenditur vt volitum a Deo, appræhenditur vt bonum. Vnde voluntas conſequens hanc appræhenſionem, tenetur[d] tendere in illud: alioquin non eſſet motus voluntatis bonus, nec Deo conformis ſi bonum refugeret. Sciendum tamẽ, ꝙ cum ſint diuerſi gradus appetitus conſequentes diuerſas appræhenſiones nullus appetitus tenetur tendere in illud bonum cuius rõnẽ[d] non appræhendit. verbi gratia. In nobis eſt quidam appetitus ſenſitiuus conſequens appræhenſionem ſenſus, qui non eſt niſi de bono conuenienti ſm̃ corpus: vnde hoc appetitu appetitur delectabile ſm̃ ſenſum: nullo autem modo aliquod bonum ſpirituale vt ſcientia, aut quædam voluntas in nobis naturalis, qua (K) appetimus id quod ſm̃ ſe bonum eſt homini inquantum eſt homo, & hoc ſequitur appræhẽſionem rõnis, prout eſt aliquid abſolute conſiderans, ſicut vult homo ſcientiam, virtutem, ſanitatem, & huiuſmodi. eſt etiam in nobis quȩdam voluntas deliberata conſequens actum rationis deliberantis de fine, & diuerſis circunſtantijs, & ſecundum hanc tendimus in illud, quod habet rationem bonitatis ex fine vel ex aliqua circunſtantia. Si ergo ſit aliquid quod habeat has omnes rationes bonitatis, quilibet appetitus ſi ſit rectus, tendit in hoc: ſi autem deſit aliqua ratio dictarum, oportet illum appetitum, cui reſpondet talis ratio non tendere in hoc: ſed forte in contrarium: ſi forte habeat contrariam rationem, ſicut ſecari propter ſanitatem eſt contriſtabile ſecundum ſenſum, nec ſecundum ſe bonum eſt, ſed tantum ex fine: & ideo ſectionem ſolum volũtas deliberata eligit, ſed voluntas naturalis & appetitus ſenſitiuus abhorret.

D. 492. Lib. 11. ſupra Gen. ad litteram. c. 17. & 18. D. 423. D. 223.

¶ Similiter etiam dicendum eſt in propoſito. ſi enim apprehẽdatur aliquid eſſe volitum a Deo qđ præcipue per ſignũ operationis manifeſtatur; voluntas deliberata, quæ ſequitur rationem

aliquam eſſe differentiam inter paſſionem capitis, & membrorum. Chriſti nãque paſſio cauſa eſt noſtræ ſalutis, quod non eſt paſſio alicuius ſancti. Nullius. n. paſſione redẽpti ſumus, niſi Chriſti. Profuerunt quidẽ nõ modo eis, qui paſſi ſunt, verum etiam alijs fidelibus ipſorum paſſiones. Veruntamẽ noſtra redemptio non ſunt. hoc enim paſſio illius ſola potuit, q Deus eſt, & homo. Illius ergo paſſionem credentium piæ mẽtes voluerũt, & optauerunt fieri ſicut futurum credebant. Paſſiones vero ſanctorum poſſumus velle, & nolle, & vtrunq; bona voluntate, ſi rectos nobis proponamus fines. Cui. n. placuit Pauli paſſio eo fine, quia premium eius per hoc auctum & paratum cernebat, bonam videtur habuiſſe voluntatem q̃



nem prout eſt apprehendens & conferens de iſta ratione bonitatis, tenetur aliquid velle: quãuis voluntas naturalis & appetitus ſenſitiuus refugiant, & in refugiendo voluntati diuinæ conformant, inquantum tendunt in bonum ſecundum rationem apprȩhenſam: ſicut eſt in illo, qui pie dolet de morte patris, vel alicuius vtilis in eccleſia. Sciendum tamen, quòd in talibus motus voluntatis deliberatæ in peccatoribus eſt corruptus, qui ex toto relinquunt deliberationem rationis, & ſequuntur impetum volũtatis naturalis, & ſenſitiuæ, murmurantes de Dei ordinatione, in iuſtis vero viatoribus manet quidem integer, ſed imperfectus dupliciter. Tum ex parte cognitionis, quia non plene voluntatem diuinam cognoſcit. Tũ ex parte affectionis: quia retardatur ex motibus inferioribus. vnde in talibus ſufficit recalcitrare diuinæ ordinationi, nec oportet gaudium experiri de hoc, ꝙ ſecundum voluntatem fit. ſicut etiam dicit philoſophus in 3. Ethic. ꝙ ſufficit fortem non triſtari in periculis mortis, q̃uis non gaudeat ſicut eſt in actibus aliarum virtutũ, & hæc eſt conformitas viȩ: ſed in beatis eſt integer & perfectus. Tum ex parte cognitionis, quia voluntatem diuinam plene cognoſcunt. Tum ex parte affectionis, quæ dominatur omni inferiori voluntati, nec in aliquo retardatur vel impeditur. vnde in videndo illud quod Deus vult quod & ipſi volunt, gaudium experiuntur: de quo in pſalmis dicitur. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.

(A) Philip. 1. Cap. 101. 3. ct. 21. Cap. 10. p̃s. 57.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd volitum diuinum quantum ad volũtatem antecedentem eſt nobis notum ex ipſa naturali inclinatione: ſed volitum voluntatis conſequentis innoteſcit nobis vel per reuelationem, vel per operationem.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illa põ eſt quaſi impoſſibilis: qa nulli ſua damnatio reuelatur: ſicut etiam nec angelis, vt dicit Aug. ſi tamen reuelaretur, poſſet credere ſecundum comminationem, & non ſecundum præſcientiam dictum, tenetur tamen velle iſtum ordinem iuſtitiæ: quo ſi in peccatis moritur damnatur, quia hoc eſt quod Deus vult, & non damnationem per ſe, neque culpam.

voluntati eius congruebat, qua cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Qui autem voluit eũ declinare paſſionem, & effugere manus iniquorum compaſſione pietatis, & ille habuit (B) bonam voluntatem. Vnde Aug. in Ench. Bonȩ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant apoſtolum Paulum hieruſalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Agabus propheta prȩdixerat, & tamen hoc il(C)lum Deus pati volebat pro annuntianda fide Chriſti, exercens martyrem Chriſti: neque ipſe bonam voluntatem ſuam impleuit per Chriſtianorũ voluntates bonas, ſed per iudȩorum malas, & ad eum potius pertinebãt, qui nolebãt, quod volebat, q̃ illi, per quos volentes factum eſt, quod volebat, qa idipſum mala voluntate fecerunt, quod Deus bona voluntate voluit. Ita & in paſſione Chriſti factũ eſt, quod. n Deus voluit, hoc idẽ Iudȩi, & diabolus: ſed illi mala volũtate, Deus vero bona voluntate, ſ. vt Chr̃s moreretur. Verũtñ illi actũ voluerũt, quem Deus non voluit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Chriſtus voluntate rationis deliberata volebat paſſionem ſuam, & ſimiliter beata virgo, & quilibet ſanctus, quãuis voluntas naturalis diſſentiret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd permiſſio nunquam ſignificat, ꝙ voluntas ſit de culpa, ſed de bono, quod adiungit culpæ.

EXPOSITIO TEXTVS.

ACTVM qppe iudæorum non voluit Deus &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia paſſio eſt effectus actionis. vnde ſi voluit paſſionem, voluit actionem.

¶ 2 Ad quod dicendum, ꝙ paſſio Chriſti ſubiacebat duplici operationi. i. actio iudæorum inquantum afflictiua erat, & ſic non erat volita a Deo, ſicut nec actio, & operationi voluntatis Chriſti inquantum erat meritoria, & ſic erat placita Deo vnde verſus. Actio diſplicuit, paſſio grata fuit. frequenter enim voluntas: & ratio diuidunt, quæ natura coniungit. {Vt apoſtolus Petrus quando id &c.} hoc ſumitur (D) Mat. 16. & dicitur Sachanas. i. aduerſarius inquantum bona ſua voluntate ex pietate bonæ volũtati Chriſti aduerſabatur. {Et quæ ad myſterium diuinæ voluntatis &c.} Videtur inconuenienter ordinaſſe, quia ſecundum Philoſophum in primo phy. Innata eſt nobis via a poſterioribus in priora, & ita a creaturis in creatorem. Tex. 2.

¶ Ad quod dicendum, quòd hoc tenet in eis, quæ naturali cognitione cognoſcimus, quæ ex ſenſu principium ſumit: ſed in his, quæ per fidem cognoſcimus noſtra cognitio ipſi veritati primæ innititur. Vnde oportet, quòd a prima veritate quæ eſt Deus, in ea quæ ab ipſo ſunt procedamus ad ſimilitudinem co(E)gnitionis, quam ſancti in verbo habebunt, vbi & verbum, & res plene cognoſcent. Cuius cognitionis nos participes faciat ipſum verbum Dei filius, qui hanc cognitionem in nobis per fidem initiauit, cui eſt honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

EXPLICIT SCRIPTVM SANCTI THOMAE DE AQVINO, ordinis Prædicatorum ſuper primo libro Sententiarum.

SERIES CARTARVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter S qui eſt Quinternio.

ROMAE,

Apud hæredes Antonii Bladi, & Ioannem Oſmarinum Liliotum ſocios.

M D L X X




SCRIPTVM

# D· THOMAE AQVINATIS
## DOCTORIS ANGELICI,
## IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM
MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Cuius Diſtinctiones , ac Quæſtiones
ſequens Index oſtendit.

ROMAE M· D· LXX·

# INDEX DISTINCTIONVM
## ET PARTITIONVM SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

### DISTINCTIO PRIMA.

VNum eſſe rerum principium oſtendit non plura, vt quidam putauerunt. folio. 1
Quòd hæc verba, facere & agere, non dicuntur de Deo ſecundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. 3
Quare rationalis creatura facta ſit. 5
Quare creatus ſit homo vel angelus. 6
Ad quid creata ſit rationalis creatura. 6
Breuiſsima reſponſio cum quęritur, quare vel ad quid facta ſit rationalis creatura. 6
Sicut factus eſt homo, vt Deo ſeruiret, ſic mundus vt ſeruiret homini. 6
Quomodo aliquando dicitur in ſcriptura homo factus eſt propter reparationem angelici caſus. 6
Quare ſit homo inſtitutus, ſcilicet vt anima ſit vnita corpori. 7
Poſt ſacramentum Trinitatis, de creatura tripartita eſt agendum, & prius de digniori, ideſt angelica. 7

### DISTINCTIO II.

Quæ conſideranda ſunt de angelis. 7
Quando facti ſunt angeli prius dicit, in quo videntur ſibi obuiare authoritates. 8
Quôd ſimul creata fuerit corporalis & ſpiritualis creatura. 9
Quòd nihil factum eſt ante cælum & terram, nec etiam tempus, cum tempore enim creata ſunt, ſed non ex tempore. 9
Quòd ſimul cum tempore & cũ mundo cæpit corporalis & ſpiritualis creatura. 9
Vtrum angeli mox creati fuerunt in empyreo, ſ. quòd ſtatim vt factum eſt, angelis fuit repletũ. 9
Quòd ſimul creata eſt viſibilium rerum materia, & inuiſibilium natura, & vtraque informis ſecundum aliquid, & formata ſecundũ aliquid. 9
Quomodo dicat lucifer ſecundum Iſaiam, Aſcendam in cælum &c. 10

### DIISTINCTO III.

Quales facti fuerint angeli, & quód quatuor eis attributa ſunt, in ipſo initio ſuę conditionis. 10
An omnes fuerũt æquales angeli in tribus, ſcilicet in eſſentia, in ſapientia, in libertate arbitrij. 11
Dicit quòd differentes fuerunt in illis. 12
Quæ communia & æqualia habuerunt angeli. 13
An boni vel mali, iuſti vel iniuſti, creati ſunt angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapſum. 13
Opinio quorumdam dicentium angelos in malitia creatos, & ſine omni mora fuiſſe. 13
Aliorum ſententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos eſſe bonos, & aliquam fuiſſe morulam inter creationem, & caſum. 14
Probationem Augu. contra illos inducit, qui dicũt angelos factos malos, & verba etiam Iob determinat, quæ illi pro ſe inducebant. 15
Quomodo intelligenda ſint verba domini præmiſſa, diſſerit, euidenter tradens angelos eſſe creatos bonos, & poſt creationem cecidiſſe. 15
Quòd triplex fuit in angelis ſapientia ante caſum, vel confirmationem. 16
An aliquam Dei habuerint dilectionem, vel ſui inuicem. 16

### DISTINCTIO IIII.

An pfectos, & bonos creauit Deus angelos, an miſeros, & imperfectos. 16
Quòd opinando hæc dixerit, nõ aſſerendo, ſ. quòd angeli, qui pſtiterunt, præſcij fuerint ſui boni. 17
Summa colligitur prædictorum, cõfirmans omnes angelos ante confirmationem, vel lapſum non fuiſſe beatos, niſi quis beatitudinem accipiat illum ſtatum innocentiæ. 17
Reſponſio ad id quod quærebatur, an angeli eſſent creati pfecti, an imperfecti, & dicitur, quòd perfecti fuerunt ſecundum aliquid, & imperfecti ſecundum aliquid. 17
Quòd tribus modis dicitur perfectum, ſecundum tempus, ſecundum naturam, & vniuerſaliter perfectum. 17

### DISTINCTIO V.

De confirmatione, & cõuerſione ſtantium, & auerſione, & lapſu cadentium. 18
De libero arbitrio breuiter tangit quid ſit. 18
Poſt creationem aliquid datum eſt ſtantibus, per quod conuerterẽtur, nec merito aliquo, ſed gratia cooperante. 18
Qua gratia indigebat angelus, & qua non. 19
An ſit imputandum illis quòd auerſi ſunt. 19
Qua culpa, gratia nõ eſt data eis qui ceciderũt. 19
Quòd angeli in ipſa confirmatione beati fuerunt, ſed vtrum eam meruerint per gratiam tunc ſibi datam, ambiguum eſt, de hoc enim diuerſi diuerſa ſentiunt. 19

### DISTINCTIO VI.

Quòd de maioribus, & de minoribus quidem ceciderunt, inter quos vnus fuit celſior, ſcilicet lucifer. 20
Vnde, & quo deiectus fuit merito ſuæ ſuperbiæ. 20
Quòd non eſt conceſſum eis habitare in cælo, vel in terra. 21
Quòd dæmones alij aliis præſunt & habent etiam alias prælationes. 21
An omnes dęmones ſint in hoc aere caliginoſo, an aliqui ſint in inferno. 21
Quidam putant luciferum in inferno religatum ex quo tentauit Chriſtũ, & victus eſt, quẽ primũ hominem tentaſſe et viciſſe dicunt. 21

Quod lucifer modo non habet poteſtatem, quam habebit tempore antichriſti. 22
Quòd dæmones ſemel victi a ſanctis, non accedunt amplius ad alios. 22

## DISTINCTIO VII.

Quòd boni angeli ſint a Deo confirmati per gratiam, vt peccare nõ poſsint, & mali ita obdurati in malo, vt bene uiuere nequeant. 22
Quòd vtrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad vtrumque flecti poſſunt. 23
Quòd boni poſt confirmationem liberius habent arbitrium quàm ante. 23
Quòd poſt confirmationem angeli non poſſunt ex natura peccare ſicut ante, non quòd debilitatũ ſit eorum arbitrium, ſed confirmatum. 24
Quòd mali angeli viuacem ſenſum non perdiderunt, & quibus modis ſciant. 24
Quòd magicæ artes virtute, & ſcientia diaboli valent, quæ virtus & ſcientia, eſt ei data a deo, vel ad fallendum malos, vel ad mouẽdum, vel exercendum bonos. 24
Quòd nõ ſunt creatores, licet per eos Magi ranas, & alia fecerunt, ſed ſolus Deus. 25
Sicut parentes non dicũtur creatores filiorum, nec agricolæ frugum, ita nec boni angeli, nec mali, & ſi per eorum miniſterium fiant creaturæ. 25
Sicut iuſtificationem mentis, ita creationem rerũ ſolus Deus operatur, licet creatura exterius ſeruiat. 25
Quòd angeli mali multa poſſunt per naturæ vigorem, quæ non poſſunt propter Dei, vel bonorum angelorum prohibitionem, ideſt qui non permittuntur. 25

## DISTINCTIO VIII.

Vtrum angeli omnes corporei ſint, quod quibuſdã viſum eſt, quibus Auguſt. conſentire videtur, dicens: omnes angelos ante caſum habuiſſe corpora tenuia, & ſpiritualia, ſed in caſu mutata in deterius malorũ corpa, vt in eis poſſent pati. 26
Quòd Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit. 27
Quòd Deus in ſpecie qua Deus eſt, numquã mortalibus apparuit. 28
Vtrum dæmones intrent corpora hominũ ſubſtantialiter, & illabantur cordibus, an id per effectum dicatur. 28

## DISTINCTIO IX.

De ordine, diſtinctione & quot ſint, & quid ſint. 28
Quid appelletur ordo, & quæ ſit ratio nominis cuiuſque. 28
Quòd hæc nomina non propter ſe, ſed propter nos eis data ſunt, quæ ſumpta ſunt a donis gratiæ, quæ non habent ſingulariter, ſed excellenter, & a præcipuis nominantur. 29
Vtrum hi ordines ab initio creationis ita diſtincti fuerint. 30
Vtrum oẽs angeli eiuſdem ordinis ſint æquales. 31
Quomodo dicat ſcriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non ſint niſi nouem ordines angelorum. 31
Quòd homines aſſumuntur iuxta numerum ſtantium non lapſorum. 31
Quòd quidam putant, ſecundum numerum lapſorum angelorum, homines reparandos. 32

## DISTINCTIO X.

An omnes ſpiritus cæleſtes mittãtur, & ponit duas opiniones & authoritates quibus innituntur. 32
Quòd ſi omnes mittantur, cur vnus tantum ordo nomine angelorum cenſetur. 33
Putant quidam Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem de ſuperiori ordine fuiſſe, & ſunt hæc nomina ſpirituum non ordinum. 33
Quomodo determinent pręmiſſas authoritates, quæ videntur aduerſari qui dicunt omnes angelos mitti. 33
Quos alii dicunt mitti, & quos dicunt non mitti cum determinatione authoritatum, quæ videntur ſibi aduerſari. 34

## DISTINCTIO XI.

Quód quæque anima habet angelũ bonum ad ſui cuſtodiam delegatum, & malum ad exercitiũ. 34
Vtrum ſingulis hominibus, ſinguli angeli: an pluribus vnus ſit deputatus. 35
Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari, ſiue ſimul, ſiue diuerſis temporibus. 35

## DISTINCTIO XII.

Vtrum angeli proficiant in merito vel in præmio, vſque ad iudicium. 36
Aliorum opinio, qui dicunt angelos in quibuſdam prædictorum non profeciſſe. 37
Quód quædam authoritates vidẽtur obuiare probabiliori ſententiæ. 38

## DISTINCTIO XIII.

De diſtinctione operum ſex dierum. 38
Quòd ſancti tractatores videntur ſuper hoc, quaſi aduerſa tradidiſſe aliis dicentibus omnia ſimul ſacta in materia, & forma aliis per interualla temporum. 39
Quòd per interualla temporis, res corporales conditæ ſunt. 39
Quo ſenſu tenebræ dicantur non eſſe aliquid, & quo dicantur eſſe aliquid. 40
Duo conſideranda ſunt, quare illa materia confuſa ſit dicta informis, & vbi ad eſſe prodit, quantumcunque in altitudinem aſcenderit. 40
De quatuor modis diuinæ operationis. 41

## DISTINCTIO XIIII.

Quæ prima fuerit diſtinctionis operatio. 41
Qualis fuerit lux illa, ſpiritualis, an corporalis. 42
Quòd lux illa facta eſt, vbi Sol apparet, quæ inter aquas lucere poterat. 42
Quòd dies diuerſis modis accipitur. 43
De naturali ordine computationis ſex dierum, & de illo qui pro myſterio introductus eſt. 43
Cur Sol factus eſt, ſi lux illa ſufficiebat. 43
Quomodo recipiendum eſt qđ dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in ſpũ ſancto. 44





## DISTINCTIO XIIII.

De opere ſecũdæ diei, qua factũ eſt firmamentũ. 44
Alii putant cœlum eſſe igneæ naturæ quibus conſentit Auguſtinus. 45
Quales ſint aquæ, & quæ ſit figura firmamenti. 45
Quare tacuit ſcriptura de opere ſecundæ diei, qđ in aliis dixit. 46
De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ ſunt in vnum locum. 46
Quomodo omnes ſunt in vnum locum congregatæ, cum multa ſint maria & flumina. 46

## DISTINCTIO XV.

De opere quartæ diei, qñ facta ſunt luminaria. 47
Ante alia de ornatu cæli agitur ſicut prius factum eſt. 47
De opere quintę diei quando creauit Deus ex aquis, volatilia & natatilia. 47
De opere ſextę diei, quando creata ſunt animalia & reptilia terræ. 47
Vtrum poſt peccatum venenoſa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cæperint prius facta innoxia. 48
Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint. 48
Quare poſt omnia factus eſt homo. 48
Quomodo intelligendum ſit Deum requieuiſſe ab omni opere ſuo. 49
Qualiter accipiendum ſit quod Deus dicitur compleſſe opus ſuum ſeptimo die, cum tunc requieuit ab omni opere ſuo. 49
Quæ ſit ſanctificatio, & benedictio ſeptimi diei. 50

## DISTINCTIO XVI.

De hominis creatione, vbi conſiderandum eſt, quare creatus ſit homo, & qualiter ſit inſtitutus. q̃ duo ſupratractata ſunt, & qualis factus & qualiter lapſus, poſtremo quomodo ſit reparatus. 51
Quòd imago, & ſimilitudo hic a diuerſis accipitur varie, a quibuſdã increata, ab aliis creata, & increata vel eſſentia trinitatis vel pater, vel filius, & ſpirituſſanctus. 51
Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginẽ, & ſimilitudinem hic accipi. 51
Neque horum ſententiam approbat, ſed imaginem, & ſimilitudinem Dei in homine quærendã & conſiderandam docet, vt imago & ſimilitudo creata intelligatur. 52
Quare homo dicitur imago & ad imaginẽ, filius vero imago, & non ad imaginem. 52

## DISTINCTIO XVII.

De creatione animę, vtrum de aliquo facta ſit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuerit in creatione. 53
Queritur quando facta ſit anima an ante corpus, an in corpore. 53
In qua ætate Deus hominem fecerit, in ætate virili factus eſt homo, ſecũdum ſuperiores cauſas. 53
Quòd homo extra paradiſum creatus, in paradiſo ſit poſitus, & quare id factum ſit. 54
De lignis paradiſi inter quę erat lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni, & mali. 56

## DISTINCTIO XVIII.

Quare de latere viri, & non de alia corporis parte formata ſit mulier. 57
Quare dormienti, & non vigilanti viro coſta ſubtracta eſt. 58
Quòd de illa coſta ſine additamento extrinſeco facta fuerit per Dei potentiam, ſicut quinque panes in ſe multiplicati ſunt. 58
Vtrum ſecundum ſuperiores, an ſecundnm inferiores cauſas, ita illa facta ſit mulier. i. an ratio ſeminalis id haberet, vt ita fieret, an tantum vt illa fieri poſſit, ſed vt ſic fieret in Deo tantum eſſet cauſa. 59
De anima mulieris, quod non eſt ex anima viri, vt q̃dã putauerũt, dicẽtes aĩas eſſe ex traduce. 60

## DISTINCTIO XIX.

De primo hominis ſtatu ante peccatum, ſcilicet qualis fuerit ſecundũ corpus & ſecũdũ aĩam. 60
Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum eſſet de conditione naturæ, an ex gratiæ beneficio. 61
Si non foret præceptum, vt de illo ligno æderet, & aliis, & nõ illo vteretur. an poſſet nõ mori. 62
Quæſtio Aug. q̃uo immortalis factus ſit homo. 62
Quòd ex prædictis conſequi videtur, hominem de natura ſuæ conditionis aliquo modo fuiſſe immortalem, ſed non omnino fieret immortalis, niſi participato ligno vitæ. 63

## DISTINCTIO XX.

De modo procreationis filiorum ſi nõ peccaſſent, & quales naſcerentur filii. 64
Quare in paradiſo non coierunt, duobus modis ſoluit. 64
Determinatio illius inferioris vitæ, vtrum nati filii per ſucceſſiones, an ſimul omnes trãsferẽdi fuiſſent. 64
Quales procreaſſent filios, vtrum perfectam ſtaturam, & vſum membrorum habentes, qualis primus homo fuit conditus. 65
Quibuſdam non abſurde placuit, quòd filii, parui naſcerentur, & per acceſſum temporis in ſtatura & in aliis ſicut nunc proficerent, quod non eſſet vitio imputandum. 65
Vtrum ſicut ſtatura corporis, ita & ſenſu mentis paruuli naſcerentur, & per acceſſum temporis proficerent in ſenſu & notitia veritatis, an mox nati in his perfecti eſſent. 66
De hominis translatione in meliorẽ ſtatum, & de duobus bonis altero hic dato altero ꝓmiſſo. 66

## DISTINCTIO XXI.

De inuidia diaboli qua ad hominem tentandum acceſſit. 67
Quare in aliena forma venit. 67
De modo tentationis. 68
De verſutia diaboli, qui vt facilius perſuaderet, malum remouit, & bonũ in pollicito duplicauit. 68
De duplici tentationis ſpecie. 68
Quare homo non angelus ſit redemptus. 69
Quòd non ſoli viro præceptum fuit datum. 69

## DISTINCTIO XXII.

Quòd aliter locutus eſt diabolus in muliere quàm in ſerpente. 70
Obiectio contra illos qui dicunt elationem præceſſiſſe in mente. 70
Quæ fuit elatio mulieris. 70
Quę fuit elatio viri: an crediderit, & voluerit quod mulier. 71
Quis plus peccauit Adam uel Eua. 71
Quòd prædictæ ſententiæ aduerſari videtur. 71
Quorundam ſententia quòd Adam ambierit eſſe vt Deus, ſed non credidit eſſe poſſibile. 72
De triplici ignorantia, quæ excuſat, & quæ non. 72
Vnde proceſſerit conſenſus illius peccati, cum natura hominis eſſet incorrupta. 72

## DISTINCTIO XXIII.

Quare Deus permiſerit hominem tentari, ſciens eum eſſe caſurum. 72
Quòd triplicem cognitionem habuit ante lapſū, ſcilicet rerum propter ſe factarum, & creatoris, & ſui. 73
De cognitione creatoris. 74
De ſui cognitione. 74
Vtrum homo præſcius fuerit eorum quæ ſibi futura erant. 74

## DISTINCTIO XXIIII.

De gratia hominis, & potentia ante peccatum. 75
Qualis fuerit illa rectitudo & bonitas voluntatis, in qua creatus eſt. 75
De adiutorio homini in creatione dato, quo ſtare poterat. 75
Quòd bruta animalia non habent liberū arbitriū, ſed appetitum ſenſualitatis. 76
Quòd talis eſt ordo peccādi vel cedendi in nobis, qualis fuit in primis hominibus. 76
Qualiter p illa tria in nobis cōſumetur tentatio. 77
Repetitio ſummam perſtringens. 79
Quòd ſenſualitas ſæpe in ſcriptura aliter quàm ſupra accipitur, ſcilicet vt inferior portio rationis eius nomine intelligatur. 81

## DISTINCTIO XXV.

Redit ad liberi arbitrii conſiderationem. 82
Quòd liberum arbitrium non pertinet niſi ad futurum. 82
Quòd ſuprapoſita deſcriptio liberi arbitrii nō cōuenit Deo, nec his qui glorificati ſunt. 82
Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. 82
Quòd angeli & ſancti, qui iam beati ſunt, libero arbitrio non carent. 82
De libertatis arbitrii differentia ſecundum diuerſa tempora. 82
De quatuor ſtatibus liberi arbitrii in homine. 82
De corruptione liberi arbitrii per peccatum. 83
De tribus modis libertatis arbitrii. 83
Quæſtio de libertate ad malum, an ſit ipſa libertas liberi arbitrii, an alia. 84
Quæſtio alia de libertate ad bonum, an ipſa ſit libertas liberi arbitrii, vel non. 84
Certa determinatio vtriuſque quæſtionis, qua dicitur libertas ad bonum & ad malum, eſſe libertas arbitrii. 84
De libertate a miſeria. 84
De libertate quæ fit ex gratia & quæ ex natura. 84

## DISTINCTIO XXVI.

De gratia operante & cooperante. 85
Quód bona voluntas comitatur gratiam. 85
Quæ ſit gratia voluntatem præueniens, ſcilicet fides cum dilectione. 86
Quòd voluntas bona quæ præuenitur gratia, quædam Dei dona præuenit. 87
Quæ prædictis videntur contraria, ſcilicet quòd videtur dici fidem eſſe ex voluntate. 87
Quæ adhuc addit, quæ grauiorem faciunt quæſtionem, ſ. quòd cogitatio boni præcedit fidem. 88
De illa cogitatione boni, quæ præcedit fidem plene diſſeritur. 88
Vtrum vna eademque ſit gratia quæ dicitur gratia operans, & cocoperans. 88

## DISTINCTIO XXVII.

Quid ſit ipſa, & qūo mereatur augeri quæritur. 89
In quibus bonis ſit liberum arbitrium. 89
De virtute quid ſit, & quid actus eius. 90
De fide itidem dicit quòd non eſt ex homine, ſed ex Deo tantum. 90
De gratia quæ liberat voluntatem, quæ ſi virtus eſt: virtus non eſt ex libr. arbi. & ſic non eſt motus mentis. 90
Quo ſenſu dicantur ex gratia incipere bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur. 91
Quód bona voluntas gratiæ principaliter eſt, & etiam gratia eſt, ſicut & omne bonū meritū. 91
Ex qua ratione dicitur fides mereri iuſtificationē. & alia. 91
De muneribus virtutum, & de gratia quæ non eſt, ſed facit meritum. 91
Quòd idem eſt vſus virtutis, & liberi arbitrii, ſed virtutis principaliter. 91
Aliorum ſententia hic oſtenditur, qui dicunt virtutes eſſe bonos vſus lib. arbitrii, i. actus mentis. 92

## DISTINCTIO XXVIII.

Prædicta repetit, vt alia addat, diffinitam aſſertionem ponens de gratia, & libero arbitrio contra Pelagianos. 92
Ponit ea quibus ſuum confirmant errorem, verbis Auguſtini contra ipſum vtentes. 93
Teſtimonio Hieronymi aſtruit, quid tenendum ſit de gratia, & libero arbirrio, vbi triplex hæreſis inducitur, ſ. Iouiniani, Manichæi, & Pelagii.

## DISTINCTIO XXIX.

Vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante, & quòd operante & cooperante gratia eguerit, ſed operante non eguit ſecundum omnem modū, quo ipſa operatur. 95
Quòd homo ante lapſum virtutes habuerit. 95
De eiectione hominis de paradiſo. 96
Quomodo intelligendum ſit illud, Ne ſumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. 96
De flammeo gladio ante paradiſum poſito. 97





An hō ante peccatū comederit de ligno vitæ. 97
Quare non ſunt facti immortales, ſi comederunt de ligno vitæ. 9

## DISTINCTIO XXX.

Quòd p Adā, pc̄tm̄ & pæna trāſiuit in poſteros. 97
Vtrū illud peccatū fuerit originale, au actuale. 98
Illud ē peccatū originale, qđ trāſit in poſteros. 98
Quid ſit peccatum originale inquiritur. 98
Quód originale peccatum culpa ſit, authoritatib⁹ probat. 99
Quid ſit quod dicitur originale peccatum, ſcilicet fomes peccati, ideſt coucupiſcentia. 99
Quid nomine concupiſcentiæ intelligitur, quę dicitur fomes peccati. 100
Quòd ſit peccatum in quo omnes peccauerunt, ſcilicet originale qđ ex inobediētia pceſſit. 100
Ex quo ſenſu dictum eſt, Per inobedientiam vnius multos conſtitui peccatores. 100
Quòd peccatum originale in Adam fuit, & in nobis eſt. 100
Obiectio quorundam contra id quod dictum eſt ſupra, Omnes homines in Adam fuiſſe. 101
Reſponſio vbi aperitur, qualiter fuerunt in Adam ſecundum rationem ſeminalem, & quando ex eo deſcēderint, ſcilicet propagationis lege. 101
Authoritate & ratione probatur nihil extrinſecū conuerti in humanam ſubſtantiam, quæ ab Adam eſt. 102

## DISTINCTIO XXXI.

Quomodo peccatum originale a parētibus tranſeat in filios, an ſecundum animam, an ſecundum carnem. 103
Prædictam opinionem damnat, & quòd p carnem traducatur peccatum dicit, & quomodo oſtendit. 103
Cauſam corruptionis carnis oſtendit, ex qua in anima peccatum ſit. 103
Quòd propter corruptiones carnis, quæ eſt cauſa peccati, dicitur peccatum eſſe in carne. 103
De cauſa originalis peccati, quæ eſt in carne, vtrū ſit culpa an pæna. 104
Aperitur quid ſit fæditas tracta ex libidine coeuntium, quæ uitium vel corruptio dici poteſt. 104
Inductu oſtendit ſimilium non abſurde filios trahere peccatum a parentibus, ēt mūdis dici. 104
Quare dicatur originale, dicitur cū Epilogo. 104
Obiectio quorundam intendentium probare peccatum non traduci ex lege coitus. 105

## DISTINCTIO XXXII.

Quomòdo originale peccatum dimittatur in Baptiſmo, cum poſtea ſit illa concupiſcentia, quæ dicitur originale peccatum. 105
Quòd originale peccatum duobus modis dimittitur, ſcilicet extenuatione ſui, & ſolutione reatus. 105
De fæditate quā caro ex libidine coitus contrahit, vtrum in baptiſmo diluatur. 106
Ex quo autore ſit ila cōcupiſcētia, deo vel alio. 107
Qua iuſtitia animæ mundæ ex creatione illud peccatum imputetur, cum non poſſit vitari. 107
Vtrū illud peccatū ſit volūtariū, vel neceſſariū. 107
Quare Deus animā corpori coniunxit, ſciens eam inde maculari, & ideo damnari. 107
An anima ſit talis, qualis a Deo creatur. 108
An animæ ex creatione ſint æquales in donis naturalibus. 108

## DISTINCTIO XXXIII.

An peccata omnium præcedentium patrum paruuli originaliter trahant vt peccatū Adæ. 108
Quòd in illo vno primo pc̄tō plura reperiūt. 109
Reſponſio contra illos, vbi alia peccata oſtenduntur illo maiora. 110
An illud peccatū ſit primis parētibus dimiſſū. 110
Quòd peccata parentum viſitentur in filios, & q̄ non ſunt aduerſa, quæ Deus dicit in Exodo & in Ezechiele. 110
Quare dixerit in tertiam & quartam generationē, & quare patres tantum commemorat. 111
Quomodo illud Exodi intelligi debeat ſecundum myſterium. 111
Per quid probetur, quòd primus motus nō puniat̄ æternaliter. 111

## DISTINCTIO XXXIIII.

Quæ de peccato animaduertenda ſint. 112
Quæ fuerit origo & cauſa peccati prima. 112
Quòd mala voluntas ſecūdaria cā fuit malorū. 113
In qua re ſit peccatum, an in bona, an in mala, & dicitur quia in bona tantum. 113
Quòd ex præmiſſis ſequitur, ſcilicet quòd cum dicitur malus homo, dicitur malum bonum. 114
Quòd regula dialecticorum de contrariis fallit in his ſcilicet bono & malo. 124
Sententiæ illi, qua dictum eſt, bonum eſſe malum, opponitur de prophetia quæ ait. Veh his qui dicunt bonum malum. 114

## DISTINCTIO XXXV.

Quid ſit peccatum. 115
Diuerſorum ſententias de peccato ponit. 115
Vera ſententia de peccato proponitur. 115
Authoritatibus probant voluntates & actus omnes eſſe bona inquantum ſunt. 116
Quòd omnis actus inquantum eſt, bonus eſt. 116
Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inquantum ſunt, eſſe bonos. 116
Vtrum malus actus, inquantum peccatum eſt, ſit priuatio vel corruptio boni. 117
Quomodo inquantum peccatum eſt, poſſit corrumpere bonum, cum nihil ſit. 117
Quòd peccatum proprie corruptio animæ eſt, & quomodo. 117
Qualiter homo ſe elonget a Deo, ſcilicet per diſſimilitudinem quam facit peccatum. 118
An pæna ſit priuatio boni. 118

## DISTINCTIO XXXVI.

Quód quædam ſimul ſunt peccata, & pæna peccati, quædam peccata & cauſa peccati, alia vero peccata, & cauſa & pæna peccati. 118
Ex prędictis quæſtio oritur, ſcilicet, An inquantum

peccatum eſt, ſit pæna peccati. 119
Quòd cum omne peccatum poſſit dici pæna, non tamen omne eſt pæna peccati. 119
Quòd non obuiat veritati, ſiqs dicat ipſa peccata eſſe pænas peccati eſſentialiter. 120
Aperte oſtendit peccata quædam eſſe pænam peccati, & pænam ipſam iuſtam eſſe & a Deo. 120
De quibuſdam quæ ſine dubio peccata ſunt, & pænæ, vt ira, & inuidia. 120
Quód verbis Auguſtini præmiſsis quædam ſententia Hieronymi obuiare videtur. 121
Determinatio, contrarietatem ſubmouens ſanctorum. 121

## DISTINCTIO XXXVII.

Aliorum ponit ſententiam qui dicunt malos actus nullo modo eſſe a Deo: nec eſſe bonos ſiue in eo quod ſunt: ſiue alio modo. 121
Qualiter determinat verba Augu. præmiſſa quibus ait, omne quod eſt, inquantũ eſt, bonũ eſſe. 122
Secundum hos res aliquæ ſunt, quæ a Deo nõ ſunt, quibus homines mali ſunt. 122
Ex parte eorum præmiſſæ opponitur ſententiæ in illo verbo, Deus author malorum non eſt. 123
Quòd de peccato non de pæna intelligitur: cum dicitur Deus, non eſt author mali. 123

## DISTINCTIO XXXVIII.

De volũtate & eius fine, ex quo & ipſa iudicaẽ. 124
Quòd Deus eſt finis omnis bonę actionis, quia charitas eſt, nec tantum ſpiritusſanctus, ſed & Chriſtus, & pater: nec hi ſunt tres fines, ſed vnus. 124
Quòd omnes bonæ voluntates, vnum habent finẽ, & tamen quædam bonæ diuerſos fines ſortiuntur. 125
De differentia voluntatis, intentionis, & finis. 126
An alia intentio ſit voluntas. 126

## DISTINCTIO XXXIX.

Cum voluntas ſit de his, quæ naturaliter homo habet, quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum ſit. 127
Quare actus voluntatis ſit peccatum, ſi actus aliarum potentiarum non ſunt peccata. 128
Quomodo intelligendum ſit illud, homo etiã qui ſeruus eſt peccati naturaliter vult bonum. 129

## DISTINCTIO XL.

An ex fine omnes actus penſari debeant, vt ſimpliciter boni, vel mali dicantur. 130
Vtrũ omnia opera hominis, ex affectu, & fine, ſint bona, vel mala. 131
Aliter Auguſtinus ſentire videtur, qui dicit opera hominis eſſe bona vel mala ex intentione, & cauſa præter quædam, quæ per ſe peccata ſunt. 132
Quidam dicunt hæc prædicta non poſſe fieri bono fine. 133

## DISTINCTIO XLI.

An omnis intentio, & actio eorum qui fide carent, ſit mala. 133
Quæ præmiſſæ obiiciuntur ſententiæ ex verbis Auguſtini. 134
Aliorum ſententia de præmiſſa quæſtione qua quærebatur: ſi omnis eorum actio mala eſt qui fidem non habent. 134
Quòd mala voluntas, eſt voluntariũ peccatũ. 135

## DISTINCTIO XLII.

An voluntas, & actio mala in eodẽ homine, & circa eandem rem, ſint vnũ peccatũ vel plura. 135
Si peccatum ab aliquo admiſſum in eo ſit quouſq; peniteat. 137
Quibus modis dicitur in ſcriptura reatus. 137
De modis peccatorum qui multipliciter aſsignantur. 138
Quo differant delictum & peccatum. 139
De ſeptem vitiis principalibus. 139
De ſuperbia quæ eſt radix omnis mali. 140
Quo ſenſu vtrumque dicatur radix omnium malorum ſcilicet ſuperbia, & capiditas. 140

## DISTINCTIO XLIII.

De peccato in ſpiritumſanctum, quod dicitur etiã peccatum ad mortem. 141
Quid ſit illud peccatum. 141
An omnis obſtinatio, vel deſperatio peccatum ſit in ſpiritumſanctum. 141
Quòd aliter accipitur peccatum in ſpiritumſanctum. 142
Alia aſsignatio peccati in ſpiritumſanctum. 143

## DISTINCTIO XLIIII.

De potentia peccandi, an ſit homini, vel a diabolo a Deo. 144
Auctoritatibus aſtruit, potentiam peccandi eſſe a Deo. 145
An aliquando reſiſtendum ſit poteſtati. 146

*Diſtinctionum & partitionum ſecundi libri Sententiarum, Finis.*

# INDEX QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM SANCTI THOMAE.

## DISTINCTIONIS PRIMAE.

### QVAESTIO. I.

Vtrum ſint plura prima principia. folio. 1
Vtrum a Deo poſſit aliquid exire per creationẽ. 2
Vtrum creare conueniat etiam aliis quàm Deo. 2
Vtrum aliquid a Deo efficiat aliquam rem. 3
Vtrum mundus ſit æternus. 3
Vtrũ cõuenienter exponatur in principio Deũ creaſſe. i. in filio, vel in principio tempori, vel ante omnia. 5

### QVAESTIO II.

Vtrum Deo competat agere propter finem. 5
Vtrum creaturæ ſint propter Dei bonitatem. 6
Vtrum omnia ſint facta propter hominem. 6
Vtrum anima rationalis debuit vniri corpori. 6
Vtrum anima humana tali corpori debuerit vniri. 7

## DISTINCTIONIS. II.

### QVAESTIO I.

Vtrum æuum ſit idem quod æternitas. 7
Vtrum æuum ſit tantum vnum. 8
Vtrum duratio angeli ante mundum inceperit. 8

### QAESTIO. II.

Vtrum cælum empyreum ſit corpus. 9
Vtrum cælum empyreum ſit lucidum. 9
Vtrum cælum empyreũ habeat influentiã ſupra alia corpa. 10

## DISTINCTIONIS. III.

### QVAESTIO I.

Vtrum angelus ſit compoſitus ex materia & forma. 10
Vtrum in angelis poſſit eſſe perſonalitas. 11
Vtrum in angelis poſſit eſſe numerus. 11
Vtrum ſint plures angeli vnius ſpeciei. 12
Vtrum angeli ſint vnius generis. 12
Vtrum angelus & anima ſpecie differant. 12

### QVAESTIO II.

Vtrũ angelus in principio ſuæ creationis potuerit eẽ malus. 13

### QVAESTIO. III.

Vtrum angelus cognoſcat res per eſſentiam ſuam vniuerſaliter per ſpecies. 14
Vtrum angeli ſuperiores intelligant per ſpẽs vniuerſaliores. 14
Vtrum angeli per ſpecies illas particularia cognoſcant. 15
Vtrum angelus plura ſimul actu intelligat. 16
Vtrum angeli in illo ſtatu innocentiæ Deum ſupra ſe & plus q̃ ſe dilexerint, dato q̄ in gratia creati non ſint. 16

## DISTINCTIONIS IIII.

### QVAESTIO I.

Vtrum angeli creati ſint beati. 17
Vtrum angeli ſuam miſeriã vel beatitudinẽ præſciuerint. 17
Vtrum angeli creati ſint in gratia. 17

## DISTINCTIONIS. V.

### QVAESTIO I

Vtrum in angelis potuit eſſe peccatum. 18
Vtrum angelus Dei æqualitatem appetierit. 18
Vtrum primum peccatum angeli fuerit ſuperbia. 19

### QVAESTIO II.

Vtrum angeli indiguerint gratia, vt conuerterentur ad Deũ. 20
Vtrum angeli ſuam beatitudinem meruerint. 20

## DISSTINCTIONIS. VI.

### QVAESTIO I.

Vtrum lucifer fuerit ſupremus omnium. 20
Vtrum peccatum primi angeli fuerit occaſio peccandi aliis. 21
Vtrum conuenienter aſsignetur locus ipſis angelis poſt caſũ. 21
Vtrum in demonibus ſit ordo. 22
Vtrũ dæmones qui a ſanctis vincunẽ retrudantur in infernũ. 22

## DISTINCTIONIS VII.

### QVAESTIO I.

Vtrum boni angeli posſint peccare. 22
Vtrum dæmones posſint bonum facere & non ſint obſtinati in malo. 23

### QVAESTIO II.

Vtrum angeli vigeant acumine ſcientiæ. 23
Vtrum per dæmones diuinatio fieri poſſit. 24

### QVAESTIO. III.

Vtrũ posſint aliquos veros effectus facere in materia corpali. 24
Vtrum eorum auxilio & conſilio ſit malum. 24

## DISTINCTIONIS. VIII.

### QVAESTIO I.

Vtrum angeli habeant corpora naturaliter vnita. 26
Vtrum angeli corpora aſſumant. 26
Vtrum corpora aſſumpta ab angelis habeant veram naturam, quam oſtendunt. 26
Vtrum angeli in corporibus aſſumptis comedere posſint. 27
Vtrum dæmones intra corpora hominum eſſe posſint. 27
Vtrum ipſe Deus in corporalibus figuris apparuerit. 28

## DISTINCTIONIS IX.

### QVAESTIO. I.

Vtrum Dionyſius competenter diffiniat hierarchiam. 28
Vtrum vnus angelus alium purget. 29
Vtrum conuenienter diuidatur angelica hierarchia in tres hierarchias & nouem ordines. 30
Vtrum conuenienter diſtinguantur nomina angelorum. 30
Vtrum omnes angeli vnius ordinis ſint æquales. 31
Vtrum omnes hierarchiæ ſint connexæ. 31
Vtrum diſtinctio ordinum ſit a natura. 32
Vtrum homines aſſumantur ad ordines angelorum. 32

## DISTINCTIONIS X.

### QVAESTIO I.

Vtrum omnes angeli aſſiſtant. 32
Vtrum omnes angeli in miniſterium mittantur. 33
Vtrum omnes angeli ſecundæ hierarchiæ mittantur. 33
Vtrũ angeli p̄ executionẽ miniſterii a cõtemplatione tardẽt. 34

## DISTINCTIONIS XI.

### QVAESTIO I.

Vtrum angeli homines cuſtodiant. 34
Vtrũ cuſtodire p̄tineat ad omnes ordines tertiæ hierarchiæ. 35
Vtrum angeli omnibus hominibus ad cuſtodiam deputẽtur. 35
Vtrum angelus quandoq; relinquat hominem cui deputatus eſt ad cuſtodiendum. 35
Vtrũ angeli doleant de damnatione hominũ quos cuſtodiũt. 36

### QVAESTIO II.

Vtrum angeli proficiant in cognitione Dei. 36
Vtrum angeli inferiores illuminentur a ſuperioribus. 36
Vtrum angeli accipiant aliquam cognitionem per mutuam locutionem. 37
Vtrum miſterium incarnationis per homines didicerint. 37
Vtrum inter eos ſit pugna & contradictio. 38
Vtrum ordinum diſtinctio maneat poſt diem iudicii. 38

## DISTINCTIONIS XII.

### QVAESTIO I.

Vtrum omnium corporalium ſit vna materia. 39

Vtrum

Vtrum oĩa corpora ſint ſimul creata in ſpeciebus ſuis diſtincta. 39
Vtrum ſecundum expoſitionem beati Auguſtini dierum diſtinctio ſaluetur. 39
Vtrum prima materia informis erat. 40
Vtrum conuenienter aſſignentur quatuor coeua. 41

DISTINCTIONIS XIII.

QVAESTIO I.

Vtrum poſt opus creationis, diſtĩõis opus neceſſariũ fuerit. 41
Vtrum lux proprie in ſpiritualibus inueniatur. 42
Vtrum lux ſit accidens reale. 42
Vtrum conuenienter lucis productio recitetur. 43
Vtrum pater faciat omnia per filium. 44

DISTINCTIONIS XIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum ſupra firmamentum ſint aliquæ aquæ. 44
Vtrum firmamentum de natura inferiorum corporum ſit. 45
Vtrum motus cœli ſit ab intelligentia. 45
Vtrum conuenienter a Rabano cœlorum numerus aſſignetur. 46
Vtrum conuenienter opus tertiæ diei deſcribatur. 46

DISTINCTIONIS XV.

QVAESTIO I.

Vtrum conuenienter ſtellarum productio deſcribatur. 47
Vtrum corpora cæleſtia habeant aliquem effectum in iſtis inferioribus. 47
Vtrũ corpora cæleſtia habeant cauſalitatem ſup motus li.ar. 48

QVAESTIO II.

Vtrum verum eſt quod dicitur, quædã animalia ex aquis, quædam ex terris materiam ſumpſiſſe. 48
Vtrum conuenienter ornatus trium elementorũ deſcribaẽ. 49

QVAESTIO. III.

Vtrum Deus conſumauerit ſeptima die opus ſuum. 49
Vtrum conuenienter dicatur Deum die ſeptima requiuiſſe. 50
Vtrum Deus diem ſeptimam præ aliis ſanctificare debuit. 50

DISTINCTIONIS XVI.

QVAESTIO I.

Vtrum aliqua creatura poſſit dici ad imaginem. 51.
Vtrum tantum in rationabilibus creaturis imago inueniaẽ. 51
Vtrũ imago Dei magis reperiatur in angelis q̃ in hominib⁹. 51
Vtrũ conuenienter imago & ſimilitudo in litera diſtiguantur. 51

DISTINCTIONIS. XVII.

QVAESTIO. I.

Vtrum anima humana ſit de eſſentia diuina. 53
Vtrum anima humana ſit ex aliqua materia conſtituta. 53

QVAESTIO II.

Vtrum ſit vnus intellectus in omnibus hominibus. 54
Vtrum anima humana ſit extra corpus creata. 55

QVAESTIO. III.

Vtrum corpus cæleſte ſit de compoſitione corporis humani. 56
Vtrum paradiſus ſit locus corporalis. 56

DISTINCTIONIS XVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum corpus mulieris de coſta viri fieri debuerit. 57
Vtrũ conuenienter dicaẽ rationes ſeminales Deus indidiſſe. 57
Vtrum oĩa quæ præter rõnes ſeminales fiunt, miracula ſint. 58

QVAESTIO II.

Vtrum anima humana traducatur ex parentibus. 58
Vtrũ anima rationalis procedat a Deo mediantibus angelis. 59
Vtrum anima ſenſibilis ſit ex traduce. 59

DISTINCTIONIS. XIX.

QVAESTIO I.

Vtrũ anima humana maneat corrupto corpore vł corrũpaẽ. 61
Vtrum homo in ſtatu innocentiæ habuerit neceſſitatem moriendi. 62
Vtrum homo in ſtatu innocentiæ fuerit paſſibilis. 62
Vtrum homo in primo ſtatu fuerit impaſſibilis & immortalis per naturam. 62
Vtrum illa immortalitas ſit eadem cum immortalitate reſurgentium. 63

DISTINCTIONIS. XX.

QVAESTIO. I.

Vtrum in primo ſtatu fuiſſet generatio. 64
Vtrum in primo ſtatu fuiſſet generatio per coitum. 64

QVAESTIO II.

Vtrum homines in ſtatu illo ſtatim nati omnem perfectionem corporis habuiſſent. 65
Vtrum pueri mox nati perfecti in cognitione fuiſſent. 65
Vtrum in ſtatu innocentię pueri in gratia nati fuiſſent. 66

DISTINCTIONIS XXI.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus tentet. 67
Vtrum tentatio quæ eſt a diabolo, peccatum ſit. 67
Vtrum tentatio ſit appetenda. 67

QVAESTIO II.

Vtrum diabolus ex inuidia & in forma ſerpentis tentauerit Euam. 68
Vtrum peccatum Adæ grauius fuerit omnibus aliis peccatis. 68
Vtrum Adam in primo ſtatu, ante potuit peccare venialiter quàm mortaliter. 69

DISTINCTIONIS XXII.

QVAESTIO I.

Vtrum primum peccatum hominis fuerit ſuperbia. 69
Vtrum peccatum hominis fuerit in hoc, quòd appetiit eſſe ſicut Deus. 70
Vtrum mulier grauius quàm vir peccauerit. 70

QVAESTIO II.

Vtrum ignorantia ſit peccatum. 71
Vtrum ignorantia excuſet peccatum. 71

DISTIESTIIONIS XXIII.

QVAESIO I.

Vtrum Deus potuerit conferre alicui naturæ creatæ vt peccare non poſſit. 72
Vtrum Deus debuit permittere hominem tentari & peccare. 73

QVAESTIO II.

Vtrum Adam Deum per eſſentiam viderit. 73
V rum rerum omnium ſcientiam habuit. 74
Vtrum Adam in primo ſtatu potuerit falli. 74

DISTNCTIONIS XXIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum lib.ar. ſit potentia vel habitus. 75
Vtrum lib.ar. nominet vnam potentiam vel plures. 75
Vtrum lib.ar. ſit potentia diſtincta a voluntate & ratione. 76
Vtrum Adam in primo ſtatu per liber.arbit. poterat peccatum vitare. 76

QVAESTIO II.

Vtrum conuenienter notificatur ſenſualitas in litera. 77
Vtrum ratio ſuperior & inferior ſint vna potentia vel diuerſæ. 77
Vtrum ſynderesis ſit potentia vel habitus. 78
Vtrum conſcientia ſit actus. 78

QVAESTIO III.

Vtrum ſufficienter diſtinguantur in littera motus ſenſualitatis, & rationis ſuperioris & inferioris. 79
Vtrum motus ſenſualitatis poſſit eſſe peccatum. 79
Vtrum in ratione poſſit eſſe peccatum. 79
Vtrum in delectatione rationis inferioris aliquo modo poſſit eſſe peccatum mortale. 80
Vtrum in ratione ſuperiori poſſit eſſe peccatum veniale. 80
Vtrum veniale poſſit fieri mortale. 81

DISTINCTIONIS XXV.

QVAESTIO I.

Vtrum liberum arbitrium ſit in Deo. 83
Vtrum liberum arbitrium cogi poſſit. 83
Vtrum liberũ arbitriũ ad omnia opera humana ſe extendaẽ. 84
Vtrum liberum arbitrium augeatur vel minuatur. 84
Vtrum liberum arbitrium conuenienter diſtinguatur. 84

DISTINCTIONIS XXVI.

QVAESTIO I.

Vtrum gratia ponat quid creatum in anima. 85
Vtrum gratia ſit ſubſtantia vel accidens. 86
Vtrum gratia ſit in potentia animæ ſicut in ſubiecto. 86
Vtrum gratia ſit virtus. 86
Vtrum gratia conuenienter per operantem & cooperantem diuidatur. 87
Vtrum gratia in anima multiplicetur. 88

DISTINCTIONIS. XXVII.

QVAESTIO I.

Vtrum virtus ſit habitus. 89
Vtrum Augu. conuenienter virtutem diffiniat. 89
Vtrum aliquis poſſit ex condigno vitam æternam mereri. 90
Vtrum quis gratiam mereri poſſit. 90
Vtrum aliquis augmentum gratiæ poſſit mereri. 91
Vtrum vnus poſſit alteri primam gratiam promereri. 91

DISTINCTIONIS XXVIII.

QVAESTIO. I.

Vtrum homo ſine gratia aliquod bonum facere poſſit. 92
Vtrum homo ſine gratia poſſit peccatum vitare. 93
Vtrum homo ſine gratia poſſit omnia mãdata legis implere. 93
Vtrum homo ſine gratia poſſit ſe præparare ad gratiam. 93
Vtrum homo ſine gratia poſſit cognitioné veritatis habere. 94

DISTINCTIONIS XXIX.

QVAESTIO I.

Vtrum homo in ſtatu innocentiæ gratia indiguerit. 95
Vtrum homo ante peccatum gratiam habuerit. 95
Vtrum homo in primo ſtatu tantum de gratia habuiſſet, quantum poſt peccatum. 96
Vtrum actus humani ante peccatum fuiſſent efficaciores ad merendum gratiam. 96
Vtrum pœna hominis conuenienter determinetur pro peccato primæ transgreſſionis. ſ. priuatio iuſtitiæ originalis, & expulſio de paradiſo. 97

DISTINCTIONIS XXX.

QVAESTIO I.

Vtrum defectus quos ſentimus ſint nobis quaſi pœna pro peccato. 98
Vtrum defectus aliquis ex primis parentibus in nos deuenire, habeat rationem culpæ. 98
Vtrum concupiſcentia ſit originale peccatum. 99

QVAESTIO II.

Vtrum alimentũ in veritaté humanæ naturæ conuertatur. 99
Vtrum ſemen ex alimento deſcendat. 101

DISTINCTIONIS XXXI.

QVAESTIO I.

Vtrum p traductioné carnis originale peccatũ traducatur. 103
Vtrũ neceſſariũ ſit oẽs homines in peccato originali naſci. 104

QVAESTIO II.

Vtrum originale peccatum ſit in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto vel in aliqua potentia eius. 104
Vtrum vis generatiua præ aliis viribus infecta ſit. 105

DISTINCTIONIS XXXII.

QVAESTIO I.

Vtrum culpa originalis per baptiſmum ſoluatur. 106
Vtrum pœna originalem culpam conſequens, poſt baptiſmum remaneat. 106
Vtrum originalis concupiſcentia in quibuſdam maior, & in quibuſdam minor inueniatur. 107

QVAESTIO II.

Vtrum infectio originalis a Deo ſit. 107
Vtrum diuinam ſapientiam deceat infundere animam corpori a quo contrahat maculam. 107
Vtrum animæ ex ſua creatione ſint inæquales. 108

DISTINCTIONIS XXXIII.

QVAESTIO I.

Vtrum ex proximis parentibus aliquis contrahat maculam originalem. 109
Vtrum culpa proximorum parentum in filios redundet quo ad pœnam. 109
Vtrum originale peccatum ſit vnum vel multa. 110

QVAESTIO II.

Vtrum peccato originali poſt morté debeaẽ ſenſibilis pœna. 110
Vtrum pueri non baptizati afflictionem ſpiritualem in anima ſentiant. 111

DISTINCTIONIS XXXIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum malum ſit. 112
Vtrum malum ſit ens ſicut natura quædam. 112
Vtrum bonum poſſit eſſe cauſa mali. 113
Vtrum malum ſit in bono ſicut in ſubiecto. 114
Vtrum per malum totum bonum corrumpatur. 114

DISTINCTIONIS XXXV.

QVAESTIO I.

Vtrum malum ſufficienter per pœnam & culpam diuidatur. 115
Vtrum conuenienter peccatũ vel culpa in litera diffiniatur. 116
Vtrum omne peccatum in actu conſiſtat. 116
Vtrum peccatum conſiſtat in exteriori actu. 117
Vtrum per peccatum fiat corruptio in potentiis animæ. 117

DISTINCTIONIS XXXVI.

QVAESTIO I.

Vtrum vnum peccatum poſſit eſſe cauſa alterius peccati. 118
Vtrum paſſio poſſit dici peccatum. 119
Vtrum peccatum poſſit eſſe pœna peccati. 119
Vtrum omnis pœna pro aliqua culpa in homine ſit. 120
Vtrum conuenienter ponatur diſtinctio bonorum. 120

DISTINCTIONIS XXXVII.

QVAESTIO I.

Vtrum peccatum ſit ſubſtantia vel natura, aut res quædam. 121
Vtrum omne quod eſt, quocumque modo ſit, a Deo ſit. 122

QVAESTIO II.

Vtrum Deus ſit cauſa ipſius peccati abſolute. 122
Vtrũ Deus ſit cauſa actiõis in qua deformitas culpæ cõſiſtit. 123

QVAESTIO III.

Vtrum Deus ſit cauſa pœnæ. 123
Vtrum malum per prius dicatur de culpa quàm de pœna. 124

DISTINCTIONIS XXXVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum omnium rectarum voluntatum ſit tantũ vnus finis. 124
Vtrum finis communis & vnus rectarum voluntatum poſſit eſſe charitas vel beatitudo. 125
Vtrum intentio ſit aliquid voluntatis. 126
Vtrum ſit vnus actus volũtatis qui eſt de fine, & de his quæ ſunt ad finem. 126
Vtrum voluntas habeat ſuam bonitatem ex fine. 126

DISTINCTIONIS XXXIX.

QVAESTIO I.

Vtrum in voluntate poſſit eſſe peruerſitas peccati. 127
Vtrum in actibus aliarum potentiarum poſſit eſſe peccatum. 127

QVAESTIO II.

Vtrum homo velit bonum naturaliter. 128


Vtrum

Vtrum motus ſit idem quo homo vult bonum naturaliter, & quo vult malum. 128

QVAESTIO I.

Vtrum ſuperior ſcintilla rationis poſſit extingui. 129
Vtrum conſcientia poſſit errare. 129
Vtrum conſcientia errans obliget. 140

DISTINCTIONIS XL.

QVAESTIO I.

Vtrum bonum & malum ſint eſſentiales differentiæ actiōis. 130
Vtrum ex voluntate actio ſit iudicanda bona vel mala. 131
Vtrum actus exterior addat aliquid de bonitate vel malitia ſupra bonitatem vel malitiam voluntatis. 131
Vtrum eadem actio ſit bona vel mala. 131
Vtrum actio indifferens īueniatur in actibus humanis. 132

DISTINCTIONIS XLI.

QVAESTIO I.

Vtrum fidei ſit vſiter intentionem dirigere. 134
Vtrum actus infidelis hominis bonus eſſe poſſit. 134

QVAESTIO II.

Vtrum peccatum ſit voluntarium. 134
Vtrum omne peccatum ſit in voluntate. 135

DISTINCTIONIS XLII.

QVAESTIO I.

Vtrum voluntas peccati & actus ſint duo peccata. 136
Vtrum poſt actum peccati reatus remaneat. 136
Vtrū peccatū diuidaẗ cōuenienter per mortale & veniale. 136
Vtrū veniale peccatum a mortali diſtinguatur. 136
Vtrum peccatum mortale & veniale differant per pœnam æternam & temporalem. 137

QVAESTIO II.

Vtrum peccata diſtinguantur penes radices. 138
Vtrum peccatum conuenienter diuidatur in peccatum cogitationis, oris, & operis. 138
Vtrum diuiſio capitalium vitiorum ſit competens. 139
Vtrū ſpecies ſuperbiæ conuenienter aſſignentur. 140
Vtrum omnia peccata ſint paria. 140

DISTINCTIONIS XLIII.

QVAESTIO I.

Vtrum ſit aliquod peccatum in ſpiritumſanctum. 141
Vtrum peccatū in ſpiritūſanctū ſit determinatū genus pcti. 141
Vtrū cōuenienter aſſignentur ſpecies pcti in ſpiritūſanctū. 141
Vtrum peccatum in ſpiritumſanctum ſit irremiſſibile. 142
Vtrum aliquis in primo actu peccati poſſit peccare in ſpiritumſanctum. 143
Vtrum Adam in ſpiritumſanctum peccauerit. 143

DISTINCTIONIS XLIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum potentia peccandi ſit a Deo. 144
Vtrum omnis prælatio à Deo ſit. 144
Vtrum in ſtatu naturæ integræ prælatio fuiſſet. 145

QVAESTIO II.

Vtrum obedientia ſit virtus. 145
Vtrum chriſtiani teneantur obedire ſecularibus poteſtatibus & præcipue tyrannis. 146
Vtrū obām pfeſſi teneant ſimplr obedire prælatis ſuis. 146

*Index Quæſtionum & Articulorum Secundi libri Sententiarum, explicit.*



# SCRIPTVM S. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

## IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

### PROLOGVS S. THO.

SPIRITVS EIVS ORNAVIT CAELOS, et obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Iob. 26. Creaturarum conſideratio pertinet ad theologos, & ad philoſophos: ſed diuerſimode. Philoſophi enim creaturas conſiderant, ſecundum quòd in propria natura conſiſtunt. vnde proprias cauſas, & paſſiones rerum inquirunt: ſed theologus cōſiderat creaturas, ſecundum q a primo principio exierunt, & in finem vltimum ordinantur, q Deus eſt; vnde rectè diuina ſapientia nominatur, quia altiſſimam cauſam conſiderat, quæ Deus eſt, vnde dr Eccl. 42. Nonne Deus fecit ſanctos ſuos enarrare &c. Per modum iſtum in hoc ſecūdo libro de creaturis agitur, vnde materia eius ex verbis præmiſſis accipi poteſt, ex quibus tria elicere poſſumus. ſ. rerum principium, principij ipſius actum, & actus effectum. Ex parte principij duo tanguntur. ſ. ſpiritus & manus, ſpiritus bonitatis, vel voluntatis ſuæ: ſed manus poteſtatis. De hoc ſpiritu dicitur in pſal. 103. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Quia ſecundum Dionyſium 4. cap. de di. nominibus. Sicut ſol radios ſuos emittit ad corporum illuminationem: ita diuina bonitas radios ſuos. i. participationes ſui diffundit ad rerum creationem. Et ideo Aug. dicit, q inquantum bonus eſt, ſumus, iſtum ſpiritum negauerunt, qui poſuerunt Deum produxiſſe res, ex neceſſitate naturę, & non ex libertate voluntatis, contra quos dicit Diony. cap. 4. de diui. nomi. quòd diuinus amor non permiſit eum, ſine germine eſſe. Sed de manu poteſtatis eius, in pſal. 103. legitur. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. In manu ſiquidem eius erant omnes fines terræ, quia ab æterno, non niſi in eius poteſtate erant. Aperta enim manu claue amoris creaturæ prodierunt, hæc eſt manus de qua dicit Eſa. 59. Ecce non eſt abbreuiata manus eius, quia infinita ſua virtute rerum ſubſtantiam in eſſe producit, hanc manum abbreuiare voluerūt, qui a Deo nihil fieri poſſe, ex nihilo aſtruxerunt. Et ſic apparet in productione creaturarum trinitas perſonarum, in ſpiritu ipſe ſpirituſſanctus, de quo dicitur, Sap. 1. Spiritus domini repleuit omnem terram. In manu filius, qui etiam brachium patris dicitur Iob. 40. Si habes brachium ſicut Deus &c. eo quòd ipſe eſt virtus, & ſapientia Dei 1. Cor. 1. Et omnia per ipſum facta ſunt. Ioan. 1. Sed in pronomine eius, perſona patris exprimitur cuius eſt, & filius & ſpirituſſanctus: De quo dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Sed ex parte actus tangit etiam duo. ſ. ornatum & obſtetricationis officium, ornatus pertinet ad diſpoſitionem rerū, quia eas varia pulchritudine decorauit, vt dicitur Eccl. 42. Magnalia ſapientię ſuæ decorauit. De hac etiam pulchritudine Boetius dicit. Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipſe. Sed obſtetricatio pertinet ad prouidentię gubernationem, qua creaturas per ſe ſubſiſtere non valentes, ad modum obſtetricis in eſſe conſeruat, neceſſaria in finem miniſtrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonū ordinādo, vnde dicitur Iob. 38. ſecundum ſimilem metaphoram, Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat? &c. Ex parte effectus duo tangit, ſcilicet cælum & colubrum tortuoſum. In cælo duo conſiderare poſſumus, ſcilicet ſtabilitatem, Prouerb. 3. Stabiliuit cælos prudentia, & indeficientem claritatem, de qua Eccl. 24. Ego feci in cælis, vt orirentur &c. vnde per cælos intelligere poſſumus creaturas, quæ in decore ſuo firmiter perſtiterunt. Similr in colubro tortuoſo, duo cōſiderare poſſum⁹, ſ. obſcuritatē, & obliquitatem. Primum in noīe colubri, obſcuritatē ītelligim⁹: quia coluber dr, quaſi colens vmbram, quæ ſonat priuationem lucis, obliquitatem in hoc quod dicitur tortuoſum. diſtortum enim eſt, qd rectitudine obliquatur. Et ideo per hunc colubrum tortuoſum, creaturæ illæ intelligi poſſunt, quarum pulchritudo eſt per peccatum

C obſcurata, & rectitudo obligata, & præcipue diabolum, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Sapien. 3. Et de vmbroſitate eius dicitur Iob. 40. Sub vmbra dormit in ſecreto calami. Et de eius tortuoſitate dicitur Eſa. 27. Viſitabit dominus in gladio ſuo duro &c. Recte ergo cælos ſpiritus ornaſſe dicitur, quia in creaturis, quę ſuum ordinem ſeruauerūt, & diuina bonitas clarius reſplendet, & decoris ornatus immutatus non eſt. Recte etiam dicitur coluber tortuoſus manu obſtetricante eductus, quia in malis relucet etiam diuina potentia per hoc, quòd cohibentur, & diuina prouidentia per hoc, quòd eorum mala ordinantur in bonum. Et ſic patet materia huius ſecundi libri, in quo de inſtitutione creaturarum agitur, & lapſu per peccatum angeli vel hominis.

1. de doctrina Chriſtiana. c. 32.

3. De conſ. Metro. 9.

† In Timeo c. 7. ſm Sectionem M. Ficini in cōmento.

## LIBER SECVNDVS SENTENTIARVM.

## DISTINCTIO PRIMA.

A

*Vnum eſſe rerum principium oſtendit non plura, vt quidam putauerunt.*

CREATIONEM rerum inſinuans ſcriptura: Deum eſſe creatorem initiumq; temporis, atq; omnium viſibilium, vel inuiſibilium creaturarum, in primordio ſui oſtendit dicens. In principio creauit Deus cælum & terram. His etenim verbis Moyſes ſpiritu Dei afflatus, in

B vno principio a Deo creatore, mundum factum refert, elidēs errorem quorundam a plura ſine principio fuiſſe principia opinantium. Plato nāque tria initia fuiſſe exiſtimauit, Deum ſcilicet & exēplar, & materiā, & ipſa increata ſine principio,

D

## DISTINCTIO PRIMA.

### DIVISIO TEXTVS.

DIVIDITVR ergo liber iſte in partes duas. In prima determinat de creaturis in communi. In ſecunda determinat de eis in ſpeciali, quantum ad conſiderationem Theologi pertinet. ſecunda ibi { De angelica itaque natura. } Prima in duas. In prima, determinat de creaturis, ſecundum exitum earum a principio. In ſecunda, determinat de eis, ſecundum ordinem earum in vl-

E timum finem, ibi { Credamus ergo rerum creatarum &c. } Prima diuiditur in tres. In prima, inducit authoritatem, quæ oſtenſa veritate omnium, errorem excludit. Secundo proſequitur errores, qui per authoritates confirmantur, ibi { Plato nāque. } Tertio concludit veritatem, ibi { Horum ergo & ſimilium. } Circa primum duo facit. Primo tangit errorem Platonis. Secundo errorem Ariſto. ibi { Ariſtote. vero &c. } Circa primum facit duo. Primo oſtendit, quomodo per authoritatem Scripturæ, refellitur error Platonis, tum propter multitudinem principiorum, tum propter negationem creationis. Secundo remouet quandam dubitationem ex dictis, ibi. { Verūtamen ſciendum &c. }

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Ad euidentiam huius partis quæruntur hic ſex.

Primo. Vtrum ſit tantum vnum primum principium.
Secundo. Vtrum ab illo principio res per creationem effluxerunt.

& Deum quaſi artificem; non creatorem. Creator etenim eſt, qui *b* de nihilo aliquid facit, & creare proprie eſt de nihilo aliquid facere, facere vero nō eſt modo de nihilo aliquid operari; ſed etiam de materia. Vnde & homo vel angelus

Tertio. Vtrum tantum ab ipſo res per creationem prodierunt, an etiam ab aliquibus principijs ſecundis.
Quarto. Si non per creationem, vtrum alio quolibet modo vnum poſſit eſſe cauſa alterius.
Quinto. Vtrum res ab æterno a Deo creatæ fuerunt.
Sexto. Suppoſito ꝙ non, quomodo dicitur, Deus in principio cælum & terram creaſſe.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum ſint plura principia.*

1.q.44.1.q. 2.3.q.11.3. 1.diſt.2.1. Tex.cō.30. contra gēt. 1.ca.43. de pot.q.3.6. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſint plura prima principia, quia ſecundum Philoſophum 2. Cæli & Mundi. Si vnum contrariorum fuerit in natura & reliquum: ſed ſummum malum, eſt contrarium ſummo bono, ſicut & malum bono. ergo cum ſit quoddam ſummum bonum, quod eſt principium primum omnium bonorum: Videtur ꝙ ſit, & vnum ſummum malum, quod eſt principium primū omnium malorū, & ſic erunt duo prima principia.

¶ 2 Præt. Omne quod fit vel ipſum eſt primum principium, Tex.cō.18. vel eſt ab aliquo principio, ſicut in 3. Phyſic. dicitur: ſed aliquod malum fit in mundo. ſi ergo ipſum non ſit primum principiū, quia hoc dato haberetur propoſitum, oportet ꝙ ſit ab aliquo principio: ſed nō a bono, quia bonum eſt deſtructiuum mali, & non cauſa eius: ſicut nec calidum frigidi, & eadem ratione illius mali ſi non ſit primum principium: erit alterum malum principium primum. Non eſt enim in principijs, vel cauſis procedere in infinitum, Tex.cō.5. vt probatur in 2. Metaph. ergo videtur, quòd oportet deuenire ad primum malum, quod ſit principium omnis mali, & ſic habetur propoſitū. Si dicas, quòd malum non habet principium: ſed accidit præter intentionem alicuius principij agentis.

¶ 3 Contra. Omne quod accidit præter intentionem agentis eſt caſuale. & in paucioribus: ſed malum inuenitur, vt in pluribus, Cap. 19. vt in 2. Topic. dicitur. ergo videtur, quòd malum ſit intentum, & habeat per ſe principium.

¶ 4 Præt. Quæ ſunt ab vno principio, habent conformitatem adinuicem, quia principiatum imitatur principium: ſed in rebus reperitur magna contrarietas & diuerſitas. ergo oportet eam in principia contraria reducere.

¶ 5 Præt. Materia & agens, nunquàm incidunt in idem, vt Tex.cō.70. in 2. Phyſic. dicitur, nec etiam agens & forma in idem numero: T. c. 5. vſq; ad 13. incluſiue. ſed res habent principia, & formalia, & materialia, & actiua, & in ſingulis eſt deuenire ad vnum primum, vt in 2. Meta. probatur. ergo oportet ponere multa prima principia.

SED CONTRA. Omnem multitudinem præcedit vnitas, quia pluralitas ex vnitate naſcitur. ſi ergo ponantur plura principia, oportet eis eſſe prius vnum principium: ſed primo non eſt aliquid prius. ergo impoſſibile eſt ponere plura prima principia.

¶ 2 Præt. Quæcunque conueniunt in aliquo, & in alio differunt, oportet eſſe compoſita: ſed ſi ponantur plura prima principia, oportet ea in aliquo conuenire, ex quo habent rationem principij, & cum ſint plura in aliquo differre. ergo oportet ea eſſe compoſita: ſed nullum compoſitum eſt primum. ergo impoſſibile eſt eſſe plura prima principia.

¶ 3 Præt. Si eſſent plura principia prima, aut eſſent ſimilia aut contraria, ſi ſimilia, aut vtrūque per ſe ſufficiens, & ſic alterum ſuperflueret, aut vtrūq; per ſe inſufficiens: ſed coniuncta ſufficerent ad principiandum res, & ſic non eſſent prima principia, tū quia indigerent coniungente quod eſſet prius eis, tum quia agerent per aliud additum eſſentiæ, ſ. per coniunctionem ipſam, & nullum tale eſt principium primum: ſi autem ſunt contraria, omne autem contrarium deſtruit, & impedit contrarium ſuū. ergo ſi ſint æquæ potentiæ, vnum impediet alterum: adeo quòd nullus ſequetur effectus. Si vero alterum fuerit potentius omnino deſtruit alterum. ergo impoſſibile eſt eſſe plura prima principia.

F RESPONDEO, Dicendum, ꝙ primum dicitur dupliciter, ſcilicet primum ſimpliciter, & primum in genere, vel in ordine aliquo. ſi ſecundo modo ſic ſecundum genera plura cauſarum ſunt plura prima principia, vt materiale primū quod eſt materia, & primum formale quod eſt eſſe, & ſic de alijs, & vlterius deſcendendo ad diuerſa rerum genera inueniuntur diuerſa prima principia, in diuerſis etiam ſecundum idem genus cauſæ, ſicut in liquabilibus, prima materia eſt aqua, & in aridis terra, & in animalibus ſemen, vel menſtruum: ſed primum ſimpliciter impoſſibile eſt eſſe, niſi vnum, & hoc tripliciter patet. Primo ex ipſo ordine vniuerſi cuius partes inueniuntur adinuicem ordinatæ eſſe, quaſi partes animalis in toto, quæ ſibiinuicē deſeruiunt. G Talis autem coordinatio plurium, non eſt niſi vnum aliquod intendāt. ergo oportet eſſe vnum ſummum bonum vltimum, quod ab omnibus eſt deſideratum, & hoc eſt primum principium. Aliter apparet ex ipſa rerum natura: inuenitur. n. in omnibus rebus, natura entitatis in quibuſdam magis nobilis, & in quibuſdam minus: ita tamen ꝙ ipſarum rerum naturæ nō ſunt hoc ipſum eſſe quod habent. Alias eſſe, eſſet de intellectu cuiuſlibet quidditatis, quod falſum eſt, cum quidditas cuiuſlibet rei poſſit intelligi eſſe non intelligendo de ea, an ſit. ergo oportet, ꝙ ab aliquo eſſe habeant. & oportet deuenire ad aliquid, cuius natura ſit ipſum ſuum eſſe: alias in infinitum procederetur, & hoc eſt quod dat eſſe omnibus, nec poteſt eſſe niſi vnum, cum natura entitatis, ſit vnius rationis in omnibus, ſecundum analogiam. vnitas. n. cauſati requirit vnitatem in cauſa per ſe, & hæc eſt via Auicē. Tertia via eſt ex immaterialitate ipſius Dei: 8. Met. quaſi ꝑ totum. oportet. n. cauſam mouentem cælum eſſe virtutem non in materia, H vt in 8. Phyſic. probatur. in his autem, quæ ſunt ſine materia non poteſt eſſe diuerſitas, niſi ſecundū quod natura vnius eſt magis completa, & in actu exiſtens q̄ natura alterius. ergo A tex. 78. vſq; in finē. oportet, ꝙ illud quod venit ad perfectionem complementi, & puritatem actus ſit vnum tantum a quo proficiſcatur omne illud quod potentiæ admiſtum eſt, quia actus præcedit potentiā, & completum diminutum, vt in 9. Meta. probatur. Tex. cō. 13. Circa hoc tamen tripliciter eſt erratum, 1. Meta. c. 3. quidam enim vt primi naturales non poſuerunt, niſi cauſam materialem. vnde qui ex eis plura principia materialia, poſuit, plura principia ſimpliciter dixit prima. 8. Phy. tex. cōm. 2. Quidam vero cum cauſa materiali poſuerunt etiā cauſam agentem, & dixerunt duo contraria eſſe prima agentia. ſ. Empedocles, vt amicitiam & litem, & huic conſonat opinio Pythagoræ, 1. Meta. c. 5. qui diuiſit omnia entia in duos ordines, & vnum ordinem reduxit in bonum: ſicut in principium, & alterum in malum, & exinde pullulauit hæreſis Manichæorum qui ponunt Auguſ. 1. de mor. Eccl. cath. c. 10. I duos Deos, vnum creatorem bonorum inuiſibilium incorporalium noui teſtamenti. Alium creatorem viſibilium corporalium veteris teſtamenti. 1. Met. tex. cō. 16. 17. & 18. Tertius error fuit eorum, qui poſuerunt agens & materiam: ſed agens non eſſe principium materiæ quamuis ſit vnum tantum agens, & hæc eſt opinio Anaxagoræ, In Phædone, & Timæo. 53. in Parmenide clarius. & Platonis niſi ꝙ Plato ſuperaddidit tertium principiū. ſ. ideas ſeparatas a rebus, quas exemplaria dicebat, & nullam eſſe cauſam alterius: ſed per hæc tria cauſari mundum, & res ex quibus mundus conſtat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſummum *d* malum non contrariatur ſummo bono, ſecundum rem: ſed ſolum ſecūdum vocem propter duo. D. 1143 292 837 Primo quia ſummum malum eſſe non poteſt: nihil. n. eſt adeo malum, in quo non ſit aliquid boni, ad minus eſſe. Et ideo dicit Philoſophus in 4. Ethicorum, ꝙ ſi eſſet cap. 5. ſm lrām Argir. l. 13. S. Tho. adeo perfectum malum, quod proueniret ex corruptione omnium circūſtantiarum, nec ſeipſum ſuſtinere poſſet. K Secundo quia illi bono, quod nullo modo poteſt auferri, vel minui, nihil opponitur priuatiue vel contrarie: vnde nec ipſum particulare malum opponitur, ſummo bono directe: ſed particulari bono quod per ipſum priuatur, & dico aliquid directe opponi alteri, quando opponitur ei, ſecundum quod huiuſmodi, ſicut nigredo manus opponitur albedini manus directe: ſed indirecte opponitur etiam albedini parietis, non inquantum eſt nigredo, vel albedo huius: ſed inquantum eſt albedo ſimpliciter, per quem modum cuilibet bono, quodlibet malum opponitur, non ſecundum propriam rationem huius vel illius: ſed ſecundum communem rationem boni & mali, & ſic ſi malum ſummo bono opponatur, hoc erit indirecte, quia non opponitur ei inquantum eſt tale bonum: ſed inquantum bonum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd malum non habet cām, niſi per accidens dupliciter. Primo modo. ſ. ſecundum quod agens per accidens dicitur reſpectu eius, qđ accidit pter intentionem agentis,



agentis, quia omne agens agit propter finem & intendit bonū A quod eſt finis, & nulla priuatio eſt *d* intenta: ſed ſequitur ex forma inducta cui adiungitur: D. 1061 1200. ignis. n. non intendit a materia priuare formam aeris, ſed inducere formam propriam: ſed inducendo formam propriam, priuat formam aeris: ſimiliter peccator intendit dulcedinem, quę eſt bonum alicuius partis eius, ſcilicet concupiſcibilis, & non intendit priuationem gratię.

dicitur aliqua facere: ſed non creare. Vocaturq; factor ſiue artifex, ſed non creator: hoc enim nomen ſoli *c* Deo proprie congruit, qui & de nihilo quædam, & de aliquo aliqua facit. Ipſe eſt ergo creator, & opifex & factor,

Secundo, ſicut dicitˀ agens per accidens remouens prohibens: prohibens. n. priuationem eſt forma vel res aliqua. Vnde qui remouet illam rem, dicitur cauſare priuationem: ſicut qui extinguit candelam, vel portat ex domo dicitur cauſare tenebras: quod ergo dicitur, ꝙ omne quod eſt vel eſt principium, vel a principio intelligendū eſt de illis, quæ ſunt aliquid in re: ſed malum eſt priuatio, quædam & non nominat naturam aliquam poſitiue.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſi loquamur de malo naturæ, qđ malum poteſt conſiderari vel reſpectu totius naturæ, vel reſpectu alicuius particularis agentis in natura, ſi reſpectu totius naturæ, ſic conſtat, ꝙ malum eſt valde in paucioribus, quia nō poteſt eſſe, niſi in generabilibus & corruptibilibus, quorum congregatio eſt paruæ quantitatis, reſpectu totius cæli, in quo nullum malum accidit. Si autem conſideretur reſpectu alicuius particularis agentis in natura, conſtat ꝙ actio eius ſemper eſt, ſm debitum naturæ ſuæ: niſi aliqñ impediatur, & hoc eſt raro, & ex tali impedimento accidit malum in natura eius, ſicut apparet in partibus monſtruoſis: ſi autem loquamur de malo culpæ, qđ inuenitur in eo, quod non determinatur ad vnam actionem, ſicut oīa quę agunt ex libertate voluntatis: aut hoc eſt plurium naturarum, aut vnius tm̄: ſi eſt vnius naturę, ſicut in Angelis, ſic conſtat, ꝙ in pluribus eſt conſecuta operatio recta, ſm conuenientiam naturæ ipſorum, & peccatum ipſorum fuit, vt in paucioribus. C Si autem eſt plurium naturarū: ſicut eſt homo, qui eſt compoſitus ex natura intellectuali & ſenſitiua, poteſt conſiderari dupliciter: vel ſm totam naturam ſpeciei, & ſic oportet, ꝙ in pluribus actio eius procedat ſm illam naturam, cuius actio eſt multiplicior, & circa bona magis manifeſta nobis, & quia naturæ ſenſitiuæ actio eſt, circa delectabilia ſenſus, quę magis multiplicantur, q̄ delectabile rationis, quod eſt etiam magis occultum nobis, qui cognitionem a ſenſu accipimus, ideo vt plures ſequuntur operationes illas, & ex hoc contingit malum ipſi homini non inquantum eſt homo, quia non eſt hō, ſecundum ꝙ habet ſenſum, ſed ſecundum ꝙ habet rationem: vel poteſt conſiderari aliquod indiuiduum illius ſpeciei, & ſic contingit, ꝙ aliquis per voluntatem determinatur ad ſequendum operationes ipſius rationis per habitum virtutis, & tunc vt in pluribus bene operatur, & deficit vt in paucioribus: ſed qñ adhæret alteri cap. 5. naturæ, efficitur quaſi alius, vt dicitur in 9. Ethic. vnde tunc eſt iudicium de ipſo, ſicut de alijs animalibus, in quibus eſt natura D ſenſitiua tm̄, quia in pluribus operabitur bonum ſibi, quantum ad id quod factus eſt, vt leo per crudelitatem, vel canis per irā, ſus per luxuriam, & ſic de alijs, vt dicit Boet. in lib. de conſola. lib. 4. proſa 3. vnde conſtat, ꝙ malum eſt in paucioribus, ſiue cō paret ad principiū totius naturæ, ſiue ad aliqđ agēs particulare.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ res habent contrarietatem adinuicem quantum ad proximos effectus: ſed tñ concordant etiam contraria in vltimo fine, ad quem ordinantur ſm armoniam quam conſtituunt, ſicut patet etiam in miſto quod componitur etiā ex contrarijs: & ex hoc ſequitur, ꝙ agentia ꝓxima ſunt contraria, licet agens primum ſit vnum, quia iudicium de agente & fine eſt idem, cum hæ duę cauſæ in idem incidant.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quāuis Deus nullo modo ſit materia, nihilominus tñ ipſum eſſe, quod materia habet imperfectū, E prout dicitur ens in potētia habet a Deo, & reducitur in ipſum ſicut in principium. Similiter & forma, quæ pars eſt rei eſt ſimilitudo agentis primi fluens ab ipſo: vnde omnes formæ reducuntur in primum agens, ſicut in principium exemplare: & ſic patet, quòd eſt vnum principium ſimpliciter, quod eſt primum agens, & exemplar, & finis vltimus.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum aliquid poſſit exire ab eo per creationem.*

1.q.45.2.cō tra gene. 2. c.15. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ per creationem nihil a Deo poſſit exire in eſſe: omne. n. quod fit, poſſibile erat prius fieri: quia ſi non poſſibile erat fieri, & neceſſe non fieri ab æquipollenti, & ita factum non eſſet: ſed quic-A quid eſt poſſibile fieri vel moueri, eſt poſſibile per potentiam paſſiuam, quæ cum non ſit ens per ſe exiſtens, oportet quòd ſit in aliquo ente, quod eſt in potentia: ſed nihil eſt ens in potentia ad aliquid, quin etiā ad aliquid ſit in actu. ergo omne quod fit, fit ex aliquo ente in actu præexiſtente: ſed nullum tale creatur, quia creare eſt ex nihilo aliqd facere, vt in litera dicit. ergo nihil a Deo poteſt creari.

¶ 2 Præt. In omni mutatione eſt aliquid, ex quo eſt mutatio per ſe, quia omnis mutatio eſt inter duos terminos: ſed illud ex quo per ſe fit aliquid, oportet remanere in eo, quod fit vel ſecundum totum, ſi fit ex eo ſicut ex materia, vt cultellus ex ferro, vel ſecundum aliquid eius, ſ. ſecundū materiam, vt ſi dicatur totum fieri ex toto, vt caro fit ex cibo, ex albedine. n. non dicitur fieri nigredo niſi per accidens. i. poſt al-B bedinem, ſicut etiam ex nocte dicitur fieri dies. Si ergo dicatur ens fieri ex non ente, oportet ꝙ non ens, vel aliqua pars eius, cum tamen partem non habeat, maneat in ente, & quòd ſit ſimul ens & non ens, quod eſt impoſſibile. ergo omne quod fit, fit ex ente aliquo. ergo videtur, quòd impoſſibile eſt aliquid a Deo creari.

¶ 3 Præter. Nullum permanens ſimul ſit & factum eſt, quia dum fit non eſt, & dum factum eſt, eſt. non autem ſimul eſt & non eſt. ſi ergo aliqua res permanens fiat a Deo, oportet quòd fieri ſit ante ſuum eſſe: ſed factio cum ſit accidens, nō poteſt eſſe ſine ſubiecto. ergo oportet, quòd omne quod fit, fiat ex aliquo in quo ſit factio ſicut in ſubiecto: ſed nullum tale creatur. ergo nihil per creationem fieri poteſt.

¶ 4 Præt. Si creatio eſt aliquid, cum non ſit ſubſtantia, oportet quòd ſit accidens: omne autem accidens eſt in aliquo ſubiecto, non autem poteſt eſſe in ipſo creato, ſicut in ſubiecto, quia hoc eſt terminus eius: ſic enim creatum creatione eſſet prius C inquantum eſt ſubiectum eius, & poſterius inquantum eſt terminus. ergo oportet, quòd ſit in aliqua materia, ex qua creatum fiat, & hoc eſt contra rationem creationis. ergo creatio nihil eſt.

¶ 5 Præt. Si creatio aliquid eſt, aut eſt creator vel creatura: ſed non creator, quia ſic eſſet ab æterno, & ita creaturæ ab æterno. ergo eſt creatura: ſed omnis creatura aliqua creatione creatur, & ſic creationis eſt creatio in infinitum, quod eſt impoſſibile, vt patet ex 5. phyſi. vbi dicitur quòd actionis non eſt actio Tex. cō. 10. in infinitum. ergo impoſſibile eſt creationem eſſe.

SED CONTRA eſt quod dicitur Geneſis primo. In principio creauit Deus &c.

¶ Pręt. Omne agens agit ſecundum id quod eſt in actu, ſed quod eſt ſecundum aliquid ſui in actu, & ſecundum aliquid in potentia, efficit rem ſecundum aliquid ſui, ſ. inducēdo formam in materiam. ergo cum primum ens, ſcilicet Deus, ſit actus ſine D permiſtione potentiæ, videtur quòd totam rem efficere poſſit, ſecundum totam ſubſtantiam eius. Hoc autem eſt creare. ergo videtur, ꝙ Deus creare poſſit.

RESPONDEO. Quod creationem eſſe, non tantum fides tenet: ſed etiam *d* ratio demonſtrat: conſtat enim, quòd D. 407. omne quod eſt in aliquo genere imperfectum oritur ab eo, in quo primo & perfecte reperitur natura generis, ſicut patet de calore in rebus calidis ab igne, cum autem quælibet res, & quicqud eſt in re, aliquo modo eſſe participet, & admiſtum ſit imperfectioni, oportet quòd omnis res, ſecundum totum id quod in ea eſt, a primo, & perfecto ente oriatur. hoc autem creare dicimus, ſcilicet producere rem in eſſe, ſecundum totam ſuam ſubſtantiam, vnde neceſſarium eſt a primo principio omnia per creationem procedere.

¶ Sciendum eſt enim, quòd ad rationem creationis pertinent E duo. Primum eſt, vt nihil præſupponat in re, quæ creari dicitur, vnde in hoc ab alijs mutationibus differt, quia generatio præſupponit materiam *d* quæ non generatur: ſed per genera- D. 659. tionem completur in actum formæ tranſmutata. In reliquis vero mutationibus præſupponitur ſubiectum, quod eſt ens completum, vnde cauſalitas generantis vel alterantis, non ſic ſe extendit ad omne illud, quod in re inuenitur: ſed ad formam, quæ de potentia in actum educitur: ſed cauſalitas creantis ſe extendit, ad omne id quod eſt in re: & ideo creatio ex nihilo dicitur eſſe, quia nihil eſt quod creationi præexiſtat, quaſi non creatum. Secundum eſt vt in re, quæ creari dicitur prius ſit non eſſe quàm eſſe, non quidem prioritate temporis vel durationis, vt prius non fuerit, & poſtmodum ſit: ſed prioritate naturæ: ita ꝙ res creata ſi ſibi relinquatur, conſequatur non eſſe, cum eſſe non habeat niſi ex influentia cauſæ ſuperioris. Prius enim vnicuique ineſt naturaliter, quod nō ex alio habet,

q̃ quod ab alio habet, & ex hoc differt creatio a generatione æterna: ſic.n. non poteſt dici, ꝙ filius Dei ſi ſibi relinquatur, nõ habeat eſſe, cum recipiat a patre illud idem eſſe quod eſt patris quod eſt eſſe abſolutum, non dependens ab aliquo. Et ſm illa duo creatio dupl'r dicitur eſſe ex nihilo. Tum ita, ꝙ negatio neget ordinem creationis importare, ꝑ hanc præpoſitioné, ex, ad aliquid præexiſtens, vt dicatur eſſe ex nihilo, quia non ex aliquo præexiſtẽti, & hoc quantum ad primum. Tum ita, ꝙ remaneat ordo creationis ad nihil præexiſtens, vt affirmatus, vt dicatur creatio eſſe ex nihilo, quia res creata naturaliter prius habet nõ eſſe, quàm eſſe, & ſi hæc duo ſufficiant ad rationem creationis, ſic creatio poteſt demonſtrari: & ſic philoſophi creationem poſuerunt. Si autem accipiamus tertium oportere ad rationem creationis, vt ſcilicet etiam duratione, res creata prius non eſſe quàm eſſe habeat, vt dicatur eſſe ex nihilo, quia eſt tempore poſt nihil, ſic creatio demonſtrari non poteſt, nec a philoſophis conceditur: ſed per fidem ſupponitur.

ſed creatoris nomen ſibi proprie retinuit. *d.* alia vero nomina etiam creaturis communicauit. In ſcripturis tamen, ſæpe creator accipitur tanquàm factor, & creare ſicut facere ſine diſtinctione ſignificationis.

1. Suff. c. 10. & 6. Meta. c. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſm Auicénam duplex eſt agens, quoddam naturale quod eſt agens per motũ, & quoddam diuinum quod eſt dãs eſſe, vt dictum eſt. Et ſimiliter oportet accipere *duplex actum vel factum, quoddam per motũ agẽtis* naturalis, & omne tale fieri oportet ꝙ præcedat tempore potentia, non tm̃ actiua, ſed etiam paſſiua, quia motus eſt actus exiſtentis in potentia. Quoddam vero eſt factum inquantũ recipit eſſe ab agẽte diuino ſine motu, & ſi iſtud factum ſit nouũ, oportet ꝙ præcedat eſſe eius natura, & duratione potentia actiua & non paſſiua: & ab actiua potentia tale factum dicitur poſſe fieri, ſi autem non ſit nouum, tunc potentia actiua non præcedit duratione, ſed natura.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ creatio non eſt factio, quæ ſit mutatio proprie loquendo: ſed eſt quædam acceptio eſſe. vnde non oportet, ꝙ habeat ordinẽ eſſentialem niſi ad dantẽ eſſe, & ſic nõ eſt ex nõ eſſe, niſi inquantũ eſt poſt non eſſe, ſicut nox ex die.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ nulla res permanens poteſt ſimul fieri & facta eſſe, ſi fieri proprie ſumatur: ſed quædam ſunt, quæ ſignificant ipſum factum eſſe *d* per modum fieri: ſicut cum dicitur *motus terminari*: ſimul.n. terminatur, & terminatum eſt, & ſi'r ſimul illuminatur, & illuminatum eſt, eo ꝙ illuminatio eſt terminus motus, vt in 4. phy. cõmẽ. dicit, & ſi'r etiam forma ſubſtantialis ſimul recipit & recepta eſt, & ſimiliter aliquid ſimul creatur, & creatum eſt. Et ſi obiiciatur, ꝙ ante omne factũ eſſe eſt omne fieri proprie acceptum, Dico, ꝙ verum eſt in omnibus, quæ fiunt per motum: ſicut generatio ſequitur motum alterationis, & illuminatio motum localem: non autem ſic eſt in *d* creatione vt dictum eſt.

D. 575. 4. t. c. 129. D. 413.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ creatio poteſt ſumi actiue & paſſiue, ſi ſumatur actiue, cum creatio ſignificet operationem diuinam, quæ eſt eſſentia eius cum relatione quadam, & ſic creatio eſt ſubſtãtia diuina. Si autem ſumatur paſſiue, ſic eſt quoddam accidens *in creatura, & ſic ſignificat quandam rem* non quæ ſit in prædicamento paſſionis proprie loquendo, ſed quæ eſt in genere relationis, & eſt quædam habitudo habentis eſſe ab alio conſequens operationem diuinam: & ſic non eſt inconueniẽs, ꝙ ſit in ipſo creato, quod educitur per creationẽ, ſicut in ſubiecto, ſicut filiatio in Petro inquantum recipit naturam humanã a patre ſuo, non eſt prior ipſo Petro: ſed ſequitur actionem, & motum quæ ſunt priora, habitudo autem creationis nõ ſequit̃ motũ: ſed actionẽ diuinam tm̃, quæ eſt prior quàm creatura.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ vt prius dictum eſt in primo. diſt. 30. artic. 3. qñ creatura refertur ad creatorẽ, relatio realiter fundatur in creatura, & in Deo ſm rationem tm̃. vnde ipſa relatio importata in nomine creationis non ponit aliquid in creatore: ſed *in creato* tm̃, non tñ oportet, ꝙ *alia creatione d* creetur: quia illud quod eſt relatio per eſſentiam, non refertur ad aliud alia relatione media, vt etiam in primo dictũ eſt. diſt. 26. arti. 3. niſi ſecundum rationem, & huiuſmodi relationes, quæ ſm rõnem tm̃ ſunt, non eſt impoſſibile in infinitum multiplicari.

D. 412.

ARTICVLVS III.

*c* *Vtrum creare conueniat alijs quàm Deo.*

1. q. 45. 5. de pot. q. 3. 4. contra gẽ. 2. c. 20. 4. d. 5. q. 1. 3. q. 2

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ creare etiam conueniat alijs quàm Deo, omne.n. quod non producitur in eſſe per generationẽ, ſi de nouo fiat, creatur: ſed anima rationalis non exit in eſſe per generationem, ergo a quocunque fit, creatur; ſed anima rationalis exit in eſſe virtute intelligentiarum. vnde Plato inducit Deum ſecundis dijs dicentem. Fœnus quod credidiſtis ad vos recipite, & loquitur de anima rationali. Et ſimiliter in libro de cauſis dicitur, quòd creata eſt anima mediante intelligentia. ergo videtur, quòd angeli vel intelligentiæ creare poſſint.

Propõne 3.

¶ 2 Præt. Cuiuſcũq; dignitatis creatura eſt capax, hæc ab eo ſibi communicatur, qui ſumme liberalis eſt: ſed potẽtia creandi communicabilis eſt creaturæ, vt infra in 4. diſt. 5. magiſter dicit. ergo videtur, ꝙ alicui creaturæ ſit cõicatũ, ꝙ creet.

par. 3. c,

¶ 3 Præt. Quanto aliquid magis reſiſtit agenti, difficilius eſt ab eo aliquid fieri: ſed contrarium eſt magis reſiſtens quàm nõ ens ſimpliciter. ergo difficilius eſt aliquid fieri ex contrario, quàm ex non ente. Sed agens naturale facit contrarium ex contrario. ergo videtur, quòd etiam ex non ente ſimpliciter aliqd facere poſſit, & ſic poteſt creare.

¶ 4 Præt. Secundum quòd res exeunt a Deo: ita etiam ordinantur in ipſum, ſed ſecundum Diony. in pluribus locis, lex diuinitatis eſt, vt nunquàm vltima reducantur in finem, niſi per media. ergo videtur, ꝙ etiam vltima entium non immediate a Deo creentur, ſed a cauſis medijs.

De cæl. Hie. cap. 4.

¶ 5 Præter. In cauſatum cauſæ ſecundæ nunquàm agit cauſa prima, niſi ſecundum ꝙ agit in ipſa cauſa ſecunda agente: ſed Deus qui eſt cauſa prima omnium rerum, cuiuſlibet rei creator, eſt. ergo & quælibet cauſa ſecunda in qua Deus operãdo creat, creatrix dici debet, & ſic creare non tantum Deo conuenit.

SED CONTRA. Dam. anathematizat omnes, qui dicunt angelos aliquid creare, de quibus tamen magis videtur, quàm de alijs. ergo videtur, quòd creare *ſolius Dei* ſit.

Libr. 2. de Orthodoxa fide cap. 3. in fine.

¶ Præt. Ens & non ens ſimpliciter in infinitum diſtant: ſed mouere per diſtantiam infinitam eſt potentiæ infinitæ, qualis eſt ſola diuina potentia. ergo ſolius eius creare eſt.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc eſt triplex opinio. Quidam.n. philoſophi poſuerunt, quòd a prima cauſa immediate eſt vnum primum cauſatum, a quo poſtmodum ſunt alia, & ſic deinceps. vnde poſuerunt vnam intelligentiam cauſari mediante alia, & animam mediante intelligentia, & corporalem naturam mediante ſpirituali, quod pro hæreſi condẽnatur: quia hæc opinio honorem, qui Deo debetur creaturæ attribuit. vnde propinqua eſt ad trahendum in idolatriam. Vñ alij dixerunt, ꝙ creatio nulli creaturæ conuenit, nec etiam communicabilis eſt: ſicut nec eſſe infinitæ potentiæ, quã exigit creationis opus. Alij dixerunt, creationem nulli creaturæ communicatam eſſe, communicari tamen potuiſſe, quod Magiſter aſſerit in 4. lib. *Vtraq; autem harum vltimarum opinionum*, videt̃ mihi ſm aliquid vera eſſe: cum.n. de ratione creationis ſit, vt nõ ꝑexiſtat aliquid ſibi ad minus ſm naturæ ordinem, hoc poteſt accipi, vel ex parte creantis, vel ex parte creati. Si ex parte creãtis, ſic dr̃ illa actio eſſe creatio, quæ non firmatur ſuper actione alicuius cauſæ præcedentis, & ſic eſt actio tm̃ cauſæ primæ. quia omnis actio ſecundæ cauſæ, firmatur ſuper actione cauſæ primæ. vnde ſicut non poteſt cõicari alicui creaturæ, ꝙ ſit cã prima: ita non poteſt *d* cõicari ſibi, ꝙ ſit creans. Si autem ſumatur ex parte creati: ſic illius proprie eſt creatio, cui non præexiſtat aliquid in re, & hoc eſt eſſe. Vnde dr̃ in lib. de cauſis, ꝙ prima rerum creatarum eſt eſſe, & alibi in eodem libro dicitur, ꝙ eſſe eſt per creationem, & aliæ perfectiones ſuperadditæ per informationem, & in cõpoſitis præcipue illud eſſe, quod eſt primæ partis. ſ. materiæ, & ex parte iſta accipiendo creationem *d* potuit communicari creaturæ, vt per virtutem cauſæ primæ operantis in ipſa, aliquod eſſe ſimplex vel materia produceretur, & hoc modo philoſophi poſuerunt intelligentias creare, quamuis ſit hæreticum.

Plato. 10. Tim. Auic. 9. Met. c. 4. Auth. lib. de cauſis ꝓpoſitione. 3. 9. & 16. Cõis poſitio Theologorum. Diſt. 5. in fine ibi. Itẽét poſſet, Deꝰ ꝑ aliã. 3. di. 410 409 D. 37. 408 944 Propõne 4. & alibi. 1. ꝑ põne, ſeu. cap. 18. D. 643 1042

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in hoc authoritates philoſophorum non ſunt recipiendæ, quia in hoc errauerunt. Poſſent tamen exponi hoc modo omnes illæ authoritates, vt dicerentur creare animas, inquantum per motum orbium diſponuntur corpora ad animæ receptionem: ſed hoc non eſt de intentione eorum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quicquid eſt cõmunicabile creaturæ, de hoc quod eſt pertinens ad perfectionem naturæ eius cõmunicatur ſibi non autem eſt verum de perfectionibus ſecundis: ſicut non omnis homo, qui receptibilis eſt regiæ dignitatis, a Deo factus eſt rex, & ſic etiam eſt de authoritate creandi, ſm illos qui dicunt, ꝙ creatio potuit creaturæ communicari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd reſiſtens contrarium, non facit difficultatem in agendo, niſi inquantum elongat potentiam ab actu, quia vnum contrariorũ quanto eſt magis intenſum, tanto potentia eſt magis remota ab actu: & ideo ꝙ aliquid fiat ex non ente ſimpliciter eſt maioris virtutis, q̃ ꝙ fiat ex contrario, quia in non ente ſimpliciter nulla potentia remanet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis ad vltimum finem reducantur vltima per media: nunq̃ tñ influentia vltimi finis alicui mediorum communicatur, ita. ſ. vt ſit vltimũ deſideratum, & ſic etiã nunq̃ influentia primi agentis, q̃ eſt creatio, alicui ſecundorũ principiorum cõicari poteſt.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ agens proximum, vt generãs nõ operatur in hac re generata niſi educendo de potentia materiæ formam. Sed operatio cauſæ primæ eſt etiam in creando ipſam materiam: & ideo agens naturale proximum eſt tm̃ generans hanc rem. Sed agẽs primum, & diuinum eſt creans, & ex hoc patet, ꝙ ſicut operatio artis fundatur ſuper operationem naturæ inquantum natura præparat arti materiam: ita & operatio naturæ fundatur ſupra creationem, inquantum miniſtrat naturæ materiam.

*Quòd hæc verba facere, & agere non dicuntur de Deo, ſecundum eam rationem, qua dicuntur de creaturis.*

VErũtamen ſciẽdum eſt hæc verba. ſ. creare, facere, & agere, & alia huiuſmodi de Deo, nõ poſſe dici ſecũdum eam rationem, qua dicuntur de creaturis. Quippe cũ dicimus eũ aliqd facere non aliquẽ in operãdo motũ illi intelligimus ineſſe, vel aliquã ĩ laborãdo paſſionẽ, ſicut nobis ſolet accidere: ſed eiꝰ ſempiternæ

ARTICVLVS IIII.

*d* *Vtrum aliquid aliud a Deo efficiat aliquam rem.*

1. q. 103. 6.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ nihil aliud efficiat aliquam rem niſi Deus. Agens.n. quod agit ſine medio eſt perfectius, q̃ illud quod medio indiget in ſua actione: ſed Deus eſt agens perfectiſſimum. ergo videtur, quòd omnia nullo mediante producat.

¶ 2 Præt. Inter alias creaturas angeli ſunt nobiliores: ſed efficientia rerum non attribuitur angelis. vnus.n. angelus nõ eſt cauſa alterius, nec eſt iterum cauſa corporalis creaturæ. ergo vr̃, ꝙ multo minus aliæ creaturæ ſint cauſæ quorundam.

¶ 2 Præt. Idem ſpecie non producitur a diuerſis agentibus ſecundum ſpeciem: ſed prima indiuidua omnium ſpecierum immediate a Deo creata ſunt, ſuppoſito, quòd mundus non fuerit ſemper. ergo videtur, quòd nihil poſſit producere aliquid ſimile ſibi ſecundum ſpeciem.

¶ 4 Præt. Illud quod non eſt ex aliqua materia, non poteſt fieri niſi per creationem: ſed formæ, & accidentia non habent materiam partem ſui, vel eſſet in infinitum abire. ergo non pñt fieri niſi per creationem. Inde ſic. omnis cauſa efficiens alicuius rei dat ſibi formam, vel ſubſtantialem vel accidentalem: ſed huiuſmodi nõ producuntur, niſi per creationem, ergo nihil poteſt eſſe cauſa efficiens, alicuius rei niſi creator, qui tantum Deus eſt, vt dictum eſt.

¶ 5 Præt. Cauſa efficiẽs nunq̃ eſt deficientior quàm effectus: ſed agentia naturalia nõ agunt, niſi per qualitates actiuas. quæ ſunt accidentia, quod probatur ex hoc, ꝙ non eſt poſſibile aliquid eſſe formam ſubſtantialem in vno, & accidentalem in altero. vnde calor, qui eſt accidens hominis, nõ poteſt eſſe forma ſubſtantialis ignis, & ſic de alijs. ergo nullum agens naturæ producit aliquam formam ſubſtantialem. Et ſic idem quod prius.

CONTRA ſm Dam. cuiuſlibet rei eſt propria operatio: ſed omnis res, quæ habet propriam operationem actiuam, ſua operatione eſt cauſa alicuius. ergo videtur, ꝙ ignis calefaciendo ſit cauſa caloris, & ſic de alijs.

2. de Orthodoxa fide c. 23.

¶ Præt. Si Deus immediate cauſaret omnia vna res non depẽderet ab alia: ſicut cauſatum a cauſa, & ſic res non magis fieret ab vno quàm ab alio: ſed videmus ad ſenſum, ꝙ non fit quodlibet ex quolibet: ſed ex ſemine hominis ſemper generatur homo. ergo ſemen patris eſt cauſa effectiua filij.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ circa hanc qõnem ſunt tres poſitiones. Quarum vna eſt, ꝙ Deus immediate operetur omnia: ita ꝙ nihil aliud eſt cauſa alicuius rei: adeo ꝙ dicunt, ꝙ ignis non calefacit, ſed Deus, *nec manus mouetur*: ſed Deus cauſat motum, & ſic de alijs. Sed hæc poſitio ſtulta eſt, quia ordinem tollit vniuerſi, & propriam operationem a rebus, & deſtruit iudicium ſenſus.

¶ Secunda poſitio eſt quorundam philoſophorum, qui vt proprias operationes rerum ſuſtineant Deum immediate oĩa creare negant: ſed dicunt, ꝙ immediate eſt cauſa primi creati, & illud eſt cauſa alterius, & ſic deinceps. Sed hæc opinio erronea eſt, quia ſecundum fidem non ponimus angelos creatores: ſed ſolum Deum creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium.

Alphar. de intell. & Auic. cũ alijs, vbi ſupra. Alios quære ĩfra. d. 2. q. 1. ar. 3. c.

¶ Tertia poſitio eſt, ꝙ Deus immediate omnia operatur, & ꝙ res ſingulæ proprias operationes habent, per quas cauſæ proximæ rerum ſunt: non tñ omnium ſed quorundam: quia.n. vt dictum eſt ſm fidem non ponitur creatura aliqua aliam in eſſe producere per creationem, nec virtute propria nec aliena: ideo omnium illorum, quæ per creationẽ in eſſe exeunt ſolus Deus ĩmediate cauſa eſt. huiuſmodi aũt ſunt, quæ per motum in eſſe exire non poſſunt, nec per generationem. Primo propter ſimplicitatẽ eſſentiæ ſuæ, in qua ſubſiſtunt, *quia omne quod generatur*, oportet eſſe compoſitum ex materia & forma. vnde nec angeli nec animæ rationales poſſunt generari, ſed ſolum *d* creari: ſecus autem de alijs formis, quæ etiã ſi ſunt ſimplices: non tamen habent eſſe abſolutum, cũ non ſint ſubſiſtentes. vnde exitus in eſſe nõ debetur eis, ſed compoſitio habenti talem formam, quod per ſe generari dicitur, quaſi per ſe eſſe habens. formæ vero prædictæ nõ dicuntur generari, niſi per accidens, & eadem ratione materia prima, quæ generationi ſubſtat, propter ſui ſimplicitatem non generatur, ſed creatur.

Dam. vbi ſupra. et eſt cõmunis ſnĩa, quaſi oĩum Theol. Art. præced. in corp. D. 178.

¶ Secundo propter elongationẽ a cõtrarietate, *d* vt corpora cœleſtia: omne enim quod generatur, generatur ex contrario.

D. 335.

¶ Tertio propter neceſſitatem generantis ſimilis in ſpecie generato, propter quod primæ hypoſtaſes immediate a Deo creatæ ſunt, vt primus homo, primus leo, & ſic de alijs. non.n. homo generari poteſt, niſi ab homine. aliter autem eſt de illis rebus, ad quarum generationem non requiritur agens ſimile in ſpecie: ſed ſufficit virtus cæleſtis cum qualitatibus actiuis & paſſiuis, vt quæ ex putrefactione generantur. Aliorum vero, quæ per motũ & generationem producuntur creatura cauſa eſſe poteſt, vel ita quòd habeat cauſalitatem ſupra totam ſpeciem, ſicut ſol eſt cã in generatione hominis, vel leonis, vel ita ꝙ habeat cauſalitatem ad vnum indiuiduum ſpeciei tm̃: ſicut homo generat hominem, & ignis ignem. Horum tñ cauſa etiam Deus eſt magis intima *d* in eis operans, q̃ aliæ cauſæ mouentes, quia ipſe eſt dans eſſe rebus. Cauſæ autẽ aliæ ſunt quaſi determinantes illud eſſe. Nullius.n. rei totum eſſe ab aliqua creatura principium ſumit, cum materia a Deo ſolum ſit, eſſe autem eſt magis intimum cuilibet rei, q̃ ea per quæ eſſe determinatur. vnde & remanet illis remotis, vt in libro de cauſis dicitur. vnde operatio creatoris magis pertingit ad intima rei, q̃ operatio cauſarum ſecundarum: & ideo hoc quod creatum eſt cauſa, alij creaturæ non excludit, quin Deus immediate in rebus omnibus operetur inquantum virtus ſua eſt ſicut medium contingens virtutẽ cuiuſlibet cauſæ ſecundæ cum ſuo effectu: nõ.n. virtus alicuius creaturæ poſſet in ſuum effectum, niſi per virtutem creatoris, a quo eſt omnis virtus, & virtutis conſeruatio, & ordo ad effectum: quia vt in lib. de cauſis dicitur, cauſalitas cauſæ *ſecundæ firmatur* per cauſalitatem cauſæ primæ.

D. 325. Propoſitione, ſeu cap. vel lect. 1. S. Tho. Immediate vbi ſup.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non eſt ex indigentia Dei, *ꝙ cauſis alijs indigeat ad creãdum*, ſed ex bonitate ipſius, qui etiam dignitatem cauſandi alijs conferre voluit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſi ponamus ſecundum quorundam opinionem angelos deſeruire Deo in motibus orbium, conſtat quòd angeli cauſa erunt generationis, & corruptionis per motum orbium, & iſta cauſalitas in omnes retorquebitur, quamuis nõ omnes circa hoc *d* miniſterium occupentur: quia ſecundum Diony. ſuperiores angeli inferiores illuminant de miniſterijs, per eos exequendis. Si autem hoc non ſupponitur poteſt dici, quòd ex hoc, quòd angeli ſunt nobiliores non ſequitur, ꝙ habeant hanc dignitatem, quæ eſt cauſare generationem, & corruptionem in rebus: ſed aliam multo digniorem, quæ conſiſtit in Dei cognitione.

D. 161. De cæ. Hie. c. 3.

¶ Ad *tertium* dicendum, quòd non poteſt idem eſſe effectus ſecundum ſpeciem a diuerſis agentibus, immediatis habentibus operationes determinatas ad determinatos effectus, ſicut ab arte & natura: ſed Deus non habet operationem determinatam ad aliquem effectum: immo vna ſola operatione poteſt omnes effectus, quos vult producere. vnde eundem effectum ſpecie, quem natura producit Deus poteſt ſine natura operante facere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd circa exitum rerum in eſſe per generationem fuit triplex opinio. Prima fuit ponentium latitationem. ſ. Anaxagoræ, qui ponebat *omnia in omnibus*, & generationem fieri per abſtractionem, & ſic non ponebat veram generationem, quæ eſt per hoc, quòd noua forma ſubſtantialis acquiritur materiæ, & *in hunc* defectũ incidit oĩs opinio antiquo-

1. Phy. t. cõ. 32. & 33.

antiquorum, qui non ponebant veram generationem: ſed generationem eſſe vel per congregationem & ſegregationem: vel ꝑ alterationem tm̃, & hoc contingebat eis, quia non ponebant cām formalem, ſed vel materialem tm̃, vel cum hac etiam agentem. In Phęd. & alibi vt ſup. Alia opinio huic contraria fuit Platonis, qui poſuit formas ſeparatas, quas vocauit ideas eſſe inducentes formas in materijs, & quaſi ad hanc opinionem inducitur opinio Aui. De fluxu entis. c. 4. & alibi ĩmediatę vbi ſup. qui dicit, ꝙ oẽs formæ ſunt ab intelligẽtia, & agens naturale non eſt niſi præparãs materiam ad receptionem formæ, & iſta opinio ꝓcedit ex hoc, ꝙ vult vnũquodq; generari ex ſuo ſiñ, quod frequenter nõ inuenitur in rebus naturalibus: ſicut in his, quæ per putrefactionem fiunt, & etiam quia ponebat fieri per ſe terminari ad formam, & hoc non poteſt eſſe, quia per ſe fieri terminatur ad hoc quod habet eſſe, quod eſt terminus factionis, & hoc eſt tm̃ compoſitum, non forma, neque materia. vnde forma non niſi per accidens generatur.

voluntatis nouum aliquem ſignificamus effectum, i. æterna eius voluntate e aliquid nouiter exiſtere. Cum ergo dicitur

7. Meth. t. c. 29. & 12. t. cõm. 11. ¶ Tertia eſt Ariſt. media inter has. ſ. ꝙ oẽs formæ ſunt in potentia in materia prima, non autẽ actu: ſicut ponentes latitationes dixerunt, & agens naturale agit non formam, ſed compoſitum inducendo materiam de potentia in actum, & hoc agens naturale in ſua actione eſt quaſi inſtrumentum ipſius Dei agentis, q etiam materiam condidit, & formæ potentiam dedit. vnde non oportet hanc opinionẽ ſuſtinendo, ꝙ generans creet formã, vel ꝙ faciat aliqd ex nihilo, qa non facit formam ſed cõpoſitum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut calor naturalis agit in virtute animæ, vt inſtrm̃ eius, vt in 2. de Anima dicitur, Tex. cõ. 50. propter qđ non tm̃ calefacit, ſed agit ad generationem carnis animatæ, ita qualitas actiua agit in virtute formæ ſubſtantialis: & ideo per illam actionem nõ tantum inducitur materia in actum formæ accidentalis, ſed etiam in actum formæ ſubſtantialis.

## ARTICVLVS V.

### e Vtrum mundus ſit æternus.

1. q. 46. 1. de pot. q. 3. 17. Quodl. 3. 31. & 12. 8. 2. cõtra ge. c. 31. & ſequentibus. AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ mundus ſit æternus, & ad hoc poſſunt adduci rationes ſũptę ex quatuor. ſ. ex ſubſtantia cæli, ex tempore, ex motu, & ex agente vel mouente. Ex ſubſtantia cæli ſic. Omne quod eſt ingenitum, & incorruptibile ſemper fuit, & ſemper erit: ſed materia prima eſt ingenita & incorruptibilis, quia oẽ quod gñat, gñat ex ſubiecto, & quod corrumpitur, corrũpitur in ſubiectum. materiæ autem primæ nõ eſt aliquod ſubiectum. ergo materia prima ſemp fuit & ſemper erit: ſed materia nunquàm denudatur a forma. ergo materia ab æterno fuit perfecta formis ſuis, quibus ſpecies conſtituuntur. ergo vniuerſum ab ęterno fuit, cuius iſtæ ſpẽs ſunt partes, & hæc eſt ratio Ariſt. in primo phy.

T. com. 82. ¶ 2 Præt. Quod non habet contrarium non eſt corruptibile nec generabile: quia generatio eſt ex contrario, & corruptio in contrarium: ſed cælum non habet contrarium, cum motui eius nihil contrarietur. ergo cælum non eſt generabile nec corruptibile. ergo ſemper fuit & ſemper erit, & hæc eſt ratio Philoſophi Tex. cõ. 20. in primo cæli & mundi.

¶ 3 Præt. Secundum põnem fidei, ſubſtantia mundi ponitur incorruptibilis: ſed omne incorruptibile eſt ingenitum. ergo mũdus eſt ingenitus. ergo fuit ſemper. ꝓbatio mediæ. Omne quod eſt incorruptibile habet virtutẽ, ꝙ ſit ſemper: ſed illud quod habet virtutem, ꝙ ſit ſemper non inuenitur qñq; ens, & qñq; nõ ens, quia ſequeretur, ꝙ ſimul eſſet ens & non ens, toto. n. tempore aliquid eſt ens ad quod virtus ſua eſſendi determinatur. vnde ſi habet virtutem, vt ſit in omni tempore, in omni tẽpore eſt, & ita ſi ponatur aliqñ non eſſe, ſequitur ꝙ ſimul ſit & nõ ſit. ergo nullum incorruptibile eſt qñq; ens, & qñq; nõ ens, ſed oẽ Tex. c. 120. & 121. generabile eſt huiuſmodi &c. & hæc eſt ratio Philoſophi in primo de cæ. & mun.

¶ 4 Præt. Oẽ quod alicubi eſt, vbi prius nihil erat, eſt in eo qđ prius fuit vacuum, qa vacuum eſt in quo poteſt eſſe corpus, cum nihil ſit ibi. Sed ſi eſt mundus factus ex nihilo, vbi nunc eſt mũdus prius nihil erat. ergo ante mundum fuit vacuum: ſed vacuũ eſſe eſt impoſſe, vt probatur in 4. Phy. & vt multa experimenta T. c. 64. vſq; ad 86. incluſiuæ. ſenſitiua demonſtrant in multis ingenijs, quæ per hoc fiunt, ꝙ natura non patitur vacuum, ergo impoſſibile eſt mundum incepiſſe, & hęc ratio eſt Cõmen. in 3. cæ. & mun.

Cõm. 29. ¶ 5 Idem põt argui ex parte tẽporis ſic. Omne quod eſt ſemper ĩ principio, & fine ſui, ſemper fuit, & ſemper erit, quia poſt principium eſt aliquid & ante finem: ſed tẽpus ſemper eſt in eo quod eſt principium temporis, & finis: quia nihil eſt temporis

F niſi nunc, cuius diffinitio eſt, ꝙ ſit finis præteriti, & principium futuri. ergo videtur, ꝙ ſemper fuit tempus, & ſemper erit, & ita motus & mobile, & totus mundus, & hæc eſt ratio Philoſophi Tex. c. 10. & 11. in 8. Phyſic.

¶ 6 Præt. Omne id quod nunq̃ poteſt demonſtrari vt ſtans, ſed ſemper vt fluens, habet aliquid ante ſe a quo fluit: ſed nunc non poteſt demonſtrari, vt ſtans ſicut punctus, ſed ſemper vt fluens, quia ratio tota tẽporis eſt in fluxu & ſucceſſione. ergo oportet ante quodlibet nunc ponere aliud nunc. ergo impoſſibile eſt imaginari tempus habuiſſe primum nunc. ergo tempus ſemper fuit, & ita vt prius. & hæc eſt ratio Commen. ibidem. Cõm. 11.

aliquid facere, tale eſt ac ſi dicatur iuxta eius voluntatem vel per eius volũtatem aliquid nouiter contingere, vel eſſe, vt

G ¶ 7 Pręt. Creator mundi, aut præcedit mundum tm̃ natura, aut etiam duratione. Si natura tantum ſicut cauſa effectum. ergo quandocũq; fuit creator, fuit creatura, & ita mũdus ab ęterno. Si autem duratione. prius autem & poſterius in duratione cauſat rationem temporis. ergo ante totum mundum fuit tempus, & hoc eſt impoſſibile, quia tp̃s eſt accidens motus, nec eſt ſine motu. ergo impoſſibile eſt mundum non ſemper fuiſſe, & Lib. 9. c. 1. hæc eſt ratio Auic. in ſua Meta.

¶ 8 Idem poteſt oſtendi ex parte motus. impoſſibile. n. eſt nouam relationem eſſe inter aliqua, niſi aliqua mutatione facta circa alterum eorum: ſicut patet in ęqualitate. non. n. aliqua fiunt de nouo æqualia, niſi altero extremorum augmentato vel diminuto: ſed omnis motus importat relationem mouentis ad motum, quæ relatiue opponuntur. ergo impoſſibile eſt motum eſſe nouum, niſi præcedat aliqua mutatio, vel in mouente vel in moto, ſicut ꝙ vnum approximet ad alterũ, vel aliquid aliud huiuſmodi. ergo ante omnem motum eſt motus, & ſic motus H eſt ab æterno & mobile & mundus. & hæc eſt ratio Philoſophi Tex. cõ. 9. in 8. phy.

¶ 9 Præt. Oẽ illud cuius motus quandoq; eſt, & quandoq; quieſcit, reducitur ad aliquem motum continuum, qui ſemper eſt: quia huius ſucceſsionis, quæ eſt ex viciſsitudine motus, & quietis, non poteſt eſſe cauſa aliquid eodem modo ſe habens, quia idem eodem modo ſe habens, ſemper facit idẽ. ergo oportet, ꝙ cã huius viciſsitudinis ſit aliquis motus, qui non eſt ſemper, & ſic oportet, ꝙ habeat aliquem motum præcedentem, & cum non ſit abire in infinitũ, oportet deuenire ad aliquem motum qui ſemper eſt, & ſic idem quod prius, & hæc ratio eſt Cõ. in 8. phy. Idem poteſt etiam extrahi ex verbis Philoſophi. Cõm. & t. 9 Inducit etiam hanc rationem Cõm. in 7. Meta. ad oñdendum, ꝙ ſi mundus eſſet factus, oporteret, ꝙ hic mundus eſſet pars alterius mundi, cuius motu accideret variatio in mũdo iſto ſiue in viciſsitudine mot⁹ & qetis, ſiue in viciſsitudine eſſe, & nõ eſſe.

I ¶ 10 Præter. Generatio vnius eſt corruptio alterius: ſed nihil corrũpitur niſi generetur prius. ergo ante omnem generationẽ eſt generatio, & ante omnem corruptionem corruptio: ſed hæc non potuerunt eſſe, niſi mundo exiſtente. ergo mundus ſemꝑ T. c. 17. fuit, & hæc eſt ratio Philoſophi in primo de generatione.

¶ 11 Idem poteſt oſtendi ex parte ipſius mouentis vel agentis. Omnis. n. actio vel motus, quæ eſt ab agente vel mouente, non moto, oportet, ꝙ ſit ſemper: ſed primum agens vel mouẽs eſt omnino immobile. ergo oportet, ꝙ actio eius, & motus eius ſit ſemper. Prima ſic probatur. omne quod agit vel mouet poſtquàm non agebat vel mouebat, educitur de potentia in actum, quia vnũquodq; agit ſm̃ id quod eſt in actu, vnde ſi agit poſtq̃ non agebat, oportet, ꝙ ſit aliquid in actu in eo quod prius erat in potentia: ſed omne quod educitur de potentia in actum mouetur. ergo omne quod agit poſtquàm non agebat mouetur, & hęc ratio poteſt extrahi ex verbis Philoſophi in 8. phyſic. Hæc rõ a t. c. 21. uſque ad 13. icluſiue ſed Probõ iſta. Oẽ qđ agit. 13. retrograda habetur in 8. eiuſdem. ex t. 4. 5. 6. & 7.

¶ 12 Præt. Deus aut eſt agens per voluntatem, aut per neceſ- K ſitatem naturæ. Si per neceſsitatem naturæ, cum talia ſint determinata ad vnum, oportet, ꝙ ab eo ſemper idem fiat. vnde ſi ab eo mundus eſt aliqñ factus, neceſſe eſt mundum eſſe æternum. Si autem agens per voluntatem, omnis autem voluntas nõ incipit agere de nouo, niſi aliquis motus fiat in volente, vel ab aliquo impediente, quod prius erat, & poſtmodum ceſſat, vel ex eo quod excitatur nunc, & non prius aliquo inducente ad agendum quod prius non inducebat. cum ergo voluntas Dei immobiliter eadem maneat, videtur, quòd non incipiat de nouo agere. & iſta ratio communiter eſt philoſophi in 8. phy. & Auicen. & Commen. T. & cõ. 8. & 15. Auic. 9. Meta. c. 1. in medio.

¶ 13 Præt. Omnis volens quandoq; agere, & qñq; non agere, oportet, ꝙ imaginetur tempus poſt tempus, diſcernendo tempus in quo vult agere a tempore, in quo non vult agere. Sed imaginari tempus poſt tempus, ſequitur mutationem vel ipſius imaginationis, vel ſaltem imaginati, quia ſucceſsio temporis



T. cõ. 101. temporis cauſatur a ſucceſſione motus. vt patet ex 4. Phyſi. ergo impoſſibile eſt, ꝙ voluntas incipiat aliquem nouum motum agere, quem non præcedat alius motus, & hæc eſt ratio Commen. in 8. phyſic.

Iſtę tres rõnes de agẽte ꝑ voluntatem, & appetitum habentur oẽs ex præfatis. tex. & cõ. 8. & 15. expſſe ꝑ totum. ¶ 14 Præt. Omnis voluntas efficiendi ſtatim producit effectum, niſi deſit aliqd illi volito, quod ſibi poſtmodũ adueniat: ſicut ſi modo habeã voluntatem faciendi ignẽ cras, qñ erit frigus. modo iſti volito deeſt præſentia frigoris, qua adueniente, ſtatim faciam ignem, ſi poſſum, niſi ad hoc aliquid aliud deſit. Sed Deus habuit voluntatem æternam faciendi mundum. aliàs eſſet mutabilis. ergo impoſſibile eſt, ꝙ ab ęterno non fecerit mũdum niſi per hoc, ꝙ aliquid mundo deerat, quod poſtmodũ aduenit: ſed non potuit aduenire niſi per actionem aliquam. ergo oportet, ꝙ ante hoc de nouo factum præcedat aliqua actio mutationem faciens, & ita a voluntate æterna nunquàm procedat aliquid nouum, niſi motu mediante æterno. ergo oportet mundũ æternum ſemper fuiſſe. Et hæc eſt ratio Commentatoris ibidem.

in ipſo nihil noui contingat. Sed nouũ aliquid ſicut in eius æterna voluntate fuerat, fiat ſine aliqua ſui motione, vel mutatione. Nos vero operãdo mutari dicimur, quia mouemur.

SED CONTRA. Deus aut eſt cauſa ſubſtãtiæ mundi, aut non, ſed motus eius tm̃. Si motus tm̃. ergo eius ſubſtantia non eſt creata. ergo eſt primum principium, & ſic erunt plura prima principia & plura increata, quod ſupra improbatum eſt. Si autẽ eſt cauſa ſubſtantiæ cæli dans eſſe cęlo, cum omne quod recipit eſſe ab aliquo, ſequatur ipſum in duratione, videtur ꝙ mundus non ſemper fuerit.

¶ Præt. Omne creatum eſt ex nihilo factum: ſed omne quod eſt ex nihilo factum, eſt ens poſtquàm fuit nihil, cum non ſit ſimul ens & non ens. ergo oportet, ꝙ cælum prius non fuerit & poſtmodum fuerit, & ſic totus mundus.

¶ Præter. Si mundus fuit ab æterno. ergo infiniti dies p̃ceſſerunt diem iſtũ: ſed infinita non eſt tranſire. ergo nunquã fuiſſet deuenire ad hunc diem, quod falſum eſt. ergo &c.

¶ Præt. Cuicũq; poteſt fieri additio, iſto poteſt eſſe aliqd maius, vel plus: ſed diebus qui pręceſſerunt poteſt fieri dierum additio. ergo tp̃s præteritũ poteſt eſſe maius q̃ ſit: ſed infinito non eſt maius nec poteſt eſſe. ergo tempus p̃teritum nõ eſt infinitũ.

¶ Præt. Si mundus fuit ab æterno. ergo & generatio fuit ab æterno tam hominum quàm animalium: ſed omnis generatio habet generans & generatum: generans autẽ eſt cauſa efficiens generati, & ſic in cauſis efficientibus eſt procedere in infinitũ, Tex. cõ. 5. quod eſt impoſſibile, vt probatur in 2. Meta. ergo impoſſibile eſt generationem ſemper fuiſſe & mundum.

¶ Pręt. Si mundus ſemper fuit: homines ſemper fuerunt. ergo infiniti homines ſunt mortui ante nos: ſed homine moriente non moritur anima eius, ſed manet. ergo modo ſunt infinitæ animæ in actu a corporibus abſolutæ: ſed impoſſibile eſt infinitum eſſe in actu, vt in 3. Phyſic. probatur. ergo impoſſibile eſt A tex. c. 35. vſq; in finẽ mundum ſemper fuiſſe.

¶ Præt. Impoſſe eſt aliquid Deo ęquiparari: ſed ſi mundus ſemꝑ fuiſſet, æquipararet Deo in duratione. ergo hoc eſt impoſſibile.

¶ Præt. Nulla virtus finita, eſt ad operationem infinitam: ſed virtus cæli eſt virtus finita, cum magnitudo eius finita ſit, & impoſſibile ſit a magnitudine finita eſſe virtutem infinitam, ergo impoſſibile eſt, ꝙ motus eius fuerit in tempore infinito. & ſilr impoſſibile eſt, vt eſſe eius tempore infinito durauerit, quia duratio rei non excedit virtutem, quam habet ad eſſe, & ſic incæpit quandoque.

¶ Præt. Nullus dubitat, quin Deus natura præcedat mundum: ſed in Deo idẽ eſt natura & duratio ſua. ergo duratione Deus mundum præcedit. ergo mundus non fuit ab æterno.

Vide 3. Meta. t. c. 14. 1. Met. t. cõ. 16. 17. & 18 8. Phy. 1. & 3. cæl. 21. & 24. vbi Timæus a Philoſopho citatur. RESPONDEO, Dicendum, ꝙ circa hanc qõnem eſt triplex poſitio. Prima eſt philoſophorum, qui dixerunt, ꝙ non ſolum Deus eſt ab æterno: ſed etiam aliæ res, ſed differenter, quia quidam ante Ariſt. poſuerunt, ꝙ mundus eſt generabilis & corruptibilis, & ꝙ ita eſt de toto vniuerſo, ſicut de aliquo particulari alicuius ſpeciei: cuius vnum indiuiduum corrumpitur, & aliud generatur: & hæc fuit opinio Empedoclis. Alij dixerunt, ꝙ res fuerunt quieſcentes tempore infinito, & per intellm̃ cæperunt moueri extrahentem & ſegregantem vnum ab alio, & hęc fuit opinio Anaxagoræ. Alij dixerunt, ꝙ res ab æterno mouebantur motu inordinato, & poſtea reductæ ſunt ad ordinem, 8. Phy. a t. 4 & 1. cęl. 101 vſq; in finẽ diffuſius habetur. vel caſu, ſicut ponit Democritus, ꝙ corpora indiuiſibilia ex ſe mobilia caſu adunata ſunt adinuicem, vel a creatore, & hoc ponit Plato, vt dicitur in 3. cæli & mun. Alij dixerunt, quia res fuerunt ab ęterno ſm̃ illum ordinem quo modo ſunt, & iſta eſt D. 236. 912 opinio Ariſt.d & omnium philoſophorum ſequentium ipſum,

A & hæc opinio inter prædictas probabilior eſt: tamen omnes ſunt falſæ & hæreticę.

¶ Secunda poſitio eſt dicentium, ꝙ mundus incępit eſſe poſtquàm non fuerat, & ſimiliter omne quod eſt præter Deum, & ꝙ Deus non potuit mundum ab æterno facere, non ex impotentia eius, ſed quia mundus ab ęterno fieri non potuit, cum ſit creatus: volunt ẽt, ꝙ mundum incepiſſe non ſolum fide teneatur: ſed etiam demonſtratione probetur.

Non. n. ſine motu aliquid facimus. Deus ergo facit vel agere aliquid dicitur, quia cã eſt omnium rerum nouiter exñtium, dũ eius voluntate res nouę, eſſe incipiunt, quæ añ nõ erãt abſq;

¶ Tertia poſitio eſt dicentium, ꝙ omne quod eſt præter Deum incępit eſſe: ſed tamen Deus potuit res ab ęterno produxiſſe, ita ꝙ mundum in- Cõis poſitio Theol. omnium recte ſentientium. B cępiſſe non potuit demonſtrari: ſed per reuelationem diuinam eſſe habitum & creditum, & hæc poſitio innititur authoritati Greg. qui dicit, quòd quædam prophetia eſt de præterito, ſicut Sup Ezech. in 1. Hom. primæ. Moyſes prophetizauit cum dixit. In prin. crea. Deus cælum, & terram, & huic poſitioni conſentio: quia non credo, ꝙ a nobis poſſit ſumi ratio demonſtratiua ad hoc, ſicut nec ad trinitatẽ, quãuis trinitatem non eſſe ſit impoſſibile, & hoc oſtendit debilitas rationum, quæ ad hoc inducuntur pro demõſtrationibus; quæ omnes a philoſophis tenentibus æternitatem mundi poſitæ ſunt & ſolutæ: & ideo potius in deriſionem, quàm in confirmationem fidei vertũtur, ſi quis talibus rationibus innixus contra philoſophos nouitatem mundi probare intenderet.

¶ Dico ergo, quòd ad neutram partem qõnis ſunt demonſtrationes: ſed probabiles vel ſophiſticæ rationes ad vtrũq;. Et hoc ſignificãt verba philoſophi dicentis in primo Topic. quòd ſunt c. 8. in fine. C quædam problemata, de quibus rationem non habemus, vt: vtrum mundus ſit æternus. vnde hoc ipſe demonſtrare nunquã intendit, quod patet ex ſuo modo procedendi, quia vbicunque hanc quæſtionem pertractat, ſemper adiungit aliquam perſuaſionem vel ex opinione plurium, vel approbatione rationum; quod nullo modo ad demonſtratorem pertinet. Cauſa autem quare demonſtrari non poteſt eſt iſta, quia natura rei variatur, ſm̃ quòd eſt in eſſe perfecto, & ſm̃ quòd eſt in primo ſuo fieri, ſm̃ quod exit a cauſa, ſicut alia natura eſt hominis iam nati, & eius ſm̃ quòd eſt adhuc in materno vtero. Vnde ſi quis ex conditionibus hominis nati, & perfecti vellet argumentari de conditionibus eius, ſm̃ quòd eſt imperfectus in vtero matris exiſtens, deciperetur, ſicut narrat Rabi Moyſes de quodam puero, Lib. 2. de ꝑplexis Veteris teſtamẽti. c. 18. qui mortua matre, cum eſſet paucorum menſium, & nutritus fuiſſet in quadam inſula ſolitaria, perueniens ad annos diſcretionis, quæſiuit à quodã, an homines eſſent facti, & quomodo: cui cum exponeret ordinem natiuitatis humanæ, obiecit puer D hoc eſſe impoſſibile aſſerens, quia homo niſi reſpiret & comedat, & ſuperflua expellat, nec per vnum diem viuere poteſt: vñ nec in vtero matris per nouem menſes viuere poteſt.

¶ Similiter errant, qui ex modo fiendi res in mundo iam perfecto volunt neceſſitatem vel impoſsibilitatem inceptionis mundi oſtendere, quia quod nunc incipit eſſe, incipit per motum. vnde oportet, quòd mouens pręcedat duratione, oportet etiam quòd præcedat natura, & quòd ſint contrarietates, & hęc omnia non ſunt neceſſaria in progreſſu vniuerſi eſſe a Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum eſt, quòd materia eſt ingenita & incorruptibilis: non tamen ſequitur, quòd ſemper fuerit: quia incæpit eſſe non per generationem ex aliquo, ſed omnino ex nihilo, & ſimiliter poſſet deficere ſi Deus vellet, cuius voluntate materiæ, & toti mundo eſſe communicatur.

¶ Et ſimiliter dicendum eſt ad ſecundum, ꝙ illa ratio procedit E de inceptione, per generationem & motum. vñ illa eſt rõ cõtra Empedoclem & alios, qui poſuerunt cælum generari.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ potentia quæ nunc eſt in cęlo ad durationem, non menſuratur ad determinatum tempus. vnde per eam in ante, & poſt potuit infinito tempore eſſe, ſi eam ſemper habuiſſet: ſed hanc potentiam durationis non ſemper habuit, ſed voluntate diuina in ſua creatione ſibi tradita eſt.

¶ Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ añ creationẽ mũdi non fuit vacuũ, ſicut neq; poſt: vacuũ. n. nõ eſt tm̃ negatio ſed priuatio. vnde ad põnẽ vacui oportet ponere locũ, vel dimenſiones ſeparatas, ſicut ponentes vacuum dicebant, quorũ nullum ponimus añ mundum. Et ſi dicatur, ꝙ poſſibile erat ante factionem mundi, mundum futurum eſſe vbi nunc eſt. Dicendum ad hoc, quòd non erat niſi in poteſtate agentis, vt ſupra dictum eſt.

¶ Ad quintũ dicẽdũ, ꝙ illa rõ eſt circularis, qđ ſic patet ſm̃ Philoſophũ. Per prius & poſterius ĩ motu, eſt prius & poſterius in tp̃e. vnde qñ dr̃, ꝙ omne nunc ſit finis prioris, & poſterioris principium, ſupponitur ꝙ omne momentum motus ſequatur

quędam motum, & præcedat quædam. vnde dico, ꝙ propoſitio illa non poteſt probari, niſi ex ſuppoſitione eius, quod per eam concluditur: & ideo patet, ꝙ non eſt demonſtratio.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ nunc nunq̃ intelligitur vt ſtans: ſed ſemper vt fluens: non autem vt fluens a priori niſi motus præcedat: ſed in poſterius, nec iterum in poſterius, ſed a priori, niſi motus ſequatur. vnde ſi nunq̃ ſequeretur vel præcederet motus, nunc non eſſet nunc, & hoc patet in motu particulari, qui ſenſibiliter incipit, cuius quodlibet momentum eſt fluens, & tamen aliquod eſt primum, & aliquod vltimum ſecundum terminum a quo, & in quem. G

ipſius agitatione, vt actus proprie dici nõ queat, cũ videlicet actus omnis in motu conſiſtat. In Deo autẽ motus nullus eſt. Sic ergo ex calore Solis aliqua fieri contingit: nulla tamen in ipſo vel in eius calore facta motione, vel mutatione. Ita ex Dei voluntate noua habent eſſe ſine mutatiõe authoris, qui eſt vnũ, & ſolũm principium omnium. Ariſtoteles vero duo principia dixit, ſcilicet materiam & ſpeciem, & tertium operatorium dictum. Mundum quoque ſemper eſſe, & fuiſſe.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ Deus præcedit mundum non tñ natura, ſed etiam duratione: non tamen duratione temporis, ſed æternitatis, quia ante mundum non fuit tempus in rerum natura exiſtens, ſed imaginatione tñ, quia nunc imaginamur huic tempori finito, ex parte ante Deum potuiſſe multos annos addidiſſe, quibus omnibus præſens eſſet æternitas, & ſecundum hoc dicitur, quòd Deus potuit prius facere mundum, q̃ fecerit & maiorem & plures.

¶ Ad octauum dicendum, ꝙ nouitas relationis contingit non mutatione mouentis, ſed ex mutatione mobilis, vt large mutatio ſumatur pro creatione, quæ proprie mutatio non eſt, vt dictum eſt ſupra. Vnde motum cæli præcedit creatio eius ad minus natura: creationem autem non præcedit aliqua mutatio, cũ ſit ex non ente ſimpľr. Si tñ ſupponeretur, ꝙ etiam cælum extitiſſet anteq̃ moueri cæpiſſet, adhuc ratio non procederet, quia H intelligendum eſt, ꝙ duplex eſt relatio, quædam eſt relatio abſoluta, ſicut in omnibus quæ ſunt ad aliquid ſm eſſe, vt paternitas & filiatio, & talis relatio non efficitur noua niſi per acquiſitionẽ illius, in quo relatio fundatur. vnde ſi acquiratur per motum, talis relatio ſequitur motum, ſicut ſimilitudo vnius ad alterum ſequitur alterationem in qualitate, ſupra quam fundatur relatio. Si autẽ acquiratur per creationem, ſequitur creationẽ, ſicut ſimilitudo creaturæ ad Deum fundatur ſuper bonitatem, quæ per creationem acquiritur, per quam creatura Deo aſſimilatur: quædam autem relatiua ſunt, quæ ſimul important relationem & fundamentum relationis. Nouitas autem talium relationum exigit acquiſitionem illius rei, quæ ſignificatur per nomen, ſicut ipſius habitus qui eſt ſcientia. & ſiľr eſt de relatione, quam importat nomen motus, quę efficitur noua per acquiſitionem ipſius motus a mouente in mobili.

¶ Ad nonum dicendũ, ꝙ huiuſmodi viciſſitudinis, ꝙ quandoq; I mundus non fuit, & poſtmodum fuit, non eſt cauſa efficiens aliquis motus: ſed aliqua res ſemper eodem modo ſe habens. ſ. voluntas diuina, quæ ab æterno fuit de hoc ꝙ mundus in eſſe poſt non eſſe exiret. Et ſi diceretur, ꝙ idem ſemper facit idem: dico ꝙ verum eſt, ſi accipiatur agens ſm propriam rationem, qua ꝓducit determinate hunc effectum: ſicut autem agens naturale determinatur per formam propriam, vt nunquàm ſequaẽ actio niſi ſm conuenientiam ad formam illam, ita agens voluntariũ determinatur ad actionem per propoſitum voluntatis. vnde ſi voluntas non ſit impedibilis nec mobilis, non ſequitur effectus niſi ſm hoc, ꝙ voluntas propoſuit, & hoc eſt verum, ꝙ volũtas diuina in hoc, ꝙ ſemper eſt eadem ſemper facit illud quod ab æterno voluit, quia nunquàm caſſatur: non tamen facit, vt ſua volita ſemper ſint, q̃a hoc ipſe nõ vult. vñ ſi hoc faceret, q̃a faceret illud quod ipſe non vult eſſet ſiľe ac ſi calor faceret frigus.

K ¶ Ad decimum dicendum, ꝙ prima indiuidua generabilium & corruptibilium non prodierunt in eſſe per generationem, ſed per creationem: & ideo non oportet quædam præextitiſſe, ex quibus creata ſint, vt ſic in infinitum habeatur.

¶ Ad vndecimum dicendum, ꝙ eſt duplex agens, quoddam per neceſſitatem naturæ, & iſtud determinatur ad actionem per illud qđ eſt in natura eius. vnde impoľe eſt, ꝙ incipiat agere niſi per hoc, quod educitur de potentia ad actum, vel eſſentiali vel accidentali. Aliud eſt agens ꝑ voluntatem, & in hoc diſtinguendum eſt, ꝙ quoddam agit actione media, quæ non eſt eſſentia ipſius operantis, & in talibus non põt ſequi effectus nouus ſine noua actione, & nouitas actionis facit aliquam mutationem in agente, prout eſt exiens de ocio in actum, vt in 2. de anima dẽ. Quoddam vero ſine actione media vel inſtrõ, & tale agens eſt Deus. vnde ſuum velle eſt ſua actio, & ſicut ſuum velle eſt æternum, ita & actio, non tñ effectus ſequitur niſi ſm formam volũtatis, quæ ꝓponit ſic vel ſic facere: & ideo non exit de potentia F in actum, ſed effectus q erat in potentia agente, efficiẽ actu ens.

¶ Ad duodecimum dicendum, ꝙ in oĩbus illis, quæ agunt propter finem, qui eſt extra voluntatem, voluntas regulatur ſm illum finem. vnde ſm ea, quæ impediunt & iuuant ad finem, vult quandoq; agere, & q̃nq; non agere: ſed voluntas Dei non dedit eſſe ipſi vniuerſo ꝓpter aliũ finem exiſtentem extra voluntatem eius, ſicut nec mouet ꝓp alium finem, vt philoſophi concedunt, quia nobilius non agit propter vilius ſe: & ideo non oportet ex hoc, ꝙ non ſemper agat, ꝙ habeat aliqd inducens & retrahens, niſi determinationem voluntatis ſuæ, quæ ex ſapientia ſua omnem ſenſum excedente procedit.

† 2. de Gen. tex. cõ. 51. † 8. Phy. a t. cõ. 4. & 1. Cæl. 101. vſq; in finẽ.

¶ Ad decimumtertium dicendum, ꝙ intellectus diuinus intelligit omnia ſimul. & ideo ex hoc, ꝙ intelligit præſentia huius tẽporis & illius, nõ eſt aliqua mutatio in intellectu eius: licet hoc non poſſit contingere in intellectu noſtro: & ideo patet, ꝙ ratio ſophiſtica eſt: ſiľr nec ponitur aliquis motus ex parte rei imaginatæ, q̃a Deus noluit facere vniuerſum poſt aliquod tp̃s, quia tempus ante non erat niſi imaginatum, vt prius dictum eſt.

¶ Ad decimumquartum dicendum, ꝙ voluntas diuina non ab ęterno produxit vniuerſum, quia aliqd deerat ipſi volito. hoc enim quod volito poteſt intelligi deeſſe, propter quòd differẽ, eſt proportio ipſius ad finem: ſicut voluntas hominis differt ſumere medicinam, quando medicina non eſt proportionata ſanitati hominis: & ſic dico, ꝙ ipſi vniuerſo quod fieret ab ęterno, deerat proportio ad finem, quæ eſt voluntas diuina: hoc. n. voluit Deus vt haberet eſſe poſt non eſſe, ſicut natura ita & duratione, & ſi ab æterno fuiſſet, hoc ſibi defuiſſet. vnde non fuiſſet proportionatum diuinæ voluntati, quæ eſt finis eius. Et quia ad rationes in contrarium factas, quas dixi demonſtrationes nõ eſſe, inueniuntur philoſophorum reſponſiones: ideo quamuis verum concludant, ad eas etiam reſpondendum eſt, ſecundum ꝙ ipſi philoſophi reſpondent, ne alicui diſputanti contra tenentes æternitatem mundi ex improuiſo occurrant.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſicut dicit Commen. in lib. de ſubſtantia orbis. Ariſto. nunquàm intendit, quòd Deus eſſet cauſa motus cæli tantum, ſed etiam quòd eſſet cauſa ſubſtantiæ eius dans ſibi eſſe: cum enim ſit finitæ virtutis, eo quòd corpus eſt indiget aliquo agente infinitæ virtutis, a quo & perpetuitatem motus habeat, & perpetuitatem eſſendi, ſicut motum & eſſe: non tñ ex hoc ſequitur, quòd præcedat duratione, quia non eſt dans eſſe per motum: ſed per influentiam æternã, ſecundum ꝙ ſcientia eius eſt cauſa rerum: & ex hoc, ꝙ ſcit ab æterno & vult, ſequitur res ab ęterno eſſe: ſicut ex hoc, ꝙ ſol eſt ab æterno, ſequitur ꝙ radius eius ab ęterno ſit.

Libr. ſeu. c. 2. m. 12. Meta. tex. 38.

¶ Ad ſecundum rñdet Auicen. in ſua metaphyſica. dicit enim omnes res a Deo creatas eſſe, & ꝙ creatio eſt ex nihilo, vel eius quod habet eſſe poſt nihil: ſed hoc poteſt intelligi dupliciter, vel quòd deſignetur ordo durationis, & ſic ſecundum eum falſum eſt, aut quòd deſignetur ordo naturæ, & ſic verum eſt. vnicuique enim eſt prius ſecundum naturam illud, quod eſt ei ex ſe, quàm id quod eſt ei ab alio: quælibet autem res præter Deum habet eſſe ab alio. ergo oportet, quòd ſecundum naturam ſuam eſſet non ens: niſi a Deo eſſe haberet, ſicut etiam dicit Gregorius, quòd omnia in nihilum deciderent, niſi ea manus omnipotentis contineret, & ita non eſſe quod ex ſe habet naturaliter, eſt prius quàm eſſe quod ab alio habet, & ſi non duratione, & per hunc modum conceduntur a philoſophis res a Deo creatę & factæ.

Tractatu. 6. cap. 1. & 2. Item, 9 c. 4.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ infinitum eſſe actu impoſſibile eſt: ſed infinitum eſſe per ſucceſſionem non eſt impoſſibile, infiniti autem ſic conſiderati quodlibet acceptum finitum eſt: tranſiens autem non poteſt intelligi niſi ex aliquo determinato ad aliquod determinatum, & ita quodcunque tempus determinatum accipiatur, ſemper ab illo tempore ad iſtud eſt finitum tẽpus, & ita eſt deuenire ad præſens tempus. Vel poteſt dici, quòd tempus præteritum eſt ex parte anteriori infinitum, & ex poſteriori finitum tempus autem futurum econtrario, vnicuique autem ex parte illa qua finitum eſt, eſt ponere terminum, & principium vel finem. vnde ex hoc, quòd infinitum eſt tempus præteritum ex parte anteriori, ſecundum eos ſequitur, quòd non habeat principium, ſed finem: & ideo ſequitur, quòd ſi homo incipiat numerare a die iſto, non poterit numerando peruenire ad primum diem, & econtrario ſequitur de futuro.

¶ Ad



¶ Ad quartum dicendum, quòd infinito non fit additio ſecundum ſuam totalem ſucceſſionem, qua infinitum eſt in potentia tantũ accipientis: ſed alicui finito accepto in actu, & illo nihil prohibet aliquid eſſe plus vel maius. Et quòd hæc ratio ſit ſophiſtica patet, quia tollit etiam infinitum in additione numerorum, vt ſi ſic dicatur. aliquæ ſpecies numerorũ ſunt excedentes denarium, quæ non excedunt centenarium. ergo plures ſpecies excedunt denariũ quam centenarium, & ita cum infinitæ excedant centenariũ, erit aliquid maius infinito: patet ergo quòd exceſſus & additio & B tranſitus non eſt niſi reſpectu alicuius in actu vel in re exiſtentis, vel actu per intellectum, vel imaginationem acceptæ. vnde per has rationes ſufficienter probatur, quòd non ſit infinitũ in actu, nec hoc eſt neceſſarium ad æternitatem mundi, & illæ ſolutiones accipiuntur ex verbis Philoſophi 3. Phyſic.

D. 736.

*Quod catholicum eſt docet.*

Horum ergo & ſimiliũ errorem Spiritus ſanctus euacuans veritatiſque diſciplinã tradẽs, Deum in 6. principio temporum mundum creaſſe, & ante tempora æternaliter extitiſſe ſignificat, ipſius æternitatem & omnipotentiam commendans. Cui voluiſſe facere eſt, quia vt prædiximus, ex eius voluntate & bonitate res nouæ exiſtunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eundem effectum præcedere cauſas infinitas per ſe vel eſſentialiter eſt impoſſibile: ſed accidentaliter eſt poſſibile (hoc eſt dictu) aliquem effectum, de cuius ratione ſit, quòd procedat a cauſis infinitis eſt impoſſibile, ſed cauſas illas, quarum multiplicatio nihil intereſt ad effectum, accidit effectui eſſe infinitas. ver. gra. ad eſſe cultelli exiguntur per ſe aliquæ cauſæ mouentes, ſicut faber & inſtrumentum, & hæc eſſe infinita eſt impoſſibile, quia ex hoc ſequeretur infinita eſſe ſimul actu, ſed quòd cultellus ſit factus a quodam fabro ſene, qui multoties inſtrumenta ſua renouauit, ſequitur multitudinem ſucceſſiuã inſtrumentorum, hoc eſt per C accidens, & nihil prohibet eſſe infinita inſtrumenta præcedentia iſtum cultellum, ſi faber fuiſſet ab æterno, & ſimiliter eſt in generatione animalis, quia ſemen patris eſt cauſa mouens inſtrumentaliter reſpectu virtutis ſolis: & quia huiuſmodi inſtrumenta quæ ſunt cauſæ ſecundæ, generantur & corrumpuntur, accidit quòd ſunt infinitę, & per iſtum etiam modum accidit quòd dies infiniti præceſſerint etiam iſtum diem, quia ſubſtantia ſolis ab æterno eſt ſecundum eos & circulatio eius quęlibet finita. & hanc rationem ponit Commentator in 8. Phyſi.

T. c. 35. vſq; in finem. & maxime in tribus vltimis.

Tex. c. 15. & 47.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd illa obiectio inter alias fortior eſt: ſed ad hanc reſpondet Algazel in ſua Meta. vbi diuidit ens per finitum & infinitum, & concedit infinitas animas eſſe in actu, & hoc eſt per accidens, quia animæ rationales exutę a corporibus non habent dependentiam adinuicem, ſed Commentator reſpondet, quòd animæ non remanent plures poſt corpus, ſed ex omnibus manet vna tantum, vt infra patebit: vñ niſi hæc poſitio quã ponit in 3. de Aĩa primo improbaretur, D ratio contra eum non concluderet. & hanc etiam rationem tãgit Rabi Moyſes oſtẽdens ꝑdictã rõne nõ eſſe demõſtrationẽ.

Di. 19. q. 1. ar. 1.

Com. 5.

1. de perplexiſ. Veteris Teſtamẽti. ca. 73.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd etiam ſi mundus ſemper fuiſſet, non æquaretur Deo in duratione, quia duratio diuina quę eſt æternitas eſt tota ſimul, non autem duratio mundi quæ ſucceſſione tẽporũ variaẽ. & hãc ponit Boet. l. 5. de cõſolatione.

Proſa. 6.

¶ Ad Octauum dicendum, quòd in cœlo non eſt potentia ad eſſe, ſed ad vbi tantum, ſecundum Philoſophum, & ideo non poteſt dici quòd potentia ad eſſe ſit finita, vel infinita: ſed potentia ad vbi finita eſt, nec tamen oportet quòd motus localis cui correſpondet hæc potentia ſit finitus, quia motus eſt infinitus duratione ab infinitate virtutis mouentis, a qua fluit motus in mobile, & hæc eſt ratio Cõmentatoris in 11. Metaph. tamen hoc quod dicit, quòd non habet potentiam ad eſſe intelligendum eſt, ad acquirendum eſſe per motum, habet tamẽ virtutem vel potentiam ad eſſe, vt dicitur in primo Cœ. & mũ. E & hæc virtus finita eſt, ſed acquiritur duratio infinita ab agente ſeparato infinito vt ipſemet in lib. de ſubſtantia orbis dicit.

8. Meta. t. c. 12. & 12. t. c. 10.

Tex. 41.

Li. ſeu. c. 3.

¶ Ad nonum dicendum, quòd duratio Dei quæ æternitas eius & natura ipſius ſunt vna res, & tamen diſtinguuntur ratione, vel modo ſignificandi, quia natura ſignificat quandam cauſalitatem, prout dicitur natura motus principium, duratio autẽ ſignificat quandam permanentiam, & ideo ſi accipiatur præeminentia naturę diuinæ & durationis ad creaturam vt vtrũque eſt res quædam, inuenietur eadem præeminentia: ſicut. n. natura diuina præcedit creaturam dignitate & cauſalitate, ita & duratio diuina eiſdem modis creaturam præcedit, non tamen oportet ſi Deus præcedit mundum per modum naturæ, vt ſignificatur cum dicitur naturaliter præcedit mundum, ꝙ et mundum præcedat per modum durationis, vt ſignificaẽ, cum dicitur Deus duratione præcedit mundum cum non ſit idẽ modus ſignificandi naturæ & durationis, & ſimiliter ſoluuntur A multæ aliæ ſimiles obiectiones, vt in 1. libro dictum eſt.

### Articvlvs VI.

*Vtrum conuenienter exponitur In principio creauit Deus cœlum & terram, ideſt in filio.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter exponatur in principio creauit Deus cœlum & terram, ideſt in filio. Pater enim eſt principium totius diuinitatis, vt Augu. dicit. ergo per principium appropriate debet intelligi pater.

1. q. 46. 3.

Li. 4 de Tri c. 20.

¶ 2 Præt. Vt in 1. lib. dictum eſt, Ex ipſo, dicitur propter patrem, in ipſo, propter ſpiritum ſanctum. ergo per hoc quod dicitur, in principio, intelligitur ſpiritus ſanctus, & non filius.

¶ 3 Item, Videtur quòd inconuenienter dicatur in principio temporis, quia tempus adiacet motui firmamenti, ſed firmamentum factum eſt ſecunda die. ergo principium tẽporis fuit poſt creationem cœli & terræ, & ita non in principio temporis creata ſunt.

¶ 4 Præt. Tempus eſt vnum de quatuor primo creatis: ſed tẽpus non eſt creatum in principio temporis, quia tempus ſic eſſet in indiuiſibili, quod eſt impoſſibile. ergo nec cœlum nec terra.

¶ 5 Item videtur quòd inconuenienter dicaẽ In principio, ideſt ante omnia, quia ſicut dicitur in libro de cauſis, prima rerũ creaturarum eſt eſſe, & non eſt ante ipſum creatum aliud: ſed cœlum & terra non ſunt ſuum eſſe. ergo ante cœlum & terram aliquid creatum eſt.

¶ 5 Præt. Eccleſiaſtici. 18. dicitur. Qui viuit in æternũ creauit omnia ſimul. ergo cœlum & terra non ſunt ante oĩa creata.

¶ 6 Præt. Cœlum & angelus ſunt ſimul facta, vt infra dicetur. ergo non ante omnia cœlum & terra facta ſunt.

Respondeo, Dicendum, quòd triplex expoſitio, poſita conueniens eſt ſecundum ſanctos, per quam multiplex error excluditur: per primam excluditur error Manichæi ponẽtis plura principia, quia in principio vno effectiuo & non in pluribus res factæ dicuntur: per ſecũdã excluditur error æternitatis mundi: in hoc ꝙ mundus principium durationis habere ponitur: per tertiam excluditur error ponentium viſibilia a Deo creata mediante ſpirituali creatura in hoc, quòd ponitur cœlum & terra eſſe primo creata.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ratio principii effectiui appropriatur patri, ſed ratio principii exemplaris per modum artis appropriatur filio, qui eſt ſapientia & ars patris.

¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ, ꝙ eſſe in, ſicut in continente & ſaluante, appropriatur ſpiritui ſancto propter appropriatum bonitatis, ſed eſſe in, per modum quo artificiatum eſt in arte & res in ſua ſimilitudine appropriatur filio.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſecundum illam opinionem quæ ponit omnia ſimul creata in materia informi, dicũtur res creatæ in principio temporis, quod menſurat motum primi mobilis, non ſicut in menſurante creationem, ſed ſicut in adiacẽte creationi, quia ſimul fuerunt rerum creatio & tẽporis principium, ſed ſecundum aliam opinionem, quæ ponit res formatas per temporum ſucceſſionem non intelligitur de tempore quòd eſt menſura illius motus, ſed de tempore quod eſt numerus illius viciſſitudinis, qua eſſe mundi ſuccedit ad non eſſe eiuſdem: vel ſecundum alios ſumitur tempus pro eo quod ſimul cum cœlo & terra creatum eſt. D. 413.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut numerus non numeratur alio numero, ita nec tempus alio tempore menſuratur nec fieri eius, cum ſuum eſſe totum ſit in fieri. vñ incipit in principio temporis non ſicut in menſurante eẽ eius, ſed ſicut in eo a quo incipit eius productio, vt animalis a corde, & domus a fundamento, & lineæ a puncto. D. 869.

¶ Ad quintum dicendum, quòd loquitur Philoſophus de ordine naturæ prout animal prius homine dicitur, & nõ de ordine durationis, non enim fuit eſſe cœli & terræ ante ipſa tẽpora.

¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ intelliguntur ſecundum vnam opinionem omnia ſimul creta nõ in ſpeciebus ſuis, ſed in materia informi, ſed ſecundum alios dicuntur omnia creata ſimul etiam in formis proprijs, ſed tunc hæc ante alia creata dicuntur, non duratione, ſed naturæ ordine, ſecundum quod in via generationis eſt incompletum ante completum, hæc tamen infra magis inquirentur.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd per cœlum etiam intelligitur angelica

angelica natura quæ in cœlis habitare dicitur, & per terram in- F
telligitur tota natura generabilium & corruptibilium.

## EXPOSITIO TEXTVS.

A

CRedamus igitur rerum creatarum cœleſtium vel terreſtrium, viſibilium, vel inuiſibilium cauſam non eſſe: niſi bonitatem creatoris qui eſt Deus vnus & verus. Cuius tāta eſt bonitas, vt ſumme bonus beatitudinis ſuæ qua ęternaliter beatus eſt, alios velit eſſe participes, quam vidit & communicari poſſe & minui omnino non poſſe. Illud idem igitur bonum quod ipſe erat, & quo beatus erat, ſola bonitate & non neceſsitate alijs communicare voluit, quia ſumme boni erat prodeſſe velle, & omnipotentiſsimi noceri nō poſſe.

PLATO nāq; &c.} Sciēdū q̄ ĩ hoc Plato errauit, quia poſuit formas exēplares per ſe ſubſiſtentes extra intellectū diuinum, & neque ipſas neque materiā a Deo eſſe habere {Ariſ. vero &c.} Videtur imperfecte tāgere poſitionē eius, quia ipſe ponit tria principia in 1. Phyſ. materiam, formam, & priuationem.

¶ Præt. Ipſe ponit non ſolum cauſam effectiuam, exemplarem quæ intelligitur per principiū operatorium: ſed ēt cauſam finalem.

¶ Præt. Secundum ipſum, forma & agens & finis incidunt in idem, vt in 2. Phyſ. dicit, & ita videtur tantum duo principia poſuiſſe.

¶ Ad quod dicendum, quòd Ariſt. non errauit in ponendo plura principia, quia poſuit eſſe omnium tantum a primo principio dependere, & ita relinquitur vnum eſſe primum principiū, errauit autem in poſitione æternitatis mundi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd priuatio ab eo non ponitur per ſe principium, ſed per accidens nec in eſſe rei, ſed in fieri tantum.

D. 322. ¶ Ad aliud dicendum, quòd ſecundum ipſum primum principiū agens, & vltimus finis reducuntur vt idem [d] numero, vt patet in 11. Metaphiſice, vbi ponit q̄ primum principium mouens mouet, vt deſideratum ab omnibus, forma autem quæ eſt pars rei non ponitur ab eo in idem numero incidere cum agente: ſed in idem ſpecie, vel ſimilitudine, ex quo ſequitur q̄ ſit vnum principium primum extra rem, quod eſt agens & exemplar & finis, & duo quæ ſunt partes rei, ſcilicet forma & materia, quæ ab illo primo principio producuntur.

### DIVISIO TEXTVS.

DICTO exitu rerum a primo principio. Hic proſequitur ordinem earum, in vltimum finem. Et diuiditur in partes tres. In prima oſtendit finem vltimum creaturarum. In ſecunda, ex fine oſtendit creaturarum diuerſitatem, ibi {Et quia non valet &c.} In tertia, ex diſtinctione concludit tractandi ordinem, ibi {Ex præmiſſis apparet &c.} Secunda diuiditur in tres. In prima oſtendit ordinem ſpiritualis naturæ in finem. In ſecunda ordinē corporalis, ibi {Et ſicut factus eſt homo &c.} In tertia ordinem coniuncti ex vtroque, ibi {Solet etiam quæri &c.}

¶ Circa primum duo facit. Primo, ex fine concludit ſpiritualis naturæ inſtitutionem. Secundo, concludit ordinem ipſius in finem, ibi {Ideoque ſi quæratur &c.} Et circa hoc tria facit. Primo, aſſignat finem ex parte agentis. Secundo, ex parte operis, ibi} Et ſi quærit ad quid &c.} Tertio, coniungit vtrūque, ibi {Cum ergo quærit quare & cur. & ſic factus eſt &c.} Circa hoc duo facit. Primo, oſtendit finē corporalis creaturæ. Secundo, excludit quandam dubitationem, ibi {Et de homine quoque &c.

## QVAESTIO I.

A

### Hic quinque quęruntur.

Primo. Vtrum Deo conueniat agere propter finem.
Secundo. Vtrum finis omnium ſit Dei bonitas.
Tertio. Vtrum omnia ſint propter hominem facta.
Quarto. Propter q̄d homo ex anima & corpore cōſtitut⁹ ſit.
Quinto. Vtrum tali corpori anima eius vniri debuerit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Deus competat agere propter finem.*

*Quare rationalis creatura facta ſit.*

ET quia non valet eius beatitudinis particeps exiſtere aliquis: niſi per intelligētiam quæ quāto magis intelligitur tanto plenius habetur, fecit Deus rationalem creaturam quæ ſummū bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amādo poſsideret, ac poſsidēdo frueretur. Eamque hoc modo diſtinxit, vt pars in ſui puritate permaneret, nec corpori vniretur, ſcilicet angeli, pars corpori vniretur, ſcilicet animę. Diſtincta eſt itaque rationalis creatura in incorpoream & corporeā. G

AD PRIMUM ſic proceditr. Videt̄ q̄ Deo non competit agere propter finē. Finis enim eſt terminus motus. vnde in his quæ carent motu, ſicut in mathematicis, non eſt finis neque bonum, vt in 3. Meta. dicitur: ſed Deus non producit res per motum, vt prius dictum eſt. ergo ſibi non competit ꝓpter finē agere.

1. p. q. 44. 4. Clarius ex 1. ethic. c. 1. & 2.

elicitur ex 9. tex. 3.

¶ 2 Pręt. Finis eſt ꝑfectio agentis. vnde ſicut materia appetit formam, ita agēs finem: ſed Deo non competit ab aliquo perfici, cum ſit primum mouens, & perfectio ſumma. ergo non agit propter finem. H

¶ 3 Præt. Vnicuique agenti propter finem, melius eſt ſuum op⁹ eſſe quam non eſſe, quia per illud finem conſequitur, vt patet inducendo in ſingulis: ſed non melius, immo indifferens eſt Deo vtrum creaturæ ſint vel non ſint, quia bonorum noſtrorū non eget. ergo non agit propter finem.

¶ 4 Præt. Actio eius eſt vltimus finis rerum, quia eſt ſua ſubſtantia: ſed finis vltimi non eſt aliquis alius finis. ergo videtur q̄ actio eius non ſit propter finem.

SED CONTRA. Omne agens quod non agit propter finem aliquem, opus eius eſt vanum: ſed Dei opera nō ſunt huiuſmodi. Vnde in pſal. dicitur. Nunquid vane enim &c. Ergo agit propter finem. — 88.

¶ Præt. Secundum Philoſophum ſecundo Metaphyſice. Omne agens per intellectum, agit propter finem: ſed Deus eſt huiuſmodi, cum ſua ſcientia ſit cauſa rerum. ergo &c. — Co. tex. 9.

RESPONDEO, Dicendum, quòd agere aliquid propter finem eſt dupliciter, vel propter finem operis, vel propter finē operantis, finis operis eſt hoc ad quod opus ordinatum eſt ab agente, & hoc dicitur ratio operis. finis autem operantis eſt quem principaliter operans intendit, vnde finis operis poteſt eſſe in alio, ſed finis operantis ſemper eſt in ipſo, ſicut patet in ędificatore qui lapides congregat ad componendum eos. q̄ iſta compoſitio in qua conſiſtit forma domus eſt finis operis, ſed vtilitas quæ prouenit ex hoc operanti eſt finis ex parte agētis. cum autem omne opus diuinum in finem quendam ordinatum ſit, conſtat quòd ex parte operis Deus propter finem agit, ſed quia finis operis ſemper reducitur in finem operantis, ideo oportet q̄ etiam ex parte operantis, finis actionis eius conſideretur qui eſt bonum ipſius in ipſo. Sciendum eſt ergo, quòd agere hoc modo eſt dupliciter, vel propter deſiderium finis, vel propter amorem finis. deſiderium enim eſt rei non habitę, ſed amor eſt rei quæ habetur, vt Aug. dicit, & ideo omni creaturæ conuenit agere propter deſiderium finis, quia vnicuique creaturæ acquiritur bonum ab alio q̄d ex ſe non habet, ſed Deo competit agere propter amorem finis cuius bonitati nihil addi poteſt. Ipſe enim bonitatem ſuam perfecte amat, & ex hoc vult q̄ bonitas ſua multiplicetur per modū, qui poſſibilis eſt, ex ſui ſcilicet ſimilitudine ex quo prouenit vtilitas creaturæ, inquantum ſimilitudinem diuinæ bonitatis recipit, & ideo dicitur in litera, q̄ Deus fecit creaturam propter bonitatem ſuā, conſiderando finem operantis, & propter vtilitatem creaturæ conſiderando finem operis, & propter hoc etiam dicit Augu. quòd inquantum Deus eſt bonus ſumus, & Dion. dicit in 4. c. de diui. nom. quòd diuinus amor non dimiſit eum ſine germine eſſe. I K

Super Pſal. 118. ſer. 8. prope finē ex li. de ſubſtantia dilectiōis. to. 4.

De doctri. Chri. c. 13. Dionyſ. de Amore loquens ĩ ſua Metha. tra. 6. c. 1. ſuffic. c. 10.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſecundum Auic. ſicut eſt duplex agens, quoddam quod agit per motum ſicut naturale, & quoddam quod agit ſine motu dando eſſe, ita duplex eſt bonum, quoddam acquiſitum per motum, & hoc eſt tantum in rebus naturalibus, & quoddam acquiſitum ſine motu in recipiendo influentiam agentis ſine motu, & tale eſt bonum etiam in rebus immobilibus. A

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud quod agit propter deſideriū finis, habet finē extra ſe quo perficit, hoc autem non conuenit Deo qui agit propter amorem finis, quia ipſemet eſt ſibi finis a ſe habitus, & amatus, & ideo dicimus, quòd diuina voluntas nō eſt perfecta quodam alio: ſed ſeipſa, quia ipſa volūtas eſt bonitas.

Et incorporea quidē angelus, corporea vero homo vocat̄ ex anima rationali & carne ſubſiſtens. Conditio ergo rationalis creaturæ primā cauſam habuit Dei bonitatem.

*Quare creatus ſit homo uel angelus.*

IDeoq; ſi quæritur quare creat⁹ ſit homo vel angelus, breui ſermone reſpōderi poteſt, propter bonitatem eius. Vnde Aug. in libro de doctrina chriſtiana, qa bonus eſt Deus ſumus, & inquātum ſumus, boni ſumus. B

¶ Ad tertium dicendum, quòd omne id quod agit ꝓpter deſideriū finis ꝑ actionem ſuā ordinatur ad conſecutionē deſiderati. vnde oportet, quòd apud eum differat an ſit vel nō ſit ſuum opus. Non autem apud eum q̄ agit ꝓpter finis amorem, quia non agit ad acquirendum aliquod bonum. — Lib. 1. c. 32.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd actio diuina eſt eſſentia eius, & ex hac parte non quæritur finis eius: ſed ex parte illa, qua effectum creaturæ communicat.

### ARTICVLVS II.

*Vtrum creaturæ ſint propter bonitatem Dei.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd creaturæ non ſint propter Dei bonitatem. Sicut enim in 1. cœ. & mun. dicitur, nihil mouetur naturaliter propter illud quod conſequi non poteſt: ſed nulla res poteſt conſequi diuinam bonitatem, quia ipſa non recipitur vt perfectio alicuius creaturæ, vel forma. ergo res non ſunt ordinatæ naturaliter in ipſa. — 1. q. 44. 4. 1. 1. cæli. text. 32. & 58.

¶ 2 Præt. Vt in 1. cœ. & mun. dicitur, Omnis res eſt propter ſuā operationem, & res ſempiterna vel incorporalis eſt propter ſempiternalitatem ſui eſſe: ſed eſſe rei & operatio non eſt extra ipſam. ergo videtur quòd non ſint propter Dei bonitatem q̄ eſt a rebus ſeparata & impermiſta. — 2. cæli. text. 17.

¶ 3 Præt. Omnis res producitur ab agente propinquius fini, quantumcunque poteſt: ſed quanto aliquid eſt melius & diuturnius, magis ad diuinam bonitatem accedit. ergo Deus fecit vnumquodque quātumcunque melius potuit. & ab æterno ſi facere potuit, quæ cum falſa ſint, videtur q̄ bonitas Dei creaturarum finis non ſit.

¶ 4 Præt. Diuina bonitas eſt ſua beatitudo: ſed beatitudinis eius non eſt capax niſi intellectualis creatura, vt in litera dicitur. ergo non omnis creaturæ finis eſt diuina bonitas.

SED CONTRA. Hoc, propter quod res fit eſt finis eius. Sed ſicut dicitur Prouer. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. ergo videtur quòd ipſe ſit finis omnium. — Text. 3. clarus & 1. & ca. primi & hic.

¶ Præt. Bonum habet rationem finis, vt in 3. Metaphiſice dicitur. ergo & ſummum bonum habet in Deo rationem finis vltimi: ſed diuina bonitas eſt ſumma bonitas. ergo ipſa eſt vltimus rerum finis.

RESPONDEO. Dicendum, q̄ finis & agens proportionantur adinuicem, ſicut materia & forma. Vnde, ſecundum differentiam agentis eſt differentia finis. Eſt autem duplex agens: quoddam quod ſuſcipienti ſuum effectum eſt proportionatum. vnde formam eiuſdem ſpeciei vel rationis in effectum inducit, ſicut in omnibus agentibus vniuocis, vt ignis generat ignē, & domus quæ eſt in anima artificis, cauſat domū quæ eſt in materia. quoddam vero agens non eſt proportionatum recipienti ſuum effectum. Vnde effectus non conſequitur ſpeciem agentis: ſed aliquam ſimilitudinem eius quantum poteſt, ſicut eſt in omnibus agentibus æquiuoce, vt ſol calefacere dicitur, ita etiam eſt duplex finis quidam proportionatus ei quod eſt ad finem, & talis finis: acquiritur vt perfectio in eo quod ad finem eſt: ſicut ſanitas per operationem medicinæ. Eſt etiam quidam finis improportionabiliter excedens illud, quod eſt ad finem, & hic non acquiritur, vt perfectio inhærēs ei quod eſt ad finem, ſed aliqua ſimilitudo eius, & talis finis eſt diuina bonitas in infinitum creaturas excedens, & ideo nō acquiritur in creatura ſecundum ſe, ita vt ſit forma eius, ſed aliqua ſimilitudo eius quæ eſt in participatione alicuius bonitatis, & ideo omnis appetitus naturæ vel voluntatis tendit in aſſimilationem diuinæ bonitatis, & in ipſammet tenderet, ſi eſſet poſſibilis haberi vt perfectio eſſentialis, quæ eſt forma rei. Sed tamen ipſamet diuina bonitas poteſt acquiri a creatura rationali vt perfectio, quę eſt obiectū operationis inquantum rationalis creatura poſſibilis eſt ad vidēdum & amandum Deum. Et ideo ſingulari modo Deus eſt finis in quem tendit creatura rationalis præter modū cōmunem quo tendit in ipſum omnis creatura, inquantum, ſ. omnis creatura deſiderat aliquod bonū, quod eſt ſimilitudo quædam diuinæ bonitatis, & ex hoc patet, quòd in omni bono ſummum bonum deſideratur. C D E

*Ad quid creata ſit rationalis creatura.*

ET ſi quæritur ad quid creata ſit rōnalis creatura, reſpondetur ad laudandum Deum, ad ſeruiendum ei, ad fruendum eo, in quibus proficit ipſa, non Deus. Deus enim perfectus & ſumma bonitate plenus, nec augeri poteſt, nec minui. Quòd ergo rationalis creatura facta eſt a Deo, referendum eſt ad creatoris bonitatē, & ad creaturæ vtilitatem. B

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis res non acquirat diuinam bonitatem, tamen acquirit aliquam ſimilitudinem eius, & ex hoc dicitur finis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ipſa operatio eſt vltima perfectio in qua res exiſtit. habitus enim & potentia imperfectionem dicunt, & ideo idem eſt rei eſſe propter ſuam operationē & propter diuinam bonitatem: ad quam maxime accedit, ſecundum quod maxime eſt in actu perfecto: ſimiliter etiā ipſa ſempiternitas eſſendi eſt quædam aſſimilatio diuinæ bonitatis. Et propter hoc perpetuitas ſpecierum vocatur a Philoſophis diuinum eſſe. C

¶ Ad tertium dicendum, q̄ finis non eſt cauſa rei niſi ſecundū q̄d eſt in voluntate agentis. Et ideo ipſa bonitas diuina ſecundum modum & ordinem quo eſt ab eo volita, eſt finis rerum. Et ideo tunc vnaqueque res maxime ad ſuum finem accedit q̄n imitatur diuinam voluntatem ſecundum quòd de ipſa re diſpoſitum eſt a Deo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum bonitas Dei ſit finis rerū ad ipſam res diuerſimode ſe habent, ipſe enim Deus habet eā perfecte ſecundum ſuum eſſe, vnde ſumme bonus eſt, & etiam ſecundum ſuam operationem, qua perfecte eam cognoſcit, & amat. vnde beatus eſt, quia beatitudo eſt operatio perfecta ſecundum Philoſophum. creatura autem intellectualis nō attingit ad eam ſecundum ſuum eſſe, vt ipſa ſit ſummum bonum, ſed ſecundum operationem intelligendo & amando eam. vnde particeps eſt beatitudinis & non tantum bonitatis diuinæ, ſed creatura irrationalis accedit ad eam ſecundum aliquam aſſimilationem, quàmuis non pertingat, neque ſecundum operationem, neque ſecundum eſſe, vnde eſt particeps bonitatis, ſed non beatitudinis. D

Mora. ad nico. li. 7. c. 13 Et li. 9. c. 9. & 10. c. 8.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum omnia ſint facta propter hominem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd nō omnia ſint facta propter hominem. Finis enim eſt intentus ab agente; ſed humana natura non poteſt eſſe intenta a Deo, quia nullius intentio eſt ad hoc, quod eſt vilius ſe. ergo videtur q̄ Deus non fecit omnia propter hominem. E

¶ 2 Præt. Sicut vniuerſale agens non eſt niſi primum agens, ita vniuerſalis finis non videtur eſſe niſi finis vltimus: ſed homo non eſt finis vltimus creaturæ, ſed diuina bonitas, vt dictum eſt. ergo non eſt finis omnium creaturarum.

¶ 3 Præt. Non eſt ſapientis artificis facere multa magna inſtrumenta propter aliquod paruum: ſed humana natura eſt quaſi quoddam minimum in vniuerſo. ergo videtur ridiculum, q̄ totum vniuerſum propter hominem factum ſit.

¶ 4 Præt. Illud quod non iuuat ad id propter quod fit, eſt ſuperfluum & inane: ſed multa ſunt in vniuerſo quæ ſunt homini nociua, vt ſerpentes ſpine & huiuſmodi, multa ſunt etiam ex quibus nullum iuuamentum habet ſicut aliqui piſces in ꝓfundo maris exiſtentes. ergo cum nihil ſit vanum in operibus Dei, videtur quòd non omnia propter hominem facta ſint.

SED CONTRA. Eſt quod dicitur in 2. Phyſi. quòd ſumus & — Cō. tex. 2. 4

mus & nos quodammodo finis omnium.

¶Præt. Ordo vniuerſi eſt finis toti⁹ creaturæ, ſed ĩ homine eſt quædam ſimilitudo ordinis vniuerſi, vnde & minor mundus dicitur, quia omnes naturæ quaſi in homine confluunt, ergo videtur quòd ipſe ſit d quodammodo finis omnium. D. 911.

Respondeo, Dicendum, quòd finis alicuis rei dicitũ dupliciter, vel ĩ quẽ tendit naturaliter, vel ex eo quòd ad ipſum ſicut ad finẽ ordinari dr̃, vt vtilitatẽ aliquam conſequatur, ſecundum intentionem & ordinem agentis, vtroque autem modo homo finis creaturarum dicitur, & primus ex parte operis, ſed ſecundus ex parte agẽtis, differenter tamen homo dicitur finis, & diuina bonitas, quia ex parte agentis diuina bonitas eſt finis rerum, ſicut vltimum intentum ab agente, ſed natura humana non eſt ĩtẽta a Deo quaſi mouens voluntatem eius, ſed ſicut ad cuius vtilitatem eſt ordinatus effectus ei⁹. Ipſe enim duplicem ordinem in vniuerſo inſtituit, principalẽ ſcilicet, & ſecũdarium: principalis eſt ſecundum ꝙ res ordinãtur in ipſum, & ſecũdarius eſt ſecundum quòd vna iuuat aliam in perueniendo ad ſimilitudinem diuinam, vnde dicitur in 12. Meta. ꝙ ordo partium vniuerſi adinuicem eſt propter illum ordinem qui eſt in bonũ vltimum, & ſic dicitur eſſe ꝑpter aliud omne illud ex quo prouenit ei vtilitas. (text. cõ. 52.) Sed hoc contingit dupliciter, aut ita ꝙ illud ex quo prouenit alicui vtilitas non habet participationẽ diuinæ bonitatis, niſi ſecundum ordinem eius ad hoc cui eſt vtile, ſicut ſunt partes ad totum, & accidentia ad ſubiectum quæ non habent eſſe abſolutum: ſed ſolum in altero, & talia non eſſent nec fierent niſi illud eſſet, cui eis prouenit vtilitas: ſed quædam ſunt quæ habẽt participationem diuinæ bonitatis abſolutam, ex qua prouenit aliqua vtilitas alicui rei, & talia eſſent etiam ſi illud cui prouenit ex eis vtilitas non foret, & per hunc modum dicitur, quòd angeli & omnes creaturæ propter hominem a Deo factæ ſunt, & ſic etiam homo factus eſt propter reparationem ruinæ angelicæ, quia hęc vtilitas conſecuta eſt, & a Deo præuiſa & ordinata. Similiter ex parte operis ipſę creaturæ tendunt in diuinam bonitatem, ſicut in illud cui per ſe aſſimilari intendunt, ſed quia optimo aſſimilatur aliquid per hoc quòd ſimile ſit meliori ſe, ideo omnis creatura corporalis tendit in d aſſimilationem creaturæ intellectualis quantum poteſt, quæ altiori modo diuinam bonitatem conſequitur. (D. 332.) Et propter hoc etiam forma humana, ſcilicet anima rationalis dicitur eſſe finis vltimus intentus a natura inferiori, vt in 2. de Anima dicitur. (Cõ. tex. 41.)

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo non hoc modo dicitur eſſe finis ſicut intentum ab agente, quia hæc eſt ratio finis vltimi & principalis, ſed ſicut ad quod ordinatum eſt opus agentis aliquo modo, vt dictum eſt.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd homo nõ eſt finis omnis crea- F turæ ſicut vltimo intentum ab omni creatura, ſed ſicut illud cui prouenit vtilitas ex omni creatura, & hoc contingit propter communicationem eius cum omni creatura, vt dicit Greg. (29. Homil. poſt. princ.)

¶Ad tertium dicendum, quòd omnis creatura, corporalis quãtumcunque ſit magna quantitate, eſt tamen inferior homine ratione intellectus. Vnde non eſt inconueniẽs, ſi omnis creatura talis etiã in aſſimilationem eius tendit, inquantum per hoc ſummę bonitati aſſimilatur. Sed angeli ſunt nobiliores homine ſecundum conditionem naturæ. Vnde non ſunt propter hominem prædicto modo, ſed ſolum ſicut ex quibus prouenit homini vtilitas, ſicut ſi diceretur, regem eſſe conſtitutum ꝑpter aliquem ruſticũ, cui prouenit vtilitas pacis propter leges regis.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd huiuſmodi nõ fuerunt a principio homini nociua. Sed poſtea ꝑ peccatum nociua ſibi facta ſunt, ex quibus tamen aliqua vtilitas ſibi prouenit, dũ per hoc humilior fit & in talibus etiam vilibus gloriam & ſapientiam Dei conſiderat. Et ſic etiam in vtilitatem cedunt ea, quę in vſum operis eius nõ veniunt, dum de eis aliquam cognitionem habet, vel in vniuerſali, vel in particulari. Tamen authoritas Philoſophi in 2. Phyſico. in contrarium inducta, intelligitur de rebus artificialibus. (Com. text. 24.)

*Breuiſsima reſponſio cum quæritur quare vel ad quid facta ſit rationalis creatura.*

CVm ergo quærit: quare vel ad quid facta ſit ratiõalis creatura, breuiſsime reſponderi poteſt propter Dei bonitatem & ſuã vtilitatem. Vtile nempe ipſi eſt ſeruire Deo & frui eo. Factus ergo angelus ſiue homo ꝑpter Deũ dicitur eſſe, non quia creator Deus & ſumme beatus, alterutrius indiguerit officio, qui bonorum noſtrorum nõ eget, ſed vti ſeruiret ei ac frueretur eo, cui ſeruire regnare eſt. In hoc enim proficit ſeruiens, non ille cui ſeruitur.

*Sicut factus eſt homo, vt Deo ſeruiret, ſic mundus ut ſeruir et homini.*

ET ſicut factus eſt homo propter Deum, ideſt vt ei ſeruiret, ita mũdus factus eſt propter hominẽ, vt ei ſeruiret. Poſit⁹ eſt ergo homo in medio, vt & ei ſeruiretur, & ipſe ſeruiret, vt acciperet vtrunque, & reflueret totũ ad bonũ hominis, & quod accepit obſequium, & quod impendit. Ita enim voluit De⁹ ſibi ab homine ſeruiri, vt ea ſeruitute non Deus, ſed homo ſeruiens iuuaretur. Et voluit vt mũdus ſeruiret homini, & exinde ſimiliter iuuaretur homo. Totum igitur bonum hominis erat, & quod factũ eſt propter ipſum, & propter quod factus eſt ipſe. Omnia enim vt ait Apoſtolus noſtra ſunt, ſcilicet & ſuperiora, & æqualia, & inferiora. (†1. cor. 3.) Superiora quidem noſtra ſunt, ſcilicet ad perfruendum, vt De⁹ Trinitas. Aequalia ad conuiuendũ, ſcilicet angeli, qui & ſi modo nobis ſint ſuperiores, in futuro erunt æquales, qui & modo noſtri ſunt, quia ad vſum nobis ſunt. Sicut res dominorum dicuntur eſſe famulorum non dominio, ſed qa ſunt ad vſum eorum. Ipſiq; angeli in quibuſdam ſcripturæ locis nobis ſerui re dicuntur; dum propter nos in miniſterium mittuntur.

*Quomodo aliquando dicitur in ſcriptura: homo factus eſt propter reparationem angelici caſus.*

DE homine quoque in ſcriptura interdũ reperitur quòd fact⁹ ſit propter reparationẽ angelicæ ruinæ, quod non ita eſt intelligendum quaſi nõ fuiſſet homo factus ſi non peccaſſet angelus, ſed quia ĩter alias cauſas. ſ. pręcipuas, hæc etiam nonnulla extitit. Noſtra igitur ſunt ſuperiora & æqualia noſtra etiam ſunt inferiora, quia ad ſeruiendum nobis facta.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum anima rationalis debeat uniri corpori.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima rationalis corpori vniri non debuit. (1. q. 76. 1. Ani. 2. & 9. ſpũa. 2. 2. cõtra gen. ca. 56.) Ea enim quæ ſunt ad finem, determinantur ẜm rõnẽ finis: ſed anima rõnalis eſt propter diuinam beatitudinem & bonitatem. ergo cum per corp⁹ impediatur a participatione diuinæ beatitudinis, quia per operationes corporales impeditur anima a contemplatione ſpiritualium, videtur ꝙ corpori vniri non debuit.

¶2 Præt. Illud quod habet per ſe eſſe ſubſiſtens, non vnitur alteri niſi accidentaliter, quia quod aduenit poſt eſſe completũ, eſt accidens, ſed anima eſt quiddam in eſſe ſuo ſubſiſtens, alias poſt corpus remanere non poſſet. ergo non eſt vnibilis vt ex ea & corpore fiat vnum eſſentialiter.

¶3 Præt. Ea quæ maxime diſtant, non vniuntur niſi minima coniunctione, ſed anima & corpus maxime diſtant, vt in litera dicitur. ergo cum coniunctio formæ ad materiam ſit ſecundum maximam vnionem, videtur quòd anima non ſit corpori vnibilis ſicut forma materiæ.

¶4 Præt. Potentiæ animæ fluunt ab eſſentia eius, ſed principiatum non poteſt eſſe ſimplicius principio a quo fluit. Cum ergo quædam potentia animæ nullius corporis actus ſit, vt intellectus & voluntas, videtur ꝙ nec eſſentia animæ rationalis.

Sed



Sed contra. Diuinę bonitatis eſt omnes grad⁹ creaturarum vniuerſi complere. Sed quædam creaturæ ſunt pure corporales, quædam pure intellectuales. ergo ad completionem vniuerſi oportet eſſe creaturam ex corporali & intellectuali natura compoſitam.

¶Pręt. Intellectus poſſibilis ſecundum Philoſophum in 3. de anima, eſt ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum: ſed nõ poteſt perfici, vt ſcribatur aliquid in eo niſi ꝑ ſpecies in ſenſibus receptas. ergo oportet quòd vniatur corpori organico ſenſibili. (Co. tex. 14.)

Respondeo, Dicendum, ꝙ cauſa finalis ipſius coniunctionis animæ & corporis aſſignaẽ in litera a Magiſtro ſufficienter. finis enim poteſt ſumi vel ex parte agentis, vel ex parte ipſius operis: ex parte agentis. ſ. Dei, finis eſt bonitas eius ſecundum quòd cadit in voluntate ipſius volentis bonitatem ſuam in res diffundere. Et hæc eſt prima ratio, quã Magiſter aſſignant. Ex parte autem operis, finis intentus eſt pertingere in aſſimilationem diuinę beatitudinis, hoc autẽ eſt ſecundũ eſſe eius prout ipſa cõiunctio animę & corporis ẽ quædam ſimilitudo diuinæ beatitudinis qua coniungitur ſpiritus Deo, & hæc eſt ſecunda ratio quam aſſignat. Et etiam ſecundum operationem, prout ſcilicet anima per operationes quas in corpore exercet ad diuinam beatitudinem accedit merendo. Et hæc eſt tertia ratio.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ſi anima non eſſet corpori vnibilis, *tunc eſſet alterius naturæ*. vnde ſecundum hãc naturam quam habet, non poteſt melius ad diuinam bonitatem accedere quàm per hoc, quòd vnitur corpori.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quicquid aduenit rei ſubſiſtenti, ita quòd ex ipſius aduentu nouum eſſe conſtituatur, oportet accidentaliter d aduenire, quia vnius rei non poteſt eſſe niſi vnũ eſſe eſſentiale. (D. 12.) Vnde aliud eſſe ſuperueniens erit accidentale, ſed corpus aduenieus animæ trahitur in conſortium illius eſſe a quo anima ſubſiſtere poteſt, quia forma ſuum eſſe materiæ dat, quàmuis aliæ formæ non poſſunt ſubſiſtere in illo eſſe, ſicut poteſt anima.

¶Ad tertium dicendum, quòd propter hanc obiectionem Plato poſuit, vt Greg. Nyſſenus narrat, quòd anima eſt in corpore ſicut motor in mobili, vt nauta in naui, & non ſicut forma in materia, vnde dicebat ꝙ homo non eſt aliquid ex anima, & corpore, ſed ꝙ homo eſt anima vtens corpore: & propter hoc etiam quidam quæſierunt quædam media d inter animam & corpus, vt ſpiritum corporalem, animam vegetabilem & ſenſibilem & lucem, quibus mediantibus anima rationalis corpori vnitur, quæ omnia abſurda ſunt ſecũdum philoſophiam, & improbata a Philoſopho in 8. Metaph. & ideo dicimus ꝙ eſſentia animæ rationalis immediate vnitur corpori ſicut forma materiæ & figura ceræ, vt in 2. de Anima dicitur. (Nyſſenus. D. 180. Co. tex. 11. & 16. Co. tex. 7.) Sciendum ergo ꝙ conuenientia aliquorum poteſt attendi dupliciter, aut ſecũdum proprietates naturæ, & ſic anima & corpus multum diſtant, aut ſecundum proportionem potentiæ ad actum, & ſic anima & corpus maxime conueniunt. Et iſta conuenientia exigitur ad hoc, vt aliquid vniaẽ alteri, immediate, vt forma, alias nec accidens ſubiecto, nec aliqua forma materiæ vniretur, cum accidens & ſubiectum etiam ſint in diuerſis generibus, & ma- A teria ſit potentia & forma ſit actus.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ in formis eſt quidam gradus nobilitatis, & quanto aliqua forma eſt nobilior, tanto plus materiæ prædominatur: vnde forma terræ eſt magis materialis quàm forma aeris vel ignis. Inter autem omnes formas anima rationalis nobilior eſt, vnde maxime prædominatur materiæ; omne autem quod vnitur alteri vt vincens & dominãs, ſuper illud habet effectum non ſolum ſecundum coniunctionem ſui ad alterum; ſed etiam per ſe abſolute, inquantum non dependet ad illud cui vnitur, ſicut patet in igne candelæ, cuius lumen extenditur vltra aſcenſionem vaporis & calefactionẽ, vnde quædam vires ab anima prouenire poſſunt, quæ ſunt corporis actus, & quædã ſunt ab organis corporalibus abſolutæ, quãuis em̃ eſſentia animæ corpori vniatur vt forma, non tamẽ ſicut forma materialis non habens eſſe abſolute, in quo ſubſiſtere poſſit.

*Quare ita ſit homo inſtitutus, ſcilicet ut anima ſit unita corpori.*

SOlet etiam quæri cum maioris dignitatis eſſe videreẽ aĩa, ſi abſq; corpore permanſiſſet, cur vnita ſit corpori. Ad quod primo dici poteſt, quia Deus voluit & voluntatis eius cauſa quærẽda non eſt. Secundo autem dici poteſt, quia ideo Deus voluit eam corpori vniri, vt in humana cõditione oſtenderet nouum exẽplum beatæ vnionis, quæ eſt inter Deum & ſpiritum, in qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret. n. creatura ſe nõ poſſe vniri creatori ſuo tanta propinquitate, vt eum tota mente diligeret & cognoſceret, niſi videret ſpiritum qui eſt excellentiſsima creatura tam infime, ideſt carni quæ de terra eſt, in tanta dilectione vniri, vt non valeat arctari ad hoc vt velit eam relinquere, ſicut Apoſtolus oſtendit dicens. Nolum⁹ corpore expoliari, ſed ſuperueſtiri, per quod oſtẽditur ſpiritum creatũ ſpiritui increato ineffabili amore vniri. (†arctari. †2. Cor. 5.) Pro exemplo igitur futuræ ſocietatis quæ inter Deum, & ſpiritum rationalem in glorificatione eiuſdem perficienda erat, animam corporeis indumentis, & terrenis manſionibus copulauit, luteamque materiam fecit ad vitę ſenſum vegetare, vt ſciret homo, quia ſi potuit Deus tam diſparem naturam corporis & animæ in fœderationem vnam & in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impoſsibile futurum, rationalis creaturæ humilitatem; licet longe inferiorem ad ſuæ gloriæ participationem ſublimare. Quia ergo pro exẽplo rationalis ſpiritus in parte vſque ad conſortium terreni corporis humiliatus eſt, ne forte in hoc nimis depreſſus videretur, addidit Dei prouidẽtia, vt poſtmodum cum eodẽ corpore glorificato ad cõſortium illorum qui in ſua perſtiterant puritate ſublimaret. Vt quod minus ex diſpoſitione creatoris ſui acceperat cõditus, poſtmodum per gratiam eiuſdem acciperet glorificatus. ſic ergo conditor nr̃ Deus rõnales ſpi-

ARTIC. V.

*Vtrum anima humana tali corpori debuerit uniri.*

AD QVINTVM ſic proceditur. (1. q. 76. 5. Ani. 8. 2. cõtra Gẽ. c. 71.) Videtur quòd tali corpori vniri non debuit. Cum enim forma proportionetur materiæ nobiliſſime formæ debetur nobiliſſimum corpus, *ſed corpus cœleſte eſt nobiliſſimum corporũ*. ergo videtur ꝙ corpori cœleſti debeat vniri anima quæ eſt nobiliſſima formarum.

¶2 Præt. *Simplici formæ* magis proportionatur corpus ſimplex quàm compoſitum, ſed anima eſt ſimpliciſſima formarum. ergo non debet vniri compoſito, ſed ſimplici.

¶3 Pręt. Corpus organicum eſt magis difforme quàm corpus homogeneum: ſed anima eſt ſimpliciſſimus motor. ergo corpus cui vnitur *ſicut* mobili, debet eſſe homogenum & non organicum.

¶4 Præt. Quanto corpus eſt ſubtilius, tanto magis accedit ad nobilitatem formæ & continentis: ſed ignis eſt ſubtiliſſimum corpus. vnde in 2. de Generatione dicitur, quòd habet plus de ſpecie, ergo videtur ꝙ ad minus ſecundum prædominiũ ignis debeat eſſe in corpore animato, cuius contrarium oſtendit motus grauis quem habet. vnumquodque enim mouetur motu prædominantis in ipſo, vt in 1. de cœlo & mundo dicitur.

Sed contra. Eſt quod dicitur Geneſ. 1. Formauit Deus hominem de limo terræ &c. Et hoc etiam ad ſenſum videmus.

Respondeo, Dicendum, quòd oportuit talem formam, ſcilicet animam rationalem corpori bene complexionato vniri, cuius rationem aſſignat. Auic. dicens, ꝙ oportet ordinem perfectibilium eſſe ſecundum ordinem perfectionum. (*Auic. de Intelligentiis*, c. 10. par. 2. & iceps par te 5.) inter omnes autem perfectiones illa eſt nobiliſſima, quæ mouet cœlũ cui inter omnes alias perfectiones maxime anima rationalis aſſimilatur: & ideo corpus oportet quòd ſit *ſimillimum* cęlo: de nobilitate autem corporis cœleſtis eſt ꝙ non habet cõtrarium, vnde quantum plus corpus ſeparatur a contrarietate, ſimilius cœlo efficitur, hoc autẽ non poteſt eſſe in generabilibus & corruptibilibus hoc modo, ꝙ a contrariis omnimode abſoluantur, ſcilicet calido & frigido. ſ. per hoc, quòd conueniunt ad medium, quia medium neutrum extremorum eſt actu, & iõ

illud

Vt ſupra Auic. ca. de intelligentiis. Cô.tex.94. illud corpus quod venit ad maximam æqualitatem miſtionis, eſt ſimillimum cælo, & tale corpus debet eſſe corpus humanū, & inde eſt ꝙ dicitur 2. de Anima, quòd homo habet melioré tactum cæteris animalibus, & quanto eſt melioris tactus, tanto eſt melioris intellectus, quia ſubtilitas tactus ſequitur æqualitatem cóplexionis. Inſtrumentum.n.tactus debet eſſe in potentia reſpectu ſuorum ſenſibilium ſicut medium, & non priuatio, ſicut pupilla eſt potentia album & nigrum, Com. 148. vt in eodem libro dicitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicédum quòd corpus cęleſte eſt nobilius quàm corpus humanum, & perfectio ſua eſt nobilior quàm anima humana.

Primo c. 2. cap. Sed ſicut dicit Cõmen. in lib. de ſubſtãtia orbis, corpus cæleſte non eſt generabile neq; corruptibile ſicut corpus humanum, & ideo non indiget perfectione terminante ipſum ſenſificando & vegetando: ſed qua moueat ipſum in loco, & q̃cunque ſit virtus illa ſiue Deus, ſiue angelus eſt ſuperior in natura quàm anima humana, quæ eſt motor corporis humani, & corporeitas cęli quàm corporeitas corporis humani.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd corpora ſimplicia maxime remouentur a ſimilitudine cæli, inquãtum in eorum natura eſt habere contrarium cum intentione, & ideo corpori tali, anima rationalis vniri non debuit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ anima rationalis quàmuis ſit ſimplex in eſſentia, tamen eſt multiplex in potentiis & operationibus, & ideo oportet, ꝙ corpus ſuum multa habeat organa ad diuerſas operationes apta, & propter hoc, natura dedit homini manus, quibus plurimas operationes facere poteſt, & propter hoc etiam quanto anima eſt minus nobilis, requirit minorem diuerſitatem in organis, ſicut patet in plantis & in animalibus annuloſis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd elementa quanto plus habent de ſpecie & de qualitatibus actiuis, tanto plus habent de virtute agendi, vnde non poſſet fieri adæquatio, niſi de elemẽto magis materiali eſſet plus ſecundum quantitatem vel materiam. Ideo oportet corpus humanum ſecundum quantitatem habere plus de terreſtri, quàmuis non ſecundum qualitatem, quia Com. text. 130. in corpore viuo dominatur calidum. vnde in lib. de anima dicitur, ꝙ nihil eſt ſenſitiuum ſine calore, & quòd calor ignis eſt inſtrumentū animæ, & quia grauitas & leuitas quæ ſunt principia motus localis, conſequuntur quantitatem materiæ, ideo motus grauis apparet in corpore humano. (Intelligendo amaret.) Hic ponit quatuor, quæ ſe ſecundum ordinem habent. Intellectus enim ſecundum apprehenſionem boni gignit amoré, amor autem vnit amato, & quodammodo illud ſuum eſſe facit poſſidendo. Et ex hac coniūctione ſequitur delectatio, quæ perficit rationẽ fruitionis, cętera ex prædictis manifeſta ſunt.

F ritus varia ſorte ꝑ arbitrio volũtatis ſuæ diſponẽs, illis quos in ſua puritate reliquerat, ſurſum in cælo manſionem, illis vero quos corporibus terrenis ſociauerat, deorſum in terra habitationem cõſtituit, vtriſque regulam imponens obediẽtię, G quatenus & illi ab eo vbi erant non caderent, & iſti ab eo vbi erant, ad id vbi non erant aſcenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplici ſubſtantia, corpus de terra fingẽs, animã vero de nihilo faciens. Ideo autem vnitę ſunt animæ corporibus, vt in eis Deo famulantes, maiorem mereantur coronã.

*Poſt ſacramentum trinitatis de creatura tripartita eſt agendum, & prius de digniori, ideſt angelica.*

EX præmiſsis apparet, rationalem creaturã in angelicam & humanam fuiſſe diſtinctam, quarum altera eſt tota ſpiritualis, ideſt angelica, altera vero ex parte ſpiritualis & ex parte corporalis, ideſt humana. Cum itaque de his tractandum ſit. ſ. de ſpirituali & corporali creatura, & de rationali & de nõ rationali. primo de rationali & ſpirituali, ideſt de angelis agendum videtur, vt a contuitu creatoris ad cognitionẽ creaturæ dignioris ratio noſtra intendat. Deinde ad conſiderationem corporeę tã illius quæ eſt rationalis, quàm illius quæ non eſt rationalis deſcendat, vt trinitatis increatę ſacramentum tripartitę creaturę eique concretorum, atque contingentium ſequatur documentum.

## DISTINCTIO II.

### DIVISIO TEXTVS.

HIC MAGISTER incipit determinare de creaturis in ſpeciali quantum ad conſiderationem theologi pertinet. Et diuiditur in tres partes. In prima, determinat de creatura pure ſpirituali. In ſecunda, de creatura pure corporali. 12. diſ. ibi {De angelicę naturæ &c.} In tertia, de creatura ex vtraque compoſita 16. diſ. {His excurſis &c.} Prima in tres. In prima, determinat de angelorum creatione. In ſecunda, de ſeparatione per auerſionem & conuerſionem. 5. diſt. ibi {Poſt hoc conſideratio adducit &c.} In tertia, determinat de bonorum dignitate. 9. di. ibi {Poſt ꝓdicta ſuꝑ eſt cognoſcere &c.} Prima in duas. In prima, determinat de creatione angelorum quantum ad illud quod adiacet eis quaſi menſura. In ſecunda, determinat de cõditione ipſorum creatorum 3. di. ibi {Oſtenſum eſt &c.} Prima diuiditur in duas. In prima, oſtendit quando creati ſunt angeli. In ſecunda, vbi creati ſunt, ibi {Iam oſtenſum eſt &c.} Prima, dicit de quo eſt intẽtio. In ſecunda, proſequitur quæſtionẽ, ibi {Quędam authoritates &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, mouet quæſtionem ponẽdo rationes ad vtranque partem. Secundo determinat eam ibi {Videtur vtique hoc eſſe tenendum &c.} Et circa hoc tria facit. Primo, determinat quæſtionem. Secundo, determinationẽ cõfirmat, ibi {Quòd autem ſimul creata fuerunt &c.} Tertio, obiecta in contrariũ ſoluit, ibi {Hiero. tñ ſuper epiſtola &c.} Iam oſtenſum eſt &c. I Hic determinat vbi creati ſunt angeli. Et primo, oſtendit quòd in cęlo empyreo. Secundo, epilogat ea quæ dixerat, ibi {Simul ergo viſibilium.} Tertio, obiectum in contrariũ ſoluit, ibi {Hic quæri ſolet &c. {Hic eſt duplex quæſtio. Primo, de ęuo quod durationẽ angeli menſurat. Secundo, de cęlo empyreo qui locus angelorum dicitur.

## DISTINCTIO II.

A

*Quæ conſideranda ſunt de angelis.*

H DE angelica itaque natura, hęc primo conſideranda ſunt; quando creata fuerit, & vbi, & qualis facta ſit, dũ primo cõderetur. Deinde qualis effecta auerſione quorundam, & conuerſione quorundam. De excellentia quoque & ordinibus, & donorum differentia, & de officijs ac nominibus, alijſque pluribus aliqua dicenda ſunt.

*Quando facti ſunt angeli, prius dicit in quo uidentur ſibi obuiare authoritates.*

QVædam authoritates innuere videntur, ꝙ ante omnem creaturam creati ſunt angeli. Vnde illud. Primo omnium creata eſt ſapientia, quod intelligitur de angelica natura, quæ in ſcriptura ſępe vita ſapientia & lux dicitur. Nam ſapientia illa quę Deus eſt, creata non eſt: filius enim ſapientia patris eſt genita, non facta nec creata, & tota trinitas vna ſapientia eſt quę non facta nec creata eſt, nec genita, nec procedens. De angelica ergo vita illud accipiendũ B eſt, de qua dicit ſcriptura quãdo facta eſt, ſcilicet primo *b* omnium. Sed rurſus alia ſcriptura dicit. *In principio creauit De⁹ cælum & terram.* Et in propheta, Initio tu domine terrã fundaſti, & & opera manuum tuarum ſunt cæli. Et videtur quædam cõtrarietas oriri ex aſſer-

## QVAESTIO I.

A

### Circa primum tria quęruntur.

Primo. Vtrum ęuum ab æternitate vel tempore differat.
Secundo. Vtrum ſit vnum tantum euum.
Tertio. Vtrum euum menſurans durationem angeli ante tempus incęperit.

K

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a* *Vtrum æuum ſit idem quod æternitas.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ęuum ſit idem quod æternitas, ſicut enim dicitur in libro de cauſis, intelligentia parificatur æternitati, non autem niſi ſicut menſuratum menſuræ. cũ ergo menſura angelicæ durationis ponatur ęuum, videtur quòd ſit idem æternitati. 1. q. 10. 4. Propo. 2.

¶ 2 Præt. Sicut ſe habent menſurata, ita & menſuræ: ſed angelus non eſt cauſa temporalium rerum. ergo nec menſura durationis eius cauſa erit temporis, ſed tantum menſura durationis creationis quæ eſt æternitas, ſed ęuum eſt cauſa temporis, ſicut dicit Boetius de conſolat. Qui tempus ab ęuo ire iubes. ergo ęuum eſt æternitas. Lib. 3. metro. 9.

¶ Præt.



¶ 3 Præt. Sicut ſe habent mobilia adinuicem in ſucceſſione, ita ſe habent immobilia ad inuicem in immobilitate, ſed omnium mobilium eſt vna menſura ſucceſſiua, ſcilicet tempus. ergo & omnium immobiliũ eſt menſura vna, ſcilicet æternitas.

Lib. 8. ſup. Gen. ad lite 12. SED CONTRA. Videtur quòd ęuum ſit idem quòd tẽpus, quia ſecundum Augu. Deus mouet ſpiritualem creaturam per tempus, ſed talis creaturæ menſura ponitur ęuum. ergo ęuum & tẽpus idem ſunt.

¶ Præt. Omnis mẽſura durationis creaturæ eſt diuiſibilis, ſed partes duratiõis non ſunt ſimul. ergo cum ęuum ſit menſura durationis creaturæ, videtur quòd in eo ſit ſucceſſio, ſed hæc eſt ratio temporis. ergo videtur ꝙ tempus & ęuum ſint idem.

¶ Præt. Nullum creatum eſt actu infinitum, ſed angelus ĩ infinitum durabit, quia nunquam corrumpetur. ergo ſua duratio non eſt tota ſimul, & ſic idem quod prius.

¶ Præt. Omne illud cuius duratio eſt tota ſimul non differt in eo eſſe & fuiſſe, ſed illud quod fuit non poteſt intelligi non fuiſſe, nec Deus poteſt facere id non fuiſſe. ergo non poteſt intelligi angelum non eſſe, nec Deus poteſt hoc facere, quod eſt falſum. ergo duratio angeli non eſt tota ſimul.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ęuum ponitur menſura media inter tempus & æternitatem, de diſtinctione autem tẽporis ab ęuo eſt triplex opinio. quidam enim dicunt, quòd idẽ eſt nunc ęui & temporis ſecundum eſſentiam, ſed differunt ſecundum rationem, quia nunc tẽporis menſurat ipſum mobile inquantum eſt in motu, eo ꝙ ſicut ſe habet tempus ad motũ, Com. text. 104. 105. ita ſe habet nunc temporis ad mobile, vt dicitur in 4. Phyſic. ſed nunc ęui menſurat ſubſtantiam ipſius primi mobilis prout in ſe conſideratur, & ſic tempus & ęuum differunt tantum ratione, tamen ęuo menſuratur non tantum ſubſtantia cęli, ſed etiam angeli, ſed hoc non poteſt ſtare, quia duratio reſpicit eſſe in actu, non eſt autem idem actus, nec vnius rationis eſſe cæli quod menſuratur ęuo, & moueri ipſius quod menſuratur tempore, & ideo ſecundum rem, tempus & ęuum differunt cũ Com. text. 4. 5. diuerſorum generum ſint diuerſe menſuræ, vt ex 10. Metaph. patet. Ideo alij hoc concedentes dixerunt, quòd ęuum eſt mẽſura rei permanentis creatę, ſed tempus eſt menſura rei motę, & tamen in ęuo eſt prius & poſterius ſicut in tempore, ſed differunt, quia in tempore eſt prius & poſterius cum innouatione, in ęuo autem eſt ſine innouatione & inueteratione, hoc autem nihil videtur dictu, quia vbicumque eſt prius & poſterius, oportet intelligere partem priorem & poſteriorem, & in nulla duratione partes priores & poſteriores ſunt ſimul. vnde oportet quòd quando eſt prius non ſit poſterius, & ideo oportet poſterius de nouo aduenire, cum prius non fuerit. Exemplum ẽt quod ponunt falſum ſupponit, dicunt enim quòd ſicut inuenitur fluxus alicuius ab alio continuus cum innouatione, eo ꝙ ſemper aliud & aliud eſt quod fluit, ſicut in exitu riui a fonte, ita etiam inuenitur fluxus continuus ſine innouatione, ſicut exitus radij a ſole, qui ſemper eſt idem. Sed hoc non eſt verum, quia in exitu radij a ſole non attenditur prius & poſterius & per ſe, quia illuminatio non eſt motus & non eſt in tẽpore niſi per poſterius, eo quòd omne quod illuminatur reducitur in quẽdam motum, ſicut in cauſam in quo eſt innouatio ſitus, ſicut in motu corporis illuminantis, quod illuminat dum ſuper terram mouetur, eſſe autem angeli non reducitur in innouationem alicuius motus ſicut in cauſam, nec in ſe innouatur, quia nihil fit quod prius non eſſet. ergo impoſſibile eſt quòd aliquo modo ſit ibi prius & poſterius. Et ideo dicendum, ꝙ tempus eſt menſura habens prius & poſterius, ęuũ autem non habens. oportet enim rationem menſuræ ex menſurato accipere, eſſe autem angeli, quod ęuo menſuratur, eſt indiuiſibile variatione carens, & ideo ęuum prius & poſterius non habet, ſed motus qui tempore menſuratur ſucceſſione quadam perficitur, & ideo in tempore inuenitur prius & poſterius. Differt autem ęuum ab æternitate, ſicut & eſſe angeli ab eſſe diuino in duobus. Primo, quia eſſe diuinum eſt per A ſe ſtans, quia eſt id quod eſt, in angelo autem eſt aliud eſſe & aliquod quod eſt. Secundo, quia eſſe angeli eſt ab alio, & non eſt diuinum. vnde patet quòd ſicut eſſe angeli eſt quædam participatio diuini eſſe, ita etiam ęuum eſt quædam *d* participatio æternitatis, & propter hoc doctores parum loquuntur de differentia æui & æternitatis. Vt Dion. indifferenter vtroque vtitur. D. 585.

ET PER hoc patet reſponſio ad primum, quia æternitas ibi ſumitur pro æternitate participata, quæ eſt ęuũ, & Deus dicitur eſſe ſupra æternitatem, ſicut ſupra ens & ſupra omne quod nominatur.

¶ Et ſimiliter dicendum eſt ad ſecundũ, ꝙ ęuum ſumitur ibi pro æternitate, ſi tamen ſumatur ſecundũ quòd differt ab æternitate, ſic dicitur tempus ab ęuo fluere non effectiue, ſed exemplariter, ꝙ digniora in entibus ſunt quodammodo exemplaria inferiorũ, inquantum magis accedunt ad primum exemplar, & ita ęuũ eſt exemplar temporis inquantum æternitati ſimilius eſt. Pſal. 101.

¶ Ad tertium dicendum, quòd motus vniuocatur ad minus in C intentione generis, & ideo omnibus motibus ordinatis adinuicem poteſt vna menſura reſpondere, ſed nullum eſſe creatũ vniuocatur cum eſſe increato, & ideo oportet ponere duas menſuras.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angelus poteſt conſiderari dupliciter, vel quantum ad ſuum eſſe, quod eſt ſine viciſſitudine, & ſic menſuratur *d* ęuo, vel quantum ad operationem, & D. 129. ſic etiam quantum ad aliquam operationem ęuo menſuratur, 131. prout ſcilicet intuetur res in verbo, quia ſic in eius operatione non eſt viciſſitudo aliqua, ſed ſecundũ aliam operationẽ in qua eſt viciſſitudo menſurat tempore ſecundum ſcilicet quòd intuetur res per plures ſpecies quæ ſunt apud ipſum, hoc autem tempus eſt aliud a tempore quod menſurat motum primi mobilis, ꝙ iſta viciſſitudo non ordinatur ad illam, nec iſtud tempus eſt *d* continuum, ſed numerus diſcretus viciſſitudinis D. 118. 128. non continuę, continuitas enim accidit tempori ex parte motus numerati, & non ſecundum formam ſuam qua numerus D eſt, vt dicit Commen. in 4. Phyſic. Cõ. tex. 99.

¶ Ad quintum dicendum, quòd omnis diuiſio durationis accidit ex motu per quem fit ſucceſſio prioris & poſterioris, & ideo tempus eſt menſura per modum numeri, ſed æuũ & æternitas menſurant actum, in quo non accidit renouatio per motum, & ideo ſunt indiuiſibiles menſuræ per modum vnitatis, ſicut enim tempus eſt numerus prioris & poſterioris in motu, ita etiam & ęuum eſt vnitas permanentiæ actus, qui eſt eſſe, vel operatio creati, & ſimiliter æternitas increati. & 6. Phyſi. Cõ. text. 5. 7. 39. & 73.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd eſſe *d* angeli non eſt infinitum priuatiue per modum quanti, quia indiuiſibile eſt, cuius infinitum non poteſt eſſe in actu, ſed eſt infinitum negatiue, non ſimpliciter: ſed reſpectu alicuius finis qui eſt terminus durationis, quã non habet. D. 112.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd poteſt Deus facere angelũ non eſſe, quia ſicut non potuit per ſe incipere, ita nec durare: E niſi voluntate eius, & ſimiliter poteſt intelligi non eſſe, eo ꝙ ſua quidditas non eſt ſuum eſſe, nec tamen poteſt facere vt ſimul ſit & non ſit, nec hoc poteſt intelligi, & ſic non poteſt facere ipſum *d* non fuiſſe, quia hæc poſſibilitas diuerſificatur ab illa, vt in primo libro diſ. 42. dictum eſt. Et ideo obiectio iſta non eſt ad propoſitum. D. 499.

### ARTICVLVS II.

*b* *Vtrum æuum ſit tantum vnum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ æuum non ſit tantum vnum, ſicut enim tempus eſt numerus motus, ita & æuum videtur eſſe vnitas contracta vel determinata ad rem aliquam, ſed talis vnitas multiplicatur ad multiplicationem eorũ quibus conuenit eſſe vnum. ergo non eſt tantum vnum æuum. 1. q. 10. ar. 6.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Corporalium & incorporalium cum ſint diuerſorũ generum, non eſt menſura vna; ſed æuo menſurantur quædam corpora, ſicut ſubſtantia cæli, ergo videtur cum etiam quædã ſpiritualia menſurentur æuo, quòd æuum non ſit vnum.

¶ 3 Præt, Omnium motuum quorum eſt tempus vnum, eſt reductio in vnum motũ ſicut in cauſam; ſed angeli non reducuntur in vnum angelum ſicut in cauſam, ergo non menſurantur vno æuo.

† Eccle. 18. pri.

¶ 4 Præt. Quocunque angelo remoto, nihilominus remanebit eſſe aliorum angelorum æuo mẽſuratum, ſed quæcunque ita ſe habẽt quòd remoto vno remanet alterũ, nõ dependent adinuicem, ergo videtur ꝙ æuũ vnius angeli, non dependet ad æuum alterius, & ſic non eſt omnium vnum æuum.

¶ 5 Præt. Si menſurentur per vnum æuum, hoc non eſt niſi ꝑ æuum quod eſt menſura eſſe primi angeli, ſed vt infra dicitur, angelus qui corruit, inter omnes maior fuit. ergo videtur ꝙ eſſe omnium bonorum angelorum menſuretur ad æuum dæmonis, quod eſt abſurdum, ergo videtur ꝙ non ſit tñ vnum æuũ.

Sed contra. Medium habet naturam extremorum, ſed æuum medium eſt inter æternitatem & tempus, æternitas autem eſt vna & ſimiliter tempus. ergo æuum eſt vnum.

¶ 2 Præt. Hoc etiam videtur per hoc quòd æuum eſt ſimplicius quàm tempus, & ita magis vnum.

Respondeo, Dicendum ꝙ ponẽdo vnitatem æui, oportet eam inueſtigare ad ſimilitudinem temporis, cuius cauſa tripliciter aſſignatur. Quidam enim dicunt quòd tempus eſt numerus motus, vnde ſicut idem eſt denarius quo numerantur decem canes & decem equi, ita eſt etiam idem tempus quo numerantur oẽs motus: ſed hoc improbat Com, in 4. Phy. qa vnitas numeri diuerſorũ numeratorũ, nõ ẽ niſi vnitas numeri mathematice accepti. tps aũt nõ eſt qd mathemeticũ, ſed naturale.

Com. text. 134.

¶ Præt. Omnia mathematica multiplicantur ſecundum eſſe quod habent in rebus, ſicut non eſt eadem linea in cupro & ligno ſecundum eſſe. vnde ſequeretur, ꝙ tempus ſecundum eſſe numeraretur & multiplicaretur ad numerum motuum, & ita ſequeretur, ꝙ eſſent plura tempora ſimpliciter, ſed vnum tantum imaginarie. Alij dixerunt, ꝙ quia tempus eſt menſura variationis, & omnis variatio eſt ex poſſibilitate materiæ, & qa materia eſt vna, ideo dicunt tempus vnum ab vnitate materiæ. Sed hoc non videtur verum. tempus enim non menſurat variationem in potentia, ſed variationem in actu, actus autem variationis in materia non eſt vnus ſed plures, ſed tantum prima potentia ad variationem eſt vna, quàmuis etiam hoc nõ ſit per ſe notum, immo forte falſum, ꝙ omnium mobilium ſit materia vna. Et preterea, tempus de neceſſitate cum ſit numerus, reſpicit aliquam multitudinem numeratam. In materia autem prima ſecundum eſſentiam non eſt aliqua multitudo, ſed ſolum ſecundum eſſe & ſecundum hoc eſſe non eſt vna in pluribus. vnde nec tempus materiæ ſecundum eſſentiam ſuam reſpondet, ſed ſolum eſſe ſecundum quòd variatur per motũ. vnde ex vnitate materiæ, nullo modo poteſt eſſe tempus vnũ.

Com. text. 130. & 132.

& ideo dicendum cum Com. in 4. Phyſi. ꝙ tempus eſt vnũ ab vnitate motus primi mobilis, tempus enim comparatur ad iſtũ motum, non tantum vt menſura ad mẽſuratum, ſicut ad alios motus, ſed ſicut accidens ad ſubiectum, quod ponitur in diffinitione eius, ex quo habet vnitatem & multitudinem. vnde primo menſurat motum diurnum, & per illum menſurat omnes alios; ſicut enim dicitur in 10. Metaph. vnumquodq; mẽſuratur per illud quod eſt primum & minimum ſui generis. Et ſimiliter dicendum eſt de æuo, quòd eſt vnum ab vnitate eſſe ſimpliciſſimi æuiternorũ, quod eſt primus angelus, quia oportet vnum eſſe ſimpliciorem altero, vt infra dicetur.

Contex. 3. & 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ menſura eſt duplex, quædam intrinſeca quæ eſt in menſurato ſicut accidens in ſubiecto, & hoc multiplicatur ad multiplicationem menſurati, ſicut plures lineæ ſunt quæ menſurant longitudinem plurium corporum æqualium. Eſt etiam quædam menſura extrinſeca, & hanc non eſt neceſſe multiplicari ad multiplicationem menſuratorum, ſed eſt in vno ſicut in ſubiecto, ad quod multa menſurantur, ſicut multi panni menſurantur ad longitudinem vnius vlnæ. & hoc modo multi motus menſurantur ad nu- F merum vnius primi motus, qui numerus eſt tempus, & multa permanentia ad vnitatem vnius permanentis quod eſt æuum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſpiritualia & corporalia poſſunt in permanentia eſſendi aſſimilari, & ſecundum [d] hoc vnam menſuram habere, quàmuis in alijs multum diſtent. D. 871.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis vnus angelus nõ ſit cauſa alterius, eſt tamen ſimplicior altero, & hoc ſufficit ad rationem menſuræ.

¶ Ad quartum dicẽdum, ꝙ ſi non eſſet iſte primus angelus qui modo eſt, eſſet alius primus ad quẽ alij menſurantur, ſicut ſi non eſſet hoc primum mobile eẽt aliud cuius tempus eſſet menſura.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cum æuum ſit participatio æternitatis, quanto aliquid magis eſt in participatione æternitatis per prius menſuratur æuo, & ideo cum angelus beatus magis ſit in participatione æternitatis quàm ille qui per peccatũ corruit, non ſequitur quòd angelus beatus menſuretur ad æuum dæmonis, ſed econuerſo.

tionibus iſtis, Nam ſi primo omnium creata eſt ſapientia, omnia poſt ipſam facta videntur, & ita poſt ipſam facta vidẽtur cælum & terra, & ipſa facta ante cælum & terram, Iterum ſi in principio creauit Deus cælum & terram, nihil factum eſt ante cælum & terram, ergo nec ipſa ſapientia facta ante cælum & terram. Cum ergo hæc contraria videantur, nec in diuina ſcriptura fas ſit ſentire aliquid eſſe cõtrarietatis, requiramus intelligentiam veritatis.

*c Quid ſit tenendum docet, præmiſſas authoritates determinando.*

G Videtur itaque hoc eſſe tenẽdum, ꝙ ſimul creata eſt ſpiritualis creatura. i. angelica & corporalis:

### Articvlvs III.

H *c Vtrum duratio angeli inceperit ante mundum.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ duratio angeli ante mundum inceperit, Greg. enim nazañ. dixit ꝙ Deus primo excogitauit angelicas ſubſtantias, & excogitatio ipſius opus eius eſt, vt dicit Dam. ergo videtur quòd ante alias creaturas angelus factus ſit. 1. q. 61. & de pot. q. 18. Lib. 2. c. 2. Sed 3. ca. in fin. verba formalia.

¶ 2 Præt. Creatura corporalis non æquiparatur ſpirituali: ſed iõ dicitur Deum voluiſſe mundum ab æterno facere, ne mund[9] ſibi æquiparari videretur. ergo videtur ꝙ nec creaturam corporalem ſimul cum ſpirituali facere debuerit.

¶ 3 Præt. Nullus poteſt habere cognitionem alicuius rei fiendæ niſi præexiſtat aliquid eius eſſe, ſed ſecundum Aug. angel[9] in verbo accepit cognitionem creaturæ per verbum fiendæ, quæ cognitio matutina dicitur. ergo videtur ꝙ angelus ante alias creaturas factus ſit. 2. lib. ſuper Gen. ad lit. c. 8. Et li. 5. eiuſdem ca. 4. & pluries

I ¶ 4 Præt. Secundum aliquos, angeli mouent cælos, ſed motor præcedit mobile, ergo videtur ꝙ angeli præceſſerunt cælos & alia corporea.

Sed contra. Quandocunque fuerunt angeli deſtiterunt abinuicem per eſſentiam: ſed diſtantia aliquorum nõ poteſt intelligi niſi loco exiſtente, nec locus niſi ſit corpus. ergo angeli ante corporalia creati non ſunt.

¶ 2 Præt. Si angelus ante corporalia creatus fuit, oportet ꝙ nũc creationis angeli, ſit prius quàm nunc creationis mũdi: ſed vbicunque eſt nunc prius & poſterius ibi eſt tempus, ergo oportet ꝙ ante mundum fuerit tempus, quod eſt impoſſibile, vt videtur, quia tunc eſſet & motus.

Respondeo, Dicendum, ꝙ creatio rerum dependet ex voluntate creatoris, qui tunc & non prius res creare voluit, quæ quia nobis nota non eſt, initium creationis rerum ratione inueſtigare non poſſumus, ſed fide tenemus, prout nobis K traditum eſt per eos, quibus diuinam voluntatem reuelatam credimus.

¶ Sciendum eſt ergo, ꝙ circa inceptionem rerum, ſancti conuenientes in eo quod fidei eſt, ſcilicet ꝙ nihil eſt ab æterno præter Deum, varia ad minus quantum ad verborum ſuperficiem dixiſſe inueniuntur in his quæ de neceſſitate fidei non ſunt, in qbus licuit eis diuerſimode opinari, ſicut & nobis. Plures enim eorum qui Aug. præceſſerunt, vt Hiero. Hila. Greg. nazañ. vident̃ poſuiſſe angelos ante creaturã corpalẽ factos, & corporalẽ per ſpiritualem ſucceſſiue diſtinctam. Aug. vero ponit corporalem ſimul & ſpiritualem creaturam factam, & corporalem ſimul ſecundum materiam & ſpecies, non tamen ſecundum indiuidua, quæ ſucceſſione temporis generantur. Sequentes vero, vt Greg. Beda concordant cum Aug. in coæuitate corporalis & ſpiritualis creaturæ, & cum alijs in ſucceſſionem diſtinctionis corporum per ſpecies diuerſas, & ideo communiter tenetur, ꝙ angelus non eſt factus [d] ante corporalem creaturam, hoc enim probabilius videtur, tum ex parte diuinæ omnipotentiæ, Omnes iſti ſuper Gen. vt Hyer. Augu. & Greg. naziãzen'. D. 111. 416.



tentię, cuius eſt non ſucceſſiue operari, tum ad excludendum A errorem, ne viderentur angeli corporalium creatores eſſe, tũ alteri ſententiæ præiudicandum non eſt, vt in litera dicitur, qa non eſt demonſtratum, nec fide expreſſum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ſi diuerſorum dicta ad conuenientiã reducere volumus, quod tamen neceſſarium non eſt, poteſt dici ꝙ authoritates, quæ coæuitatẽ negare videntur exponendę ſunt ſecundum ordinem dignitatis & non durationis. † Eccle. 18.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimile, quia De[9] præcedit creaturã, non ſolum dignitate: ſed etiam cauſalitate, quam oſtendit mundi inchoatio, quia vt Rabi Moyſes dicit, facillima via ad oſtendendum Deum eſſe, & ab ipſo eſſe omnia, eſt ex ſuppoſitione nouitatis mundi. & ideo ſtatutum eſt in lege, vt 7. die feſtum ducerent in quo mũdus conſumatus eſt, vt per nouitatẽ mũdi ſemper in cognitione Dei permaneret: ſed ſpiritualis creatura excedit corporalẽ dignitate nõ cauſalitate, quæ ne credi cauſa eius poſſet, congrue ſimul vtraque facta eſt. Ad lib. li. 1. cap. 1. 2. lib. ca. 32.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de re iã facta poteſt accipi cognitio eius, vt fiẽdę ſi conſideretur in cauſis ſuis ex quib[9] proceſſit, & ſic angeli ſuſceperunt cognitionem rerũ fiendarum in verbo, qđ eſt ars operatiua rerum. Vt ſup. a li. 5. c. 6. & 59

¶ Ad quartum dicendum, quòd motor non neceſſario præcedit mobile duratione: ſed dignitate, vt patet de anima & corpore. Aliæ rationes ad oppoſitum ſunt etiam ſophiſticæ, quia eſſentia angeli non neceſſario indiget loco, nec eorum definitio eſt ſecundũ ordinem, vel diſtantiã localem, ſed ſecundum principia eſſentialia. Similiter etiam alia obiectio procedit de tempore imaginato, quia ſcilicet nunc imaginari ante mundũ poſſumus, ſicut etiam multas lineas extra cælum. E

Secundũ quod põt accipi illud Salomonis. Qui viuit in æternũ creauit omnia ſimul. i. ſpiritualem & corporalẽ naturã, & ita nõ prius tpe creati ſunt angeli q̃ illa corporalis materia. quatuor elementorum. & tñ primo omnium creata eſt ſapientia, quia & ſi tẽpore nõ præcedit, pręcedit tamen dignitate. B

*Quòd ſimul creata fuerit corporalis & ſpiritualis creatura.*

Vòd autem ſimul creata fuerit ſpiritualis corporaliſq; creatura, Augu. ſup Gen. aperte oſtendit dicens. Per cælum & terrã ſpiritualem corporalemq; creaturã intelligi, & hæc creata ſunt in prinpio. ſ. tẽporis, vel in principio, quia primo facta ſunt. C

*Quòd nihil factum eſt ante cælum & terram nec etiam tempus, cum tempore enim creata ſunt, ſed non ex tempore.*

Nte ea enim nihil factum eſt, nec etiã tẽpus factum eſt añ ſpiritualem. ſ. angelicam naturam, & ante corporalem. ſ. materiã illã quatuor elementorũ cõfuſam. Illa. n. cum tpe creata ſunt, nec D ex tempore, nec in tempore, ſicut nec tempus in tpe creatum eſt, quia non fuit tempus anteq̃ eſſet cælum & terra. Vñ Aug. in li. de Tri. dicit ꝙ Deus fuit dñs anteq̃ eẽt tẽpus & nõ in tpe cœpit eſſe dñs, quia dñs fuit tpis qñ eſſe cœpit tps, nec vtique tps cœpit eſſe in tpe, qa nõ erat tps antequàm inciperet tempus.

*Quòd ſimul cum tempore & cum mundo cœpit corporalis & ſpiritualis creatura.*

Imul ergo cum tempore facta eſt corporalis & ſpiritualis creatura & ſimul cũ mũdo, nec fuit ante angelica creatura, quàm mũdus, quia vt Auguſt. ait. Nulla creatura eſt ante ſecula, ſed a ſeculis cũ qbus cœpit. Hieronymus tamen ſuper epiſtolam ad Titum, aliud videtur ſentire dicens, ſex milia nec dum noſtri temporis implentur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quãtas ſeculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus angeli, throni, dominationes, ceterique ordines ſeruirent Deo abſque temporum vicibus atque menſuris, & Deo iubente ſubſtiterunt? His verbis quidam adherentes, dixerunt cum mundo cœpiſſe tempus ſeculare, ſed ante mundum extitiſſe tempus æternum ſine mutabilitate, & in eo ĩmutabiliter & ĩtẽporaliter aſtruũt

## QVÆSTIO II.

A

Deinde quæritur de cælo empyreo in quo angeli facti dicuntur, de qua tria quęruntur.

Primo. Vtrum ſit corpus.
Secundo. Quale ſit.
Tertio. Vtrum influentiam habeat ſuper alia corpora.

### Articvlvs primvs.

*a Vtrum cælum empyreum ſit corpus.*

1. q. 66. 3.

Ad primvm proceditur ſic. Videtur quòd non ſit corpus. Omne enim corpus naturale eſt ſenſibile, & præcipue ſenſu viſus: ſed cælum empyreũ non eſt viſibile ſed intellectuale, vt in litera dicitur. ergo non eſt corpus.

¶ 2 Præt. Cælum empyreum eſt locus contemplationis: ſed contemplationi non debetur locus corporalis, quæ etiam exiſtentes in corpore a corporibus abſtrahit, quia ſecundum Aug. quandiu aliquid diuinum mente percipimus non in hoc mundo ſumus. ergo videtur ꝙ cælum empyreum nõ ſit corpus. Lib. 14. de Tri. c. 20.

¶ 3 Præt. Philoſophus probat in 1. cę. & mun. ꝙ extra primũ mobile non eſt aliquod corpus, extra quod tamen quodãmõ ponit vitã beatã, quã nos dicimus in cęlo empyreo eſſe. ergo videtur, ꝙ non ſit corpus. Tex. 69. 99. 10. & pluries. Et de mundo c. 7. vltra med.

¶ 4 Præt. Corporũ naturas perſcrutati ſunt philoſophi, qbus etiam Deus ſua inuiſibilia reuelauit ſecundum Apoſt. ad Rom. 1. ſed de cælo empyreo nullam mentionem fecerũt. ergo nõ eſt corpus.

Sed contra. Omne quod mouetur in loco, eſt in loco, quia motus localis eſt prim[9] motuũ, vt in 8. Phyſi. probatur. ergo videtur ꝙ primum mobile ſit in loco: ſed locus eſt ſuperficies corporis cõtinẽtis. ergo oportet ꝙ habeat corpus continens quietum. & hoc dicim[9] cælum empyreum. † Li. 5. c. 19. tom. 6. Cap. 1. ſup verbo qñ ꝑ miſiſt. Tex. 55.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur in 2. cę. & mun. Perfectius eſt, quod acquirit bonitatem ſine motu q̃ qđ per motum acquirit: ſed Dei pfecta ſunt opera. ergo oportet perfectiſſimum corpus eſſe immobile. Text. 64. Aug. 11. de ciui. Dei c. 5. 6. & 7.

¶ 3 Præt. Ante oẽ multiforme eſt aliquid vniforme, vt in 9. Metaph. probatur: ſed eſt aliquod cęlum difforme, quod partim eſt diaphanum & partim lucidum actu, vt cælum ſtellatum. ergo oportet aliquod eſſe tantum diaphanum, & aliquod tantum lucidum: quod etiam concludi poteſt ex propoſitione qua vtitur Philoſophus in 8. Phyſi. quòd ſi aliquid inuenitur compoſitum ex duobus, quorum vnum inuenitur per ſe, oportet & reliquum per ſe inueniri; ſed diaphanum eſt ſicut potentia reſpectu lucidi. ergo oportet primum corpus eſſe totũ lucidum actu, & hoc dicimus cælum empyreum. Text 23. & 4. Tex. 37.

Respondeo, Dicendum, quòd cælum empyreum ratione [d] inueſtigari non poteſt, quia quicquid de cęlis cognoſcimus, hoc eſt: aut per viſum, aut per motum, cælum autem empyreum nec motui ſubiacet nec viſui, vt in litera dicitur, ſed per authoritatem eſt habitum, & eſt corpus quod principaliter ordinatum eſt, vt ſit habitatio beatorum, & hoc magis propter homines, quorum etiam corpora glorificabuntur, quibus locus debetur quàm propter angelos qui in loco non indigent, & quia illa gloria excedit inueſtigationem humanam, ideo etiam & cęlum empyreum. D. 331.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd cęlum empyreum dicitur intellectuale, quia noſtris viſibus non ſubiacet, ſed intellectu tantum capitur, non quòd in ſe non ſit viſibile.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cælum empyreum dr̃ locus contemplationis, non quantum ad neceſſitatẽ, ſed quãtũ ad

congruitatem, ſicut etiam eccleſia dicitur locus orationis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ probationes Philoſophi hoc demō ſtrant, ꝙ extra totum vniuerſum non ſit aliquod corpus, nō ꝙ extra hoc cælum non ſit aliud cælum, quia in numero ſphęrarum etiam Philoſophi diſſentire inueniuntur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ratio iam dicta eſt, quare Philoſophi hoc cælum non cognouerunt, quia nec motui nec viſui ſubiacet, & tamen multa quæ de iſtis dixerunt non demonſtratiue, ſed probabiliter cognouerunt: vnde ipſemet Philoſophus teſtatur in 2. cæli. & mun. topica ſolutione ſe ſoluere q̄ſtiones difficiles. Aliæ etiam rationes non ſunt cogentes, quia vltimum cælum qđ mouetur, non eſt in loco per ſe, ſed per accidens, vt dicit Philoſophus in 4. Phyſi. Vbi Com. ēt diuerſas ſententias philoſophorum de hoc ponit, nec etiā oportet ꝙ id quod ſine motu bonitatē diuinam participat, ſit corpus, nec iterum oportet ꝙ multiforme reducat̄, & vniforme corporeū.

A Text. 60. vſque 72.

Text. 46.

Luc. 10. c.

ARTIC. II.

*b Vtrum cælum empyreum ſit lucidum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ cælū empyreum nō ſit lucidum, quia ſecundū Auic. cauſa luciditatis eſt congregatio partium diaphani, vt patet in cryſtallo, & hoc idem dicit Commen. in lib. de ſubſtantia orbis. Sed cælum empyreum eſt ſubtiliſſimum, cū ſit nobiliſſimum corporum & maxime formale. ergo cælum empyreum nō eſt lucidū.

6. Nat. parte 3. c. 1. 3. 4 & 5. elicit̄ de ſubſtātia orbis. c. 2.

¶ 2 Præt. Cælum empyreum eſt maius quantitate & virtute q̄ ſol: ſed ſol quando directe nobis opponitur facit nobis diem, & a nobis videtur. ergo cum cælum empyreum ſemper nobis opponatur directe: videtur ꝙ ſi eſſet lucidum ſemper nobis, eſſet dies & ſemper videremus ipſum: quod falſum eſt.

¶ 3 Item videtur ꝙ non ſit immobile. Omne enim quantum, habet partes diſtantes: ſed quod habet partes diſtantes vbi eſt vna pars eius, poteſt eſſe etiam alia, ita & ſingulę partes eius poſſunt eſſe vbi non ſunt, & quod eſt huiuſmodi eſt mobile ſecundum locum. cum ergo cælum empy. ſit quantum quia eſt corpus, videtur ꝙ ſit mobile.

¶ 4 Præt. Omne corpus naturale eſt mobile. Tum, quia natura eſt principium motus. Tum, quia corpus materiale eſt corpus in materia, & materia & motus ſe conſequuntur, ſed celum empyreum eſt corpus naturale, alias eſſet mathematicum & imaginabile. ergo cælū empyreum eſt mobile.

¶ 5 Item videtur quòd ſit diuiſibile per denſitatem & raritatē. Vox enim nō poteſt formari niſi in tali corpore, quod per modum iſtum diuiditur, ſicut in aere: ſed in cælo empyreo formabitur vox, quia erit ibi laus vocalis, vt a multis dicitur. ergo videtur ꝙ ſit diuiſibile.

¶ 6 Præt. Omne corpus per quod eſt motus eſt diuiſibile per

F rarefactionem & condenſationem, niſi ponatur duo corpora eſſe in eodem loco: ſed corpora glorioſa in cælo empyreo mouebuntur, vt dicitur Sap. 3. Fulgebunt iuſti &c. Ergo eſt diuiſibile, & ex hoc vlterius poteſt concludi, quòd ſit generabile & corruptibile, quia denſitas & raritas ſunt quædam principia generationis & corruptionis.

SED CONTRA. In litera dr̄, ꝙ dr̄ empyreum nō ab ardore, ſed a ſplendore, dicitur etiam ꝙ a volubilitate mundi ſecretum eſt, dicitur etiam ꝙ non habet ardorem, & per conſequēs nec aliquam qualitatem actiuam nec paſſiuam. ergo eſt īcorruptibile immobile & lucidum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cum omnes res determinentur a fine, oportet conditiones cæli empyrei accipere ſecūdum qđ conuenit ſtatuti bonorū propter quod factum eſt, & quia illi ſunt ī plena participatione æternæ lucis & quietis & æternitatis, ideo decet cælum empyreū lucidum immobile & īcorruptibile eē.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa ratio procedit de eo quod eſt hoc modo lucidum, quia radios emittit ſenſui noſtro viſibiles: propter quod etiam ignis in ꝓpria ſphęra non lucet. ſic autem non dicimus lucidum cæl. empy. ſed quia in natura ſua lucem habet, eo quòd maxime formale eſt, & per hoc patet reſponſio ad ſecundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quanto, prout quantum eſt, non debetur ꝓprie locus, nec per conſequens potentia ad vbi: ſed prout habet determinatam naturam. vnde dicitur in primo de gene. quòd mathematicis ſimilitudinarie dandus eſt tactus & motus. Tex. 44.

¶ Ad quartum dicendum, quòd naturale poteſt dupliciter ſumi. Vno modo, prout diuiditur contra ens in anima, & ſic dicitur d naturale. omne illud quod habet eſſe fixum in natura, & ſic cæ. empy. & angeli dicuntur naturalia. Alio modo dicitur naturale, ſecundum quod diuiditur cōtra ens diuinum, qđ abſtrahitur a materia & motu, & ſic naturale dicitur illud ſolū quod mouetur, & eſt ordinatum ad generationem & corruptionem in rebus. & hoc modo cæ. empy. non eſt ens naturale: ſed diuinum quod ordinatum eſt ad gloriam bonorum, nec materiam habet determinatam ad motum: ſed ad finem ſuum, quia & mathematici non abſtrahunt ab omni materia: ſed a ſenſibili tantum, vt in 8. Metaph. dicitur. Vnde non oportet, vbicunque eſt materia, quòd ſit motus, ſed verum eſt ꝙ in mobilibus & in immobilibus eſt materia æquiuoce. D. 331. Tex. 2. 3. & 15.

K

¶ Ad quintum dicendum, quòd cæ. empyr. eſt locus angelorum, animarum & hominum. Angelorum autem & animarum exutarum, conſtat quòd non erit in cælo empy. laus vocalis: ſed vtrum hominum poſt reſurrectionem futura ſit ibi laus vocalis, dubitatio eſt, quibuſdam dicentibus non futuram ibi eſſe laudem vocalem, ſed ſolum mentalem

angelos Deo iubēte ſubſtitiſſe eique ſeruiſſe. Nos autem quod prius dictum eſt, pro captu intelligentiæ noſtræ magis approbamus, ſalua tamen reuerētia ſecretorū, in quibus nihil temere aſſerendum eſt. Et illud Hiero. dixiſſe non ita ſentiendo: ſed aliorum opinionē referendo arbitramur.

*Vtrum angeli mox creati fuerunt in empyreo, ſcilicet quod ſtatim vt factum eſt angelis fuit repletum.*

B

IAm oſtenſum eſt, quando creata fuerit angelica natura, nūc aūt attēdēdū eſt vbi facta fuerit. Teſtimonijs quarundam authoritatum euidenter mōſtratur, angelos ante caſum fuiſſe in cęlo, & inde corruiſſe, quoſdam propter ſuperbiam, alios vero qui non peccauerunt, illic perſtitiſſe. Vnde dominus in euangelio ait. Videbam ſathanam ſicut fulgur cadentem de cælo. Nec appellatur hic cælū firmamentum, quod ſecunda die factum eſt, ſed cælum ſplēdidū, quod dicitur a empyreū, ſcilicet igneum a ſplendore, non a calore, quod ſtatim factū, angelis eſt repletum, quod eſt ſupra firmamentum, & illud empyreum quidam expoſitores ſacræ ſcripturæ, nomine cæli intelligi volunt, vbi ſcriptura dicit. In principio creauit Deus cælum & terram. Cælū inquit Strabus non viſibile firmamētum hic appellat, ſed empyreum, ideſt igneum vel intellectuale, quod nō ab ardore, ſed a ſplendore dicit̄, qđ ſtatim factū repletū eſt angelis. Vñ Iob. Vbi eras cū me laudarēt aſtra matutina &c. De hoc quoque Beda ita ait. Hoc ſuperius cælū quod ea volubilitate mundi ſecretum eſt, mox vt creatum eſt, ſanctis angelis impletum eſt, quos in principio cum cęlo & terra conditos teſtatur dominus dicens, Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, iubilarēt omnis filii Dei? Aſtra matutina & filios Dei eoſdē angelos vocat. Cælum enim in quo poſita ſunt luminaria, non in principio, ſed ſecunda die factum eſt. Ex his liquet, quòd in empyreo omnes angeli fuerunt ante quorundam ruinam, ſimulque creati ſunt angeli cū cælo empyreo, & cum informi materia omnium corporaliū.

G H I

Gen. 1.

Iob. Vbi eras cū me. c. 38. a. ſup. gen.

*Quòd ſimul creata eſt viſibilium rerum materia & inuiſibilium natura, & vtraque informis ſecundum aliquid, & formata ſecundum aliquid.*

SImul ergo viſibiliū rerū materia, & īuiſibiliū natura cōdita ē, & vtraq;



lem quæ dignior eſt, quia nec erit ibi reſpiratio: ſed ſolum in reſpirantibus eſt vox, vt in 2. de anima dicitur. Alij vero dicunt, futuram etiam ibi laudem vocalem non propter aliquam indigentiam, ſed vt nihil in ſanctis vacet a diuina laude, neque mens, neque lingua: quomodo autem eſſe poſſit ita dicunt, quòd ſcilicet in pulmone & inſtrumentis vocalibus eſt aer, & per illum aerē poterunt voces formare, ſicut & animalia quæ habent ſpiritum complantatū, vt dicitur in lib. de ſom. & vigil. & hoc quantum ad aliquid videtur eſſe conueniens, quia ad formationem vocis, nō eſt neceſſaria expulſio, vel attractio aeris. vnde reſpirando non poteſt animal vocem formare, vt dicitur in 2. de anima: ſed quo ad aliquid videtur inſufficiens, quia ad vocem non tantum exigitur aer interior: ſed ēt exterior, cuius confirmatione & motu ſonus deferatur. vnde plus addendum eſt, vt dicamus quòd quædam ſenſibilia deferuntur ad ſenſum ſecundum eſſe ſpirituale tantum, ſicut ſpecies colorum. Quædam quæ contingunt organum ſecundum eſſe ſuum materiale, ſicut in guſtu & tactu. Quædam vero deferuntur vtroque modo, ſicut ſpecies odorum cum permiſtione fumalis euaporationis, tamen ſpecies extēditur vltra ſumalem euaporationē. Et ſimiliter eſt de ſono & motu, ibi tamen ſpecies ſoni defertur ſm̄ eſſe ſpirituale tantum, vnde non oportebit eſſe motū in medio, aut confractionem, aut condenſationē: vel pōt dici, ꝙ ēt erit confractio cæli empyrei. nec hoc erit ei ignobilitas, quia erit inſtrumentum motum a lingua glorificata & materia vocis ꝓlatę in laudem diuinam, nec ꝑꝑ hoc ſequitur ꝙ ſit gn̄abile & corruptibile, quia raritas & denſitas ſunt æquiuoce dicta in iſto corpore & in iſtis corporibus, ſicut etiam ponunt aſtrologi inter duas ſphęras quæ nō pn̄t ſcindi, eſſe d aliquod ſpatium repletum corpore diuiſibili, cum in iſto ſpatio ſit motus planetarum, ſecundum motum epicicli.

Text. 88. & 90.

Cap. 3. poſt medium.

Text. 90. & 91.

A C

D. 327.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad vltimum.

¶ Item, per miraculum fieri poteſt ꝙ duo corpora ſint in vno loco, qđ oportet eſſe ad minus dū corpus glorioſum ſupra cælum empyreum transfertur mediante cæleſti corpore, quod nō ſcinditur, quid autem de his verum ſit, incertum eſt, quia nec fide determinatur, nec ratione probatur.

ARTICVLVS. III.

*Vtrum cælum empyreum habeat influentiam ſuper alia corpora.*

Quoli. 61. 19. AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ cæ. empy. influentiam habeat ſupra alia corpora, Ita enim eſt in aliis elementis, ꝙ ſemper continens eſt ſaluans contentum, q̄uis ſit contrarium ſibi, eo ꝙ eſt locus eius, & habet ſe ad ipſum, ſicut actus ad potētiam, & ſicut totum ad partem diuiſam, vt dicitur in 4. Phyſi. ſed cælum empy. continet alios cælos, ergo multo fortius cum non contrarietur eis, videtur quòd non influat in eos continendo & ſaluando eos. A 46. vſque 49.

¶ 2 Præt. Secundum Auicen. & alios philoſophos, ſol habet effectum in iſtis inferioribus per lumen ſuū, quod irradiando emittit: ſed cælum empy. eſt totum lucidum. ergo videtur, ꝙ influentiam habeat in inferiora corpora. De cælo & mūdo c. 14.

¶ 3 Præt. In primo mobili eſt dextrum & ſiniſtrum, & aliæ poſitiones, vt in 2. cæ. & mun. determinatur: ſed hoc nō pōt eſſe niſi ꝑ influentiam alicuius ſuperioris. cum ergo nullum corpus ſit ſuperius: niſi cælū empy. vr̄ ꝙ influentiam eius habeat. A tex. 13. vſq; 16.

¶ 4 Præt. Ad nobiliorem formā eſt nobilior diſpoſitio: ſed ad formam animæ vegetabilis diſponit lux cæli ſiderei. ergo cū anima ſenſibilis ſit nobilior, vr̄ ꝙ ad ipſam diſponat lux cæli cryſtallini: vlterius ad animam rationalē lux cæli empy. & ſic influentiam habet in inferiora.

SED CONTRA. Satus gloriæ eſt alius a ſtatu generationis & corruptionis qui competit viæ, cælum autem empy. ordinatur ad ſtatum gloriæ. ergo videtur non eſſe eiuſdem ordinis cum alijs corporibus: ſed ea quæ non ſunt eiuſdem ordinis non habent influentiam adinuicem. ergo cælum empy. non influit in alia corpora.

¶ Præt. Angeli ſunt nobiliores cælo empy. ſed angeli non habēt cauſalitatem ſuper alias res. ergo multo minus cælum empyreum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd cælum empyreum nullam habet influentiam ſuper alia corpora, quæ rationabiliter poni poſſet. non enim ponimus aliquod corpus habere influentiam ſuper aliud, niſi per motum, quia vt in lib. de cauſis dicitur, etiam anima in hoc ab intelligentia deficit, quia non imprimit in res niſi mouendo eas, & multo minus corpus. nullum autem corpus mouet niſi motum, vt a Philoſophis probatum eſt, cælum enim per motum d ſuum cauſat generationem & corruptionem in iſtis inferioribus. vñ dr̄ in 8. Phy. ꝙ motus eius eſt ſicut vita exiſtentibus oībus. Vnde dicit Rabi Moyſes, ꝙ cælum in vniuerſo eſt ſicut cor in animali, cuius motus ſi ad horam quieſceret, corporis vita finiretur. vnde cum cælum empyreum ponatur immobile, non poteſt rationabiliter poni influentiam ſuper corpora habere, conſtat enim, ꝙ non habet influentiam ſine motu ad modum creantis, nec tamen negatur quin Deus potentiam influendi ſine motu ei conferre potuiſſet, ſed quia hoc nec authoritate cōfirmatur, nec ratione, ideo poſitio eorum qui dicunt cælum empy. d influentiam ſuper alia corpora habere, eadem facilitate contēnitur qua tenetur, & præcipue cum in talibus non quæratur qđ Deus per miraculum poſſit facere: ſed quid naturæ rei conueniat, vt dicit Aug. 2. ſuper gene.

Vt ſupra li. 1. cap. 1.

Propo. 3. prope fin.

D. 336. Com. text. 1. lib. ducto D. cap. 71. poſt prin.

D. 333.

Cap. 1. in fi

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corpus motum d motu recto generabile & corruptibile indiget loco continente & cōſeruante, & iſta virtus locandi & conſeruandi in vno attenditur elementorum reſpectu alterius, cum virtute cæli influentis in elemēta per motum. Corpus autem motum circulariter incorruptibile non indiget ad motum loco extrinſecus continēte, nec etiam ad conſeruationem, & quòd aliquod hmōi, corpus habeat exterius continens, hoc eſt per accidens, vt in 4. Phy. Commen. dicit. vnde non dependet ab eo niſi inquantū reuoluitur reuolutione eius. in cælo aūt empy. nō ponit̄ aliqua reuolutio. vnde non remanet aliquis influendi modus. D. 403. Cō. 43. circa finē.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd lux cæli empy. vt dictum eſt, non eſt per modum fulgoris irradiantis in alia corpora, & ideo nec etiam illuminationem influit in alia corpora: cuius ratio eſt, quia cū ſit virtuoſiſſimū corporū & maximū ſine lumine ſolis oīa illuminaret. Et pręterea, lumen cæli nō eſt d cauſa effectiua in inferiorib⁹, niſi ſuppoſito motu q̄ a cælo empy. remouet̄. D. 830.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dextrum & ſiniſtrum ſunt in cælo ex virtute motoris ſui, quicunque ſit iſte non ex influentia alicuius corporis, ſicut & in animali, eſt ex virtute animæ.

E

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ nobiliſſima diſpoſitio quæ vnquā poteſt eſſe in corpore ad formam eſt infra nobilitatem cæli, vnde eadem virtus cæleſtis eſt per quam corpus diſponitur ad formā elementi & miſti & animæ vegetabilis ſenſibilis rationalis, nec oportet, ſi hoc cælum diſponit ad animam vegetabilem, ꝙ non poſſit diſponere ad animam ſenſibilem, niſi probetur ꝙ ex hoc eſſet vltimum virtutis eius, quod falſum eſt. Vnde patet, ꝙ iſta poſitio fundatur ſupra tria falſa, primum eſt, ꝙ diſpoſitio q̄ eſt in corpore humano ad animam, non poſſit eſſe ex virtute ſolis. Secundum eſt, ꝙ lux ſit corpus materialiter veniens in compoſitionem animati. Tertium eſt, ꝙ ſit per medium inter aīam & corpus, q̄ ſunt abſurda apud oēs qui rōnabilr̄ locuti ſunt, & iō vno inconuenienti dato, alia contingunt, & hoc nō eſt mirū.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVANTAS prius æternitates &c.} Videtur falſum dicere, quia æternitas eſt tantum vna.

¶ Pręt. In quo differt ſeculū, tempus, & æternitas.

¶ Ad hoc dicendū, ꝙ in angelo eſt tria cōſiderare. ſ.

informis fuit ſecundum aliqd, & formata ſecundum aliquid. ſicut enim corporalium materia confuſa & permiſta, quæ ſecundum gręcos, chaos dicta eſt in illo exordio conditionis primarię, & formam confuſionis habuit, & non habuit formam diſtinctionis & diſcretionis, donec poſtea formaretur, atque diſtinctas reciperet ſpecies, ita ſpiritualis & angelica natura in ſua conditione ſecundum naturę ſuę habitum formata fuit, & tamen illam, quā poſtea per amorem & conuerſionem ad creatorem ſuum acceptura erat formam, non habuit: ſed erat informis ſine illa. Vnde Auguſt. multipliciter exponens pręmiſſa verba Gen. In principio creauit De⁹ cęlum & terram &c. Per cęlum dicit intelligi informem naturam ſpiritualis vitæ, ſicut in ſe poteſt exiſtere, nō conuerſa ad creatorem in quo formatur: per terram, corporalem materiā ſine omni qualitate, q̄ apparet in materia formata.

B

eſſe eius cuius menſura dicitur ſeculum, quia vt dicitur in primo cę. & mun. ſeculum dicitur finis vniuſcuiuſque. ſecundo operationem ipſius in qua res in propria natura cognoſcitur ꝑ ſpecies innatas, in qua eſt viciſſitudo, & aliquis modus motus, & ſic mēſurat̃ d tēpore, quod tñ eſt aliud ab eo, quod eſt numerus mot⁹ cęli. tertio operationē, qua verbum intuetur, & ſic fit in participatione æternitatis & beatitudinis, & ſecundũ ꝙ ſunt multæ beatitudines participatę, ita & æternitates, q̃uis beatitudo eſſentialiter ſit tantum vna. {Sed in cęlum vocat &c.} Hoc cęlũ nō eſt corpus, quia cęlum ſanctæ trinitatis dicitur eſſe idem, quod eſſentia maieſtatis eius; in quo cælo nulla creatura poteſt eſſe, ſicut nec ęquari Deo: ſed tantum tres coęternæ, & coæquales in eo ſunt perſonæ.

Text. 100. ad me.

D. 131. 585.

*Quomodo dicat lucifer ſecundum Eſaiam, Aſcendam in cælum &c. cum eſſet in cælo.*

HIc quæri ſolet, ſi in cælo empyreo fuerunt angeli ſtatim vbi facti ſunt, quomodo (vt legitur in Eſaia) dicit lucifer, Aſcendam in cælum, & exaltabo ſolium meum, & ero ſimilis altiſsimo? Sed ibi cælum vocat Dei celſitudinē, cui pacificari volebat. Et eſt tale, aſcendā in cęlum, ideſt ad ęqualitatem Dei.

## DISTINCTIO III.

DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quando, & vbi angeli creati ſunt. Hic inquirit, quales effecti ſunt, & diuiditur in tres partes. In prima, inquirit̃ quales effecti ſunt, quantum ad perfectionem naturæ. In ſecunda quales quantum ad gratiam, vel culpam ibi, {Illud quoque inueſtigando &c.} In tertia, quales quantum ad gloriam, vel miſeriam, 3. diſt. ibi {Poſt hoc vr̃ &c.} Prima in duas. In prima oſtendit quot fuerunt naturales perfectiones, angelis in principio creationis collatæ. Secundo, oſtendit qualiter adinuicem ſecundum iſtas operationes comparētur. ibi {Hoc conſiderandum eſt &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quibus erant inæquales. Secundo, oſtendit in quibus erant æquales. ibi {Et inſint prædictis &c.}

¶ Circa primum duo facit. Primo, oſtendit eos fuiſſe inæquales in perfectionibus naturalibus. Secundo, oſtendit quòd ſecundum gradum naturalium, fuit etiam in eis gradus gratuitorum donorum. ibi {Ad hunc ergo modum &c.

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic querũtur ſex.

Primo. Vtrum angeli ſint adeo ſimplices, quòd nō ſint compoſiti ex materia & forma.
Secundo. Vtrum ſit in eis perſonalitas.
Tertio. Vtrum ſit in eis aliquis numerus, & quis eſt iſte.
Quarto. Vtrum omnes ſint vnius ſpeciei.
Quinto. Vtrum ſint vnius generis.
Sexto. De differentia angeli, & animæ rationalis.

Cōt. gen. 2. ca. 50. quol. 9. 60.

ARTICVLVS PRIMVS.

### a *Vtrum angelus ſit compoſitus ex materia & forma.*

1. q. 50. 2. ſpũa. 1. 2. cont. c. 50 Quodl. q. 6

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd angelus ſit compoſitus ex materia & forma, quicquid enim eſt in genere aliquo participat rationem illi⁹ generis: ſed ratio ſubſtantiæ ſecundum ꝙ eſt prædicamentum eſt, quòd ſit compoſita ex materia & forma. Boet. enim dicit in commento prædicamentorum, ꝙ Ariſto. relictis extremis. ſ. materia & forma agit de medio, ideſt de compoſito, cum de ſubſtantia determinat. Cum ergo angelus ſit in prædicamento ſubſtantiæ. videtur, ꝙ ex materia & forma componat̃.

Circa primã expoſit. ꝑdicamenti ſubſtantiæ.

¶ 2 Præ. Quæcunq; ſunt in aliquo gñe vno, cōicāt vniformiter principia illi⁹ gñis: ſed principia gñis ſubſtātiæ ſunt materia & forma. cum ergo corpora quæ ſunt in genere ſubſtantiæ communicent iſta principia, ita quòd ex eis componuntur. vr̃ ꝙ ēt angelus, qui eſt in eodem gñe, ex materia & forma componat̃.

¶ 3 Præt. Vbicunque inueniuntur proprietates materiæ inuenitur materia, cum proprietates materiæ rei, non ſint a re ſeparatæ: ſed recipere, ſubſtare, & huiuſmodi ſunt proprietates materiæ. ergo cum inueniantur in angelo, videtur quòd angelus ſit ex materia compoſitus.

## DISTINCTIO III.

A

*Quales facti fuerint angeli, & quòd quatuor eis attributa ſunt, in ipſo initio ſuæ conditionis.*

ECce oſtenſum eſt, vbi fuerũt angeli mox, vt creati ſunt, nunc conſequēs eſt inueſtigare quales facti fuerunt in ipſo primordio ſuæ conditionis. Et quatuor qdē angelis videnẽ eſſe attributa in initio ſubſiſtentiæ ſuæ. ſ. eſſentia ſimplex, ideſt indiuiſibilis, & immaterialis, & diſcretio perſonalis, & per rationem naturaliter inſitam, intelligentia, memoria, & voluntas ſiue dilectio, liberum quoque arbitrium, ideſt libera inclinandæ voluntatis, ſiue ad bonum ſiue ad malum facultas. Poterat enim per liberum arbitrium ſine violentia & coactione ad vtrum libet propria voluntate deflecti.

¶ 4 Præt. Omne qđ eſt, vel eſt tm̃ actus, vel tantum potētia, vel vtrumq;: ſed angelus non eſt actus purus, quia ſic non differret a Deo, nec eſt potentia pura, quia ſic nō differret a materia prima.

¶ 5 Pręterea, nullã operationem haberet. ergo eſt compoſitus ex actu & potentia, & hoc eſt cōponi ex materia & forma. ergo &c.

¶ 6 Præt. In lib. de cauſis dicitur, ꝙ oē creatum, compoſitũ eſt ex finito & infinito: ſed angel⁹ eſt ens creatum. ergo ex infinito quod eſt materia compoſitus eſt.

Propo. 4.

¶ 7 Item dicit Boe. in lib. de tri. ꝙ forma ſimplex ſubiectũ eſſe non poteſt: ſed angelus eſt ſubiectum gratiæ. ergo non eſt tantum forma, ſed etiam habet materiam partem ſui.

Lib. 1. c. 3.

SED CONTRA Eſt. quod Dio. dicit in 4. ca. de di. no. ꝙ angeli intelliguntur immateriales & incorporales.

In princip.

¶ 2 Præt. Boe. dicit in lib. de duabus naturis, ꝙ omnis natura incorporea, ſubſtantiæ nullo modo nititur fundamēto: ſed angel⁹ eſt ſubſtātia īcorporea. ergo materiã ꝓ fundamēto nō hēt.

RESPONDEO, Dicendũ, ꝙ circa hãc materiã tres ſunt poſitiones, q̄dam. n. dñt, ꝙ in oī ſubſtantia creata eſt materia, & q̄a omniũ eſt materia vna, & huius poſitionis auctor vr̃ Auicebron, qui fecit librum fontis vitæ, quem multi ſequuntur.

¶ Secunda poſitio, ꝙ materia nō eſt in ſubſtantijs incorporeis: ſed tm̃ eſt in oībus corporibus, ēt vna, & hæc eſt poſitio Auic.

¶ Tertia poſitio ē, ꝙ corpora cęleſtia & elemēta nō cōicāt in materia, & hæc eſt poſitio Auer. & Rabi moyſi, & vr̃ magis dictis Ari. cōuenire, & iō iſtã eligimus quãtũ ad pñs ꝑtinet, dicētes, ꝙ q̄cq̄d ſit de corporib⁹, in angelis nullo mō pōt eſſe materia: Tũ, rōne intellectualitatis: Tũ ēt, rōne īcorporeitatis, ꝙ. n. nullũ ītellectuale ſit materiale cōiter a philoſophis tenet̃. Vñ ēt ex īmaterialitate diuina eius intellectum cōcludũt. Et rō ſatis manifeſta eſt, q̄a materia prima recipit formã, non inquãtũ eſt forma ſimpl̃r: ſed inquãtũ eſt hæc, vñ forma exñs in materia nō eſt intellecta niſi in potētia, quia cognoſco eſſe formæ inquãtũ eſt forma, & iō ſi intellectus aliq̄s poneret̃ hñs materiam, forma exñs in eo, nō eſſet intellecta in actu, & ſic per formã illã nō intelligeret. huius ēt ſignificatũ eſt, ꝙ forma materialis nō efficit̃ intellectualis, niſi q̄a a cōditionibus materiæ abſtrahit̃, & ſic efficit̃ ꝑfectio intellect⁹ ꝓportionata ſibi, vñ oportet intellectũ nō materialē eſſe, & hoc nō ſeq̄tur materiã ex parte alicui⁹ formę, cũ oīs forma ꝑ abſtractionē a cōditionib⁹ materiæ intellegibilis fiat: ſed cōſequit̃ eã ſꝫm ſe & vl̃r, ſiue ſit ſub forma corporali, ſiue ſpũali. Scđo, incorporeitas repugnat materiæ, cũ. n. vni perfectibili debeat̃ vna ꝑfectio, & in materia prima nō ſit vlla diuerſitas, oportet ꝙ omnis forma antequã poſſit in ea eſſe vlla diuerſitas nec intelligi, inueſtiat eã totã: ſed añ corporeitatē non pōt intelligi aliqua diuerſitas, q̄a diuerſitas ꝓſupponit partes, q̄ nō pñt eē niſi ꝓintelligat̃ diuiſibilitas, q̄ cōſequit̃ q̄titatē q̄ ſine corporeitate nō eſt. vnde oportet, ꝙ tota materia ſit veſtita forma corporeitatis, & iō ſi aliq̄d eſt incorporeũ, oportet eē immateriale, & tñ aliquã cōpoſitionē in angelo ponim⁹, q̄ qualis ſit, ſic inueſtigãda eſt in reb⁹ ex materia & forma cōpoſitis natura rei, q̄ q̄dditas vel eſſentia dr̃ ex cōiũctione formæ ad materiã reſultas, vt humanitas ex cōiũctiōe aīæ & corporis, de rōne aũt q̄dditatis inquãtũ eſt q̄dditas, nō eſt ꝙ ſit cōpoſita, q̄a nũquã inueniret̃ ſimplex natura, qđ ad min⁹ in Deo falſum eſt, nec ē de rōne ei⁹ ꝙ ſit ſimplex, cũ q̄dã inueniat̃ cōpoſita, vt humanitas.

8. Met. c. 12. de ſubſtãtia orbis. c. 2. Rabi Moy. lib. 1. c. 75.

¶ Eſſe autem ſecundum quòd dicitur res eſſe in actu, inuenitur ad diuerſas naturas, vel quidditates diuerſimode ſe habere, quædam enim natura eſt, de cuius intellectu ᵈ non eſt ſuum eſſe, quod patet ex hoc, quòd intelligi poteſt, cum hoc, ꝙ ignoretur, an ſit, ſicut phenicem, vel eclipſim, vel aliquid hmōi, alia aũt natura inuenitur de cuius rōne eſt ipſum ſuũ eſſe, imo ipm eſſe eſt ſua natura, eſſe aũt qđ hmōi eſt, nō habet eſſe acq̄ſitũ ab alio,

D. 567.



alio, quia illud quod res ex ſua quidditate habet, ex ſe habet: ſed omne quod eſt præter Deum, habet eſſe acquiſitum ab alio. ergo in ſolo Deo ſuum eſſe, eſt ſua quidditas vel natura. In omnibus autem alijs eſſe eſt præter quidditatem, cui eſſe acquirit̃: ſed cum quidditas quæ ſequit̃ cōpoſitionem dependeat ex partibus, oportet ꝙ ipſa non ſit ſubſiſtens in eſſe quod ſibi acq̄ritur: ſed ipſum compoſitum quod ſuppoſitum dicitur, & ideo quidditas ᵈ cōpoſiti nō eſt ipſum quod eſt, ſed eſt hoc quo aliquid eſt, vt humanitate eſt homo: ſed quidditas ſimplex, cum non fundetur in aliquibus partibus, ſubſiſtit in eſſe quod ſibi a Deo acquiritur, & ideo ipſa quidditas angeli, eſt quo ſubſiſtit etiam ipſum ſuũ eſſe, quod eſt præter ſuam quidditatem, & eſt id quo eſt: ſicut motus eſt id quo aliquid denominatur moueri, & ſic angelus compoſitus eſt ex eſſe & quod eſt, vel ex quo eſt & quod eſt, & propter hoc in lib. de cauſis dicitur, ꝙ intelligentia non eſt eſſe tantum, ſicut cauſa prima: ſed eſt in ea, eſſe & forma quæ eſt quidditas ſua, & quia oē quod nō habet aliquid ex ſe, ſed recipit illud ab alio, eſt poſſibile, vel in potentia reſpectu eius, ideo ipſa quidditas eſt ſicut potentia, & ſuũ eſſe acquiſitum eſt ſicut actus, & ita per conſequens eſt ibi cōpoſitio ex actu & potētia, & ſi iſta potētia vocet̃ materia, erit cōpoſit⁹ ex materia & forma, q̄uis hoc ſit oīno ęquiuocũ dcm̃. ſapientis. n. eſt non curare de nominibus.

D. 1147.

Li. de cauſis propo. 9.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum eſt, ꝙ de ratione ſubſtãtiæ eſt, ꝙ ſubſiſtit quaſi per ſe ens, & ideo forma & materia q̄ ſunt pars compoſiti, cum nō ſubſiſtãt, non ſunt in prædicamēto ᵈ ſubſtantiæ ſicut ſpecies, ſed ſolum ſicut principia: ꝙ autem hoc ſubſiſtens habeat quidditatem compoſitam nō eſt de rōne ſubſtantiæ, vnde non oportet illud quod eſt in prædicamento ſubſtātiæ, habere quidditatē cōpoſitam, ſed oportet ꝙ habeat cōpoſitionē quidditatis & eſſe: omne. n. quod eſt in genere ſua quidditas non ᵈ eſt ſuum eſſe. vt Auicē. dicit. Et iō non poteſt Deus in prædicamento ſubſtantiæ poni. vnde Boe. intēdit dicere, ꝙ inter tria hæc. ſ. materiã, & formã, & compoſitũ, ex his ſolũ cōpoſitũ eſt in gñe ſubſtãtiæ, ſicut ſpēs, nō aũt intēdit ꝙ oē quod eſt in gñe ſubſtãtiæ, ſit compoſitum ex materia & forma.

D. 673.

D. 675. Auic. in Meta. ſua tracta. 8. cap. 4. & 5.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ aliqua ſunt vnius gñis logice loquendo, quæ naturaliter non ſunt vnius gñis, ſicut illa q̄ communicant in intentione gñis, quam logicus inſpicit & habent diuerſum modum eſſendi. vnde in 10. Meta. Dicitur ꝙ de corruptibilibus & incorruptibilibus, nihil commune dicitur: niſi communitate nominis, & ideo non oportet angelos cũ corporalibus eadem principia cōicare, niſi ſꝫm intentionē tm̃, ꝓut in oib⁹ inuenit̃ potētia & act⁹, analogice tñ, vt in 11. Meta. dicitur.

Tex. 26.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ ſicut dicit Cōmē. in 3. de Anima, recipere & omnia hmōi, dñr æquiuoce de materia & intellectu, materia. n. prima recipit formã, nō prout eſt forma ſimpl̃r: ſed ꝓut eſt hoc. vnde ꝑ materiam indiuiduat̃: ſed intellectus recipit formã inquãtũ eſt forma ſimpl̃r, nō indiuiduãs eã, quia forma in intellectu habet eſſe vl̃e. vñ ēt & Philoſophus ibidē dicit, ꝙ intelligere, pati quoddã eſt: ſed cōiter & æquoce dcm̃. vñ ex hoc nō ponit̃ cōpoſitio vel materialitas ſubſtãtiæ itellectualis.

12. text. 26. cō. 5. & com. 14.

Tex. 14.

¶ Ad quartum iam patet reſponſio per ea quæ dicta ſunt: oſtenſum eſt enim: quòd in angelo eſt potentia & actus, non tamē, ſicut partes quidditatis, ſed potentia tenet ſe ex parte quidditatis, & eſſe eſt actus eius.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ obiectio procedit ex falſo intellectu literæ, non enim eſt ſenſus, ꝙ ens creatum componatur ex finito & infinito, ſicut ex partibus integralibus: ſed ſicut ex partibus ſubiectiuis, quia entis creati quoddam eſt finitum ſicut incorruptibile, & quoddam infinitum ſicut corruptibile, quod non eſt determinatum ad eſſe tantum, ſed quandoque eſt, & quandoque non eſt. vnde in quodam commento. lib. de cauſis exponit̃ infinitũ. i. potēs eſſe vel non eſſe. Vel dicēdũ, ꝙ cōponit̃ ex infinito. ſ. ex potētia, & finito. ſ. ex actu.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ forma omnino ſimplex quæ eſt ſuũ eſſe, ſicut eſſentia diuina de qua Boe. ibi loquitur nullo modo poteſt eſſe ſubiectum: ſed forma ſimpl̃r ſubſiſtens q̄ nō eſt ſuũ eſſe, rōne poſſibilitatis quã habet, pōt ſubiectũ eſſe: ſed æquiuoce a mō, quo materia vel materiale ſubiectũ dr̃, vt dictum eſt.

ARTICVLVS II.

### b *Vtrum in angelis poſſit eſſe perſonalitas.*

Quod 2. 4.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in angelis non poſſit eſſe perſonalitas. Indiuiduatio. n. eſt de rōne perſonę, quia perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: principium autem indiuiduationis eſt materia. cum ergo angelus materia careat, vt dictum eſt, videtur quòd ab eo ꝑſonalitas excludatur.

¶ 2 Præt. Omnis forma quãtum eſt de ſe, communicabilis eſt, & vniuerſalis: ſed angelus eſt forma ſimplex. ergo videtur ꝙ ſit vniuerſale: ſed vniuerſalia non dicimus perſonas, vt di. Boet. ergo videt̃ ꝙ angelus non ſit perſona.

Lib. de duabus naturis poſt princi.

¶ 3 Præt. Perfectio debet perfectibili ꝓportionari: ſed forma intelligibilis quæ eſt perfectio intellect⁹, non habet rationem ſingularis: ſed magis vniuerſalis. ergo nec intellectus: ſed angeli ſunt diuini intellectus & diuinæ mētes. vt dicit Dio. ergo non ſunt perſonæ.

Cęle. Hier. c. 4. & 12. & pluries.

¶ 4 Præt. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: ſed a Dio. ponit̃ angelus in ordine intelligibilium, quæ ſupra rationabilia conſiſtunt. ergo vr̃ ꝙ angelus non ſit perſona.

De diui. no. c. 5. & aliunde.

SED CONTRA. Perſona ſecundum magiſtros eſt hypoſtaſis proprietate diſtincta ad dignitatem pertinente: ſed angelus cum ſit quid ſubſiſtens, dicitur hypoſtaſis & eius proprietates ſunt nobiliſſimæ. ergo videtur quòd ſit perſona.

¶ 2 Præt. Hoc idē habetur ex litera & ex dictis Ricar. de ſancto Vic. qui ſecundum diuerſas proprietates, diuerſimode perſonã ponit in homine, angelo, & Deo.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ perſonalitas eſt in angelo, alio tñ mō q̄ in homine, quod patet: ſi tria quæ ſunt de ratione perſonæ cōſiderent̃. ſ. ſubſiſtere, rōcinari, & indiuiduũ eē: ſubſiſtit. n. hō in partibus ſuis ex quibus componit̃: ſed angelus in natura ſua ſimplici nullo indigens partium vel materiæ fundamento. Rōcinatur hō diſcurrēdo & inquirendo lumine intellectuali per cōtinuum & tēpus obumbrato, ex hoc ꝙ cognitionem a ſenſu & imagine accipit, quia ſꝫm Iſaac in lib. de defi. rō oritur in vmbra intelligentiæ: ſed angelus lumē intellectuale purũ & impermiſtũ participat. vnde ēt ſine inquiſitione difformiter intelligit ſꝫm Dio. Sil̃r incōicabilitas eſt ī hoīe ex hoc, ꝙ natura ſua receptibilis in materiæ fundamento, per materiã determinat̃, ſed in angelo in ſe determinata eſt ex hoc, ꝙ in aliquo ſicut forma determinabilis recipi nō pōt, & ex hoc ipſo ſatis cōicabilis eſt, & non per determinationē recipientis, ſicut & diuinum eſſe eſt propriũ & determinatum, nō per additionē alicuius contrahentis, ſed per negationem omnis adhibiti. vnde dr̃ in li. de cauſis, ꝙ īdiuiduatio ſua eſt bonitas pura, quare patet ꝙ multo nobilior eſt ꝑſonalitas in angelo, q̄ in homine, ſicut & cetera quæ eis conueniunt ſecundum Dio.

Vt ſupra.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ forma participabilis non indiuiduatur: niſi per materiam in qua accipit eſſe determinatum: ſed forma quæ non eſt receptibilis, non indiget materia determinante: ſed in ſua natura determinatur ad eſſe, quod ſibi non ad materiam dependens acquiritur, ſicut formis corruptibilibus, nec in materia, & ſi non ad materiam dependens ſicut aīæ rōnali, & per hoc ēt patet rñſio ad ſecundũ, q̄a forma ᵈ rōnē vniuerſalitatis habet ex hoc, ꝙ in pluribus eſt receptibilis.

D. 634.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ forma quæ eſt recepta in intellectu: poteſt dupl̃r conſiderari: vel ꝑ comparationē ad rē cuius eſt ſimilitudo, & ſic habet vniuerſalitatē: non. n. eſt ſimilitudo hoīs ſꝫm conditiones indiuiduantes: ſed ſꝫm naturam cōem, vel per cōparationem ad intellectũ, in quo habet eſſe, & ſic eſt quid indiuiduatum, quemadmodum intellectus & alia numero ſpecies intellecta hoīs eſt in intellectu Sortis, & alia in intellectu Pla. vñ non oportet intellectũ nō eſſe quid determinatũ & ſubſiſtēs.

¶ Ad quartum dicendum, quòd rationale ſꝫm Dio. eſt in angelis & in Deo eminenter, ſecundum quem modum ipſe intellectus diuinus & angelicus ratio nominatur.

ARTICVLVS III.

### c *Vtrum in angelis poſſit eſſe numerus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in angelis non poſſit eſſe numerus. numerus enim quantitas eſt: ſed quantitatis ſubiectum eſt materia. cum ergo in angelis non ſit materia, vt dictum eſt, videtur ꝙ nec numerus.

1. q. 50. 3. cōtra gen. 2. c. 92. opuſc. 15. cap. 2. 3. & 4.

¶ 2 Præt. Secũdum Philoſophos. in his quæ ſunt ſine materia, non poteſt eſſe numerus niſi ſecundum cauſam & cauſatum: ſed vnus angelus nō eſt cauſa alterius. ergo ſi ſunt ſine materia, nullus numerus in eis eſſe poteſt.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid eſt propinquiuus vni ſimplici, tanto minus diuiditur, Sed inter omnes creaturas natura angelica Deo eſt propinquior ſecundum Augu. qui dicit in lib. confeſ. Duo feciſti domine, vnum prope te, ſcilicet angelum, alterum prope nihil, ſcilicet materiam. ergo videtur quòd vel nõ ſit in eis numerus aliquis, vel ſit pauciſſimus.

Aug. li. 12. confeſ. cap. 3. fin.

*An omnes fuerunt æquales angeli in tribus, ſcilicet in eſſentia, in ſapientia, in liberta te arbitrij.*

HIc conſiderandum eſt, vtrum in ſubſtãtia ſpirituali & ſapiẽtia rõnali. i, intellectu & libertate arbitrij quæ omnibus inerãt, omnes æquales fuerint. Vt ſit prima conſideratio de ſubſtantia, ſecunda de forma, tertia de poteſtate. Perſona quippe ſubſtãtia eſt, ſapiẽtia forma, arbitrium ptãs, & ad ſubſtãtiam quidem pertinet naturæ ſubtilitas, ad formam vero intelligentiæ perſpicacitas, & ad poteſtatem voluntatis rationalis habilitas.

¶ 4 Præt. Cũ partes vniuerſi ſint ordinatæ adinuicẽ iuuantes ſe mutuo, illud ex quo non prouenit vtilitas in partibus vniuerſi, videtur eſſe fruſtra vel vanum, & ſic omnino non eſſe; ſed ſpiritualis ſubſtantia nõ iuuat ad corporalem: niſi mouendo ipſam. ergo videtur quòd non ſunt plures ſubſtantiæ ſeparatæ, niſi quibus expletur motus corporalis creaturæ. Et ita videtur quòd numerus angelorum ſit accipiendus ſecundum numerum motuum cęli, vel etiam ipſorum mobiliũ. ergo vr̃ ꝙ numerus angelorum determinatus poſſit eſſe nobis.

Ex 14. c. Cęle. Hier.

¶ 5 Præt, De angelis ſecundum Dio. nihil ſcire poſſumus, niſi ea quæ nobis in ſacra ſcriptura traduntur: ſed Danielis 7. dicitur. Millia millium miniſtrabant ei &c. ergo videtur quòd numerus eorum ſit nobis determinatus.

Supra Matthæ, ca. 18,

SED CONTRA, Hiero. dicit, quòd vnaqueque anima habet angelum bonum ad cuſtodiam, & malum ad exercitium ſibi deputatum; ſed numerus hominum in mundo ſimul viuẽtium eſt nobis indeterminatus. Ergo & numerus angelorum cuſtodum, qui ſunt vnius ordinis, & multo fortius numerus omnium angelorum.

¶ Præt, Iob. 25. dicitur. Nunquid eſt numerus militum eius, milites autem eius ſunt angeli, vt habetur Lucę 2. Facta eſt cum angelo &c. ergo videtur quòd numerus eorum non ſit nobis determinatus,

RESPONDEO Dicendum, quòd ratio humana deficit a cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ tamen ſunt notiſſima naturæ, ad quæ intellectus noſter ſe habet, ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, vt dicitur in 2. Metaphy. & ideo dicitur in 11. de animalibus, quòd de eis valde pauca ſcire poſſumus per rationem, quàmuis illud quod de eis eſt ſcitum, eſt valde delectabile & amatũ. Et ideo philoſophi de illis nihil quaſi demonſtratiue, & pauca probabiliter dixerunt. Et hoc oſtendit eorum diuerſitas, in ponendo numerum angelorum. Quidam, enim poſuerunt numerum ſubſtãtiarum ſeparatarum ſecundum numerum motuum cæli, ſicut Ariſt. in 11. Meta. Quidam, ſecundum numerum ſphærarum, vt Auicen. in ſua Meta. Quidam autem, negauerunt omnino aliquid eſſe incorporeũ, ſicut Empedocles & Democritus & Saducæi iudæorum. Quidã etiam, poſuerunt vnum tantum eſſe angelum, qui diuerſa ſortitur vocabula ſecũdum diuerſos actus, ſicut quidam hæretici. Quidam vero, poſuit angelos non indeterminato numero nobis: ſed tantum per angelos ſignificari dicitur ſcripturis omnẽ virtutem, vel corporalem, vel ſpiritualem per quam Deus ordinem ſuæ prouidentiæ explet quaſi diuinæ voluntatis nũtiũ, adeo ꝙ vim concupiſcibilem nominant angelum concupiſcentiæ, ſed ſubſtantias ſeparatas dicunt eſſe ſecundum numerum quem philoſophi poſuerunt, & iſte eſt Rabi moyſes. Fides autem catholica tenet numerum ſubſtantiarum ſeparatarũ, quas angelos dicimus eſſe numerum Deo finitum: ſed nobis infinitum. Vnde Greg. dicit in glo. Danielis 7. ꝙ excedit omnẽ materialem multitudinem, vt Dio. dicit 14. cap. cęl. hierar. & hoc ſatis eſt probabile. Videmus enim illa corpora, quæ nobilius diuinã bonitatẽ participant. ſ. cæleſtia excedere quaſi ſine proportione corpora generabilia & corruptibilia. Et hoc eſt, quia productionis creaturarum cauſa eſt diuina bonitas quã rebus communicare voluit. vnde videtur quòd naturas ſpirituales, in qbus maxime ſua bonitas relucet, creauit in numero quaſi improportionabiliter excreſcente numerum naturarum corporalium. Qualiter autem diſtinguantur adinuicẽ, accipere poſſumus ex verbis Commen. in 3. de Anima, vbi dicit ꝙ ſi natura intellectus poſſibilis eſſet nobis ignota, non poſſemus aſſignare numerum ſubſtantiarum ſeparatarum. Vnde dico, ꝙ ſ̃m gradum poſſibilitatis permiſtæ in natura angelica eſt eorum diſtinctio. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ ipſa natura vel quidditas angeli eſt poſſibilis, reſpectu eſſe quod a Deo habet. Inuenitur enim natura cui poſſibilitas admiſcetur plus & plus diſtans ab actu, ſecundum quòd recedit a ſimilitudine diuinæ naturæ, quæ eſt actus tantum. Illa ergo quidditas eſt actus completus præter quam non eſt ſuum eſſe, ſcilicet natura diuina, quidditas ſimplex & illa quæ eſt propinquior per ſimilitudinem ad diuinum eſſe, minus habet de potentia & plus de actu, & eſt Deo vicinior & perfectior. Et ſic deinceps quouſque veniatur ad illam, naturam quæ eſt in vltimo gradu poſſibilitatis in ſubſtantijs ſpiritualibus, adeo quòd non acquiritur ſibi eſſe: niſi in altero, quàmuis eſſe ſuum ad illud non dependeat ſcilicet intellectus humanus, qui ſecundum Commen. eſt vltimus in ordine naturarũ intellectualium, ſicut materia prima in ordine corporalium.

Text. 1.

In 12. ca. 8. tract. 9. c. 2. & 3. longa digreſſione diſputat.

In lib. 2. duc. Cap. 12. In glo. eadem poſt finem,

Elicit ex cõ. 5. & 6.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut in primo lib. dictum eſt. vnum dicitur dupliciter ſecundũ quòd conuertitur cum ente, quod non determinatur ad aliquod genus, & ſimiliter nec multitudo ſequens ad tale vnum, & talis multitudo ponitur in angelis, quæ non ſequitur diuiſionem quantitatis, val materiæ, ſed diſtinctionem naturarũ. Alio modo dicitur vnum quod eſt principium numeri, qui eſt diſcreta quantitas creatus ex diuiſione materiæ, vel continui. Et talis non eſt niſi in materialibus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd etiam ſecundũ philoſophos qui diſtinguunt numerum ſubſtantiarum ſeparatarum per cauſam & cauſatum, cauſa & cauſatum non ſunt per ſe diſtinguentia: ſed ſecundum eos conſequuntur ad principia diſtinctionis, cum enim diſtinctio ſit per ſe loquendo per hoc quod eſt maior vel minor compoſitio, & ſecundum diſtantiam potentiæ, & actus ſecundum eos ſequitur quòd illud quod eſt plus in actu ſit cauſa eius quod eſt minus, ſecundum quem modum dicunt multitudinem ab vno primo ſimplici proceſſiſſe, quem tamen modum dicit Commen. in 11. Meta. inſufficienter probatum, & concedit ab vno primo ſimplici immediate potuiſſe plura procedere, ita & nos concedimus omnes naturas intellectuales immediate a Deo proceſſiſſe diſtinctas, ſecũdum ordinẽ ſapientiæ diſponẽtis diuerſos gradus naturarũ ſpũaliũ. Et iõ remoto quod infidelitatis eſt, ſcilicet ordine cauſalitatis ab angelis, & retento quod fidei, conſonat ſcilicet gradu ſimplicitatis, hẽbimus eũdẽ modũ diſtinctionis quẽ ipſi habuerunt.

Qui eſt 12. lib. Ariſ. cõ. 38. in fine.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ex ratione illa probatur ſimplicitas angelice naturæ, & præcipue illius quæ in ea ſuprema eſt: ſed pluralitas gradus ab ea non tollitur.

¶ Præt. Non eſt loquendum de angelis ſicut de diuina natura, ſpecialiter cum plures angeli non tantum numero: ſed ſpecie differant, vt dicetur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ angeli non ſunt facti propter motum corporalium, quia nihil ſit pp vilius ſe. vnde ſi ſunt aliquę ſubſtantiæ non mouentes, nõ ſequitur ꝙ ſint ſuperfluæ, nihilo minus tñ dicendum ꝙ ex omnibus ſubſtantiis illis ꝓuenit aliqua vtilitas per iuuamentum in rebus corporalibus, quia inferiores angeli in motu ſphærarũ Deo miniſtrant, ſicut a qbuſdam dicitur, & probabile vr̃, cum Greg. dicat corporalem creaturam per ſpiritualem adminiſtrari. Illuminatio autem inferiorum angelorum eſt a Deo ꝑ proximos & medios, vt dicit Dio. & ita oẽs influẽtiã hñt ſuꝑ motũ corporaliũ, vel ad minus quãtum ad cuſtodiã hoĩum, quæ pertinet ad vltimum ordinem.

Cęle. Hier. Ad ſi. 13. capitis.

Vt ſupra.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ verba iſta aliter a Greg. & Dio. exponunt. Et quãtũ ad aliqd eodẽ mõ: In hoc. n. conueniunt ꝙ angelorum numerus nõ eſt determinatus nobis: ſed in hoc differũt, quia Dio. vult, ꝙ cũ dicitur millia milliũ, vnũ mille multiplicat aliud, ac ſi diceret mileſies mille, & ſic æqualis numerus importat, cum dr̃ millia millium primo, & decies centena millia ſecundo, quod habet vna litera. Tñ. n. eſt decies centũ millia, quantũ millies millia. Et ſ̃m hoc datur intelligi quaſi æqualis numerus miniſtrantium & aſſiſtentium. Vel ſ̃m aliã literã quæ habet, Millia milliũ miniſtrabant ei, & decies millies centena millia &c. Datur intelligi ꝙ numerus aſſiſtentiũ excedit numerũ miniſtrãtiũ pp ſuam nobilitatẽ, quod conſonat ei, qđ ſupra dictum eſt ſ̃m intentionẽ Dio. ꝙ. ſ. nobiliores creaturæ plures ſunt. vñ dicit ꝙ in hoc verbo maximus numerus apud nos nomen ꝓpriũ habẽs. ſ. mille multiplicatur per oẽs maximos numeros. ſ. limites nominatos. ſ. ꝑ ſeipſum, cũ dr̃ millia milliũ. ꝑ denariũ cũ dr̃, decies millies, ꝑ centanariũ cũ dr̃, centena millia, in quo oñditur maxima numeroſitas excedẽs noſtrũ intellectum. Sed Greg. vult ꝙ ſit conſtructio partitiua, cum dr̃, millia millium, quaſi diceret millia de numero milliũ. Vñ vult ꝙ datur intelligi maior numerus miniſtrantium quàm aſſiſtentium, per hoc ꝙ ad adminiſtrantes ponitur numerus non determinatus & ad aſſiſtentes determinatus.

Vt ſupra, 1. ca. 14. prin.

eodem cap.

Vt ſupra.

ARTIC.



ARTICVLVS IIII,

*a. Vtrum vnius ſpeciei ſint plures angeli.*

1, q. 50, 4. ſpiritua. 8. contra gen, 2. c. 93. 2. d. q. 5.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſint plures angeli vnius ſpeciei, Sicut enim angelus eſt ſubſtãtia ſimplex: ita & anima: ſed omnes animæ rõnales ſunt vnius ſpeciei. ergo & omnes angeli.

¶ 2 Præt. Perfectio vna ſecundum ſpeciem eſt eorum quæ in ſpecie conueniũt: ſed oẽs angeli ſunt perfectibiles vna ꝑfectione ſecundum ſpeciem quæ eſt gratia, vel gloria. ergo videtur quòd ſint vnius ſpeciei.

*Hic dicit, quòd differentes fuerunt in illis.*

d

ILlæ igitur eſſentiæ rationales, quæ perſonæ erant, & ſpiritus erãt, naturaque ſimplices, ac vita immortales, differentem eſſentię tenuitatem, & differentem ſapiẽtię perſpicacitatẽ, atq; differentẽ arbitrii libertatẽ & habilitatẽ recte habuiſſe ĩtelligunt̃, ſicut in corporibus nõnulla differentia eſt ſecundum eſſentiã ac formam & pondus. Quędã enim aliis meliorem & digniorem eſſentiam & formam habent, & alia aliis leuiora atque

¶ 3 Præt. Diuinæ bonitatis vt dictum eſt, proprium eſt nobiliora in entibus magis multiplicare, vt bonitas ſua magis diffundatur: ſed in vilibus creaturis inuenitur magna multitudo participantium vnam ſpeciem. ergo videtur, quòd multo fortius hoc ſit in angelis.

¶ 4 Præt. Secundum Boe. Nullius rei ſine conſortio poteſt eſſe iucunda poſſeſſio. Sed in angelis eſt maxima iucunditas, cum delectatio ſit de ratione fęlicitatis ſecundum Philoſophum in primo Ethi. ergo videtur quòd in angelis ſit multorum conſortium in vna ſpecie.

2, de cõſol. proſa 4. in med. ex 8. cap,

SED CONTRA. Multiplicatio indiuiduorum vnius ſpeciei, non eſt: niſi ad conſeruandum ſpeciei perpetuitatem, quæ in vno ſaluari non poteſt. unde in corporibus incorruptibilibus non eſt niſi vnum indiuiduum vnius ſpeciei vt ſol & luna: ſed angelus eſt ſubſtantia incorruptibilis. ergo non ſunt plures angeli vnius ſpeciei.

¶ 2 Præt. Angelus eſt perfectior quolibet corpore, ſed aliquod corpus ad tantam perfectionem peruenit, vt nihil ſuæ naturę ſit extra ipſum, vt patet in his quæ conſtant ex tota materia ſuæ ſpeciei, vt patet in cęlo, vt dicitur in primo cæli & mundi. ergo videtur quòd multo fortius extra vnum angelum, nõ ſit aliquid ſuæ ſpeciei.

tex. 92. vſq; 98.

RESPONDEO Dicendum, quòd circa hoc ſunt tres opin. Quidam enim dixerunt, quòd omnes angeli ſunt vnius ſpeciei, adeo quòd etiam angelus & anima differunt ſpecie. Alii vero dicunt, quòd angelus & anima differunt ſpecie & angeli vnius ordinis ab angelis alterius ordinis. Sed omnes qui ſunt vnius ordinis ſunt vnius ſpeciei. Alii vero dicunt, quòd nullus angelus eſt vnius ſpeciei cum alio. Et hæc opi. concordat cum dictis philoſophorum, & etiam Dionyſij, qui ponit in 10. cap. cęleſt. Hierar. in eodem ordine eſſe, primos, medios, & vltimos. Et huic neceſſarium eſt conſentire, tum ex immaterialitate, tum etiam ex incorporeitate. Si enim immateriales ponuntur cum nulla forma, vel natura multiplicet numerum niſi in diuerſitate materiæ, oportet quòd forma ſimplex & immaterialis, non recepta in aliqua materia ſit vna tãtum, vnde quicquid eſt extra eam eſt alterius naturæ, eo quòd diſtet ab eo ſecundum formam, non ſecundum materiale principiũ, quod ibi nullum eſt. Talis autem diuerſitas, cauſat differentiã in ſpecie. Vnde oportet, quoſlibet duos angelos acceptos differre ſecundum ſpeciem. Hoc etiam de neceſſitate ſequitur, ſi ex materia componantur, dummodo non ponantur corporea: quod ſic patet. Quoruncunque materia ſecundum eſſe differre ponitur, oportet ſi iſta materia eſt eiuſdem ordinis in vtroq;, ſicut materia generabilium & corruptibilium eſt vna, quòd diuerſæ formæ, ſecundum quas diuerſum eſſe accipit, recipiãtur in diuerſis partibus materiæ. Non enim vna pars materiæ, diuerſas formas oppoſitas & diſparatas ſimul recipere poteſt. Sed impoſſibile eſt in materia intelligere diuerſas partes, niſi præintelligatur in materia quantitas dimenſiua ad minus interminata, per quam diuidatur, vt dicit Commen. in libro de ſubſtantia orbis, & in primo Phyſico. quia ſeparata quantitate a ſubſtantia, remanet indiuiſibilis, ut in primo Phyſico. Philo. dicit. Sed nulla forma recipitur in materia ſub quantitate intellecta niſi forma corporalis. Ergo impoſſibile eſt duos angelos communicare in materia vel in potentia vnius ordinis. Sed omnis forma vel natura quæ recipitur in diuerſis gradibus potentiarum, recipitur ſecundum prius & poſterius ſecundum eſſe. Impoſſibile eſt autem naturam ſpeciei cõmunicari ab indiuiduis per prius & poſterius, nec ſecundum eſſe nec ſecundum intentionem, quàmuis hoc ſit poſſibile in natura generis, vt dicitur in 7. Metaphyſi. ergo impoſſibile eſt duos angelos ſi ſunt incorporei eſſe vnius ſpeciei.

In princip.

Cap. 1. põt prin.

T. 35. & 36. Tomo 1. in lib. 7. mortalitate Animæ, cap. vlt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis anima ſit forma ſimplex ſicut & angelus, tamen anima non recipit eſſe a Deo, niſi in corpore. Quia ſecundum Auguſtin. & infundendo creatur & creãdo infunditur. Vnde ex corpore recipit eſſe indiuiduatum, quod quia non dependet ex corpore, remanet indiuiduatio, etiam deſtructo corpore. Ideo Auguſtin. dicit, quòd impoſſibilis eſt poſitio illorum hæreticorum, qui dicunt plures animas ante corpus creatas fuiſſe, ſic autem non eſt in angelo. Et ideo non eſt ratio ſimilis,

In 7. gen. ad lit. pluries, a c. 3. vſque ad 13. & ad Renatũ li. 1. de origine Animæ,

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hoc tenet in perfectionibus quæ ſunt de natura rei, non autem in perfectionibus ſuperadditis quæ non ſequuntur ex principijs naturæ, quales ſunt gratia & gloria. Poſſunt etiam in corporibus diuerſa ſecundum ſpeciem vnum ſpecie colorem habere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd perfectio vniuerſi eſſentialis non attenditur in indiuiduis, quorum multiplicacio ordinatur ad perfectionem ſpeciei, ſed in ſpeciebus per ſe. vnde magis apparet diuina bonitas in hoc quòd ſunt multi angeli diuerſarum ſpecierum, quàm ſi ſint vnius ſpeciei tantum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd delectatio ſecundum Philoſophum in Ethicis, ſequitur operationem perfectam. Et ideo ad iucunditatem, conſortium exigitur in illa natura, in qua non poteſt eſſe in vno perfecta operatio ſine alterius adiutorio, vt in hominibus in quibus vnus per ſeipſum non ſufficit ad operationem ſuæ ſpeciei, quod non poteſt in angelis poni, & ideo huiuſmodi obiectio eſt vana. Non tamen negamus quin vnus angelus alio iuuetur, cum inferiores per ſuperiores illuminentur. Et in hac ſocietate eſt iucunditas ciuium cęleſtis curiæ. Sed ad hoc non exigitur vnitas ſpeciei: ſed conformitas gratiæ.

10. lib. ca. 8.

ARTICVLVS. V.

*Vtrum angeli ſint unius generis.*

e

AD QVINTVM proceditur ſic. Videtur, quòd angeli non reducantur in vnum genus. Quæcunque enim ſunt vnius generis communicant in vna potentia generis, vt dicitur in 10. Metaphyſico. ſed angeli non communicant in vna potentia generis, quia immateriales ſunt. Ergo videtur quòd non ſint vnius generis.

¶ 2 Præt. Quæcunque exeunt ab aliquo communi per diuiſionem, exeunt ab illo & prius erant in illo in potentia. Sed angelus non exit de potentia in actum, niſi ſumatur potentia agentis, alias eſſet generabilis & corruptibilis, nec iterum eſt ponere aliquod vnum ſecundum rem in plures angelos diuiſum, hoc enim non poſſet eſſe, niſi illud vnum eſſet quantum. ergo non inueniuntur plures angeli vnius generis.

¶ 3 Præt. Omne genus vniuoce & æqualiter prædicatur de ſuis ſpeciebus. Sed eſſentialia angelorum quæ conſequũtur naturam communem in ipſis, inueniuntur in angelis ſecundum magis & minus, vt in litera dicitur. ergo videtur quòd non ſint vnius generis.

¶ 4 Præt. Quòd differt ab alio in ſpecie ſi communicat cum eo in genere, oportet eſſe compoſitum ex genere & differentia. Sed compoſitio generis & differentiæ præſupponit compoſitionem formæ, & materiæ, vt videtur quia ſecundum Auicennam differentia ſumitur ex principijs formalibus rei, genus autem ex materialibus. vnde in 5. Metaphyſi. dicuntur eſſe genere vnum, quæ in materia conueniunt.

Ex tract. 5. ſuæ Meta. c. 5. 6. & 7.

Ergo videtur quòd cum angelus non ſit compoſitus ex materia & forma, & vnus differat in ſpecie ab alio angelo, ꝙ non poſſit etiam in genere conuenire. F

Sed contra, Genus ſubſtantiæ eſt tantum genus vnum: ſed quilibet angelus eſt in genere ſubſtantiæ. ergo videtur ꝙ in genere vno conueniant.

¶ Præt. Differentia addita generi conſtituit ſpeciem; ſed in corporeum ſecundũ Porphy.ẽ differẽtia ſubſtãtię. ergo ſubſtãtia incorporea eſt ſpecies ſubſtantiæ. prædicatur autẽ de multis angelis ſpecie differentibus. ergo eſt genus ſubalternũ. Et ita in genere ſubalterno ẽt angeli conueniunt.

Iſa. li. 1. ca. de differentia.

agiliora ſunt. Ad hunc ergo modum credendum eſt illas ſpirituales naturas cõuenientes ſuæ puritati & excellentiæ, & in eſſentia & in forma & in facultate differẽtias accepiſſe in exordio ſuæ cõditionis, quibus alij ſuperiores alij inferiores Dei ſapientia conſtituerẽtur, alijs maiora, aliis minora dona pręſtantis, vt qui tunc per naturalia bona aliis excellebant, ipſi G etiam poſt per munera gratiæ eiſdem præeſſent. Qui enim natura magis ſubtiles, & ſapiẽtia amplius perſpicaces creati ſunt, hi etiam maioribus gratię muneribus præditi ſunt, & dignitate excellentiores aliis conſtituti. Qui vero natura minus ſubtiles, & ſapientia minus perſpicaces conditi ſunt, minora gratiæ dona habuerũt, inferioreſque conſtituti ſunt

Vt ſupra pluries.

Respondeo, Dicendum, ꝙ ſecundum Auicennam omne id quod habet eſſe aliud a ſua quidditate, oportet quòd ſit in genere, & ita oportet quòd omnes angeli ponantur in prędicamento ſubſtantiæ. hæc eſt enim ratio ſubſtantiæ prout eſt prædicamentum ſecundum Auic. quòd ſit res quidditatem habens, cui debeatur eſſe per ſe, non in alio, ſcilicet ꝙ ſit aliud a quidditate ipſa, & ideo ex ipſa poſſibilitate quidditatis trahitur ratio generis, ex complemento autem quidditatis trahitur ratio differentiæ, ſecundum quòd appropinquat ad eſſe in actu: ſed hoc differenter contingit in ſubſtantijs compoſitis & ſimplicibus, quia in compoſitis poſſibilitas eſt ex parte materiæ, ſed [d] complementum eſt ex parte formæ, & ideo ex parte materiæ ſumitur genus, & ex parte formæ differentia, non autem ita quòd materia ſit genus, aut forma differentia, cum vtrumque ſit pars & neutrum prædicetur, ſed quia materia eſt materia totius, nõ ſolum formæ, & forma perfectio totius, non ſolum materiæ, ideo totum poteſt aſſignari ex materia, & forma, & ex vtroque. Nomen autem deſignãs totũ ex materia, eſt nomen generis, & nomen deſignans totum ex forma, eſt nomen differentię, & nomen deſignans totum ex vtroque, eſt nomen ſpeciei, & hoc patet ſi conſideretur quomodo corpus eſt genus animati corporis & animatum differẽtia, ſemper enim inuenitur genus ſumptum ab eo quod materiale eſt, & differentia ab eo quod eſt formale, & inde eſt quòd differentia determinat genus ſicut forma materiam. In ſimplicibus autem naturis non ſumitur genus & differentia ab aliquibus partibus, eo quòd complementum in eis & poſſibilitas, nõ fundatur ſuper diuerſas partes quidditatis, ſed ſuper illud ſimplex, quod q̃dẽ habet poſſibilitatẽ ſecundum quòd de ſe non habet eſſe & complementum prout eſt, quædam ſimilitudo diuini eſſe ſecundum hoc, ꝙ appropinquabilis eſt magis & minus ad participandum diuinum eſſe, & ideo quot ſunt gradus complementi, tot ſunt differentiæ ſpecificę.

Vt ſupra c. 5. & trac. 2. c. 1.

D. 507.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non oportet ꝙ cõueniat niſi in vna intentione potentiæ, quæ eſt poſſibilitas recipiendi eſſe a Deo, in quo ſubſiſtãt ſine quãtitate & materia.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum, quia non oportet eſſe vnam numero potentiam quæ diuidatur in omnes angelos, vel in qua prius fuerint in potentia quàm in actu.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ genus prædicatur æqualiter de ſpeciebus quantum ad intentionem, ſed non ſemper quantum ad eſſe, ſicut in figura & numero, vt in 3. Meta. dicitur. ſed hoc in ſpeciebus non contingit, vt ibidem dicitur. vnde ex hoc ſufficienter poſſet probari, ꝙ nõ ſunt vnius ſpeciei, nõ autem ꝙ non ſunt vnius generis, cum conueniant in genere ad quod ſe habent omnes angeli, ſicut diuerſæ ſpecies numerorum ſe habent ad numerum, quarum vna ſm eſſe eſt prior alia.

¶ Ad quartum patet reſponſio per ea quæ dicta ſunt.



ARTICVLVS VI.

*Vtrum angelus & anima differant ſpecie.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur quòd angelus & anima ſpecie non differant. Quæcunque enim conueniunt in vltima differentia conſtitutiua, ſunt eadem ſpecie, quia ipſa eſt quę complet rationem ſpeciei: ſed angelus & anima ſunt huiuſmodi. ergo non differunt ſecundum ſpeciem. probatio minoris. Vltima differentia conſtitutiua ſumitur ab eo ꝙ nobiliſſimum in re eſt, cum ſe habeat ad genus & differentias præcedentes ꝓportionabiliter, ſicut forma ad materiam: ſed angelus & anima conueniunt in eo quod eſt nobiliſſimum in vtroque, ſcilicet in intellectu. ergo conueniunt in vltima differentia conſtitutiua. Si diceres, quòd vltima differentia conſtitutiua angeli eſt intellectuale, quod ab intellectu ſumitur, vltima autem differentia animæ eſt rationale, ſicut etiam Diony. videtur diſtinguere ordinem intellectualium & rationabilium.

1. q. 75. 7. cõtra gen. 2. c. 94. opuſ. 1. c. 25. art. 7.

Cap. 4. cæl. Hier. par. 2.

¶ 2 Contra. ea quæ conueniunt communiter in duobus non diſtinguunt inter ipſa: ſed intellectus non tantum ponitur in angelis, ſed etiam in anima, vt patet in 3. de Anima, ſimiliter, & ratio non tantum animæ, ſed etiam angelo conuenit. H Vnde Grego. in Homi. Epi. Angelum animal rationale vocat, & ſupra Magiſter, creaturã rationalem in angelum & animam diſtinxit. ergo angelus & anima non differunt penes rationale & intellectuale. Si diceres quòd diſtinguitur penes vnibile corpori & non vnibile.

Text. 5. pluries.

¶ 3 Contra. Quicquid conſequitur rem habentem eſſe completum, non diſtinguit eam eſſentialiter a re alia, quia omnia huiuſmodi quæ ſic conſequuntur rem, ſunt de genere accidentium: ſed vnio ad corpus eſt quædam relatio quæ conſequitur animam habentem in ſe eſſe completum ad corpus nõ dependens, alias ſine corpore eſſe non poſſet. ergo quod eſt vnibile corpori, nõ diſtinguit eſſentialiter, vel ſecundum ſpeciem animam ab angelo.

¶ 4 Præt. Differentia ſpecifica non aſſignatur alicui rei niſi ſecundum quòd eſt in genere vt ſpecies, quia differentia eſt qua abundat ſpecies a genere: ſed anima inquantum eſt forma ta- I lis corporis non eſt in genere ſubſtantiæ, vt ſpecies ſed vt principium. cum ergo vnibilitas non conueniat animę, niſi ſecundum quòd eſt forma. videtur quòd eſſe vnibile, non poſſit eſſe diſtinguens ſecundum ſpeciem animam ab angelo.

¶ 5 Præt. Ea quorum eſt vnus finis non differunt ſpecie, cum cuilibet rei proprius finis reſpondeat: ſed idem eſt finis angeli & animæ rationalis, ſcilicet beatitudo æterna, vt ſupra diſtinctione prima Magiſter dicit, quòd etiam haberi ex eo poteſt, quod dicitur Matth. 22. Erunt ſicut angeli Dei in cælo. ergo angelus & anima non differunt ſpecie.

Sed contra. Plus differt anima ab angelo, quàm vnus angelus ab alio: ſed vnus angelus differt ab alio ſecundum ſpeciem, vt dictum eſt. ergo multo fortius anima ab angelo.

¶ 2 Præt. Eidem formæ, vel perfectioni reſpondet idem perfectibile: ſed anima & angelus ſunt quædam formæ prout communiter omnes ſubſtantias a materia ſeparatas formas dicimus, quarum formæ materiales ſunt imagines, vt Boe. in lib. de Tri- K nitate dicit, cum ergo animæ reſpondeat hoc perfectibile, qđ eſt corpus humanum, angelo vero vel nullius vel alterius ſpeciei, vt corpus aereum, ſecundum ꝙ Aug. videtur dicere, vel etiam corpus cæleſte ſecundum opinionem Auic. & quorundã philoſophorum, vñ ꝙ anima & angelus nõ ſunt [d] vnius ſpeciei.

In 1. lib. in fine. 3. cap. in 2. gen. ad li. 4. ca. de intelligentiis.

D. 176.

Respondeo, Dicendum, ꝙ circa hoc ſunt tres opiniones. Quidam enim dicunt, quòd anima [d] non eſt in genere ſubſtantiæ ſicut ſpecies, ſed ſicut principium, cum ſit forma, vnde non proprie dicitur anima ſpecie differre, vel conuenire cum alia ſubſtantia, ſed ꝓprie dicitur ꝙ ſecũdum aĩam cõpoſitũ ab alia, vel cũ alia ſubſtãtia cõuenit ſpecie, vel differt. Sed hoc non videſ eſſe neceſſarium, quia vt Auic. dicit in ſua Metaphyſica ad hoc ꝙ aliq̃d ſit ꝓprie in gñe ſubſtãtiæ, requirit ꝙ ſit res quidditatem habens cui debeatur eſſe abſolutum, vt per ſe eſſe dicatur vel ſubſiſtens, & ideo duobus modis poteſt contingere ꝙ aliquid

D. 633.

Trac. 2. c. 1. & 6. trac. c. 5.



ꝙ aliquid ad ſubſtantię genus pertinens, non ſit in genere ſubſtantiæ ſicut ſpecies, vel quia res illa non habet quidditatem aliam, niſi ſuum eſſe: & propter hoc Deus non eſt in genere ſubſtantiæ ſicut ſpecies, vt ipſe Auic. dicit, vel quia res illa non habet eſſe abſolutum, vt ens per ſe dici poſſit, & propter hoc materia prima, & formæ materiales non ſunt in genere ſubſtantię ſicut ſpecies, ſed ſolum ſicut principia. anima autem rationalis habet eſſe abſolutum, non dependẽs a materia, quod eſt aliud a ſua quidditate, ſicut etiam de angelis dictum eſt: & ideo relinquitur, ꝙ ſit in genere ſubſtantię ſicut ſpecies, & etiam ſicut principium, inquãtum eſt forma huius corporis, & inde venit iſta diſtinctio, quòd formarum, quædã ſunt formæ tm̃, ſicut formæ materiales, quæ non ſunt ſpecies ſubſtantiæ, quædam vero ſunt formæ, & ſubſtantiæ, ſicut animæ rationales. A

Sup. ſ tra. 6 5. c. 6. & 7.

ſapientia Dei, ęquo moderamine cuncta ordinantis.

*Secundum quid conſideranda eſt differentia facultatis arbitrij, quòd nec minor tenuitas naturæ infirmitatem, nec minor cognitio ſapientiæ ignorantiam, nec inferior libertas neceſſitatem inducit.*

In ipſa facultate arbitrii differẽtia animaduertenda eſt, ſecũdum differentẽ naturæ virtutem, & differentem cognitionis, & intelligentię vim. Et ſicut differens vigor, & ſubtilitas naturę infirmitatem non adducit, minorq; cognitio ſapientię ignorantiam non ingerit, ſic libertas inferior nullam arbitrio neceſsitatis voluntatem imponit.

*e Quæ communia, & æqualia habuerunt angeli.*

Et ſicut in prędictis angeli differebant, ita & quędam cõmunia, & æqualia habebant. Quòd ſpi- B ritus erant, ꝙ indiſſolubiles, & immortales erant cõmune omnibus & æquale erat. In ſubtilitate vero eſſentiæ, & intelligẽtia ſapientiæ, & libertate voluntatis differentes erant. Has diſcretiones intelligibiles inuiſibilium naturarum, ille ſolus comprehendere potuit, & ponderare, qui cuncta fecit in pondere, numero, & menſura.

Sap. 11.

¶ Secunda opinio eſt eorum, qui dicunt animam, & angelum vnius ſpeciei eſſe, quod nullo modo poteſt eſſe, ſi ab anima & angelo compoſitio formæ & materiæ remoueatur, vt ſupra de C angelis dictum eſt. Et ideo tertia opinio communior eſt, cui aſſentiendum videtur, ꝙ anima & angelus ſpecie differũt, quibus autem differentijs ſpecificis diſtinguuntur diuerſimode aſſignatur: quidam. n. aſſignant eas ſpecie diſtingui, per hoc, ꝙ eſt vnibile corpori & non vnibile. Alij vero per hoc quod eſt rationale, & intellectuale eſſe.

¶ Tertio, ſecundum hoc quod eſt habere intellectum poſſibilem reſpectu ſuperiorum tantum, quod conuenit angelo, qui a ſuperiori. ſ. Deo vel angelo illuminationem recipit, & ſecundũ hoc quod eſt habere intellectum poſſibilem reſpectu ſuperiorũ & interiorum, quod conuenit animæ humanæ, quæ etiam a ſuperioribus illuminatur, & a phãtaſmatibus cognitionẽ recipit.

¶ Quarto, ſecundum hoc quod eſt habere vertibilitatem immutabilem, quod angelo conuenit, eo quòd immutabiliter adhæreat bono vel malo, ad quod ſe ſemel per electionem conuertit, vel habere mutabilem vertibilitatem, quod homini conuenit, qui de bono in malum conuerti poteſt & econtrario.

¶ Quinto ſm virtutem interpretatiuam, quia ſm Dam̃. angelus interpretatur, vel loquitur quibuſdam nutibus, & ſignis intellectualibus ſine vocis expreſſione, vt infra patebit, homo autem loquitur voce expreſſa. Nec eſt mirum, ꝙ ſic diuerſimode angeli, & animæ differre aſſignantur, quia differentiæ eſſentiales, quæ ignotæ & innominatæ ſunt, ſecundum Philoſophum in 7. Meta. deſignantur differẽtijs accidentalibus, quæ ex eſſentialibus cauſantur: ſicut cauſa deſignatur per ſuum effectum, ſicut calidum & frigidum, aſſignãtur differentiæ ignis & aquæ. Vnde poſſunt plures differentiæ, pro ſpecificis aſſignari, ſecundum plures proprietates rerum differentium ſpecie, ex eſſentialibus differentijs cauſatas, quarum tñ iſtæ melius aſſignãtur, quæ priores ſunt, quaſi eſſentialibus differentijs propinquiores. Cum ergo ſubſtantiarum ſimplicium, vt dictum eſt de angelis, ſit differentia in ſpecie ſm gradum poſſibilitatis in eis, ex hoc anima rationalis ab angelis differt, quia vltimum gradum in ſubſtantijs ſpiritualibus tenet: ſicut materia prima in rebus ſenſibilibus, vt dicit Cõmen. in 3. de anima. Vnde quia plurimum de poſſibilitate habet, eſſe ſuum eſt adeo propinquum rebus materialibus, vt corpus materiale illud poſſit eſſe participare, dum anima corpori vnitur ad vnum eſſe: & ideo conſequuntur iſtæ differentiæ inter animam & angelum, vnibile & non vnibile, ex diuerſo gradu poſſibilitatis.

Li. 2. ortho. fide ex 3. c. in princ.

Ex textib⁹. 35. 36. 37. ſequenti.

Ex cõ. 5. & 6.

¶ Item ex eodem ſequuntur aliæ differentię, rationale & intellectuale, quia ex hoc, ꝙ angelus plus habet de actu q̃ anima, & minus habet de potẽtia, participat quaſi in plena luce naturam intellectualem. Vnde intellectualis dicitur: anima vero quia extremum gradum in intellectualibus tenet, participat naturam intellectualem magis defectiue quaſi obumbrata: & ideo dici-



A tur rationalis, quia ratio, vt dicit Iſaac in lib. de definitionibus, oritur in vmbra intelligentiæ.

¶ Tertia vero diſtinctio ſequitur ex prima & ſecunda: ex hoc enim ꝙ anima corporis forma, & actus eſt, procedunt ab eſſentia eius quædam potentiæ organis affixæ, vt ſenſus & huiuſmodi, ex quibus cognitionem intellectualem accipit, propter hoc, ꝙ rationalis eſt habẽs cognitionem decurrẽtem ab vno in aliud, & ſic a ſenſibilibus, in intelligibilia venit, & per hoc ab angelo differt, qui non a ſenſibilibus diſcurrendo ad intelligibilia, cognitionem accepit.

¶ Quarta autem diſtinctio ſequitur ex ſecunda, quia dicit, ꝙ per hoc, ꝙ angelus intellectum deformem habet, conuertitur ad quodcũque immobiliter, ꝑ quod ab anima dicitur angelus differre, quæ non intellectu deformi: ſed per inquiſitiõem rationis cognitionem habet.

¶ Quinta etiam ſequitur ex prima, quia propter hoc, ꝙ anima corpori vnitur, poteſt vocem corporalem formare, non autem angelus. Vnde patet, ꝙ iſtarum diſtinctionum prima melior eſt, quia accipitur ſecundum eſſe animæ, quod primum eſt. ſecunda autem & tertia, accipiuntur penes virtutem cognoſcitiuam, vel intellectiuam tantum, ſicut ſecunda, vel penes intellectiuam ſimul, & ſenſitiuam ſicut tertia. quarta autem accipitur penes virtutem appetitiuam, quia electio ad appetitum pertinet, vt dicit Philoſophus in Ethicis, per quam anima mutabiliter conuertitur. Vnde cum appetitiua poſterior ſit cognitiua, hęc minus valet quàm pręcedentes.

¶ Quinta accipitur penes virtutem motiuam: formatio autẽ vocis eſt per motum corporalem membrorum, motiua autem poſterior eſt cognitiua & appetitiua: vñ minus valet inter alias.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ differentia non eſt nobilior genere, ſicut natura vna eſt nobilior altera, vel ſicut forma vna nobilior eſt alia, quia differentia nullam formam dicit, quæ implicite in natura generis non cõtineatur, vt dicit Auic. D genus. n. non ſignificat partem eſſentiæ rei, ſed totum: ſed dicitur genere nobilior, ſicut determinatum indeterminato, & per hunc modum habere intellectum, ſic eſt nobilius q̃ habere intellectũ ſimpliciter, & habere ſenſum ſic, q̃ habere ſenſum ſimpliciter: & ideo anima [d] & angelus non conueniunt in eo quod per modum iſtum eſt nobiliſſimum in eis: vnde non oportet, ꝙ conueniant in differentia vltima ſpecifica, & ita ſint idem ſpẽ.

In tract. 5. ſuę Meth. cap. vlti.

D. 207.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in homine eſt intellectus, non tñ propter hoc in ordine intellectualium proprie ponitur, quia illa ſubſtantia intellectualis dicitur, cuius tota cognitio ſm intellectum eſt, quia omnia quæ cognoſcit, ſubito, ſine inquiſitione ſibi offeruntur: non autem ita eſt de cognitione animæ, quia per inquiſitionem, & diſcurſum rationis ad notitiam rei venit, & ideo rationalis dicitur, quia eius cognitio ſm terminum tñ, & ſm principiũ intellectualis eſt: ſm principium, quia prima E principia, ſine inquiſitione ſtatim cognoſcit: vnde habitus principiorum indemonſtrabilium intellectus dicitur: ſecundum terminum vero, quia inquiſitio rationis ad intellectum rei terminatur: & ideo non habet intellectum, vt naturam propriam, ſed per quandam participationem. Ratio autem & de Deo, & de angelis dicitur, tamen alio modo ſumitur, ſecundum ꝙ. ſ. omnis cognitio immaterialis ratio poteſt dici, prout diuiditur ratio contra ſenſum, & non contra intellectum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vnibilitas non eſt propria differentia eſſentialis: ſed eſt quædam deſignatio eſſentialis differentiæ per effectum, vt dictum eſt.

¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad quartum, quia illud quod conuenit animę, inquantum eſt forma, eſt effectus differentiæ eſſentialis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ea quę differunt ſpecie, differunt ſecundum finem proximum, qui eſt permanentia, vel operatio rei, vt

gei, vt in 2. Cæ.& Mun. dicitur: poſſunt tamen conuenire in fine vltimo, & huiuſmodi finis eſt beatitudo. F

¶ Et quatuor quidem angelis &c. Videtur inconuenienter numerare: quia Diony. in 11, cæleſt. Hierarchiæ. Attribuit tria angelis, ſcilicet eſſentiam, virtutem, & operationem. hic autem de operatione non fit mentio.

Vndecimo ca. poſt priĩcipiũ. Qui eſt. 12. lib. i fine, cõ. 38.

¶ Præt. in 11. Meta. dicitur a Commentatore, ꝙ ſubſtantiæ ſeparatæ diuiduntur in voluntatem & intellectum: & ita videtur, quòd duo tantum debeant eſſe attributa.

¶ Præt. liberũ arb. eſt facultas rõnis & voluntatis. ergo videtur, ꝙ nõ debeat diuidi contra tertiũ attributum.

¶ Item quæritur de ratione numeri.

¶ Ad hoc dicẽdum, ꝙ hæc attributa accipiuntur ſecundum hæc tria, ſubſtantia, ſpecies, & virtus quę ſic differunt: res.n. poteſt conſiderari, ſecundum ꝙ eſt principium alterius, & ſic inuenitur in re virtus, & ſecundum hoc attribuitur angelis liberum arbitrium, vel ſecundum qđ eſt in ſe, & hoc dupliciter: vel quantum ad ipſam naturam ſubſiſtentem, vel quantum ad modum perfectionis eius, ſecundum quam ſpeciem ſortitur, & ſic eſt ſpecies. Et tertium attributum quod eſt naturæ rationalitas, ſecundum qđ ratio dicta eſt in angelis eſſe. Si vero quantum ad ipſam naturam ſubſiſtentem, ſic eſt ſubſtantia, & ſecundum hæc duo, ſumuntur ſecundum duplicem acceptionem eius. ſ. prout dicitur quidditas rei, & ſic ſumitur primum attributum. ſ. eſſentiæ ſimplicitas, vel ſecundum qđ dicitur hypoſtaſis, & ſic ſumitur ſecundum, ſcilicet perſonalitas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ operationis principiũ eſt ipſemet angelus: & ideo non numeratur inter collata ſibi a creatione.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ iſta duo ſunt quaſi duæ potentiæ I eius. vnde reducitur ad vltimum attributum, & ad tertium diuerſimode.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in tertio attributo ponitur ratio, & voluntas non ſecundum qđ ſunt potentiæ conſequentes eſſentiam: ſed vt per eas deſignatur ſpecies eſſentiæ, ex qua procedunt, ſicut etiam rationale ponitur differentia hominis: ſed ad quartũ pertinẽt, ſm qđ ſunt potentiæ. Differẽtiæ eſſentiæ &c. Qũo hoc ſit, ex dictis patet, quia quanto quidditas eſt magis propinqua ad eſſe diuinum, tanto minus habet de potentia, & ita eſt maior ſimplicitas, & ita etiam cetera nobiliora erũt inquantum nobilius eſſe recipiunt.

¶ Qui tunc per naturalia &c. Quantum ad illos qui ponunt angelos in gratuitis creatos facile eſt rationem aſſignare, quia ad nihil aliud potuit gratia menſurari, niſi ad capacitatem naturæ. Si aũt ponantur in gratia nõ creati, tunc cum in naturalibus ſimul accipiendus eſt conatus, d ſm qđ naturalia dicimus etiam illa, in quæ per principia naturalia poſſumus, prout naturale contra gratuitum diuiditur: probabile eſt etiam, vt cuius natura eſt dignior, etiam conatus eſſet maior in illud, ad quod natura ordinabatur, cum non eſſet aliquid retardans, ſicut in nobis, corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & ideo quicquid ſit de angelis certum eſt, quòd nobis non infunditur gratia ſecundum menſuram naturalium: ſed magis ſecundum menſuram conatus. K

DIVISIO TEXTVS.

A

HIC MAGISTER inquirit, quales angeli effecti ſunt, ſecundum culpam vel gratiam. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, ꝙ angeli non ſunt facti mali, in principio ſuæ creationis. In ſecunda oſdit, qua pfectione erãt boni. ibi {Hic inqri ſolet &c.} F Prima in duas. In prima ponit quæſtionem. In ſecunda, proſequitur eam, ſecundum diuerſas opiniones. ibi {Putauerũt.n. quidam &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, ponit opinionem dicentium angelos creatos eſſe malos. In ſecunda, ponit contrariam opinionem. ibi {Alijs autem videtur &c.} Et circa hoc tria facit. Primo, ponitur opinio. Secũdo, improbatio primæ opinionis, & cõfirmatio huius, authoritate & ratione: ibi {Ad hoc confirmandum &c.} Tertio, ponitur reſponſio ad authoritates primæ opinionis. ibi {Ideoq; Auguſt. extimans &c.} Primo, exponit authoritas Iob. ſecũdo authoritas euãgelij. ibi {Deinde quãr verba dñi &c.} {Hic inquiri ſolet &c.} Io. 8. Hic oſtẽditur, quam perfectionem habẽt angeli, in principio ſuę creationis, & primo quantum ad cognitionem. Secũdo, In præ. 19. cap. quantum ad dilectionem. ibi {Sed etiam quæri ſolet &c.} Hic tria quæruntur. Primo, vtrum angelus ĩ principio ſuæ creationis malus fuerit. Secundo, de naturali cognitione angelorum. Tertio, de dilectione eorum.

*An boni vel mali, iuſti vel iniuſti, creati ſunt angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapſum.*

A

ILlud quoque inueſtigationem, dignum videtur, quod & a pluribus quęri ſolet, Vtrum boni vel mali, iuſti vel iniuſti creati ſunt G angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem, & lapſum, vel ſine mora in ipſo creationis exordio ceciderunt.

*Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos, & ſine omni mora fuiſſe.*

a

PVtauerunt enim quidã angelos, qui ceciderunt creatos eſſe malos, & non libero arbitrio in H malitiam declinaſſe: ſed in malitia a Deo factos eſſe, nec aliquam fuiſſe moram inter creationem & lapſum: ſed ab initio apoſtataſſe, alios vero creatos fuiſſe plene beatos, qui opinionem ſuam minuunt authoritate Auguſtini ſuper Geneſim ita dicentis. Non fruſtra putari poteſt, ab initio temporis diabolum cecidiſſe, nec cum ſanctis angelis pacatum aliquando vixiſſe & beatum: ſed mox apoſtataſſe, Vnde dñs ait, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, vt intelligamus, quia in veritate non ſtetit ex quo creatus eſt, qui ſtaret ſi ſtare voluiſſet. Idem in eodem. Non fruſtra, inquit, putandum eſt ab ipſo initio tẽporis, vel cõditionis ſuæ diabolũ cecidiſſe, & nunquàm in veritate ſtetiſſe.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angelus in principio ſuæ creationis, potuerit eſſe malus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ angelus in principio ſuæ creationis malus eſſe potuit. dicitur.n. ad Ro. 9. Nunquid non habet poteſtatem figulus, ex eodem luto facere aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam? vaſa quæ in honorem Deus ſicut figulus facit ſunt ſancti, qui præparantur in gloriam: vaſa autem in contumeliam, ſunt peccatores præparati ad pœnam. ergo poteſt Deus quoſdam iuſtos, & quoſdam peccatores creare, & ſic potuit angelus in principio creationis ſuæ malus eſſe. 1.q.63.4. contra gẽt. c.107.

¶ 2 Præt. Eſaiæ 45. Quòd Deus eſt faciens bonum, & creans malum: ſed primum malum inuentum eſt in angelo. ergo videtur, ꝙ a Deo creatus ſit malus.

¶ 3 Præt. Secundum Auguſ. angelus & homo ad minus, ſm animam ſimul creati ſunt: ſed homo factus eſt propter reparationem ruinæ angelicæ, non autem hoc eſſet angelo adhuc non ruente. ergo videtur, quòd angelus in principio creationis ſuæ malus, & ruens fuit. Supra gen. ad literam c.25. & 28.

¶ 4 Præt. In naturis corporalibus videmus, ꝙ ſtatim vt res incipit eſſe, habet operationem ſuam. vnde idem eſt inſtans, ad K quod terminatur generatio ignis, & in quo incipit motus localis eius, ſed voluntas angeli eſt virtuoſior, q̃ natura corporalis. ergo in principio creationis, voluntas in operationem exire potuit, ſed per operationem ſuam, quæ indiuiſibilis eſt & ita in inſtanti compleri potuit, factus eſt malus. ergo bene dicitur, ꝙ in primo inſtanti ſuæ creationis potuit eſſe malus.

¶ 5 Præt. Si prius fuit bonus, & poſtea malus, eſt ſignare vltimum inſtans, in quo fuit bonus vel innocens, & primum in quo fuit malus: aut eſt ergo vnum & idem inſtans, & ſic ſimul eſt bonus & malus. aut aliud & aliud, & ſic cum inter quælibet duo inſtantia, ſit vnum tempus medium in tempore iſto, neq; erit bonus neque malus, quorum vtrũque eſt impoſſibile. ergo angelus non eſt factus ex bono malus: ſed in principio creationis ſuæ, fuit malus.

SED CONTRA. Gẽn. primo dicitur. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: ſed angelum fecerat, ergo in principio ſuę creationis bonus erat.

¶ Pręt. Dicitur, ꝙ inferiores angeli peccauerunt occaſionem ſumentes



ſumentes ex peccato primi: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi primo viderint eum bonum. ergo videtur, quòd aliquãdo fuit bonus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd circa hoc fuit triplex poſitio. Quidam.n. dixerunt, quòd angelus a Deo creatus eſt malus. hoc autem hæreticum eſt & impoſſibile: nullus.n. effectus conſequitur ab agente, niſi ſecundũ conditionem agentis. dictum eſt autem ſupra, ꝙ cauſa creationis rerum eſt, qa Deus bonitatẽ ſuam rebus communicare voluit: vnde impoſſibile eſt, ꝙ ab ipſo fiat aliquid, niſi ſm ꝙ ſuæ bonitatis particeps eſt, & huiuſmodi eſt bonum, & nõ malum. Ideo alij dixerunt, ꝙ angelus in principio ſuę creationis malus fuit, nõ tñ malitiam a Deo habuit: ſed actu propriæ voluntatis.

¶ Hæc autem poſitio vana, & erronea eſt & falſa. Vana, qa non habet fundamẽtum firmum per qđ probetur, cum malitia angeli ex voluntate eius dependeat: & ideo cum voluntas C ſe habeat ad vtrumlibet, ratione inueniri non poteſt. Erronea eſt, quia primæ opinioni nimis vicina eſt, & a magiſtris dãnata. Falſa eſt, quia impoſſibile eſt angelum, in primo inſtanti ſuæ creationis peccaſſe, cuius impoſſibilitatis hic a quibuſdam cauſa aſſignatur, quia duarum operationum ſe conſequentium, nõ poteſt eſſe vnus terminus. operatio autem angeli conſequitur creationem. vnde non poteſt eſſe, ꝙ idem ſit inſtans, in quo primo eſt ens, quod eſt terminus creationis, & in quo primo eſt malus, quod eſt terminus operationis.

†Pluries in 1.&2.c. ſup Gẽn. ad litera alibi.

¶ Sed hæc ratio non videtur cogens, quia cum operatio voluntatis angeli non ſit continua, non oportet, ꝙ vltimum eius differat a principio. principium autem poteſt eſſe ſimul cum termino creationis. vnde & terminus operatiõis poteſt eſſe ſimul cum termino creationis: nec poteſt dici, ꝙ oporteat actum voluntatis ſequi appræhenſionem intellectus, niſi ordine naturæ, quia de eodem poteſt ſimul eſſe cognitio & voluntas: nec iterũ poteſt dici, ꝙ oportet collationem pręcedere de appetendo, qa D intellectus angeli non eſt inquiſitiuus vel collatiuus.

¶ Et ideo aliter dicendum, ꝙ cum voluntas non ſit niſi boni, non poteſt eſſe aliquid volitum, niſi appræhendatur, vt bonum ad appetendum, quod ſi vere eſt bonum, non eſt peccatum in appetitu. ergo oportet, ꝙ ſi eſt peccatum, quòd ſit veriſimiliter bonum, & non vere bonum: ſed ſecundum Auguſtinum in libro contra Academicos, non poteſt aliqs iudicare veriſimile, niſi verum ſit cognitum. ergo oportet vt intellectus veri boni, præcedat intellectum veriſimilis boni: & ita appetitus æſtimati boni, quo malus ſit angelus, non poteſt ſequi primum actũ intellectus, ſm ꝙ conſiderat verum bonum: ſed ſecundum quòd conſiderat veriſimile bonum. vnde cum impoſſibile ſit intellectui creato ſimul plura intelligere, non potuit primo inſtanti creationis appetitus angeli eſſe malus. Lib. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in vaſis contumeliæ, nõ E facit Deus malitiam ſed naturam: ſed ordinat malitiam ad pœnam, & iſte ordo deſignatur, cum dicitur in contumeliam. poteſt.n. deſignari ordo, vel pœne ad culpam, & hic ordo eſt a deo, vel culpæ ad naturam, & hæc coniunctio nõ eſt a Deo: vnde, in propoſito tenetur conſecutiue, non cauſatiue.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ hoc intelligitur de malo pœnę, & non de malo culpæ, & hoc infra plenius agetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam ſuppoſito, quòd homo ſimul cum angelo creatus ſit, non oportet, ꝙ angelo exiſtente malo, creatus ſit homo, quia non eſt principalis finis creationis hominis, reparatio ruinæ angelicæ: ſed quædam vtilitas conſequens, vt ſupra dictum eſt. Et hanc vtilitatem Deus præuidebat, in cuius præſcientia euentus omnium rerum erant. Diſt. 37.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ in inſtanti ſuæ creationis aliquem actum voluntatis habere potuit, non tñ primus potuit eſſe malus: ſicut nec prima cognitio falſa.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſm quoſdam, in eodem inſtanti A angelus fuit primo bonus & poſt malus, & illud inſtans quãuis ſit vnum re: tñ differt ratione, ſm ꝙ eſt finis præteriti, & principium futuri. Sed diuerſa ratio comparationis, non tollit coniunctionem eorum, quæ ſunt in vno inſtanti. vnde ſequeretur, quòd innocentia & malitia eius coniungerentur, quod eſt impoſſibile. Ideo alij dicunt, quòd in toto tempore pręcedẽti fuit bonus: ſed in iſtius temporis vltimo inſtanti eſt malus, & ſicut non eſt aſſignare ĩmediatũ inſtãs ante aliud inſtans: ita nec vltimũ inſtans, in quo fuit bonus: ſed iſta ratio bona eſt, prout inducitur a Philoſopho in 8. Phyſi. Tũc, qñ, nunc, continuat tps quietis & motus, qui ſemper ſe tenet cum paſſione, quæ ineſt ſubiecto mobili tempore quietis, ſiue p̃cedat quies, ſiue ſequatur. Sed ſi poneretur inſtans inter duas quietes, vel inter duas partes motus continui, nõ magis ſe teneret cum vno q̃ cum alio. Tex.c.12. Non autẽ dicimus hic, ꝙ angelus per aliquem motum cõtinuum factus ſit malus: & ideo primum inſtans malitiæ ſuæ, non eſt medium inter quietem & motum, ſed inter duas quietes. vnde ratio iſta non eſt ad propoſitum. Ideo aliter dicendum, ꝙ eſt aſſignare vltimum inſtãs, in quo angelus fuit bonus, & primum in quo fuit malus: nec inter hæc inſtantia fuit tempus medium, quia tempus formaliter eſt numerus, nec ſequitur ipſum continuitas, niſi ex parte motus. vnde cum viciſſitudo affectionum in angelo, per quas eſt bonus & malus, non ſit cõtinua nec ordinata ad aliquem motum continuum numerus earum dicetur tempus, quia ſecundum prius & poſterius ſe habent: ſed non erit continuum. vnde inter eius inſtantia, non neceſſario accipietur tempus medium, ſicut nec inter duas vnitates numerus.

Vnde quidam in hanc malitiã libero arbitrio nõ eſſe flexum, ſed in hac quàmuis a Deo putant eſſe creatum, ſecundum illud beati Iob. Hoc etiam, inquit, initium figmenti Dei, qđ fecit Deus, vt illudatur ei ab angelis eius. Et propheta ait. Draco iſte, quem formauit ad B illudendum ei, tanquàm primo factus ſit malus, & inuidus diabolus non voluntate deprauatus. His, alijsque teſtimoniis vtuntur, qui dicunt angelos, qui ceciderunt creatos fuiſſe malos, & ſine mora corruiſſe. Eos vero, qui perſtiterunt perfectos, & beatos eſſe creatos, aſtruunt authoritate Aug. qui ſuper Geneſim dicit per cęlum ſignificari creaturam ſpiritualem, quę ab exordio quo facta eſt, & perfecta & btã eſt ſemp.

*Aliorum ſententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos eſſe bonos, & aliquam fuiſſe morulam inter creationem & caſum.*

ALijs autem videtur omnes angelos creatos eſſe bonos, & in ipſo creationis primordio bonos extitiſſe, i. ſine vitio, iuſtosque fuiſſe, i. innocentes, ſed non iuſtos, ideſt virtutum exercitium habentes. Nondum enim præditi erant virtutibus, quæ ſtantibus appoſitę fuerunt in confirmatione per gratiam. Aliis

## QVAESTIO II.

B

### Deinde quæritur de cognitione angelorum. Et circa hoc quatuor quęruntur.

Primo. Vtrum angelus cognoſcat per ſpecies.
Secundo. Vtrum in ſuperioribus, ſint ſpẽs magis vniuerſales.
Tertio. Vtrum per ſpecies iſtas, ſingularium cognitionem habere poſſint.
Quarto. Vtrum poſſint, ſimul plura intelligere.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angelus cognoſcat res per ſuam eſſentiam.*

E

AD PRIMVM proceditur ſic. Videtur ꝙ angelus per eſſentiam ſuam res cognoſcat, & non per ſpecies aliquas, quia ſecundum Philoſophum in 3. de anima, anima eſt ſpecies ſpecierum: ſed angelus ſimplicior eſt anima & nobilior. ergo eſſentia angeli eſt ſimilitudo, vel ſpecies rerum: ſed res poteſt in ſimilitudine ſui cognoſci. ergo videtur, quòd angelus intuendo eſſentiam ſuam, res cognoſcat, & non per ſpecies aliquas. 1.q.55.1. de ver. q.8. ar.8. Tex.c.6.

¶ 2 Pręt. Omnis ſpecies, vel eſt cauſa rei, vel a re accepta: ſed ſpecies rerum in intellectu angeli, non poſſunt eſſe cauſatæ a rebus, cum angelus careat potentijs & organis, quibus fit abſtractio a ſenſibilibus: nec iterum ſunt cauſæ rerum, cum angeli non ſint cauſatores. ergo videtur, quòd angeli per ſpecies non cognoſcant.

¶ 3 Præt. Secundum Diony. in 5. ca. de diui. nomi. Nobiliora in entibus ſunt inferiorum exemplaria: ſed in exemplari res optime cognoſcitur: cum ergo angeli inter res creatas, ſint nobiliſſimi Titulo de exemplaribus rerum.

biliſſimi, quaſi Deo propinquiores ſecundum Auguſtinum. Videtur ꝙ natura ſua inſpecta, alias res cognoſcant.

¶ 4 Præt. Intellectum & intellectus non differunt, niſi quando vtrũque eorum eſt in potentia, vt in primo libro dictum eſt. ergo omnis intellectus, qui eſt ſemper in actu, non differt in eo intelligens & intellectum: ſed intellectus ſubſtantiæ ſeparatæ, videtur ſemper in actu eſſe, cum ſuũ intelligere nõ ſequatur transmutationẽ aliquam. ergo videtur, quòd in eo non differat ſpecies intellecta, & ſubſtantia intellectus: & ita nõ per ſpecies cognoſcit.

In principio capituli. SED CONTRA eſt quod Diony. dicit 4.ca.de di. no. ꝙ angeli illuminantur per ſcibiles rerum rationes, hæ autem nõ ſunt niſi ſpecies rerum intellectæ, ergo per ſpecies rerum cognitionem habẽt.

Propoſi.10 † Lib.1.c.1. ¶ 2 Pręt. In libro de cauſis dicitur, ꝙ omnis intelligentia eſt plena formis: ſed iſta quę ſunt in intelligentia, ſunt in ea per modum intelligibilem, vt in eodem libro dicitur: quæ autem ſic ſunt in ea, ſunt in ea ad cognoſcendum. ergo videtur, quòd res per formas cognoſcant.

RESPONDEO, Dicendum, quòd intellectus angelicus eſt medius inter intellectum diuinum & humanum, & virtute & modo cognoſcendi. In intellectu.n.diuino ſimilitudo rei intellectę eſt ipſa diuina eſſentia, quæ eſt rerum cauſa exemplaris & efficiens. In intellectu vero humano ſimilitudo rei intellectę eſt aliud a ſubſtantia intellectus, & eſt ſicut forma eius. vnde ex intellectu & ſimilitudine rei, efficitur vnum completum, qđ eſt intellectus in actu intelligens, & huius ſimilitudo eſt accepta a re: ſed in intellectu angelico, ſimilitudo rei intellectæ eſt aliud a ſubſtãtia intelligentis, non tñ eſt acquiſita a re, cum nõ ſint ex rebus diuiſibilibus cognitionem congregantes, vt Dion.
Titulo quo De⁹ cognoſcatur in fine. dicit in 7.c.de di.no. Nec tamen eſt cã rei ſecundum fidem, ſed eſt infuſa a Deo ad cognoſcendum. Et ratio huius ſumi poteſt ex verbis Cõmen.in 11.Meta. Ipſe.n.dicit, ꝙ ſm ordinem ſimplicitatis naturarum ſeparatarum, eſt ordo diſtãtiæ ſpeciei intellectę ab intellectu. vnde in prima eſſentia, cui non admiſcetur potentia aliqua, eſt omnino idem intelligens & intellectũ. in alijs autem, ſecundum quòd plus admiſcetur de potentia eſt maior diſtãtia inter ſpeciem intellectam & intellectum. Cuius ratio eſt, quia nihil operatur, niſi ſm ꝙ eſt in actu: vnde illud cuius eſſentia eſt purus actus, intelligit ſine receptione alicuius perficientis, quod ſit extra eſſentiam eius. illud vero, in quo eſt potentia, non poterit intelligere, niſi perficiatur in actu, per aliquid receptum ab extrinſeco, & hoc eſt lumẽ intellectiuum naturale, quod a Deo in ſubſtantias intellectiuas emittitur, & quia vnumquodq; recipitur in aliquo per modum recipientis, lumen illud, quod in Deo eſt ſimplex, recipitur in mente angeli, vt diuiſum & multiplicatum: omnis.n.potentia receptiua de ſe diuiſibilitatem habet, ſecundum quòd non eſt terminata ad vnum, quod fit per actum terminantem: & ideo dicitur in libro de cauſis, ꝙ ſicut in natura inferiori multiplicantur ſingularia: ita & ſpecies intelligibiles in intelligentijs. vtrunque enim eſt propter multiplicabilitatem potentiæ, & iſtæ ſunt ſpecies, per quas angeli cognoſcuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ anima dicitur ſpecies ſpecierum, inquantum per intellectum agentem facit ſpecies intelligibiles actu, & recipit eas ſecundum intellectum poſſibilem, ſicut ibidem dicitur, ſenſus dicitur ſpecies ſenſibilis, & manus organum organorũ, inquantũ videlicet, omnia artificialia
Ariſt.lib.4. de partibus anim. ca.8. & 10.& 11. per manus efficiuntur: vnde in 14.de animalibus dicitur, quòd manus datæ ſunt homini loco cornuum, & omniũ quibus alia animalia iuuantur. vnde non ſequitur, ꝙ eſſentia animæ vel angeli ſit talis ſpecies, in qua omnia cognoſcantur.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſimilitudines rerum in intellectu angeli exiſtentes, non ſunt a rebus acceptę, quia ſpecies intelligibilis non accipitur a re, niſi mediante phantaſmate; quod ſe
F habet ad intellectum, ſicut color ad viſum, vt in 3.de anima dicitur, nec tñ ſunt cauſæ rerum per modum creationis: ſed forte per modum motus: ſi forte ponantur orbes mouere, quorum motus eſt cauſa formarum naturalium, nihilominus tñ oportet, ꝙ quædam cognoſcant, quorum non ſunt cauſę, ſicut ipſos orbes, & alios angelos. vnde dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquam aſſimilationem habeant adinuicem, poteſt cõtingere dupliciter, vel ita ꝙ vnum ſit cauſa alterius ſimilitudinem ſuam illi imprimens, ſicut ignis & aer calefactus, & hoc modo intellectus diuinus & humanus, habent aſſimilationem ad res intellectas, licet modo conuerſo, quia intellectus diuinus imprimit in rem formam, per quam res ſibi ſimilatur: intellectus autem humanus ſpeciem, per quam rei aſſimilatur, a re accipit, vel ita vtrunque fit ab vna cauſa ſimilem formam vtriq; imprimente, & ſic intellectus angelicus re- Tex.30.31. & 33. † cap.1.
H bus cognitis aſſimilatur, quia formæ quæ a Deo impreſſæ ſunt rebus ad ſubſiſtendum, ſunt etiam angelo impreſſæ ad cognoſcendum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ res non cognoſcitur perfecte in exemplari, niſi a quo ducitur ſecũdum totum, quod in ipſa eſt, & hoc modo res cognoſcuntur in primo exemplari, quod imitantur res ſecundum eſſe, id quod in re eſt, ſic autem non eſt de eſſentia angeli, cum non ſit cauſa, vel exemplar totius, quod in re eſt, ſ. materiæ & formæ. Et præterea non eſt actu exemplar, niſi per hoc, quòd potentia ſua completur per lumen a Deo immiſſum, vt dictũ eſt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus angelicus etſi ponatur ſemper in actu reſpectu cognitorum naturalium: non tamẽ eſſe in actu habet a ſe, ſed ab alio. vnde ſicut in ipſo differt eſſe, & quod eſt, propter hoc quòd eſſe quod habet, habet ab alio: ita differt in eo intellectus, & quo, actu intelligit, propter hoc in-
I telligere ab alio habet.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum angeli ſuperiores intelligant per ſpecies vniuerſaliores.*

AD SECVNDVM proceditur ſic. Videtur ꝙ ſpecies ſuperiorum, non ſint vniuerſaliores ſpeciebus quas habent angeli inferiores, quia ſm Philoſophum ĩ principio de anima, animal vl'e, aut nihil eſt, aut poſterius eſt. non autem dicitur eſſe poſterius, niſi propter abſtractionem a rebus, in qua completur intentio vniuerſalitatis per actum intellectus abſtrahentis. cum ergo intellectus angeli non abſtrahat ſpecies a rebus, videtur ꝙ ſpecies non ſint vniuerſales in ipſo. Philoſoph. 1.de anima tex.cõ.8.1. q.55. 3.de ver.q 8.10.

K ¶ 2 Pręt. Si dicuntur vniuerſaliores, aut hoc eſt quantum ad cognitionem, aut quantum ad operationem, non quantum ad cognitionem, quia naturalium cauſarum omnes cognitionem habent, & ſui ipſorum & Dei, non quantum ad operationem, quia non ſunt rerum operatores, vt dictum eſt. ergo videtur, ꝙ nullo modo poſſint, quorũdam ſpẽs vniuerſaliores eſſe.

¶ 3 Præt. Quanto cognitio eſt magis propria, tanto eſt magis perfecta: ſed ſuperiorum cognitio perfectior eſt, ſicut & natura ſimplicior, vt ex prædictis patet. ergo videtur, ꝙ ſuperiorum ſpecies non ſint magis vniuerſales.

¶ 4 Præt. Qui cognoſcit vl'ia non poteſt ꝓpria cognoſcere, niſi acquirat aliquid de proprijs rei. ſi ergo inferiorum angelorum ſpecies eſſent magis propriæ, oporteret, ꝙ ſuperiores non reducerentur in actum propriæ cognitionis rerum, niſi per inferiores, quod eſt inconueniens, cum magis e contra contingat ſecundum Diony. ergo videtur idem quod prius. Dio.c.11.d cæl.Hier.& 12.de cęleſ. Hier. c.1.

SED CONTRA eſt quod Dion. dicit in 12.ca: cęl. Hierar. quòd

vero per liberum arbitrium ſuperbientibus: & ideo cadentibus, aliquam etiam fuiſſe morulam, aiunt, inter creationem, & lapſum vel confirmationem, & in illa breuitate temporis, omnes boni erant, non quidem per vſum liberi arbitrij: ſed per creationis beneficium, & tales erant, qui ſtare poterant, ideſt non cadere per bona creationis, & cadere per liberum arbi. Poterant enim peccare & non peccare: ſed non poterant proficere ad meritum vitæ, niſi gratia ſuperadderetur, quę addita eſt quibuſdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandum vtuntur teſtimonio Auguſ. qui ſuper Geneſim dicit, angelicã
G naturã primo informiter creatam, & cęlum dictam, poſtea formatam & lucem appellatã, quando ad creatorem eſt conuerſa, perfecta dilectione ei inhęrens. Vnde prius dictum eſt. In principio creauit Deus cælum & terram, & poſtea ſubditum. Dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux, quia primo agitur de creatione ſpiritualis naturæ informis, poſtea de formatione eiuſdem. Ratio quoque obuiat illis, qui dicunt angelos creatos fuiſſe malos. Non enim potuit creator optim⁹, author mali eſſe: ideo totum bonnm erat, quod ex ipſo illis erat, & totum bonum erat, quoniam ex ipſo totum erat. Hoc modo



quòd ſuperiores angeli habent ſcientiam magis vniuerſalem, & inferiores particularem & ſubiectam. A

¶ 2 Præt. Hoc idem videtur per hoc, quod in libro de cauſis dicitur, quòd cum omnis intelligẽtia ſit plena formis, in quibuſdam ſunt formæ magis vniuerſales, ſcilicet in ſuperioribus, & in quibuſdam minus. ſ. in inferiorib⁹.

RESPONDEO Dicendum, quòd ſecũdum Theologos, & philoſophos, oportet ponere formas ſuperiorum angelorum eſſe magis vl'es. Cuius ratio eſt, quia in omnibus ſcientijs & artibus, ſiue ſpeculatiuis ſiue operatiuis, oportet ꝙ illa quæ eſt altior, & ordinatiua aliarum
Lib.11. Gen.ad lit. 21. conſideret rationes magis vniuerſales, eo quòd principia ſunt parua quantitate & maxima virtute, & ſimplicia ad plurima ſe extẽdũt: verbi gratia, ſub ciuili ſcientia eſt militaris, & ſub militari
Geñ.1. æqueſtris, & ſic deinceps. ciuilis autẽ ſub conſideratione boni humani abſolute. militaris autẽ cõſiderat hoc idem, ſm qđ determinat ad res bellicas, & ſic deinceps, & propter hoc inferior accipit principia ſua a ſuperiori, quę eſt quaſi propter quid demõſtrãs, & hoc etiam facilius patet, in ſcientijs ſpeculatiuis, quia meta-
D:1155. phyſica, quæ eſt [d] ordinatiua aliarũ, conſiderat rationem entis abſolute. aliæ vero ſecundum determinationem aliquam, hoc autem ſic eſt in angelis, & ſecundum omnes philoſophos, & ſecundum nos, quia ſuperiores per ſuam ſcientiã ordinant actus, & officia inferiorum illuminantes eos, & perficientes, & purgãtes. vnde oportet, quòd ſcientia ſuperiorum ſit vniuerſalior, & ſpecies vniuerſaliores: quod quomodo contingat, poteſt videri ex verbis Cõmen.in 11.Meta. Ipſe enim dicit, ꝙ ſecundum or-
Cómentator 12.Meta.tex.c.51 dinem differentiæ, inter intelligens & intellectum, eſt etiam ordo multiplicationis intellectorum, quia in intellectu ſuperiori, qui habet minus de poſſibilitate, minor eſt compoſitio intelligentis & intellecti. & inde eſt etiam, ꝙ ſunt in eo pauciores formæ [d] intelligibiles, quia quãto minus habet de potentia
133 D. 141 142 lumen intellectuale, minus diuiditur & multiplicatur in eo; & ideo oportet, quòd iſtæ formæ ſint vniuerſaliores formis magis multiplicatis. ſm hoc ergo, ſciẽtia Dei eſt vniuerſaliſſima, quia vna ſimilitudine, quæ eſt ſua eſſentia omnia cognoſcit, ac ſi aliquis per rationem communem entis, omnia cognoſcere poſſit, & quanto per pauciores formas intelligit, tanto ſcientia eius eſt vniuerſalior, & [d] ſimilior diuinæ ſciẽtiæ, vt ſi aliquis cognoſcat
D. 476. omnia per intentionem decem generum, & aliquis non niſi acciperet ſpecies primas generum, & ſic deſcendendo vſq; ad ſpecialiſſima, ſecundum multiplicationem ſpecierum inueniretur particulatio earum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ eſt triplex vl'e, quoddã quod eſt in re. ſ. natura ipſa, qua eſt in particularibus, quàmuis in eis non ſit ſm rationem vl'itatis in actu. Eſt etiam quoddam vl'e, quod eſt a re acceptum per abſtractionem, & hoc poſterius eſt re, & hoc modo formæ angelorum non ſunt vniuerſales. Eſt etiam quoddam vniuerſale ad rem, quod eſt prius re ipſa: ſicut forma domus in mente ædificatoris, & per hunc modum ſunt vniuerſales formæ rerum in mente angelica exiſtentes, non ita ꝙ ſint operatiuæ: ſed quia ſunt operatiuis ſimiles, ſicut aliquis ſpeculatiue ſcientiam operatiuam habet.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſunt vniuerſaliores, & quantum ad cognitionem, & quantum ad operationem. quantum ad cognitionem, tum, ex parte ipſarum ſpecierum, quia ad plura ſe extendunt, tum, ex parte rerum cognitarum, quia ſuperiores perfectius & clarius cognoſcunt idem cognitum q̃ inferiores.

vnde illuminant eos, ſicut etiam eandem concluſionem, aliter demonſtrator, aliter dialecticus cognoſcit, nec etiam eſt remotum a veritate, quin plura ſubiaceant cognitioni naturali ſuperiorum q̃ inferiorum. Similiter etiam ſunt vniuerſaliores, quãtum ad operationem, tam ſecundum Philoſophos, qui ponunt ordinem intelligentiarum ſecundum ordinem motuum, ex quo oportet, ꝙ cauſalitas formarũ illius intelligentiæ ſuperioris ſit vniuerſalior, cuius motus eſt vniuerſalior in cauſando, q̃ etiam ſecundum nos, q ponimus eos ordines, ſecundum diuerſa diuina officia. vnde ſuperiores ordinant inferiores in ſuis officijs, & non econuerſo. vnde remanet nobis eadem via procedendi, ſecundum traditionem Diony. etiam Philoſophi. † 22.eiuſdẽ libri.1. De cæleſt. Hier. ca.4. & 5.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cognitio perfecta non habetur ꝑ mediũ vl'e, quia non eſt efficax ad cognitionem omnium ꝓpriorum. Si autem per medium vl'e oĩa ꝓpria efficaciter cognoſcerentur, eſſet perfectiſſima cognitio, quia quanto aliquid eſt magis vnũ & ſimplex, tanto eſt virtuoſius & nobilius, & hoc modo dicimus, ꝙ angeli ſuperiores ſufficienter ꝑ formas vniuerſales cognoſcunt res, ſicut Deus per eſſentiam ſuam perfectæ cognoſcit omnia. Iob.40.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ratio procederet, ſi formæ vniuerſales ſuperiorum, non eſſent ſufficientes ad cognitionem propriorum, quod falſum eſt, quia omnia quæ cognoſcit inferior per formas particulares, cognoſcit ſuperior per vniuerſales, vel etiam plura, & quia ex cauſis vniuerſalibus confirmantur parti-
D culares: inde eſt, ꝙ ſcĩa inferiorum perficitur per ſuperiores.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum angeli intelligant particularia.*

AD TERTIVM proceditur ſic. Videtur, ꝙ angeli per formas intellectuales particularia non cognoſcãt: Vbi.n. inuenitur vna natura communis, non eſt diuerſitas in operatione cõſequente naturam: ſed natura intellectualis eſt in angelis, & in nobis. cum ergo intellectus noſter non poſſit eſſe ſingularium, videtur ꝙ nec angelicus. 1.q.57.2. quodlib.7. 3.de ver.q. 11. Et cõt. 2.ca.100.

¶ 2 Præt. Omnis cognitio eſt per aſſimilationem: ſed quodlibet ſingulare in rebus materialibus, eſt ſingulare per materiã, cum ergo ſpecies rerum in mente angelica, ſint omnino a ma-
E teria, & a conditionibus materialibus abſolutę, cum intellectus angeli non ſit minus immaterialis intellectu humano. videtur ꝙ non poſſit eſſe principium cognoſcendi ſingulare, prout eſt in ſua ſingularitate conſiſtens.

¶ 3 Præt. Si cognoſcunt ſingularia diuerſa, ergo, aut vno, aut pluribus. Si vno, cum particularia ſint infinita, videtur quòd in intellectu angeli ſit vnum, quo cognoſcat infinita, & ſic æquabitur intellectui diuino. Si autem pluribus, oportebit eſſe multitudinem ſpecierum in intellectu angeli exiſtentium, ſecundum multitudinem indiuiduorum, quæ poſſunt eſſe: & ita erunt infinitæ ſpẽs in actu in mente angeli, qđ eſt incõueniẽs.

¶ 4 Præt. Eſſe multorum ſingularium dependet ex cauſis contingentibus, ad minus, quantum ad generationem, ſicut generatio Platonis ex volũtate patris eius. vt, ſ. commiſceretur eius matri. ſi ergo angeli cognoſcunt ſingularia, videtur ꝙ cognoſcunt futura contingentia, quod negatur, quia hoc ſolius Dei eſt. ergo videtur, ꝙ ſingularia non cognoſcant.

SED

probatur, quòd boni erant omnes angeli, quando primo facti ſunt: ſed ea bonitate, quam natura incipiens, acceperat.

*Probationem Aug. contra illos induci', qui dicunt angelos factos malos, & verba etiam Iob determinat, quæ illi pro ſe inducebant.*

IDeoq; Aug. exterminans opinionem eorum, qui angelos creatos fuiſſe malos putant authoritate, & ratione probat bonos fuiſſe creatos, & verba præmiſſa beati Iob, quæ illi pro ſe inducebant, quomodo ſint intelligenda aperit, ita dicens ſuper Geneſim. Omnia inquit, fecit Deus valde bona. Naturam igitur angelorum, bonam fecit. Et quia iniuſtum eſt, vt nullo merito hoc in aliquo Deus dãnet quod creauit, non naturam ſed voluntatem malam punien-
dam eſſe credendum eſt. Nec eius naturam eſſe ſignificatam cum dicitur, Hoc eſt initium figmenti Dei &c. ſed corpus aereũ, quod tali voluntati aptauit Deus, vel ipſam ordinationem Dei, in qua eum etiam in-
B uitum fecit vtilem bonis, vel ipſius angeli, facturam, quia & ſi Deus præſciret voluntate malum futurum, fecit tamẽ eum, prouidens quãta de illo ſua bonitate eſſet facturus. Figmentum ergo Dei dicitur, quia cũ ſciret eum Deus voluntate malum futurum, vt bonis noceret, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodeſſet, hoc autem fecit, vt illudatur ei. Illuditur.n. ei cum ſanctis proficit tentatio eius, ſicut & mali hoĩes, quos
C Deus malos futuros præuidẽs, creauit tamen ad ſanctorũ vtilitatem. Illuduntur cum præſtatur ſanctis eorum tentatione profectus: ſed ipſe dicitur initium: quia præcedit antiquita-

SED CONTRA. Officium quorundam angelorum eſt cuſtodire homines, vt a ſanctis traditur: ſed hoc nõ poteſt eſſe, niſi homines quos cuſtodiunt cognoſcant. ergo videtur, ꝙ ſingularia hominum cognoſcant, & eadem ratione aliarum ſpecierum. F

¶ 2 Præt. Cognitio angelorum eſt perfectior quàm noſtra: ſed nos ſcimus non tñ vniuerſalia, ſed etiã ſingularia. ergo videtur, ꝙ multo fortius angeli.

RESPONDEO Dicẽdum, ꝙ pręter illam poſitionem, q̃ ponit angelos ſingularium cognitionem non habere, quæ hæretica eſt, & veritati ſacræ ſcripturæ contraria, ſunt diuerſæ opiniões de modo, quo angeli cognoſcũt ſingularia. Quidam. n. dicunt, ꝙ angeli per formas innatas ſolum cauſas vniuerſales cognoſcunt, ſed ex rebus ipſis accipiunt: vnde ſingularia ex cauſis vniuerſalibus producta cognoſcant.

¶ Sed hoc non videtur conueniens, quia illud quod eſt acceptum a re ſingulari nõ ducit in cognitionẽ ſingularitatis eius, niſi q̃diu ſeruantur in eo conditiones materiales indiuiduãtes illud, quod nõ poteſt eſſe, niſi ſpecie exiſtente in organo corporali, vt in ſenſu & imaginatione. vnde cùm angeli organo corporali careant, etiam ſi a rebus ſpecies abſtraherent, non poſſent per huiuſmodi ſpecies ſingularium cognitionem habere. Ideo alij dixerunt, ꝙ omnia ſingularia producuntur ex cauſis vniuerſalibus ordinatis in natura: vnde cum apud angelum ſint formæ ordinis cauſarũ vniuerſi, per huiuſmodi formas omnia ſingularia cognoſcere põt, & hæc videtur via Auic. Sed tñ non eſt ſufficiens ſecundum fidem noſtram, quia in cauſis vniuerſalibus non cognoſcitur aliquid ſecundum cõditiones indiuiduales, vt. ſ. cognoſcatur ꝙ ut eſt hic, & nunc & huiuſmodi. Vnde dicit ipſe Auic. ꝙ Deus nõ cognoſcit particularia particulariter, vt. ſ. hoc nunc eſſe, & nunc non eſſe, & eſt ſimile de eo, qui cognoſcit eclipſim in cauſis ſuis vniuerſalibus, qui non cognoſcit hãc eclipſim, ſm quod eſt hic, et nunc incipiens, & nunc finiens: niſi ſenſu percipiat. Et ideo ad hanc poſitionem, quidam addiderunt, ꝙ ex applicatione harum formarum vniuerſalium ad hoc particulare, vel illud determinatur angeli cognitio, vt hoc ſingulare cognoſcat. Sed hoc iterum non videtur ſufficiẽs, quia hæc applicatio vniuerſalium cauſarum ad ſingulare, aut eſt ad ſingulare, quod eſt in intellectu angeli, & ſic ſuppoſito, ſupponeretur illud, de quo dubitatur, ſ. ſingularia eſſe in intellectu angeli, vel ad ſingulare quod eſt in re, ſicut dicere videtur, vt ſi lux ſolis eſſet intelligens, intelligeret corpora, ad quæ radij ſui applicantur. hoc autem eſſe non poteſt, quia cum cognitio non ſit: niſi ſm aſſimilationem, impoſſibile eſt, ꝙ cognitio extendat ſe vltra, id in quo eſt aſſimilatio. ſi ergo lux ſolis, vel intellectus angeli aſſimilatur rei quam irradiat, hoc non poteſt eſſe, niſi, vel ex eo, quòd illud, quod eſt rei recipitur in intellectu, aut in luce ſolis, & hoc ipſi non ponunt, quia rediret prima poſitio: vel ex eo, ꝙ a ſole aliquid circa rem ponitur, & ſic non cognoſceret de re niſi hoc, quod circa eam ponit: ſicut ſi ſol cognoſceret naturam luminis, & nõ propriam rationem huius, vel illius coloris, quę eſt ex diuerſa recipientium proportione, & ſimiliter etiam angelus per huiuſmodi applicationem propriam cognitionem de rebus non haberet, cum propriam naturam ipſi rei non conferat. Alij vero dicunt, ꝙ ex coniunctione vniuerſalium, quæ cognoſcunt, reſultat cognitio particularis, ſecundum ꝙ ex pluribus formis congregatis reſultat, quædam collectio accidentium, quam nõ eſt reperire in alio. Sed hæc etiam non eſt ſufficiens, quia formę indiuiduatio non eſt, niſi ex materia. vnde quantũcũq; formæ aggregentur, ſemper remanet collectio illa cõmunicabilis multis, quouſq; intelligatur per materiam indiuiduata, vñ cognitis huiuſmodi formis aggregatis, nõ cognoſcitur Sortes vel Plato.

Auic. de fluxu ẽtis. c. 4. In ſua Meta. tractatu 8. c. 6. & 7. & tracta. 9. cap. 4.

¶ Et ideo aliter dicendum, ꝙ eadem ratio eſt cognitionis ſingularium in Deo, & in angelis. vnde conſiderandum eſt, qualiter Deus ſingularia cognoſcat: oportet. n. illam virtutem qua co-

te & principatu malitiæ. Hæc autem illuſio fit angelis malis, & hominib' malis per angelos ſanctos, quia ſubdit eis angelos malos & homines malos, vt nõ quantum nituntur, ſed quãtum ſinuntur poſsint. Ecce aperte oſtendit, qualiter prędicta verba Iob intelligenda ſint, & angelicam naturam bonam creatam eſſe aſſeruit.

*Quomodo intelligenda ſint verba domini præmiſſa diſſerit, euidenter, tradens angelos eſſe creatos bonos, & poſt creationem cecidiſſe.*

DEinde qualiter verba dñi, quę ſupra poſuit accipienda ſint Aug.

F gnoſcit ſingulare habere apud ſe rei ſimilitudinem, quantum ad conditiones indiuiduantes. Et hæc eſt ratio, quare per ſpeciem, quæ eſt in ſenſu cognoſcitur ſingulare, & nõ per ſpeciem, quæ eſt in intellectu. oportet autem vt apud artificem ſit ſimilitudo rei per artem conditę ſecundum totum illud, quod ab artifice producitur, & propter hoc ędificator per artem cognoſcit formam domus, quã inducit in materiam. non autem hanc domum vel illam, niſi per hoc, ꝙ a ſenſu accipit, quia ipſe materiam non facit, ſed Deus eſt cã rei, non ſolum quantum ad formam: ſed etiam quantum ad materiam, quæ eſt principium indiuiduationis. vnde idea in mente diuina eſt ſimilitudo rei quantum ad vtrunque. ſ. materiam & formã: & ideo per eam cognoſcuntur res: non tñ in vli: ſed etiam ĩ particulari. formæ autem quæ ſunt in mente angeli ſunt

H ſimillimæ rationibus idealibus in mente diuina exiſtentibus, ſicut deductę immediate exemplariter ab eis. vnde per eas angeli cognoſcere poſſunt rerum ſingularia, quia ſunt ſimilitudines rerum, etiam quantum ad diſpoſitiones materiales indiuiduantes, ſicut & rationes vel ideæ rerum exiſtentes in mente diuina.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ intellectus humanus eſt vltimus in gradu ſubſtantiarum intellectualium; & ideo eſt in eo maxima poſſibilitas reſpectu aliarum ſubſtantiarum intellectualium, & propter hoc recipit lumen intelligibile a Deo debilius, & minus ſimile lumini diuini intellectus. vnde lumen intellectuale in eo receptum, non eſt ſufficiens ad determinandum propriam rei cognitionẽ: niſi per ſpecies a rebus receptas, quas oportet in ipſo recipi formaliter ſecundum modum ſuum: & ideo ex eis [d] ſingularia nõ cognoſcuntur, quæ indiuiduantur per materiam niſi per reflexionem, quandam intellectus ad imaginationem & ſenſum, dum, ſ. intellectus ſpeciem vniuerſalem, quam a ſingularibus abſtraxit, applicat formæ ſingulari in imaginatione ſeruatę. Sed in angelo ex ipſo lumine determinantur ſpecies quibus fit propria rerum cognitio, ſine aliquo alio accepto: & ideo cum illud lumen ſit ſimilitudo totius rei, inquantũ eſt exemplariter a Deo traductum per huiuſmodi ſpecies propria ſingularium cognitio haberi poteſt, & ita patet, ꝙ ſecundum gradum naturæ intellectualis, eſt etiam diuerſus intelligendi modus. D. 785.

I

¶ Ad ſecundum dicendũ, ꝙ eſſentia diuina q̃uis ſit actus purus: tamen eſt ſimilitudo materię, ſecundum quòd omne ens quantũcũq; imperfectum a primo ente exemplariter deducit, & ita etiam formæ immateriales, quæ ſunt in intellectu angeli, ſunt iterũ ſimilitudines etiam, quantũ ad principia materialia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut ex prædictis patet, quanto aliquis angelus eſt ſuperior tanto plura vna ſpecie cognoſcere poteſt, nullus tamen eſt in quo oporteat ſecundum numerum indiuiduorum ſpecies multiplicari, quia per vnam ſpeciem omnia indiuidua illius ſpeciei cognoſcit, & illa ſpecies efficitur propria ratio huius vel illius ſecundum reſpectum ad hoc, vel ad illud per modum, quo ideæ in intellectu diuino multiplicãtur, & ita neque intellectus angeli intellectui diuino æquabitur, neque infinitæ ſpecies in intellectu angeli erunt. relationes autem quæ conſequuntur actus rationis, vel intellectus in infinitum multiplicari, non eſt inconueniens. K

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ per ſpecies ſibi a creatione inditas cognoſcunt angeli cauſas habentes ordinem in natura, & omne illud quod in cauſis illis determinatur, vel ſimpliciter vel vt frequenter: & quia contingentia futura non ſunt determinata in cauſis ſuis: ſed facta determinatione cauſarum efficiuntur in actu pręſentia: ideo eorum quãdiu futura ſunt, cognitionem non habent: ſed hoc ſolius Dei eſt, qui omnes ſucceſſiones temporum vno actu intuetur.

1. q. 58. 1. quodlibet. q. 7.

aperit: vbi ẽt ſua, & quæ prędixit verba determinat, euidẽter docens angelos fuiſſe creatos bonos, & poſt creationem interpoſita aliqua morula cecidiſſe, ita inquiens. Quod putatur diabolus, nunquàm in veritate ſtetiſſe, & nunquàm beatam vitam duxiſſe: ſed ab initio cecidiſſe, non ſic accipiendum eſt, vt malus a bono Deo creatus eſſe putetur, quia ab initio non cecidiſſe diceretur. Non enĩ cecidit ſi talis, ideſt malus factus eſt. A quo. n. caderet? factus ergo prius ſtatim a veritate ſe auertit propria poteſtate delectatus, beatęq; vitę dulcedinem non guſtauit, quam non vtiq; acceptam non faſtidiuit: G

ARTI



ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum angelus intelligat plura ſimul.*

p. q. 58. quodl. q. 7. de ver. q. 8. 14 de cæleſt. hier. ca. 7.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ angelus ſimul actu plura intelligat, quia ſecundum Diony. angelus habet intellectum deiformem: ſed Deus in actu ſimul omnia intelligit, quia apud ipſum nulla eſt trãſmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio. Iac. 1. primo & intellectus angeli eſt ſimul plurium.

¶ 2 Pręt. In patria non erunt cogitationes volubiles: ſed ſanctis in patria promittitur, ꝙ erũt ſicut angeli in cælo. Matth. 22. ergo videtur, ꝙ nec angeli intellectus, voluatur de vno in aliud: ſed ſimul omnia cognoſcat.

Ethic. cap. 6.

¶ 3 Præt. ſecundũ Philoſophum, felicitas eſt in operatione & non in habitu: ſed angeli habent nobiliſſimam felicitatẽ, ad minus beati. ergo videtur, ꝙ omnium cognitorum ſuorum cognitionem ſimul in actu habeant, & non ſucceſſiue.

¶ 3 Præt. Intellectus angeli non eſt minus nobilis, quàm intellectus agens animæ rationalis: ſed de hoc intellectu dicitur in 3. de anima, quòd non quandoque intelligit, & quandoque non: ſed ſemper. ergo multo fortius hoc verum eſt de intellectu angeli.

Tex. cõ. 20.

SED CONTRA. ſecundum Aug. Deus mouet ſpiritualem creaturam per tempus: ſed per tempus moueri eſt per affectiones & conceptiones intellectus moueri. ergo videtur, ꝙ in angelis ſit ſucceſſio intellectuum.

Super hãc ad literam cap. 20.

RESPONDEO Dicendum, ꝙ cauſa, quare non poſſunt plura ſimul intelligi in actu. hæc eſt, quam Algazel aſſignat, quia oportet ſemper intellectum configurari actu ſm ſpeciem rei intelligibilem, quam apud ſe habet rei intellectę in actu, vt ſit aſſimilatio vtriuſque quæ exigitur ad cognitionem rei. ſicut autem impoſſibile eſt corpus, ſecundum eandem partem diuerſimode figurari diuerſis figuris: ita impoſſibile eſt vnum intellectum diuerſis ſimul ſpeciebus ad diuerſa intelligenda actu informari: & ideo conſiderandum eſt, quòd quicũque intellectus plura intelligit per plures ſpecies, oportet ꝙ ea non ſimul intelligat, vt patet in intellectu humano, ſecundum ſtatum vię a rebus accipiente. intellectus autem diuinus, quia vno omnia cognoſcit: ideo ſimul eſt actu omnium: ſed intellectus angeli cognoſcit res dupliciter. Vno modo per ſpecies plures, quæ in intellectu eius ſunt, & ſic oportet, ꝙ plura non ſimul cognoſcat, niſi inquantum reducuntur ad vnam ſpeciem per quam cognoſcuntur. Alio modo cognoſcunt res in vno, quod eſt cauſa earum, & hoc eſt verbum, & ſic poſſunt eſſe ſimul in actu cognitionis omnium. hæc autem cognitio eſt quaſi formalis reſpectu pręcedentis, a qua nunq̃ abſoluuntur: & ideo frequenter inuenitur traditum a ſanctis & philoſophis, quòd in intellectu ipſorum non eſt ſucceſſio vel renouatio: quàmuis ſit viciſſitudo inquantum intelligunt res in propria natura per ſpecies concreatas.

¶ AD PRIMVM dicendum, ꝙ intellectus angelorum dicitur deiformis, eo ꝙ diuino intellectui conformis eſt, non autem in hoc, quòd vno omnia intelligat: & ita ſimul, ſed in hoc, ꝙ a rebus cognitionem non accipit: ſed ſine inueſtigatione rationis, & ſine adminiculo ſenſus cognoſcit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cognitiones volubiles dicuntur, in quibus eſt etiam reuolutio, ſecundum diſcurſum rationis de cauſatis in cauſas procedentis, aut econtrario. vt ex notis in ignota deueniat: non tamen excluditur ſucceſſio cognitionum ab angelis, & a ſanctis: niſi ſecundum contemplationẽ verbi, prout in perfectam aſſimilationem diuinam perducũtur,

ſed nolendo amiſit. Sui ergo caſus præſcius eſſe non potuit, quia ſapientia fructus eſt pietatis. Continuo autem vt factus eſt, cecidit, nõ ab eo quod accepit: ſed ab eo quod acciperet: ſi Deo ſubdi voluiſſet. Ecce hic aperte declarat angelos bonos eſſe creatos, & poſt creationem cecidiſſe, & fuit ibi aliqua morula, licet breuiſsima. Quod Origenes confirmat ſuper Ezechielem, dicens. Serpens hoſtis contrarius veritati: non tamen a principio, neque ſtatim ſuper pectus, & ventrem ſuum ambulauit, ſicut Adam & Eua non ſtatim peccauerunt: ita & ſerpens aliqñ fuit non ſerpens, cum in paradiſo delitiarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit. Ecce hic aperte dicit poſt creationem interpoſita morula, cecidiſſe. Ideoq; C

A & in hoc etiam eorum fælicitas eſſentialis conſiſtit.

¶ Vnde patet reſponſio ad tertium.

¶ Ad quartũ dicẽdum, & quòd intellectus [d] poſſibilis, & agẽs, eſt in angelis ſicut in nobis, ſed diuerſimode: quia intellectus poſſibilis in nobis eſt in potentia reſpectu ſpecierum acceptarum a rebus per lumen intellectus agẽtis, actu eas intelligibiles facientis: ſed ĩ eis ẽ poſſibilis reſpectu luminis a Deo, in eos procedentis. Similiter etiam, lumen intellectus agentis in nobis, non ſufficit ad diſtinctam rerum cognitionem habendam, niſi ſecũdũ ſpecies receptas, quas informat, vt lux colores: ſed lumen intellectuale in angelis ſufficit ad diſtinctam cognitionem rerum habendam, quia hoc ipſũ lumen eſt, ex quo formæ ĩtellectuales [d] multiplicantur, quibus intelligẽtiæ plenę dicantur. Sic ergo intellectus agens ipſorum ſemper dicit in actu eſſe, quia inceſſanter ad aliquid actu conſiderandum lucet in angelis, ſicut in nobis, quantum in ipſo eſt: non tamen oportet, quòd ſemper ad vnam ſpeciem fiat conuerſio: ita vt ſemper vnum intelligatur in actu. D. 137. D. 146.

illa verba, ſic accipiẽda videntur, Homicida erat ab initio, vel mendax, ideſt ſtatim poſt initium, quando ſibi Dei æqualitatem promiſit, & ſeipſum occidit, qui homo dicitur in euangelio, nec in veritate ſtetit, quia in ea non fuit: ſed ab initio temporis, ideſt ſtatim poſt initium temporis apoſtatauit. Poteſt etiã & ſic accipi illud. Ab initio homicida fuit vel mẽdax, ideſt ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem præcipitauit, & fallaciter ſeduxit. Ex prędictis igitur liquet omnes angelos bonos eſſe creatos, & poſt creationem quoſdam cecidiſſe a bono, quod habuiſſent, ſi perſtitiſſent. B

## QVAESTIO III.

C

*Vtrum angelus in ſtatu ſuo, naturali dilexerit Deum plus quàm ſe, & omnia alia.*

1. q. 60. 5. Et 3. diſ. 29. 3. 22. q. 26. 3. q. 27. 3. de ver. q. 22. 2.

CIRCA tertium principale, quæritur de dilectione. ſ. vtrum angeli, ſi in gratia creati non ſunt, in illo ſtatu innocentiæ Deum ſuper ſe, & plus quàm omnia dilexerunt. Et videtur quòd non. Sic enim Deum diligere eſt actus charitatis, qui charitatem non habentis eſſe non poteſt, ſed angeli in iſto ſtatu charitatem non habebãt, quæ ſine gratia non eſt, cum nunq̃ ſit informis. ergo videtor, ꝙ non dilexerunt Deum plus quàm ſe. D

¶ 2 Præt. ſecundum Bern. Natura ſemper in ſe curua eſt: ſed dilectio angelorum in primo ſtatu non fuit niſi ex principio naturali. ergo tota in amantem reflectebatur, vt quicquid diligerent angeli, propter ſeipſos diligerent, & ita non Deum ſupra ſe diligebant.

¶ 3 Præt. Auic. dicit in ſua Meta. ꝙ nulla actio alicuius naturæ eſt liberalis, niſi ſolius Dei, ex hoc, quòd omnem actionem aliam, ſequitur aliquod commodum ipſius agẽtis: ſed dilectio, qua aliquis Deum ſuper ſe diligit, eſt maxime liberalis. ergo videtur, ꝙ hoc non poſſit alicui conuenire, niſi per gratiam. Tract. 9. c. 4

E ¶ 4 Præt. Vnumquodque naturaliter appetit acquirere ſuũ finem: ſed omne quod deſideratur ab aliquo, vt ſibi acquirendum propter ſe, & minus ſe diligitur. cum ergo angeli in ſtatu naturalium Deum, ſicut ſuum finem dilexerunt, videtur quòd eum ſuper ſe non dilexerunt.

¶ 5 Præt. Secundum Dion. Bona naturalia in angelis remanent etiam poſt peccatum: ſed conſtat, quòd peccator homo, vel angelus nõ diligit Deum ſuper omnia. ergo videtur, quòd nec in ſtatu naturalium. De diui. no. cap. 4.

SED CONTRA. Omnis dilectio, aut eſt vſus, aut fruitionis. ſi ergo angeli diligebant Deum in ſtatu innocentiæ, aut, vt vtentes, aut, vt fruentes. Si, vt vtentes. ergo vtebantur re fruenda, quod eſt magnę peruerſitatis, ſecundum Aug. & ita eſſet dilectio peccati, & non naturalis. ſi, vt fruentes. ergo Deum propter ſeipſum diligebant, quia frui eſt amore inhęrere alicui rei propter ſeipſam. Lib. 11. de ciuita. Dei cap. 25.

¶ Pręt.

¶ 2 Præt. Deum eſſe ſuper omnia diligendum, cum ſit legis naturalis ſcriptum, erat in mente angeli multo expreſſius, quàm in mente hominis: ſed non contingit ſinę peccato facere, contra id quod per naturalem legem cordi inditum eſt. ergo & ſi Deũ ſuper omnia non diligebant peccabant. quãdiu ergo ſine peccato fuerunt, Deum ſuper omnia dilexerunt.

RESPONDEO. Dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. quidam. n. diſtinguunt dilectionẽ concupiſcentię & amicitiæ, quæ duo ſi diligenter conſiderę mus, differunt ſecundum duos actus voluntatis, ſcilicet appetere, quod eſt rei non habitæ, & amare quod eſt rei habitæ ſecundum Aug. eſt ergo dilectio concupiſcentiæ, qua quis aliquid deſiderat ad concupiſcẽdum, quod eſt ſibi bonum ſecũdum aliquem modum, & tali dilectione angeli in ſtatu naturalium Deũ plus quàm ſe diligebant, vehementius appetendo bonum diuinum q̃ ſuum: quia hoc erat eis delectabilius. vnde totam hanc dilectionem in ſeipſos retorquebãt. Dilectio autem amicitiæ eſt, qua aliquis aliquid vel ſimilitudinem eius, quod in ſe habet amat in altero volens bonum eius, ad quem ſimilitudinem habet, & propter hoc Philoſophus dicit, quòd eſt ſimile ſimili amari: ſicut vnus virtuoſus alium diligit. *in quibus tamen eſt vera amicitia,* & tali dilectione angeli quodammodo diligebant Deum ſupra ſe, quia ei maius bonum quàm ſibi optabant. ſ. eſſe Deum, quod ſibi non volebant: ſed aliquod minus bonum: ſed tamen intenſius ſibi volebant bonum creatum, q̃ bonum diuinum.

Tom. 3. in pſal. 37.

ſi p. 8. Ethi. cap. 1.

I ¶ Sed iſta reſponſio non poteſt ſtare: oportet. n. ponere angelos ad Deum habuiſſe dilectionem amicitiæ, cum ſecundum bona naturalia ſimilitudo diuina in eis reſplenderet. hoc autem eſt de ratione amicitiæ, quòd quàmuis habeat dilectiones, & vtilitates annexas: non tamen ad has oculus amantis reſpicit, ſed ad bonum amatum. ergo in corde amantis præpõderat bonum amatum omnibus vtilitatibus, vel dilectionibus, quæ conſequũtur ex amato. Sed nullum bonum erat in angelo, quod non eſſet ex ipſo amato. ſ. Deo. ergo plus diligebant bonum amatum diuinum, quàm bonum quod ipſi erant, vel quòd in eis erat, & hæc eſt alia opinio.

D. 97

K ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus charitatis poteſt dici dupliciter, vel qui eſt ex charitate, & hoc non eſt niſi in habente charitatem, vel qui eſt ad charitatem: non ſicut meritorius vel generatiuus. ſed ſicut præparatiuus, & ſic actus charitatis, ante charitatem habitam haberi poteſt: ſicut facere iuſta eſt ante habitum iuſtitiæ: vel poteſt dici, quòd in amicitia charitatis mouetur animus ad amandum Deum, ex ſimilitudine gratię: ſed in dilectione naturali ex ipſo bono naturæ, quod ẽt eſt ſimilitudo ſummæ bonitatis. & propter hoc dicendum, quòd cum dicitur, quòd habens charitatem diligit Deum, propter ſeipſum, ly propter, denotat habitũdinem finis & efficientis, quia ipſe Deus ſuperaddit naturæ. vnde in eius dilectione tẽdit: ſed cum dicitur de carente charitate, quòd diligit Deum propter ſeipſum, ly propter, denotat habitudinem finis, & non efficientis proximi, niſi ſicut Deus in omni natura operante operatur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd natura in ſe curua dicitur, quia ſemper diligit bonum ſuum: non tamen oportet, quòd in hoc quieſcat intentio quòd ſuum eſt: ſed in hoc quòd bonum eſt. niſi enim ſibi eſſet bonum aliquo modo, vel ſecundum veri-

F tatem vel apparentiam: nunquàm ipſum amaret: non tamen propter hoc amat, quia ſuum eſt: ſed quia bonum eſt. bonum enim eſt per ſe obiectum voluntatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis cuilibet naturæ creatæ agenti ex ſua actione proueniat aliquod commodum: non tamen oportet, quòd illud commodum ſit intentum: ſicut patet in amicitia honeſtorum.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd finis eſt duplex, quidam proportionatus rei, receptus in ipſa, vt perfectio inhærens ſibi, ſicut ſanitas in operationibus medicinæ, & quia iſte finis non eſt ſecũdum eſſe, niſi in eo cui acquiritur: ideo abſolute non amatur ab aliquo ſupra ſe: ſed ſe eſſe ſub tali perfectione amatur ſupra ſe eſſe ſimpliciter, ſed eſt quidã finis per ſe ſubſiſtẽs, non dependens ſecũdum eſſe a re, quæ eſt ad finem, & iſte finis deſideratur quidem acquiri: ſed amatur ſupra id quod acquiſitum eſt ab illo, & talis finis eſt Deus, vt ſupra dictum eſt.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd bona naturalia, prout in eſſe naturæ abſolute conſiderantur remanẽt integra, poſt peccatum: tamen peruertuntur, quantum ad rectum ordinem, quem habebant in gratia vel virtute, & hanc rectitudinem conſequebatur, ſuper omnia Deum diligere.

*Quòd triplex fuit in angelis ſapientia ante caſum vel confirmationem.*

B

HIc quæri ſolet, quam ſapiẽtiam habuerint ante caſum vel confirmationem. Erat in eis naturalis cognitio triplex, qua ſciebant quòd facti erant, & a quo facti erant, & cum quo facti erant. Et habebant aliquam boni & mali notitiam, intelligentes, quid appetendum vel reſpuendum illis foret.

*An aliquam Dei habuerint dilectionem vel ſui inuicem.*

C

SOlet etiam quæri vtrũ aliquam Dei vel ſui inuicem dilectionem habuerint. Ad quod dici poteſt, quoniam naturalem habebant dilectionẽ, vt memoriam intellectum & ingenium, qua Deum & ſe aliquatenus diligebant, per quam tamen non merebantur.

## DISTINCTIO IIII.

A

*An perfectos & bonos creauit Deus angelos, an miſeros & imperfectos.*

G POſt hæc videndum eſt, vtrum perfectos & beatos creauit Deus angelos, an miſeros & imperfectos. Ad quod dici poteſt, quòd nec in beatitudine, nec in miſeria creati ſunt. Miſeri. n. ante peccatum eſſe non potuerunt, quia ex peccato miſeria eſt. nam ſi non fuiſſet peccatum, nulla eſſet miſeria. Beati quoq; nondum fuerunt illi, qui ceciderunt, quia ſui euẽtus ignari fuerunt, i. peccati & ſupplicij futuri. H Si. n. lapſum ſuũ pręſcierũt, aut vitare voluerũt, ſed nõ potuerũt & ita erãt miſeri, aut potuerũt, ſed noluerũt: & ita erãt ſtulti & maligni. Ideoq; dicimus, quia non erant præſcij euentus ſui, nec eis data eſt cognitio eorum, quæ futura erant ſuper eos. Boni vero & qui

### EXPOSITIO TEXTVS.

HIC QVAERI ſolet &c. Ponitur hic duplex angelorum cognitio, vna ſpeculatiua qua cognoſcebant Deum, ſeipſos, & alias creaturas. Et alia practica ſequens eorum operationem, quæ ad eos pertinebat, qua cognoſcebant quid eligere & reſpuere deberent. Et hæc erat ſimilis cognitioni prudentiæ in nobis.

## DISTINCTIO IIII.

### DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quales fuerunt angeli in principio ſuæ creationis, quantum ad naturam, & quantum ad culpam & innocentiam, hic inquirit quales fuerunt, quãtum ad gloriam & miſeriam. Et diuiditur in partes tres. In prima mouet quæſtionem. In ſecunda determinat eam. ibi {Ad quod dici poteſt &c.} In tertia epilogat ea quæ dixerat. ibi {Quales fuerunt angeli &c.} Secunda pars diuiditur in duas, ſecundum duas quæſtiones propoſitas. ibi {Quarum prima quęrebat de beatitudine.} In ſecunda de perfectione beatitudini annexa, quam ibi determinat ibi. {Ad hoc autem quod quærebatur.}

¶ Circa primum tria facit. Primo determinat quæſtionem quantum ad malos. Secundo, quantum ad bonos. ibi {Boni vero qui perſtiterunt.} Tertio, ſolutionis virtutem poſt inquiſitionem colligit. ibi {Ex prædictis conſequitur &c.}

¶ Circa ſecundum duo facit. Primo ponit quandam viam, per quam videtur angelos bonos, beatos creatos. Secundo excludit eam. ibi {Sed hæc magis opinando &c.}





### QVAESTIO PRIMA.

Hic tria quæruntur.

Primo. Vtrum angeli in principio ſuæ creationis, beati fuerunt vel miſeri.

Secundo. Si nõ, Vtrũ beatitudinem ſuã, vel miſeriam præſciuerunt.

Tertio. Vtrum perfecti gratia, creati ſunt.

† Libr. 11. ſup. Gen. ad lit. cap. 17.

### ARTIC. II.

*a Vtrum in angeli ſint creati beati.*

1. q. 62. 1.

AD PRIMUM procedit ſic. Videtur quòd angeli creati ſint beati. Primo per Aug. in lib. de ecclesiaſticis dogmatib⁹, qui dicit, quòd angeli, qui in illa in qua ſunt creati beatitudine perſeuerant, nõ natura, ſed gratia poſſident vt bonũ mutetur: ſed angeli boni de quibus loquitur, perſeuerant in beatitudine perfectæ gloriæ. ergo videtur, quòd in illa creati ſint.

Tom. 3.

¶ 2 Præter. Tota ſubſtantia beatitudinis conſiſtit in Dei viſione, vnde dicitur Ioan. 17. Hæc eſt vita ęterna &c. ſed angeli in principio ſuæ creationis Deum viderunt, *aliàs in verbo* creaturas non cognouiſſent cognitione matutina, quam Aug. ponit. ergo videtur quòd beati creati ſunt.

ſuper Geñ. ad lit. lib. 4. tom. 3.

¶ 3 Præter. Supra dictum eſt, quòd angeli in principio ſuæ creationis, aliquam cognitionem de Deo habuerunt. non autẽ cognouerunt in ſpeculo, & enigmate ſicut nos modo, vt dicitur 1. Cor. 13. Quia obſcuritas ęnigmatis eſt rationis obũbratæ, per continuum tempus, inquantum a ſenſibus & phantaſmatibus, cognitionem inquirendo accipit. ergo cognouerunt per ſpeciem, & ita beati fuerunt.

¶ 4 Præter. Venire de poſterioribus in priora, de cauſatis in cauſas, eſt virtutis inquirentis & conferentis: ſed intellectus angelicus non eſt huiuſmodi, quinimmo deiformiter intelligit, ſine inquiſitione *ſicut nos prima principia*, quorum eſt intellectus. ergo videtur, quòd Deum non ex creaturis cognouerunt, ſed ipſum in ſe: & ita viſionem glorioſam habuerunt.

SED CONTRA. De ratione beatitudinis eſt ſtatus confirmatio. vnde Boetius dicit. Quid me fælicem toties iactaſtis amici? Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu: ſed angeli in principio ſuæ creationis, non fuerunt confirmati omnes, quod quorundam caſus oſtendit, nec etiam quidam alijs non confirmatis, quia culpam non potuit præcedere diſtinctio in carentia beneficiorum, quæ a Deo conferebantur. ergo videtur, quòd non fuerunt creati beati in principio ſuæ creationis.

Met. 1. 1. li.

¶ 2. Præt. Simul boni angeli effecti ſunt beati, & mali angeli miſeri. ergo videtur, quòd cum mali angeli in principio ſuæ creationis *non fuerint miſeri, ſicut nec peccatores*, quòd nec boni in principio ſuæ creationis beati fuerunt.

RESPONDEO Dicendum, quòd beatitudo ſiue fœlicitas, eſt in perfectiſſima operatione habẽtis rõnem & intellectũ: intellectus autem perfectiſſima operatio eſt in contemplatione altiſſimi intelligibilis, quod Deus eſt. Vnde tam Dei quàm angeli quàm etiam hominis vltima felicitas, & beatitudo, Dei

A contemplatio eſt, *non ſolum ſecundum ſanctos*, ſed etiam ſecundum Philoſophos. hanc autem operationem non eſt poſſibile æqualiter in omnibus inueniri. vnde beatitudo vniuſcuiuſque conſiſtit, inquantum hanc *operationem* attingit, ſecundum modum ſuæ perfectionis: & ideo diuerſimode inuenitur in Deo, & in angelo, & in homine ſecundum eorum na*turalia* conſideratis. Ipſe enim Deus ſeipſum per eſſentiam ſuam videt, & non per aliquam ſui ſimilitudinem. intellectus autem angeli naturali cognitione ipſum videt per ſimilitudinem eius acquiſitam in ipſo: vnde in libro de cauſis dicitur, quòd intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, inquantum eſt creata ab eo. vnde ſimilitudinem diuini eſſe participat, ſecundum modum ſuum: ſed intellectus humanus non peruenit ad hanc viſionem naturali cognitione, niſi per ſimilitudinem a creaturis receptam, inquãtum, per ea quę facta ſunt, inuiſibilia cognoſcit, vt dicitur Rom. 1. Et differt hęc triplex viſio, vt ſenſibiliter loquamur, ſicut oculus videt lucem exiſtentem in pupilla, non per aliquam ſpeciẽ eius, & hæc eſt ſimilis viſioni, qua Deus videt ſe. Sed viſio qua angelus videt Deum, eſt ſimilis D viſioni, qua aliquis videt hominem per ſimilitudinem, immediate ab ipſo receptam: ſed viſio intellectus humani qua Deum videt, ſimilis eſt illi viſioni, qua aliquis hominem videt intuendo ſpeculum, in quo hominis imago reſultat, & propter hoc dicuntur in ſpeculo videre 1. Cor. 13. & in hac beatitudine viſionis diuinæ, quæ naturaliter angelis debetur, angeli creati ſunt, & hæc eſt perfectio eorum, ſecundum tempus illud. Sed eſt alia perfectio, in qua per naturam ſuam non *poſſunt deuenire, cuius tamen capaces ſunt*, vt ſcilicet ipſum Deum in eſſentia ſua videant, non per aliquam ſimilitudinem receptam, vt eorum beatitudo diuinæ beatitudini ſit conformis, & in hac beatitudine creati non ſunt: ſed ad eam alijs cadentibus peruenerunt.

† Lib. 11. ſuper Gen. ad lit. cap. 19.

E ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. nominat beatitudinem, illam viſionem Dei naturalem, per quam tamen nõ erant beati ſimpliciter, cum maioris perfectionis capaces eſſent, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſecundum tempus illud: ſicut & Philoſophus in 1. Ethic. dicit aliquos in hac vita beatos, non ſimpliciter, ſed vt homines. Cap. 10.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd viderunt verbum per ſimilitudinem verbi in eis impreſſam: non tamen in hoc eſt vltima eorum beatitudo, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non proprie dicitur illa cognitio ſpecularis, ſicut homo non dicitur videre in ſpeculo illud, cuius ſimilitudo in oculo ſuo relinquitur, niſi ipſe oculus ſpeculum diceretur, in quo ſpecies rei reſultat: nec tamen eſt viſio beata, vt dictum eſt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtutis cognoſcitiuę eſt, vna conuerſio in ſpeciem rei, & in rem ipſam. vnde ex hoc, quòd aliquis per ſpeciem rei, quam apud ſe habet, rem illam cognoſcit, non dicitur conferre: ſed ex eo, quòd ex ſimilitudine vnius rei, aliam rem accipit: & ita patet, quòd non oportet intellectum angeli ponere collatiuum & inquiſitiuum. D: 712.

perſtiterunt, forte ſuę beatitudinis præſcij fuerunt. Vnde Auguſt. ſuper Geneſim. Quomodo inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati, atque ſupplicij præſcius non fuit? Quæritur autem, cur non fuerit? forte hoc Deus diabolo reuelare noluit, quod facturus vel paſſurus eſſet. Ceteris vero reuelare voluit, quòd in veritatę manſuri eſſent. His verbis videtur Aug ſignificarę, quòd angeli qui corruerunt, non fuerunt præſcij ſui caſus: ideoque beati non fuerunt, & quòd angeli qui perſtiterunt, beatitudinem ſibi affuturam præſcierunt, atque de ea certi in ſpe extiterunt: vnde quodammodo iam beati erant, & re vera ſi ita fuiſſet, poſſet dici illos aliquo modo fuiſſe beatos. alios vero, qui neſcierunt euentum ſuum, non.

*Quòd opinando hæc dixerit, non aſſerendo, ſcilicet quòd angeli, qui perſtiterunt, præſcij fuerint ſui boni.*

SEd hęc magis opinando, & quærendo dicit Auguſ. quàm aſſerendo. Vnde & huic opinioni opponens, conſequenter ſubdit. Sed quare diſcernebãtur illi a cęteris, vt Deus iſtis, quæ ad ipſos pertinerent non reuelaret, alijs vero reuelaret, cum non prius ſit ipſę vltor, quàm aliquis peccator? non enim da- B mnat Deus innocẽtes. Hic videtur innuere, quòd nec peccaturis futurum malum, nec permãſuris futurum bonum reuelauerit. Ideoque nec illi, qui ceciderunt vnquàm, nec illi qui perſtiterunt, vſque ad conſummationem beati fuerunt, quia beati non poterant eſſe, ſi de beatitudinę certi non erant, vel ſi damnationis incerti erãt, Vnde Aug. in eodem. Dicere inquit, de angelis, quòd in ſuo genere beati eſſe poſſunt, dam- C nationis vel ſalutis incerti, quibus nec ſpes eſſet, quòd mutandi eſſent in melius, nimia præſumptio eſt. quomodo enim beati eſſe poſſunt, quibus eſt incerta ſua beatitudo?

ARTICVLVS II.

*b Vtrum angeli præſciuerint ſuã miſeriam vel beatitudinẽ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ angeli ſuã miſeriam, vel beatitudinem præſciuerunt; ſicut enim angeli, ita & hominis miſeria eſt per peccatum: ſed homini ſuũ peccatum q̃nq; prænunciatur, ſicut dñs Petro futurum peccatum prędixit, vt legitur Matth. 26. ergo videtur, quòd etiam angelis ſuum caſum prænuntiare debuerit.

In 1. Gradu ſuperbię. ¶ 2 Præt. Berñ. de gradibus humilitatis dicit, quòd diabolus præuidit ſe ſuper malos principatum habiturum, propter hoc in latere aquilonis ſolium ſuum ponere volebat, vt dicitur *Eſa.* 14. *ſed non* eſt factus princeps malorum, niſi per peccatum, ergo videtur, quòd peccatum ſuum præſciuerit.

¶ 3 Præt. Ante peccatũ nullus dolor, vel pœna præceſſit in angelis: ſed eſſe incertum de ſua ſalute, eſt ſanctis magna cauſa doloris, vt di-

Lib. 5. Mor. cap. 4. cit Greg. ſuper illud Iob 3. viro cuius abſcondita eſt via &c. Ergo videtur, quòd boni angeli certi fuerunt de ſua ſalute, & ita etiã mali de ſuo caſu.

¶ 4 Præt. Quãto aliquid eſt magis remotum a cognoſcente, tanto minus ſubiacet cognitioni eius: ſed magis diſtant ab angelis ea, quorum ipſi non ſunt cauſæ, ſicut res naturales, quarum tam cognitionem habebant, quàm motus liberi arbitrij, quibus ſunt conuerſi vel auerſi, quorum ipſi ſunt cauſæ. ergo ſuam conuerſionem & auerſionem præſciuerunt.

SED CONTRA. Quicunque eſt certus de malo futuro, non poteſt ſimul ſperare bonum contrarium. ſi ergo angeli, qui ceciderunt præſciuiſſent ſuum caſum, oportebat eos deſperare de beatitudine accipienda. ergo fuiſſent deſperati antequàm peccaſſent, quod eſt inconueniens.

¶ 2 Præt. Omne quod quis appræhendit, oportet quòd ſit vel conueniens ſuæ voluntati, vel diſcordans: ſed malum culpæ, non poteſt eſſe concordans voluntati peccantis ſine peccato, nec poteſt aliquid cognitum diſcordare a voluntate ſine dolore & pœna. ergo ſi caſum ſuum præſciuerunt, oportet quòd pœna vel culpa in eis, pręcederet primam culpam, quod eſt impoſſibile.

RESPONDEO Dicendum, quòd aliquod poteſt pręcognoſci dupliciter, vel cognitione certa: ſicut ea, quæ habent cauſas determinatas infallibiles, vt ſolem oriri cras, vel cognitione coniecturali; ſicut ea quæ habent cauſas determinatas, vt in maiori parte, ſicut medicus præcognoſcit ſanitatem futuram, & nauta tempeſtatem. cum ergo caſus, & confirmatio angelorum dependeant ex libero arbitrio, quod non eſt cauſa determinata ad vnum, non potuit eorum pręcognitio haberi, ſecundum certitudinem niſi a Deo, qui pręſentialiter omnia intuetur: ſed tamen ſecundum coniecturam, poterant præſumere omnes ſe habituros beatitudinem, quia ad hoc eorum natura erat magis inclinata, velut ad hoc inſtituta: ſed ſuum

F caſum præſcire non poterant ex ſeipſis, nec per coniecturam, nec per certitudinem: ſed tantum potentiam cadendi, nec etiam fuit congruum a Deo eis reuelari, ne pœna culpam præcederet, nec iterum bonis ſuam confirmationem, ne diſtinctio culpam præcederet, vt in litera dicitur. Si tamen vtriſque reuelatum fuiſſet, recepiſſent id non ſecundum certitudinem, prout in Deo erat: ſed ſecundum modum ſuum, quaſi ad cautelam dictum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Petrus etiam domini prænuntiationem accepit non per certitudinem, ſed ad comminationem dictam.

¶ Præter. Non eſt ſimile de homine & de angelo, quia homo cadit reparabiliter: vnde deſperare non cogitur ex pręſcientia ſui caſus, ſic angelus, cuius caſus eſt irreparabilis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quãdo ad aliquod conſequens poteſt per multa diuerſa antecedentia veniri, contingit conſequens ſciri ſine hoc, quòd antecedens determinate ſciatur, ſicut Ioſeph præuidit ſuũ dominium ſuper fratres, non tamen venditionem, & alia, ex quibus dominium conſecutus eſt, ita & Dæmon potuit præuidere ſuũ principatum ſuper malos ſine hoc, quòd caſum præſciret, quia poterat malorum princeps eſſe etiam bonus exiſtens. Gen. 37.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa coniecturalis cognitio, per quam de ſua bonitate pręſumebant, omnem dubitationem, & anxietatem ab eis auferebat cum hoc, quòd non erat in eis aliquid ad caſum trahens, ſicut in nobis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd effectus naturales, qui non habent cauſas determinatas ad vnum, præſcire non poterant in cauſis ſuis: ſed tantum illa, quæ ex cauſis naturalibus, determinatis ad vnum procedunt: & ita in ſeipſis cognoſcebant ea, quæ in natura eorum determinata erant. non autem illa, quæ ex libero arbitrio dependebant, vt dictum eſt. K

*Summa colligitur prædictorum, confirmans omnes angelos ante confirmationem, vel lapſum non fuiſſe beatos, niſi quis beatitudinem accipiat illum ſtatum innocentiæ, in quo fuerunt ante caſum.*

EX prædictis conſequitur, ꝙ angeli qui corruerunt, nũquàm beati fuerunt, niſi beatitudinem aliquis accipiat illum ſtatum innocentiæ, in quo fuerunt ante peccatum. Illi vero qui perſtiterunt, aut ſuam beatitudinẽ futuram, Deo reuelante, præſciuerunt, & ita ſpei certitudine aliquo modo beati fuerunt, vel incerti extiterunt ſuæ beatitudinis: & ita aliter beati non fuerunt, quàm reliqui qui cèciderunt, mihi autem, quòd poſterius dictum eſt, probabilius vr̃. G H

*Reſponſio ad id quod quærebatur, an angeli eßent creati perfecti, an imperfecti, & dicitur, quòd perfecti fuerunt ſecundum aliquid, & imperfecti ſecundum aliquid.*

AD hoc autem quod quærebatur, vtrum ꝑfecti vel imperfecti, fuerint creati, dici poteſt, quòd quodammodo perfecti fuerũt, & quodam alio modo imperfecti. Non enim vno modo dicitur aliquid perfectum, ſed pluribus. I

*Quòd tribus modis dicitur perfectum, ſecundum tempus, ſecundum naturam, & vniuerſaliter perfectum.*

DIcitur namque perfectum tribus modis. Eſt enim perfectum ſecundum tempus, & etiam perfectum ſecundum naturam, & etiam perfectum vniuerſaliter. Secundum tempus perfectum eſt, quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit ſecundum tempus haberi, & hoc modo angeli erant perfecti, ante confirmationem vel lapſum. Secundum naturam perfectum eſt, quod habet quicquid debitum eſt, vel expedit naturæ ſuæ ad glorificationem, & hoc modo perfecti fuerunt angeli poſt confirmationem, & erunt ſancti poſt reſurrectionem. Vniuerſaliter & ſumme perfectum eſt: cui nihil vnquàm deeſt, & a quo vniuerſa proueniunt bona, quod eſt ſolius Dei. Prima igitur perfectio eſt naturæ conditę, ſecunda naturæ glorificatæ, & tertia naturæ increatæ.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum angeli creati fuerint in gratia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli non ſint creati in gratia. ſic enim dicit Auguſtin. Per cælum quod primo creatum commemoratur, datur intelligi, in formis natura ſpiritualis: ſicut in ſe poteſt exiſtere non conuerſa ad creatorem: ſed hæc conuerſio per gratiam fit. ergo videtur, quòd angelica natura, creata eſt informis ſine gratia. 1. p. q. 65. 3. 22. q. 5. 1. De ver. q. 18 3. lib. de Gen. ad lit. ca. 3. tom. 3.

¶ 2 Præte. Sicut ſupra in litera habitum eſt, per ea quæ angeli in principio creationis acceperunt, poterant ſtare, ſed



ſed non poterant proficere: ſed per gratiam poteſt aliquis mereri gratiæ augmentum, & ita proficere. ergo non fuerunt in gratia creati. A

Diſtin. 3. ¶ 3 Præt. Aug. dicit, & ſupra habitum eſt, quòd diabolus continuo vt factus eſt, non cecidit ab eo quod accepit, ſed quod acciperet ſi Deo ſubdi voluiſſet: cecidit autem a gratia. ergo gratiam nondum acceperat.

Lib. Geñ. ad lit. c. 9. ¶ 4 Pręt. Secundum Aug. per lucem primo creatam ſignificatur gratia angelorum: ſed quàm cito facta eſt lux diuiſa eſt a tenebris, per quas intelliguntur angeli peccãtes. cum ergo nullus angelus fuerat tenebra per peccatum in principio ſuæ creationis, videtur quòd nec ẽt fuerunt lux per gratiam.

¶ 5 Pręt. Cum in principio creationis, non fuerit diſtinctio in angelis, quantum ad gratiam & culpam, ſi aliqui in gratia fuerint creati, omnes in gratia creati fuiſſent: ſed illi qui ceciderunt, nũquàm in gratia fuerunt, quia cum non fuiſſet in eis aliquid retrahens impetum gratię ſecuti fuiſſent dirigentis in Deum. ergo videtur, ꝙ nullus in gratia creatus ſit.

De ciu. Dei lib. 12. c. 9. tex. SED CONTRA. Aug. dicit quòd Deus ſimul erat condẽs naturam & largiens gratiam. ergo in principio creationis gratiam habuerunt. C

¶ 2 Præter. Supra illud Oſeæ 3. Diligunt vinacia vuarum, dicit Glo. quòd dęmones in magna pinguedine ſancti ſpiritus creati ſunt, qua per peccatum ſunt priuati: ſed pinguedo ſancti ſpiritus eſt gratia. ergo in gratia creati ſunt.

¶ 3 Præt. Ad diuinam liberalitatem pertinet, vt gratiam infundat omnibus, qui ſunt capaces gratiæ, niſi in eis aliquid reſiſtens inueniatur multo amplius, q̃ cuilibet materiæ diſpoſitæ formam naturalem tribuat: ſed angeli in principio ſuę creationis motum liberi arbitrij habuerunt: nec aliquid in eis impediens fuit. ergo videtur, quòd ſtatim in eis gratiam infudit.

¶ 4 Præter. Gratiam per naturalia nullus mereri potuit, per quæ tamen ad eam ſe præparare poteſt: ſed præparatio ad gratiam poteſt eſſe etiam per vnum motum liberi arbitrij, ſicut patet in contritione. ergo videtur, quòd cum motum liberi arbitrij habuerint in principio creationis ſuæ, quòd pro nihilo differretur gratiæ collatio. & ita videtur, quòd ſtatim gratiam habuerunt. D

RESPONDEO Dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. quidam enim dicunt, quòd angeli non in gratia, ſed in naturalibus tantum creati ſunt, & hæc opinio eſt communior. Alij vero dicunt, angelos in gratia creatos eſſe. harum autẽ opinionum, quæ verior ſit non poteſt efficaci ratione deprehendi, eo quòd creaturarum principium ex ſimplici creatoris voluntate dependet, quam rationem inueſtigare impoſſibile eſt: tamen ſecundum conuenientiam ad alia eius opera, poteſt vna pars, alia probabilius ſuſtineri. Illa enim opinio, quæ ponit angelos in naturalibus tantum creatos, conſonat illi opinioni, quę ponit omnia ſimul in materia, non autem per ſpecies diſtinctas creata, quia ſicut ſe habet materia informis ad formas corporales, ita natura angelica ad gratiam. Illa autem opinio, quæ ponit angelos in gratia creatos, magis conſonat illi opinioni, quæ ponit omnia in exordio creationis per ſpecies diſtincta, quæ opinio mihi magis placet, abſq; alterius partis præiudicio, quia huic poſitioni præcipue, quantum ad gratiam angelorum pluæs ſanctorum authoritates conſonare videntur. E

Super Gen. ad lit. lib. 4. cap. 34. ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſm̃ Aug. in illa diſtinctione operum, quæ in principio Geñ. memorantur, non deſignatur ſucceſſio temporis, ſed ordo naturę tm̃, ſm̃ ꝙ in via generationis eſt q̃ imperfectũ ante perfectum, & in eodẽ potentia

D. 1021. ante actum, quàmuis actus ſimpliciter præcedat potentiam.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ dicuntur angeli non potuiſſe proficere, non quia mereri non poterant: ſed quia per ſuam virtutem in gloriam transferri non poterant: niſi ampliori lumine infuſo.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ oportet dicere angelos, q. peccauerũt ab aliquo quod habuerũt cecidiſſe, ſiue in gratia creati fuerint, ſiue non ſaltem ab innocentia, vel rectitudine naturali: & ideo hoc quod dicitur, ꝙ cecidit ab eo quod nondum receperat, referendum eſt ad caſum a gloria: quod patet ex hoc quod præmittitur, Beatæ vitæ dulcedinem non guſtauit &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut in diaphano eſt aliquid de natura lucis: licet imperfecte, complet autem qñ efficitur lucidum in actu: ita ẽt in principio creationis angelorum erat in eis, aliquid de natura lucis vel gratię, vel ſaltem naturalis intellectus tm̃. vnde oportet, vt per hoc quod dicit fiat lux, intelligatur de luce perfecta, quę eſt gloria, quæ nõ prius bonis infuit, quàm a malis diuiſi eſſent: ſi tñ intelligatur cælũ factum, prius tempore ante lucem, ſi autem intelligatur nõ prius factum tẽpore, ſed natura, vt Aug. exponit in primo ſuper Geneſim, tũc poteſt intelligi de luce gratiæ, & per tenebras non intelligitur peccatum angelorum, ſed informitas corporalis creaturę, quæ formãda reſtabat, vt ipſe in eodem exponit. Cap. 2.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ex inclinatione gratiæ in bonum, nõ d poteſt concludi, ꝙ habens gratiam a bono diuerti nõ poſſit, etiã ſi nihil habeat retrahens, niſi ſit perfecta gratia, quæ fini coniungat, qualis eſt in beatis, quia habens gratiam nõ agit ex neceſſitate gratiæ, ſicut nec neceſſitate naturæ, quæ in bonum etiam ordinata eſt: ſed ex libertate voluntatis. Qui autem aliã opinionem ſuſtinent, rñdent ad authoritates exponentes gratiam non pro gratia gratum faciente, ſed pro alia gratia gratis data, ſicut eſt perſpicacitas ingenij, vel aliquid huiuſmodi in hominibus: dicunt autem ad alias rationes, ꝙ Deus gratiam diſtulit vt oſtenderetur, ꝙ diſtat inter poſſibilitatem naturæ & gratiæ, vt ſic creatura magis bñficium gratię acceptũ haberet. D. 723 & 819.

DSTINCTIO V.

A

*De confirmatione & conuerſione ſtantium, & auerſione & lapſu cadentium.*

*Prædicta breuiter tangit, addens quales fuerunt angeli in conuerſione & auerſione.*

C

QVales fuerint angeli in creatione oſtenſum eſt, boni ſcilicet & nõ mali, iuſti, ideſt innocentes, & perfecti quodammodo, alio vero modo imperfecti, beati vero non fuerunt vſque ad confirmationem, niſi beatitudo accipiatur, vt iam dictum eſt, ille ſtatus innocentiæ & bonitatis, in quo conditi ſunt.

POſt hæc conſideratio adducit inquirere, quales effecti ſunt dum diuiderentur auerſione & conuerſione. Poſt creationem namque, mox quidam conuerſi ſunt ad creatorem ſuum, quidam auerſi. Conuerti ad Deum fuit, ei charitate adhærere, auerti odio habere vel inuidere. B

EXPOSITIO TEXTVS.

QVIA SVI euentus ingrati fuerunt &c. Eſt. n. de ratione felicitatis vt felix ea, quæ ad ipſum pertinẽt non ignoret, quàmuis non requiratur ad eam omnium ſcientiam habere. Vniuerſaliter autem, & ſumme perfectum eſt &c. Huic conſonat quod Philoſophus dicit in 5. Meta. Illud eſſe ſimpliciter perfectum, quod habet in ſe omnes perfectiones, quæ in generibus rerum inueniuntur, & hanc perfectionem ibidem Commentator dicit eſſe in Deo. Tex. cõ. 21.

DISTINCTIO V.

DIVISIO TEXTVS.

POST HAEC conſideratio adducit &c. Oſtenſo quales angeli creati ſunt, hic oſtendit eorum differentiam adinuicem, per auerſionem & conuerſionem, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de auerſione angelorum. In ſecunda determinat, quæ conſequuntur euerſos & conuerſos, ſecundum operationem eorum adinuicem. 6. di. ibi Præter. Scire oportet.} Prima in duas. In prima determinat auerſionem & conuerſionem quorundam. In ſecunda oſtendit, per quid ſunt auerſi & conuerſi. ibi. {Habebant omnes &c.} Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd per liberum arbitrium ſunt auerſi & conuerſi. Secundo inquirit, vtrum liberũ arbitriũ ſufficiat ad cõuerſionem ſicut ad auerſionem. ibi. {Si autem quęritur &c.} Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd conuerſis appoſita eſt gratia, per quam conuerterentur. Secundo inquirit vtrum per gratiam illam, ſuam beatitudinem meruerint. ibi {Hic quæri ſolet &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo excludit obiectum. ibi {Ideoque a quibuſdam &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

### Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. Eſt de auerſione malorum angelorum.
Secunda. De conuerſione bonorũ.

Circa primum quęruntur tria.

Primo. Vtrum angelus peccare potuerit.
Secundo. Quid appetẽdo peccauerit.
Tertio. Ad quod genus peccati, eius peccatum reducatur.

c Inuidiæ nãque mater eſt b ſuperbia, quia voluerunt ſe pariſicare Deo, in conuerſis quaſi in ſpeculo relucere cœpit Dei ſapientia, qua illuminati ſunt, auerſi vero excęcati ſunt. Et illi quidem conuerſi ſunt & illuminati a Deo gratia appoſita. G Iſti vero ſunt excæcati non immiſſione malitiæ: ſed ex deſertiõe gratiæ, a qua deſerti ſunt, non ita quòd prius data ſubtraheretur: ſed quia numquàm eſt appoſita vt conuerterentur: Hæc eſt ergo conuerſio & auerſio, qua diuiſi ſunt, qui natura boni erant, vt ſint alij ſupra illud bonum, quod habebant per iuſtitiam boni, a alij illo corrupto per culpam mali, conuerſio iuſtos fecit, & auerſio iniuſtos: vtraque fuit voluntatis, & voluntas vtriuſque libertatis. H

*De libero arbitrio breuiter tangit docens quid ſit.*

Habebant. n. omnes liberũ arbitriũ, quod ẽ libera poteſtas & habilitas voluntatis rationalis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, ideſt diſcernere, in quibus conſtat liber. arbitr. Nec creati ſunt volentes auerti vel conuerti: ſed habiles ad volendum hoc vel illud, & poſt creationem ſpontanea voluntate, alij elegerunt malum, alij bonum, & ita diſcernit Deus lucem a tenebris: ſicut dicit ſcriptura, ideſt angelos bonos a malis, & lucem appellauit diẽ, & tenebras noctem, quia bonos angelos gratia ſua illuminauit, malos vero excæcauit.

*Poſt creationem aliquid datum eſt ſtantibus, per quod conuerterentur, nec merito aliquo, ſed gratia cooperante.*

Si autem quæritur: vtrũ poſt creationem conuerſis aliquid collatum ſit, per quod conuerterentur, ideſt diligerent Deum, dicim⁹, quia eſt eis collata gratia cooperans, ſine qua non poteſt proficere rationalis creatura ad meritum vitæ. Cadere n. poteſt per ſe: ſed proficere non poteſt ſine gratia adiuuante.

*a Vtrum in angelis poſſit eſſe peccatum.*

cõtra Gẽ. 3. c. 108. 1. q. 6. 3. de mal. q. 16. Tex. 19. Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd in angelis non potuit eſſe peccatum: ſicut. n. dicitur in 9. Meta. In his, quæ ſemper ſunt actu, non poteſt eſſe malum. vnde Auic. dicit, quòd ſupra ſphæram lunæ non eſt malum: ſed adhuc minus eſt de poſſibilitate in angelo, q̃ in corpore cæleſti. ergo in angelis nullo modo poteſt eſſe peccatum.

¶ 2 Præt. Quòd aliquid ſit malum, poſtq̃ fuit bonum: hoc non poteſt eſſe ſine motu: ſed motus non eſt ſine materia,
Tex. 12. vt dicitur in 2 Meta. Cum ergo in angelis non ſit materia, vt ſupra dictum eſt, videtur ꝙ non potuerit in eis peccatum eſſe.
Tex. 20. ¶ 3 Præt. Sicut dicitur in 7. Phy. Omnis mutatio virtutis, & vitij, reducitur in alteratione, quæ eſt ſecundùm paſſiones partis ſenſitiuę: ſed huiuſmodi paſſiones non ſunt in angelis carentibus organis ſenſus. ergo in angelis non poteſt eſſe mutatio de virtute in vitium, vt peccent poſtquàm boni fuerant.

¶ 4 Præt. Voluntas non eſt niſi boni, vel apparentis boni. ergo cui non poteſt apparere bonum, niſi quod eſt bonum, non poteſt voluntas ferri, niſi in bonum verum: ſed in angelis non poteſt eſſe bonum apparens, niſi quod eſt verum bonum. ergo non poſſunt deſiderare, niſi id quod eſt verum bonum, & ita non poſſunt peccare. probatio mediæ. Intellectus numquàm errat in his, quorum proprie eſt intellectus, ſicut in cognitione principiorum: ſed angeli non habent niſi intellectiuam cognitionem. ergo non poſſunt in ſua cognitione errare. vnde
3. de anima tex. 51. Philoſophus dicit in lib. de anima, quòd intellectus ſemper eſt rectus, phantaſia autem eſt recta & non recta, hoc idem dicit
Cap. 14. Aug. ſuper Geneſim lib. 12.

Sed contra Eſt quod dicitur Iob. 4. Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis re. pra. ergo &c.
In lit. 3. diſ. ¶ 2 Præt. Vt ſupra dictũ eſt. Angelis in ſui creatione datum eſt liberũ arb. ſed liberũ arb. quod eſt ex nihilo poteſt etiã in malũ deflecti. ergo videtur, ꝙ angeli peccare potuerunt.

Reſpondeo Dicendum, ꝙ apud omnes catholicos, certum eſt, angelos peccaſſe, & dæmones effectos eſſe, quomodo autem peccauerunt difficile eſt videre: quia non poteſt eſſe peccatum in voluntate, niſi ſit aliquo modo deceptio in ratione.
Cap. 1. vnde omnis malus eſt quodammodo ignorans, vt in 3. Ethic. dicit Philoſophus, quòd qualiter ſit videndum, eſt ad propoſitæ
Cap. 3. queſtionis intellectum. Ipſe enim diſtinguit in 7. Ethic. operandorum duplicem cognitionem, ſcilicet vniuerſalem & particularem, & quia operationes ſunt circa ſingularia: ideo aliquem recte in vniuerſali opinantem circa ſingularia peccare

F contingit: ſingularia enim contingit cognoſcere dupliciter, ſcilicet in habitu & in actu, contingit ergo aliquem peccantem rectam exiſtimationem, etiam de ſingulari operabili in habitu habere: non tamen in actu, quia in nobis habitus paſſione ligatur, ne in actum exeat circa conſiderationem particularis operãdi. ſicut ebrietate, ita & ira, concupiſcentia adeo, vt ſi verba pronuntiet, ſenſum mente non teneat, inquantum iudicium rationis, vehementia paſſionis abſorbetur: vnde dicitur in 6. Ethic. ꝙ delectatio corrumpit exiſtimationem prudentiæ: Cap. 5. ſed q̃uis hoc modo in angelis iudicium intellectus ligari non poſſit, eo quòd tales paſſiones in eis non ſunt, poteſt tamen ligari inquantum conſiderando vnum, retrahitur a conſideratione alterius, eo quòd eius intellect⁹ ſimul plurium non eſt, niſi ſicut in verbo omnia contemplatur: Contingit autem aliquid eſſe eligendum ſecundum vnam cõditionem rei conſideratam, quod tamen eligendum non eſt, omnibus conditionibus concurrentibus conſideratis, & ita potuit in angelis error d electionis eſſe & peccatum. D. 149.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ in natura angelorum, non eſt alia potentia reſpectu alicuius formæ, quam acquirere & amittere poſſit, ſicut eſt in generabilibus & corru-
I ptibilibus: & ideo non poteſt in eis eſſe malum naturæ, ſicut nec in ingenerabilibus & incorruptibilibus, cuiuſmodi ſunt corpora cæleſtia. Sed tamen liberũ arbit. eorum eſt poſſibile reſpectu motus ordinati, & ita poteſt eſſe quantum ad hoc deordinatio ad malum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut paſſio & receptio dicuntur æquiuoce in operibus intellectualibus & naturalibus, ita & motus. vnde non exigitur, quòd ad talem motum ſit materia: ſed ſufficit potentia qualis dicta eſt in angelis eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dictum Philoſophi eſt intelligendum de virtutibus & vitijs, quę ſunt circa paſſiones, & de ſcientia, quæ eſt a ſenſibus acquiſita, & hoc in angelis non inuenitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis intellectus non poſſit errare, ita vt iudicet aliquid huiuſmodi quod non eſt, quantum ad illud quod de re percipit, nihilominus intellectus crea-
K tus, quia non eſt omnium ſimul, poteſt deficere, ex hoc quòd iudicat de re, quòd ſit conueniens, ſecundum aliquam conditionem rei conſideratam, quod non eſt conueniens, ſecundum alia quæ non conſiderat, ſicut medicus iudicans aliquid eſſe expediens vni ægroto, ſecundum vnam infirmitatem eius conſideratam, quod non eſt ſibi ſimpliciter expediens, propter aliã ægritudinem, quam vel non cognoſcit vel non conſiderat.

#### Articvlvs II.

*b Vtrum angelus malus appetierit æqualitatem.*

2. diſt. 22. 2. 22. q. 163. 2. 1. q. 63. 3. de mal. 163

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd angelus Dei ęqualitatem non appetierit, quia ſicut dicit Aug. de Adam



Qua gratia indigebat angelus, & qua non.

*Qua gratia indigebat angelus, & qua non.*

B Non indigebat angelus gratia per quam iuſtificaretur, quia malus non erat, ſed qua ad diligendum Deum perfecte, & obediendum adiuuaretur. B Operans quidem gratia dicitur, qua iuſtificat impius, ideſt de impio ſit pius, de malo bonus. Cooperans vero, qua iuuatur ad bene volendum efficaciter, & Deum præ omnibus diligendum, & ad operãdum bonum, & ad perſeuerandum in bono & huiuſmodi, de quibus poſtea plenius agemus. a Data eſt ergo angelis, qui perſtiterunt cooperans gratia per quam conuerſi ſunt, vt Deum perfecte diligerent. C Conuerſi ergo ſunt a bono quod habebant nõ perdito, ad maius bonum, quod non habebant. Et eſt facta iſta conuerſio per gratiam cooperantem libero arbitrio, quę gratia alijs, qui ceciderunt appoſita non fuit.

*An ſit imputandum illis, quod auerſi ſunt.*

Ideoque a quibuſdam obiici ſolet, non eſſe imputandum illis, qui auerſi ſunt, & non conuerſi, quia ſine gratia conuerti non poterant. Sed illa non eſt eis data, nec culpa illorum fuit, quòd non eſt data, quia in eis nulla culpa adhuc præceſſerat. Ad quod dici poteſt, quoniam quibus appoſita eſt ipſa gratia, non fuit ex meritis eorum. Alioquin iam non eſſet gratia, ſi ex merito, quod eſſet ante gratiam, daretur.

ſuper Gẽ. ad lit. li. 11. cap. 42. loquens. Non eſt credendum, quòd vir ſpirituali mente præditus eſſe voluerit ſicut Deus. Sed angelus multo ſapientior fuit homine. ergo videtur quòd Dei æqualitatem non appetijt.

¶ 2 Præt. Illud quod non cadit in apprehenſionem, non cadit in voluntatem, quia voluntas non eſt, niſi de aliquo bono appræhenſo: ſed æqualitas creaturæ ad Deum, non cadit in appræhẽſionem, quia ipſe Deus omnem intellectũ creatum ſua magnitudine excedit. ergo videtur, quòd Dei æqualitatem non appetijt.

¶ 3 Præt. Quàmuis voluntas ſit poſſibilium & impoſſibilium, tamen electio non eſt: niſi poſſibilium, vt dicitur in 3.
Cap. 2. Ethic. ſed electio angeli fuit de eo quod deſiderauit, quia q̃cũq; non peccat per electionem, peccat ꝑ infirmitatẽ vel ignorantiam, vt poteſt haberi a Philoſopho
Cap. 8. in 5. Ethi. quale non fuit peccatum angeli. Ergo ſuum deſideratum fuit poſſibile: ſed eum eſſe æqualem Deo eſt impoſſibile. ergo non fuit ſuum deſideratum.

¶ 4 Pręt. Nullus peccat in deſiderio ſui finis, quia hoc naturale eſt: ſed finis angeli, & cuiuſlibet creaturę eſt aſſimilari Deo. ergo videtur, quòd non peccauit hoc appetendo.

¶ 5 Præt. Quicunq; vult aſſimilari alicui, conuertitur ad illud. nullus enim vult eſſe ſimilis ei quem odio habet: ſed angelus peccando non eſt conuerſus, ſed auerſus a Deo. ergo non appetijt ſimilitudinem Dei, vel æqualitatem.

Pſ. 68. Sed contra ſupra illud Pſal. Quæ nõ rapui, tunc exſoluebam, dicit glo. ꝙ Eua ſicut diabolus rapere voluit diuinitatem. ergo videtur, ꝙ diabolus Dei æqualitatem appetijt.

¶ 2 Præt. Eſa. 14. Ex pſona Nabuchodonoſor in figura diaboli D dicitur. In cælum aſcendam: non autem poteſt intelligi de cælo empyreo: quia in illo creatus fuit. ergo oportet, vt intelligatur de cælo ſanctæ trinitatis: & ita videtur, quòd æqualitatem diuinę celſitudinis appetijt.

Reſpondeo Dicendum, quòd circa hoc triplex eſt opinio. Quidam nãque ſimpliciter & abſolute cõcedunt, quòd peccatum angeli fuit ex hoc, ꝙ Deo ſimpliciter æqualis eſſe voluit: nec obſtat, quòd hoc eſt impoſſibile, quia ſecundum Aug. Cęca ambitio ſemper præſumit, plus q̃ poſſit: ſed hoc non videtur conueniens, quia q̃uis homo poſſit plus deſiderare, quàm poſſit habere: non tñ plus poteſt velle q̃ poſſit æſtimare, quia intellectum voluntas ſequitur, & non excedit. Et præterea, in angelo non eſt ponere paſſionem, quæ ex appetitu honoris iudicium intellectus liget, ſicut eſt in nobis. Et præterea, nullus vult E aliquid vnq̃, quo poſito eius natura non maneret. Si autem angelus Deo æqualis eſſet, non eſſet huius naturæ ſed diuinæ: & ita ſuum non eſſe appeteret. Et ideo aliter alij dicunt, ꝙ Dei æqualitatem directe non appetijt, ſed indirecte: quia appetijt aliquid quo habito ſequeretur, ꝙ Deo eſſet æqualis, ſcilicet nulli ſubeſſe. Hoc etiam non videtur conueniens, quia totum bonum angeli eſt in hoc, ꝙ Deo ſubeſt: ſicut tota claritas aeris eſt in hoc, ꝙ ſubiicitur radijs ſolis: & ideo hoc ab angelo non potuit appeti. Et ideo aliter eſt dicendum, ꝙ non appetijt æqualitatem ſimpl'r, quantum ad ſubſtantiam deſiderati, vt. ſ. vellet tantam bonitatem habere quantam Deus habet: ſed tñ appetijt ęqualitatẽ ſm quid. ſ. quantum ad modum habendi: bonitas autem ſiue beatitudo eſt in Deo, quam habet per ſuam naturam, & a qua omnis creaturæ beatitudo, & bonitas transfunditur: videns ergo angelus dignitatem naturæ ſuę, qua creaturis ceteris præeminebat, voluit a ſe beatitudinem, & bonitatem in omnia inferiora deriuari, voluit etiam per ſua naturalia in perfectionem beatitudinis peruenire: & ideo dicitur, quòd ſine me-

A rito habere voluit hoc, quod meritis habiturus eſſet ſi perſtitiſſet: nec etiam quantum ad modum habendi, ſimpliciter Deo ęquiparari voluit: non enim voluit a ſe beatitudinẽ habere: nec eſſe primum in alios transfundens: ſed a Deo & ſub Deo, ſecundum quòd ipſe in omni natura operatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ angelus noluit ęqualitatem ſimpliciter, ſicut nec homo: ſed modo prædicto: quidam tñ dicunt, quòd Adam magis fuit ꝓditus ſpirituali mente q̃ angelus: non tamen quantũ ad gradum naturæ: ſed quãtum ad diuinam reuelationem quã habuiſſe creditur, cum dñs in eum ſoporem immiſit.

¶ Ad ſecundum & tertium dicendum, quòd rationes illæ procedunt de æqualitate ſimpl'r, quam non dicimus angelum appetiiſſe.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ aſſimilatio diuina eſt finis vniuſcuiuſq; creaturę ſecũdum modum ſibi a creatore pręfixum. vnde ſine deordinatione non poteſt eſſe, quòd appetitus tendat in diuinam aſſimilationem, vltra terminum naturæ ſuæ a Deo ſtatutum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in quolibet peccatore auerſio a Deo eſt præter intentionẽ: quia malum non d poteſt eſſe inten- D. 1200.
tum, ſed ſemper bonum, in quo eſt ad Deum aſſimilatio: & ita præter intentionem ipſorum angelorum fuit, quòd a Deo ſe auerterent, cui aſſimilari volebant.

#### Articvlvs III.

*c Vtrum primum peccatum angeli fuerit ſuperbia.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ peccatum angeli primum, non fuit de genere ſuperbiæ, ſed aliud: quia ſicut 1. Ti. 6. dicitur Radix omnium malorũ eſt cupiditas vel auaritia: ſed peccatum angeli fuit quaſi omnium peccatorum radix. ergo ſuum peccatum fuit cupiditatis vel auaritiæ. 1. q. 68. 2.

¶ 2 Pręt. In litera dicitur, ꝙ auerti a Deo eſt odio habere vel inuidere: ſed angeli peccando a Deo auerſi ſunt. ergo eorum peccatum fuit inuidiæ vel odij.

¶ 3 Præt. Fugere laborem in bonis ſpiritualibus pertinet ad accidiam: ſed Bernardus dicit, quòd in hoc fuit angeli peccatum, quòd ſine labore gloriã habere voluit. ergo videtur, quòd ſuum peccatum fuit accidiæ.

¶ 4 Præt. Quicũque non facit illud ad quod tenetur, peccat per omiſſionem: ſed angelus debuit conferre de Dei ordinatione, ne vltra ipſam appeteret aliquid, quod non fecit. ergo per omiſſionem peccauit.

¶ 5 Pręt. Inter virtutes, primum locum tenet fides quaſi fundamentum: ſed infidelitas fidei, opponitur. ergo cum angeli peccatum primum fuerit, videtur, quòd fuerit infidelitas.

Sed contra. Sicut dicitur Eccleſia. 11. Initium omnis peccati ſuperbia: ſed a malitia diaboli omne peccatum originẽ trahit. ergo videtur, quòd ſuum peccatum fuit ſuperbia.

Reſpondeo Dicendum ꝙ ſuperbia tribus modis accipitur. Vno modo prout ſumitur habitualiter, ſcilicet quędam inclinabilitas, vel ex naturæ flexibilitate tantum, vel ex fomitis d corruptione ad ſuperbiam, & ſic dicitur ſuperbia initiũ omnis peccati. Alio modo dicitur ſuperbia, ſm q̃ aliquis actualiter ſe effert extra præcepti limites, vt præcipienti non ſubiiciatur, & ſic non eſt ſpeciale peccatum: ſed quædam gñalis conditio, omne peccatũ conſequens ex parte auerſionis. Tertio D. 374.

modo dicitur ſuperbia inordinatus appetitus propriæ excel- F
lentiæ, & pręcipue in dignitate vel honore, & ſic eſt ſpeciale
peccatum, vnum de ſeptem capitalibus vitijs, & ſic primum
D. 56 peccatum angeli ſuperbia fuit, quod patet, tum ex deſiderato,
D. 302 quia eminentiam dignitatis appetijt, tum etiam, ex motiuo,
306 quia ex conſideratio
1144 ne propriæ pulchritudinis in peccatũ ruit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cupiditas etiam tripliciter dicitur. Vno modo,[d] ſecũdum ꝙ
D. 56 eſt radix omnis pec-
D. 254 cati, & ſic eſt quædã
304 inclinabilitas in deſiderium inordinatum cuiuſcunq; deſiderabilis, vel ex corruptione fomitis, vel ex conditione naturæ, quę flexibilis eſt propter hoc, quòd eſt ex nihilo. Alio modo dicitur, ſecundum ꝙ eſt conditio omne peccatum conſequens ex parte cõuerſionis, prout dicit deſiderium actualiter inordinatum, cuiuſcũque deſiderabilis, vel honoris vel ſcientiæ &c. Tertio modo dicitur, ſecundum quòd eſt ſpeciale vitium, vnum de ſeptem capitalibus, ſcilicet inordinatum deſiderium habendi ea, quę ſufficientiam in vita promittunt, vt pecunia & alia, quorum prætium numiſmate menſuratur, & per ſe conſtat, quòd talium deſiderio diabolus non peccauit. H

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd odium & inuidia, reſpectu Dei præſupponunt in angelo voluntatis prauitatem, vt dicit
Cap. 12. Auguſt. ſuper Geneſim ad literam. 11. quod ſic patet, quia nullius rei poteſt eſſe odium, niſi quod eſt diſſonum, & cõtrarium voluntati, illud autem quod eſt optimum, nihil defectus habẽs admiſtum, non eſt contrarium, niſi voluntati non rectæ. Similiter inuidia eſt dolor, alienæ proſperitatis inquantum eſt impeditiua alicuius boni proprij, diuina autem felicitas, non eſt impeditiua alicuius proprij boni, niſi quod inordinate deſideratur: quia ab eo omne bonum deſcendit, & ita odium & inuidia præſupponunt aliquod peccatum, per quod voluntas deordinaretur, & ſic non fuit peccatum eius odij vel inuidię. I

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli in hoc, quòd Deo miniſtrant & merentur, laborem vel tedium non habent: & ideo peccatum accidię eis non competit: ſed pro tanto dicuntur, voluiſſe ſine labore gloriam conſequi, quia propria virtute aſſequi voluerunt, ſecundum quòd laborioſum dicitur illud, quod facultatem operantis excedit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omiſſio quandoque eſt ſpeciale peccatum, quando ſcilicet, dimittitur aliquid quod fieri debet, quòd ſpecialiter præceptum eſt, quandoque vero eſt conditio, omne peccatum conſequens, ſecundum quòd eſt dimiſſio alicuius circũſtantiæ in opere obſeruando, & hoc modo non eſt inconueniens, quòd in primo peccato angeli fuerit omiſſio: poteſt tamen dici, quòd non tenebatur, tunc actualiter conferre, quia alio modo peccatum vitare poterat.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝗ ea quæ ſunt prima in generatione,
D. 1179 non oportet, quòd ſint prima in deſtructione: vnde non ſe- K
quitur,[d] ſi fides eſt prima virtutum, quòd infidelitas ſit primum vitiorum.

## QVÆSTIO II.

B

### Circa ſecundum principale quæritur de conuerſione bonorum angelorum, & quæruntur duo.

Primo. Vtrum fuerit eis aliqua gratia appoſita ad conuerſionem.

Secundo. Vtrum per illam gratiam, ſuam beatitudinem meruerint.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angeli indiguerint gratia ad hoc, quod conuerterentur in Deum.*

*Qua culpa gratia non eſt data eis, qui ceciderunt.*

QVòd vero aliis non eſt data, culpa eorũ fuit, quia cum ſtare poſſent G noluerunt, quouſque gratia apponeretur, ſicut alij perſtiterunt donec illis cadentibus, per ſuperbiam, eis gratia appoſita eſt. Aperte ergo cadentium culpa, in hoc deprehendi poteſt: quia licet ſine gratia nequirent proficere, quam nondum acceperant: per id tamen quod eis collatum erat in creatione, poterant non cadere, ideſt ſtare, quia nihil erat quod ad caſum eos compelleret: ſed ſua ſpontanea voluntate declinauerunt, quod ſi non feciſſent, quod datum eſt alijs, vtique daretur & iſtis.

*b Quòd angeli in ipſa confirmatione beati fuerunt: ſed vtrum eam meruerint per gratiam tunc ſibi datam, ambiguum eſt. de hoc enim diuerſi diuerſa ſentiunt.*

HIc quæri ſolet, vtrum in ipſa confirmatione beati fuerint angeli, & an ipſam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quòd in ipſa confirmatione beati fuerint, plures cõteſtant authoritates: & ideo pro conſtanti habendum eſt. Vtrum vero per gratiam, tũc ſibi datam, ipſam beatitudinem meruerint, ambiguum eſt. Quibuſdam enim placet, quòd eam meruerint B per gratiam, quam in confirmatione perceperunt, ſimulq; in eis meritum, & præmium fuiſſe dicunt, nec meritum præceſſiſſe præmium tempore, ſed cauſa. Aliis autem videtur, quòd beatitudinem, quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appoſitam non meruerint, dicentes tunc non fuiſſe eis, collatam gratiam ad merendum, ſed ad beatæ viuendum, nec tunc eis datum eſſe bonum quo mererentur, ſed quo feliciter fruerentur. Quòd autem in pręmium tunc acceperunt, per obſequia nobis exhibita ex Dei obedientia, & reuerentia mereri dicuntur, & ita præmium pręceſſerit merita, & hoc mihi magis placere fateor.

AD PRImum ſic proceditur. Videtur quòd non indiguerint appoſitione alicuius gratię, vt conuerterentur ad Deum. Ad libertatem enim liberi arbitrij pertinet, vt ad vtrunq; reflecti poſſit, & præcipue in bonum: ſed in angelis in ſtatu creationis fuit liber. arb. nullo peccato debilitatum. ergo non indigebant gratia ad hoc, vt in bonum conuerterentur. 1.q.62.1.

¶ 2 Pręt. Vt ſupra ex verbis Aug. habitum eſt, Deus non diſtinxit inter angelos ante eorum conuerſionem & auerſionem: ſed illis quæ ſunt auerſi, non fuit appoſita gratia, vt in litera dicitur. ergo nec illis, qui fuerunt conuerſi ante conuerſionem. In lit. diſ. 4.

¶ 3 Præt. Ex hoc, quòd angeli conuerſi ſunt a Deo gratia repleti ſunt: ita quòd cõuerſio ad gratiam eſt præparatio. Si ergo conuerſio non poteſt eſſe, niſi per gratiam aliquam præcedentem, nec iterum illa gratia ſine præparatione aliqua: aliàs omnibus daretur, videtur quòd per hunc modum, ſit procedere in infinitum, quod etiam intellectus & natura reſpuit. ergo eſt ſtatus in primo, quòd ſcilicet ad conuerſionem, non oportuit dari gratiam, quę ad conuerſionem præpararet.

¶ 4 Præt. Idem habitus eſt, qui cooperatur habenti, bonum opus eius reddens, & qui operatur in eo, bonum ipſum faciens: ſed angelus non indiguit gratia operante, vt in litera dicitur. ergo nec cooperante gratia ad opus conuerſionis.

SED CONTRA. Proficere ad meritum vitæ, nullus ſine gratia poteſt: ſed per conuerſionem angeli ad vitam profecerunt. ergo ad eam gratia indiguerunt.

I ¶ 2. Præt. Conuerti ad Deũ eſt amore ei adhærere, vt in litera dicitur. Non autem intelligitur hoc de amore naturali, quia ſic etiam eum prius dilexerant, vt ſupra habitum eſt. ergo videtur, ꝙ intelligatur de amore charitatis, qui ſine gratia non eſt. ergo conuerſio ſine gratia non potuit eſſe.

RESPONDEO Dicendum, ꝙ circa hoc eſt duplex opinio: quidam. n. dicũt, ꝙ[d] ad cõuerſionem meritoriam exigitur duplex gratia. Vna gratum faciens, quæ informat conuerſionis D. 74.
actum, & meritorium reddit. Alia gratis data, a qua elicitur ſub 153. 399.
ſtantia actus, & quæ liber. arb. inclinat ad volendum. Sed iſtam gratiam ponere non videtur neceſſarium, niſi ipſa libertas arbitrij gratia dicatur, quæ proculdubio nobis a Deo eſt, vel aliquæ occaſiones, quæ q̃nq; dantur hominibus a Deo ad conuerſionem, vt inſtructio legis & caſtigatio ad humilitatem, & alia huiuſmodi, ſine quibus ramẽ poſſibile eſt gratiam conſequi, q̃a ſi homo facit, quod in ſe eſt Deus, dat ei gratiam. Ad hoc autem
K faciendum, non exigitur aliquid aliud. Illud. n. ad quod non poteſt per ſe liber. arbit. non eſt in homine, vt faciat illud: illud enim in nobis eſſe dicitur, cuius nos domini ſumus. vnde poſitio iſta implicat contradictionem, dum poſuit, ꝙ ad faciendum illud, quod in nobis eſt liberum arbitrium non ſufficit.

¶ Et ideo aliter eſt dicendum, ꝙ ad eliciendum actum conuer-
ſionis,[d] ſufficit liberũ arbitriũ, quod ſe ad habendam gratiã, per D. 400. &
hunc actum præparat & diſponit: ſed efficacia conuerſionis ad 889.
meritum, non poteſt eſſe niſi per gratiam: vnde vnus & idem D. 154. &
motus eſt[d] cõuerſionis liberi arbitrij, in quo gratia infunditur, 280. & 311.
qui eſt diſpoſitio ad gratiã, ſẽm qđ exit a lib. arb. & meritorius, & 888.
ſecundum quòd gratia informatur. Et ſimile eſt etiam in motu contritionis, quo primo iuſtificatur impius, qualiter autẽ hoc ſit poſſibile, pōt videri ex his, quę in natura contingunt. In eodẽ. n. inſtanti, quo primo eſt diſpõ neceſſitans in materia forma ſubſtãtialis inducitur. cum. n. gñatio ſit terminus alterationis oportet in eodem inſtanti alterationem terminari ad diſpõnẽ quæ eſt neceſſitas & generationem ad formam ſubſtantialem.





Sed quia alteratio eſt motus continuus: ideo principium al- A
terationis, & medium quo materia diſponitur ad formam ſubſtantialem, tempore præcedunt introductionem formæ ſubſtantialis, motus autem voluntatis, qui diſponit ad gratiam eſt ſimplex & non continuus, ideo vel primus tantum eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, vel vltimus inter plures: qui agit in virtute omnium præcedentium: & ideo cum illo gratia infunditur.

¶ AD PRIMVM dicendum, quòd q̃uis liberi arbitrij, de ſe poſſit in ſubſtantiam actus: non tamen in formam eius per quam meritorius eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd motus auerſionis & cõuerſionis, ſecundum quòd ſunt ex libero arbitrio, præcedunt infuſionem gratię in quibuſdam, & caſum quorundã, non tẽpore, ſed natura ſecundum viam materię, & generationis, prout diſpoſitio præcedit formam: & per hoc patet ſolutio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliquid dicitur fieri, vel opera- C
tum eſſe dupliciter, vel ſicut ex contrario, prout dicimus, quòd ex nigro fit album, & hoc modo dicitur gratia operans, qua de malo fit bonus, & ſic non fuit in angelis, vt in litera dicitur. Alio modo dicitur, aliquod fieri ex negatione vel priuatione, ſicut ex non lucente lucens, & ex non figurato figuratum, & ſic dicitur gratia operans, qua de non bono, gratuita bonitate fit tali bonitate bonus, & ſic gratia operans fuit in angelis.

## ARTICVLVS II.

*b Vtrum angeli meruerint ſuam beatitudinem.*

1.q.62.4.
quodli. 9. 8. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ange- D
li ſuam beatitudinem non meruerint. Meritum enim præcedit præmium, ſicut via terminum: ſed in angelis non potuit eſſe meritum, quia ante habitudinem gratiam non habebant, quæ eſt radix merendi, ad minus ſi in gratia creati non ſunt. ergo videtur, quòd ſuam beatitudinem non meruerunt. Si dicatur, quòd merentur eam per miniſteria, quibus nobis iubente Deo obſequuntur.

De cęleſt. ¶ 2 Contra. Secundum Diony. Superiores non mittuntur
Hier. ca. 7. ad explendum vſum exterioris miniſterij. ſi ergo inferiores
& 13. per miniſterium merentur, videtur quòd iniuſtę cum ſuperioribus agatur, quibus merendi facultas non conceditur.

¶ 3 Præter. Ordo vnus in infinitum non excedit alterum. ſi ergo inferiores continuo merentur, per exterius miniſteriũ. videtur quòd quandoque perueniant ad gradum ſuperioris or- E
dinis: & ita eſſet ordinum confuſio.

¶ 4 Præter. Efficacia merendi in operatione eſt, vel propter difficultatem operis, vel propter perfectionem: ſed non propter difficultatem, quia angeli ſua miniſteria explent, ſine labore omni & difficultate. ergo ſi propter perfectionem, cum operatio qua Deum contemplantur ſit nobilior & perfectior: videtur etiam, quòd per illam mereantur, & cum hæc ſit communis omnibus beatis, & non interrupta, videtur quòd facti ſint in continuo merito: & ita quòd eorum gloria in infinitum creſcat.

SED CONTRA. In quibuſcunque inuenitur perfectio, vnius rationis, in eis ſunt eadem principia conſequendi perfectionem illam: ſed in angelis & hominibus, eſt beatitudo vnius rationis. cum ergo homines ad beatitudinem ſine merito non perueniant, videtur quòd nec angeli.

¶ Prętet. Secundum Bernard. in hoc fuit peccatum angeli, quòd gloriam ſine merito habere voluit, non autem hoc fuiſſet ei peccatum, ſi ad hoc ordinatus eſſet, vt beatitudinem haberet, quam non mereretur. ergo videtur, quòd non habuerunt beatitudinem ſine merito.

RESPONDEO Dicendum, quòd ſuſtinendo angelos in gratia fuiſſe creatos planum eſt ad hoc reſpondere, quia ſic certiſſime meritum præmium præceſſiſſet. Si autem in gratia creati non ſunt, ſed gratia fuit eis ſimul data cum gloria, tũc ſunt tres opiniones: quidam enim dicũt, quòd ſuam beatitudinem, nullo modo meruerunt, nec fuit eis data gratia ad merendum: ſed ad beatæ viuendum: hoc autem non videtur cõueniens, quia beatitudo habet ratio-
nem præmij:[d] præ- D. 886.
mium autem ſine merito eſſe non poteſt, ſicut nec pœna ſine culpa. Alij dicunt, quòd per opera, quę ſunt poſt confirmationem, quibus
nobis[d] miniſtrant D. 157. 158
merentur beatitudinem, quam prius acceperunt, ſicut aliquis miles meretur munus ſibi a rege collatum, poſterius militando: ſed hoc etiam ſimpliciter loquendo non videtur conueniens, quia beatitudo habet rationem termini, meritum autem cum ſit tendens in aliud, habet rationem viæ: vnde non videntur ſe poſſe compati, vt aliquis beatus in ſtatu merendi exiſtat. Sed ſecundum quid poteſt ſuſtineri, vt ſcilicet mereri intelligantur non pręmium eſſentiale, quod eſt eorum beatitudo: ſed præmium accidentale quod eſt gaudium de illis, qui per eorum officia ſaluantur.

¶ Et ideo videtur, cum alijs dicendum, quòd meritum in eis,
nõ[d] præceſſit præmium tempore, ſed natura: quod facile intel-
ligi poteſt ex his, quę ſupra dicta ſunt. Sicut enim actus liberi D. 160. 887
arbitrij eſt diſpoſitio ad gratiam, ita actus informatus gratia eſt meritum gloriæ. Vnde vnus & idem conuerſionis motus, eſt præparatio ad gratiam, ſecundum quòd eſt ex libero arbitrio, & meritorius gloriæ, ſecundum quòd eſt gratia informatus, & iterum fruitionis actus, ſecundum quòd completur per habitum gloriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non eſt neceſſarium meritum præcedere pręmium tempore, ſed natura tantum. quilibet enim actus meritorius, habet aliquod præmium ſibi adiunctum, ſicut & quilibet actus inordinatus habet pœnam, vt dicit
Auguſt. in libr. confeſſ. Aug. in l. 1.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd & ſi ſuperiores non mittan- ca. 12.
tur: nihilominus tamen per eos regulantur inferiores in ſuis miniſterijs: & ideo meritum reſpectu accidentalis præmij commune eſt: & per hoc patet reſponſio ad tertium.

¶ Et præterea ordines diſtinguuntur, ſecundum gradum in præmio eſſentiali, quod per miniſteria non augetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd actus miniſterij angelorum ha
bent efficaciam[d] merendi ratione effectus, ſcilicet ſalutis homi D. 156.
num quibus miniſtrant, de quo redundat in eis gaudium, quod eſt accidentale pręmium.

## EXPOSITIO TEXTVS.

AVERTI odio habere &c. Videtur hoc etiam eſſe impoſſibile, quia ſicut nihil amatur, niſi bonum, vel in ratione boni: ita nihil odio habetur niſi ratione mali: ſed in Deo nulla eſt ratio mali. ergo odio haberi non poteſt.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur in pſalmis, Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper. Ad quod dicendum, quòd ipſum Deum, ſecundum quod eſt, nullus odio habere poteſt: ſed ratione alicuius effectus eius, qui contrariatur voluntati inquantum eſt puniens vel prohibens, vel aliquid huiuſmodi. Non ita quòd prius data ſubtrahuntur, ex quo videtur, quòd in gratia creati non ſunt, ſed hæc ſunt verba magiſtri, qui huius opinionis videtur fuiſſe.

## DISTINCTIO VI.

DIVISIO TEXTVS.

OSTENSA diuiſione malorum angelorum a bonis, per auerſionem & cõuerſionem: hic incipit determinare ea, quæ conſequuntur auerſos & conuerſos, ſecundum ꝙ in eis conueniunt vel differunt, & diuiditur in partes tres. In prima determinat ea, quæ cõſequuntur eos quantum ad naturæ cognitionem. In ſecunda, ea quę pertinent ad poteſtatem. 7. diſt. ibi {Supradictum eſt, ꝙ angeli perſtiterunt &c.} In tertia, ea quæ pertinent ad corporum aſſumptionem. 8. di. ibi {Soleti quæſtione verſari &c.} Prima in duas. In prima determinat veritatem. In ſecunda mouet quæſtionem ex determinatis. ibi {Solet autem quæri &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit eorum cõditionem, quantum ad naturæ gradum ante peccatum. In ſecunda conditioné eorum poſt peccatum. ibi {Et tantę ſuperbiæ &c.} Et primo quantum ad locum. Secundo, quã tum ad prælationis gradum, qui gradum naturalium ſequitur. ibi {Sicut inter bonos &c.}

¶ Solet autem quæri &c.} Hic mouet, quæſtionem quantum ad ea, quæ dicta ſunt de loco, & primo, determinat eam in communi. Secundo, in ſpeciali. ibi {De Lucifero autem &c.} Vbi primo determinat eam, quantum ad primum angelum. Secundo, quantum ad alios. ibi {Alijs quoque, qui a ſanctis &c.}

† Iob 40. ca.

† Ezech. 28. cap.

† Greg. ſup Iob lib. 23. mor. ca. 24. & deinceps vſq; ad finé libri.

† Ibidem.

† Greg. ſup. 15. Luc. Hom. 34.

## DSTINCTIO VI.

A

*Quòd de maioribus & de minoribus, quidam ceciderunt, inter quos vnus fuit celſior, ſcilicet lucifer.*

PRæterea ſciri oportet, quoniam ſicut de maioribus & minoribus, quidam perſtiterunt, ita de vtroque gradu quidam corruerunt. *a* Inter quos vnus fuit omnibus aliis cadentibus excellentior, nec inter ſtantes aliquis fuit eo dignior, ſicut teſtimoniis authoritatum monſtratur. Ait enim Iob. Ipſe principium viarum Dei. Et in Ezechiele legitur. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſcientia, & perfectione, decorus in delitiis paradiſi Dei fuiſti. Quod exponens Gregor. ait. Quanto magis in eo ſubtilior eſt natura, eo magis in illo imago Dei, ſimilis inſinuatur impreſſa. Item in Ezechiele legitur. Omnis lapis præcioſus operimentũ eius, ideſt omnis angelus quaſi operimẽtũ eius erat, quia vt dicit Grego. In aliorum comparatione ceteris clarior fuit. Vnde & vocatus eſt lucifer, ſicut teſtatur Iſaias. Quomodo, inquit, cecidiſti lucifer, qui mane oriebaris &c. Qui non vnus ordo: ſed vnus ſpiritus accipiendus eſt, qui teſte Iſidoro poſtquàm creatus eſt, eminentiam naturæ, & profunditatem ſcientiæ ſuæ perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit, intãtum quòd etiam G Deo ſe æquare voluit, vt in Iſaia dicitur. In cælum aſcendam ſupra aſtra cæli & exaltabo ſolium meum, & ero ſimilis altiſsimo. Similis quidem Deo eſſe voluit, non per imitationẽ, ſed per æqualitatem potentiæ.

*Vnde & quo deiectus fuit merito ſuæ ſuperbiæ.*

H ET tantæ ſuperbiæ merito de cælo, ideſt de empyreo cælo, in quo cum aliis fuerat deiectus eſt in iſtum caliginoſum aerem, cum omnibus ſuæ prauitatis conſortibus. Nam vt Ioannes ait in Apocal. Draco de cęlo cadens, *b* ſecum tertiã partem ſtellarum traxit, quia lucifer aliis maior non ſolus cecidit: ſed cum eo alii multi, qui ei in malitia conſenſerunt, eoſque cadentes huius caliginoſi aeris, habitaculum recepit. I Et hoc ad noſtram probationem factum eſt, vt ſint nobis cauſa exercitationis. Vnde Apoſtolus. Colluctatio eſt nobis aduerſus principes & poteſtates mundi huius, & aduerſus rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitię in cęleſtibus. Quia dæmones qui ſunt ſpirituales, & nequam, in hoc turbulento aere, nobis propinquo, quod cælum appellatur habitant. Vnde & B diabolus aeris princeps dicit̃.

*Quòd non eſt conceſſum eis habitare in cælo uel in terra.*

*c*

NOn enim eſt eis conceſſum habitare in cælo, quia clarus locus eſt & amenus. Nec in terra nobiſcũ, ne homines nimis infeſtarent, ſed iuxta apoſtoli Petri doctrinam in epiſtola canonica traditam. In aere iſto caliginoſo, q eis quaſi carcer vſque ad tempus iudicii deputatus eſt. Tũc autem detrudentur in baratrũ inferni, ſecundum illud. Ite maledicti in igne æternum q præparatꝰ é diabolo & angelis eiꝰ.

† Eph. 6. ca.

† Ioã. 14. c.

† 2. Pet. 2.

Mat. 25.

*Quód dæmones alij, alijs præſunt, & habent etiam alias prælationes.*

*d*

ET ſicut inter bonos angelos alij alijs pręſunt, ita & inter malos alii aliis plati ſunt, & alij aliis ſubiecti. Quandiu n. durat mundus, angeli angelis, & homines hominibus & dæmones dæmonibus præſunt: ſed in futuro om-

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quinque quæruntur.

Primo. De quo ordine fuit ſupremus angelus inter peccantes, qui lucifer dicitur.
Secundo. Qualiter peccatum aliorũ ad eius peccatũ ſe habeat.
Tertio. De loco eis poſt peccatum debito.
Quarto. Si eſt inter eos prælationis gradus.
Quinto. De pugna eorum ad nos.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum lucifer fuerit ſupremus omnium angelorum.*

1. q. 63. 7. AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ lucifer non fuit ſupremus omnium, quia ad eum ſecũdum Ezechi. 28. dicitur. Tu cherub protegens & extentus: ſed ordo cherubin ſecundum Dio. & Greg. non eſt ſupremus ordo. ergo videtur, ꝙ nõ fuit de ſupremo ordine.

Diony. ca. de cæl. Hie. ſup. 15. Lu.

F ¶ 2 Præt. Dam. dicit de ipſo, ꝙ pręerat terreſtri ordini: ſed inferioribus miniſterijs, ſecundum Diony. præferuntur inferiores ordines. ergo videtur, quòd fuerit de inferioribus ordinibus.

Dam. de ortho. fide l. 2 ca. 4. de cæl. Hie. ca. 4. 6. & 9.

¶ 3 Præt. Natura cuiuſlibet angeli ordinata eſt ad beatitudinem: ſed non eſt pbabile, ꝙ diuina ordinatio i natura nobiliſſima totius vniuerſi fruſtrata ſit. ergo videtur, ꝙ iſte angelus, qui ceteris ſuperior fuit a beatitudine non cecidit.

† 14. c. Iſid. de ſũmo bono. lib. 1. c. 12.

¶ 4 Præt. Peccatum non poteſt eſſe in natura aliqua, niſi habente poſſibilitatem, quæ cõſequitur eam, ſecundum ꝙ ex nihilo eſt: ſed ſuperior angelus quanto Deo, qui eſt actus purus, vicinior fuit, tanto minus de poſſibili habuit. ergo videtur, ꝙ peccatum in eo minime locũ habere potuit.

† Ibidem.

SED CONTRA, Eſt ꝙ dicitur Ezechiel. 30. Omne lignum paradiſi Dei, non eſt aſſimilatum illi, neque pulchritudini eius: ſed per lignum paradiſi ſignificantur angeli. ergo videtur, quòd angelo peccanti, ad quem verba prædicta referuntur, nullus angelorum æquari potuit.

Ezec. 31. c.

† Apo. 12. c.

¶ 2 Præt. Grego. dicit in litera, ꝙ in aliorũ cõparatione ceteris clarior fuit: Sed ordo claritatis eſt, ſecundum gradum naturæ. ergo peccans angelus ceteris altior fuit.

Sup. 15. Lu. Hom. 34.

RESPONDEO Dicendum, ꝙ hanc quæſtionem Auguſ. mouet. 11. ſuper Geñ. ad literam, & indeterminatam relinquit, eo quòd de his, quæ pertinent ad angelos, pauca voluit aſſerendo tradere: ſed poſtmodum Greg. expreſſe determinat, quòd fuit altior ceteris, non ſolum peccantibus: ſed etiam ſtantibus, cui conſentit communis ſententia, quę quidem probabilis eſt. Tum propter multas authoritates, quæ hoc figuratiue exprimere videntur. Tum etiam ex hoc, quòd non eſt probabile creatoris æqualitatem, aliquo modo illum ſpiritum appetiſſe, qui etiam alteri K creaturæ ſubiectus erat. vnde oportet, quòd ille, qui hoc appetijt, ceteris fuerit altior.

Lib. 11. ſup. Gen. ad lit. ca. 17. Greg. li. 32. ſup. 40. cap. Iob. caput 24. ſm ord. librorum & infra vſq; i fine libri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dona inferiorum ordinum, quibus nominantur ſunt etiam in ſuperioribus ordinibus eminenter, vnde ſuperior ordo nomine inferioris nominari poteſt: & ideo dico, quòd angelus ille non dicitur Cherub, quia de ordine Cherubin fuerit, ſed magis de ordine Seraphin. Dicitur autem Cherub, ad exprimendum qualitatem culpæ, quia enim per elationis vitium cecidit, ideo a ſcientia nominatur, quam nomen Cherub deſignat, de qua dicit Apoſtolus 1. Corin. 8. Scientia inflat &c.

¶ Ad ſecundũ dicendum, quòd ſecundum quoſdam, Damaſce. loquitur recitando opinionem quorundam, & non veritatem aſſerendo. Vel dicendum, quòd quamuis inferiorum ordinum ſit præferri terreſtribus, ſecundum hoc, quòd operationes immediate exequuntur, tamen etiam illi qui ſunt ſuperiores terreſtribus, præſunt in hoc, quòd inferiores illuminant, & eorum actus dirigunt.

¶ Ad tertium



¶ Ad tertium dicendum, quòd diuina ordinatio de nulla creatura fruſtrari poteſt, quia etiam ſi deficiat ab vno ordine, relabitur in alium ordinem, vt in 1. lib. dictum eſt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angeli non agunt ſecundum neceſſitatem naturæ, & ideo ille in quo eſt minor diſpoſitio ad peccatum, põt plus peccare: & ideo peccatum etiam primi angeli ceteris grauius fuit, inquantũ in eo minus fuit flexibilitas ad peccandum.

ARTIC. II.

*b Vtrum peccatum primi angeli fuerit occaſio peccãdi alijs.*

1. q. 63. 8. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ peccatũ primi angeli nõ fuerit occaſio peccandi alijs: illud enim qđ eſt deformatum nõ põt occaſionaliter mouere ad ſuam imitationem: ſed ſtatim vt angelus peccauit deformatus eſt. ergo non mouit alios ad ſuam imitationem.

¶ 2 Præt. Non videtur, ꝙ aliis occaſionem peccandi daret, niſi trahendo eos ad conſenſum ſui deſiderij, quod fuit, vt ceteris creaturis, ſicut Deus præferretur: ſed in hoc alij non videntur conſenſiſſe, quia vt ſancti dicunt, per ſuperbiam peccauerunt: dignius enim eſt ſuperiori ſubeſſe, ideſt Deo quàm inferioribus, ideſt angelis, & illud quod eſt dignius ſecundum ęſtimationem, ad minus eſt magis a ſuperbiẽte deſideratum. ergo videtur, quòd ſupremus alijs non perſuaſerit caſum.

¶ 3 Præt. Inter alias cauſas vna aſſignatur reparationis hominis, quia per alium cecidit, vt ſic congrue per alium reſurgeret: ſed inferiorum angelorum caſus non eſt reparabilis. ergo videtur quòd nõ ad ſuggeſtionem ſuperioris angeli ceciderũt.

¶ 4 Præt. Sicut mali per auerſionem ceciderunt, ita & boni p conuerſionem confirmati ſunt: ſed non ponitur in bonis angelis vnus cauſa conuerſionis alterius. ergo videtur, ꝙ nec ponendum ſit in malis vnum eſſe cauſam ruinę alterius.

SED CONTRA. Apoc. 12. dicitur, quòd draco de cælo cadens, ſecum traxit tertiam partem ſtellarum: ſed trahere pertinet ad cauſam aliquo modo mouentẽ. ergo videtur ꝙ primus angelus alios ad peccandum commouerit.

¶ Præt. Iob. 41. dicitur de diabolo in figura Leuiathan, ꝙ ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſed ſecundum Philoſophũ in 5. Meta. Rex dicitur primus inquantum mouet per ſuam voluntatem & imperium, ſibi ſubiectos. ergo videtur quòd primus angelus alios ad peccandum traxerit.

Tex. co. 16.

RESPONDEO, Dicendum, quòd circa hoc, eſt multiplex opinio, quidam enim dicunt, quòd inter peccatum primi angeli & aliorum non attenditur aliquis ordo, niſi ſecundum quãtitatem culpæ, quia peccatũ primi angeli ceteris grauius fuit. Sed illud non videtur conueniens propter hoc, quòd ex modo loquendi, in ſcriptura deſignatur aliqua cauſalitas primi angeli ad peccatum aliorum. Et ideo alij dicũt, ꝙ præceſſit tam grauitate quàm cauſalitate, & etiam temporis duratione. Sed hoc videtur inconueniens, quia ſecundum Dama. quod eſt in hominibus mors, hoc eſt in angelis caſus, vnde ſicut morientes in peccatis, ſtatim damnationi ſubijciuntur, ita etiam angelus peccans, ſtatim ſuam damnationem accepit, & a bonorum conſortio eiectus eſt. vnde alios non potuiſſet ad peccandum trahere.

Li. 2. c. 4.

¶ Et ideo dicendum, quòd peccatum primi angeli, aliorum peccata præceſſit, non tantum quantitate culpæ, ſed etiam cauſalitate, non tamen duratione: quod quomodo contingat ſic poteſt videri. Ipſe primus angelus, vt dictum eſt prius, voluit hoc conſequi, vt ſicut natura alios præcellebat, ita eis quodammodo cauſa fuiſſet vltimam perfectionem conſequendi, & quia ipſe motus deſiderij indiuiſibilis fuit, & non continuus, ideo principium eius non præceſſit terminum ipſius, & ideo motus alicuius cauſatus ab ipſo, qui incœpit in termino eius, ſimul omnino fuit cum ipſo ſecundum ꝙ hoc, qđ deſiderauit, A attẽtauit, vt ad actũ perduceret, alijs ſuũ deſideriũ exponẽdo, & ſimul cum hoc fuit aliorum viſio & peruerſus deſiderij conſenſus. Et ſimile contingit in omnibus operationibus inſtantaneis, quarum vna eſt cauſa alterius, ꝙ ſunt ſimul tẽpore, ſicut illuminatio aeris, & *d* viſio coloris, & diſcretio rei viſę, ẽt quãtũ ad ſenſibilia p accñs.

D. 745.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ deformitas cõſecuta eſt in primo angelo ex actu ſuo, ſimul cũ actu aliorum: viſio autem inferiorũ angelorum non ferebatur in angelum primum, ſecundum ꝙ ex actu i ipſo relinquebat̃ deformitas: ſed ſecundum ꝙ ex ipſo actus pcedebat, quæ enim coniũcta ſunt tẽpore, p actũ animæ ſeparantur, & præcipue quando vnũ naturaliter pcedit alterum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inferiores angeli, etiam per ſuperbiam peccauerunt, & tamen ſuperiori ſubeſſe voC luerunt, vnde aliquid appetebant ſibi ipſis ex quo ſuperbiebant, vt ſcilicet ipſimet ſecundum poſſibilitatem naturalium ſuorum, gloriam acquirerent, tamen ſub Deo, & non ſub ſuperioribus angelis, & quòd eam in alios angelos inferiores transfunderent, & aliquid appetebant ipſi ſuperiori, in quo ſibi conſentiebant, vt ſcilicet dictam dignitatem aſſequeretur, quia eadem ratio erat de vno & de omnibus. Et eſt ſimile de illis, qui pari ratione ſe habent ad aliquid acquirendum, & ideo omnes in vnum conſpirantes, quilibet ſibi & alijs deſiderat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iſta non eſt propria cauſa, quare peccatum angeli fuit irremiſſibile, ſed eſt aliqua congruitas vt peccatum hominis magis remedietur. Et præterea non eſt ſimile, quia homo peccauit per alium tẽtantem, ſed inferiores angeli per alium occaſionem præſtantem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd conuerſio efficaciam habuit per gratiam, quæ non eſt ex aliqua creatura, ſed in auerſionem ſufficienter virtus creaturæ poteſt.

D ¶ Præt. Non eſt a veritate remotum, quin auerſio vnius angeli eſſet occaſio & exemplum conuerſionis aliorum, immo videtur ex hocquod dicitur Apoc. 12. Michael & angeli eiꝰ &c.

ARTICVLVS. III.

*c Vtrũ angelis poſt caſum conuenienter aſſignetur locus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter aſſignetur locus ipſis angelis malis poſt caſum. Illi enim qui ex loco nullam impręſſionem recipit, æqualiter conuenit omnis locus: ſed dæmones cum ſint incorporeæ ſubſtantiæ, non recipiunt aliquas impreſſiones locales & corporales, quia nec illuminantur lumine corporali nec infrigidan E tur. ergo videtur ꝙ nihil ſit dictu, quòd eis vnus locus magis quàm alius debeatur.

1. q. 64. 4.

¶ 2 Præt. Peccantibus non debetur niſi locus carceralis & pœnalis, & ſecundum Philoſophum in 2. Cæ. & mun. Pithagoras locum ignis dixit eſſe carcerem. ergo videtur, quòd ibi deberent eſſe poſt peccatum, & non in aere.

Tex. co. 73.

¶ 3 Pręt. Locus debet eſſe proportionatus locato: ſed dæmones per peccatum ſunt obtenebrati. ergo videtur quòd debeatur eis locus circa terram, quæ eſt corpus opacum.

¶ 4 Præt. Cum dæmonibus debeatur perpetua pœna, non debet eis concedi a Deo locus quem deſiderant, quia deſiderium completum mitigat pœnam: ſed dæmones libenter volũt hic eſſe nobiſcum, vnde leguntur frequenter petiuiſſe, ne in infernum mittantur. ergo videtur ꝙ ſemper debeant in inferno eẽ.

¶ 5 Præt. Peccatum dæmonis eſt grauius quàm peccatum hominis: ſed animæ damnatorum ſtatim ad inferna deſcendunt, nec hic nobiſcum remanere permittuntur. ergo videtur quòd nec dæmones.

¶ 6 Præt.

¶ 6 Præt. Vt dicitur Ia. 2. in quadam glo. dæmones quocunq; vadunt ſecum ignem inferni portant: ſed ignis ille cum ſit corporalis agit ex neceſſitate naturæ. ergo vr̃ ꝙ ad nos nunquam accedant, quia omnia quæ circa nos ſunt comburerentur.

¶ 7 Præt. Quorum eſt vnum pondus in corporibus, eſt vnus locus, ſicut omniũ grauium centrum in qđ tendunt ſuo motu, ſed ſecundum Aug. idem eſt amor in ſpiritibus, quod pōdus in corporibus. cum ergo omnes dæmones per affectũ vnius vitij peccauerint, videtur quòd vnus locus tantum eis debeatur.

1. ad cor. 15. Cap. xi. De ciui. c. 4.

Sed contra. eſt quod in litera dicitur.

Respondeo. Dicendum, ꝙ angelo ſecundum ſuam eſſentiam locus non debetur, vt in primo li. dictũ eſt. diſt. 37. Sed ſolum quantum ad operationẽ, vel per modum congruentiæ, ſicut in opere contemplationis, vel per modum neceſſitatis, ſicut in his q̃ circa nos operãtur: operatio autẽ angeli ſm̃ naturam ſuam, cum ſit intellectualis ſubſtantia eſt contemplari. vñ omnes in loco contemplationi cõgruẽti, ſcilicet in cęlo empyreo creati ſunt, operatio autem gloriæ non differt ab operatione naturæ eorum, niſi ſicut ꝑfectum ab imperfecto. Et ideo idem locus debetur angelis conditis & glorioſis, ſed quantum ad ſtatum culpæ, vel miſeriæ poteſt eorum operatio tripliciter attendi, aut ſecundum lucem naturæ, quæ in eis remanſit, quãmuis obtenebrata ꝑ peccatũ, vel quãtũ ad culpæ tenebras, & ſic debetur eis locus tenebroſus & pœnalis, vel quantum ad ordinem diuinæ ſapientiæ, quo ex eorum malitijs bonum elicitur, cauſa ſcilicet, noſtri exercitij, & quantum ad hæc tria competit eis aer, præcipue quantum ad mediam ſui partem, quia inquantum eſt diaphanus per naturam lucis conſonat eorum naturæ perfectæ, quantum autem ad turbulentiam competit eis, vt pœnalis contra culpam, inquantum vero propinquus nobis competit ad exercitium. Sed inferni locus competit eis cõtra culpam, inquãtum eſt horridus & tenebroſus, noſtra autem habitatio competit eis propter noſtrum exercitium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non dicuntur eſſe in loco, quaſi ex loco corporali aliquid recipientes, ſed quaſi circa locum operantes aliquid, proprietatibus loci conſonum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inter alia corpora generabilia & corruptibilia ignis eſt ſubtiliſſimus, & plus habet de luce, vnde angelis obtenebratis non competit, vnde magis Deus & boni angeli ſecundum metaphoras ab igne ſumptas deſcribũtur, vt dicit Diony. in fine cæle. hierar. Pythagoras autem loquitur de igne, quem in medio[d] vniuerſi ponebat vt ibidẽ dicitur, hunc nos dicimus eſſe ignem inferni, qui eſt horridus & tenebroſus & locus pœnalis dæmonum. D. 735.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pars aeris iuxta terram eſt lucidior & calidior ea, quæ eſt in media regione aeris, quia ex re-

F flexione radiorum ſolis multiplicatur ſplẽdor & calor in aere, qui eſt iuxta terram, vnde vapores reſoluti ex aqua & terra eleuantur, & vbi inuenitur minor calor propter diſtantiam a loco reflexionis, vapor ille dimittitur naturæ ſuæ, vnde infrigidatur & condenſatur, ſicut aqua calefacta ſeparata a calefaciente, & ꝑꝑ hoc locus ille eſt frigidus & tenebroſus & exinde deſcendunt pluuiæ & grandines & venti & huiuſmodi. Et ideo ratio ſupponebat falſum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex hoc, quòd circa nos ſunt, nullo modo eorum pœna minuitur: niſi ꝙ ſibi pœnale æſtimant non poſſe nobis nocere, ſicut qñ in inferno ſunt.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ error græcorum eſt ponentium nullam animam ante diem iudicii neq; in infernum neque in cælum ire, & eſt deriuatus a fabulis Pythagoricis & poetarum, qui ponebãt animas occiſorũ circuire ſepulchrũ vſq; ad vindictam mortis, & iterum non redire ad comparem ſtellam ante cõpletũ periodũ vitę q̃ ante terminũ in natura, morte finita eſt.

¶ Sed quòd ſtatim animæ damnatorũ ad inferna deſcẽdãt, ꝓbatur in litera ex iuſtis, qui illuc deſcẽdebant. & Iob. Ducunt in bonis &c. Lucæ 15. Mortuus eſt diues &c.

¶ Et ſimiliter ꝙ ſancti ſtatim in cælos aſcendant, probat, ex hoc quod habetur 2. Cori. 5. Scio enim quòd ſi terreſtris &c. Et tñ vtriq; circa nos aliqñ apparent ad vtilitatem noſtram, ſicut angeli beati huc ad nos accedunt. nec eſt ſimile de animabus damnatorum & dæmonibus, quia dæmones ſecundum gradum naturæ ſuæ conſtituti erant ſupra nos, vt ex eis aliqua vtilitas nobis proueniret, nec hoc omnino per eorum peccatum deperire debuit, vnde dati ſunt nobis in exercitium, quod animabus non competit.

Oſeę 13. c. Apoc. 20. c. Mat. 24. c.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd quidam dicunt pœnam ſenſibilem ipſorum dæmonum dilatam eſſe vſque ad diem iudicij, ſed
K hoc vr̃ eſſe & contra ſanctorũ authoritates & contra rõnem diuinæ iuſtitiæ, quæ ſtatim animas damnatorum pœnæ infernalis ignis adiudicat, quarum tamen peccatum, non eſt maius peccato dæmonum.

¶ Et ideo alij dicunt, quòd in igne infernali ſemper ardent, quem etiam ſemper ſecum deferunt, non tamen ignis ille alia corpora comburit, quia agit vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, in illa tantum quæ ad talem pœnam addicta ſunt. Sed cũ ſint incorporei, nõ videtur probabile, quòd ignem corporalem ſecum deportent. Vnde dicendum, quòd ſemper igne infernali ardent, non tamen eis ſemper præſente ſecundum locum, quia non agit corporali modo calefaciendo & deſiccando, ſed modo[d] ſpirituali. vnde nõ requiritur determinata diſtantia ſicut in actione corporali. D. 182.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ tria dicta loca debentur cuilibet dæmoni, ſecundum diuerſas conditiones, vt dictum eſt.

nis euacuabitur prælatio, vt docet Apoſtolus. Habent quoque ſcđm modũ ſciẽtię maioris, vel minoris prelationes, alias maiores vel minores. Quidam eñ vni prouintiæ, alii vni homini, alii ẽt vni vitio præſunt. Vñ dicitur, ſpiritus ſuperbiæ, ſpiritus luxuriæ & huiuſmodi, quia de illo vitio maxime poteſt homines tentare a quo denominatur. Inde eſt etiam, quòd nomine dæmonis diuitiæ vocantur, ſcilicet mãmona, eſt enim nomen dæmonis mammona, quo nomine vocantur diuitiæ ſecũdum ſyram linguam. Hoc autem non ideo eſt, ꝙ diabolus in poteſtate habeat dare vel auferre diuitias cui velit, ſed q̃a eis vtitur ad hominum tentationẽ & deceptionem.

*An omnes dæmones ſint in hoc aere caliginoſo, an aliqui ſint in inferno.*

Olet autem queri, vtrũ omnes in iſto aere caliginoſo ſint, an iam aliqui ſint in inferno. Quòd in infernum quotidie deſcendant aliqui dæmonum veriſimile eſt, quia animas illuc cruciãdas deducunt. Et quòd illic aliqui ſemper ſint alternatis forte vicibus, non procul eſt a vero, qui illic animas detinẽt atque cruciant. Quòd autem malorũ animę illuc deſcendant, atque
ibi puniantur, ex eo conſtat ꝙ Chriſtus ad inferos deſcẽdit, vt iuſtos qui ibi tenebantur educeret. Si enim iuſti illuc deſcendebant, multo magis iniuſti, & ſicut tradit authoritas, cũ iuſtos eduxit, iniquos ibi reliq̃t. Momordit enim infernum, nõ
G abſorbuit.

*Quidam putant luciferum in inferno religatum ex quo tentauit Chriſtum, & victus eſt, quem primum hominem tentaſſe & viciſſe dicunt.*

De lucifero autem, quidam opinantur quòd ibi religatus ſit, & ad nos tentandos non habeat nũc acceſſum, quia in Apocalypſi
H legitur. Cum cõſumati fuerint mille anni ſoluetur ſathanas de carcere ſuo, & exiet & ſeducet gentes, quod erit nouiſsimo tempore antechriſti, quando erit tanta tribulatio, vt etiam ſi fieri poteſt moueãtur electi. Quem ibi religatum dicũt, ab eo tempore quo tentauit Chriſtum in deſerto, vel in paſsione, & victus eſt ab eo. Ipſum putant primum hominem tentaſſe & viciſſe, & ſecundo Deũ,
I ſed ab eo victum eſſe, & ideo in inferno religatum. Alij autem putãt, ex quo cecidit pro peccati ſui magnitudine, illic fuiſſe demerſum.





## ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum in dæmonibus ſit ordo.*

A Ad quartvm ſic proceditur. Videtur quòd in dæmonibus non ſit ordo. dicitur enim Iob. 10. quòd In terra miſeriæ & tenebrarum nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat, illius autem terræ dæmones ſunt incolę. ergo in eis non eſt aliq̃s ordo.

¶ 2 Præt. In q̃buſcunque eſt ordo prelationis eſt aliqua cõcordia pacis: ſed dæmones vidẽtur eſſe diſcordes, quia vt dicitur prouerb. 11. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. ergo &c.

¶ 3 Præt. Ordo prelationis cuiuſlibet, eſt ſecundum aliquã regulam iuris: ſed voluntas dæmonum nullo iure dirigi poteſt. ergo non poteſt in eis eſſe ordo prælationis.

¶ 4 Præt. Superiores dæmones grauius peccauerunt ſecundũ quòd naturalia meliora acceperant per quæ ſtare poſſent: ſed illi qui magis peccauerunt grauius debent puniri. ergo non videtur probabile quòd prælationem ſuper alios acceperint.

C ¶ 5 Præt. Inter homines damnatos non ponitur aliquis ordo prælationis: ſed hominum damnatorum & dæmonum eſt vna damnatio. ergo videtur ꝙ nec in dæmonibus ſit aliquis ordo.

Sed contra Eſt quòd dicitur Iob. 15. de ſquamis Leuiatham per quam membra diaboli ſignificantur, ꝙ vna vni adhæret &c. ergo videtur quòd ſit inter eos aliqua concordia & ordo prælationis.

Respondeo, Dicendum, quòd ordinem prælationis in dæmonibus eſſe congruit eorum naturæ, diuinæ ſapientiæ, & propriæ nequitię. Ex natura enim quidam alijs ſuperiores fuerunt, & quia peccatum naturam non tollit, conſequitur etiam poſt peccatũ, vt quidam aliis ſuperiores remaneant. Ad ſapientiam etiam diuinam pertinet, vt quæ a Deo ſunt, ordinata ſint ab eo a quo omnis poteſtas eſt, vt dicitur Rom. 13. Et iõ poteſtas dæmonum ad exercendum homines & puniendos dãnatos, a Deo eſt, & ideo ordinata per gradus prælationis debet eſſe. Similiter ex nequitia ſua humano generi aduerſantur,
D amicos autem eſſe eos qui vnius inimici ſunt, conſequitur: & ideo vt magis hominibus noceant quaſi adinuicem conſiderãtur, vt concorditer & ordinate impugnent.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd ibi omnino remouebitur ordo in finem beatitudinis a quo irrecuperabiliter ceciderunt, erit tamen in eis ordo poteſtatis, quæ magis a Deo q̃ ab ipſis eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quantum in ipſis eſſet, dęmones nunquam concordiam haberet, ſed ad aliquid vnum efficiendum concordant, non enim eſt probabile quòd beneuolẽtiam aliquam ad inuicem habeant, ſed ſolum concordiam ad actum aliquem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut in quolibet malo oportet aliquid boni remanere, cum non totum per malum corrumpatur, ita etiam in actibus iniuſtitiæ poteſt aliquis ordo iuris re-
E manere, ſicut patet in latronibus qui alios iniuſte ſpoliantes, inter ſe aliquam formam iuſtitiæ habent dum ſibiinuicem fidem ſeruant, & ita in dæmonibus eſſe poteſt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per poteſtatem habitã in nullo eorum pœna mitigatur, quin potius quanto ſunt ſuperiores officio, tanto etiam grauiori ſubiecti tormẽto. vnde dicitur Sapientiæ 6. Potentes potenter tormenta &c. nec poteſtas eis datur in præmium, ſed in diuinæ ſapientiæ obſequium.

¶ Ad quintum dicendum, quòd homines non ſunt ſibiinuicem præeminentes ſecundum ordinem naturæ, & etiam non ordinantur damnati in exercitium aliorum, vel in punitionem, & ita nõ eſt ſimilis ratio de dæmonibus & hominibus.

*Quòd lucifer modo non habet poteſtatem, quam habebit tempore antichriſti.*

Ed ſiue in infernum dimerſus ſit, ſiue nõ, credibile eſt non eum habere facultatem accedendi ad nos, quam habebit in tempore antichriſti, in quo fraudu-
B lenter ac violenter operabitur. Et ideo forte dicitur tunc ſoluendus, quia tũc dabitur ei a Deo poteſtas tentãdi homines, quam modo non habet.



## ARTICVLVS V.

A e *Vtrũ dæmones q̃ vincũtur a ſanctis detrudãtur in ĩfernũ.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur, quòd demones qui a ſanctis vincuntur, nõ retrudantur in infernum. Infligere enim pœnam ei qui in pugna ſuccumbit, eſt incitare ad acrius impugnandũ: ſed hoc nõ pertinet ad Dei miſericordiã. ergo &c.

¶ 2 Præt. Chriſtus efficacius vicit ſuum tentatorem q̃ alij ſancti: ſed lucifer q̃ Chriſtum tentauit non eſt omnino a tẽtationis officio ſeclu ſus, quia tempore antichriſti grauiſſime homines tentabit. ergo multo minus alij.

Origen. to. 1. ſuper 12. cap. Ioſuæ.

¶ 3 Præt. Quanto pauciores ſunt tentatores tãto leuior eſt tentatio. cum ergo continue a ſanctis aliqui dæmones vincantur, ſi a tentatione qui vincuntur ceſſarent, in fine mundi leuiſſima eſſet tentatio, quod falſum eſt. ergo & primum.

¶ 4 Præt. Dæmones ſunt ordinati a Deo ad noſtrum exercitiũ. ſi ergo omnino a tentationis exercitio ceſſarent omnino ad nihil ordinati eſſent, quod non competit diuinæ ſapientiæ, q̃a nihil inordinatum reliquit. ergo &c.

Sed contra. Pugnantibus debet inſtitui æqualis cõditio a iuſto iudice: ſed dęmones nos vincentes noſtrum exercitium minuunt. ergo videtur ꝙ ſimiliter ſit econuerſo.

¶ 2 Præt. Hoc poteſt probari ex iuſtitia humana, quæ pugilẽ victum ad pugnam vlterius non admittit.

Respondeo, Dicendum, ꝙ omnes concedunt dæmonem victum aliquo modo a tentatione ceſſare: ſed circa hoc. ſ. qualiter ceſſet, ſunt tres opiniones. Quidam enim dicunt, ꝙ hoc modo repellitur, quòd nec ipſum nec alium tentare poſſit, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam vero dicunt, quòd poteſt tentare de alio peccato non autem de eodem, nec ipſum vincentem nec alios, & hę duę ponuntur in litera. Alij vero dicunt, ꝙ ex quo aliquis perfecte de vno vitio dæmonem tentantem vincit, nec poteſt de eodem vitio ab eo tentari, ſed de alio poteſt: alios autem tentare poteſt, & de eodem vitio & de alio. hæc autem opinio habet cauſam magis manifeſtam, quia iſte dr̃ ꝑfecte diabolũ vincere de aliquo vitio in quo omnino vincuntur paſſiones ad vitium illud inclinantes, ſicut eſt in illis in quibus acquiritur habitus virtutis conſuetudinabilis, & tunc non remanet magna pronitas ad peccatum illud, & ideo a diabolo non tentatur de hoc peccato, qui vires eius cognoſcit. aliarum autem opinionum ratio poteſt eſſe, quia cum charitas bona opera communia faciat in tota eccleſia, ex victoria vnius omnes aliquod commodum reportant, dum eorum hoſtes vincuntur. Quid tamen horum verius ſit ignotum eſt, quia nec ratione nec authoritate, multum confirmari poteſt.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd dæmonum voluntas ſemper manet in eadem obſtinatione ad nocendum hominibus, & ideo magis prodeſt quòd remoueantur a pugna, q̃a per hoc poteſtas impugnandi compeſcitur, quorum iniqua voluntas nõn minuitur nec augetur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illi qui etiam ponunt dæmones ab omni tentatione ceſſare, intelliguntur ad tempus determinatum, poſt quod iterum ad pugnam redeunt. Et per hoc patet reſponſio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd malum eorum ſemper eſt ordinatum per pœnam quam & ipſi ſemper ſuſtinent, & in inferno damnatis infligunt.

*Quòd dæmones ſemel uicti a ſanctis, non accedunt amplius ad alios.*

e

Liis quoque qui a ſanctis iuſtæ & pudice viuentibus vincuntur, ꝑtãs alios tentandi vr̃ adimi. Vnde Origenes. Puto inquit ſa-
B ne, quòd ſancti repugnantes aduerſus iſtos incentores & vincẽtes minuant exercitum dæmonum, vel quòd quàm plurimos eorum interimant, ne vltra fas ſit illi ſpiritui qui ab aliquo ſancto caſte & pudice viuente victus ſit, impugnare iterũ alium hominem. Hoc autem quidã

## EXPOSITIO TEXTVS.

Draco de cælo cadens &c. per draconem intelligitur ipſe lucifer, per caudam ſuaſio, qua alijs ſuum deſiderium expreſſit, per ſtellas angeli naturali luce fulgentes, quarum tertia pars cecidiſſe dicitur non quantum ad numerum, ſed quantum ad qualitatem, quia qui remanſerunt ſunt Deo adherentes aſſiſtendo & miniſtrando, & alij

&alij per auerſionem ceciderunt. {Aduerſus principes & poteſtates &c.} Sciendum quòd quàmuis probabile ſit aliquos cecidiſſe de ſingulis ordinibus, non tamen dæmones nominantur ab illis ordinibus, quorum nomina ſumuntur ex donis gratiæ gratum facientis, ſicut ſeraphim nominantur ab incendio charitatis, & troni, ab inhabitatione diuina, ſed ab alijs quorũ nomina ſumũtur ex gratijs gratis datis quæ ad ſciẽtiã & potentiam pertinẽt. {At quandiu durat mundus &c.} Contra. ſemper remanebunt in diuerſo gradu naturæ & pœnę. ergo ſemper remanebit ordo. Et dicendũm, quòd dicitur ceſſare prælatio bonorum & malorum ſpirituũ quãtum ad actus quos circa nos exercẽt, vel cuſtodiendo, vel tentando.

Diſt. 5. lib. huius.

putant intelligendum tantum de illo vitio in quo ſuperat' eſt, vt ſi de ſuperbia aliquem virũ ſanctum tentat & vincitur, vlterius non liceat ei illum vel aliũ de ſuperbia tentare.

## DISTINCTIO VII.

A

*Quòd boni angeli ſint a Deo confirmati per gratiam vt peccare non poſſint, & mali ita obdurati in malo, vt bene uiuere nequeant.*

Vpra dictum eſt, quòd angeli qui pſtiterunt, per gratiam Dei con-

## DISTINCTIO VII.

### DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATIS his, quæ pertinent ad naturæ conditionem quantum ad bonos & malos angelos communiter. ¶Hic conſequenter tractat ea, quæ pertinent ad eorum poteſtatem & virtutem. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat eorum poteſtatem reſpectu operationum quas in ſeipſis habent. In ſecunda, reſpectu illarum operationum quas in alia exercent. ibi {Quorum ſcientia atque virtute &c.} ¶Circa primum duo facit. Primo oſtendit eorum virtutem reſpectu operationum voluntatis vel lib. arb. In ſecunda, reſpectu operationis intellectus. ibi {Et licet mali angeli ita per malitiam &c.} ¶Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo, inducit quandam quæſtionem quam primo mouet. ibi {Sed eſt nihil boni &c.} Secundo determinat eam, ibi {Ad quod dicimus &c.} ¶Circa quod, primo confirmat illud verum quod in obiectionem ſupponebatur, ſcilicet quòd boni angeli & mali habent liberum arbitrium. Secundo, reſpondet ad obiectionẽ. ibi {Quod ergo Hiero. ait &c.} {Quorum ſcientia &c.} Hic oſtendit eorum virtutem in operationibus quas in ſubiectam materiam exercent. ¶Et circa hoc tria facit. Primo enim, oſtẽdit huius virtutis principium collatiuum & finem. Secundo, oſtendit operandi modum. ibi {Nec putandum eſt de iſtis trãſgreſſoribus &c.} Tertio, oſtendit impedimentum iterandi ſua virtute. ibi {Illud quoque ſciendum &c.} ¶Circa ſecundum tria facit. Primo, excludit duplicem modum falſum. Secundo, oſtendit modum verum. ibi {Omnium quippe eorum &c.} Tertio, proponit exemplum primo in corporalibus actionibus. ibi {Sicut ergo nec parentes &c.} Secundo, in ſpiritualibus. ibi {Sicut ergo mentem noſtram.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic eſt triplex quæſtio.

Prima. De ſtatu liberi arbitrij in bonis & in malis angelis.
Secunda. De cognitione malorum.
Tertia. De virtute eorum.

### Circa primum quæruntur duo.

Primo. De confirmatione bonorum angelorum.
Secundo. De obſtinatione malorum.

F

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angeli boni poſſint peccare.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ angeli poſſint peccare, quia ſcd'm Philoſophum, poteſtates

firmati ſunt, & qui ceciderunt a gratia Dei deſerti ſunt, & boni quidem intantum confirmati ſunt per gratiã, a quòd peccare nequeunt. b Mali vero p malitiã adeo ſunt obſtinati, quòd bonam volũtatem habere ſiue bene velle non valent, & ſi bo-
G num ſit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus vult fieri, & vtique illud bonum eſt & iuſtum fieri, nec tamen bona voluntate illud volũt, nec bene illud volunt.

rõnales ſunt ad oppoſita: ſed lib. arb. quod in angelis bonis manet, eſt rationalis poteſtas, quia eſt facultas rationis & voluntatis ſecundum Aug. ergo videtur ꝙ ſi poſſunt bene velle, quòd etiã poſſint peccare. 9. Mat. t. iq. Aug. 1. cæli & Mat. t. 11.

¶ 2 Præt. Sicut corruptibile nunquam mutatur, vt fiat æternum, vt dicit Philoſophus in 1. cæli & mundi, ita videtur quòd mobile numq̃ fiat immobile: ſed liberum arbitrium angeli fuit in ſtatu creationis mobile ĩ peccatũ. ergo numq̃ ſcm̃ eſt immobile.

¶ 3 Præt. Quanto aliqua virtus magis eſt determinata ad vnũ, minus eſt libera, ſicut patet in virtutibus naturalibus quę per neceſſitatem agunt: ſed arbitrium angeli eſt liberius poſt con-
H firmationem quàm ante, vt in litera dicitur. ergo videtur ꝙ non ſit determinatum tantum ad bonum, ſed poſſit etiam in peccatum.

¶ 4 Præt. Nulla ratio laudabilitatis ſubtrahenda eſt a bonis angelis: ſed hæc eſt ratio laudis in hominibus, quòd non peccent cum peccare poſſint. Eccle. 31. Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, in laudem boni viri dicitur. ergo videtur ꝙ hoc etiam in angelis ſit.

SED CONTRA. Immobilitas eſt de ratione felicitatis, vt dicit Philoſophus in 1. ethi. Non enim æſtimandum eſt felicem eſſe Cameleuntha, ſed ſi peccarent, mouerentur a ſtatu rectitudinis. ergo beati angeli peccare non poſſunt. 1. Ethi. 10

¶ 2 Præt. Motus non eſt in termino, ſed in via ad terminum: angeli autem non ſunt viatores. ergo moueri in peccatum non poſſunt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ſicut Deus per naturã
I ſuam habet quòd peccare non poſſit, ita & hoc angelus habet p gratiam confirmationis, quod ſicut patet. Principium mutationis & cauſa eſt rei poſſibilitas, nec defectus eſſe poteſt niſi p potentiam incompletam. Illud ergo, cui nihil admiſcetur de potentia ſecundum naturam ſuam, nec mutari nec deficere poteſt. illud autem cui admiſcetur potentia, quæ tamen tota per actum completur, poteſt quidem quantum in ſe eſt deficere & mutari ſecundum quòd eſſe & completionem ſuam nõ niſi ab alio habet, ſed ratione perfectæ receptionis, quæ nihil potentiæ imperfectum relinquit, habet immobilitatem & indeficientiam. huiuſmodi autem exemplum ſumi poteſt in naturalibus & intellectualibus. Inuenitur autem in naturalibus quorundam potẽtia naturalis, omnino completa & per ſuum eſſe & p ſuam formam. & ideo eſſe indeficiens habent, ſicut patet in angelis & in corporibus cęleſtibus, quorum potentia non eſt ſuſceptiua alicuius alterius eſſe vel formæ. vnde elongata ſunt a
K priuatione, & per cõſequens a corruptione. Sed materia aquę non tota completur per formam aquę hoc modo, vt reducatur in omnem perfectionem poſſibilem per eam. vnde ſimul cum forma aquæ manet priuatio formæ aeris. & ideo hæc corruptibilia ſunt. Et ſimiliter patet in intellectualibus, quia principium immediatum naturaliter cognitum determinat poteſtatem totam rationis. Ante enim quàm ad ipſum deueniatur per inquiſitionem reſoluentem, ita adhęretur vni parti, vt relinquatur quædam pronitas ad partem aliam per modum dubitationis, ſed quando reſoluendo peruenitur ad primum principium per ſe notũ, firmatur ad vnum cum impoſſibilitate alterius. Similiter eſt de voluntate angeli beati ad quem ita ſe habet lumen gratiæ vel glorię & virtus, ſicut forma vel actus in naturalibus & finis vltimus, ſicut principium primum in ſpeculatiuis, quia ſecundum Philoſophum 6. & 7. Ethi. & 2. Phyſi. Finis in volũtarijs operationibus eſt ſicut principium in ſpeculatiuis. vnde cum per lumen gloriæ perfectæ, vltimo fini coniunguntur per fruitionem plenam, eius bonitate 6. Ethi. c. 2. & 7. Ethi. c. 8. & 2. Phyſ. tex. 91.

te effecti toti in contrarium deflecti non poſſunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ rationalis poteſtas dicitur eſſe oppoſitorum, quæ ſub electione cadunt, quorum ꝓprium eſt libe. arbi. electio autem non eſt de fine, ſed de his q̃ ſunt ad finem, & hæc non eliguntur niſi ſecundum regulam finis, quæ eſt in extimatione, & ideo de fine non poteſt volũtas contrarie ſe habere. voluntas enim non poteſt eſſe d de miſeria, neque de malo inquãtum huiuſmodi, ſed ſemper eſt de bono & de beatitudine, ad quã tamen conſequendã poſſunt homines diuerſas vias eligere. ſ. ſecundum ꝙ in illis melius eſtimant ſe poſſe felicitatem cõſequi. vnde poteſt eſſe error in electione eorum quæ ſunt ad finem ipſum, & ideo apud illos quorum eſt indeficienter recta extimatio finis, ſicut apud angelos qui ipſo fine perficiuntur, impoſſibile eſt eſſe voluntates alicuius eorum, quę a fine deordinantur, cuiuſmodi eſt voluntas peccati. Sed tamen poſſunt velle hoc, vel illud, quorum neutrũ a fine deordinat, & ſic ſaluatur proprietas rationalis poteſtatis, inquantum poſſunt hoc facere vel non facere, quàmuis non poſſint in hæc oppoſita bonum & malum.

D. 897.

Luc. 15. c. tom. 3. Dama- m Papam ſi. trac. de o ꝓdigo.

*Quòd utrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad utrumque flecti poſſunt.*

Ed cum nec boni peccare poſſint, nec mali bene velle, vel bñ operari, videtur quòd iam non habeant liberum arbitrium, quia in vtramque partem flecti non poſſunt, cum liberum arbitriũ ad vtrumque ſe habeat. Vnde Hiero. in trac. de prodigo filio dicit. Solus Deus eſt, in quem peccatum cadere nõ poteſt, cetera cum ſint liberi arbitrij, in vtrãque partem flecti poſſunt. Hic dicere videtur, quòd omnis creatura in libero arbitrio conſtituta, poteſt flecti ad bonum & ad malum. Quod ſi eſt, ergo & boni angeli & mali, ad vtrunque flecti poſſunt. ergo & boni poſſunt fieri mali, & ma-
B li boni. Ad quod dicimus, qa boni tanta gratia confirmati ſunt, vt nequeant fieri mali, & mali adeo in malitia obdurati ſunt, vt non valeant fieri boni, & tamen vtrique habẽt liberũ arbitrium, quia & boni nõ aliqua cogente neceſſitate, ſed ꝓ-

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt poſſibile, vt in eodem ſubiecto ſuccedant ſibi corruptibilitas & incorruptibilitas, vel mobilitas & immobilitas, ita quòd vtrumque reducatur in eius principia naturalia. Et ſic etiã dicimus, ꝙ lib. arb. angeli, quod per naturam mobile erat, non eſt factum per naturam immobile, ſed per gloriam.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ poteſtas angeli numquam determinatur ad vnum, niſi in actibus coniungentibus fini, quin poſſit hoc facere vel non facere, aut hoc vel illud facere, non tñ põt pp hoc peccare, quia ſecundũ Anſel. in Proſologion, poſſe peccare non eſt lib. arb. nec pars libertatis, quia lib. arb. eſt libertas eligendi hoc vel illud, eorum quæ in finem ducunt.

Anſel. in ꝓſologion c. 7. de gratia & lib. arbit. circa princ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ laudabilitas non dependet eſſentialiter a poteſtate peccandi, ſed a voluntate adherẽte bono, alias virtuoſus in quo eſt minor mobilitas ad peccandum, eſſet minus laudabilis in actu ſuo, quàm carens virtute & bonum operans, ſed poteſtas peccandi eſt ſignum laudabilitatis reſpectu laudantium, inquantum oſtendit non coacte voluntatem bono adhęrentem.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum dæmones poſſint bonum facere.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd dæmones poſſint bonum facere, & non ſint obſtinati in malo. Natura enim intellectualis ordinata eſt ad beatitudinem, cuius facta eſt capax: ſed in dæmonibus manet natura poſt peccatum. ergo non ſunt adeo obſtinati quin poſſint bonum velle & beatitudinem conſequi.

¶ 2 Præt. Dion. dicit 4. cap. de di. no. ꝙ dæmones bonum appetunt, vt eſſe, viuere, & intelligere: ſed bona appetendo habet quis bonam voluntatem. ergo videtur quòd dæmones bonam voluntatem habere poſſint.

Dio. 4. c. de di. no. circa medium.

¶ 3 Præt. Syndereſis in dæmonibus non eſt extincta, aliàs vermen conſcientiæ non haberent; ſed actus ſyndereſis eſt remurmurare malo, hoc autem bonum eſt. non ergo omnis eorum actus malus eſt.

¶ 4 Præt. Iac. 1. dicitur, ꝙ dæmones credunt & contremiſcũt: ſed vtrumque horum bonum eſt. ergo eorum aliquis bonus eſt actus.

¶ 5 Præt. Omni actu peccati aliquis in malitia creſcit, & in merito maioris pœnæ. Si ergo dæmones omni actu ſuo peccant, videtur quòd pœna eorum in infinitum creſcat, cum obſtinatio reatum pœnæ non tollat. aliter enim ex ſua malitia commodum reportarent. ergo pœna eorum in infinitum creſcit, quod eſt inconueniens.

SED CONTRA. Aug. in lib. de fide ad Petrum dicit: Dæ-

A mones nec mala voluntate carere poſſunt, nec pœna: ſed ex mala voluntate numquam procedit niſi actus malus. ergo videtur, quòd omnis eorum actus malus ſit.

¶ 2 Præt. Sicut angeli per conuerſionẽ effecti ſunt boni, ita dæmones per auerſionẽ facti ſunt mali. Sed angeli beati malũ facere non põt, vt prius dictum eſt. ergo nec dæmones bonum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in dæmone eſt natura bona a Deo creata, ſed voluntas mala, cuius malitiæ ipſi ſunt cauſa, & ideo omnis actus naturæ eorũ bonus eſt, ſed actus voluntatis eorum eſt malus. actũ autem malum cõtingit eſſe dupliciter: aut quãtum ad ſubſtantiam actus, ſicut malus actus voluntatis eſt fornicari, vel mentiri: aut quantum ad modum agẽtis, ſicut cum quis appetitu laudis dat elemoſynas. Poſſunt ergo dæmones aliquem bonum actum ex genere facere, nullo tamẽ modo bona voluntate, cuius obſtinationis ratio diuerſimode aſſignatur. Quidam enim dicunt, ꝙ liberum arbitrium angeli medium eſt inter diuinum & humanum, in hoc quòd diuinum immobile eſt ante electionem & poſt: humanum vero mobile ante & poſt: angelicum vero mobile ante ſed imobile poſt.
C Sed hæc ratio ſupponit illud, cuius cauſa quæritur, ſcilicet immobilitatem poſt angelorum electionem. Et præterea ſecundum hoc, non poſſet aſſignari ratio confirmationis & obſtinationis hominum defunctorum.

¶Alia ratio aſſignatur, quia cum angelus ſit indiuiſibilis, ad quodcunque ſe conuertit d totaliter conuertitur: ſed hæc videtur inſufficiens, quia quàmuis ſit indiuiſibilis in eſſentia, eſt tamen diuiſibilis virtute, ſecundum ꝙ virtus eius ad multa ſe extendit, & hoc eſt ſecundum obiecta, & ſecundum ꝙ magis & minus alicui ſe applicãt, & hoc eſt ſecundum intenſionem & remiſſionem actus. Vnde non oportet, ꝙ ſua operatio procedat ab eo ſecundum totam ſuam virtutem, cum ſit dñs ſui act'. D. 125.

¶Alia ratio ſumitur per hoc, ꝙ homo per alterum cecidit, vñ decuit ꝙ haberet reparatorem per quem reſurgeret, angelus vero per ſeipſum: & ideo impoſſibile eſt eius ruinam reparari,
D quia per ſe non potuit reſurgere, nec decuit alium reparatorẽ habere. Sed hoc etiam non videtur ſufficiens, quia p ſe vel p alium cadere, ſunt circunſtantiæ peccati, q̃ in infinitum aggrauare non poſſunt, vt peccato recuperabilitas auferatur.

¶Et prętereа, etiam ſi homo numquam reparatus eſſet, non tamen propter hoc obſtinatus eſſet, vt patet in infidelibus, qui reparationis beneficium non conſequuntur, quorum non omnes actus peccata ſunt, vt infra dicetur diſt. 31. Et ita etiam ſi caſus dæmonis ſit irreparabilis, non ex hoc ſequitur obſtinatio voluntatis in malo, qualis in ipſo eſt.

¶Alia ratio eſt, quia angelus peccauit contra deiformem intellectum: homo autem contra dictamen rationis, vt patet ex Dion. in 4. cap. de di. no. & ideo peccatum angeli fuit multo grauius & irrecuperabilius, quia ratio eſt intellectus quaſi obumbratus, ſecundum ꝙ dicit Iſaac in lib. de definitionibus, ꝙ
E ratio oritur in vmbra intelligentiæ, ſed hoc etiam non videtur ſufficiens, quia intellectus angelicus & ratio humana nõ improportionabiliter diſtant, ſicut recuperabile & irrecuperabile, cum vtrumque finitum ſit.

¶Alia ratio aſſignatur, quia natura hominis tota corrupta eſt per peccatum eius, in quo originaliter erat, non autem tota natura angelica. vnde magis indigebat reparatione humana natura quàm angelica. Sed hoc non videtur ſufficiens, quia ſecundum hoc, ſi primo homine non peccante, aliqui de filijs eius peccaſſent, eorum peccatum irreparabile foret.

¶Et præterea, in quolibet angelo eſt natura ſecundum ſpeciem ab alio differens, & ideo eo peccante tota natura ſuæ ſpeciei viriata eſt. Et ideo oportet aliter dicere, vt inueniatur eadem ratio obſtinationis in hominibus damnatis, & in angelis peccantibus, quia ſecundum Dam. quod eſt in angelis caſus, hoc eſt in hominibus mors. Dicendum eſt ergo, ꝙ ſicut impoſſibile eſt a voluntate indeclinabiliter adhęrẽte recto fini, procedere opus peccati, ita econtrario impoſſibile eſt, a voluntate adhęrente inconuertibiliter Dama. li. 2. c. 4. in calce.

conuertibiliter peruerſo fini aliquod rectum opus prouenire, F peccatum autem voluntatis contingit dupliciter circa finem: vel ex paſſione deducente rationem ab actuali conſideratione recti finis, & talis peccator pœnitens eſt paſſione ceſſante, vel 7.Ethi. c.8. ex malitia, quæ ſecundum Philoſophum in 7. Ethic. eſt corruptiua finis. Dicitur D.834. a.n. ex malitia[d] peccare, q ex electione praui finis peccat, eo quòd qualis eſt ſecundum habitum talis finis videtur ei, vt qui habet habitũ luxuriæ delectationem veneream ſibi ponit finem, & cum error circa finem in operabilib[9] ſit ſicut error circa prima principia in ſpeculatiuis, circa quæ errantem non contingit ex alijs magis notis 7.Ethi. c.8. dirigi, oportet quòd ſic peccans ſit impœnitens, vt dicit Philoſophus ibidem. ergo de peccato nullus poteſt pœnitere, niſi vel ex paſſione ceſſante vel habitu remoto, quo malum finem eligebat. Remoueri autem habitum non eſt poſſibile niſi in eo q eſt in ſtatu viæ & mutabilitatis. vnde quandocunque aliquis deuenit ad terminum viæ, non poteſt deflecti ab eo fine cui adhęſit, ſiue ſit bonus ſiue malus. finis autem viæ hominis eſt *mors ſua. finis* autem angeli eſt terminus electionis ſuæ, qua bono adhęſit vel malo. Vnde ſicut homines poſt mortem in bono confirmantur vel in malo, ita & angeli poſt[d] conuerſionẽ D.443. vel auerſionem. Datur autem homini longior via quàm angelo, quia erat magis a Deo diſtans, & oportebat quòd in eius co- H gnitionem inquirendo perueniret. angelus autem ſtatim deiformi intellectu, ſine inquiſitione in diuina peruenire potuit.

pria ac ſpontanea voluntate, p gratiam quidem adiuti bonum eligunt & malum reſpuunt. Et mali quidem, ſimiliter ſpontanea voluntate a gratia deſtituti, bonum vitant & malum ſequuntur. Et mali habent liberum arbitrium, ſed depreſſum G atque corruptum, quòd ſurgere ad bonum non valent.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd in dæmonibus remanet naturalis potentia ad bonum, vt remota & indiſpoſita, & per contrarium habitum deprauata, qua poſſent benefacere ſi vellent; ſed velle non poſſunt, quia habitus malitia ab eius voluntate remoueri non poteſt, quia iã in ſtatu viæ nõ eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum in angelis natura ſit bona, oportet quòd naturalis appetitus eorum bonus ſit, qui tamẽ per circunſtantias deprauatur, quas apponit deliberatiua volũtas inquantum volunt eſſe & viuere ſub tali deformitate peccati, ſicut luxurioſus deſiderat viuere in ſua turpi delectatione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſecundum quoſdam ſynderiſis in dæmonibus non remurmurat culpæ, ſed pœnæ, & in hoc magis peccant ordinationi diuinæ iuſtitiæ renitentes, ſed hoc nõ videtur verum, quia impoſſibile eſt, q aliquid nõ renitatur ſuo contrario. In ſynderesi autem ſunt vniuerſalia principia iuris naturalis, vnde oportet q remurmuret omni ei, quod contra ius naturale ſit. Sed tamen iſtud murmur eſt actus naturæ. In dæmonibus enim voluntas peruerſa repugnat ſecundum quã claudunt ſuas virtutes inſpectiuas ab omni conſideratione, vt Diony.4.de di.no. dicit Dion. in 4. cap. de diui. no.

¶ Ad quartum dicendum, q quàmuis iſti actus in ſe boni ſint, non tamen bene fiunt, quia coacte & non ex electione bonum quodcunque operantur.

¶ Ad quintum dicendum, q quidam dicunt, quòd eorum culpa & pœna creſcere poteſt vſque ad diem iudicij; ſed hoc nõ videtur verum, quia cum non ſint in ſtatu viæ, ſicut non in bonũ, ita nec in peius mutari poſſunt. Vnde dicendum, quòd eorum culpa vel ſuperbia dicitur creſcere, non quantum ad intenſionẽ malitiæ, ſed quantum ad multiplicitatem actus: pœna etiam eſſentialis non creſcit, ſed[d] accidentalis q̃ eſt ex multitudine dã- D.447. natorum, ſicut eſt etiam de præmio bonorum angelorum. K

## QVAESTIO II.

B

### Deinde quæritur de cognitione dæmonum. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum dæmones vigeant acumine ſcientiæ.
ſecundo. De diuinatione quæ per eos fit.

### Articvlvs primvs.

*a Vtrum dæmones ſint acutæ ſcientiæ.*

AD primvm ſic proceditur. Videtur, q dæmones non ſunt acuti ſcientia, ſicut in litera dicitur. ſicut Dio. 4. c.de di.no. enim dicit Dion. in 4. cap. de diui. no. Malum dæmonis eſt furor irrationalis, amens concupiſcentia, & phantaſia proterua. Hæc autem omnia hebetudinem cognitionis important. ergo videtur quòd ſcientiæ acumine non polleant.

¶ 2 Præt. Secũdũ Philoſophos natura ſubſtãtiarũ intellectiuarũ pficit intellectu & voluntate: ſed ſicut voluntas perficitur per appetitum boni, ita intellectus p cognitionem veri. cum ergo voluntas eorum non poſſit in bonũ, videtur quòd nec intellectus in verum.

¶ 3 Præt. Reuelatio ſupernorũ ſpirituũ fit per illuminationem: ſed dæmones cũ ſint in perpetuis tenebris, illuminari non poſſunt. ergo nec aliqua cognoſcere poſſunt reuelatione bonorum angelorum. † Ca. 1.53.

*Quòd boni poſt confirmationem, liberius habent arbitrium quàm ante.*

BOni vero, arbitriũ multo liberius habent poſt cõfirmationem quàm ante. Vt enim Auguſt. tradit in Enchi. Non ideo carent libero arbitrio, quia male velle non poſſunt, multo quippe liberius

¶ 4 Præt. Cognitio per experientiam longi temporis eſt accipientis ſcietiam a rebus, quia ex multis memorijs fit vnum experimẽtum, vt in principio Metaphiſicæ dicitur. memoria vero 1. Meta. in prin. a ſenſu oritur. angeli autem cognitio non eſt ex rebus accepta, ergo per experientiam longi temporis cognitionis acumen non habent.

Sed contra Eſt quod in litera authoritatibus ſanctorum probatur, quod etiam eorum nomen oſtendit, quia dæmones dicuntur quaſi ſapientes. Item Dion. dicit 4. c. de diui. Dio.4.c.de di.no. no. Data autem angelica dona nequaquam mutata eſſe dicim[9], ſed manere integra & ſplendidiſſima: ſed inter alia attributa na- H turalia angelorum vnum fuit perſpicacitas intelligentiæ. ergo hoc adhuc in eis manet.

Respondeo, Dicendum, q cum peccatum non tollat naturam, ſed tantum diminuat habilitatem ad bonum ſecundum q facit magis a gratia diſtare, oportet in dęmonibus lumen[d] intellectuale perſpicuum remanere, quia natura eorũ D. 440. intellectualis eſt. cognitio autem eorum de rebus eſt duplex, quædam enim ſunt quorum cognitio per cauſas naturales vel ſigna haberi nondum poteſt, & talia non niſi reuelatione ſupnorum ſpirituum cognoſcunt. Quædam vero ſunt, quorum cognitio per naturam haberi poteſt, & hoc dupliciter, vel per cauſas determinatas ad effectus naturales, & talia cognoſcunt per ſubtilitatem naturæ ſuæ, inquantum in eis reſplendent ſimilitudines totius ordinis vniuerſi, vel per aliqua ſigna ex quibus vt in pluribus poteſt alicuius cognitio haberi, ſicut medici proI noſticantur de ſanitate vel de morte & talia cognoſcunt p experientiam temporum, ſecundum quòd talibus ſignis pluries tales effectus concurrerunt.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q furor & concupiſcentia & phantaſia non ſunt in dæmonibus proprie ſed metaphorice, cum pertineant ad ſenſitiuam partem, quæ non eſt in angelis. omnis enim defectus animæ qui in nobis accidit, vel eſt ex phantaſia quantũ ad cognitionẽ, cuius proprium eſt falſitas ſm Philoſophũ in 4. Meta. vel ex paſſionibus irraſcibilis & con- 4. Meta. tex. 24. cupiſcibilis quantum ad affectionem, & ideo voluntas dæmonum inordinate deteſtans & appetens aliquid, dicitur *furor* & concupiſcentia. Et intellectus ſuus deordinatus, dicitur phantaſia. hæc autem deordinatio intellectus eſt ex praua voluntate & ideo dicitur phantaſia proterua, quia proteruus eſt, qui pertinaciter verum impugnat. Irrationalitas autem & amentia, furori & concupiſcentiæ important obliquitatem voluntatis a recto iudicio intellectus vel rationis, & ignorantiam nõ ſpecu- K lationis, ſed electionis, ſecundum quam omnis malus eſt ignorans.

¶ Ad ſecundum dicendum, q volũtas eſt domina ſui actus magis quàm intellectus, qui ipſa in veritate compellitur, & ideo ſecundum actum voluntatis homo dicitur malus vel bonus, qa actus voluntatis eſt actus hominis, quaſi in eius poteſtate exiſtens. *non autem ſecundum actum intellectus, cuius ipſe non* eſt dominus.

¶ Ad tertium dicendum, q reuelatio ſupernorum ſpirituum facta dęmonibus, non eſt per modum illuminationis, ita quòd lumen intellectuale dæmonis vigoretur per applicationem claritatis luminis angelici, ſed per modum locutionis, ita q ſibi exponuntur cognoſcibilia quædam per modum quo prius non exponebatur, ſicut infra patebit diſt. 11.

¶ Ad quartum dicendum, q quàmuis cognitionem a rebus nõ accipiat dęmon, tamen[d] acuitur eius ſcientia per longitudinẽ D. 44. temporis: per ſpeciem enim rei quam habet innatam cognoſcit rem, & ea quæ in re ſunt, ſed antequam determinetur determinate



terminate contingens, & præcipue ad vtrumlibet non eſt in eo effectus eius. Vnde poteſt in ipſa cognoſci, qui tamen, cognita ipſa, cognoſcitur qñ iam ad effectum determinata eſt.

### Articvlvs II.

*b Vtrum per dæmones poſſit fieri diuinatio.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, q per dæmones diuinatio fieri non poſſit. Prænũtiatio enim futurorum diuinitatis eſt ſignum. Vnde dicitur Eſaiæ 41. Ventura quoque annuntietis, & dicemus q dij eſtis. Sed dæmones Lib.1. c.13. tom.6. ſunt omnino diuinitatis expertes. ergo per eos diuinatio de futuris fieri nõ põt.

¶ 2 Præt. Bonorum prophetarum eſt veritatem de futuris prædicere, vt dicitur Hierem. 38. Quòd iſte eſt propheta quem miſit dominus, cuius verbum euenit, Si ergo homines virtute dæmonum vera de futuris diuinando prænuntiant, videtur quòd qui per reuelationem dæmonũ prophetant, veri prophetę dicendi ſint.

eſt arbitrium quod non poteſt ſeruire peccato. Neque culpanda eſt voluntas, aut volũtas nõ eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati eſſe ſic volunt, vt eſſe miſeri nõ ſolum nolint, ſed nec prorſus velle poſsint. Non poſſunt itaq; boni angeli velle malum, vel velle eſſe miſeri, neque hoc habent ex naturæ, ſed ex gratiæ beneficio. Ante gratię nãque confirmationem, potuerunt peccare angeli, & quidam etiam peccauerunt & dęmones facti ſunt. Vnde Augu. in lib. cõtra Maximum: creaturarum natura cæleſtium mori potuit, quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, & dæmones facti ſunt, quorum diabolus eſt princeps, & qui non peccauerunt, peccare potuerũt. Et cuicũq; creaturæ rationali præſtatur vt peccare nõ poſsit, nõ eſt hoc naturæ propriæ, ſed Dei gratiæ. Ideoq; ſolus Deus eſt, q non gratia cuiuſquam, ſed natura ſua nec potuit, nec põt, nec B poterit peccare. Ecce hic inſinuatur q angeli ante confirmationem peccare potuerunt, ſed poſt confirmationem non poſſunt. Et quod potuerũt fuit eis ex libero arb. quod eſt eis naturale. Quòd vero modo non poſſunt peccare, non eſt eis ex natura. i. ex libero arbit. ſed ex gratia, ex qua gratia etiam eſt, vt ipſum liberum arbitrium iã non poſsit ſeruire peccato.

¶ 3 Præt. Nõ eſt cognitio rei niſi per ſpeciem eius: ſed ſpecies euentus futuri nõ poteſt per dæmonem in anima fieri, niſi dæmon ſpecies cauſaret. ergo videtur q per ipſum diuinatio fieri non poſſit.

¶ 4 Præt. Mentem hominis nullus formare poteſt, niſi ſolus Aug.de Trinitate li. 9. Deus, vt Aug. in litera dicit: ſed non poteſt cognitio alicuius accipi, niſi mens alicuius aliquo lumine formaretur. ergo videtur q per dæmones præcognitio futurorum accipi nõ poſſit.

Sed contra. In dæmonibus eſt potentior virtus intellectiua quàm in hominibus, ſed homo poteſt alteri denuntiare, quod ſcit futurum. ergo & dæmones. Sciunt autem quædam futura, cum etiam quorundam futurorum cognitio ab hominibus habeatur, vt ab aſtrologis, & medicis. ergo per dæmones diuinatio fieri poteſt.

¶ 2 Præt. Quãdo anima retrahitur a motibus exterioribus circa corpus, vt in ſomno, quorundam futurorum præcognitionẽ accipit. non enim omnino negandum eſt diuinationem fieri in De ſom. & vigi. c.1. ſomnis, vt dicit Philoſophus in libro de ſomno & vigilia. Sed dæmones circa regimen corporis non occupantur. ergo vr̃ q futurorum cognitionem & habere, & alijs conferre poſſint.

Respondeo, Dicendum, quòd futurorum quædam ſunt determinata in ſuis cauſis, quædam vero non habent cauſas determinatas, ſicut quæ ſunt ad vtrumlibet. quilibet autem effectus ſecundum q in cauſa ſua determinatur, in ea poteſt cognoſci. Si enim determinatur in ea, vt ex qua neceſſario cõtingat, certitudinarie cognoſcetur, ſicut ſunt ea quæ circa motum cęli accidunt, vt ortus & occaſus, & eclipſes, & cõiunctiones luminarium, quæ omnia multo melius dæmones ſciunt per ſpecies cauſarũ innatas, quàm aſtrologus per artem. Si autem determinentur in cauſis, vt ex quibus frequenter contingat, cum poteſtate tamen deficiendi in minori parte propter impedimẽtum ex parte agentis, vel ex parte recipientis actionum, eorum præcognitio nõ certitudinalis, ſed coniecturalis haberi poteſt, & hoc modo aſtrologus prædicit quædam futura, quæ conſequuntur ex motibus cæli iſtis inferioribus, quæ tamen impediri poſſunt propter defectum inferiorum cauſarum, & hæc præcognitio tanto magis ad certitudinem accedit, quanto ad vnũ effectum plures cauſæ concurrentes cognoſcuntur, & quanto virtus cauſæ melius ſcitur. Vnde, dæmones ſubtiliſſimi ſunt in talium futurorum pręcognitione, ſed ea quæ non habẽt cauſas determinatas, vt quæ ſunt ad vtrumlibet, vel in minori parte, non poſſunt cognoſci in cauſis ſuis, ſed in ſeipſis tantum, vt præſentia ſunt. vnde eorum præcognitio ſolius Dei eſt, cui ab æterno præſentia ſunt, vt in primo dictum eſt. diſt. 38. Et cui Deus reuelare voluerit, & talium futurorum cognitionem, nec homines nec dæmones habere poſſunt, niſi reuelatione ſuper-

A norum ſpirituum. Ea vero quæ ipſi dæmones præcognoſcunt, reuelare poſſunt, non quidem obijciendo ſe animæ, ſicut in ſpeculum, in quo videntur quę in ſpeculo relucent, vt quidam dicunt, quia anima humana ad minus ſecundum ſtatum viæ, nõ videt ea quæ ſunt a materia ſeparata, niſi quatenus ex phantaſmatibus in eorũ cognitionẽ venit. Nec iterum ſpecies quæ ſunt ĩ intellectu angelico, ſunt proportionatæ intellectui humano, cum multo ſimpliciores ſint & vniuerſaliores. Vnde, ſicut ſpecies quæ ſunt in intellectu, imaginatio non poteſt comprehendere, nec ſenſus ſpecies quæ ſunt in imaginatione, ita nec intellectus humanus ſecundum ſtatũ viæ, ſpecies quæ ſunt in intellectu angelico: ſed angelus bonus, vel malus aliter ea q̃ cognoſcit reuelare poteſt, ſcilicet per applicationem luminis ſui ad phantaſmata, ſicut applica- C tur lumen intellectus agentis, vt eis quædam intentiones in intellectu eliciantur, & quanto lumen fuerit fortius & perfecti[9], tanto plures & certiores cognitiones elicientur. Et ideo ex phantaſmatibus illuſtratis lumine angelico, reſultat aliquorũ cognitio in intellectu poſſibili hominis, ad quam eliciendam illuſtratio intellectus agentis humani non ſufficeret, cum lumẽ eius ſit debilius lumine angeli.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q[d] futura ſecundum q D. 453. habent determinationem in cauſis ſuis, accedunt ad rationem pſentiũ inquãtũ iã quodãmõ ſunt determinata in cauſis ſuis, & ideo eorum præcognitio, non proprie dicitur diuinatio, vt quando medicus prædicit ſanitatem futuram, & aſtrologus eclipſim vel pluuiam, & aliquod huiuſmodi, niſi forte apud eum, quem latet ordo cauſæ ad cauſatum: vnde in illis quæ omnib[9] nota ſunt, nullus dicit diuinationem eſſe, vt ſolem oriri cras. Sed diuinatio proprie eſt eorum quæ cauſas determinatas non habent. hæc enim præcognoſcere, ſolius Dei eſt, a cuius actus D vſurpatione, diuini vocanť, qui futuris prænuntiãdis intẽdũt.

¶ Ad ſecundum dicendum, q falſi prophetę diſtinguuntur a veris quantum ad tria minus. Primo, quantum ad reuelationis authorem, quia boni prophetæ futura prædicunt diuino lumine, mediantibus bonis angelis inſpirati, ſed falſi prophetę, vel ſequuntur ſpiritum ſuum nihil uidentes, ſed mendacia confingentes, vel per reuelationem ĩmundi ſpiritus. Secũdo, quãtum ad intentionem prænuntiationis, quia falſorum prophetarum finis, eſt aliquod lucrum temporale. Vnde dicitur Ezech. 13. Violant me ad populum meum, propter pugillum ordei & fragmen panis, vel ſaltem ipſius dæmonis reuelantis intentio peruerſa eſt, qui deceptionem intendit. Sed prophetarum bonorum tota intentio in rectum finem ordinatur. Tertio, quãtum ad certitudinem prænuntiatorum, quia bonorum prophetia, innititur diuinæ pręſcientiæ, quæ omnium futurorum euentus E intuetur, ſed pręnuntiatio malorum prophetarum innitur præſcientiæ dæmonum, quæ coniecturalis eſt.

¶ Ad tertium dicendum, q dæmon poteſt aliquod ignotum manifeſtare ſine cauſatione nouę ſpeciei, dupliciter, aut ex ſpeciebus in imaginatione ſeruatis, diuerſimode compoſitis & diuiſis, & fortiori lumine illuſtratis, alias intentiones eliciendo, aut etiam nouas ſpecies in imaginatione formando, ſecundum aliquam tranſmutationem organi corporalis.

¶ Ad quartum dicendum, q ſolus Deus format mentem hominis iuſtificando, non tamen ſolus immediate *intellectuali lumine* illuſtrat, niſi intelligatur a lumine connaturali, quod a ſolo Deo eſt.

¶ Ad quintum dicendum, q aſtrologi *non poſſunt* prænuntiare euentus, niſi quia reducuntur ad motum cæli ſicut ad cauſam, vel per ſe, ſicut tranſmutationes quæ accidunt in corporalibus, vt tempeſtates & ſterilitates, & peſtilentias, & huiuſmodi, quæ tamen impediri poſſunt fortioribus motibus ſuperuenientibus, vt dicit Philoſophus in lib. de ſom. & vigi. vel p accidens ſicui-

ſicut ad tranſmutationem corporis diſponitur animus ad aliquos actus magis quàm ad alios, ſicut ex naturali complexione quidam ſunt proni ad luxuriam, vel ad iram, & huiuſmodi. nõ tamen talis diſpoſitio corporis animæ neceſſitatem inducit. Vnde in his quæ ex libero arbitrio dependent, maxime eorum iudicia fallutur.

¶Similiter etiã medici, ex ſignis exterius apparentib⁹ cauſas interiores cognoſcũt, ex qbus ſequiẽ ſanitas, vel mors, vel ſemper, vel in maiori parte, & hęc omnia dæmones præcognoſcere poſſunt. nõ autem omnia futura ſunt talia.

¶Ad ſextum dicendum, q̀ diuinationes etiã quæ in ſomnis ſunt, reducuntur in aliqua ſigna, vel cauſas naturales. hoc autem contingit dupliciter. Vno modo in his, quorum cauſa eſt in ipſo ſomniante, & hoc contingit dupliciter. vel ita q̀ ipſum ſomnium eſt cauſa euentus futuri, ſicut quando quis propter hoc quod in ſomno videt, mouetur ad aliquid faciendum. vel eſt ſignum futuri, cuius cauſa in ipſo eſt, ſicut quãdo quis ſomniat ſe comedere dulcia, ſignificatur, quòd flegma dulce in eo dominetur, ex quo medicus poteſt aliquem euentum futurũ conijcere, vel morbi, vel ſalutis. Si autem neutro modo ſe habeat, tunc non eſt niſi per accidens, ſicut contingit per accidens me cogitante de aduetu alicuius, illum

† Lib. 1. de ſummo bono cap. 12.

*Quòd poſt confirmationem angeli nõ poſſunt ex natura peccare ſicut ante, non quòd debilitatum ſit eorum arbitrium, ſed confirmatum.*

NOn ergo poſt confirmationem angeli de natura ſicut ante peccare potuerunt, non quòd liberũ arbitrium eorum debilitatum ſit per gratiam, ſed ita potius confirmatum, vt iam per illud non poſsit bonus angelus peccare, quod vtique non eſt ex ipſo libero arbitrio, ſed ex gratia Dei. Quòd ergo Hiero. ait. Cetera cum ſint liberi arbitrij poſſunt flecti in vtranque partem, accipi oportet ſecundum ſtatum in quo creata ſunt. Talis enim & homo & angelus creatus eſt, quòd ad vtrũque flecti poterat, ſed poſtea boni angeli per gratiã ita cõfirmati ſunt, vt peccare non poſsint, & mali ita vitio obdurati, vt bene viuere nequeant. Similiter etiam illud. Iſido. intelligendum eſt angeli mutabiles ſunt natura, ĩmutabiles ſunt gratia, quia ex natura in primordio ſuæ conditionis mutari potuerunt, ſiue ad bonum, ſiue ad malum, ſed poſt gratiam ita bono addicti ſunt, vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia non natura.

venire. Alio modo in his quæ cauſam habent extra ſomniantem, & in his, euentus frequẽter rei ſomniatę ſe habet ad ſomnum, vt per accidens, quandoque tamen ſomnum eſt ſignum euentus futuri: hoc autem contingit dupliciter. Vno modo ex parte illa qua cognitionem a corpore accipit, inquantum imprimitur in ipſum virtus corporis cæleſtis. Ex motibus enim corporum cæleſtium relinquuntur quædam impreſſiones & motus, quæ ſunt ſigna motuum cæleſtium in corporibus inferioribus, & ſecundum q̀ iſti motus perueniunt ad imaginationem figurantur imagines illorum effectuum, ad quos diſponunt motus cęleſtes, ſecundum ſimilitudinem magis vel minus expreſſam, ſecundum q̀ virtus imprimens eſt fortior vel debilior, & ſecundum quòd virtus recipiens eſt magis diſpoſita vel minus & magis quieta ab alijs occupationibus, & propter hoc huiuſmodi ſentiuntur in dormiendo, quia anima vacat ab exterioribus motibus, & præcipue in nocte, & circa horam digeſtionis completæ, & per hunc modum quædam animalia pręcognoſcunt quædam futura, ſecundum quòd eſt neceſſarium ad eorum ſuſtentationem, ſicut piſcęs tempeſtatem futuram motibus ſuis prænuntiant, dum de loco ad locum mouentur, & ſimiliter ẽt in formicis & multis alijs animalibus, ut ad ſenſum patet, quorum imaginationes ſunt magis quietæ q̃ humanæ, ꝑꝑ multiplices motus rationis. Alio modo ſecundum quòd anima cognitionem accipit ex influentia luminis ſubſtantiæ ſeparatæ, vel Dei, vel angeli, cui vehementius coniungitur, quanto magis ab occupatione corporis ceſſat. & propter hoc reuelationes in ſomniis fiunt, & in illis pręcipue, quorum anima corporis affectionibus non ſubditur, & quanto eorum imaginatio

F magis obedit intellectui, tanto figurantur in ea expreſſiores ſimilitudines, & propter hoc virtutes morales multum faciũt ad ſcientiam, & præcipue virtus caſtitatis, vt dicit Commen. in 7. phyſic. caſtitas enim præcipue inter virtutes morales corpus animæ obediens reddit.

Cõment. 7. Phyſi. com. 20. & vltimo.

*Quòd mali angeli viuacem ſenſum non perdiderunt, & quibus modis ſciant.*

ET licet mali angeli ita per malitiam ſint obſtinati, viuaci tamen ſenſu no penitus ſunt priuati. G Nam vt tradit. Iſido. triplici acumine ſcientiæ vigent dæmones, ſcilicet ſubtilitate naturę, experientia temporum, reuelatione ſupernorum ſpirituum. De hoc etiam Aug. ait. Spirit⁹ mali, quędam vera de temporalibus rebus noſcere permittuntur, partim ſubtilitate ſenſus, partim experientia temporum callidiores, propter tã magnã longitudinem vitæ, partim ſanctis angelis, quod ipſi ab omnipotẽti Deo diſcũt, iuſſu eius H ſibi reuelantibus. Aliquando autem idem nephãdi ſpiritus, & quę ipſi acturi ſunt, velut diuinando prædicunt.

*Quòd magice artes virtute & ſcientia diaboli valent, quæ virtus & ſcientia eſt ei data a Deo, uel ad fallendum malos, uel ad mouendũ vel exercendum bonos.*

I QVorum ſcientia atque virtute, etiam magicę artes exercentur quibuſdam tamen tam ſcientia q̃

*QVAEST III.*

Deinde quærit de virtute dæmonum in operando.

Et circa hoc q̃runtur duo.

† Lib. 1. de ſummo bono. cap. 12.

Primo. Vtrũ poſſint aliquos veros effect⁹ operari in materia corporali.

Secundo. Vtrum eorum auxilio & cõſilio vti liceat.

† Lib. 2. ſup Gen. c. 17. in fine.

ARTIC. I.

*a Vtrum dæmones poſſint inducere ĩ materia corporali verum effectum corporalem.*

AD PRImum ſic proceditur. Videtur, q̀ dæmones verum effectum corporalẽ inducere nequeant, quia dicitur 2. Theſ. 2. q̀ antichriſtus veniet in ſignis mendacibus: ſed tũc maximam poteſtatẽ dęmones habebunt. ergo videtur q̀ nullo modo poſſint aliquem effectum verũ inducere.

¶2 Præt. Id quod datum eſt in manifeſtationem & confirmationem fidei, non debet concedi fidei aduerſarijs: ſed operatio ſignorum data eſt ad confirmationem fidei, vt habetur Marci vltimo. Illi autem profecti &c. Ergo videtur q̀ non ſubſit poteſtati dæmonum miracula facere.

¶3 Præt. Omnis alteratio reducitur in motum localẽ, vt in 7. Phyſi. probatur, quorũ primus eſt motus cęli: ſed dęmones motum cęli variare non poſſunt, quia hoc ſolius Dei eſt, vt Dio. dicit in epiſtola ad Policarpum. ergo videtur q̀ nullam tranſmutationem in corporibus inferioribus facere poſſint de forma in formam.

7. Phy. t. 10. Et 8. Phyſi. text. 55. & 56.

¶4 Præt. Id quod ſubiacet virtuti corporali non habet virtu- K tutem imprimendi in corpora: ſed dęmones ſubduntur virtutibus ſtellarum. vnde etiã malefici conſtellationes determinatas obſeruant ad inuocandum dæmones. ergo videtur q̀ nõ habeant virtutem imprimendi in corpora.

¶2 Præt. Dæmones non operantur niſi per modum artis: ſed ars non poteſt dare formam ſubſtantialem. vnde dicitur in ca. de numeris. Sciant authores alchimiæ, ſpecies transformari nõ poſſe. ergo nec dæmones formas ſubſtãtiales inducere poſſunt.

SED CONTRA. Eſt quod dicitur Exodi 7. q̀ Magi Pharaonis virtute dæmonum operantes, virgas in ſerpentes verterunt.

¶Pręt. Fortius agit in id, quod minus eſt forte: ſed virtus dęmonis eſt fortior virtute corporali. ergo poſſunt corpora tranſmutare propria virtute.

RESPONDEO, Dicendum, q̀ circa hoc poteſt eẽ duplex error: vnus fuit gentilium qui credebant dæmones, quorum virtute Magi operabantur, deos eſſe, & ita per modũ creationis poſſe



poſſe nouos effectus producere, & iſte eſt ſecundus modus quem ponit in litera Magiſter. Alius eſt Auicen. qui ponit quòd materia corporalis multo fortius obedit conceptioni ſubſtãtiæ ſeparatę, quàm qualitatibus contrarijs agentibus in natura, quia agentia naturalia ſunt tantum diſponentia ad formam quæ eſt ex influentia ſubſtantiæ ſeparatæ. Vnde ad conceptionem ſubſtãtię ſeparatæ, etiã præter ordinem motus cęli, ſequitur aliquis effectus in inferioribus, & ponit exemplum de anima humana, ad cuius cõceptionem totum corpus mouetur, vel in libidine ad imaginationem mulieris amatę, vel ad cauẽdum ex imaginatione & timore caſus, & hic eſt primus modus qui tangitur in litera, quòd materia corporalis deſeruiat dæmonib⁹ ad nutum. Huic autem poſitioni cõtradicitur & a philoſophis & a theologis. A philoſophis quidem, quia dicunt q̀ motus cęli eſt inſtrumentum intelligentiæ mouentis. Vnde non niſi eo mediante, poteſt prouenire effectus in inferioribus ab intelligẽtia. A theologis etiam contradicitur, quia formæ corpales non ſunt ex influẽtia dæmonum, ſed ex influentia Dei qui eas in potentia materiæ poſuit, & educere in actum poteſt ſine adminiculo alicuius inferioris agentis, ſecũdum quod in actiuum educuntur ſecundum curſum naturæ ex determinatis agentibus naturalibus. Vnde huius poſitionis eſt falſum fundamentum. Et ideo dicendum, q̀ dæmones virtute ꝓpria nullam formã in materiam influere poſſunt, nec accidentalem, nec ſubſtantialem, nec reducere eam in actũ, niſi adminiculo proprij agentis naturalis, ſicut etiam artifex, non ꝓpria virtute, ſed virtute ignis appoſiti calefacit, ita & dæmones ad determinata paſſiua,

† Cap. 7.

† Exod. 7. & 8. cap.

† Lib. eodẽ cap. 8.

A poteſtas a Deo data eſt, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandamque iuſtorum patientiam. Vnde Auguſt. in lib. 3. de Trinit. Video inquit infirmæ cogitatiõi quid poſsit occurrere. Cur ſcilicet iſta miracula, etiam magicis artibus fiant. Nam & magi Pharaonis ſerpentes fecerunt, & alia. Sed illud eſt amplius admirãdum, quo modo magorum potẽtia, quæ ſerpentes facere potuit, vbi ad muſcas minituſsimas ſcilicet cinifes ventum eſt, omnino defecit, qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes. Digitus Dei eſt hic. vbi intelligi datur, nec ipſos quidem angelos tranſgreſſores, & aereas poteſtates in vnam iſtam caliginem tanquam in ſui generis carcerem, ab illius ſublimis ethereæ puritatis habitatione detruſos, per quos magicę artes poſſunt quicquid poſſunt, aliquid valere niſi de ſupra data poteſtate. Dat autem vel ad fallendum fallaces, ſicut in egyptios, & ipſos etiam magos data eſt, vt in eorũ ſpirituũ operatione iudicarent admirãdi, a q̃bus fiebãt a Dei veritate dãnãdi: vel ad monendum fideles, ne tale aliquid facere pro magno deſiderent, propter quod etiam nobis in ſcriptura ſunt prodita, vel ad exercendam ꝓbandamque & manifeſtandam iuſtorum patientiam.

*Quòd tranſgreſſoribus angelis non ſeruit ad nutum materia rerum uiſibilium.*

NEc putandum eſt iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hanc viſibilium rerum materiam: ſed Deo potius a quo hæc poteſtas datur quantum incommutabilis indicat.

poſſunt coniungere actiua, vt ſequatur effectus ex cauſis quidem naturalibus: ſed præter conſuetum curſum naturæ, propter multitudinem & vehementiam virtutis actiuæ rerum aggregatarum, & propter habilitatem paſſiuorum, & ideo effectus qui non ſunt in poteſtate alicuius virtutis actiuæ naturalis, producere nõ pñt, vt ſuſcitare mortuum, vel aliquid hmõi

ſecundum veritatem, ſed in præſtigijs tantum, vt infra dicetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̀ tẽpore Antichriſti, aliqua vera miracula fient virtute dæmonum, permiſſione diuina, in illis tamen ad quæ virtus dæmonis ſe extendit, tamen dicuntur omnia mendacia ex parte finis, quia ad decipiendum ſunt.

*Quòd non ſunt creatores, licet per eos magi ranas & alia fecerunt: ſed ſolus Deus.*

NEc ſane creatores illi mali angeli dicendi ſunt, quia per illos, B magi ranas & ſerpentes fecerunt. non enim ipſi eas creauerunt. Omnium quippe rerum quæ corporaliter viſibiliterq; naſcuntur, occulta quædam ſemina in corporeis huius mũdi elementis latent, quæ Deus originaliter eis indidit. Ipſe enim creator eſt omnium rerum, qui creator eſt inuiſibiliũ ſeminum, quia quęcunq; naſcẽdo ad oculos noſtros exeunt, ex occultis ſeminibus accipiũt C progrediendi hic primordia, & incrementa debitę magnitudinis, diſtinctioneſque formarum ab originalibus, vt ita dicam, regulis ſumunt.

*Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum, nec agricolæ frugum, ita nec boni angeli, nec mali, & ſi per eorum miniſterium fiant creaturæ.*

D SIcut ergo nec parẽtes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugũ, q̃uis eorũ extrinſecus adhibitis motib⁹, ad iſta creãda Dei virtus interius opeẽ, ita nõ ſolũ malos, ſed nec bonos angelos fas eſt putare creatores: ſed ꝓ vtilitate ſui ſenſus & corporis ſemina iſtarum rerũ nobis occultiora nouerũt, E & ea p cõgruas tẽperatiões elementorũ latenter ſpargũt, atq; ita & gignendarum rerũ & accelerandorum incremẽtorum ꝓbent occaſiones, ſed nec boni hæc niſi quantum Deus iubet, nec mali hęc iniuſte faciũt, niſi quantum ipſe iuſte ꝑmittit. Nã iniqui malitia voluntatem ſuã

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſigna facta per bonos, poſſunt diſtingui ab illis quæ ꝑ malos fiũt tripliciter ad minus. Primo, ex efficacia virtutis operantis, quia ſigna facta per bonos, virtute diuina fiunt in illis etiã ad quæ virtus actiua naturæ ſe nullo modo extendit, ſicut ſuſcitare mortuos, & huiuſmodi, quæ dæmones ſecundum veritatem facere non poſſunt: ſed in præſtigijs tantum, quæ diu durare non poſſunt. Scdo ex vtilitate ſignorũ, quia ſigna per bonos facta, ſunt de rebus vtilibus, vt in curatione infirmitatum & huiuſmodi. Signa autem per malos facta, ſunt in rebus nociuis vel vanis, ſicut quòd volãt in aere, vel reddunt membra hominum ſtupida & huiuſmodi, & hanc differentiam aſſignat beatus Pet. ĩ itinerario Clementis. Tertia differentia eſt quantum ad finem, quia ſigna bonorum ordinantur ad ædificationẽ fidei & bonorũ morum: ſed ſigna malorum ſunt in manifeſtum nocumentum fidei & honeſtatis. Et quantum ad modum differunt, quia boni operantur miracula per inuocationem diuini nominis pie & reuerẽter: ſed mali quibuſdam deliramẽtis, ſicut q̀ incidunt ſe cultris, & huiuſmodi turpia faciunt, & ita ſigna ꝑ bonos facta, manifeſte pñt diſcerni ab his quæ virtute dæmonum fiunt.

† Lib. & capit. eiſdem.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, q̀ talẽ alterationem ꝓcedit alqs mot⁹ localis ĩquãtũ virtutes actiuas colligũt, & determinatis paſſiuis apponũt: ſed talis motus localis nõ reducitur ĩ motũ cęleſtem, qa nõ eſt ſ̃m aliquã virtutẽ mouẽtẽ naturalẽ: ſed inquãtũ obedit virtuti dæmonis ad motũ localẽ, qđ eſt virtute naturę ſuę, q̃ ſupra corpora põt, nõ q̃dẽ vt aliquã formã influat: ſed vt localiter moueat, quia mot⁹ localis nõ eſt ſ̃m acquiſitionẽ alicuius quod in re ſit q̃ mouetur, quia locus eſt extrinſecus locato.

¶Ad quartũ dicendũ, q̀ corpora cæleſtia nõ habet aliquã impreſſionem

preſſionem in dæmones, vt eis ſubdantur. Sed ideo aduocati ſub certa conſtellatione veniunt, quia ſciunt virtutem illius conſtellationis iuuare ad effectum qui requiritur, vel propter hoc, vt homines inducantur ad venerandum aliquod numen in ſtellis, ex quo idolatriæ ritus procedit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ars virtute ſua non poteſt formam ſubſtantialem d cõferre, quod tamen poteſt virtute naturalis agentis, ſicut patet in hoc, ꝙ per artem inducitur forma ignis ĩ lignis; ſed quædam formæ ſubſtantiales ſunt q̃s nullo modo ars inducere poteſt, quia ꝓpria actiua & paſſiua inuenire non poteſt, ſed in his poteſt aliquid ſimile facere, ſicut alchimiſtę faciũt alquid ſimile auro, quantum ad accidentia exteriora: ſed tamen nõ faciunt verum aurũ, quia forma ſubſtantialis auri non eſt ꝑ calorem ignis, quo vtuntur alchimiſtæ; ſed per calorem ſolis in loco determinato, vbi viget virtus mineralis, & ideo tale aurum non habet operationem conſequentem ſpeciem, & ſimiliter ĩ alijs, quę corũ operatiõe fiũt.

D.240.

† Li.3.c.8.

† Ca.3.eiuſdem.

ARTIC. II.

b *Vtrum uti auxilio dæmonis ad effectus corporales ſit malũ.*

† In princi. eiuſdẽ cap. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ vti auxilio dæmonum in talibus operationibus non ſit malum. Ipſe enim Paulus Corinthium fornicarium tradidit ſathanę in interitum carnis, vt dicitur 1.Cor.5. ſed in hoc non dicitur peccaſſe. ergo vti licet obſeqo dęmonũ.

¶ 2 Præt. Licet auxilium accipere ẽt a peccatoribus, vt eleemoſynam, vel aliquid huiuſmodi: ſed in dæmonibus non eſt inuenire niſi naturam quæ bona eſt, & peccatum. ergo videtur quòd auxilio eorum vti liceat.

¶ 3 Præt. Deus contulit virtutes verbis & rebus: ſed virtute quorundam verborum & rerum dæmones aduocantur, & quaſi compelluntur. ergo videtur quòd eorum auxilio vti liceat.

¶ 4 Præt. Id quod vergit in aliquã vtilitatem & nulli derogat, non videtur eſſe peccatum: ſed per inuocationes dæmonum

habẽt iniuſtam, poteſtatem autem non niſi iuſte accipiũt, ſiue ad ſuam pœnam, ſiue ad aliorum, vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.

*Sicut iuſtificationem mentis, ita creationem rerum ſolus Deus operatur, licet creatura exterius ſeruiat.*

G

SIcut ergo mentem noſtram iuſtificãdo formare non poteſt niſi Deus. prædicare autem extrinſecus euangelium etiam homines poſſunt, non ſolum boni ꝑ veritatem, ſed etiam mali per occaſionem, ita creationem rerum viſibilium Deus interius operatur. Exteriores autem operationes atque cõtemperationes ſiue occaſiones ab angelis tam bonis, quàm malis, vel etiam hominibus adhibentur. Sed hæc ab hominibus tanto difficilius adhibẽtur, quanto eis deſunt ſenſuum ſubtilitates, & corporum mobilitates membris terrenis & pigris. Vnde qualibuſcunque angelis vicinas cauſas ab elementis contrahere, quanto facilius eſt, tanto mirabiliores in huiuſmodi operibus eorum exiſtunt celeritates, ſed non eſt creator niſi qui principaliter iſta format, nec quiſquam hoc poteſt niſi vnus creator Deus. Aliud eſt enim ex intimo ac ſummo cauſarum cardine condere ac miniſtrare creaturam, quod facit ſolus creator Deus, aliud autem pro diſtributis ab illo viribus & facultatibus aliquã operationem forinſecus admouere, vt tunc, vel tunc, ſic vel ſic exeat quod creatur. Iſta quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata ſunt. Sed acceptis opportunitatibus poſtea prodeũt.

H

F frequenter multa vtilia fiunt, ſicut patet in inuentione rerum amiſſarum. ergo videtur ꝙ in talibus vti licet eorum auxilio.

SED CONTRA. Deuter. 17. Præcepit dominus omnes incantatores & maleficos interfici. mors autem corporalis non infligitur ſine graui peccato. ergo videt quòd grauiter peccãt, qui talibus intẽdũt.

¶ Præt. Augu. dicit ſuper Gen. lib. 2. omnes diuinationes eſſe fugiendas & cauẽdas. ergo &c.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ea quæ ſunt ſupra facultatem humanam & naturæ, a ſolo Deo requirenda ſunt, & ideo ſicut grauiter peccat qui illud qđ eſt Dei creaturæ impendit per idolatrię cultum, ita etiam grauiter peccant qui ea quæ a Deo expetenda ſunt, auxilio dæmonum implorant, & huiuſmodi eſt vaticinatio de futuro, vnde dicitur Eſa. 8. Nunqd nõ populus a Deo ſuo &c. Et ſimiliter etiam in alijs operibus magicis, in quibus complemẽtum operis ex virtute dęmonũ expectatur. In his eñ omnibus eſt apoſtaſia a fide per pactum initum cum dæmone, vel verbotenus ſi ĩuocatio interſit, vel facto aliquo, etiã ſi ſacrificia deſint. Non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire, vt dicitur Matt. 7.

† Cap. 9. in medio.

† Exod. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Paulus & quidã alij ſancti leguñt aliqua ꝑ dæmones feciſſe, non pacto cum eis inito: ſed ſicut virtutem diuinam in eis exercentes, ſicut etiã poteſtatum cæleſtiũ officium dicitur dæmones arcere.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd peccatores quandiu in hac vita viuunt, poſſunt fieri membra Chriſti, quantumcunque videantur in malitia d obſtinati, & ideo ex charitate diligendi ſunt, & ab eis beneficia recipi poſſunt & impendi, dũmodo contra charitatem non ſint, ſed poſtquam a corpore in damnationem decedunt, idem eſt iudicium de eis & de dæmonibus.

D. 937.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non eſt credendum aliquibus virtutibus corporalibus dæmones ſubiacere, & ideo non cogũtur inuocationibus & factis quibuſdam maleficis, niſi inquantum ꝑ hoc cum eis fædus initur, ſecundum quod dicitur Eſa. 18. Percuſſimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.

*Quòd angeli mali multa poſſunt per naturæ vigorem quæ non põſſunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, ideſt quia non permittuntur.*

ILlud quoque ſciẽdum eſt, quòd angeli mali quædam poſſunt per naturæ ſubtilitatem, quæ tamẽ nõ poſſunt propter Dei, vel bonorum angelorum prohibitionem, ideſt quia non permittuntur illa facere a Deo vel ab angelis bonis. Poſſent vtique ciniſes feciſſe qui ranas ſerpenteſque fecerunt. Quædam vero non poſſunt facere, etiam ſi permittantur ab angelis ſuperioribus, quia non permittit Deus. Vnde Augu. in lib. 3. de trini. Ex ineffabili potentatu Dei fit, vt quod poſſent mali angeli, ſi permitterentur, ideo non poſſunt, quia non permittuntur, neque enim occurrit alia ratio, cur non potuerunt facere ciniſes qui ranas ſerpenteſque fecerunt, niſi quia maior aderat dominatio prohibẽtis Dei per ſpiritum ſanctum. Quod etiam magi cõfeſsi ſunt dicentes, Digitus Dei eſt hic. Quid autẽ poſsint per naturã, nec tñ poſsint ꝑꝑ prohibitionem, & quid per ipſius naturæ ſuæ conditionem facere nõ ſinantur, homini explorare difficile eſt, immo impoſsibile. Nouimus hominem poſſe ambulare, & neque hoc poſſe ſi non permittatur, volare autem nõ poſſe, etiam ſi permittatur. Sic & illi angeli quædam poſſunt facere ſi permittantur ab angelis potentioribus ex imperio Dei, quædam vero non poſſunt etiam ſi ab eis permittantur, quia ille non permittit, a quo illis eſt talis naturæ modus, qui etiam per angelos ſuos illa plerumque non permittit, quæ conceſsit, vt poſsint.

I

K

¶ Ad



¶ Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ nulla vtilitas eẽ põt ꝑ qua aliqd faciendum ſit, quod in Dei vergat iniuriã, quod contingit, qñ illud qđ ipſius eſt, nõ ab ipſo q̃rit, ſed cũ eius aduerſario fœdus initur.

EXPOSITIO TEX.

BONI vero argumentum &c. Sed cõtra li. arb. eſt ꝙ cogi nõ põt, ſed negationes nõ recipiunt magis & minus. ergo nec lib. arb.

¶ Ad quod dicendũ, ꝙ quàmuis negatio ſm illud quod ẽ magis vel minus nõ recipiat, tñ dr̃ intẽdi & remitti, quia habet cauſam in ſubiecto, ſicut qui caret ſubſtantia oculi, magis dicitur cecus, quàm ille, cuius viſus dicitur ab humore impeditus, ad pupillã cõfluente, & ideo dici poteſt libertas arbitrij maior & minor, ſecundum modum naturæ in qua eſt.

# DISTINCTIO VIII.

A

*Vtrum angeli omnes corporei ſint, quod quibuſdam viſum eſt, quibus Augu. conſentire videtur dicens: omnes angelos ante caſum habuiſſe corpora tenuia & ſpiritualia, ſed in caſu mutata in deterius malorum corpora ut in eis poſſent pati.*

SOlet etiã in quæſtione verſari apud doctos, vtrum angeli omnes boni, ſcilicet & mali, corporei ſint, i. corpora habeant ſibi vnita. Quod aliqui putant innitẽtes verbis Aug. qui dicere videtur quòd angeli omnes ante cõfirmationem, vel lapſum, corpora aerea habuerint de puriore ac ſuperiore aeris parte formata ad faciendum habilia, nõ ad patiendum, & angelis bonis, qui perſtiterunt talia conſeruata ſunt corpora, vt in eis poſsint facere & non pati, quæ tantę ſunt tenuitatis, vt a mortalibus videri non valeant, niſi ſuperueſtita aliqua groſsiori forma, qua aſſumpta videntur, depoſitaque videri deſinunt. Angelis vero malis mutata ſunt in caſu corpora in deteriorem qualitatem ſpiſsioris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum, ideſt in caliginoſum aerem deiecti ſunt, ita illa corpora tenuia

B

OCCVLTA quædam ſcientia &c.) Per hæc ſemina intelliguntur virtutes actiuæ, exiſtentes in rebus ex virtute cæleſti, & ex qualitatibus actiuis & paſſiuis, quia ſemen in 2. Phyſico, computatur inter cauſas actiuas.

## DISTINCTIO VIII.

DIVISIO TEXTVS.

HIC DETERMINAT magiſter de angelis bonis & malis, quantum ad corporum aſſumptionem, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de eis quantum ad aſſumptionem corporum. Secundo, quantum ad impreſſionem in nos. ibi {Illud etiam conſideratione &c.} Prima diuiditur in partes duas. In prima determinat de apparitione angelorum in corporalibus formis, vtrum ſit per corpus aſſumptum, vel naturaliter vnitum. In ſecunda, determinat de apparitione diuina. ibi {Nec dubitandum eſt &c.} Vbi duo facit. Primo, dicit Deum apparuiſſe in corporalibus formis. Secundo, oſtendit Deum nunquam in ſua eſſentia viſibiliter apparuiſſe. ibi {Ceterũ hoc velit vnˢ &c.}

¶ Circa primum duo facit. Primo, oſtendit Deum in viſibilibus formis apparuiſſe. Secundo, inquirit dictę apparitionis modum. ibi {Sed vbi Deus hominibus &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic ſex quæruntur.

Primo. Vtrum angeli habeant corpora naturaliter vnita.
Secundo. Si non habeant, vtrum aſſumant.
Tertio. Si ſic, qualiter ſibi corpora aſſumant.
Quarto. Quas operationes per ſe exerceant.
Quinto. Qualiter in nos imprimere poſſunt.
Sexto. Quomodo Deus in formis corporalibus appareat.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum angeli habeant corpora unita.*

Aug. de ci. Dei. lib. 8. cap. 16. AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ angeli corpora vnita habeant. Aug. n. in li. de ci. Dei inducit verba Apullei definientis dæmones ſic. Dæmones ſunt genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna, nec hanc definitionem improbat. ergo videtur quòd habeant corpora aerea naturaliter vnita.

A ¶ 2 Præt. Greg. dicit in Homilia Epiphaniæ, ꝙ iudeis annunciauit Chriſti incarnationem rationale animal, ideſt angelus: ſed animal eſt compoſitum ex anima ex corpore. ergo videtur quòd angeli habeant corpora naturaliter vnita. Gre. in Homi. Epiphaniæ in prin.

¶ 3 Præt. Illud quod in ſe eſt incorporeũ, reſpectu nullius poteſt corporeum dici, quia hæc prædicatio eſt abſoluta, quod. n. abſolute album eſt, reſpectu nullius eſt nigrũ: ſed ſm Dam. & Greg angeli in cõparatione Dei corporei ſunt. ergo in ſe incorporei nõ ſunt. Dam. lib. 2. c. 3. cir. princip. Et Gre. 2. mor. ca. 3. in medio.

¶ 4 Præt. Nobilius eſt quod in ſe habet vitam & alteri confert, q̃ quod alterum nõ viuificat, quàmuis in ſeipſo viuat, ſed vita angeli eſt nobilior quàm animæ. ergo videtur ꝙ multo fortiᵒ habeat corpus vnitum quod viuificet, quàm anima.

SED CONTRA, eſt quod Dion. dicit 4. cap. de diui. nomi, quòd angeli ſicut incorporales, ita & immateriales intelliguntur.

C ¶ Præt. Omnis ſubſtantia viuificãs corpus naturaliter ſibi vnitum habet potentias aliquas, quæ ſunt actus alicuius partis corporis. ſi ergo angelus vniatur naturaliter corpori tanquam viuificãs illud, oportet quòd habeat potentias affixas organis, ſicut ſunt potentiæ animæ ſenſitiuę & nutritiuę, quæ ſi in angelo ponantur, non differret angelus ab homine.

RESPONDEO, Dicendum, quòd angeli neque boni, neque mali habẽt corpora naturaliter vnita: hoc. n. eſſe nõ põt, niſi eſſent formæ illorum corporum, vel ſaltem motores ꝓportionati illis corporibus, & cũ ſint perfectioris naturæ ipſis animabus, oporteret, quòd corpora nobiliora haberent, inter omnia autem corpora generabilia & corruptibilia eſt nobiliſſimũ corpus humanũ, quaſi maxime accedens ad ſimilitudinem cæleſtis corporis ꝑꝑ æqualitatem complexionis. vnde oporteret illa corpora eſſe corpora cęleſtia, & ſic rediret error philoſophorum ponẽtiũ angelos eẽ formas orbiũ, & multiplicari ſm eorũ numerũ, qđ tñ lõge probabilius eẽt, q̃ eos habere corpora aerea naturaliter vnita, quod videtur Augu. dicere, q̃uis dicatur hoc non niſi ex hypotheſi eum dixiſſe, vt vtens poſitionibus Platonicorum, contra quos diſputabat.

D

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Apuleiᵒ falſum dixit, nec Aug. cõtra hoc diſputabat, qa pauca de angelis aſſerere voluit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſm Dio. in 2. c. cęle. hier. proprietates animales & humanæ dicuntur de angelis per modum eminentiorem, quia quod habet natura inferior, habet & ſuperior, nec eodẽ mõ, ſed eminẽtiᵒ, vñ dr̃ angelᵒ aĩal, nõ qa cõpoſitus ex aĩa & corpore, ſed ex eo ꝙ habet virtutem cognoſcẽdi ſenſibilia, nõ tamẽ ꝑ modũ ſenſibilem, ſed intellectualem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ angeli dicuntur corporei in comparatione ad Deum, quia cõueniunt cum corporibus in quadam proprietate, quę eſt loco diffiniri, in quo corpora a Deo diſtat, non ꝙ aliquo mõ naturam corporalem habeant.

E

¶ Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ quãto aliqd habet eſſe, vel vitã magis abſolute, tãto nobiliᵒ eſt, & iõ cũ omnis forma heat eſſe in cõiũctione ad materiã, nobilior eſt vita illius quod corpori nõ vniť, q̃ id quod corporis forma eſt, ſed quod influit vitã ꝑ modum efficientis tñ, & non ſicut forma cõiuncta hoc nobilius eſt, ſed hoc neque animæ neque angelo conuenit, ſed Deo tantum.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum angeli aſſumant corpora.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ angeli corpora non aſſumãt. Omnis enim aſſumptio terminatur ad aliquam vnionem: ſed angeli non poſſunt eſſe vniti corporibus. ergo nec corpora aſſumere.

¶ 2 Præt. Sicut ſe habet ſpũs vnitus ad ſeparationẽ, ita ſpiritus ſeparatus ad vnionẽ: ſed ſpiritus vnitus, ſcilicet anima, nõ poteſt ſeparari ſecundum ſuam voluntatem. ergo nec ſpiritus ſeparatus coniungitur corpori per aſſumptionem.

¶ 3 Præt. Si aſſumant corpora,hoc non eſt niſi propter eorum operationes, quia ad eſſe ſuum corporibus non egent, nec quã tum ad principium nec quantum ad finem, ſicut animæ rationales egent corporibus quantum ad principium, quia creantur in corpore,ſed non quantum ad finem,quia remanẽt poſt corpus: ſed omnis virt⁹ quanto magis eſt a corpore ſeparata, tãto eſt fortior in operationibus ſuis, vt patet in aĩa rõnali. ergo vr̃ ꝙ nullo mõ corpora aſſumant. F

†Li.3.c.10. verũ li.8.de ciui.Dei, c. 16.ſuam de hac re aperit ſentẽtiã.

¶ 4 Præt. Cum angeli non poſſint eẽ formæ corporum,vt dictum eſt, non pñt corporibus coniũgi, niſi ſicut motor mobili: ſed hoc modo coniũgũtur omni ei circa quod operant̃. ergo ſi hoc eſſet corpus aſſumere,qñcunque eſſent circa nos, corpus aſſumerent, quod non dicitur.

¶ 5 Præt. Quodcũque corpus aſſumit angelus in illo eſt: ſed omne corpus cũ ſit diuiſibile plures partes habet,& quod primo & ꝑ ſe eſt in aliquo,eſt in qualibet parte ei⁹,vt ꝓbat̃ in 6.Phyſ.qa ſi eſſet in vna parte tm̃, nõ dr̃ in toto eſſe niſi rõne partis.cũ ergo angel⁹ nõ poſſit eſſe in pluribus locis ſimul,vt in primo dictum eſt,vr̃ ꝙ corpus non aſſumat. H

Text.31.

Sed contra. Illud quod per ſe incorporeum eſt,videri non põt;ſed angeli frequenter hominibus viſibiliter apparuerunt,vt in ſacra ſcriptura legitur.cum ergo ſint incorporei, vt dictum eſt,videtur quòd corpus aſſumant.

Respondeo, Dicendum, ꝙ hic eſt quorundam error, dicentium angelos nunquam corpus aſſumere,& omnia quæcũque de apparitionibus angelorum ſcriptura loquitur,in præſtigijs facta eſſe dicunt,vel ſecundum viſionem imaginariam: ſed quia ſancti communiter dñt angelos ẽt corporali viſione hoĩb⁹ apparuiſſe,cui ſcripturæ tex.concordare vr̃,iõ abſq; dubio dicẽdum eſt,angelos qñq; corpora aſſumere,in quibus ab hoĩbus videntur. Quod qualiter ſit, videndum eſt. Cum.n.natura ſpũalis,ſuperior ſit natura corporali, oportet ꝙ natura corporalis ſibi obediat,non aũt quãtum ad formarum ſuſceptionem,quia prima inchoatio formarum in materia ẽm qd̃ in ea dicũtur eẽ habilitates quædam ad formam,eſt ab opere creatoris,ſed eductio earum in actum,eſt per virtutem agentium naturalium determinatorum,ſed quantum ad motum localem per quem nulla forma ponitur in re mota,obedit corpus virtuti ſpirituali,& ẽm hoc ꝙ virtus ſpiritualis mouet aliquod corpus,coniungit ſibi ſicut motor mobili. Sed vlterius,quando angelus hoc corpus motum format per modum in præcedentibus dictũ., vt appareãt in eo aliquæ proprietates viſibiles,inuiſibilibus eius ꝓprietatibus congruentes,tunc dr̃ illud corpus aſſumere.vñ quãdoq; apparent in figura hominis,vel leonis,& hmõi per quorũ proprietates intelliguntur ipſæ virtutes ſpirituales angelorũ.

¶ Ad primum ergo dicendum,ꝙ talis aſſumptio terminatur ad aliquam vnionem quæ eſt motoris ad motum, vt naute ad nauem:non autem,vt formæ ad materiam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpiritus coniunctus,ſ.anima, vnitur corpori ad vnum eſſe,vt forma eius, & ideo non põt ſeparari per voluntatẽ,ſed ꝑ naturã facta indiſpoſitione circa corpus,ſed ſpũs ſeparatus põt ꝑ voluntatẽ cõiungi corpori,non ſicut forma,ſed ſicut motor inſtrõ. vñ virtute naturæ ſuæ põt aſſumere ᵈ & deponere illud qñ vult,ſicut & hõ ſuũ inſtrumẽtũ.

D.117.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ virtus angeli non impeditur per corpus aſſumptum,quia non aſſumitur,vt materia proportionata formæ,nec etiam iuuatur, ſed tamen aſſumit ad conſolationem eorum, quibus apparet per inſtrumentum, vt ex viſibilibus in inuiſibilium cognitionem manuducantur.

¶ Ad quartum dicendum,ꝙ ad aſſumptionem corporis nõ ſufficit motus, ſed oportet ꝙ ſit formatio,vt dictum eſt.

¶ Ad quintũ dicẽdũ,ꝙ angelus aſſumens corpus,eſt tot⁹ in qualibet ei⁹ parte,nec tñ eſt in plurib⁹ locis,q̃a totũ hoc quod vno motu mouet̃,cõparat̃ ad ipſum ſicut vnus locus indiuiſibilis,q̃a non eſt in loco niſi ꝑ operationem,vt in primo dictum eſt.

transformata ſunt in deteriora & ſpiſsiora, in q̃bus pati pñt a ſuperiori elemẽto.i.ab igne. Et hoc Augu. ſenſiſſe videtur ſuper Gen.ita dicens. Dæmones aerea dicuntur animalia, quia corporũ aereorũ natura vigẽt, nec per mortem diſſoluuntur, quia præualet in eis elementũ, G aptius ad faciẽdum q̃ ad patiẽdum. Ad patiendum.n.humor & humus, ad faciendum aer & ignis aptitudinẽ præbẽt. Trãſgreſſores vero angeli,cum principe ſuo nunc diabolo tunc archangelo, non mirum ſi poſt peccatum in hanc caliginem detruſi ſunt. Neque etiam hoc mirum eſt,ſi cõuerſi ſunt ex pœna in aeream qualitatem, qua poſſent ab igne pati. Caliginoſa tamen aeris tenere tantum permiſsi ſunt,qui eis quaſi carcer ſit vſque ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Aug.id tradere,quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum aliqui dixiſſe aſtruunt, nõ ita ſentiendo, ſed opinionem aliorũ referẽdo,qd̃ ex ipſis verbis diiudicare volunt, quibus ait. Dæmones dñr aerea animalia,nõ ait ſunt. Ita enim quidam dicebant. De habitatione vero caliginoſi aeris in quem detruſi ſunt, non opinando, ſed rei veritatem aſſerendo eum tradidiſſe dicunt, quod iſtius locutionis diſtinctio oſtendit. Dicunt quoque

## Articvlvs III.

*c Vtrum corpora aſſumpta ab angelis habeant ueram naturam quam oſtendunt.*

Ad tertium ſic proceditur. Videtur quòd angeli aſſumant corpora illa ſecundum veritatem, quæ habent illam naturam quæ videtur. Nuntios.n. veritatis,non decet aliqua fictio:ſed oſtẽdere illud quod non eſt verum eſt quædã fictio. ergo videtur ꝙ veram naturã habeãt illarum rerum corpora aſſumpta.

¶ 2 Præt. Proprietates humanæ non inueniuntur niſi in vero corpore humano: ſed hmõi apparitiones fiũt ẽm Dio., vt ex viſibiliũ ꝓprietatib⁹ inuiſibilib⁹ inſtruamur. ergo vr̃ idem quod prius. Dio.in cæl. hier.c.15.

¶ 3 Præt. Nõ ſunt eædẽ ꝓprietates diuerſorũ ordinũ:ſed aſſumptio corporaliũ figurarũ eſt ad oſtendendũ inuiſibiles ꝓprietates angelorũ.ergo vr̃ ꝙ non debeant in eadem figura apparere angeli ſuperiorũ ordinum & inferiorum ordinum. H

¶ 4 Præt. Quæritur de qua materia aſſumant, & vr̃ ꝙ non de aere:corpus.n.quod angeli aſſumunt,habet determinatã figurã & eſt diſtinctũ ab alijs corporib⁹, ſed aer nõ eſt figurabilis niſi ẽm figurationẽ corporis alterius, eõ ꝙ cũ ſit maxime humidũ minime ſuis terminis terminat̃,ſed alienis,vñ & vna pars aeris alteri cõtinuat̃.ergo vr̃ ꝙ nõ aſſumãt corpus aereũ.

¶ 5 Itẽ,vr̃ ꝙ nec terrenũ, Angeli enim apparẽtes ſtatim diſparẽt, ſed hoc nõ poteſt fieri in corpore groſſo terreſtri.ergo nõ hmõi corpus aſſumũt.

¶ 6 Præt. Conſtat quòd inter nos & cælum eſt ignis medius q̃ eſt maxime actiuus in inferiora corpora. Si ergo de inferioribus elementis corpus aſſumerent, videtur quòd quando in cælum aſcendunt corpora eorum cremarentur. I

¶ 7 Præt. Dion. in 15.cap.cæl.hier.dicit quòd inter alia corpora ignis maxime repræſentat proprietates ſpiritualium ſubſtãtiarum,ſed ꝑꝑ eorum cognitionem fit corporum aſſumptio,vt dictum eſt.ergo videtur ꝙ ſemper de igne corpus aſſumant.

¶ 8 Præt. Corpus cæleſte eſt nobiliſſimum corporum:ſed nobili motori debetur nobile mobile.ergo videtur ꝙ corpus quod ad motum aſſumunt, ſit de natura quintæ eſſentiæ.

Respondeo, ꝙ qualitas corporis aſſumpti ab angelis põt dupl̃r inquiri,vel quãtũ ad veritatẽ naturæ quã habet, vel quãtũ ad materiã de qua corpus aſſumit. Quãtũ ad primũ dicendũ eſt,ꝙ corpus aſſumptũ ab angelo nõ habet veritatẽ illius naturæ q̃ oſtendit̃.vnde & ſi aliquãdo angelus bon⁹ vel malus moueat corpus alicuius veri aĩalis, nõ dr̃ proprie illud aſſumere, ſicut nõ dr̃ angelus aſſumpſiſſe linguam aſinæ per quã locut⁹ eſt ad Balaã,nec demõ corpus hoĩs quẽ vexat,cui⁹ rõ eſt,q̃a proprietates q̃ ẽm veritatem ſunt in aliquo corpore,ducũt in cognitionem principiorũ ſubiecti, & nõ actu in cognitionẽ ſubſtantiæ ſpũalis,q̃ ductio eſt totius finis viſibilium formationũ ẽm Dio. Vnde quãtũ ad finẽ apparitionis, oportet vt ſint illæ proprietates ẽm ſiſitudinẽ tm̃,vt nõ intelligat̃ illis ſubeſſe aliqua res,niſi angelus,vt quaſi corpus angeli eſſe videat̃, & proprietates eius ſint proprietates angeli. Si aũt quæratur de ſecundo, quale ſit quãtũ ad materiã, dicẽdũ eſt, ꝙ materia corporis aſſumpti ab angelo põt cõſiderari dupl̃r,vel quãtũ ad prĩcipiũ aſſumptiõis, vel quãtũ ad terminũ. Si quãtũ ad principiũ,ſic dico,ſicut in lr̃a dr̃,ꝙ aſſumit de aere ꝑꝑ hoc,q̃a aer maxime tranſmutabilis eſt & cõuertibilis in q̃cũq;,& hui⁹ ſignũ eſt,ꝙ q̃dã vidẽtes corp⁹ a dæmone aſſumptũ ſcindere gladio,vel ꝑfodere volẽtes, id efficere nõ valuerũt,q̃a partes aeris diuiſi ſtatim cõtinuant̃. Sed ꝓpter hoc,ꝙ aliquã figurã recipere pñt cõpetẽtẽ angelo apparenti,oportet ꝙ quãtũ ad terminũ aſſumptionis aer iſte ſit in aliquo inſpiſſatus,& ad ꝓprietatem terræ accedens, ſeruata tamẽ aeris veritate, quod efficere poſſunt tam per motum localem K

congregando



congregando partes, tam etiam per ſemina in elementis reſperſa,vt poſt dictum eſt. A

¶ Ad primum ergo dicẽdum,quòd ſicut in locutionibus metaphoricis non eſt falſitas, eo ꝙ non proferuntur ad ſignificandum res quibus nomina ſunt impoſita, ſed magis illa in quibus dictarum rerum ſimilitudines inueniũtur, ita etiam in apparitionibus angelorum nõ eſt fictio, quia figuræ illæ nõ oſtẽduntur ad ſignificandum eſſe naturale illius rei,ſed ꝓprietates angeli.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ quámuis veræ proprietates hominis non ſint niſi in corpore naturali, tñ ſimilitudines illarum proprietatũ in alijs eſſe pñt, & tales ſiſitudines ſufficiunt ad finẽ apparitionis.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ ẽm Dion.in ſi.cæle.hiera.in eadẽ figura quãdoq; oſtẽditur ſuperior & inferior angelus, quia vna res habet diuerſas proprietates,per quarum quaſdã poteſt ſuperiores repreſentare & per alias inferiores.

†Cap. 5. 6. & 7. & pluribu ſeqeuẽtibus.

¶ Præt. Eedem etiam proprietates ſunt ſuperiorum & inferiorum,q̃uis diuerſimode ſecundum Dion.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ aer aliquo mõ inſpiſſatus,poteſt figurari & ab alio aere diſtingui.

¶ Ad quintum dicendum,ꝙ eſt aliquo modo terreſtre inquantum habet terræ proprietatem per condenſationem, ſed illa dẽſitas ſubito diſſoluitur remotis cauſis denſitatis. D

¶ Ad ſextum dicendum,quòd cum non aſſumant corpora niſi propter nos,non eſt probabile, ꝙ corpora aſſumpta in cœlum empyreum deferãt,neque eis vtantur,niſi quatenus oportet ad operationes quas circa nos exercent.

¶ Ad ſeptimũ dicẽdum, ꝙ in corporibus aſſumptis a bonis angelis,apparent proprietates ignis, præcipue quantum ad ſplendorem, ſicut & proprietates hominis, non tamen oportet ꝙ huiuſmodi corpora materialiter de igne aſſumantur.

¶ Ad octauum dicendum,ꝙ cum corpus cæli ſit incorruptibile, non poteſt diuidi niſi ẽm imaginationẽ,nec ẽt recipit peregrinas impreſſiones,vñ ex eo non põt corpus angeli formari.

plurimos catholicos tractatores in hoc conueniſſe,atque id concorditer docuiſſe, ꝙ angeli incorporei ſunt, nec corpora habent ſibi vnita. Aſſumunt autem aliquando corpora Deo præparante, ad impletionẽ miniſterij ſui ſibi a Deo iniuncti, eadẽque poſt expletionem deponunt. In quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti ſunt, & aliquando q̃dem locuti ſunt ex perſona Dei ſine diſtinctione alicuius perſonæ, aliquando ex perſona patris, vel filij,vel ſpiritusſancti. B

*Quòd Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.*

Nec dubitandũ eſt Deũ in corporalib⁹ formis apparuiſſe hominibus, ſicut Auguſt.in ſecundo lib. de trinit.oſtendit, conferens diuerſa ſcripturæ teſtimonia, ex quibus Deum in corporeis formis hominibus apparuiſſe probat, & aliquando ex perſona Dei ſine diſtinctione, aliquando ſub diſtinctione perſonarum ſermonem factum eſſe eis. C

*De perplexa quæſtione quam pouit Auguſt. quærens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua ſit formata, an angeli qui ante fuerant miſſi, & ſi miſſi ſunt, vtrum ſeruata qualitate ſui ſpiritualis corporis,aliquam ſpeciem corporalem de corpulentiori materia aſſumpſerint, an ſuũ propriũ corpus mutauerint in ſpeciem ſuæ actioni aptam.*

Sed vbi Deum hominibus in corporalib⁹ imaginibus apparuiſſe aſſerit, perplexam quæſtionem ꝓponit, quam nec ſoluit, quærẽs vtrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tm̃, in qua Deus hominibus appareret,an angeli qui ante erant ita mitterent, vt manentes in ſuis ſpiritualibus corporibus aſſumerent ex corpulẽta inferiorũ elemẽtorũ materia aliquã ſpeciem corporalẽ, quã coaptatã quaſi aliquam veſtem mutarent in quaſlibet ſpẽs corporales, veras quidem, an corpus ſuum propriũ verterent in ſpẽs aptas actionibus ſuis ꝑ virtutẽ

¶ Sed contra eſt quòd completur generatio per virtutem formatiuam quæ eſt in ſemine ex corpore viuo reſoluto: ſed corpus aſſumptum a dæmonibus & ab angelis non eſt viuum,vt dictum eſt.ergo videtur quòd generare non poſſint.

¶ Si dicatur quòd generant per hoc,quòd idem dæmon ſuccub⁹ ad virũ eſt recipiẽs ab eo quod poſtmodum in mulierem transfundit fact⁹ incubus ad eam.

¶ 2 Contra eſt ꝙ ſemen non habet virtutem generãdi niſi quandiu calor animæ in eo retinetur, quem oportet exhalare per magnam diſtantiam delatum. ergo videtur quòd ꝑ iſtum modum gñatio fieri non poſſit.

¶ 3 Præt. Si fieret generatio talis per modum iſtum,non eſſet niſi ſecundum virtutem illius ſeminis. ergo ex hoc nõ ſequeretur ꝙ geniti eſſent maioris virtutis quàm alij homines, vt innuitur ex his quæ ſequuntur, ibi {Iſti ſunt potentes a ſeculo &c.} † Lib. 3. de Trin.c.1. & lib.2. c. 7.

¶ Item, videtur ꝙ poſſunt ſentire. Aſſumunt enim corpora habentia diuerſa organa ſenſibilia, ſed hoc fruſtra eſſet niſi per oculos viderent & per aures audirent.ergo &c.

¶ Sed contra eſt, ꝙ ſentire per organa corporalia eſt accipiẽtis cognitionem a rebus,quod angelis non conuenit,vt dictum eſt.ergo &c.

¶ Itẽ, vr̃ ꝙ poſſint local̃r moueri ꝑ id qd̃ legit̃ Tobie 6.& deinceps de angelo q̃ comitat⁹ eſt Tobiã ꝑ multa terrarum ſpatia.

¶ Sed contra eſt,quia quod coniungitur alicui ſolum vt motor, ſi in ſe ſit ĩmobile nõ mouetur ad motũ eius, ſicut patet in motoribus orbium ẽm Philoſophos:ſed angelus inquantum in ſe eſt, eſt ſubſtantia ſpũalis immobilis. ergo vr̃ ꝙ ad motum corporis cui ſicut motor tm̃ coniungitur non moueatur.

¶ Item, videtur quòd loquantur ex multis ſcripturæ locis quæ frequenter eos hominibus locutos commemorat.

Sed contra eſt, quia in omni locutione exprimunt̃ quædam intentiones intellectę: ſed hmõi intentiones nõ pñt peruenire de intellectu ad vocem, niſi aliquo mediante quod eſt proportionatum ad hmõi ſuſcipienda,ſicut imaginatio humana.ergo videtur quòd per corpus inanimatum aſſumptum, vel per corpus brutum loqui non poſſunt.

Respondeo, Dicendum, ꝙ vt prædictum eſt, angeli corporibus aſſumptis vitam non influunt, ſed tm̃ motũ, & iõ conſiderandum eſt, ꝙ omnes operationes quæ conſequunt̃ corpus viuum,inquantum viuum, non pñt angelis in corporibus aſſumptis conuenire, ſed tm̃ illę quæ conſequuntur corpus mobile inquantum hmõi,vt mouere,impellere,diuidere,& hmõi.

¶ Ad primum ergo dicendum,ꝙ comedere ẽm cõpletam rõnem ſui,non dicit ſolum diuiſionem cibi & traiectionem in os,ſed & iſtum actum procedere a virtute potente digerere & conuertere in nutrimentum, ideo angeli non vere comedunt, ſed fuit ibi vera diuiſio cibi & tractio in corpus aſſumptum, q̃ poſtmodum non eſt conuerſus in corpus illud,ſed virtute angeli aliqua,diſſolutus eſt in præiacentem materiam,Chriſtus aũt vere comedit, q̃uis cibus conuerſus non fuerit,quia illa deciſio cibi fuit habentis virtutem nutritiuam & conuerſiuam. Habraã aũt & ſi in fine cógnouerit eos eſſe angelos,nõ tñ eſt incõueniens ꝙ hoc eũ in principio latuerit, vel ſi cognouerit,in alicuius myſterij cõmendationem,eis cibos appoſuit.

¶ Ad id qd̃ ſecũdo q̃rit̃, dñt quidam ꝙ demones in corporibus

## Articvlvs IIII.

*d Vtrum angeli poſſint comedere in corporibus aſſumptis.* E

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd angeli in corporibus aſſumptis comedere poſſint. Legitur enim Gen.18.c.ꝙ Habraam angelis ſibi apparentibus cibos appoſuerit: ſed ipſe cognouit eos eſſe angelos,quod ipſa collocutio cũ eis habita oſtendit.ergo videtur ꝙ comedere poſſint.

¶ Sed contra hoc eſt,ꝙ expreſſiſſimum argumentum dominicę reſurrectionis, eſt ipſius chriſti reſurgentis comeſtio.vnde dicitur Actuum 3.Dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis a Deo nobis qui manducauimus & bibimus cum illo: ſed actus qui ſpiritui poteſt conuenire non eſt argumentum corporalis reſurrectionis.ergo angeli corpora aſſumentes non vere comedunt.

¶ Item,videtur quòd poſſint generare. Dicitur enim Gene. 6. Videntes aũt filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchre &c. Et hoc Ioſephus exponit de dæmonibus incubis.ergo videtur, quòd generare poſſint.

aſſumptis, nullo modo generare poſſunt, nec per filios Dei angelos incubos ſignificari dicunt, ſed filios Seth, & per filias hominum eas, quæ de ſtirpe Cayn deſcenderunt. Sed quia contrarium a multis dicitur, & quod multis videtur non poteſt
Cap. 14. omnino falſum eſſe ſecundum Philoſophum in 7. Ethicorum.

ſibi a Deo datam. Ait enim Augu. ita in tertio libro de trinit. Quærendum eſt in illis antiquis corporalibus formis & viſis, vtrum ad hoc opus tantum creatura formata ſit, in qua Deus ſicut tunc oportuiſſe iudicauit, humanis oſtenderetur aſpectibus, an angeli qui iam erant ita mittebantur, vt ex perſona Dei loquerētur, aſſumentes corporalem ſpeciem de creatura corporea in vſum miniſterij ſui, aut ipſum corpus ſuum cui non ſubduntur, ſed ſubditum regunt mutātes, atque vertentes in ſpecies quas vellent accommodatas atque aptas actionibus ſuis, ſecūdum attributam ſibi a creatore potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis meæ, vtrum angeli manente ſpirituali corporis ſui qualitate, per hanc occultius operantes, aſſumant ex inferioribus elementis corpulētioribus corpus, quod ſibi coaptatū quaſi aliquā veſtē mu- (G) (H)

& in fine de ſom. & vigi. ideo pōt dici ꝙ
† Cap. 1. p̄ eorū actum completur generatio, in quantum ſemen humanū apponere pñt in loco conuenienti ad materiam proportionatam, ſicut etiam ſemina aliarum rerum colligere poſſunt ad complendū aliquos effectus, vt in præcedenti diſtinctione dictū eſt, vt attribuatur id tantum eis, quod eſt motus localis, non autem ipſa generatio, cuius principiū nō eſt virtus dæmonis, aut corporis ab eo ſumpti, ſed virt⁹ illius, cuius ſemen fuit, vnde & genitus nō dæmonis, ſed alicuius hoīs filius eſt.
† Ibidem. ¶ Et ſic patet rñſio ad primū quod contra obiicitur.
¶ Ad ſecūdū dicēdū, ꝙ cū hic dæmones velociſſime moueantur p̄p victoriā virtutis mouētis ſup̄ rē motā, pñt aliqua ponere ad conſeruationem ſeminis, ne calor vitalis euaporet.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dæmones pñt ſcire virtutē ſeminis deciſi ex diſpōne eius a quo deciſum eſt, & ſilr mulierē p̄portionatā ad ſeminis illius ſuſceptionē, & ēt cōſtellationē iuuātē ad effectū corporalē. ſ. optimę cōplexionis in genito, qb⁹ oībus cōcurrētib⁹, poſſibile ē ſic genitos, corp̄e magnos eē vel fortes.
¶ Ad id quod tertio quæritur, dicendū eſt, ꝙ angeli nullo mō vident per oculos corporis aſſumpti, quia hæc eſt operatio potentię corporis viuentis. vnde partes corporis aſſumpti nō ſunt organa ſenſibilia, ſed ſimilitudinē eorū hñtia, ad oſtendendum angelorum ſpirituales virtutes. vnde Dio. in fine cæ. hierar. ex omnibus partibus humani corporis docet proprietates angelicas conſiderare. vnde non fruſtra aſſumuntur.
¶ Ad id quod quarto quæritur dicendū eſt, ꝙ mouenť p̄ accñs, motis corporibus in quib⁹ ſunt, q̄a diffinitiue ſunt in illis corporibus, ita ꝙ nō alibi, Deus aūt nō moueť ad motū alicui⁹ corporis, q̄a ita eſt in vno, ꝙ ēt in alio, ſicut aīa nō moueť p̄ accñs ad motū manus, ſed ad motū totius corporis. Silr ēt motor orbis cōiungiť orbi ſm totū, ſm Philoſophos, & nō vni parti tm̄, q̄uis virtus eius primo appareat in parte dextra, vnde incipit motus, & ideo nō moueť p̄ accñs, quia totus orbis nō moueť extra locū ſuū, niſi hoc mō, ꝙ ſit in alio loco rōne & nō ſubiecto.
¶ Ad id quod quinto quæritur dicendum, ꝙ loqui proprie eſt per formationem vocum ex percuſſione aeris reſpirati determinatis organis ad exprimendū aliquē intellectū, & ideo locutio corporalis angelis conuenire non pōt in corporibus aſſumptis, ſm completam ſignificationem, cum non habeant vera organa corporalia, ſed eſt aliqua ſimilitudo locutionis inquātum intelligunt, & intellectum exprimunt quibuſdam ſonis, qui p̄prie non ſunt voces, ſed ſimilitudines vocum, ſicut etiam quædam animalia non reſpirantia dicuntur vocare, & ēt quædam inſtrumenta, vt dicit Philoſophus in 2. de anima. Intentiones autem
Tex. c. 87. intellectę ab angelo efficiunť in illis ſonis nō eędē numero, ſed ſm ſimilitudinem ſignificationis p̄ motus determinatos ab intellectu, ſicut ſimilitudo artis efficitur in materia, vt domus.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum dæmones poſſint eße intra corpora hominum.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ dæmones intra corpora hominum eſſe non poſſint. Dicit enim gloſſa ſup̄

F illud Abacuch. 2. Dominus in templo ſancto ſuo, ꝙ dæmones ſimulacris exterius præſidere poſſunt, non autem interius adeſſe. ergo multo minus intra humana corpora.
¶ 2 Præt. Duo ſpiritus creati non poſſunt eſſe in eodem loco, vt in primo dictum eſt: ſed anima eſt in qualibet parte corporis.

tent & vertant in quaslibet ſpecies corporales, & ipſas veras, ſicut aqua vera in vinum verū conuerſa eſt a domino, an ipſa propria corpora ſua trāſformant in id quod volunt accōmodatum ad id quod agūt. Sed quod horum ſit, quoniam homo ſum, nullo experimento comprehendere valeo, ſicut angeli qui hæc agunt. Attende lector, quia quæſtionem propoſitam non ſoluit, ſed indiſcuſſam relinquit, vtrum angeli qui mittebanť ſeruatis ſuis propriis ſpiritualibus corporibus, ſuperueſtirētur aliqua corpulētiori ſpecie, in qua poſſent videri, an ipſum corpus mutarent & transformarent in quācumque vellēt ſpeciem, in qua poſſent cerni. In quibus verbis videtur Aug. atteſtari angelos eſſe corporeos, ac propria & ſpiritualia habere corpora.

ergo videtur, ꝙ in nulla parte eius poſſit eſſe dæmon.
¶ 3 Præt. Secundū Dam. angel⁹ eſt vbi operatur: ſed ſicut operatur in corpore ita ēt habet aliquam operationem circa animam. ergo ſicut intra animā nō eſt, ita nec intra corp⁹. Dama. li. 2, cap. 3. † Ioan. 2. c.
¶ 4 Præt. Videtur, ꝙ in ſenſus corporales imprimere non poſſit p̄ſtigijs deludendo. Illa enim forma quæ videť, oportet ꝙ ſit alicubi; ſed non poteſt eſſe tārū in ſenſu, quia ſenſus non habet aliquam ſpeciem niſi a rebus acceptam, nec iterum poteſt eſſe in re, quæ videtur ſic, quòd mulier videatur æqua, quia duæ formæ ſubſtantiales non poſſunt eſſe in eodem.
¶ Et præterea res illa videretur talis ab omnibus, nec iterū in aere circunſtante qui ſuſceptibilis figurę nō eſt, nec ſemper vnus & idem, circa rem illam manet, præcipue quando mouetur. ergo videtur quòd huiuſmodi ludificationes per dæmones fieri non poſſunt.

SED CONTRA. videtur quòd etiam in animam illabi poſſunt, quia ea quæ ſunt in corde, nullus ſcire poteſt niſi cordis intima penetret: ſed dæmones ſciunt cogitationes malas peccatorum, quas apud Deum accuſant, & ex quibus occaſio-
I nem tentandi ſumunt. ergo videtur, quòd animæ illabantur.
¶ Præt. Ipſi immittunt malas cogitationes, vt dicitur in pſalmis, Immiſſiones per angelos malos, ergo videtur quòd intellectum penetrare poſſunt.
¶ Præt. Ipſi etiam dicuntur incentores malorum: ſed incendere pertinet ad affectum cuius eſt amare. ergo videtur, quòd etiam in voluntatem noſtra imprimere poſſint, & eam intrare.

RESPONDEO, Dicendum, quòd angeli boni & mali ex virtute naturæ ſuæ habent poteſtatem traſmutandi corpora noſtra, ſicut etiam alia corpora naturalia, & quia vbi operantur ibi ſunt, ideo noſtris corporibus illabuntur, & per cōſequens, etiam impreſſionem habent in potentias affixas organis, quarum operationes immutantur ad immutationem organorum, ſicut eſt ſenſus imaginationis & huiuſmodi, ſic etiam per accidens eorum operatio reſul-
K tat in intellectum, cuius obiectum eſt [d] phantaſia, ſicut color D. 757.
viſus, vt dicitur in tertio de anima. ſed tamen hoc non peruenit vſque ad voluntatem, quia voluntas neque quantum ad actum, neque quantum ad obiectum dependet ex organo corporali, quia obiectum ſuum ab intellectu accipit, ſecundū ꝙ intellectus apprehendit aliquid in ratione boni.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dæmon dicitur non intus adeſſe ſimulacro, quaſi virtus coniuncta, ita quòd ex dæmone & ſimulacro fiat vnum, ſicut idolatrę putabant aliquod numen in imaginibus corporalibus eſſe.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima non eſt in corpore, ſicut in loco, ſed ſicut forma in materia, & ideo non eſt vnius rationis operatio quā anima in corpus efficit, & dæmō. vñ ſine cōfuſione operationū vtrūq; ſimul in eadē corporis parte eē pōt.
¶ Ad tertiū dicēdū, ꝙ eē intra aliq̄d, eſt eſſe intra terminos ei⁹, corpus. n. habet terminos duplicis rōnis. ſ. q̄titatis & eſſentiæ, & ideo



& ideo angelus operans intra terminos corporalis quantitatis corpori illabitur, non autem ita quòd ſit intra terminos eſſentiæ ſuæ, nec ſicut pars, nec ſicut virtus dans eſſe, quia eſſe eſt p̄ creationem a Deo, ſubſtantia autem ſpiritualis non habet terminos quantitatis, ſed tantum eſſentiæ, & ideo in ipſam nō intrat, niſi ille q̄ dat eſſe, ſ. Deus creator, qui habet intrinſecam eſſentiæ operationem, aliæ autem perfectiones ſunt ſuperadditę ad eſſentiam, vnde angelus illuminās, non dicitur eſſe in angelo & in anima, ſed extrinſecus aliq̄d operari.
¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ formæ q̄ videntur in iſtis præſtigijs, non ſunt niſi in ſenſu: hoc aūt pōt dupliciter contingere per dæmonū operationem. Vno modo, vt ſpecies q̄ ſunt in imaginatione ſeruate, operatione dæmonum ad organa ſenſuum fluāt, ſicut contingit in ſomno, & ideo quando illę ſpecies contingūt organa ſenſus exterioris, videntur ac ſi eſſent res præſentes, extra, & actu ſentirentur. Alius modus poteſt eſſe ex immutatione organorum, quibus immutatis, fallitur ſenſus iudicium, ſicut in eo qui habet guſtum corruptum, cui omnia videntur amara, hoc autē facere poſſunt virtute quarundam rerum naturalium, ſicut ad vaporationem cuiuſdam fumi trabes domus videntur ſerpentes, & multa experimenta huiuſmodi inueniuntur.
¶ Ad quintum dicendum, quòd cogitationes cordium ſcire ſolius Dei eſt, poſſunt tamen angeli aliquas earum conijcere ex ſignis corporalibus exterioribus, ſcilicet ex immutatione vultus, ſicut dicitur. In vultu legitur hominis ſecreta voluntas, & ex motu cordis, ſicut per qualitatem pulſus, etiam a medicis paſſiones animæ cognoſcuntur.
¶ Ad ſextum dicendum, quòd mali angeli cogitationes immittunt, vt prius dictum eſt, illuſtrando phantaſmata, vt ſecundum diuerſas eorum compoſitiones, poſſint nouæ intentiones ab eis accipi, non tamen intellectus cogitur eas accipere, quia præter obiectum & potentiam cognoſcentem, exigitur ad actualem cognitionem intentio cognoſcentis, vel per ſenſum, vel per intellectum, ſed boni angeli etiam directe in intellectū imprimere poſſunt, quia ſecundum Aug. operantur in intelligentias noſtras, miris quibuſdam modis, hoc autem eſt inquantum lumen intellectus agentis noſtri confortatur per intellectuale lumen ipſorum, ſed hoc dæmonibus non competit, quia quāmuis naturale lumen eorum ſit efficacius quàm lumen intellectus noſtri, tamen lumine gratiæ non ſunt perfecti, ſed tenebris culpæ obumbrati: & ideo non intendunt iudicium rationis noſtræ rectificare per confortationem intellectualis luminis, ſed aliqua nobis oſtendere, ex quibus decipiamur, quod faciunt phantaſmata illuſtrando.
¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd dæmones dicuntur incentores, inquantum faciunt feruere ſanguinem, & ſic anima ad concupiſcendum diſponitur, ſicut etiam quidam cibi libidinem prouocant. In voluntatem autem imprimere ſolius Dei eſt, quod eſt propter libertatis voluntatem, quæ eſt domina ſui actus, & non cogitur ab obiecto, ſicut intellectus cogitur de-
A monſtratione. vnde patet ex prædictis, quòd dæmones imprimunt in phantaſiam, ſed angeli etiam in intellectum. Deus autem ſolus in voluntatem.

† Exo. 33. c.
† Ioan. 1. c.
† Aug. li. 3. de trinit. c. 10. & 11.
Aug. de ci. Dei lib. 1. c. 16.

*Quód Deus in ſpecie qua Deus eſt, nunquam mortalibus apparuit.*

CEterū, hæc velut nimis profunda atque obſcura relinquētes, illud indubitāter teneamus quòd De⁹ in ſpecie eſſentiæ ſuæ nunquam mortalibus apparuit, ſicut famulo ſuo Moyſi dicit. Non videbit me homo & viuet. Et in euangelio Ioannis legitur. Deū nemo vidit vnquam. Viſibile enim quicquam non eſt, quod non ſit mutabile. Ideo ſubſtantia ſine eſſentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis eſt, nullo modo poteſt per ſeipſam eſſe viſibilis. Proinde illa omnia quæ patribus viſa ſunt, cum Deus illis præſentaretur, per creaturam facta eſſe manifeſtū eſt. Et ſi nos latet quo modo ea miniſtris angelis fecerit Deus, per angelos tamen eſſe facta dicimus. Audeo iterum fiducialiter dicere, nec Deum patrem, nec verbum eius, ne ſpiritum ſanctum eius qui eſt vnus Deus per id quod eſt inuariabile atque idipſum eſt, vllo modo eſſe mutabilē, ac per hoc multo minus viſibilem. (B) (C) (D)

ARTICVLVS VI.

*Vtrum dæmones intrent corpora hominum ſubſtantialiter, & illabuntur cordibus, an id per effectum dicatur.*

ILlud etiam conſideratione dignum videtur, vtrū dæmones ſiue corporei ſiue incorporei ſint, hominum ſubſtantialiter inirent corpora eorumque animabus illabātur, an ideo intrare dicātur, quia malitiæ ſuę effectū ibi exercent Dei permiſsione, opprimēdo atque vexādo eas, vel in peccatum pro voluntate ſua trahēdo. Quòd in homines introeāt atque ab eis expulſi exeant, euāgelium aperte declarat commemorans dæmonia in quoſdam ingreſſa, & per Chriſtū eiecta. Sed vtrū ſecundū ſubſtātiā fuerint ingreſſa, an propter mali effectum dicantur ingreſſa, non adeo perſpicuum eſt. De hoc autem Genadius in diffinitionibus eccleſiaſticorum dogmatum ait. Dęmones per inergiam operationem non credimus ſubſtantialiter illabi animæ, ſed applicatione & oppreſſione vniri. Illabi autem menti, illi ſoli poſsibile eſt qui creauit, qui natura ſubſiſtens incorporeus, capibilis eſt ſuæ facturæ. Ecce hic videtur inſi-

*f Vtrum Deus apparuerit in figuris corporalibus.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd ipſe Deus incorporalib⁹ figuris non apparuerit. huiuſmodi: enī apparitiōes factæ patribus in prophetis, factę ſunt mediantibus angelis, quorum etiam diſpoſitione lex tradita eſt, vt dicitur Actuum. 7. & ad Hæb. 2. Sed ille apparet, qui immediate reuelationem facit. ergo videtur ꝙ in huiuſmodi formis † Matt. 8. c.
corporalibus Deus non apparuerit. † Mar. 1. c.
¶ 2 Præt. Angelus apparens viſibiliter aſſumit corpus ī quo videtur: ſed Deus nūquam aſſumpſit corpus, niſi in vnitate perſonæ. ergo videtur ꝙ ipſe in corporalibus figuris non videatur. † Aug. c. 83. tom. 3.
¶ 3 Præt. Angelus q̄ apparet in aliquo corpore, eſt in eo in quo prius non fuerat: ſed in illis creaturis in quibus apparere dicitur Deus, nō eſt niſi ſicut pri⁹ fuerat. ſ. p̄ eſſētiā, pñtiā, & potētiā. ergo vř ꝙ ipſe Deus non apparebat.
¶ 4 Præt. Si ipſe Deus apparuerit. ergo videtur quòd miſſio viſibilis facta fuerit in veteri teſtamento, ſicut etiam in nouo, quod a ſanctis negatur.

SED CONTRA. eſt quod dicitur Exodi 20. Vbi dominus loquitur ad populum dicens. Non erunt tibi alij dij præter me, & frequenter etiam inuenitur, Ego dominus. ergo videtur quòd ipſemet Deus apparuerit.
¶ Præt. Iſa. 6. dicitur. Vidi dominum ſedentem &c. Quod non pōt cōuenire niſi ipſi Deo. ergo vř ꝙ ipſum Deum viderit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ Deus ſecundum eſſentiam ſuam, corporalibus oculis nūquam videri poteſt, nec etiam in
E tellectu niſi a beatis, ſed in corporalibus formis hominibus apparuit. hæc autem apparitio facta eſt miniſterio angelorū, vt dicit Aug. in lib. de Trini. Quia diuinæ illuminationes nō veniūt in nos, niſi mediante cæleſti hierarchia, vt dicit Dion. Vnde in omnibus illis apparitionibus corporalibus, corpus formatū eſt. & aſſumptū & motū ab angelo, ſed tñ in corpore aſſumpto per angelū dř apparere angelus, & aliqñ Deus. Formatio enim & apparitio corporis aſſumpti, vt dictū eſt, fit ad oſtendendas proprietates ſpiritualiū ſubſtantiarū, qñq;. n. angelus qui immediate illuminat hominē, vult inſtruere eū de propria virtute quam ipſe habet, & tūc in corpore illo exprimit ſimilitudines ſuæ virtutis, & ſic dř ille inferior angelus apparere. Aliqñ aūt vult inſtruere hoīem de virtute diuina, vel ēt ſuperioris angeli p̄ quā opať; & tūc format corp⁹ aſſumptū ad exprimēdā eminētiā diuinæ maieſtatis, vel ēt p̄prietates ſuperioris angeli, & tūc dř De⁹ apparere, vel ille ſup̄ior angel⁹. & hoc ēt Greg. dicit in glo. Exodi. 3. aſſignans cām quare angelus q̄ loquebať Moyſi, qñq; vocatur angelus, quandoque dominus. Aug. de trinita. lib. 2. Dion. Greg. in gl. Exo. 3.
¶ Et p̄ hoc patet rñſio ad primū q̄a nō dř apparere ille angel⁹ q̄

immediate corpus format, ſed Deus cuius proprietates in figura oſtenſi corporis ſignificantur.
¶Et ſimiliter ad ſecundum, quia quàmuis angelus corpus formet, vel moueat, nõ tñ ipſe apparere dr̃, rõne iam dicta, ſed De⁹.
¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ Deus erat in illis creaturis nouo modo, ſicut ſignatum in ſigno.
¶Ad quartum dicẽdũ, ꝙ immiſſio viſibilis diuinæ perſonæ differt ab apparitione, de qua differẽtia dictum eſt in 1. diſt. 16.

†Act. c. 5.

nuari quòd ſubſtantialiter non illabantur dæmones, vel introeãt corda hominum vel corpora. Beda quoque ſuper illum locum apoſtolorum actuum, vbi Petrus ait Ananiæ. Cur tẽtauit vel impleuit ſathanas cor tuũ? dicit. Notandum, quòd mentem hominis iuxta ſubſtãtiam nihil implere poſsit, niſi creatrix trinitas, quia tantummodo ſecundum operationem & volũtatis inſtinctum, anima de his quæ ſunt creata impletur. Implet ergo ſathanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum & in ſenſum eius, neque introiens aditum cordis. ſiquidẽ poteſtas hæc ſolius Dei eſt, ſed calida & fraudulenta deceptione animam in effectum malitię trahens per cogitationes & incentiua vitiorum, quibus plen⁹ eſt. Impleuit autem ſathanas cor Ananię, non intrando, ſed malitiæ ſuæ virus inferẽdo. Idem. Spiritus immundus flãma virtutum de cordibus fideliũ expulſus, doctoribus veritatis luctantibus venenũ perſecutionũ infundit. His authoritatibus oſtendit, ꝙ dæmones nõ ſubſtantialiter intrãt corda hominũ, ſed propter malitiæ ſuæ effectũ, de quibus pelli dicunt cum nocere non ſinuntur.

EXPOSI. TEX.

AD patiendum humor & hum⁹ &c. Videtur hoc eſſe falſum, quia in aqua dominatur qualitas actiua, ſcilicet frigidum, & ita videtur magis eſſe actiua q̃ aer in quo dominatur qualitas paſſiua, ſcilicet humidum. Et dicendum, quòd iſta obiectio procedit cõſiderata actione & paſſione ſecundum qualitates actiuas & paſſiuas. Sed aliter eſt, ſi conſideretur ſecundum formas ſubſtantiales q̃ ſunt prima principia actionis, quanto aliqd eſt magis ſubtile, magis ẽ actiuũ, quia plus habet de forma, & groſſum ẽ magis paſſiuum, qa plus habet de materia. {Sed vbi dicendum hominib⁹ &c.} Hic mouet quæſtiõ habens tres partes, ſm tres modos, qb⁹ poteſt diuina apparitio æſtimari. Vnus modus eſt, vt aliqua noua creatura creetur, ad hoc ꝙ in ea Deus appareat, & hoc verũ eſt, ſi per creationem intelligatur formatio corporis facta p miniſterium angelorum. Secundus modus eſt, vt angeli corpora naturaliter vnita diuerſimode transforment, ad exprimẽdum diuerſas ſimilitudines. Tertius modus eſt, vt ſupra corpora quæ habent, alia groſſiora aſſumant, quaſi indumẽta quibus induãtur, & vtrũque iſtorum falſum eſt, quia ſupponit angelos habere corpora naturaliter vnita. {Viſibile eſt quicquid nõ eſt &c.} Iſtud abſolute verum nõ eſt, ſi intelligatur de viſu exteriori, qa omne viſibile eſt corpus naturale, & oẽ corpus naturale eſt mobile, vel ſm locum, vel alio mõ. Per energumenos &c. Energia dr̃ ab en qđ eſt in, & ergia, qđ eſt labor, & geos quod eſt terra, & conuenit his qui interius terreſtri & melancholico humore laborant, quia tales vſu rõnis priuantur, ideo energumini etiã dicuntur illi, qui interius a dæmone poſſidentur.

†Sup c. 28. act. circa illud vipera cũ pceſſet ſa calore.

## DISTINCTIO IX.
### DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATIS his quæ pertinent ad ſtatum creationis angelorum & ad diſtinctionem eorum p conuerſionem & auerſionem. Hic determinat ea q̃ pertinent ad dignitatem bonorum. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de diſtinctione ordinum. In ſecunda, determinat quoſdam actus qui ſequuntur ordines diſtinctos. 10. diſt. {Hic inueſtigandum eſt &c.} Prima in duas. In prima determinat ordinum angelorum diſtinctionem. In ſecunda, oſtendit qũo homines aſſumunt ad ordines angelorũ, ibi {Eſt etiam notandum ꝙ diuinus ordo &c.} Prima in tres. In prima, oſtẽdit ordinum diſtinctionẽ. In ſecunda, diſtinctio

F nis principium quantum ad durationem. ibi. {Iam nunc inquirere reſtat &c.} In tertia, diſtinctionis modum quantũ ad æqualitatem. ibi {Præterea conſiderari oportet &c.} ¶ Circa primũ tria facit. Primo ponit ordinum diſtinctionem. Secundo, aſſignat diſtinctionis rõnem. ibi {Hic conſiderandum eſt &c.} Tertio aſſignat cãm nominationis ipſorũ. ibi {Hæc nomina illis &c.} Et circa hoc duo facit. Primo, determinat veritatem. Secundo, excludit obiectionẽ. ibi {Sed oritur hic qõ &c.} {Notandũ eſt &c.} Hic oñdit qũo hoĩes ad angelorum ordines aſſumuntur. Et circa hoc duo facit. Primo, oñdit p quẽ modum aſſumunt, vtrũ ad vnũ ordinẽ decimum, vel ad oẽs nouẽ. Secũdo, oñdit eorũ q aſſumunt numerũ. ibi {Nõ. n. iuxta &c.} Vbi duo facit. Primo, oñdit veritatẽ. Secũdo, excludit cõtrarietatem. ibi {A quibuſdam tamẽ putatur &c.}

†Dio. lib. 1. de cæle. hierar. c. 6. Nõ a Dion. Sed a Greg. poſitus ordo in hac enumeratione ſeruatur ſuper Caput Lucæ 15.

## DISTINCTIO IX.
### A
*De ordinum diſtinctione, & quot ſint, & quid ſint.*

POſt prædicta, ſupereſt cognoſcere de ordinibus angelorum, quid ſcriptura tradat. quę in plurib⁹ locis nouẽ eſſe ordines angelorũ pmulgat. ſ. angelos, archãgelos, principatus, poteſtates, virtutes, dominationes, thronos, cherubin, & ſeraphin, Et inueniuntur in iſtis ordinibus tria terna eſſe, & in ſingulis tres ordines, vt trinitatis ſimilitudo in eis inſinuetur impreſſa. Vnde Diony. tres ordines angelorum eſſe tradit, ternos in ſingulis ponens. Sunt enim tres ordines ſuperiores, tres inferiores, tres medij. Superiores, ſeraphin, cherubin, & throni. Medij, dominationes, principat⁹, poteſtates. Inferiores, virtutes, archangeli, & angeli.

G H

*Quid appelletur ordo, & quæ ſit ratio nominis cuiuſque.*

HIc conſiderandum eſt, quid appellet ordo. Deinde, vtrum ab ipſa creatiõe fuerit diſtinctio illorum ordinum. Ordo angelorũ

I

*QVÆSTIO I.*
A
Hic q̃runt octo.

Primo. Quid ſit hierarchia.
Secũdo. De actibus hierarchiæ.
Tertio. De diſtĩctione hierarchiarum & ordinum.
Quarto. De nominatione ordinum diſtinctorum.
Quinto. De diſtinctione, vel æqualitate perſonarũ in uno ordine exiſtentium.
Sexto. De generatione hierarchiarum.
Septimo. De principio ordinum.
Octauo. De eorum reſtauratione per homines facta.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrũ diffinitio hierarchiæ data a Dionyſio, ſit cõueniens.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Et ponitur diffinitio Diony. 4. c. cæleſt. hierar. Hierarchia eſt diuinus ordo & ſcientia, & actio deiformi quãtum poſſibile eſt, ſimilãs, & ad inditas ei diuinit⁹ illuminationes pportionabilr in Dei ſimilitudine cõſcẽdẽs. Vr̃ aũt ꝙ ſit incõpetẽs, qa diffõ nihil ſupfluũ debet cõtinere: ſed ipſe alibi diffiniẽs hierarchiã dicit. Hierarchia eſt ad Deũ q̃tũ poſſibile eſt vnitas & ſimilitudo. cũ ergo in preaſſignata deſcriptione pp diuinã ſimilitudinẽ multa ponant, videtur, ꝙ ſint ſuperflua.

Dio. 4. c. cæle. hier.

K

¶ 2 Præt. Pars nõ debet poni ĩ diffõne toti⁹; ad min⁹ ſicut gen⁹: ſed ordo eſt pars hierarchię, cũ vnaqueq; hierarchia tres ordines cõtineat. ergo vr̃ incõueniẽter dicere. hierarchia eſt ordo.
¶ 3 Præt. In angelis nõ tm̃ eſt ordo ſm ſcientiã, ſed ẽt ſm alia dona & naturalia & gratuita, q̃ oĩa excelleẽti⁹ ſunt in ſupioribus q̃ ĩferiorib⁹. ergo ſicut ponit ſciam, debuit alia dona ponere.
¶ 4 Præt. Actio pertinet ad miniſtrantes: ſed hierarchia eſt cõmunis miniſtrantibus & aſſiſtentibus: ergo videtur quòd deſcribat commune per proprium, quod eſt contra artẽ diffõnum.
¶ 5 Præt. Idem non poteſt poni in diuerſis generibus non ſubalternatim poſitis, ergo videt cum ſcientia, & actio, & ordo non ſubalternentur inuicem, ꝙ inconuenienter aſſignentur hierarchię tanquam genera in prædicta deſcriptione.
¶ 6 Præt. In diuinis perſonis non eſt ordo ſciẽtiæ & actionis, cum



cum ſit vna ſcientia, & actio trium, hoc autem pertinet ad rationem Hierarchiæ, quòd ſit ordo ſcientiæ & actionis. ergo videtur, quòd non ſimiliter deiforme.
¶ 7 Præt. Idem eſt deiformitas, & ſimilitudo diuina, ergo videtur eſſe verborum inculcatio, cum dicit in diuinam ſimilitudinem aſcẽdens poſt quàm dixerat deiformi ſimulans.

A

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ hierarchia dicitur, quaſi ſacer principatus a hieros quod, eſt ſacrũ, & arcos quod eſt princeps. In omni autẽ principatu requiritur gradus poteſtatis & finis. vnde in ſacro principatu oportet huiuſmodi ſacra & diuina eſſe: & ideo ſicut in principatu ſæculari finis eſt, vt ſubiecta multitudo pacifice diſponatur ad bonum intentum a principe, ſicut patet in exercitu, qui ſecundum Philoſophum. 11. metaphy. ordinatur ad bonũ ducis ſicut ad finem vltimum. Ita oportet, ꝙ in ſacro principatu finis, ſit aſſimilatio ad Deum. Hunc autem finem non eſt poſſibile angelos conſequi, niſi per ordinatam actionem ad quam exigitur ordinata poteſtas, & ſcientia dirigens: & ideo in diffinitione hierarchię ponitur ordo, in quo exprimitur gradus poteſtatis, & ſcientiæ ſicut dirigens, & actio ſicut ad finem inducens, & Dei ſimilitudo ſicut finis intentus.

ibidem. & Homil. 34. vndẽ ſeruat ordinẽ.

11. Meta. tex. 52.

dicitur multitudo cæleſtium ſpirituũ, qui inter ſe, in aliquo munere gratiæ aſsimilantur, ſicut & in naturalium datorum munere conueniunt, verbi gratia. Seraphin dicuntur, qui prę alijs ardent in charitate. Seraphin enim interpretatur ardens vel ſuccedens. Cherubin, qui præ alijs in ſcientia eminent. Cherubin enim interprætatur plenitudo ſcientię. Thronus dicitur ſedes, throni autẽ vocantur, vt beatus Greg. ait, qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis ſedeat Deus, & p eos iudicia diſcernat atq; informet. Dominationes vero vocantur, qui principatus, & poteſtates tranſcendunt, principatus dicuntur qui ſibi ſubditis, quæ ſunt agẽda diſponunt, eiſque ad explenda diuina miniſteria principantur. Poteſtates nominantur hi, qui hoc cæteris potentius, in ſuo ordine acceperunt. Vt virtutes aduerſæ eis ſubiectæ eorum refre

B C

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd finis eſt cauſa cauſarum: & ideo diffinitio, quæ ſumitur ex fine d formalior eſt inter omnes diffinitiones, & medium demonſtrans eas: & ideo illa deſcriptio hierarchiæ eſt ad Deum vnitas, & ſimilitudo eſt ſicut diffinitio, quæ eſt medium demonſtrationis, hæc autem hierarchia eſt ordo, ſcientia & actio, ſi nihil addatur eſt quaſi demonſtrationis concluſio, quia includit eſſentialia principia hierarchię. vnde Diony. eam ex prædicta concludit: ſed illa quę poſita eſt, perfecta eſt, quia compræhendit vtrũq;. vnde eſt quaſi demonſtratio poſitione differens.

D. 512.

D

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ordo poteſt ſumi dupliciter, vel ſecundum quod nominat vnum gradum tantum, ſicut qui ſunt vnius gradus, dicuntur vnius ordinis, & ſic ordo eſt pars hierarchiæ, vel ſecundum quod nominat relationem, quę eſt inter diuerſos gradus, vt ordo dicatur ipſa ordinatio, & ſic ſumitur quaſi abſtracte, & ſic ponitur in diffinitione hierarchiæ, primo autem modo ſumitur concretiue, vt dicatur ordo vnius gradus ordinatus.
¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut anima in corpore quendã effectum inducit immediate in omnibus membris, vt eſſe, inquantum eſt forma corporis, aliũ autem inducit in vno membro mediante alio, vt motum, ita etiam Deus in omnibus ordinibus cæleſtis hierarchiæ immediate inducit vitam naturæ, gratiæ & gloriæ: ſed ad executionem officiorum diuinorum mouet eos ordinate per primos medios, & per medios vltimos: & ideo non ponitur natura vel gratia, vel gloria in diffinitione hierarchiæ: ſed ſcientia velut dirigens actionem in diuinis officijs.

E

¶ Ad quartum dicendum, quòd actio circa nos exercita eſt propria miniſtrantium, quæ non ponitur in diffinitione hierarchiæ: ſed actio communis prout ſignificat transfuſionem percepti luminis a Deo, ab vna in aliam communis eſt omnibus.
¶ Ad quintum dicendum quòd Diony. non intendit ordinare diffinitionem, ſed principia eſſentialia hierarchiæ tangere, quorum aliquod eſt ſicut materiale, per modum generis ſe habẽs. ſ. ordo, alia vero ſunt ſicut formalia cõplentia, rõnẽ hierarchiæ per modum differẽtiæ, quorũ primum eſt ipſa receptio diuini luminis, quæ in ſcientia importatur, quia ſcientia illa eſt ſecundum receptionem diuini luminis, & ſecundum, eſt eius tranſfuſio in alterum quam deſignat actio, & tertium, eſt conſecutio finis in Dei ſimilitudinem, & ſic patet, ꝙ ſemper ſequens eſt formale reſpectu prę cedentis, vnde ſi debet ordinate tradi diffinitio poteſt ſic dici, ꝙ hierarchia eſt diuinus ordo, ſecundum conſcientiam, & actionem &c.
¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ ſecundum quoſdam in diuinis perſonis, eſt quędam hierarchia quam dicunt ſupercæleſtem, quæ attenditur ſm ordinem naturæ in perſonis diuinis, quã aſſimilat hierarchia cæleſtis angelorum, & ſubceleſtis hominum, ſed hoc non eſt conueniens, nec ſecundum intentionẽ Diony. quia in diuinis perſonis principatum ponere vnius ad alterum, eſt hæreticum, aut quòd pater purget filium, vel illuminet vel perficiat, vel ꝙ id quod patris eſt recipiat in filio inferiori modo, quæ tñ requiruntur ad rationem hierarchiæ, ſecundum intentionem Dion. & ſecundum vocabuli ſignificationem. Et ideo dicendum eſt aliter. ſ. ꝙ ſimilat deiforme, inquantum per lumen perceptum diuinæ claritati aſſimilatur, non quidem per æquiparantiam; ſed ſecundum ſuam proportionem, propter quod dicit quantum poſſibile eſt. Omnis etiam perfectio creaturæ eſt ſimilitudo diuinę bonitatis, licet quędam expreſſior alia.
¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd alicui agenti vel imprimenti, poteſt aliquod recipiens aſſimilari dupliciter, vel ſecundum formam tantum, vel ſecundum formã & actionem, ſicut aliquid illuminatur a ſole, vt etiam alia illuminet ad ſimilitudinem ſolis, ſicut luna, & hæc eſt aſſimilatio ſecundum conuenientiam, in forma & actione, aliqua autem illuminantur, vt in ſeipſis luceant: ſed lumen in alterum non transfundant, vt terreſtria colorata, quia color eſt aliquid lucis. ſic etiam aſſimilantur angeli Deo, in receptione diuini luminis, & hæc aſſimilatio oſtenditur in hoc, quòd dicit deiformem inquantum poſſibile eſt &c. & etiam in transfuſione eiuſdem in alios, & hoc oſtẽditur cum dicitur ad inditas illuminationes, i. ſecundum virtutem & regulam datarum illuminationum, aſcendens in Dei ſimilitudinem operando in alios ſecundum ſuam proportionem: & ideo nominat aſcenſum, quia in hoc eſt perfectio ſimilitudinis, & omnium diuinius eſt Dei cooperatores fieri, ſicut ibidem dicit Diony. propter quod etiam philoſophi poſuerunt finem intelligentiarum mouentium orbes, quem intendunt aſſimilationem diuinam in cauſando, & ſic patet, quòd prima ſimilitudo reſpondet ſcientiæ: ſed ſecunda actioni.

nentur poteſtate, ne homines tentare tantum valeant, quantum deſiderant. Virtutes vocantur illi, per quos ſigna & miracula ſæpe fiunt. Archangeli, qui maiora nuntiant, angeli, qui minora.

*Quòd hæc nomina non propter ſe, ſed propter nos eis data ſunt, quæ ſumpta ſunt a donis gratiæ, quæ non habent ſingulariter, ſed excellenter, & a præcipuis nominantur.*

HAec nomina non propter ſe illis, ſed propter nos eis data ſunt. Qui enim ſibi noti ſunt contemplatione, nobis innoteſcũt cognominatione, & nominantur ſinguli ordines a donis gratiarum, quæ non ſingulariter: ſed excellenter data ſunt in participatione. In illa enim cæleſti patria, vbi plenitudo boni eſt: licet quędam data ſint excellenter: nihil tamen poſside-

ARTICVLVS II.

*b Vtrum vnus angelus purget alium.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd vnus angelus alium non purget. Purgatio enim non eſt niſi p gratiam: ſed ſolius Dei eſt dare gratiam. ergo ipſe ſolus purgat.
¶ 2 Præt. Purgatio non eſt niſi ab immunditia: ſed in angelis bonis poſt caſum malorum, nulla remanſit immunditia. ergo non eſt ibi purgatio. Item videtur, quòd nec illuminatio vnius per alterum fiat, quia informare mentem eſt ſolius Dei vt ait Auguſtin.: ſed illuminari, non poteſt angelus, niſi men ſuas

Aug. de trinitate li. 9.

ſua informetur. ergo videtur, quòd vnus angelus alium non illuminet.

¶ 4 Præter. Sicut habetur Math. 23. Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. vbi dicit Aug. ꝙ ipſe ſolus eſt, qui interius docet: ſed illuminatio eſt per modum cuiuſdam doctrinę. ergo videtur, ꝙ ſolus Deus mentem angeli illuminet.

¶ 5 Præt. Omnes angeli beatitudinem ſuam habēt ex hoc, quòd immediate vidēt Deum: ſed Deus eſt ſufficiens mediū ad omnium cognitionem. ergo videtur, quòd vnus aliū non illuminet.

¶ 6 Præt. Si vnus illuminat alium, aut hoc facit creādo nouum lumen in mente eius, aut tranſmutando lumen a Deo receptum: ſed primū eſt hæreticum, cum angeli non ſint creatores. Secundum autem videtur impoſſibile, niſi ponatur aliquod medium deferens: ſicut in illuminatione corporali, quod ibi non eſt etiā facile fingere. ergo videtur, quòd vnus aliū non illuminet. † 1. Cor. 13.

¶ 7 Item videtur, ꝙ nec pficiat, Quia vt ſupra in 4. diſtin. dictum eſt, perfectio quæ poſſibilis eſt in angelo, eſt vel naturę conditę vel glorificatæ: ſed neutra pōteſt eſſe in angelo ab angelo. ergo videtur, quòd vnus alium non perficiat.

tur ſingulariter. Omnia enim in omnibus ſunt, non quidem æqualiter, quia alij alijs ſublimius poſſident, quæ tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiarum ſuperiores ordines ſublimius & perfectius perceperint: tamen ex pręcipuis ſortiti ſunt vocabula, inferioribus cætera relinquentes ordinibus ad cognominationem, vt ſeraphin, qui ordo excellentiſſimu s æſtimatur, tam dilectionem quàm cognitionem diuinitatis, & cætera virtutū dona cęteris, oībus ſublimiꝰ & perfectius percepit: & tn̄ ab excellentiori dono. i. a charitate nomen accepit ille ſuperior ordo: maius enim donum eſt charitas quàm ſcientia. Item, maius eſt ſcire quàm iudicare, ſcientia nāque informat iudicium. Ideoq; ſecundus ordo, a ſecundo dono. i. a cognitione veritatis appellatus eſt, ſcilicet cherubin: ita & de aliis intelligendum eſt. Aſsignatur ergo

G

H

excellentia ordinum, ſecūdum excellentiam donorum: & tamen ſicut Grego. ait, illa dona omnibus ſunt communia. Omnes enim ardent charitate, & ſciētia pleni ſunt, ſic & de aliis. Sed ſuperiores aliis excellentius, vt iam dictum eſt, ipſa dona acceperunt, a quibus & nominantur. Vnde Grego. In illa ſumma ciuitate, quiſque ordo eius rei cenſetur nomine, quam plenius accepit in munere. Sed oritur hic quæſtio talis. Si quis ordo ab illo dono nominatur, quod plenius poſſidet, tunc cherubin in ſcientia pręeminet omnibus, quia a ſcientia nominatur. Sed qui magis diligit plus cognoſcit. Tantum enim vt tradit authoritas cognoſcit ibi quiſque, quantum diligit. Iraque ſeraphin non ſolum in charitate: ſed etiam in ſcientia præeminēt. Ideoq; authoritas illa ſic videtur intelligenda, vt comparatio non referatur ad omnes ordines, ſed ad quoſ-

F xerunt, angelos inferiores, nunquàm eſſentiam Dei videre: ſed per illuminationem [d] ſuperiorum, qui eum immediate vident Dei noritiam capere, cui obuiat quod dicitur Matth. 18. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, vbi loquitur de angelis inferioris ordinis, hominibus ad cuſtodiam deputatis. Alij vero econtrario, dicunt angelos omnes immediate a Deo illuminationem recipere, negantes inferiores a ſuperiorībꝰ illuminari, & negantes totum hoc, quod Dionyſius de angelis tradit, authoritatibus ſacræ ſcripturæ probatum, & conſonum philoſophorum doctrinæ. vnde mediam viam eligētes dicimus, omnes quidem angelos eſſentiam diuinam īmediate videre, ex quo beati ſunt, ſed non eſt neceſſarium, ꝙ qui videt cauſam, videat omnes eius effectus, niſi ipſam ſecundum totam potentiam comprælendat: ſicut Deus ſeipſum comprehendens, omnia cognoſcit. Aliorum autē, qui ipſum videndo non cōprehendunt, vnuſquiſque tanto plura in eo cognoſcit, quanto ipſum plenius capit fruitione glorię: ſicut etiā ex principijs ſpeculatiuis, qui melioris intellectus eſt, plures concluſiones elicere poteſt. vnde in his diuinis effectibus pertinentibus ad ſtatum naturæ vel gratiæ, quæ per angelorum officia diſpenſantur, ſuperiores inferiores illuminant & inſtruunt, vt expreſſe habetur in 7. cęleſt. hierar. & in principio 4. de diui. no. Quod ergo tertio obiicitur, quòd mentem ſolus Deus formare poteſt. Dicendum, ꝙ verum eſt iuſtificando per gratiam: ſed de hac formatione nihil ad præſens.

D. 139. Math. 13. † Hom. 34. euang. † ibidem.

¶ 8 Præt. Nulla perfectio pōt eſſe in angelo, niſi ſecundum receptionem diuini luminis: ſed hęc receptio eſt per illuminationem. ergo perfectio ab illuminatione non differt.

RESPONDEO Dicendum, quòd actio non poteſt eſſe, niſi ſecundum exigentiam rei, cuius eſt actio: cum autem hierarchia perficiatur in ſcientia, vt ex diffinitione patet, oportet vt actio hierarchica in tranſfuſione ſcientiæ conſiſtat. vnde dicit Dion. 7. c. cæleſt. hier. ꝙ purgatio, [d] illuminatio, & perfectio eſt diuinæ ſcientię aſſumptio. Ad ſcientiam autem concurrunt duo in ſui acquiſitione. ſ. expulſio contrarij vel priuationis, & conſumatio eius, ſicut eſt etiam in acquiſitione cuiuſlibet formæ: ſed conſumatio ſcientiæ, in duobus conſiſtit, ſicut & viſio corporalis ad quam requiritur lumen, ſub quo videatur viſibile, & conſequitur cognitio ipſius viſibilis. Similiter etiam per lumen intellectuale habetur cognitio intellectiua. ergo quantum ad remotionem priuationis eſt purgatio, quantum ad influentiam luminis eſt illuminatio: ſed quantum ad cognitionē conſequentem, in quam dirigit lumen, ſicut in vltimum terminum eſt perfectio, & propter hoc, perfectiones a Dionyſio dicuntur, ſecundum traditionem ſacrarum doctrinarum. D. 147.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd purgatio a culpa eſt per gratiam, ſed a [d] neſcientia eſt per lumen doctrinæ, & hoc etiam ab alio eſſe poteſt quàm a Deo. D. 540.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd purgatio quæ eſt in angelis, non eſt ab immunditia: ſed a diſſimilitudinis confuſione, vt dicitur in 3. cæleſt. hierar. vel a neſcientia, vt dicitur in 6. c. cæleſt. hier. & hæc duo in idem redeunt: confuſio enim intellectus eſt ex hoc, quòd eſt in potentia reſpectu plurium, & in hoc diſſimilis eſt a primo intellectu, ſ. diuino, cui nulla poſſibilitas admiſcetur. per lumen ergo receptum a Deo mediante ſuperiori angelo, liberatur intellectus angelicus ab hac diſſimilitudinis confuſione, inquantum terminatur ad vnum, cui fortius inhæret, quanto magis medium cognitionis efficax eſt: ſicut patet in eo, qui neſcit quā partē contradictionis eligat: ſed intento medio probabili, magis ad vnam flectitur: ſed addito medio demonſtratiuo firmatur in illo. Dion. 3. ca. cæl. hier. & 6. c. eiuſdē.

¶ Ad illud quod poſtea de illuminatione quęritur, dicendum, quòd circa hoc contrarie quidam opinati ſunt. Quidam. n. di-

I

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut in actionibus naturalibus, inferius agens non habet efficaciam in productione effectus, niſi per virtutem agentis primi, quæ vehementius imprimit in effectum; ita etiam in intellectualibus, inferior illuminans, nihil poteſt efficere, niſi per virtutem primi illuminantis, & propter hoc ipſe Deus eſt, qui omnes docet: nec tamen excluditur ab alijs illuminatio: ſicut nec ab agētibus naturalibus naturalis actio. Vel dicendum, ꝙ docere proprie dicitur, qui in cognitionem rei ducit. Sicut autem in cognitionem coloris ſenſibilem, peruenit homo ex duobus. ſ. ex viſibili obiecto, & ex lumine ſub quo videtur (vnde & vterq; dicitur demonſtrare rem. ſ. qui lumen pręparat, & qui obiectum repræſentat) ita etiam ad cognitionem intellectualem duo exiguntur, ſcilicet ipſum intelligibile, & lumen per quod videtur: & ideo dupliciter dicitur aliquis docere, vel ſicut proponens intelligibile, vel ſicut præbens lumen ad intelligendum: hoc autem lumē eſt duplex: vnum intrinſecum vel connaturale intellectui, cui ſimilatur lumen, quod eſt de compoſitione oculi, & per collationem huius luminis, ſolus Deus docere dicitur. Secundum lumen, quod ſuperueniens ad confortationem connaturalis luminis, cui ſimilatur in viſu corporali lumen ſolis vel candelę, & ſic poteſt angelus alium angelum, vel etiam hominem illuminare ad aliquid cognoſcendum. non autem homo ſic docere poteſt, cum in eo lumen intellectuale debiliſſime recipiatur. Quidam tn̄ dicunt, ꝙ nullo modo angelus docet: ſicut lumen præbens, quod expreſſe dictis Dion. contrariari videtur. Similiter etiam intelligibile duplex eſt, vnum ad quod intelligendum ſufficit intellectus alicuius hominis, dummodo ſibi conſiderandum proponatur, vnde & ipſe proponens docere dicitur, quaſi in cognitionem ducens, ſicut in viſu corporali monſtrat rem, qui eam coram oculis ponit. Aliud eſt, ad cuius cognitionem non ſufficit intellectus diſcipuli, niſi in hoc manuducatur

K

Dion. de cæleſt. hierar. cap. 10.



ducatur per aliquid ſibi notum. vnde & qui hoc magis notum ſibi proponit, docere eum dicitur. Hujus ſimile eſt in viſu corporali in hoc, quòd aliquis alicui rem a longe apparentem digito monſtrat, & his duobus modis homo docere dicitur, & hęc doctrina eſt non per modum illuminationis, ſed per modum locutionis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis Deū omnes videāt, non tn̄ ipſum compræhendunt: & ideo non oportet, ꝙ omnia omnes in ipſo cognoſcant, & propter hoc, non remouetur, quin vnus angelus, qui aliquid in verbo Dei cognoſcit poſſit quantū ad hoc alium illuminare angelum, qui hoc in verbo Dei non cognoſcit.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut in corporalibus illud, quod eſt ī actu agit, per hoc quod educit potentiam patientis in actum: ita etiam cum intellectus inferioris angeli ſit in potentia reſpectu quorundam, poterit per ſuperiorem angelum, qui eſt in perfectiori actu, reduci in actum ſimilem, non per creationem alicuius noui luminis, nec per hoc, quòd idem numero lumen, quod eſt in ſuperiori recipitur ab inferiori, nec oportet eſſe aliquod medium deferens virtutem agentis, quia in eis falſo imaginatur, quis diſtantiam ſitualem. Sed quod eſt in corporibus ſitus, hoc eſt in ſpiritualibus ordo ſecundum Auguſtinum.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd perfectio hic dicitur illud, ad quod terminatur motus illuminationis, non autem perfectio gloriæ vel naturę.

¶ Ad octauum dicendum, quòd iſtæ tres actiones, q̄nq; coniunguntur: & ideo non differunt niſi ſecundum rationem, quia oīs perfectio in hoc, quod perficit, illuminat & purgat, & omnis illuminans purgat: ſed non conuertitur, vt patet præcipue in noſtra hierarchia ſcḋm Dion. Non. n. quālibet purgationem ſequiť luminis receptio, ſed perfectam. & ſiť non quàmlibet illuminationem ſequitur perfectio cognitionis, ſed conſumatam.

dam, ſcilicet inferiores. Ille enim ordo non plenius ſeraphin, accipit ſcientiam in munere: ſed plenius aliis ordinibus, qui ſunt inferiores. Nec nominatur quiſque ordo ab omni re, quam plenius aliis accepit, ſed ab aliqua rerū, quas accepit. Vel poteſt comparatio referri, non ad ipſos ordines, ſed ad alia dona, nec ad omnia alia dona, ſed ad quędam: ſicut enim homines cum plura habeant dona, quædam aliis excellentius poſſident: ita forte & angeli quibuſdam muneribus magis pollent, & aliis quibuſdam minus.

B

*Vtrum hi ordines ab initio creationis, ita diſtincti fuerint.*

IAm nunc inquirere reſtat: vtrum iſti ordines a creationis initio, ita diſtincti fuerint. Quòd ita fuerint diſtincti, a primordio ſuæ conditionis, videtur teſtimonio authoritatis inſinuari, quæ tradit de ſingulis ordinibus aliquos cecidiſſe. De ordine nāque ſuperiori Lucifer ille fuit,

### ARTICVLVS III.

*Vtrum hierarchia angelica diuidatur conuenienter in tres hierarchias, & nouem ordines.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diuidatur angelica hierarchia in tres hierarchias, & in nouem ordines. Aut. n. illa diuiſio eſt per diuiſionem totius integralis in partes, vel generis in ſpecies. primo modo non diuiditur, quia diffinitio communis non conueniret partibus, ſicut diffinitio domus, non conuenit parieti: nec item per modum generis, quia non omnes ordines æqualiter ſe habent, ad participandum rationem hierarchiæ. ergo videtur, quòd nullo modo poſſit eſſe competens diuiſio.

¶ 2 Præt. Quanto aliquid eſt propinquius vni primo, tanto eſt minoris multiplicationis: ſed hierarchia angelica media eſt inter nos & Deum, vt in 4. cap. cæleſt. hierar. dicitur. ergo cum hominum ſit tantum vna hierarchia, videtur ꝙ angelorum non ſint tres hierarchię.

¶ 3 Præt. Superius & inferius in angelis non eſt, niſi ſecundum diuerſam proportionem ad receptionem diuinorum: ſed ordines ſe habent ſicut ſuperius & inferius. ergo videtur, ꝙ ſit in eis diuerſa proportio ad receptionem diuinorum, & ſimiliter hierarchiæ ſe habent ſecundum ſuperius & inferius. ergo vř ꝙ eadem ſit ratio diſtinguendi ordines & hierarchias.

¶ 4 Præt. Ratio hierarchiæ conſiſtit in ordine poteſtatis: ſed poteſtates determinantur per actus. cum ergo actio hierarchica ſit triplex, vt dictum eſt, videtur ꝙ ſint tantum tres ordines cæleſtis hierarchiæ.

¶ 5 Præt. Eccleſiaſtica hierarchia exemplata eſt a cæleſti ſcḋm Dio. ſed in eccleſiaſtica hierarchia, ſecundum eundem, ſunt tantum tres ordines. ergo videtur, ꝙ ſimiliter in cęleſti.

¶ 6 Præter. Vnitas ordinis eſt, vt in litera dicitur, ex hoc, ꝙ multi ſpiritus conueniunt in vno munere gratię: ſed dona ſpi-

A rituſſancti ſunt ſeptem, vt habetur Eſa. 11. ergo videtur, quòd ſunt tantum ſeptem ordines angelorum.

¶ 7 Præt. Videtur eſſe diuerſitas in diſtinctione hierarchiarum ſecundum Greg. & Dionyſium, quia Dion. ponit virtutes medium ordinem ſecundæ hierarchiæ, & principatus primum tertiæ hierarchiæ. Greorius autem ecō uerſo, & quæritur ratio huius.

RESPONDEO. Dicendum, quòd in angelis inuenitur triplex diſtinctio. vna eſt hierarchiarū adinuicem. Secūda eſt ordinum in eadem hierarchia. Tertia eſt perſonarum eiuſdē ordinis, & quęlibet illarum ſumitur, ſecūdum diuerſam ꝓportionem ad receptionem diuini luminis. Diuerſitas. n. hierarchiarum eſt, ſcḋm diuerſum modū recipiēdi diuinas illuminationes. diuerſitas vero ordinum eſt ſcḋm diuerſos actus, quos diuinum lumen perficit ſcḋm perfectius, & minus perfectū. diuerſitas vero perſonarum vnius ordinis eſt, ſcḋm diuerſam virtutem in executione actus minus, vel magis efficaci: verbi gratia. Noſtra hierarchia diſtinguitur ab angelica, in hoc ꝙ noſtra perficitur in diuino lumine velato, per ſimilitudines ſenſibiles tam in ſacramentis, q̄ in metaphoris ſcripturarum: ſed angelica perficitur lumine ſimplici & abſoluto, & cum dictus modus ſit cōis omnibus, quæ ſunt in noſtra hierarchia: tn̄ eorum ſunt diuerſi actus, ſecūdum quos diuerſi ordines diſtinguuntur. Alius enim eſt actus ſacerdotum & diaconorum, & in exercitio cuiuſlibet horum actuum, quidam ſunt alijs magis idonæi: angeli autem omnes, q̄uis in hoc modo conueniant, ſine inquiſitionis diſcurſu, & ſine velamine figurarum, diuinum lumen recipiunt: tn̄ differunt in hoc, ꝙ quidam eorum recipiunt in maiori vniuerſalitate q̄ alij. vnde ſuperiores dr̄ habere ſcientiā magis vl̄em, vt dictum eſt. hoc autem non poteſt niſi tripliciter variari: aut. n. cognitionem diuinorum effectuum recipiūt in ipſa cauſa prima vl̄i, & hic eſt modus proprius primæ hierarchiæ, q̄ eſt proportionata ad recipiendum illuminationes, in ipſo fulgore diuini luminis, & propter hoc dicuntur circa Deum eſſe, vt omnes ordines eius denominētur, ab operatione circa Deū. Aut cognoſcunt res in vniuerſalibus rerum rationibus, & hic eſt modus ſecundæ hierarchiæ: & ideo angelorum huius hierarchiæ, eſt accipere perfectionem cognitionis, per illuminationem primæ hierarchiæ, in qua ſunt formæ maxime vniuerſales, & propter hoc, ordines huius hierarchię, non denominantur ab operibus circa Deum; ſed nominibus pertinentibus ad poteſtatem operandi in res, inquantum formæ per quas cognoſcunt, ſunt operatiuę ad minus reſpectu effectuum, in quibus Deo miniſtrant, & quia iſtæ formæ ſunt vl̄es [d] nominantur a poteſtate non limitata vel determinata ad aliquem, vel ad aliquos: Aut cognoſcunt res in proprijs rationibus, & hic eſt modus vltimæ hierarchiæ, in quo ſunt formę particulares & proportionatæ, vt ab eis recipiantur in intellectus noſtros, propter quod dr̄ angeli hierarchiæ tertiæ, accipere diuinum lumen, ſecundum conuenientiam hierarchiæ noſtræ: & inde eſt, quòd ordines tertię hierarchiæ denominantur ab actibus limitatis, circa vnum hominem, vel vnam [d] prouinciam: hujus autem ſimile, poteſt videri in terrenis principatibus, quia miniſtrorum qui ſunt ſub vno rege, quidam operantur immediate circa perſonam, regis quaſi cubicularij, & conſiliarij, & aſſeſſores, & hoc competit primæ hierarchię reſpectu Dei. Quidam vero habent officia ad regimen regni in cōi, non deputati huic vel illi prouintiæ, vt dn̄i regalis curiæ, & principes militiæ, & iudices curię, & huiuſmodi, ſimiles ſūt angeli ſecundæ hierarchiæ. Quidam vero proponuntur ad regimen alicuius partis regni, vt prępoſiti & baliui, & huiuſmodi officiales minores, & his ſīles ſunt ordines tertiæ hierarchiæ, & ſic patet diſtō triū hierarchiarum.

† Ezech. 38. c.

C

D

D. 133.

E

D. 162.

¶ Ordinum autem primę hierarchiæ, ſic poteſt accipi numerus & diſtinctio, ſcḋm tres actus fruitionis, quibus anima Deo fruitur, quorum vnus eſt comprehendere, vel tenere, quo perficitur memoria, & ſcḋm hoc accipitur ordo Tronorum, quia in eis ſedet Deus, & quieſcit, dum eos in ſe quieſcere facit. Alius actus eſt videre, quo perficitur intellectiua, & ſecundum hoc accipitur ordo

ordo cherubin, qui interpretatur plenitudo ſcientiæ. Alius actus eſt amare, quo perficitur voluntas, & ſecundum hoc accipitur ordo ſeraphin, qui interprætatur ardens vel incendens, & quia in hoc tactu eſt completiſſima vnio ad Deum, ex eo ꝙ amor facit interiora amati penetrari: ideo ordo ſeraphin eſt primus. ſecūdus cherubin, propter vnitatem aſſimilationis, in qua complet̄ ſciā in actu. tertius eſt tronorum, quia in ſeſſione importatur vnio ſecundum contactum ſolum.

† Eph. 6.

¶ Ordinum vero ſecundæ hierarchiæ, ſic poteſt accipi diuiſio & numerus, quia regimen alicuius cōmunitatis eſt ſecundum hoc, ꝙ ordinate & pacifice bonum cōe diſpenſatur. hic aūt ordo pacis diſponitur tribus. ſ. aliquo ſententiante, quid vnicuiq; debeatur, & ad hoc eſt ordo poteſtatum. vnde dn̄r arcere aereas poteſtates, & hic non eſt vltimus finis: ſed quietem & vtilitatem bonorum diſpenſare, ſicut poteſtas ſæcularis ſuſpendit latronem, ad pacem ciuitatis, ſed ſententia debet eſſe efficax & recta: ſed ad hoc vt ſit efficax indiget aliquo adiuuante & propugnante, vt nihil ſit impoſſibile exequi, quod per ſententiam determinatur. Et ad hoc eſt ordo virtutum, quę attingunt vltimū in operandis omnibus difficilibus, pertinentibus ad miniſteria diuina: & ideo attribuitur eis miracula facere, quia obuiare legibus naturæ, eſt arduiſſimum. Ad hoc autem, ꝙ ſit recta indiget aliquo dirigente & imperāte, & ad hoc ordo dominationis eſt, ad quem pertinet dirigere in omnibus miniſterijs diuinis, ſicut architector in mechanicis, qui etiam eſt præceptiuus; & ideo hic ordo eſt primus ſecundæ hierarchiæ, quia ab ipſo dirigitur, & imperatur quicquid in miniſterijs diuinis, per angelos agitur. & ſecundus eſt ordo virtutum a quibus actus poteſtatum efficaciam habet, ſicut & leges ſæculares oportet eſſe armatas, vt habeant vim coactiuam.

¶ Ordinum aūt tertiæ hierarchiæ, ſic numerus & ordo accipitur, quia cum habeant poteſtatem limitatam, oportet ꝙ actus eorum, vel limitētur ad vnam prouinciā, vel ad vnum hoīem. Si ad vnam prouinciā, ſic eſt ordo principatuū, vt princeps Perſarum, qui præerat Perſis, de quo habet Dañ. 10. Si autem limitatur ad vnum hominem: aut eſt de his, quæ pertinēt ad ipſum tantum, & ſic eſt ordo angelorum. vnde dicuntur minima nunciare, quorum eſt etiam ſingulos cuſtodire. Aut de his, quæ pertinent ad bonum multorum, quæ explentur per actum, vnius ſingularis perſonæ, & ad hoc eſt ordo archangelorum, ſicut Gabriel qui nunciauit natiuitatem Chriſti, & Ioannis baptiſtę: & ideo nomen eorum compoſitum eſt, ex duobus ordinibus extremis, dicuntur. n. archangeli quaſi principes angeli. & propter hoc etiam dicuntur maiora nunciare, quia bonum gentis eſt diuinius, quàm bonum vnius hominis ſecundum Philoſophū in 1. Ethic. Numerus autem eorum, qui ſunt in vnoquoque ordine, ignotus eſt nobis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuiſio hierarchiæ, in ordines eſt totius poteſtatiui in partes potentiales: ſicut anima diuiditur in ſuas potentias, & hoc totum eſt quaſi medium, inter totum vl'e & integrale. vl'e. n. eſt ſm̄ eſſentiam, & completam virtutem in qualibet ſua parte. vnde de omnibus æqualiter prædicatur. Sed integrale, nec eſt ſecundum eſſentiam, nec ſm̄ virtutem totam in vnaquaque ſuarum partium: & ideo nullo modo de parte prædicatur: ſed totum potentiale, adeſt quidem ſm̄ eſſentiam cuilibet parti: ſed ſecūdum completam virtutem eſt in parte ſuprema, quia ſemper ſuperior potentia habet in ſe completius, ea quæ ſunt inferioris, & iſta eſt comparatio hierarchiæ ad ordines.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd omnes homines ſunt vnius ſpeciei: & ideo in omnibus eſt, vnus modus cōis recipiendi diuinas illuminationes, & propter hoc omnium eſt hierarchia vna: ſed angeli ſunt diuerſarum ſpecierum, & propter hoc in diuerſis hierarchijs ordinantur, ſecundum diuerſum modum receptionis, vt dictum eſt. Sed verum eſt, ꝙ quælibet natura in angelis eſt magis, vna & ſimplex, q̄ natura humana, quæ eſt vltima natura intellectualis.

quo nullus dignior † conditus eſt. Apoſtolus etiam principatus, & poteſtates tenebrarum nominat, oſtendens de ordinibus illis cecidiſſe, qui cum in malis miniſterium exerceant: non tamen penitus nominibus ſuorum ordinum, priuati ſunt. G Sed non videtur illud poſſe ſtare. non. n. tunc charitate ardebant, nec ſapientia pollebant, neque in eis Deus ſedebat. ſi. n. hoc habuiſſent nō cecidiſſent. Non ergo tunc erant ſeraphin, vel cherubin, vel troni. Ad qd̄ dicimus, quia ante caſum quorundam non erant iſti ordines, quia nondum habebant dona, in quorum participationibus conueniunt: ſed quibuſdam cadentibus, alijs appoſita ſunt, eiſque qui ceciderunt collata fuiſſent, eadem dona ſi perſtitiſſent, Ideoq; ſcriptura dicit, de ſingulis ordinibus cecidiſſe aliquos, nō qd̄ fuerint ī ordinibus, & poſtea corruerint: ſed q̄a ſi perſtitiſſent eorum aliq̄ in ſingulis fuiſſent ordinibus, qui & in naturæ tenuitate, & in formæ perſpicacitate differentes gradus habebant, ſicut illi qui

F ¶ Et per hoc, patet reſponſio ad tertium, quia ſicut humanę hierarchiæ, ſunt tres ordines ſecundum Dion. ita & cuiuſlibet cæleſtis. vnde ſecundum tres hierarchias ſunt nouem ordines, vt ſic in omnibus trinitatis, ſimilitudo reluceat, ſecundum principium, medium, & finem.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ in noſtra hierarchia diſtinguunt̄ ordines, ſecundū tres actiones hierarchicas, quia miniſtrorū eſt purgare, ſacerdotū, illuminare ſimul & purgare: ſed epiſcoporum perficere. talis autem diſtinctio, nō poteſt eſſe in cæleſti hierarchia, quia minimus ordo angelorum eſt ſuperior ſupremo ordine noſtræ hierarchiæ, vnde poteſt & perficere, & illuminare & purgare.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ diuerſitas proportionum poteſt ſumi multipliciter, aut ſecundum diuerſum genus proportionis, ſicut duplum & ſexquialterum, quorum primum eſt multiplex. ſecūdum ſuperparticulare. alia eſt. n. genere proportio quatuor ad duo, qm̄ dupla, & trium ad duo, qm̄ ſexquialtera, aut ſecundū diuerſas ſpecies eiuſdem generis, ſicut duplum & triplum, quorum eſt vnum genus proportionis. ſ. multiplex, aut ſecundum H diuerſos numeros in eadem ſpecie proportionis, vt quatuor ad duo, & ſex ad tria. & prima diuerſitas competit diſtinctioni hierarchiarum, ſecunda, diſtinctioni ordinum, tertia, diſtinctioni perſonarum vnius ordinis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ dona ſecundum, quæ diſtinguuntur ordines ſunt dona perficientia in actibus hierarchicis, & hæc variantur, vt dictum eſt. dona autem & virtutes perficiunt ad actus perſonales: & ideo ſecundum ea, ordines non diſtinguuntur.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ ordinatio Dionyſij eſt rationabilior, quia ipſe diſtinguit ſecundam hierarchiam a tertia, ſm̄ vl'e & particulare, non limitatum & limitatum: & ideo virtutes ponit in ſecunda, & principatus in tertia. Greg. autem non multū intendit ordinare ſed numerare, nihilominus iſta ordinatio poteſt ſumi ſm̄ actus exteriores, & ſm̄ conformitatem ad noſtrā I hierarchiam, & quia in noſtra hierarchia habentes prælationē, ſunt ſuper perſonas priuatas; ideo in ſecunda hierarchia ordinat illos, quorum nomina important officium prælationis, ſ. dominationes principatus & poteſtates. In tertia autem ordines, quorum actus ſunt etiam perſonarum priuatarum, vt mirabilia facere, quod eſt virtutum & nunciare magna, quod eſt archangelorum, & nunciare parua, quod eſt angelorum.

### ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum nomina angelorum, conuenienter diſtinguantur.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ nomina angelorum, non conuenienter diſtinguantur. Nomen enim totius, non debet parti imponi: ſed ordo eſt pars hierarchiæ. cū ergo hierarchia ſit idem, quod ſacer principatus, vt dictum eſt. K videtur quòd nullus ordo principatus debeat dici.

¶ 2 Prę. Nomen totius non debet imponi alicui ordini illius naturæ: ſed omnes cæleſtes ſpiritus, angeli vocantur, ergo videtur, quòd vltimus ordo angelorum, non debeat nomine angelorum vocari.

¶ 3 Præter. Illud quod eſt ſuperioris ordinis, non neceſſario inuenitur in inferiori, q̄uis econtrario: ſed nomina reſpondent rebus. cum ergo omnes angeli dicantur cæleſtes virtutes ſecundum Dion. videtur, ꝙ hoc nomine non debeat nominari medius ordo ſecundę hierarchiæ, quia nomina ſuperiorum non ſunt inferiorum.

¶ 4 Præt. Omnis virtus eſt media, inter eſſentiam & operationem: ſed nullus ordo vocatur in angelis, nomine eſſentię vel operationis. ergo nec etiam nomine virtutis.

¶ 5 Præter. Per nomina ordinum deuenimus in proprietates eorum ſecundum Dion. ſed nulli angelo conuenit per charitatem inflammare, nec in voluntatem imprimere, quia hoc ſolius Dei eſt. ergo videtur, quòd inconuenienter dicantur ſeraphim incendentes.



¶ 6 Præt. Ardere charitate & videre Deum & tenere ipſum: ſunt de ſubſtantia beatitudinis: ſed omnes angeli ſunt beati. ergo nulli ordines debent ab his actibus nominari.

¶ 7 Præt. Queritur quomodo differant hæc tria ſeraph, ſeraphin, & ſeraphim & cherub, & cherubin, & cherubim.

† Diſt. 3. huius.

RESPONDEO. Dicendum, quòd circa nominationes ordinum attendendum eſt, quòd ſicut vnuſquiſque ordo eſt altior: ita etiam a perfectiori nominatur, & q̄uis ea quę ſunt ſuperiorum participentur, quodammodo ab inferioribus & econtrario: non tn̄ debent eſſe confuſa nomina, ſed diſtincta. Ad hoc enim, quòd aliquod nomen nominet proprie aliquam rē, duo requiruntur. ſ. ꝙ hoc quod ſignificatur per nomen habeatur perfecte, ſecundum completum actum, & vt ſit vltima perfectio eius: & quia omnis denominatio eſt a forma, quę dat eſſe & eſt principium operationis; ideo angeli denominantur ab eo quod eſt in eis loco formę tanq̄ a digniori. verbi gratia in homine eſt, quædā participatio intellectus, & quia non habet plenum actum intellectus, vt ſine inquiſitione, & imaginatione intelligere poſſit, ideo in ordine intellectualium non ponitur. Similiter etiam, q̄uis ſenſum habeat ſecundum completiſſimā operationem reſpectu omnium animalium, quia tamen ſentire non eſt ſecundum vltimam perfectionem eius, non ponitur in ordine ſenſitiuorum: ſed in ordine rationalium, quia ratio nis actum plene habet, & eſt actus eius inquantum eſt homo. Secūdum hoc ergo dico, quòd donum ſuperiorum eſt in inferioribus, ſecundum quandam participationem, non ſecundum completum actum: & ideo ab eo non poſſunt denominari: econtrario vero dona inferiorum, ſunt in ſuperioribus eminentius, ſed in illis actibus, non eſt ultimum complementum eorum: vnde ab his nō denominātur ſicut proprio nomine. & inde eſt, ꝙ dicuntur ſibi in denominationibus cædere, vt. ſ. ſuperior ordo ab excellentiori actu, proprium nomen ſortiatur.

† Sap. 11.

† Aug. lib. 4. de Gen. ad literam c. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principatus cōiter ſumptus, ad cuiuſlibet prælationis officium intelligitur nomine hierarchiæ: ſed principatus ſpecialiter ſumptus ad regimen determinatę prouinciæ, eſt nomen vnius ſpecialis ordinis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ nomen angeli deſignat manifeſtationem, cū angelus nuncius dicatur. eſſe. n. manifeſtatiuum ſimpl'r conuenit omnibus ordinibus, inquantum. ſ. ſm̄ deſcenſum ordinum, lumen intellectuale eſt in eis minus ſimplex, & magis proportionatum intellectui ſequentium: & ideo dicit Dion. in 10. c. cel'. hierar. ꝙ ſemper inferior angelus manifeſtat ſuperiorem omnibus ſub ſe ordinatis: & ideo eſſe manifeſtatiuū omnium ſuperiorum reſpectu noſtri eſt vltimi ordinis: propter quod vltimum ordinem, angelorum nomine ſignificamus: alijs ordinibus nominatis ab his, quæ deſignant excellentiorem modum, nunciandi vel manifeſtandi, & per hunc modum angelus eſt nomen naturæ, quia conditionem naturę exprimit. Sed ſi nunciare ſumatur ſecundum exterius miniſterium, quod exercent, ſic angelus eſt nomen officij non naturæ, vt dicit Grego.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ nomen virtutum, ſecundum quod nominat ſpecialem ordinem, ſumitur a ſpeciali dono vel actu, A quod eſt exequi & perficere, quicquid eſt arduum, & difficillimum in miniſterijs diuinis: ſed ſecūdum qd̄ conuenit omnibus cæleſtibus ſpiritibus ſumitur a virtute ſequente naturam.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ angelorum nomina quædam ſunt cōia omnibus ordinibus, quædam autem propria determinatorum ordinum, communium autem quædam ſumunt̄ ab eſſētia vel aliqua conditione naturali, vt ꝙ dicuntur cæleſtes eſſentię & angeli, & ſpiritus, & diuinæ mentes, & diuini intellectus, & cæleſtes animi, quædam vero a virtute, vt ꝙ dn̄r cęleſtes virtutes, quędā vero ab opatione, ut ꝙ dicuntur angeli: ſed nominibus ſpecialium ordinum, ſumuntur a donis ſupadditis, & officijs conſequentibus dona: & ideo nomina ſpecialium ordinum magis poſſunt æquiuocari, cum nominibus generalibus, quæ ſumūtur a virtute, & ab operatione, quę eſſētiæ ſuperadduntur, q̄ cum illis quæ ſumuntur a natura, quæ nō ſuperadditur, ſed ſubſternitur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſeraphim nō dn̄r incēdentes, quaſi habitū charitatis influant: ſed quia illuminant de his, quæ ad amorem charitatis pertinent.

† Hom. 34. ſuper 15. c. Lucæ.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ nomina ſuperiorum ordinum, non ſumuntur ſimpl'r ab actibus fruitionis, ſed ab excellentia eorum, quæ tantum in ſuperioribus inueniuntur, q̄uāmuis fruitio cōis ſit omnibus. non. n. dicuntur amātes ſed ardentes, in quo conſummatio charitatis exprimitur. Similiter cherubim, non dicuntur ſimpliciter videntes vel ſcientes, ſed pleni ſcientia. vnde per iſtum modum ſcientiam habere non eſt commune omnibus: quāmuis ſcientia vel viſio omnibus ſit communis, & propter hoc non poſſunt omnes dici cherubim, vt dicit Diony. in 12. ca. cel'. hierar.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ nomina iſta deſinentia in, in, vt cherubin ſeraphin, ſunt neutri generis pluralis numeri, & ponuntur pro toto collegio vnius ordinis. Deſinētia autem in, im, ſunt maſcu. generis, & pluralis numeri, & ponuntur pro pluribus perſonis vnius ordinis: ſed cherub & ſeraph ſunt maſculini generis & ſingularis numeri, & ſignificant vnam perſonam illius ordinis.

perſtiterunt, Alij enim vt ſupra diximus, ſuperiores, alij inferiores conditi ſunt, ſuperiores qui magis natura ſubtiles, & ſapientia amplius perſpicaces. Inferiores, qui natura minus ſubtiles, & intelligentia minus perſpicaces facti ſunt. Has autem inuiſibiles differentias B inuiſibilium illæ ſolus ponderare potuit qui omnia in numero & menſura, & pondere diſpoſuit. i. in ſeipſo, qui eſt menſura, omni rei modum præfigens, & numerus, omni rei ſpeciem præbens, & pōdus, omnem rem ad ſtabilitatem trahens, ideſt terminans & formans & ordinans omnia.

*Vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint æquales.*

C PRæterea conſiderari oportet, vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint æquales. Ita eſſe quibuſdam placuit: ſed non eſt hoc probabile, nec aſſertione dignum. Quia Lucifer, qui fuit de collegio ſuperiorum, ipſis etiam dignior extitit, qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, quòd ſi perſtitiſſet, ī ordine ſuperiori fuiſſet, & alijs eiuſdem ordinis dignior extitiſſet. Sicut enim vn⁹ eſt ordo apoſtolorum, & alter martyrum, & tamen in apoſtolis alij ſunt aliis digniores, ſimiliter & in martyribus, alij alijs ſunt ſuperiores, ita & in ordinibus angelorum recte creditur eſſe.

*Quomodo dicat ſcriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non ſint niſi nouem ordines angelorum.*

NOtandum etiam, quòd decimus ordo legitur de hominibus reſtaurandus; ſed cum non ſint niſi nouē ordines, nec plures fuiſſent, etiam ſi illi perſtitiſſent, qui ceciderunt, mouentur lectores, quomodo ſcriptura dicat, decimū ordinem compleri ex hominibus. Grego nāque dicit homines aſſumendos in ordine angelorū, quorum alij aſſumuntur in ordine ſuperio-

D

### ARTICVLVS V.

E e *Vtrum omnes angeli vnius ordinis, ſint æquales.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ omnes angeli vnius ordinis ſint æquales. Maior. n. eſt conuenientia eorū, qui ſunt vnius ordinis quàm eorum, qui ſunt vnius hierarchiæ, ſed Diony. frequenter vocat æquipotentes eos, qui ſunt vnius hierarchię. ergo videtur multo fortius, ꝙ illi, qui ſunt vnius ordinis, ſint ęquales.

¶ 2 Præt. Quæcūq; ſe habent ſicut ſuperius, & inferius ſunt in diuerſo gradu vel ordine ordinati: ſed quicūque in angelis ſunt ęquales, ſe habent ſicut ſuperius & inferius. ergo videtur quòd ſint diuerſorum ordinum. ergo ſi aliqui ſint vnius ordinis, videtur quòd ſint æquales.

¶ 3 Præt. Dignitas angelorum eſt ſm̄ dona percepta; ſed illi q̄ ſunt vnius ordinis perficiuntur vno dono, vt habetur ex diffinitione ordinis in litera poſita. ergo videtur, ꝙ ſint æquales.

¶ 4 Prę.

¶ 4 Præt. Quanto aliquid immediatius coniungitur alteri, F tanto minus diſtat ab illo: ſicut tria minus diſtant a duobus q̃ decem: ſed ſi angeli, qui ſunt vnius ordinis eſſent inęquales, inferior angelus vnius ordinis, immediate ſe haberet ad primum angelum inferioris ordinis, q̃ ad ſuperiorem ſui ordinis. ergo angeli diuerſorum ordinum magis conuenirent, q̃ angeli eiuſdem ordinis, qđ videtur abſurdum. ergo omnes angeli vnius ordinis, ſunt ſibi immediati, ita ꝙ ſe mutuo non excedunt.

Sed contra. Vbicũq; eſt primum medium & vltimũ, ibi eſt inæqualitas: ſed in angelis vnius ordinis eſt inuenire primos medios & vltimos, ſecundũ Dionyſium in 10 c. cæl. hierar. ergo angeli vnius ordinis, non ſunt ęquales.

¶ Præt. In angelis eſt ſumma pulchritudo poſt Deum: ſed ĩ diuerſorum graduũ conſonantia ordinata, conſiſtit ratio pulchritudinis. ergo videtur, quòd in angelis, etiam vnius ordinis, eſt huiuſmodi gradum inuenire.

rum, qui ſcilicet magis ardent charitate: alij in ordine inferiorum, qui. ſ. minus perfecti ſunt. Ex quo apparet non eſſe, de hominibus formandum decimum ordinem, tanquàm nouem ſint angelorũ, & decimus hominum: ſed homines ꝓ qualitate meritorum ſtatuẽdos in G ordinibus angelorum. Quòd ergo legitur decimus ordo cõplendus de hominibus, ex tali ſenſu dictum fore accipi poteſt, quia de hominibus reſtaurabitur, quod ĩ angelis lapſum eſt, de quibus tot corruerunt, vt poſſet fieri decimus ordo. Propter quod Apoſtolus dicit, omnia reſtaurari in Chriſto quæ in cælis, & quæ in terris ſunt, quia per Chriſtum redemptum eſt humanum genus, de quo fit reparatio ruinæ angelicæ, tamen non minus ſaluaretur homo, ſi angelus non cecidiſſet.

*Quòd homines aſſumuntur iuxta numerum ſtantium non lapſorum.*

NOn enim iuxta numerum eorum, qui ceciderũt, ſed eorum qui permanſerunt homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Grego. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus conſtat, ad quam credimus tantos humani generis aſcendere, quantos illic contingit angelos remanſiſſe, ſicut ſcriptum eſt in cãtico Deuteronomij. Statuit terminos populorum, iuxta numerum angelorum Dei.

H Respondeo. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, angeli ſecundum diuerſitatem naturalium, diuerſimode etiam in gratuitis perfecti ſunt, ſecundum quę dona in ordinibus diſtinguuntur. cum autem ſupradictum ſit, ꝙ in vna ſpecie non ſint plures angeli, & ſpecies in angelis non poſſint differre, niſi ſecundum ꝙ magis & minus habent de potentialitate & actu, oportet quòd vnius angeli, ſemper natura ſit ſublimior quàm alterius: ideo non eſt accipere duos angelos æquales in tota cæleſti hierarchia.

¶ Ad primvm. ergo dicendum, ꝙ angeli vnius hierarchiæ, dicuntur æquipotentes non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſ. quantum ad modum accipiendi illuminationes diuinas, qui eſt proprius illi hierarchiæ, & ſimiliter angeli vnius ordinis ſunt ęquipotentes, ſecundum conuenientiam in actu illius ordinis, & non ſimpliciter.

I ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non quælibet diſtinctio gradus, facit diſtantiam ordinum, vt ſupra dictum eſt: ſed illa quæ eſt ſecundum diuerſos actus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis omnium ſit vnum donum, non tamen æqualiter omnes illud participant: ſed ſecundum magis & minus.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut in naturalibus diuerſa quantitas, & diuerſa intenſio qualitatis, non facit diuerſitatẽ in ſpecie, ſed eſt diſpoſitio ad diuerſam ſpeciem, inquãtum vnaquęq; ſpecies, requirit determinatam quantitatem dimenſionis, vt dr̃ in 2. de anima. & ſilr̃ ad ſpẽm ignis requiritur determinata intenſio caloris. vnde poſſibile eſt, vt aliqua minus diſtent, in quãtitate, vel intenſione qualitatis, quę magis diſtant ſecundũ ſpeciem: ita etiam eſt in ordinibus angelorum. ſi conſideretur diſtantia, ſm rationem quantitatis tñ, non eſt inconueniens, ꝙ infimus angelus alicuius ordinis, plus diſtet a ſupremo ſui ordinis, quàm a ſupremo ſui inferioris ordinis, a quo tñ differentia K formali, & ſm ſpeciem magis diſtat, inquantum attingit rationem ſuperioris ordinis, quam alius non conſequitur, ſicut ſi diceretur, ꝙ frigidiſſimus vir, minus diſtat a calidiſſima muliere, quàm a calidiſſimo viro, cum quo tñ magis conuenit ratione ſexus. & hoc vniuerſaliter inuenitur verum in omni re, quæ compatitur aliquam latitudinem diuerſorum graduum.

## Articvlvs VI.

### f Vtrum omnes hierarchiæ ſint connexæ.

AD sextvm ſic proceditur. Videtur quòd non omnes hierarchiæ ſint connexę. Quorũcũq;. n. ratio cõſiſtit in diſtinctione, eorum non eſt aliqua connexio, quia connexio diſtinctioni opponitur: ſed ratio hierarchiæ conſiſtit in diſtinctione ſuperioris & inferioris. ergo earum non eſt connexio.

F ¶ 2. Præt. Quæ differunt in eo, quod eſt maxime cõe, non habent vlterius, in quo connectuntur: ſicut quæ ſpecie differunt, genere conueniunt, & quæ differunt generibus generaliſſimis, non vniuocantur in aliquo: ſed hierarchia, eſt quid communiſſimum compræhendens ſub ſe ordines & perſonas. ergo diuerſæ hierarchiæ in nullo connectuntur.

¶ 3 Præt. In angelis non eſt inuenire, niſi naturalia & gratuita: ſed in naturalibus non connectũtur, cum ſint diuerſarum ſpecierum, nec iterum in gratuitis, cum diuerſis muneribus gratiæ, diuerſi ordines perficiãtur. ergo videtur, ꝙ ea q̃ non coniũguntur in aliquo vno termino cõi, non videntur cõnexionem habere, ſicut diſcreta: ſed hierarchiæ, & ordines non vniuntur in aliquo vno termino cõmuni, cum non ſit vnus ordo diuerſarũ hierarchiarum, nec vnus angelus diuerſorum ordinum. ergo videtur, quòd non ſit aliqua eorum connexio.

H Sed contra. Eſt quod Diony. dicit in c. 10. cæl. hier. aſſignans connexionem ordinum & hierarchiarum.

¶ Præter. Dicit Cõmen. in 11. Meta. ꝙ ordo ſubſtantiarum ſeparatarum ſub Deo & adinuicem, eſt ſicut plurium artium ſub vna arte cõi. vnde ſciẽtiam Dei aſſimilat Metaphyſicę, ſub qua ſunt omnes ſcientiæ, & ſicut plura officia ordinantur ſub principe ciuitatis: ſed in omnibus his, eſt aliqua connexio, ſecundũ ꝙ adinuicem dependent. ergo videtur, quòd hierarchiarum cæleſtium, & ordinum ſit connexio.

Respondeo. Dicendum, quòd ordines angelicæ hierarchię, omnes ſunt connexi adinuicem, & etiam ordinibus noſtræ hierarchiæ, vt Dion. tradit. Hęc autem connexio intelligenda eſt ad modum ordinis vniuerſi, cuius partes adinuicem ordinatæ ſunt, inquantum vna alteram iuuat ad conſecutionẽ ſui finis, & etiam ad vltimũ bonũ, quod eſt finis totius vniuerſi: ita etiam & connexio hierarchiarum eſt, & ſm relationem in I vnum finem vltimum, ſm ꝙ omnis hierarchiæ finis eſt vnitas, & ſimilitudo ad Deum, & ſm ea quæ ſunt de eſſentia ipſius hierarchię. ſ. ſm ordinem, ſcientiam, & actionem: ſm ordinem quidem, inquãtum in omnibus inuenitur diſtinctio, per primum, medium, & vltimum. ſicut. n. angelica hierarchia, media eſt inter Deum & nos: ita etiam eſt accipere in ipſa hierarchia primam hierarchiam, & mediam, & vltimam, & in vnaquaq; primum ordinem, mediũ, & vltimũ, in quorum vnoquoq; eſt accipere primos angelos, medios, & vltimos, & hoc a primo vſq; ad vltimum: ſecundum ſcientiam vero, inquantum irradiatio diuini luminis extenditur, a primis vſq; ad vltimos, vt dicitur Iob. 25. Nunquid eſt numerus militum eius, & ſuper quem nõ ſurgit lumen eius? quod tñ non vniformiter ab omnibus recipitur; ſed a ſuperioribus in maiori ſimplicitate, & ab inferioribus in minori: ſecundum actionem autem, quia primi habent actionem hierarchicam in medios, & medij in vltimos, & medij manifeſtant primos, & vltimi medios eo modo, qui ſupra K expoſitus eſt, & ſic ſecundum quatuor, quæ in diffinitione hierarchiæ ponuntur, quadruplex eius connexio aſſignatur.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ diſtinctio quę eſt de ratione hierarchiæ, eſt ordinatorum adinuicẽ, & ad aliquod vnũ, & talis diſtinctio connexionem non excludit, ſed ponit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ plurium hierarchiarum, eſt vnus finis cõis, & vna cõis perfectio & ratio: & ideo quæ differunt in hierarchia, connectuntur in fine vltimo, & in cõi ratione hierarchiæ, & in lumine perficiẽte hierarchiam: ſed ordines vnius hierarchiæ, præter hoc connectuntur in his, quæ ſunt propria illius hierarchiæ, & qui ſunt vnius ordinis, in proprijs illius ordinis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ angeli perficiuntur duplici d lumine, lumine, ſ. naturali, prout ſunt intelľs quidam, & lumine gratuito perficiente ad actus hierarchicos, & vtrũq; lumen eſt vnũ in omnibus, ex parte principij a quo eſt, & finis ad quem ordinatur: D. 145.

f Loco præallegato.



natur: ſed vtrũque diſtinguitur, & appropriatur diuerſis, ſecundum diuerſam capacitatem recipientium: tñ diſtinctio ordinata eſt: & ipſe ordo connexionem ponit: & ideo talis diſtinctio connexionem non excludit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ inuenitur in hierarchijs, & in ordinibus, quidam cõmunis finis, non ꝙ vnum ſit in diuerſis: ſed inquantum inueniuntur in vno diuerſorum proprietates, ſm conuenientiam, & ſm ordinem ſapientiæ diuinæ, q̃ finem primorum, cõiungit principijs ſecundorum, vt dicit Dion. in 7. c. de diui. nomi. Circa finẽ. Et hoc patet diſcurrenti per ſingulas hierarchias. Primus. n. ordo primæ hierarchiæ, quodam modo ſecũdum maximum exceſſum accedit ad diuinas proprietates. vnde nominatur ſeraphin, ex proprietate ignis, qui maxime ſignificat diuinas proprietates, vt dicit Dion. in fine cæl. hierar. vltimus vero ordo illius hierarchiæ, habet quãdam conglutinationẽ, cũ ordinibus ſecundæ hierarchiæ: vnde & nõ denominatur tm̃ ab actu, qui eſt circa Deum: ſed ab actu qui eſt, & in inferiora: & ideo dicuntur throni, inquantum Deus in eis ſedet; vt omnia iudicãs: ſilr̃ etiam in ſecunda hierarchia primus ordo. ſ. dominationum habet aliquid ſilẽ, cum hierarchia prima. ſ. præeſſe & non exeq, ita etiam primus ordo tertię hierarchiæ, ſ. principatus habet aliquid ſimile, cum ordinibus ſecundæ hierarchiæ: vnde & nomen eius, prælationem importat. Similiter etiam & ſummus ordo, noſtræ hierarchiæ habet aliquid ſimile, cũ vltimo ordine cæľ. hierar. & ideo ſacerdos vocatur angelus. Malach. 11. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam &c. quia angelus dñi exer. &c. C. 15. & 7.

*Quòd quidam putant, ſecundum numerum lapſorum angelorum, homines reparandos.*

AQuibuſdam tamen putãtur, ꝙ homines reparentur iuxta numerum angelorum, qui ceciderũt, vt illa cæleſtis ciuitas, nec ſuorũ ciuiũ numero priuetur, nec maiori copia regnet. Quòd Auguſt. in Enche, ſentire videtur hoc aſſerens de hominibus plus ſaluari, quàm corruit de angelis, ſed non minus, ita dicens. Superna hieruſalem mater noſtra, ciuitas Dei, nulla ciuium ſuorũ numeroſitate frau- B dabitur, aut vberiore etiam copia fortaſſe regnabit. Neque. n. numerum aut ſanctorum hominum, aut immundorum dæmonum nouimus, in quorum locum ſuccedentes filij catholicæ matris, quæ ſterilis appare-

A dens principia materialia & formalia. ſic ergo quodammodo a principio creationis, fuit diſtinctio ordinum: non tamen ſecundum vltimum complementum.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ etiam in natura angelica eſt, quędam deiformitas, ſm qđ prima & nobilior eſt, inter naturas creatas, & magis accedens ad ſimilitudinem diuinã, ſm proprietates naturales: ſed completa deiformitas eſt, per dona gratuita.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in angelis ante infuſionem gratię erat etiam dilectio, & cognitio naturalis, a cuius ardore, & plenitudine poſſent dici. Cherubim & Seraphim, q̃uis nõ ſecundum cõpletam rationem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ homines noſtræ hierarchiæ, oẽs ſunt vnius ſpeciei, & naturæ formaliter: vnde tota diuerſitas indiuiduorum in eadẽ ſpecie, cauſatur ex principijs materialibus: & ideo ſecũdum naturam, non eſt diſtinctio ordinis in nobis: ſed ſecundum poteſtatem gratis conceſſam, nec oportet, ꝙ in omnibus noſtra hierarchia, cum cęleſti conueniat, & ſi eam ſecundum modum ſuum imitetur.

C ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſi angeli haberent naturalia tantum, adhuc lumen vnius excederet lumen alterius. & ita poſſet eſſe aliqua illuminatio & perfectio, ſed non complete.

## Articvlvs VII.

### g Vtrum diſtinctio ordinum ſit a natura.

AD septimvm ſic proceditur. Videtur ꝙ diſtinctio ordinum non ſit a natura, ita ꝙ a creatione inceperit. Cõformitas. n. mentis ad Deum eſt per gratiam: ſed hierarchia eſt D deiforme, inquantum poſſibile eſt, ſimilans. ergo videtur, ꝙ ordines hierarchiæ non diſtinguantur, niſi per gratiam.

Cap. 7. cel. hier. ¶ 2 Præt. Secundum Dionyſium, Per nomina ordinum oſtẽduntur proprietates eorum: ſed quædam nomina ordinum exprimunt gratiam, præcipue nomen ſeraphim, quod imponitur ab ardore charitatis. ergo videtur, quòd diſtinctio ordinum ſit per gratiam.

¶ 3 Præt. Noſtra hierarchia exemplata eſt a cæleſti: ſed in noſtra hierarchia, non eſt diſtinctio ordinum per naturam: ſed ſolum per gratiam ſacramentalem, quæ cõfertur in ſacramento ordinis. ergo videtur, quòd nec in cæleſti ſit diſtinctio ordinum per naturam.

¶ 4 Præt. Ad diſtinctionem ordinum requiritur gradus, ſm actiones hierarchicas, vt vnus alium purget, illuminet, & perficiat: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi per diuinum lumen in eis receptum. ergo videtur, quòd ante collationem gratiæ, nulla fuerit E ordinum diſtinctio per naturam.

Sed contra. eſt quod dicitur in diffinitione ordinis, in litera poſita, ꝙ ordo eſt multitudo cæleſtium ſpirituum, qui conueniunt in naturalibus datis, & in muneribus gratiæ. ergo videtur, ꝙ etiam per naturam ſit diſtinctio ordinum.

¶ Pręt. Vbicunq; eſt diuerſitas gradus, ſecundum ſuperius & inferius, ibi eſt diuerſus ordo: ſed a principio creationis ante infuſionem gratiæ, ſi in gratia creati non ſunt, fuit in eis gradus ſuperior & inferior, ſm qđ quidam erãt ſubtilioris eſſentię, & perſpicacioris intelligentiæ, vt ſupra dictum eſt. ergo videtur, ꝙ a principio creationis fuerint in eis ordines diſtincti.

Respondeo. Dicendum, ꝙ donum gratiæ eſt perfectiuum naturę: & ideo diſtinctio ordinum eſt per diuerſum donum gratuitum, ſicut per principium formale, & per diuerſum donum naturale, ſicut per principium quaſi materiale & diſpoſitum, vnde diffinitio ordinis, vtrũq; complectitur, compræhen-

## Articvlvs VIII.

### h Vtrum homines aſſumantur ad ordines angelorum.

AD octavvm ſic proceditur. Videtur ꝙ hoĩes nunq̃ ad ordines angelorum aſſumantur: quia ſecundum Dion. 4. ca. cæleſt. hierar. diſtinguuntur quatuor gradus rerum, ſ. intellectualium: in quo compræhenduntur angeli, rationalium, in quo ſunt homines: ſenſibilium, in quo ſunt bruta animalia, & exiſtentium, in quo ſunt res inſenſibiles: ſed ſenſitiua nũquàm poſſunt pertingere ad gradum rationalium, ergo rationalia nũquàm poſſunt pertingere ad gradum intellectualium: & ita homines non aſſumuntur ad ordines angelorum.

¶ 2 Præt. Plus diſtat natura hominis a natura angelorum, & pręcipue ſuperiorum, quàm natura vnius angeli a natura alterius: ſed angelus inferioris naturæ, non fuit capax illius doni, per quod ſuperiores ordinantur in ſuo ordine, nec breuiter angelus vnius ordinis, poteſt pertingere ad ſuperiorem ordinem. ergo videtur, ꝙ nec homines ad ordines angelorum aſſumanť.

¶ 3 Præt. Quantũcũq; intellectus perficiatur lumine gratiæ vel gloriæ, ſemper oportet, ꝙ intelligat ſub lumine naturali, quia gratia non tollit naturam ſed perficit: ſed lumen naturale in nobis eſt obumbratum, reſpectu luminis naturalis angeli. ergo homo ſemper magis obſcure videbit quàm angelus: ſed tota ſubſtantia gloriæ eſt in viſione, ergo videtur, quòd homo nunquàm pertingat ad gloriam angelorum.

¶ 4 Præt. Quæcunq; differunt in hierarchia, differunt etiã in ordine: ſed angeli & homines differunt in hierarchia. ergo videtur, ꝙ etiam in ordine, & ita homines non aſſumantur ad ordines angelorum.

¶ 5 Pręt. Quicunq; eſt in ordine aliquo, habet actum illius ordinis: ſed actus alicuius ordinis, eſt cuſtodire homines, & mitti in miniſterium, quod nõ conuenit animabus ſanctis, ergo videtur, ꝙ homines ad ordines angelorum non aſſumantur.

Sed contra. eſt quod dñs dixit Matth. 22. ꝙ Erunt ſicut angeli Dei in cęlo. Diony. etiam dicit in cap. 1. de diui. no. quòd homines angelorum gloriam ſortiuntur. Greg. etiam dicit in homelia de centum ouibus, ꝙ homines ſecundum diuerſitatem meritorum, ad diuerſos ordines transferentur. Super Luc. hom. 34.

Respondeo. Dicendum, ꝙ circa hoc eſt triplex poſitio. Quidã. n. Com. Græcus epiſcopus Euſtrathius nomine, dicit in cõmento ſuper 6. Ethi. Ariſt. ꝙ nullus tantum animę ſuæ profectum ſperare poteſt, vt ad operationem intellectuum ſeparatorum c. 2.

paratorum pertingat, & ſecundum hoc hominum, qui in gloria aſſumuntur, eſſe vnus ordo decimus, inferior nouem ordinibus angelorum. Sed hæc poſitio eſt contraria dictis ſanctorum, & videtur ſapere hæreſim: cum etiã beata virgo ſuper choros angelorum exaltata ſit; niſi forte dictum Commen. intelligatur, quantum ad naturalem operationem, inquantum. ſ. ex naturalibus pertingere poteſt. Alia poſitio eſt, quòd hominum quidam aſſumuntur ad ordines angelorum. Alij vero faciunt vnum ordinem decimum, & ſic impletur ſimilitudo de 10. dragma p[ræ]dica, quę ponit Lucæ 15. Sed hoc diuerſimode aſſignatur: quidam enim dicunt, quòd ſolum virgines ad ordines aſſumuntur, eo quòd cognata eſt angelis virginitas, vt dicit

bat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, ſine vllo temporis termino permanebunt, ſed illorum ciuium numerus, ſiue qui eſt, ſiue qui fuit, ſiue qui futurus eſt, in contemplatione eius artificis eſt, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. Ecce aperte dicit, non minus de hominibus ſaluari, quàm corruit de angelis: ſed plus non aſſerit.

Hiero. alij vero electi decimum ordinem conſtituunt: ſed hoc nõ eſt verũ, cum multi non virgines, vt Petrus & Magdalena: multis etiam virginibus eminentiores ſint. vnde alij dicunt, quòd perfecti aſſumũtur ad ordines angelorum: ſed illi qui ſunt imperfectorum meritorum, decimum ordinem conſumabunt, ſed cum ex hominibus & angelis, futura ſit vna eccleſia, & vna hierarchia, non eſt probabile, quòd numerus ordinum, qui cęleſti hierarchię competit per tria terna diſtinctus, vt ipſe numerus ordinum exprimat trinitatis increatę veſtigium, per homines augeatur. vnde tertia poſitio plus mihi placet, quæ etiam dictis ſanctorum magis conſonat, ſ. ꝙ omnes electi aſſumantur ad ordines angelorum, quidam ad ſuperiores, quidam ad inferiores, quidam ad medios pro diuerſitate ſuorum meritorum: ſed beata virgo Maria ſuper omnes. Sed vtrum aſſumantur tot de hominibus, quot ceciderunt angeli, vel quot perſtiterunt, vel quot fuerunt, vtrique vel plures vel pauciores: ille ſcit, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum, in ſuperna fœlicitate locandus.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd plus diſtat ratio a ſenſu, quàm intellectus a ratione: quia ſenſus & ratio, non communicant in vno obiecto, cum ſenſus appræhendat intentiones rerum, cum conditionibus materiæ: ratio autem & intellectus intentiones, a conditionibus materię ſeparatas: vnde in obiecto conueniunt. differunt autem in modo, quia in cognitionem veritatis, ratio inquirendo peruenit, quàm intellectus ſimplici intuitu videt: vnde ratio ad intellectum terminatur, vnde etiam in demonſtrationibus, certitudo eſt per reſolutionem ad prima principia, quorum eſt intellectus: & ideo non eſt inconueniens, ſi homines in ſui vltimo gradu, ad gradum intellectualium pertingunt.

D. 156. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd meritum hominis eſt efficacius, quàm meritum [d] angeli: tum propter difficultatem, quæ eſt occaſio maioris conatus: tum etiam propter continuum augmentum gratiæ, quod poteſt eſſe in homine, vt de virtute in virtutem proficiat, cum homo ſit diutius viator, quàm angelus fuerit: tum etiam inquantum merita noſtra, efficaciam habent ex merito Chriſti, cuius gratia eſt quodammodo infinita. Nuſquàm enim angelos appræhendit: ſed ſemen habraæ. Hebre. 2. Et ideo magis poſſunt homines virtute meriti, transferri in gradum altioris naturæ, quàm etiam angeli.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in homine, naturalis actio nunquàm poteſt attingere ad æqualitatem angelorum, ſed lumen glorię ſuperabundans omnem vmbram euacuabit, non quidem tollendo naturam, ſed perficiendo lumen intellectuale, quod ſecundum naturam in nobis defectiue percipiatur.

De cel. hie. cap. 1. & de eccle. hier. 1. & 4. c. ¶ Ad quartum dicendum, quòd ſecundum Dionyſium, ſicut ſe habet noſtra hierarchia, vel eccleſia ad cæleſtem; ita hierarchia veteris legis ad noſtram: vnde ſicut vetus hierarchia erat via in noſtram, & ſignificabat eam, & propter hoc veniente noua vetus aſſumpta eſt in illam & ad ordines eius: ita etiam noſtra hierarchia eſt via in cęleſtem, & ſignum eius. vnde in patria non erit alia hierarchia hominum & angelorum: ſed vnã & eadem, & homines in ordines angelorum diſtribuentur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd actus angelorum in nos, conſequitur ordines angelorum magis quantum ad gradum

F naturæ, quia angelica natura medium eſt inter Deum & nos, quàm ſecundum eſſentiales proprietates ordinis. Ideo ſicut animæ damnatorum non dantur nobis in exercitium, ita nec animæ ſanctorum in cuſtodiam, quia hoc non competit eis, ſecundum gradum naturæ ſuæ. Vnde Diony. &c. Sciendum quòd magiſter in verbis ſequentibus, partim accipit ſententiam Dionyſij, ſcilicet quantum ad numerum ordinum, partim ſententiam Gregorij, quantum ad eorum diſpoſitionem, quia ſecundum Dionyſium principatus, ſunt de inferioribus, & virtutes de medijs, ſecundum Gregorium e conuerſo: ſed ordo Dionyſij, eſt ſecundũ quòd ipſe prius enumerauit, incipiens ab inferioribus. ibi {Angelos archangelos &c.

## DISTINCTIO X.

A

*An omnes ſpiritus cæleſtes mittantur, & ponit duas opiniones, & authoritates quibus innituntur.*

G Hoc etiam inueſtigandum eſt, vtrum omnes illi cęleſtes ſpiritus ad exteriora nuntianda mittantur. Quidam putant, aliquos in illa multitudine eſſe, qui foras pro officio exeũt, alios qui ſemper intus aſsiſtunt, ſicut

## DISTINCTIO X.

DIVISIO TEXTVS.

H Poſita diſtinctione ordinum, Magiſter hic determinat quoſdam actus, qui ordines diſtinctos conſequuntur. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de quibuſdam actibus, qui conſequuntur omnes ordines, ſcilicet aſſiſtere & miniſtrare. In ſecunda determinat de actu cuſtodię, qui ſpecialiter vni ordini cõpetit. diſtinctione 11. {Illud quoq; ſciendũ &c.} Prima in tres ſecundum tres opiniones, quæ in litera ponunt. Secunda incipit, ibi {Quibus obiicitur &c.} Tertia vero ibi {Alij vero dicunt &c.}

¶ Circa ſecundum tria facit. Primo ponit ea, quæ ſunt ad confirmationem ſecundæ poſitionis contra primam. Secundo, excludit quandam quæſtionem. ibi {Hic oritur quæſtio &c.} Tertio, reſpondet ad probationes primæ opinionis. ibi {Qui autem omnes &c.} Quæſtio autem, quam remouet ſumitur ex nomine angeli. vnde primo remouet eam. ſecundo exponit I quędam nomina angelorum, oſtendens in quibus conueniant, ibi {Et putant illi Michael &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quatuor quæruntur.

Primo. Vtrum angeli aſſiſtant.
Secundo. Vtrum omnes miniſtrent.
Tertio. Si non, qui aſſiſtunt, & qui miniſtrent.
Quarto. Vtrum illi, qui miniſtrant, per miniſterium a contemplatione retardentur.

ARTICVLVS PRIMVS.

K *a Vtrum omnes angeli aſſiſtant.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ omnes angeli aſſiſtant. Aſſiſtere. n. dicuntur regi, qui eius vultum pręſentialiter intuentur: ſed Matth. 18. dicitur de angelis ad cuſtodiam deputatis, ꝙ Semper vidẽt faciem patris, qui tamen ſunt inferioris ordinis. ergo videtur, quòd omnes Deo aſſiſtant.

¶ 2 Præter. Secundum Gregorium, illi dicuntur aſſiſtere, qui intima contemplatione perfruuntur: ſed omnes angeli intime contemplantur, cum eos a contemplationis acumine, nec pondus corporis, neque culpa retardat, ergo videtur, quòd omnes aſſiſtant.

¶ 3 Præt. Cuicũq; conuenit illud, quod maius eſt, videtur etiam quod minus eſt ſibi conuenire, ſi vtrũq; ſit dignitatis: ſed inter omnes actus patriæ fruitio eſt nobiliſſima. ergo cum omnes fruantur, videtur multo fortius, ꝙ omnes aſſiſtant.

¶ 4 Præt. A conſpectu Dei, multo amplius diſtant mali angeli quàm boni: ſed mali angeli etiam dicuntur Deo aſſiſtere, A vt habetur Iob primo. quòd cum venirent filij Dei, vt ſiſterent coram domino affuit inter eos etiam Sathan. ergo videtur, quòd omnes angeli aſſiſtant.

†Dañ. 7. ca. Dio. c. 7. de cæleſt. hier. Sed contra Dañ. 7. dicitur Milia milium miniſtrabant ei. vbi dicit Gregorius, quòd alij sũt qui aſſiſtunt, alij qui miniſtrant. ergo nõ omnes aſſiſtunt.

¶ Præt. Illi dicuntur regibus aſſiſtere, qui in eorum palatijs habitant: ſed ſecundum Dion. eſſe inueſtigabilis diuinitatis eſt proprium primę hierarchiæ. ergo videtur, quòd illi tantum aſſiſtant.

† Eſa. c. 6. †Heb. 11. c. † Ioã. 1. exi a patri. Respondeo. Dicendum, quòd aſſiſtere dicitur in angelis ad ſimilitudinem eorum, qui regibus aſſiſtunt. aſſiſtere autem regi dicuntur, qui circa eũ ſunt. Vnde cum proprium primæ hierarchiæ aſſignet Dionyſius circa Deum eſſe, eis tantum conuenit aſſiſtere. dicuntur autẽ circa Deum eſſe, inquantum immediate illuminationes percipere poſſunt in ipſa ſimplicitate diuini luminis, & hoc propter perſpicacitatem ſuæ intelligentiæ. Quanto enim aliquis intellectus eſt perſpicacior, tanto ex principio vniuerſali cognito, in plures cõcluſiones, & in plura ſcibilia poteſt deuenire, & illi qui minus ſunt perſpicacis intellectus, non poſſunt quęſtionum veritates videre, niſi in principijs contractis, & appropriatis ad materiam illam. Et ideo illi ſupremi intellectus primę hierarchiæ, in ipſo primo illuminationum principio, omnis illuminationis rationes percipiunt, & propter hoc circa Deum eſſe dicuntur, & ei aſſiſtere; inferiores vero cognitionem accipiunt ex ipſo lumine iam diuiſo, & multiplicato in D ipſis ſupremis angelis reſpectu diuinæ ſimplicitatis, & propter hoc, non dicuntur circa Deum eſſe, & ſibi aſſiſtere.

¶ Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ quãuis omnes immediate eſſentiam diuinam contemplentur; non tamen in ipſa omnes inſpicere poſſunt hoc, quod ad eorum ordinem, ideſt hierarchiam pertinet: & ideo non aſſiſtunt proprie loquendo omnes.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ intime contemplari poteſt dici aliquis tripliciter. vel ſm ꝙ eius conſideratio non diſtrahitur ad exteriora ſenſibilia, & ſic omnes angeli boni & mali intime contemplantur, quia ſcientiam a ſenſu non accipiunt: aut per hoc, ꝙ non indigent exteriori ſimilitudine, in qua Deum contemplantur, quę. ſ. ſit extra eſſentiam eius, ſed eum in eſſentia ſua vident, & ſic intime contemplantur omnes beati, non autem in ſtatu creationis, nec iterum mali angeli. aut per hoc, ꝙ E non tantum eſſentiam Dei vident: ſed ipſam penetrantes, in ipſa inſpiciunt eius effectus, qui in ipſa per ſimilitudinem relucent, & ſic intime cõtemplari eſt proprie aſſiſtere, & hoc ſolum angelis primæ hierarchiæ conuenit, ſecundum alios vero modos, dicitur ſecundum quid aſſiſtere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ fruitio eſt nobiliſsimus actus patriæ, qui quàmuis omnibus cõis ſit: non tñ æqualiter omnibus contingit; ſed ſunt diuerſi gradus fruitionis, & altiſſima fruitio eſt in aſsiſtendo. Vnde non ſequit, ꝙ omnes fruentes aſsiſtant.

D. 247. ¶ Ad quartum dicendum, quòd dæmones dicuntur inter [d] aſſiſtentes, inquantum cum eis conueniunt in primo modo intimæ contemplationis.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum omnes angeli mittantur in miniſterium.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd omnes angeli in miniſterium mittantur. Nulli enim dubium eſt, quin diuinę perſonę excedant omnes angelos in infinitum: ſed diuinæ perſonæ mittuntur, vt filius & ſpiritusſanctus, vt in 1. lib. dictum eſt. ergo multo fortius omnes angeli.

Diſ. 15. q. 1 art. 1. ad 4. ¶ 2 Præterea. Inter omnes ordines, primus ordo eſt ſeraphim: ſed ſeraphim leguntur miſsi. Iſaiæ. 6. Volauit ad me vnus de ſeraphin. ergo videtur, ꝙ multo fortius alij mittantur.

¶ 3 Præter. Apoſtolus ad Hebræos, intẽdit probare per miniſterium angelorum, Chriſtum angelis maiorem eſſe, per hoc quòd ipſe, non ſicut miniſter: ſed ſicut verus hęres in domo Dei patris eſt. Vnde dicit ad Hebræ. 1. quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi: ſed Chriſtus ſimpliciter omnibus angelis maior eſt. ergo videtur, quòd ſecundum intentionem Apoſtoli, omnes angeli in miniſterium mittantur.

† Pſal. 103. ¶ 4 Pręt. Omnes cæleſtes ſpiritus angeli dicuntur: ſed angelus idem eſt, quòd nuntius. ergo videtur, ꝙ omnes ad exteriora nuntianda mittantur.

¶ 5 Præterea. Quòd angeli miniſtrent nobis, hoc eſt propter eximiam charitatem eorum in nos; ſed quãto ſuperiores ſunt, tanto maiori charitate feruent. ergo videtur, quòd eis conueniat magis nobis miniſtrare.

scriptum eſt in Dañ. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſsiſtebant ei. Item Dionyſius in hierarchia, quæ ſacer principatus dicitur, de prælatione ſpirituum ait. Superiora illa agmina, ab intimis nunquàm recedunt, quoniam ea quæ præeminent, vſum exterioris officij, nunquàm habent. His authoritatibus innituntur, qui angelos mitti, niſi inferiores inficiantur. Quibus obiicitur quod Iſaias ait. Volauit ad me vnus de Seraphin, qui ordo ſuperior eſt, & excellentior. Ideoque ſi de illo ordine mittuntur, non eſt ambigendum, quinetiam & de alijs mittantur. Apoſtolus quoque ait. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi. His teſtimonijs aſſerunt quidam, omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri, ſi etiam ſuperiores mittantur, cum & ille qui creator eſt omnium, ad hæc inferiora deſcenderit.

*Quód ſi omnes mittantur, cur unus tantum ordo nomine angelorum cenſetur.*

B Hic oritur quæſtio: ſi oẽs mittũtur, & nuntij Dei exiſtũt, quare vnus tantum inter nouem ordines angelorum nomine cenſetur? Ad quod quidam dicunt, omnes quidem mitti: ſed alios ſæpius, & quaſi ex officio iniuncto, qui proprie angeli vel archangeli nominantur. Alios vero rarius mitti, ſcilicet maiores, cauſa extra communem diſpenſationem oborta, qui cum angelorum miniſterium ſuſcipiunt, & nomen C aſſumunt. Vnde in Pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, quia illi qui natura ſpiritus ſunt, aliquando angeli, i. nuntij fiunt.

Cæl. hier. ca. 3. Sed contra ſecundum Diony. hæc eſt lex diuinitatis inuiolabiliter ſtabilita, quòd a primis, vltima per media perficiantur; ſed inter nos & primos angelos ſunt medij inferiores. ergo primorum actio, immediate non peruenit ad nos, ſed eſt per medios ſecundos.

¶ Præterea. Inter agens, & recipiens dicitur eſſe proportio: ſed recipere diuinas illuminationes proportionatas nobis, & per conuenientiam noſtræ hierarchiæ, conuenit inferioribus angelis. ergo videtur, quòd tantum immediate ipſi ad nos mittantur.

Homil. 34. de cẽtũ oui. D. 151. Respondeo. Dicendum, quòd Gregor. iſtam quæſtionem mouet: ſed in neutram partem aſſertiue determinat. Quidam vero dicunt, aliquos [d] angelos ex officio ad miniſterium deputari, vt inferiores, ſed aliqua cauſa extra communem diſpenſationem exorta, etiam ſuperiores in miniſterium mittuntur. Sed iſtud non videtur neceſſarium, quia ad quantumcunque maxima nuntianda, vel exequenda inferiores ordines ſufficiunt. Et præterea, quàmuis huiuſmodi magna fiant præter communem curſum naturæ, non tamen fiunt præter ordinem gratiæ, ſecundum quem ordinem diſtinctio attenditur. Et ideo ſecundum Diony. dicendum, quòd ſuperiores angeli, nunquàm immediate, circa nos miniſterium habent, & huius ratio ex tribus poteſt aſſumi. Primo, ex diſpoſitione diuinę ſapientiæ, cuius ordinatione vel lege ſancitum eſt, vt a ſuperioribus in vltima per medias actiones perueniant, vt ſic ſit ordinata connexio in omnibus partibus vniuerſi, & nulli ſua nobilitas ſubtrahatur, quæ eſt in hoc, vt inferiorum quodammodo cauſa exiſtat, quantum ad aliquid. Secundo ex parte illuminationum. Sicut enim in actionibus corporalibus, requiritur proportio inter agens & recipiens, quod præcipue in ſenſibus patet, qui ab excellenti ſenſibili corrumpuntur: ita etiam eſt in intellectualibus. Vnde intellectus hæbes, ad ſubtiliſsimas veritates non pertingit. Cum ergo lumen intellectuale in ſupremis

mis angelis ſit ſimpliciſſimum, & vniuerſaliſſimum, non eſt proportionatum intellectui noſtro, qui eſt in vltimo gradu intellectualium ſubſtantiarum; niſi prius contrahatur, & de-
D. 133. terminetur in [d] ipſis inferioribus, qui ſunt minoris ſimplicitatis. Tertio, ex parte ipſarum actionum quas circa nos exercét: cum enim actiones miniſterij ſint particulares, & circa particularia, oportet quòd earum conſecutio ſit per formas maxime contractas, & particulares in ſuperioribus. hæ autem ſunt formæ, quæ ſunt in angelis inferiorum ordinum: & ideo executio diuinorū myſteriorum, pertinet ad inferiores angelos, & hæc eſt cauſa, quare Philoſophi poſuerunt duplices motores orbium, ſcilicet quoſdam coniunctos, quos vocabant orbium animas, quorum conceptiones ſunt determinatæ & particularizatæ, & hos etiam
Trac. 9. ſuæ mer. c. 2. circa finē. Auicen. dicit angelos miniſtrantes. Alios vero ſeparatos, quos intelligentias dicunt, in quibus ſunt formæ ſimplices & vniuerſales, & hos dicit angelos eſſe aſſiſtentes. Vnde patet, quòd hæc poſitio rationabilior eſt, tum quia
Cel. hier. ca. 11. 12. & 13. Diony. hoc tradit, qui diſcipulus Pauli fuit, & dicitur eius viſiones ſcripſiſſe. Vnde eum frequenter in authorem inducit, & præcipue in diuiſione hierarchiarum, & *ſicut in 13. cap. cæleſt. hierar. innuit*, hæc poſitio vulgata erat tempore primitiuæ eccleſiæ, tum etiā quia dictis philoſophorum magis conſonat, vt ab eis, ea quæ contra fidem non ſunt, accipiamus, alijs reſecatis.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd miſſio equiuoce conuenit diuinis perſonis, & ipſis angelis. diuinæ enim perſonæ non mittuntur mutando locum: ſed per nouum effectum gratiæ gratum facientis in ſanctis animabus: ſed angeli mittuntur mutando locum, & operando in nos, non ſicut agens primum: ſed ſicut agentia ſecunda determinata, & proportionata reſpectu propriorum receptiuorum: & ideo ratio procedit ex æquiuoco.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illam obiectionem ſoluit Diony. in 13. cap. celeſt. hierar. dupliciter. Primo vt dicatur, quòd ille, qui miſſus eſt ad purgandum labia Iſaiæ, fuit de inferiori ordine, & dictus eſt de ſeraphim equiuoce, quia per ignem purgare venerat. Secundo vt dicatur, vere cum fuiſſe de ordine ſeraphim. Non tamen ille angelus, qui viſionem reuelabat, erat de ſuperiori ordine ſed de inferiori: ſed cum virtus hierarchica, quæ eſt in inferioribus angelis ſit primo a
D. 132. Deo, & conſequenter a ſuperioribus angelis in [d] inferiores deſcendens, angelus viſionem formans reduxit prophetam, in cognitionem non ſolum virtutis immediate agentis: ſed etiam virtutis diuinæ. Vnde oſtendit dominum ſuper ſolium ſedentem, & per conſequens virtutem ſupremorum in angelis. Vnde oſtendit ſeraphim, circa thronum ſtantia, & oſtendit virtutem purgatiuam ab eis, per inferiores angelos, vſque in homines deuenire, per hoc, quòd ſeraphin videbatur ad eum volans peruenire, & ponit exemplum de ſacerdote, qui abſoluit ex poteſtate a Pontifice deſcendente, ac ſi diceret, Pontifex te abſoluit, qui mihi tradidit poteſtatem abſoluendi te: ita & angelus oſtendit ſeraphin purgantem: quia ipſe in virtute eius purgabat. Et per hoc etiam patet reſpon-
F ſio ad tertium, quòd omnes dicuntur miniſtrare, inquantum inferiores virtute ſuperiorum, miniſterium exequuntur. Vel poteſt dici, quòd Apoſtolus intendit probare præeminentiam nouæ legis ad veterem, propter eminentiam Chriſti, qui nouam legem dedit ad angelos, per quos vetus lex tradita eſt. Heb. 1. Vnde loquitur quantum ad angelos, vltimi ordinis, per quos lex tradita eſt, vt ſic lex noua, cui⁹ Chriſtus eſt author, legi veteri preponatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnes cæleſtes ſpiritus ſecundum Diony. dicuntur angeli, non quia ad aliquid nobis nūtiandum mittantur, quia diuinum lumen quod caligini, & tenebris propter ſui ſimplicitatem, & immenſitatem fulgoris cōparatur, ſecundum quòd eſt in ſuo fonte, in ipſis recipitur cum minori ſimplicitate. Et ideo magis eſt proportionatum intelligibilibus ſequentium, & propter hoc dicuntur nunciare vel manifeſtare lumen diuinum, & ſic vnuſquiſque angelus inferior, ſui ſuperioris manifeſtatiuus eſt, ſicut nubes nuntiāt lumen ſolis, quod in ſuo fonte inſpici nō poteſt. Si autem dicantur angeli, propter nuntiationem exteriorem, vt Gregor. dicere videtur, tunc etiam angelis ſuperioribus conuenit, inquantum de rebus *nuntiandis inferiores illuminant.*

Cel. hier. c. 13. Et de diui. no. c. 4. — † Dam. c. 3. Dio. c. 7. & 13. c. de cæl. hierar. — Super. 11. Lucę hom. 34.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſuperiores angeli propter
I charitatem, quam in nos habent, inferiores mouent, & dirigunt ad operandum noſtram ſalutem: nec aliquid perfectæ charitati detrahitur, ſi miniſterium immediate non exequunt.

*Putant quidam Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem de ſuperiori ordine fuiſſe, & ſunt hæc nomina ſpirituum, non ordinum.*

Et putant quidam, Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem de ſuperiori ordine fuiſſe. Michael interpratatur, quis vt Deus.
G Gabriel fortitudo Dei. Raphael medicina Dei. Nec ſunt iſta nomina ordinum; ſed ſpirituum, & dicunt quidam ſingulum horum, vnius proprie ac ſingulariter ſpiritus eſſe nomen. Alij vero non vnius ſingulariter, & determinate: ſed nunc huius, nunc illius eſſe nomen ſecundum qualitatem eorum, ad quæ nuntianda, vel gerenda mittuntur. Sicut & dæmonum quædam nomina ſunt, quæ quidam putant vnius eſſe propria, alij vero pluribus communia. Diabolus quippe qui græce ita vocatur, & criminator interpratatur, vel deorſum fluens, hebraice dicitur ſathan, ideſt aduerſarius; dicitur & belial, ideſt apoſtata, & abſque iugo: dicitur etiam leuiathan, ideſt additamentum eorum, & alia plura reperies nomina, quæ vel vnius ſpiritus ſunt propria, vel pluribus communia.

*Quo modo determinent præmiſſas authoritates, quæ videntur aduerſari, qui dicunt omnes angelos mitti.*

Qvi autem omnes angelos mitti aſſerūt, p̄miſſas authoritates Danielis, ſcilicet & Dionyſij, ita determinant. Dicuntur ſuperiora agmina Deo aſsiſtere, &
H ab intimis nunquàm recedere, non quin aliquando mittantur: ſed quia rariſsime ad exteriora prodeunt: neque tunc ab intimis recedunt: ſed Dei præſentiæ, & contemplationi ſemper aſsiſtunt. Quod etiam faciunt, qui frequenter mittuntur.

## Articvlvs III.

*c Vtrum omnes angeli ſecundæ hierarchiæ mittantur.*

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd omnes angeli ſecundæ hierarchiæ mittantur. Omnes enim angeli, vel aſſiſtunt, vel miniſtrant: ſed aſſiſtere eſt proprium primæ hierarchiæ, cuius eſt circa Deum eſſe ſecundum Dionyſium. ergo omnes alij in miniſterium mittuntur. De celeſt. hier. ca. 7.

¶ 2 Præterea. Secundum Gregorium, plures ſunt qui mittuntur, quàm qui aſſiſtunt: ſed ſi angeli ſecundæ hie-
K rarchiæ non mittantur, plures aſſiſterent, quia ſex ordines, tribus tantum miniſtrantibus. ergo illi de media hierarchia mittuntur. Grego. 17. libr. moral. ca. 7. ſuper 25. Iob.

¶ 3 Præterea. Cum nullus angelus alteri ſit equalis, quilibet angelus præter primum, & vltimum eſt medius inter aliquos duos. ſi ergo de ratione mediæ hierarchiæ eſſet, quòd in miniſterium non mitteretur, pari ratione, nullus angelus mitteretur in miniſterium, niſi vltimus tantum, quod diſſonat, & a veteribus ſcripturis, & a dictis ſanctorum. ergo videtur, quòd illi de media hierarchia mittantur.

¶ 4 Præterea. Omnis poteſtas eſt ordinata ad executionem operis: ſed nomina ordinum ſecundæ hierarchiæ imponuntur a gradu poteſtatis. ergo videtur, quòd eorum ſit mitti ad exequendum miniſterium.

Sed



Sed contra. Ordines vnius hierarchiæ, videntur eſ-
A ſe æquipotentes in modo accipiendi diuinas illuminationes: ſed dominationibus, quæ ſunt in media hierarchia non conuenit in miniſterium mitti, quia miniſtrare eſt contra rationem domini. ergo videtur, ꝙ nec alij ordines mediæ hierarchiæ mittantur.

¶ Præt. Lex diuinitatis eſt, vt ſuperiores reducāt vltimos per media: ſed inter mediam hierarchiā angelorum, & noſtrā, eſt vltima hierarchia angelica. ergo videtur, ꝙ illuminationes non immediate perueniant ad nos a media hierarchia: & ita angeli illius hierarchiæ nō mittuntur.

Respondeo, Dicendum, ꝙ quidam dicunt angelos primæ hierarchiæ, nullo modo mitti: ſed aſſiſtere: angelos vero tertię hierarchiæ mitti ad nos: ſed angelos medię hierarchiæ mitti ad illos de tertia. Et hęc opinio tangitur in litera: ſed nō videtur conueniēs, Tum quia ſ̄m hoc non eſſet differētia inter primam, & mediam hierarchiam. non n. poteſt intelligi miſſio angeli ad angelum, niſi per hoc, ꝙ vnus alium illuminat. ſicut autem ſecunda illuminat tertiam: ita prima ſecundam, Tum etiam quia dictis ſanctorum non conſonat, qui aſſignant ordinibus ſecundæ hierar-
C chiæ actus, qui in executione exterioris miniſterij complentur, vt miracula facere, dæmones arcere, & huiuſmodi. Et ideo ſequendo rationes nominum, in ſacra ſcriptura nobis traditorum, ex quibus ſecundum doctrinam Dion. ordinum proprietates, & officia colligere oportet, dicimus ꝙ medię hierarchiæ, duo vltimi ordines, ſ. virtutes & poteſtates in exterius miniſterium mittuntur. dominationibus autem mitti in miniſterium nō competit, ſed dirigere omnes inferiores in ſuis miniſterijs. hoc n. pertinet ad dignitatem domini, vt ad nutum eius dirigantur actiones ſubditorum, & ipſe actionibus eorum non admiſceatur. Vn̄ a Greg. principibus, & poteſtatibus præeſſe dicitur. Et a Dionyſio maior omni ſubiectione deſcribitur dominationum ordo: & ita relinquitur, ꝙ ordo virtutum ſit ſupremus omnium ordinum, qui mittuntur, quaſi pertingens ad vltimum in diuinis miniſterijs, quod nomini competit, quia virtus dicitur vltimum in re de potencia, vt ponitur in primo Cæli & mundi.

De cæl. hie. c. 7. vſq; ad 9. cap. — Greg. ſuper 15. Lucæ, homil. 34. — Dio. de cæl. hier. cap. 8.

D ¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ nullus ordo mediæ hierarchiæ eſt, proprie loquendo, de diſpoſitione aſſiſtentium: ſed pertinet ad diſpoſitionem miniſtrantium. ſicut autem in artificialibus inuenitur aliquis artifex, qui tantum manu operatur, exequens præceptum alterius, & nulli imperans: ſicut ille qui præparat materiam. alius vero qui præcipit præparanti materiam, & ipſe operatur ad inducendam formam. Alius vero qui nihil operatur, ſed præcipit habens rationes operis ſumptas ex fine, cuius eſt coniectator, & talis dicitur architector, quaſi princeps artificum, vel vſualis inquantum vtitur miniſterio ſubdi-
Tex. 25. torum ad ſuum finem, vt ex 2. Phyſi. habetur: ita etiam in miniſterijs diuinis, dominationes ſunt quaſi artifices dirigentes, & imperantes. Alij vero ſicut exequentes, ſecundum gradum
E & modum ſuum: nihilominus omnes miniſtri dicuntur, ſicut & iſti omnes artifices.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſecundum hanc poſitionem verificatur dictum Grego. quia plures erunt ordines miniſtrantium, quia ſex, quàm aſſiſtētiū, qui ſunt tres, vt ex dictis patet. Greg. 17. li. mor. c. 7. ſuper 25. Iob.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ medium inquantum huiuſmodi non eſt immediate operatiuum, quia actio eſt ſecundum contactum, vel ſ̄m ſitum in corporalibus, vel ſ̄m ordinem in ſpiritualibus: ſed ſi aliquid ſit medium quantum ad aliquid, & quantū ad aliud vltimum, poteſt immediate agere. hoc autem cōtingit. q̄n plures ſ̄m gradum potentię differentes, ſuper idem operationem habent. erit n. aliqua actio, quam circa illud poteſt efficere ſuperior, quam non poteſt inferior facere, & quantum ad illam actionem illud ſupremum eſt vltimum. Alia vero actio eſt, quam poterit inferior facere, & in illa eſt ſupremum operās & non vltimum: ſed medium inter primum dirigens, & vltimū operans. vnde hanc actionem non faciet medium, niſi mediante vltimo, quod patet in exemplo prius inducto. artifex n. qui inducit formam, in hac operatione eſt vltimus, quia nullus in-
A fra eum hoc poteſt, vt verbi gratia, compaginare tabulas ad formam nauis complendam. Et ideo hoc immediate facit: ſed præparationem materiæ per dolationem tabularum, facit mediante inferiori artifice, inquantum dat ſibi regulas, quales debeant eſſe tabulę aptæ ad compaginationem nauis: ita eſt etiam in ordinibus angelorum. Poteſtates n. habent actum circa ea, quę pertinent ad tranquillitatē totius vniuerſi, inquantum habent potentiam nō limitatam; & talis ordo poteſtatum ꝑ ſe facit. Alia vero ſunt, quæ pertinent ad ſtatum vnius prouinciæ vel regni, & hoc non faciunt poteſtates, niſi mediantibus principatibus, qui hæc per ſe exequuntur. Quædam vero ſunt pertinentia ad aliquem, vel ad aliquas ſpecialiter, & hæc etiam principatus non exequuntur, niſi mediantibus angelis, ī quibus etiam quæ maiora ſunt, fiunt immediate per ſuperiores, & quæ minora ſunt, immediate ab inferioribus.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ex hoc, ꝙ ordines ſecundæ hierarchię nominantur a potentia, ſignificatur ꝙ ad miniſtratiuam diſpoſitionem pertinent: ſed non oportet, quòd omnes immediate miniſterium exequantur.

¶ Ad alia etiam duo, patet reſponſio per ea quę dicta ſunt.

*Quos alij dicant mitti, & quos dicant non mitti, cum determinatione authoritatum, quæ videntur ſibi aduerſari.*

Alij vero dicunt tres ordines ſupremos, ſcilicet ſeraphin, cheru-
B bin, & thronos, ita creatori Deo aſsiſtere, quòd ad exteriora non exeunt. Inferiores autem tres, ad exteriora mitti. Tres vero medios inter vtroſq; conſiſtere, nō modo dignitate vel loco: ſed etiam officio, quia præceptum diuinum a ſuperioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoque cum ſupremi medijs, & medij imis atque hi hominibus præceptum Dei nuntient, merito omnes Angelos nominari dicunt. Et ob id forte Apoſtolus dicit, omnes ſpirit⁹ adminiſtratores eſſe filij, & mitti in miniſteriū. Vel per oēs non ſingulos ordines, ſed de inferioribus ordinibus † Heb. 1. ca.

## Articvlvs IIII.

*d Vtrum angeli impediantur a contemplatione per executionem miniſterij.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd angeli per executionem miniſterij a contemplatione retardentur, quia vt habetur Thobiæ 12. Angelus in miniſterio exiſtēs, dixit, Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me miſit: ſed non reuertitur niſi per contemplationē. ergo videtur quòd per miniſterium a contemplatione Dei abſceſſerit.

¶ 2 Præt. Vna potentia finita, non poteſt ſimūl in plures operationes: ſed potentia angeli finita eſt. ergo videtur, quòd non poteſt ſimul contemplari & miniſtrare.

¶ 3 Præter. Intellectus creatus non poteſt ſimul plura intelligere: ſed quando miniſtrant angeli, intellectu conſiderant ea quæ agunt. ergo videtur, quòd tunc diuina contemplari non poſſunt.

¶ 4 Preter. Locus contemplationis eſt cælum empyreum: ſed cum ſunt hic ſecundum Dam̄. non ſunt in celo. ergo videtur, quòd exequendo circa nos miniſterium, a contemplatione retardentur. De orth. fid. li. 2 c. 3.

Sed contra, eſt quod dicit Grego. quòd ſic ad exteriora prodeunt, quòd ab intimis nunquam recedunt. ergo videtur, quòd ſemper contemplentur vel aſſiſtant, ſi ſunt idem miniſtrantes & aſſiſtentes. Greg. hom. 34. ſup 15. Lucæ.

¶ Precerea. Beatitudo angelorum non minuitur ex eorum miniſterio: ſed eorum beatitudo tota eſt in contemplatione diuinitatis. ergo in nullo per miniſterium, eorum contemplatio retardatur.

Respondeo. Dicendum, quòd angeli beati nullam operationem habent, quæ non ſit eſſentialis beatitudini, vel in qua per contemplationem beatam non dirigantur. Et ideo contemplatio eorum ſe habet ad eorum miniſteria quæ exequuntur, ſicut in artifice conſideratio regularum artis, ad executionem operis, eo quòd ipſe Deus eſt finis omnium operum hierarchicorum, & a fine ſumitur ratio cuiuſlibet operis: & ita ſe habet finis ad operabilia: ſicut principium ad ſpeculabilia, vt in ſecundo Phyſic. dicitur. Tex. 91. Et ideo ſicut artifex ſimul conſiderat rationem artis, & exequitur opus: ita & angelus ſimul contemplatur Deum, & miniſtrat nobis.

¶ Ad primvm. ergo Dicendum, quòd angelus dicitur diſcedere a Deo, non per intermiſſionem contemplationis, aut per locum, quia intra Deum currunt, quocunque mittantur, vt dicit Ven. Beda, eo quòd Deus

vbique eſt: ſed per hoc, ꝙ ab inuiſibilitate recedens, viſibilis apparet: ſicut filius exiuit a patre, & venit in mundum, viſibilis hominibus factus. Ioã. 16. & ſic dicuntur reuerti ad Deum, quã depoſita viſibili ſpecie, ad priſtinam inuiſibilitatem reuertunt.

† Eſa. ca. 6. Dio. de cæl. hier. c. 13.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd contemplatio angelorum magis ſe habet per modum receptiōis, q̄ actionis: & ideo ſicut luna, ſimul recipit lumen a ſole, & illuminat inferiora corpora: ita etiam angelus ſimul illuminatur in diuina contemplatione, & illuminat inferiorem, vel miniſtrat circa nos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ cognoſcuntur diuerſis rationibus, intellectus non poteſt ſimul conſiderare: quia nō poteſt cōſignari diuerſis ſimilitudinibus ſimul: ſicut nec corpus diuerſis figuris: ſed ea quę cognoſcuntur vna ratione, vel quorum vnum eſt ratio alterius, nihil prohibet ſimul intelligi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cælum empyreum non eſt locus, contemplationis ſecundum neceſſitatem, ſed ſecundum congruentiam, ſicut & eccleſia domus orationis dicitur: & ideo ratio non ſequitur.

G

ſingulos angelos cōplexus eſt. Illud vero quod Iſaias dicit, per verba Dionyſij, determinant, dicentis, hi ſpiritus, qui mittuntur percipiunt horum vocabulum quorum gerunt officium. Vnde dicunt illum angelum, qui miſſus eſt ad Iſaiam vt mundaret, & incenderet labia prophetæ, fuiſſe de ordine inferiorum, ſed ideo dictus eſt fore de Seraphin, quia veniebat incendere & conſumere delicta Iſaiæ.

## EXPOSITIO TEXTVS.

Dion. cæl. hier. c. 7. Greg. hom. 31. ſup 15. Lucæ.

ITEM Diony. &c.} Verba, quæ ſequuntur ſunt Gregorij inducentis authoritatem Diony. non quantum ad verba: ſed quantum ad ſenſum. Et putant illi Michaelis &c.} Hoc expreſſe contradicit ſcripturæ, quia Michael Danielis. 10. ponitur in ordine principum. Gabriel autem dicitur de ordine archangelorum. Raphael autem poſſet poni in ordine angelorum, ſecundum ea, quę circa ſingulares perſonas exercuit.

## DISTINCTIO XI.

### DIVISIO PRIMAE PARTIS TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de quibuſdam actibus, qui conſequuntur omnes ordines: ſ. aſſiſtere & miniſtrare: hic determinat de quodam actu, ad quem vnus ordo ſpecialiter deputatur, ſcilicet cuſtodire homines. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de angelis, quantum ad officium cuſtodiæ. In ſecunda quantum ad profectum, prædictum officium conſequentem. ibi { Præterea. Illud conſiderari oportet &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo circa determinata, mouet quæſtionem. ibi {Solet etiam quæri &c.} Vbi tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo excludit alteram partem. ibi {Sed cum electi tot ſint &c.} Tertio excludit reliquam, & exponit eam. ibi {Ideo dici oportet &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Circa cuſtodiam angelorum, quæruntur hic quinque.

Primo. Vtrum angeli hominibus ad cuſtodiam deputentur.
Secundo. Cuius ordinis ſit cuſtodire.
Tertio. Quorum hominum ſit cuſtodiri.
Quarto. Vtrum cuſtodes angeli, ſemper cuſtodiant homines, quibus deputantur, vel quandoque eos derelinquant.
Quinto. Cum de ſalute hominum gaudeant angeli, Vtrum econtrario, de perditione eorum triſtentur.



F

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum angeli cuſtodiant homines.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli homines non cuſtodiant. Deus enim eſt cuſtos hominum. vt dicitur Iob 6. ſed perfectior eſt cuſtos, qui per ſeipſum ſufficit ad cuſtodiam, q̄ qui cuſtodit mediantibus alijs: cum ergo omne quod eſt perfectiſſimum, Deo ſit attribuendum, videtur, ꝙ ipſe nos per angelos non cuſtodiat.

Iob. ca. 7.

¶ 2 Præt. Cuſtodia & conſeruatio hominum eſt per gratiam; ſed gratiam Deus immediate infundit animę, & nō per angelos. ergo videtur, quòd eis non competat cuſtodire nos.

## DISTINCTIO XI.

A

*Quòd quæque anima habet angelum bonum ad ſui cuſtodiam delegatum, & malum ad exercitium.*

ILlud quoq; ſciendum eſt, quòd angeli boni deputati ſunt *a* ad cuſtodiam hominum: ita vt quiſque electorum habeat angelum ad ſui profectum, atque cuſtodiã ſpecialiter delegatũ. Vnde in euangelio veritas, a puſillorũ ſcãdalo prohibēs ait.

¶ 3 Preterea. Vnus effectus cuſtodię angelorum ponitur, quòd deferant orationes noſtras ad Deum: ſed hoc videtur omnino ſuperfluum, cum Deus omnia cognoſcat. ergo videtur vanum ponere angelos hominum cuſtodes.

H

¶ 4 Præt. Cuſtos ponitur alicui, aut propter imbecillitatem, vt ſcilicet, iuuetur & defendatur, aut propter ignorantiam, vt, inſtruatur: ſicut mulieribus & pueris doctores, & pedagogi dantur: ſed homo per ſe poteſt cognoſcere ea, quæ ſunt facienda vel vitanda per legem naturalem cordi impreſſam, & poteſt etiam exequi propter arbitrij libertatem. ergo videtur, quòd cuſtodia angelorum non egeat.

¶ 5 Preter. Cuſtodis officium eſt retrahere cuſtoditum ab his, quę ſibi ſunt nociua: ſed angeli non retrahunt homines a peccatis, cum multos in peccata præcipitari videamus. ergo videtur quòd angeli hominum cuſtodes non ſint.

¶ 6 Præterea. Cuſtodis eſt inſtruere cuſtoditum ſecundum modum eius: ſed modus hominis eſt cognitionem a ſenſibilibus accipere. ergo videtur quòd viſibilibus apparitionibus nos deberent inſtruere, hoc autem non faciunt, niſi forte raro. ergo vr̃, ꝙ vel non cuſtodiunt, vel ſunt negligentes in cuſtodiendo.

I

SED CONTRA eſt, quod dicitur in pſalmo: Angelis ſuis Deus &c.

ps 90.

¶ Præt. Deus eſt pronior ad miſerendum q̄ ad puniendum: ſed Deus hominibus dedit dæmones ad exercitium, vt habetur ad Ephe. vltimo: Non eſt nobis colluctatio &c. Ergo videtur, ꝙ multo fortius dederit angelos ad cuſtodiendum.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſecundum Boetium in libro de conſolatione, Deus prouidentiam ſuam, quam de omnibus rebus habet, mediantibus quibuſdam cauſis exequitur, vt autem in primo dictum eſt, ꝙ ipſe omnium rerum prouidentiam habeat: ſpeciali tamen modo, ſubſtantiæ rationales, ſuæ prouidentiæ ſubduntur, inquantum altiori modo præ cæteris finem diuinæ bonitatis natæ ſunt conſequi, & per altius principium, quod eſt voluntas: quia ergo inter Deum & homines, media eſt natura angelica, & ſecundum legem ſapientiæ ſuę hoc eſt ordinatum, vt inferioribus per ſuperiora ꝓuideat: ideo ipſi angeli exequuntur diuinam prouidentiam circa ſalutem hominum, adiuuando ad tendendum in finem, & liberando ab his, quę proceſſum in finē impediunt, & hæc executio diuinę prouidentię ꝑ angelos de hoībus, vocatur cuſtodia angelorum.

4. de conſo. proſa 6.

K

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus eſt cuſtos primus & principalis, apud quem ſumma prouidentia reſidet, nec eſt propter ſuam inſufficientiam, ꝙ ſuam prouidentiam de hominibus exequitur per angelos: ſed propter ordinē ſuæ ſapientiæ. Tum, quia congruit angelis: vt. ſ. eis hæc dignitas nō negetur, ꝙ ſint duces hominum, reductionis in Deum, & in hoc Deũ quodammodo imitantur, inquantum cooperantur Deo in introductione hominum in finem. Tum, quia congruit hominibus, q ſunt in ſtatu imperfectionis, qđ pueritiæ Apl̃s comparat 1. Cor. 13. Vñ eis cuſtodes tanq̃ pueris aſſignantur, donec veniente quod perfectum eſt, euacuetur quod ex parte eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut in operationibus artificialibus, in quibus inſtrumenta quodammodo diſponunt ad formam, vt ignis mollificando ferrum, & martellus dilatando: ſed



ſed forma cultelli inducitur ab artifice, per ſimilitudinem artis quam habet: ita etiam [d] Deus, qui eſt primus cuſtos inducit vltimam perfectionem coniungentem fini, & per hoc conſeruantem, ſcilicet gratiam & gloriam. Sed angelorum eſt præparare homines, ad ſuſceptionem gratiæ per illuminationes, & alia huiuſmodi.

D. 608.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nō dicuntur Deo, orationes noſtras deferre: quaſi ipſum de hoc docentes: ſed quaſi ipſum orantes pro nobis: ſicut etiam ſacerdos offert Deo orationem populi, inquantum ſua interuentione, effectum orationibus ĩpetrat.

† Super 18. Matth. to. 9

¶ Ad quartum dicendum, quòd lumen naturalis cognitionis imperfectum eſt, & præcipue ad dirigendum in illa, quæ naturam excedunt: voluntas etiam eius poteſt ad malum inclinari multis occaſionibus: & ideo prouidet hominibus angelorum præſidium.

† Super 15. Lucæ hom. 34.

Angeli eorum ſemper vident faciem patris, angelos dicit eorum eſſe, quibus ad cuſtodiam deputati ſunt. Super quem locum Hieronymus tradit, vnãquãque animam ab exordio natiuitatis, habere angelũ ad ſui cuſtodiam deputatum, inquiēs ita. Magna dignitas animarum eſt, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Gregorius quoque dicit, quòd vnuſquiſque vnum bonum angelum ſibi ad cuſtodiam deputatum, & vnum malum ad exercitium

B

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſicut prouidentiæ diuinæ eſt, ſic impedire mala: vt tamen ſaluetur naturę conditio: ita etiam & angelorum cuſtodię: & ideo ad angelos non pertinet, quòd homines cuſtodiendo ad virtutem cogant: & a vitijs retrahant, quia ſic periret libertas arbitrij, & ratio meriti.

C

¶ Ad ſextum dicendum, quòd huiuſmodi apparitiones viſibiles angelorum, eo quòd ſunt ſupra curſum naturæ, ſtuporem quendam incutiunt, & quodammodo violenter incutiunt ad conſenſum, in quo perit aliquod bonum hominis quantum ad conditionem naturæ, quod eſt inquiſitio rationis. Vnde huiuſmodi apparitiones non omnibus fiunt, ſed aliquibus factę ſunt ad confirmationem fidei in multis: ſicut etiam miracula: nihilominus tamen per modum noſtrum inſtruunt nos, illuſtrando [d] phantaſmata & confortando lumen intellectus noſtri, & excitando ad aliquid rectius conſiderandum.

D. 190.

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum ad omnes ordines tertiæ hierarchiæ pertineat cuſtodire homines.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd cuſtodire pertineat ad omnes ordines tertiæ hierarchiæ, quia ſecundum Diony. tertiæ hierarchiæ proprium eſt lumen diuinum accipere, per conuenientiam noſtræ hierarchiæ, ideſt proportionatum ad immediate transferendum in nos: ſed ille angelus dicitur cuſtos hominis, qui immediate ipſum illuminat. ergo videtur, quòd cuſtodire ad omnes pertineat.

Dion. 9. ca. de cęl. hier.

¶ 2 Pręt. Angelus cuſtos defendit hominem ab impugnatione inuiſibilis hoſtis. Sed arcere ſm Grego. pertinet ad poteſtates. ergo vr̃, quòd illi ordini præcipue conueniat cuſtodire.

Greg. hom. 34. ſup 15. Lucæ.

¶ 3 Præter. Miſſio ordinatur ad cuſtodiam: ſed angeli quinque ordinum mittuntur ad explendum exterius miniſterium, vt dictum eſt. ergo omnibus conuenit cuſtodire.

¶ 4 Præter. In hominibus inueniuntur diuerſa officia: ſed ſecundum diuerſa officia diſtinguuntur ordines angelorum, quorum officiorum aliquæ ſimilitudines, inueniuntur in officijs humanis, vt dicit Grego. oſtendens qualiter homines, ad ordines angelorum aſſumantur. ergo videtur, quòd omnes ordines ad cuſtodiam deputentur.

Greg. hom. eadem 34.

SED CONTRA eſt, quod dicit Gregor. angelos eſſe, qui minima nunciant, ſed minima ſunt, quæ ad ſingulares perſonas pertinent, quia quanto bonum eſt communius: tanto eſt diuinius ſecundum Philoſophum in 1. Ethi. ergo videtur, quòd illi qui ſingulis hominibus præſunt, ſunt tantum de ordine angelorum.

Greg. eadē homil. 34. Ethi. 1. ca.

¶ Præter. Ber. dicit in lib. de conſideratione. Putamus angelos dici, qui ſingulis hominibus pręponuntur in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. ergo videtur idem quod prius.

Bernar. de conſideratione lib. 5.

RESPONDEO. Dicendũ, quòd illi angeli dicuntur hominum cuſtodes, qui immediate illos illuminant, & habent actus limitatos circa humana officia, & procurant, quæ ad ipſos



A

ſpecialiter pertinent. Et ex hoc quòd immediate illuminant, excluduntur a cuſtodia angeli aſſiſtentes. Ex hoc autem, quòd habent actus limitatos, ad dirigendum in humanis officijs. excluditur media hierarchia, quæ habet poteſtatem non limitatam ad humana officia. Per hoc autem, quòd per cuſtodiam ꝓcurant ea quæ pertinent ad aliquas determinatas perſonas, quod eſt vltimũ & minimum in actibus angelorum, deputatur cuſtodia vltimo ordini, qui eſt ordo angelorum.

habet. Cum enim omnes angeli boni noſtrum bonum velint, communiterque ſaluti omnium ſtudeant: illæ tamen qui deputatus eſt alicui ad cuſtodiam, eum ſpecialiter hortatur ad bonũ, ſicut legitur de angelo Thobiæ & de angelo Petri, in actibus apoſtolorum. Similiter & mali angeli cum deſiderent malum hominum, magis tamen hominem ad malum incitat, & ad nocendum fortius inſtat illæ, qui ad exercitium eius deputatus eſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tota tertia hierar. accipit illuminationes proportionatas ad actus, & officia humana: non tamen ad hanc, vel ad illam ꝑſonam: ſed hoc eſt angelorum. Et ita, eis conuenit cuſtodire ſingulos homines, alijs vero conuenit cuſtodire ſingulas prouincias vel regna.

† Thob. c. 5. Actuũ c. 12.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inferiores angeli participant virtutem ſuperiorum, inquantum ab eis illuminantur: ſicut ſecundum Diony. dicitur inferior angelus purgaſſe Iſaiam, per ignem virtute ſeraphim: & ita etiam inferiores angeli, virtute poteſtatum dæmones cohibent, & ſimiliter virtute aliorum ſuperiorum ordinum, poſſunt exequi aliqua, quæ ad eos pertinent circa determinatas perſonas.

Diony. 13. de cęl. hier.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes angeli cuſtodes mittuntur: non tamen omnes, qui mittuntur cuſtodiunt, ſed vltimi tantum cuſtodiunt, vt dictum eſt, quia ſuperiores exequuntur ea, quæ ad multos pertinent, & quanto ad plures, tanto eſt ordo ſuperior: & ideo virtutes ſunt ſupremi, inter exequentes miniſteria, quia eorum actus ſe extendunt, non tantum ad res humanas: ſed etiam ad res naturales, vt patet in operatione ſignorum. & poſt poteſtates, quorum actus non tantum ad homines: ſed etiam ad dæmones ſe extendit, & poſt [d] principatus, quorum operatio eſt circa totam multitudinem. Et vltimi angeli, qui operantur circa determinatas perſonas. Archangeli vero medij ſunt habentes aliquid commune cum vtriſque, vt prius dictum eſt.

D. 162.

D

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnia officia, humana pertinentia ad ſingulares perſonas, cum quibuſcũq; ordinibus ſimilitudinem habeant, diriguntur per vltimum ordinem, inquantum participant virtutes ſuperiorum, vt dictum eſt. Sed illa officia, quæ ad multitudinem pertinent, diriguntur per principatus vel archangelos: & ideo homo in pręlatione conſtitutus, illuminatur ab angelo inferioris ordinis de his, quæ ad ſtatum perſonę ſuæ pertinent. Sed ab angelo [d] principe de his, quæ ſpectant ad regimen multitudinis.

D. 163.

### ARTICVLVS III.

*c Vtrum omnibus hominibus deputentur angeli ad cuſtodiam.*

E

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ nō omnibus hominibus deputantur angeli ad cuſtodiam. Cuſtodia. n. angelorum valet hominibus ad euitandum pericula, & ad inſtruendam ignorantiam. Sed Adam in primo ſtatu, ab vtroque liber fuit. ergo angelum cuſtodem non habuit.

¶ 2 Præt. Gratia confirmata, in quibuſdam hominibus hoc efficit, vt mortaliter peccare non poſſint, vt patet in ſanctificatis in vtero: ſed contra impedimentum ſalutis, per peccatum principaliter ordinata eſt cuſtodia angelorum. ergo videtur, ꝙ tales ea non indigeant.

¶ 3 Præt. Ante natiuitatem ex vtero, ſacramenta ſalutis puero conferri non poſſunt: ſed hoc eſt, ꝙ angelus cuſtos in homine promouere intendit. ſ. ſalutem. ergo puerperio animato ante natiuitatem angelorum cuſtodia non debetur.

¶ 4 Pręter. Cuſtodia angelorum eſt per hoc, ꝙ homines illuminando inſtruunt: ſed pueri ante perfectam ętatem non ſunt capaces doctrinæ. ergo videtur quòd careant angelorum cuſtodia.

¶ 5 Præt. Secundæ Theſa. 1. dicitur, quòd omnis actus Antichriſti

chriſti, erit ſecundum operationem Sathanæ. Sed cuſtodia an- F gelorum ordinatur contra tẽtationes malignorum ſpirituum. ergo videtur, ꝙ fruſtra ab angelo cuſtodietur.

Sed contra. Videtur quòd etiam Chriſtus, angelum cuſtodem habuit. Primo per hoc quod dicit Dio. 4. c. cæleſt. hierar. ꝙ ſubdebatur paternis diſpoſitionibus mediãtibus angelis: ſed vt dictum eſt, per cuſtodiam, executio diuinæ diſpoſitionis, fit de hominibus per angelos. ergo videtur, quòd Chriſtus angelum cuſtodem habuit.

¶ Præt. Lucę. 22. dicitur, ꝙ Apparuit angelus domini confortans eum. ergo videtur, quòd cum confortare ſit vnus act⁹ cuſtodię, ꝙ angelum cuſtodem habuit.

*Vtrum ſingulis hominibus, ſinguli angeli an pluribus vnus deputatus ſit.*

SOlet autẽ quęri, vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus, an vnus pluribus ad cuſtodiam, vel ad exercitium deputatus ſit. Sed G cum electi tot ſint, quot & boni angeli ſunt, plures conſtat eſſe omnes ſimul bonos & malos homines quàm boni angeli ſint, & cum tot ſint electi, quot angeli boni, & angeli boni plures ſint, quàm mali pluresque ſint homines mali: quàm boni, non eſt ambiguum plures eſſe bonos homines quàm ſint mali angeli, & plures eſſe malos homines, quàm ſint mali angeli H vel boni angeli.

Diſtin. 34. Expoſitione tex. Respondeo. Dicendum, ꝙ ſicut in primo libro dictũ eſt, prouidentia proprie eſt ad conferendum ea, quæ promouent in finem, & remouendũ ea quę impediunt. Vltimum autem in his adiutorijs eſt, id quod coniungit fini, quod a ſolo Deo eſt: & ideo ea quæ ab angelis cuſtodibus, per diuinam prouidentiam circa ſingulares perſonas exequuntur, ſunt quędam præparationes iuuantes ad conſequendum finem vltimum, pręparans autem nõ habet operationem circa rem, niſi quæ eſt ordinata ad finem, ante finis conſecutionem: & ideo omnibus hominibus, ab infuſione animæ rationalis, per quam ad finem ſalutis ordinantur, cuſtodia debetur vſque ad mortem, quando terminatur via

D. 163. proficiendi in finem. nulli ergo carent [d] cuſtodia angelorum, niſi vel per hoc ꝙ fiunt impenitibiles, vt damnati, vel per hoc, ꝙ finem gloriæ conſequuntur, vt beati.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ quàmuis in Adam, nõ eſſet periculum ex aliqua corruptione carnis inſtigante ad malum: erat tamen periculum ex potentia peccandi, & ex dæmone I oppugnante, & ſimiliter erat debilioris cognitionis quàm angelus: & ideo indigebat præſidio cuſtodis angeli.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ etiam ſi confirmati peccare non poſſint: poſſunt tamen proficere, & eorum profectus poteſt impediri, & propter hoc indiget cuſtodia angelorum, ad promouendum in bonum, & remouendum impedimentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pueri in materno vtero, non recipiunt ſacramenta eccleſię, quia non ſubduntur actibus miniſtrorum: ſed operibus diuinis & angelorum ſubduntur: & ideo eis ab infuſione animæ [d] rationalis, cuſtos angelus aſſignatur,

D. 164. & 165. per quem prohibetur virtus dæmonis ab eius nocumento, & propter multa impedimenta, quibus poteſt eius complexio deteriorari, vt efficiatur pronior ad peccandum, vel etiam ipſa vita extingui, & in hoc etiam proſunt paruulis natis, quàmuis eos non illuminent.

¶ Vnde patet reſponſio ad quartum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ Antichriſtus etiam habebit angelum cuſtodem, quia lex communis, propter vnum mutari non debet, & in hoc eius pœna iuſtior apparebit, quia beneficia toti naturæ humanæ prouiſa, ſibi non ſubtrahuntur: nec tamen eſt omnino fruſtra cuſtodia, quia & ſi ad bonum non conuertatur: a multis tamen malis ceſſabit, retractus ab angelo cuſtode: hũc enim effectum ad minus ſemper conſequitur angelus per cuſtodiam, in quocunque obſtinato.

D. 166. ¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ Chriſtus non habuit [d] angelum cuſtodem. Tum, quia anima ſua omnibus angelis ſuperior, fuit immediate a verbo ſibi vnito illuminata. Tum, quia erat verus compræhenſor. vnde eius bonum nec impediri, nec iuuari poterat. Dicitur vero ſubdi paternis diſpoſitionibus per angelos, quodammodo indirecte, inquantum angeli inſtruebãt Ioſeph, & matrem eius de his, quę circa ipſum puerum exiſtentem agenda erant, vt habetur Matth. 2.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd angelus dicitur confortaſſe eum, non aliquid in ipſum imprimendo: ſed per modum miniſterij, inquantum congratulabatur fortitudini eius: ſicut homo naturaliter in tribulatione confortatur ad præſentiam amicorum: & ita per modum quo fuerat vera triſtitia: fuit confortatio vera, & non apparens tantum, vt quidam dicunt.

*Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari, ſiue ſimul ſiue diuerſis temporibus.*

IDeoque dici oportet, vnum eundemque angelum bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad cuſtodiam, vel exercitium, ſiue eodem tempore, ſiue diuerſis temporibus. Ideo autem dicimus, eodem tempore, vel diuerſis temporibus, quia videtur quibuſdam, quòd omnes homines, qui ſunt ſimul in aliquo tempore ſinguli ſingulos angelos habere poſſint, bonos vel malos, quia licet maior ſit numerus hominum computatis in vnum

ARTIC. IIII.

d *Vtrum angelus quandoque relinquat hominem cui deputatur.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd angelus, quandoque relinquat hominem, cui deputatur cuſtos. Primo per hoc quod habetur Hiere. 51. Curauimus Babylonem, & non eſt curata. derelinquamus ergo eam: ſed hoc dicitur ex perſona angelorum, vt dicit glo. ergo videtur, quòd relinquat, quando a peccato non corrigitur.

¶ 2. Præterea. Iſa. 5. dicitur. Auferam ſæpem eius, & erit in direptionem, Gloſſ. id eſt cuſtodiam angelorum. ergo idem quod prius.

¶ 3 Præter. Efficacius cuſtodit Deus hominem quàm angelus: ſed Deus quandoque relinquit hominem, vt in pſal. dicitur. Quare me dereliquiſti &c. ergo multo fortius angelus.

¶ 4 Præter. Zachariæ primo dicitur. Quòd reuerſus eſt angelus, qui loquebatur ad eum. Et ſimiliter etiam Danielis. 10. Sed non reuertitur, niſi qui abſcedit. ergo videtur, quòd angelus quandoque hominem relinquat.

¶ 5 Pręterea. Angeli quandoque ſunt in cælo empyreo: ſed cum ſint ibi, non ſunt circa nos ſecundum Dam. ergo videtur, ꝙ aliquando nos relinquunt.

I ¶ 6 Præterea. Medicus ſapiens infirmum deſperatum relinquit: ſed angeli cuſtodes poſſunt ſcire aliquem eſſe præſcitum per reuelationem, & videre aliquem obſtinatum in peccatis, talis autem eſt, ſicut infirmus deſperatus. ergo videtur, quòd etiam angelus, qui eſt quaſi medicus ſpiritualis, talẽ relinquat.

Sed contra. Boni angeli ſunt magis proni ad iuuandum, q̃ mali ad infeſtandum, ſed mali nunq̃ ceſſant ab infeſtatione. ergo nec boni a cuſtodia.

¶ Præt. De nemine eſt deſperandum, quãdiu eſt in ſtatu viæ: ſed infirmus non relinquitur a medico: niſi propter deſperationem. ergo videtur, quòd angelus non dimittat hominem, quantũcũq; peccatorem.

Respondeo. Dicendum, ꝙ cum cuſtodia angelorum ſit quædam executio diuinæ prouidentiæ, oportet eſſe idem iudicium de vtroque: diuina autem prouidentia, nunquàm relinquit hominem ex toto, quia omnino in nihilum redigeretur,

K ſed verum eſt, quòd magis & minus prouidet diuerſis, ſecundum eorum conditionem: & ideo Oculi Dei ſuper iuſtos dicuntur, & aures eius &c. quibus adeo perfecte prouidet, vt omnia eis cooperentur in bonum, vt dicitur Rom. 8. Sed malos ſecundum aliquid derelinquit, inquantum permittit eos ſubiacere tribulationibus, & quod grauius eſt, etiam in peccata ruere. Vnde ad Rom. 1. Propterea tradidit eos Deus in reprobrum ſenſum &c. Similiter etiam angeli dicuntur aliquos derelinquere ſecundum quid, inquantum exponuntur tribulationibus, vel etiam iuſto Dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt: nunquàm tamen ita relinquunt, quin ſit aliquis effectus cuſtodiæ inquantum aliquod malum prohibent, & ad aliquod bonum promouent.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc intelligitur eſſe vox angelorum diſcedentium ab homine peccatore in hora mortis, quia tunc primo deſperatur de eius ſalute, vel poteſt dici, ꝙ derelinquunt ſecũdum quid, vt dictum eſt, ſicut etiam & Deus.

¶ Vnde patet reſponſio ad ſecundum & tertium.

¶ Ad quar-



¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Angelus ab eo receſſerat quãtum A ad aliquem effectum, quia. ſ. ipſum de futuris non illuminauerat, & non quantum ad omnem effectum cuſtodiæ.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ qñcũq; aliquod agens, imprimit fortem impreſſionem, remanet illa impreſſio in patiente, per aliquod tempus, et ad abſentiam agentis, vt patet in motibus violentis, & ita dico, quòd ad vnam actionem angeli in hominem, poteſt homo bonam diſpoſitioné accipere, quæ manet in eo, ad aliquod tps. vt patet qñ aliquis ſemel deuote orat, ad plures dies remanet inde deuotior: & ita angelus q̃uis non ſemper ſit præſens, pót ſemper cuſtodire, inquã tum effectus eius, manet poſt actioné ſuam.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ nullus in ſtatu vię, eſt adeo obſtinatus, q̃n poſſit poſt pœnitentiam conuerti, vnde non eſt de eo deſperandum,

Ad quintũ præceden. artic. & ſi angelus ſciret eum præſcitum: poſſet tamen multa mala in C eo impedire: ſicut de Antichriſto dictum eſt.

omnibus qui fuerunt, & ſunt, & futuri ſunt quàm angelorũ, tamen quia decedentibus hominibus ſuccedunt homines: & ideo nunquàm ſimul ſunt in hac vita. Angeli vero nũquàm decedunt, ſed ſimul omnes ſunt, ideo eſſe poteſt vt ſinguli hominũ, dum in hac vita ſunt, ſingulos habeant angelos bo- B nos vel malos, ad ſui cuſtodiam, vel exercitium deſtinatos: c: Ceterum ſiue ita ſit, ſiue non, non eſt dubitandum vnumquęque hominem habere angelum ſibi deputatum, ſiue pluribus ſimul deputatus ſit, ſiue vni ſingulariter. Nec eſt mirandum, vnum angelum pluribus hominibus ad cuſtodiam deputari, cum vni homini plurium cuſtodia deputetur, ita vt eorum quiſque ſuum dicatur habere dominũ, vel epiſcopum vel abbatem.

ARTICVLVS V.

e *Vtrum angeli doleant de damnatione hominum, quos cuſtodiunt.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli doleant de damnatione hominum quos cuſtodiunt. Exterior. n. luctus eſt ſignum interioris doloris: ſed Iſa. 33. dicitur. Angeli pacis amare flebunt. ergo videtur quòd doleant.

¶ 2 Præt. Amicorum eſt compati ſibi in neceſſitatibus: ſed angeli feruentiſſima charitate nos diligunt. ergo videtur, quòd contriſtentur, hominum damnationi compatiendo.

¶ 3 Pręt. Sapientis eſt dolere de his, per quæ ſuum gaudium minuitur: ſed per damnationem hominum minuitur gaudiũ D angelorum, quod eſſet de conuerſione eorum, de quo habetur Lucę. 11. Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore &c. ergo de hominum damnatione dolent.

¶ 4 Præt. Omne id quod eſt contrarium volito, & repugnãs fini eſt contriſtans: ſed damnatio eſt contraria ſaluti quam volunt, & per officium cuſtodiæ procurant. ergo damnatio hominum eos contriſtat.

Sed contra. Apoc. 21. dicitur ꝙ in cæleſti hieruſalem, nec eſt luctus nec eſt dolor: illius autem vrbis ciues ſunt angeli. ergo de nullo dolent.

¶ Præt. Perfecta beatitudo non compatitur ſecum miſeriam: ſed omnis triſtitia ad miſeriam pertinet, & fugienda eſt, vt in

Cap. 13. 7. Ethicorum Philoſophus dicit. ergo angeli beati triſtes eſſe non poſſunt.

Respondeo. Dicendum, ꝙ cum angeli beati, ſint in E diuinę voluntatis continua contemplatione, cui perfectiſſime conformãtur, nihil poteſt eſſe contra voluntatem eorum: ſicut nec contra voluntatem Dei: poteſt tamen eſſe aliquid: præter voluntatem eorum: ſed hoc ipſum, inquantum eſt permiſſum a Deo, eſt volitum ab eis, ſicut a Deo: & ideo nihil poteſt accidere, de quo doleant angeli, ſicut nec de quo doleat Deus. Et ideo ſimpliciter dicendum eſt, ꝙ neque de peccatis hominum triſtantur, neque de damnatione: ſed vtrobiq; lætantur de iuſta permiſſione & punitione.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ illud ſecundum literam intelligitur, de nuntijs Ezechiæ, quos miſit ad pacem ab Aſſyrijs quærendam, qui audientes blaſphemias Rapſacis: ſciſſis veſtibus fleuerunt. Allegorice vero exponitur de apoſtolis in gloſ. Si autem ad angelos referatur, intelligendus eſt dolor non proprie: ſed metaphorice, per modum, quo etiam frequenter in ſcripturis Deo attribuitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd compati non poteſt: quia paſſibilis non eſt. Et ideo ex impaſſibilitate angelorum hoc accidit, ꝙ condolere non poſſunt, non ex charitatis defectu.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angelorum gaudium, non minuitur ex damnatione: quia electorum numerus, minui non poteſt. Vel poteſt dici, quòd ipſi ſemper gaudent de ſuis bonis operibus, quę cuſtodiendo egerunt: licet ille qui cuſtoditus eſt non ſaluetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angeli volunt ſalutem hominis voluntate antecedente, ſicut & Deus, ſed voluntate conſequente volunt hominem damnari ſi meruerit. vnde cõſequẽs eſt, vt de eius damnatione non doleant.

DISTINCTIO XI.

A

*Vtrum angeli proficiant in merito, vel in præmio vſque ad iudicium.*

PRæterea, illud conſiderari oportet, vtrum angeli boni in merito vel in præmio proficiant, vſque ad iudicium. Quòd in meritis proficiant, atque quotidie magis ac magis mereantur, qui-

EXPOSITIO

TEXTVS.

ET VNVM malum ad exercitiũ &c.} ¶ Videt iniuſte agi cum homine, quia C dæmones, multo potentiores ſunt hominibus, non. n. eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei comparetur, vt dicitur Iob. 41. ergo non iuſtum eſt pugnam inter hominem, & dæmoné conſtitui.

¶ Et dicendum, ꝙ cum liberum arbitrium, non poſſit cogi ad peccandum, quãtũcũq; ſit dæmon fortis, homo reſiſtere poteſt. Vnde dicitur, quòd debilis eſt hoſtis, qui non poteſt vincere niſi volentem, & ſuper hoc homini adeſt præſidium angeli, & auxilium diuinum, ſi ſuſcipere velit.

DISTINCTIO XI.

DIVISIO SECVNDAE PARTIS TEXTVS.

HIc inquirit Magiſter, vtrum angeli, dum officium cuſtodiæ durat, in merito, vel præmio proficiant, & D diuiditur in partes duas. Primo ponit duas opiniones. Secundo, eligit alteram illarum. ibi {Illud quoque &c.} Prima in duas, ſecundum duas opiniones. quarum ſecunda incipit. ibi {Alij autem dicunt &c.}

¶ Circa primum tria facit. Primo ponit opinionem. Secundo, confirmat per authoritatem. ibi {Et quòd angeli proficiant.} Tertio, ſoluit contrarietatem. ibi {His autem videtur &c. Hic eligit alteram opinionem, & circa hoc duo facit. Primo, eligit primam opinionem. Secundo, reſpondet ad quaſdam authoritates, quæ ſunt in contrarium. ibi {In quibus tamen videtur &c.

*QVAESTIO PRIMA.*

A

Hic quæruntur ſex.

Primo. Vtrum angeli proficiant in cognitioné Dei, quæ eſt pręmium eſſentiale.

Secundo. Vtrum proficiant in cognitione aliarum rerum, per illuminationem ſuperiorum.

Tertio. Vtrum accreſcat eis aliqua cognitio per mutuam locutionem.

Quarto. Vtrum myſterium incarnationis per eccleſiam didicerint.

Quinto. Vtrum inter eos ſit pugna, & contradictio.

Sexto. Vtrum ordinum diſtinctio maneat poſt diem iudicij.

**ARTICVLVS PRIMVS.**

*a Vtrum angeli proficiant in viſione Dei.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ angeli in viſione Dei proficiant. Perfectio.n. virtutis non tollit, ſed auget efficaciam merendi: ſed in angelis beatis, eſt perfecta charitas, q̄ eſt radix merendi, qua omnes eorum actus informãtur. ergo videtur, quòd ſẽper magis, & magis mercantur diuinam viſionem in eis augeri.

¶ 2 Præt. Secundum Auicẽ. Omnis actio creaturæ eſt ad aliquod cõmodum agentis, vnde liberalitatem puram, ſolius Dei propriam dicit: ſed angeli creati ſunt. ergo ex actibus eorum, circa nos aliquid ei accreſcit: & ita videtur, ꝙ eorum bonum, ſemper magis ac magis augeatur.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis intellectus eſt clarior, tanto ꝑſpicacius intuetur: ſed inferiores angeli, continue a ſuperioribus illuminantur. ergo videtur, quòd ſemper limpidius Deum contemplentur.

† Iſa. c. 65.

¶ 4 Præt. Si non poſſunt proficere in Dei viſione, aut hoc eſt, quia peruenerunt ad ſummam perfectionem, aut quia maioris perfectionis capaces non ſunt: ſed primum eſſe non poteſt, quia ſumma perfectio ſolius Dei eſt, quia ſeipſum compræhendendo videt: ſimiliter nec ſecundum, quia ſic homines eſſent capaciores inferioribus angelis, quia homines, vt dictum eſt, poſſunt peruenire ad modum contemplationis ſupremorum ordinum. ergo videtur, quòd angeli etiam in diuina contemplatione proficere poſſunt.

SED CONTRA. Magiſter ſupra dixit, quòd perfectio naturę glorificatæ eſt, quando habet quicquid nata eſt habere: ſed angeli ſunt glorificati. ergo totum id quod nati ſunt habere, habent.

¶ Præter. In termino motus non contingit eſſe motum: ſed angeli non ſunt in ſtatu vię, cui competit motus, ſed in termino. ergo videtur, quòd ipſi proficere non pſſint, cum profectus ſit motus quidam.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ſecundum Philoſophum operatio, & motus differunt: operatio enim eſt actus perfecti, vt lucidi lucere, & intellectus in actu, intelligere: ſed motus eſt actus imperfecti tendentis in perfectionem: & ideo id quod eſt, in ſua vltima perfectione, habet operationem ſine motu, ſicut Deus. Quod autem diſtat ab vltima perfectione, habet operationem coniunctam motui: & quia proficere in beatitudine eſt

D. 889. quidam motus naturæ, [d] tendentis in perfectionem: ideo quandocunq; angelus vel homo ponitur in vltima ſua perfectione, operatio eius non eſt meritoria, nec proficiens. Sed in hoc quando ſcilicet, angelus ſit in ſua vltima perfectione, eſt duplex opinio. Vna quam Magiſter approbat, ſcilicet quòd erit in die iudicij. Alia eſt, quę in litera tangitur, quòd hoc fuit in prima eorum confirmatione, & hæc videtur mihi probabilior: tum, quia vltima perfectio rei eſt in termino ſuæ viæ, terminus autem viæ angelorum fuit eorum confirmatio. non enim nunc viatores dicuntur: niſi forte ſecundum quid, inquantum circa viatores operantur, tum quia idem iudicium eſt de hominibus poſt mortem, & de angelis poſt confirmationem vel caſum: homini autem ſtatim poſt mortem, vltima ſua perfe-

F ctio confertur: niſi forte aliquid purgandum repugnet, nec differtur vſque ad diem iudicij, vt Gręci errantes dicunt: & ideo dicimus, quòd angeli ſtatim in [d] confirmatione, vltimam perfectionem beatitudinis conſecuti ſunt, nec poſtmodum in viſione Dei proficiunt, in qua eorum beatitudo eſſentialiter conſiſtit. D. 159.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ perfectio virtutis includens finem, tollit rationem meriti & motus, qui repugnat fini, ſed in via ad finem auget efficaciam meriti.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd omnis operatio creaturæ, ordinata eſt ad perfectionem eius, ſed quandoque operatio, non eſt ad alium finem, ſed ipſamet eſt finis, vt in primo Ethic. dicitur, & ſic dico, quòd illuminare īferiores, in angelis eſt dignitas eorum: quia in hoc maxime conſequuntur Dei ſimilitudinem. Et ideo non oportet, quòd per huiuſmodi operationes aliquid mereantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnus angelus non illuminat alium, vt dictum eſt de his, quæ ad eſſentiam beatitudinis pertinent, ſed de alijs: & ideo non oportet, quòd propter hoc limpidius videant Deum: ſed ea de quibus illuminantur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angeli ſummum gradum contemplationis non attingunt, ſed propter hoc dicuntur nõ poſſe

I proficere, quia tota eorum capacitas plena eſt: nec ampliari poteſt illa capacitas angelorum per meritum, ſicut in hominibus qui ſunt in ſtatu viæ.

**ARTICVLVS II.**

*b Vtrum angeli inferiores illuminentur a ſuperioribus.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli inferiores, per ſuperiorum illuminationem in cognitionem rerum, ſiue diuinorum effectuum non proficiant: Omnis enim operatio angeli, aut pertinet ad natu-

K ram, aut ad meritum, aut ad præmium: ſed in naturali cognitione non proficiunt, quam totam ſimul in creatione receperunt, nec etiam in merito, aut in præmio proficiunt. ergo videtur, quòd in eis cognitio diuinorum effectuum, non creſcat.

¶ 2. Præterea. Deus eſt cauſa rerum per eſſentiam ſuam. ergo in hoc, quòd videtur eſſentia ſua, cognoſcitur ipſe eſſe cauſa: ſed quando cognoſcitur aliquid, inquantum eſt cauſa, cognoſcitur etiam effectus eius. ergo videtur, quòd cum angeli beati eſſentiam diuinam videant, quòd etiam in ipſa effectus eius cognoſcant, & ſic in cognitione diuinorum effectuum non creſcunt.

¶ 3. Præterea. Nihil eſt cuius ratio, non ſit in Dei ſcientia ſiue verbo eius, quod eſt ars plena rationum viuentium, vt dicit Auguſtinus: ſed angeli beati vident Dei verbum. ergo cognoſcunt omnes diuinos effectus, & ſic idem quod prius.

¶ 4 Præt.

buſdã videtur ex eo, quia quotidie hominum vtilitatibus inſeruiunt eorumq; profectibus ſtudent. *a*. Quibuſdam etiam nihilominus videtur, quòd in præmio proficiant, ſcilicet in cognitione & dilectione Dei. Licet enim, vt aiunt, in confirmatione beatitudinem acceperint æternam atque perfectam, augetur tamẽ quotidie eorum beatitudo, quia magis ac magis diligunt atque cognoſcunt, & eſt eorum charitas, qua Deũ & nos diligunt, & meritum & præmium. Meritum, quia per eam & per obſequia, ex ea nobis impenſa merentur, & in beatitudine proficiunt, & ipſa eadem eſt præmium, quia ea beati ſunt.

*Authoritatibus confirmant quod dicunt.*

ET quòd angeli proficiant in cognitione, ac ꝑ hoc in beatitudine, teſtimonijs ſanctorum confirmant. Dicit enim Iſaias ex perſona angelorum, Chriſti aſcendentis magnificentiam admirantium. Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de boſra? Et in pſal. Quis eſt iſtæ rex gloriæ? Ex quibus apparet, quòd myſterium verbi incarnati plenius cognouerunt an-

G geli, poſt impletionem quàm ante. Et ſicut in cognitione huius myſterij profecerunt, ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Quòd autem in huius myſterij cognitione profecerint, euidenter docet Apoſtolus dicens. Quę ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi, a ſeculis in Deo, vt innoteſcat multiformis ſapientia Dei, per eccleſiam principibus, & poteſtatibus in cæleſtibus. Super quem locum dicit Hiero. ange-

H licas dignitates præfatum myſterium ad purum, vel plenum non intellexiſſe, donec completa eſt paſsio Chriſti, & apoſtolorum prædicatio per gentes dilatata.

† ps. 23.

† Ad Ephe. cap. 3.

† Super 3. c. ad Eph. tom. 6.



¶ 4 Præt. Qui videt ſpeculum neceſſario videt formas relucentes in ſpeculo, niſi diuerſitas partium ſpeculi impediat, vt dũ intuetur vnam partem ſpeculi, formas reſultantes in alia parte non videat: ſed Dei verbum, quod eſt ſapientia genita eſt ſpeculum ſine macula, vt dicitur Sapientiæ 7. in quo omnes rerum rationes reſplẽdent. ergo cum verbum ſit indiuiſibile angeli intuentes verbum omnia in eo cognoſcunt, & ſic idẽ quod prius.

† Augu. ſup gen. ad lite. lib. 5. ca. 19.

Tex. 7.

¶ 5 Præt. Secũdum Philoſophum in 3. de Anima. Intellectus cum intelligit difficilia non minus intelligit infima, ſed magis: altiſſimũ, aũt intelligibile eſt eſſentia diuina: ſed eam angeli vident. ergo videtur quòd omnia alia cognoſcere poſſunt, & ita eorum cognitio nõ creſcit.

Dio. in 6. & vltimo c. cæli hier.

SED CONTRA. eſt quod dixit Dio. in fine cæl. hierar. ꝙ multæ rationes ſacramentorum latẽt ſupernas eſſentias, i. angelos: ſed quæcunque latent aliquem ipſe poteſt in cognitionem eorum proficere. ergo angeli in cognitione proficere poſſunt &c.

in 6. c. cæle. hier.

¶ Præt. In 6. cap. eiuſdem lib. dicit, quòd angeli inferiores per ſuperiores a neſcientia purgantur: ſed non liberatur aliquis a neſcientia niſi per ſcientiæ acquiſitionem, ergo videtur quòd angeli in acquirendo ſcientiam proficiant.

RESPONDEO, Dicendum, quòd angeli proficiunt in cognitione diuinorum effectuum per illuminationes in inferiores a ſuperioribus deſcendentes, & hoc patet ſic. Cum enĩ Deus ſit vniuerſaliſſima cauſa omnium entiũ in viſione eſſentiæ eius non cognoſcuntur omnes effectus ipſius de neceſſitate, niſi intellectus totam virtutem eius comprehendat, & quanto aliquis intellectus limpidius eam videt, tanto plura in eo cognoſcere poteſt, ſicut in principijs primis ſpeculatiuis, qui perſpicacioris intellectus eſt, plures concluſiones in eis videt, & ita ſuperiores angeli plures effectus in eſſentia diuina cognoſcunt

D quàm inferiores, & de illis ſuperiores inferiores illuminare & inſtruere poſſunt, & tamen aliqui effectus ſunt, quos omnes immediate in viſione diuinæ eſſẽtiæ percipiunt, quàmuis ẽt hos ſuperiores perfectius cognoſcant, ſicut & diuinam eſſentiam clarius intuentur, & vnuſquiſque ordo ex illo nomen & rationem recepit, quod eſt vltimum ſuæ virtutis ad capiendũ rerum cognitionem immediate in viſione diuinæ eſſentiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd reuelationes diuinorum effectuum pertinent ad præmium, non quidem eſſentiale: ſed accidentale, & dicitur præmium accidentale ad quod merita directe non ordinantur: ſed ſuperadditur ex liberalitate retribuentis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd per hanc rationem probat Algazel, Deum creaturarum ſcientiam habere, inquantum ſuã eſſentiam cognoſcit, non tamen ſequitur, quòd videns eſſentiam eius omnia ſciat, niſi ipſam perfecta cognitione cõprehẽ

E dat, & hoc angelis non conuenit. Et propter hoc patet reſponſio ad tertium, quia quàmuis verbum videant, non tamen ipſum ſecundum modum rei cognitæ vident: ſed ſecundum modum cognoſcentium, ideſt ſuiipſorum, & ideo non oportet, quòd omnia quæ in verbo ſunt, cognoſcant.

Cap. 2.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut dicit Boe. in lib. de Trin. In diuinis non oportet ad imaginationem deduci. Vnde non eſt imaginandum rationes rerum reſplendere in ſpeculo æterno, ſicut formæ viſibiles in ſpeculo materiali: ſed magis ſicut cauſatorum rationes præexiſtunt in ſua cauſa, vt Dio. dicit in lib. de diuinis nominibus. non eſt autem neceſſarium, vt qui cauſam videt, hoc ipſo omnes rationes effectuum in ea cognoſcat, vt dictum eſt, & ideo ratio non procedit. Vel dicendum, vt communiter dicitur, quòd ſpeculum æternum voluntariũ eſt, quia in eo non videtur, niſi quod ipſe vult oſtendere, ſecus eſt autem de ſpeculo materiali, quod ex neceſſitate naturæ repreſentat formas in eo relucentes.

Dio. 4. & 7. c. de di. no.

A ¶ Ad quintum dicendum, quòd quia noſtra cognitio a ſenſu incipit, ideo de minus notis in magis nota ſecundum naturã deuenimus, & ideo manifeſtiſſima naturæ ſunt nobis vltimo nota, & difficillima ad cognoſcendum, ſcilicet res immateriales, vt Deus & angeli: ſed in angelis eſt econuerſo, quia ea quę ſunt magis nota ſimpliciter, ſunt etiam notiora quo ad eos, & ideo licet eſſentiã diuinã maxime cognoſcant, non tamen ex hoc ſequitur quòd [d] omnia alia cognoſcant. ſed ſecundum quòd perfectius ipſam vident, ex ea in plurium effectuum cognitionẽ procedere poſſunt. D. 144.

**ARTIC. III.**

*c Vtrum angeli cognoſcant aliqua per mutuam loquutionem.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli non accipiant cognitionem aliquorum per mutuam locutionem. Dicit enim

C Baſil. Si nuda & intecta anima viueremus, ex ſolis nutib⁹ intentionum cogitationes alterutrum panderentur: ſed angeli habent intellectum non obtectum corpore. ergo vnus alterius cogitationes videt, & ideo mutua locutione non egent.

Baſilius in ſermone ſuper illis verbis Moyſi, attẽde tibi. in prin.

¶ 2 Præt. In omni locutione oportet eſſe aliquod ſignũ, quod mentis occultum conceptum exprimat: ſed tale ſignum in angelis ſenſibile eſſe non poteſt nec intellectuale: non ſenſibile, quia ſenſitiuam cognitionem non habent, nec etiam manens in intellectu tantum, quia hoc eſſet æqualiter ignotum cum alio conceptu mentis qui manifeſtandus eſſet. ergo videtur ꝙ in angelis manifeſtatio per locutionem eſſe non poſſit.

¶ 3 Præt. In omni locutione oportet eſſe aliquod medium, per quod intentio loquentis ad audientem deferatur. Sed tale medium in angelis inueniri non põt. ergo nec locutio.

¶ 4 Præt. In locutione corporali ſonus ad aures perueniens, excitat audientem ad audiendum: ſed in angelis nõ poteſt po

D ni aliquod tale excitatiuum, cum nihil ſit in vno poſtmodum in altero factum, & tamen neceſſaria eſſet excitatio ad attendẽdum ſi eſſet locutio, quia vnus angelus non ſemper alterum cõſiderat. ergo non eſt ibi locutio.

¶ 5 Præt. A loquente recipitur aliquid in audiente: ſed ſuperiores ab inferioribus nihil recipiunt. ergo videtur quòd ad minus inferiores ſuperioribus loqui non poſſint.

SED CONTRA. eſt quod dicitur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum; ſed locutio eſt actus linguæ. ergo angeli loquuntur.

¶ Præt. Angelus eſt maioris virtutis naturaliter quàm homo: ſed homo poteſt alteri loquendo ſuam cogitationem exprimere. ergo multo fortius angelus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in angelis eſt quædam locutio, quæ tamen ab illuminatione differt in duobus. Pri-

E mo, quantum ad ea de quibus ſunt, quia illuminatio proprie eſt de his quæ ſuperior angelus in lumine diuinæ eſſentiæ apprehendit, quæ inferior ibi non videt. vnde indiget, vt in lumine ſuperioris angeli magis determinato & contracto, quàm ſit lumen diuinum illa cognoſcat; ſed locutio eſt de motibus lib. ar. quos in vno alius non videt: his enim duobus modis aliquid poteſt eſſe notum vni angelo & ignotum alteri. Secundo, quantum ad modum quo vtrumque perficitur, differẽtem ſecundum duo, quæ ad viſionem intellectualem requirũtur ad ſimilitudinem viſionis corporalis, ſcilicet ipſa res quæ intellectui proponitur, & lumen ſub quo videtur, illuminatio ergo ſit ꝑ hoc ꝙ lumen intellectus vnius angeli, per perfectius lumẽ ſuperioris confortatur ad aliquorum cognitionem, ſed locutio per hoc quòd aliqua prius occulta proponuntur, vt cognoſcenda ſine hoc, quòd virtus cognoſcentis fortificetur, vt patet in recitationibus hyſtoriarum, in quibus aliquis cognoſcit quod prius neſciebat ſine hoc, quòd ſuus intellect⁹ clarificetur. Qualiter autem aliquid poſſit proponi angelo, vt cognoſcendum

ab

*Quòd in hac ſententia videtur Aug. aduerſari Hierony.*

HIs autem videtur contradicere Auguſt. ſuper eundem locũ epiſtolę dicens. Non latuit angelos myſterium regni cælorum, quod opportuno tempore re-

B uelatum eſt ꝑpter ſalutem noſtram. Illis ergo a ſeculis innotuit ſupra memoratum myſterium, quia omnis creatura nõ ante ſecula, ſed a ſeculis eſt. Attende lector, quia videntur diſſentire in hac ſententia illuſtres doctores. Ideoque vt omnis repugnantia de medio tollatur, prædicta verba Aimonẽ ſequentes ita determinemus, vt illis angelis qui maioris ſunt dignitatis, & per quorum miniſterium illa nuntiata ſunt, ex parte cognita a ſeculis fuiſſe, vtpote familiarib⁹ & nũtijs. Illis vero qui minoris dignitatis ſunt, incognita extitiſſe dicamus, *d* vſquequo impleta ſunt & per eccleſiã prædicata. & tũc ab omnibus angelis, perfecte fuerunt cognita. Conſtat itaque omnes angelos in cognitione diuinorum myſteriorũ, ſecundum proceſſum temporis profeciſſe. Vnde non incongruenter ipſi idem, dicũt angelorum ſcientiam ac beatitudinem augeri vſque ad futuram conſumationem, quando in ſciẽtia ac beatitudine ita perfe

†Aimõ ſup 3. ad Ephe.

ab ipſo patet ex ſimili noſtræ locutionis. Eſt enim aliquid in homine, quod alius homo de ipſo naturaliter percipere poteſt, vt ea quæ exterioribus ſenſibus ſubiacent, aliquid vero quod videri non poteſt, ſicut interiores conceptus mentis. Species ergo conceptæ interius ſecundum quod manent in ſimplici cō ceptione intellect⁹, habent rationem intelligibilis tantum, ſecūdum autem qđ ordinantur ab intelligente, vt manifeſtatæ alteri, habent rationem verbi, qđ dicitur verbum cordis, ſecundum autē qđ aptantur & quodammodo ordinantur ſignis exteri⁹ apparentibus, ſiquidē ſunt ſigna ad viſum, dicitur nutus: ſi vero ad auditum, dicitur proprie locutio vocalis: hi enim duo ſenſus diſciplinabiles ſunt. Similiter in angelis interior conceptus mētis lib. ar. ſubiacens ab alio videri nō poteſt: quādo ergo ſpeciem conceptam ordinat, vt manifeſtandam alteri, dicitur verbum cordis, quando vero coordinat eam alicui eorum, quæ vnus angelus in alio naturaliter videre poteſt, illud naturaliter cognoſcibile, fit ſignum expreſſiuum interioris conceptus, & talis expreſſio vocatur locutio, non quidem vocalis: ſed intellectualibus ſignis expreſſa, & virtus exprimendi dicitur lingua eorum.

ctiſsimi erunt, vt nec augeatur amplius nec minuatur.

*Aliorum opinio, qui dicunt angelos in quibuſdam prædictorum nō profeciſſe.*

ALij autem dicunt, angelos in confirmatione, tāta deitatis dilectione atque notitia, fuiſſe præditos, vt in his vlterius non profecerint nec profecturi ſint: profecerunt tamen in ſcientia rerum exteriorum, ſicut in cognitione ſacramenti incarnationis & huiuſmodi, ſed non in contemplatione deitatis, quia trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate, non plenius intelligunt ſiue intellecturi ſunt, quàm ab ipſa confirmatione perceperint. Ita etiam dicunt, eos in charitate non profeciſſe poſt confirmationem, quia eorum charitas poſtea non eſt aucta, & ſic dicunt eos non profeciſſe in meritis. Sed hoc quātum ad vim merendi, non quātum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt poſtea, quæ tunc nō fecerant: ſed eorum charitas ex qua illa proceſſerunt, nec eſt aucta, ex qua tantum meruerunt antequam iſta adderentur, quantū poſtea his adiectis. Illud vero quod alij ſuperius dn̄t, probabilius vr̄ ſ. q angeli vſq; ad iudicium in ſcientia & in alijs proficiant.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Baſilius intendit ab anima ſeparata excludere indigentiam vocalis locutionis, non autem ſpiritualis, qualis dicta eſt in angelis eſſe, & ſic ēt exponendæ ſunt multæ authoritates ſimiles, quæ ad hoc induci poſſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud naturaliter notum in vno angelo ab alio, eſt quaſi ſignum latentis interius cogitationis non ſenſibile: ſed intellectuale.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli non debent cogitari vt diſtantes ſecundum ſitum, ſicut dicimus duo corpora vel duo puncta, quia quod facit in corporalibus ſitus, hoc facit in ſpiritualibus ordo, vt dicit Aug. Vnde non exigitur aliquod medium per quod deferatur locutio vnius ad alterum, ſed ſufficit ad hoc ſolus ordo intentionis vnius, ad manifeſtandum alteri.

¶ Vel dicendum, quòd omnes continuantur in radiatione diuini luminis, vel naturalis, vel ſuperadditi, vt ſupra dictum eſt, quod non ſit vnum numero in omnibus, ſed ab vno principio & in vnum finem, & ordinate in diuerſis acceptum, vnde per illud lumen vnius, alterius locutionem cognoſcit, ſicut & eſſentialia eius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angelus precipue beatus, ſemper eſt in actuali conſideratione ſuiipſius, & per conſequens eorum quæ ad ipſum pertinent, quorum omnium ipſe eſt ratio cognoſcendi. nihil enim prohibet plura intelligi ſimul, quę vna ratione cognoſcuntur, quàm cito autem vnus angelus ordinat locutionem ſuam ad alterum, efficitur locutio eius de pertinentibus ad illum, & ita ab eo cognoſcitur, & inde patet quomodo vnus angelus plures ſibi loquentes audire poteſt, & vnus ſanctus plures eum inuocantes.

¶ Ad quintum dicendum, quòd inferior angelus poteſt loqui ſuperiori non illuminare eum, quia loquens non influit aliqd in audientem: ſed ſolummodo proponit ſibi, vt cognoſcibile.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum angeli didicerint myſterium incarnationis per homines.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd angeli per homines myſterium incarnationis didicerint. Primo, per hoc quod habetur Epheſ. 3. Vt inoteſcat principibus & poteſtatibus in cæleſtibus &c.

¶ 2 Præt. Superioris eſt illuminare & inſtruere inferiores: ſed quidam homines quibuſdam angelis ſuperiores ſunt, quod probatur ex hoc quod dicitur 2. Cor. 5. Nonne angelos iudicabimus, comparatione melioris facta ſecundum Glo. ergo angeli per homines illuminari poſſunt & inſtrui.

1. Cor. 6. c. Et Glo. ibidem.

¶ 3 Præt. Illi qui immediate a Deo recipiunt cognitionem, alios inſtruunt: ſed Apoſtoli īmediate de myſterijs eccleſiæ a Dei filio inſtructi ſunt. ergo videtur q de hoc etiam angelos īſtruere poſſint.

¶ 4 Præt. Paulus dicitur ad tertium cælum raptus 2. Cor. 12. Et exponit quędam Glo. tertium cęlum, tertiam angelorum hierarchiam: ſed illi qui ſunt ī tertia hierarchia aſcendendo, ideſt in ſumma, illuminant inferiores angelos. ergo videtur q Paulus inferiores angelos illuminare potuerit.

¶ 5 Præt. Angeli cognitionem aliquorum accipiunt & per illuminationem & per locutionem: ſed loqui etiam poſſunt inferiores ſuperioribus. ergo videtur quòd angeli ab hominibus & ſi ſint inferiores, cognitionem accipere poſſint.

Sed contra. Eſt quod Diony. dicit in 4. c. cælo. hier. q angeli de natiuitate Chriſti primo edocti ſunt, & per eos ad homines deuenit. ergo ipſi ab hominibus non didicerunt.

¶ Præt. Myſterium incarnationis a prophetis eſt pronuntiatum: ſed reuelationes factæ patribus & prophetis mediantib⁹ angelis a Deo proceſſerunt, vt ſancti communiter dicunt. ergo videtur quòd ipſi præcognouerint myſterium incarnationis, & non ab hominibus didicerint.

Respondeo, Dicendum, quòd in hoc videtur eſſe q̄dam controuerſia inter Hiero. & Aug. & Dion. Hiero. enim ponit duo, ſcilicet angelos ante incarnationem myſterium humanitatis Chriſti neſciuiſſe. & quantum ad hoc videtur Aug. ſibi obuiare dicens, eos a ſeculis, ideſt a principio mundi cognouiſſe. Secundo, ponit Hiero. q hoc per homines didicerunt. & quantum ad hoc videtur ſibi obuiare Dion. ponens homines de hoc ab angelis edoctos eſſe, ſecundum ordinem diuinæ legis inuiolabiliter conſtitutum. Vt autem ſciatur, qualiter vnumquodque veritatem habere poſſit, diſtinguendum eſt quantum ad primum, quòd myſterium incarnationis dupliciter poteſt conſiderari, vel quantum ad ſubſtantiam facti, & ſic omnes a principio cognouerunt, ſcilicet incarnationem, paſſionem, & huiuſmodi, vel quantum ad conditiones circunſtantias myſterij, ſcilicet quòd ſub tali præſide, vel tali hora & huiuſmodi, & hoc a principio non cognouerunt. His etiam modis differenter enarrant Propheta & Euangeliſta, quia propheta annuntiauit ſubſtantiam facti: ſed euangeliſta recitat expletionis modum. Quantum etiā ad ſecundum, diſtinguendū eſt, q angeli dupliciter accipiūt cognitionē aliquarū rerū, aut per illuminationem, & ſic angeli per homines nihil recipiunt: ſed inferiores a ſuperioribus illuminantur, & ſuperiores immediate a Deo, per quem modum multas rationes myſteriorum eccleſiæ edocentur, aut per modum expletionis rerum, & ſic futura contingentia cognoſcunt quando actu complentur, per hoc quòd eorum cauſæ ad effectus determinantur, vt in eis cognoſci poſſint: & ita quædam quæ circa incarnationis myſterium neſciebant, quādo explebantur prædicantibus apoſtolis cognouerunt, non tamen ab apoſtolis edocti

Hieron. to. 9. ſup 3. ca. ad Ephe. Augu. to. 3. ſuper Gen. ad lit. c. 19. Dio. de cæl. hie. c. 4. ſi.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd Aug. vult vt dicitur in Glo. ſuper eundem locum, quòd hæc determinatio, per eccleſiam non determinet hoc verbum innoteſcat, ſed præcedens, ſcilicet illuminare omnes, vt ſit ſenſus, q apoſtolo erat data gratia illuminandi omnes per eccleſiam, ideſt omnes de eccleſia. Hieron. tamen vult, quòd determinet hoc verbum innoteſcat, & tunc intelligendum eſt modo prædicto, vel poteſt intelligi de eccleſia angelorum, vbi prima fuit eccleſia, & ibi vltimo noſtra eccleſia congreganda eſt, vt ſit ſenſus. Incarnationis myſterium fuit abſconditum in Deo, ita tamen quòd a ſeculis innotuit principibus per eccleſiam, ideſt in eccleſia cæleſti. & hanc expoſitionem ponit Aug. ſuper Gen. 5.

Vt habetur in corpore.

Aug. ſuper Gene. lib. 5. cap. 19.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum conditionem ſtatus, quilibet angelus quolibet homine ſimpliciter viatore maior eſt. vnde dicitur Matth. 11. quòd Qui minor eſt in regno cęlorum maior eſt illo. ſ. Ioāne Baptiſta, quo tamē nullus maior inter natos mulierum ſurrexit: ſed quantum ad cauſam poteſt dici ſecundū quid aliquis homo, aliquo angelo maior, inquantum per gratiā quam habet, meretur gradū quibuſdam angelis altiorem.

*Quòd quædam authoritates videntur obuiare probabiliori ſententiæ.*

QVibus tamen videntur obuiare quarūdam authoritatum verba. Ait enim Iſid. in lib. de ſummo bono. Angeli in verbo Dei omnia ſciunt antequam fiant, ſed nec omnes nec omnia perfecte angelos ſcire dixit, & ideo eos in ſcientia proficere nō remouit. Greg. quoque in lib. dialogorum ait. Quid eſt quod illi neſciant, qui ſcientē omnia ſciūt? Vbi videt dicere, q omnia ſciāt

¶ Ad tertium dicendum, q apoſtoli immediate inſtruebantur a verbo incarnato, non quòd eſſentiam verbi immediate viderent, quam tamen inferiores angeli videbant, & ideo multo plura a verbo diſcebant, quàm etiam ipſi apoſtoli.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Paulus in illo raptu ſecundum quid participauit ſtatum comprehenſorum, non tamen tanta gloria perfectus fuit, vt lumen in angelos transfundere poſſet, quia vt dicitur, Factus eſt illius gloriæ particeps miraculoſe quantum ad actum, & non quantum ad habitum, quod eſt lumen gloriæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd angelus ab homine per locutionem, quorundam cognitionem accipere poteſt, eorum ſcilicet, quæ ſubduntur libero arbitrio hominis: ſed talia nō ſunt myſteria incarnationis.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum inter angelos poſſit eſſe pugna.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd inter angelos pugna eſſe nō poſſit. Omnis diſcordia & pugna, repugnat vnitati charitatis: ſed angeli ſunt perfecti in charitate. ergo inter eos pugna eſſe non poteſt.

¶ 2 Præt. Quicunque patrocinium præſtant contrarijs cauſis, ita ſe habent quòd alter eorum iniuſtam cauſam defendit: ſed hoc ſanctis angelis conuenire non poteſt, quorum rectitudo confirmata, iniuſtitiam non patitur. ergo videtur quòd non poſſint dici contrarijs cauſis patrocinando pugnare.

¶ 3 Præt. Vbicunque eſt ordinata prælatio, non poteſt eſſe pugna vel contrarietas, quia hoc eſt contra rationem prælationis, vt inferior ſuperiori reſiſtat: ſed angeli ordinantur omnes ſecundum ſuperius & inferius, vt prius dictum eſt. ergo videtur quòd vnus alteri non repugnet.

In 3. ar. diſtin. 9.

¶ 4 Præt. Cum nullus angelus nitatur niſi ad hoc quod rectū ſibi videtur, oportet quòd ſi ad contraria nitatur, q contrarias opiniones habeat: ſed contrariarum opinionum altera eſt falſa. ergo aliquis angelus habebit falſam opinionem. hoc autem eſt falſum, quia falſitas in nobis appropriatur phantaſiæ ſecundum Philoſophum in 4. Meta. qua tamen angeli carent. ergo inter eos non poteſt eſſe pugna.

Ariſt. 4. Meta. text. 24.

Sed contra. eſt quod habetur Danielis 7. q Quatuor venti cæli pugnabant, per quos ſecundum gloſ. intelliguntur quatuor angelicę poteſtates, regnis principalibus prælatę. ergo angeli inuicem pugnant.

Dan. 7. c. & gloſa ibidē.

¶ Præt. Hoc expreſſe habetur Danielis. 10. vbi angelus ad eū loquēs dixit. Princeps perſarum reſtitit mihi 21. diebus. ergo videtur quòd etiam longas concertationes ad inuicem habeāt.

Respondeo, Dicendum, q iſta verba Danielis. vnde tota dubitatio orit, a ſanctis diuerſimode exponūtur. Hieronymus enim dicit, quòd ille princeps perſarū qui reſtiterat liberationi populi, erat malus angelus, Perſis prælatus: ſicut enim vnicuique homini datur ad exercitium vnus bonus & alter malus angelus, ita ſingulis gentibus duo ſpiritus præponūtur, vnus bonus & alter malus. Sed in hoc non eſt minor dubitatio. Conſtat enim q angelus Danieli loquens, bonus angelus erat. Quomodo autem ſibi efficaciter tot diebus malus angelus reſtitiſſet, niſi iuſtam cauſam haberet, non poteſt dici q ſi iuſtam habebat, etiam impoſſibile erat illam reſiſtentiam multo magis per bonum angelum fieri. Et ideo dicendum eſt cum Greg. q vterque bonus angelus fuit, quod etiam magis literæ conſonat, quæ in eadem locutionis ſerie, principem perſarum nominat, & Michaelem principem iudæorum, quem conſtat bonum angelum eſſe. hæc autem pugna ſic intelligenda eſt ſecundum Greg. Cum enim Iudicia Dei ſint abyſſus multa, profunditatem iudiciorum eius, angeli comprehendere nō poſſunt. Et ideo quid vnicuique genti, vel homini debeatur ſecundum diſpoſitionem diuinam, non ſemper intelligunt, niſi eis reueletur. Contingit autem quandoque q in diuerſis gentibus, inueniātur diuerſa merita, ſecundum quorum diuerſitatem, videtur q vna gens alteri ſubeſſe debeat, vel ab eius dominio liberari, ſicut tunc in iudeis erat, quia Danielis oratio, quātum in ſe erat, liberationem populi merebatur: ſed peccata populi & etiam vtilitas quam iudæi faciebāt ī regno Perſarum, dum per eos Dei notitia diffundebatur, erant in contrarium, & quia vnuſquiſque angelus ſecundum officium ſuum, ad examen diuinæ ſcientiæ referebat merita ſibi ſubditorum, & ideo relatio contrariorum meritorum per diuerſos angelos facta ſententiam diuinam expectantes, pugna inter angelos vocatur, & eorum concordia eſt in diuinæ illuminationis perceptione, per quam de diuina voluntate inſtruuntur. hoc enim omnes concorditer volunt, quod percipiunt Deum velle. vnde dicitur Iob. 25. de Deo, q facit concordiam in ſublimibus.

Hiero. ſup eundem ca. Greg. ſuper 28. cap. Iob lib. 17. c. 7. vſq; in finē libri.

Grego. parū ſupra.

¶ Ad primvm ergo dicendum, q ſecundum Philoſophū in 9. Ethi. amicitiæ, vel concordiæ, non repugnat diuerſitas opinionum; ſed ſolum diuerſitas voluntatum: vnde talis pugna quæ eſt ſecundum iudicia ex diuerſis meritis ſumpta, non obſtat vnitati charitatis, cum voluntas eorum ſit vna, vt diuina ſcilicet prouidentia expleatur.

Cap. 6.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt inconueniens contrariarum cauſarum, vtramque aliquid iuſtitiæ habere, & ſecundū hoc vtraque a bono defendi poteſt, & præcipue expectando diuinam ſententiam.

¶ Ad tertium dicendum, q ordo prælationis angelorum perficitur per illuminationes diuinitus receptas, & ideo ea recepta, vnus alteri non obſiſtit.

¶ Ad quartum dicendum, q quàmuis in angelis non poſſit eē falſa opinio, poteſt tamen in eis eſſe quorundam neſcientia, ex hoc q intellectus eorum propter potentialitatem admiſtā, non omnino terminatur ad vnum, & ſecūdum qđ eorum quę neſciunt, cognitionem a Deo, vel ſuperioribus angelis expectant, interrogare in ſcriptura dicunt, quia tamen ei quod neſciunt per iudicium non adherent, ideo falli non poſſunt: ſed ſecundum contrarietatem rerum quæ in iudicium diuinum veniunt, contrarietates inter eos memorantur.

ARTICVLVS VI.

*f Vtrum ordines durabunt poſt diem iudicij.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd ordines poſt diem iudicij non durabunt. Dicitur enim 1. Corin. 15. Quòd cum Chriſtus Tradiderit regnum Deo & patri, euacuabit omnem principatum & poteſtatem: hoc autem erit in reſurrectione. ergo videtur, quòd eadem ratione, alios ordines euacuabit.

¶ 2 Præt. Quidam ordines actum proprium habēt in directione diuinorum miniſteriorum, ſicut principes, vt præſint regnis & prouincijs, & angeli, vt cuſtodiant homines: ſed iſta miniſteria ceſſabunt poſt diem iudicij. ergo & ordines.

¶ 3 Præt. Maior perfectio erit in angelis quàm in corporibus inferioribus: ſed in corporibus inferioribus poſt diem iudicij non erit actio, quia ceſſabit motus primi mobilis, & hoc propter perfectionem vniuerſi. ergo multo minus in angelis: ſed hierarchia eſt ſcientia & actio. ergo non erunt hierarchiæ & ordines poſt diem iudicij.

¶ 4 Præt. Poſt diem iudicij, angeli in cognitione non proficiēt: ſed per purgationem & illuminationem ſuperiorū, inferiores proficiunt in cognitione (vt dictum eſt) ergo non erit illuminatio & purgatio, & ita nec hierarchiarum & ordinum diſtinctio.

Sed contra. Homines aſſumuntur ad ordines angelorum: ſed fruſtra eſſet iam diſtincta & ordinata aſſumptio, ſi completo numero electorū, ordinata diſtinctio eſſe deſineret. ergo videtur q ordines poſt diem iudicij remanebunt.

¶ Præt. Ad diſtinctionem ordinum duo cōcurrunt, ſcilicet gradus naturæ, & diſtantia gratiæ: ſed vtrumque remanebit poſt diem iudicij. ergo & ordinum diſtinctio.

Respondeo, Dicendum, q diſtinctio ordinum & hierar-

hierarchiarum cæleſtium poteſt conſiderari, vel quantum ad eſſencialia hierarchiæ & ordinis, ſic ſemper erit, quia ſemper manebunt diſtincti gradus naturæ in angelis, & diuerſę ſortes gloriæ, & etiam actiones hierarchiæ, quia vnus alium illuminabit, purgabit & perficiet, vel quantum ad actum conſequentem ſecūdum qđ mediantibus ordinibus angelorum homines reducuntur in Deū, & quantum ad hoc prælatio ordinū ceſſabit, ceſſante ſtatu viatorum.

Et per hoc patet reſpōſio ad primum, quia ſecundū hoc vltimum, intelligitur authoritas.

¶ Ad ſecundum dicēdum, ꝙ actus eſſentialis ordinū eſt principaliter in receptione diuini luminis, & conſequēter in trāſfuſione eiuſdem in inferiores: ſed quòd hoc ordinetur ad reductionem hominū viatorum, accidit ipſis ordinibus. vnde ceſſante ſtatu viæ, nō oportet ꝙ ceſſet diſtinctio ordinum, nihilominus tamen remanebit modus recipiendi diuinum lumen, proportionatum ſtatui viatorum reducendorum, ſi eſſent.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ actio corporum, quæ eſt per motū tolletur, quia motus ceſſabit & omnis imperfectio euacuabitur, ſed actio quæ eſt ſine motu manebit: ſemper enim ſol illuminabit inferiorem aerem, ita etiam & actiones hierachicæ, q̄ ſine motu ſunt, poſt diem iudicij remanebunt. Per hoc etiam patet reſponſio ad quartum, quia ſi non ſit illuminatio & purgatio ordinata ad quorundam nouorum cognitionem per modum profectus, & motus cuiuſdam, erit tamen continuatio illuminationis ſecundum ꝙ inferiores in lumine ſuperiorum, rationes ſecretorum diuinorum cognoſcent.

angeli, & nihil ſit qđ neſciant, Sed accipiēdum eſt hoc de his, quorum cognitio beatum facit cognitorem, vt ſunt ea quæ ad myſterium trinitatis & vnitatis pertinent.

## DISTINCTIO XII.

A

*Poſt conſiderationem de angelis habitam, agitur de aliarum rerū creatione, & præcipue de operum ſex dierum diſtinctione.*

HAec de angelicę naturę conditionę dicta ſufficiāt. Nunc ſupereſt de aliarum quoque rerum creatione; ac præcipue de operum ſex dierum diſtinctione nonnulla in medium proferre. Cū Deus in ſapientia ſua angelicos condidit ſpiritus, alia etiam creauit, ſicut oſtendit ſupra memorata ſcriptura Gen. † quæ dicit, In principio Deum creaſſe cæ- G lum, ideſt angelos, & terram. ſ. materiam quatuor elementorum adhuc confuſam & informē, q̄ a græcis dicta eſt chaos, & hæc fuit ante omnem diem. Deinde elementa diſtinxit, & proprias atque diſtinctas ſpecies ſingulis rebus ſecūdum genus ſuum dedit, quę non ſimul, vt quibuſdam ſanctorum patrum placuit, ſed per interualla temporum ad ſex volumina

## EXPOSITIO TEXTVS.

Dio. in fine 4. c. cæl. hie.

DIcit enim Iſaias ex perſona angelorum &c. Hanc quæſtionem Dion. dicit eſſe ſuperiorum angelorum expectantium ab ipſo Chriſto illuminari I de ſecretis myſterijs ſuæ incarnationis, non tamen ipſi Chriſto quæſtionem proponunt: ſed ſibiinuicem, ad ſignādum reuerentiam eorum ad Chriſtum, ſicut diſcipuli mutuo diſputantes, determinationem magiſtri expectant. {Quid eſt quod ibi neſciant &c.} hoc ſicut dicit Magiſter poteſt intelligi de his quæ ad beatitudinem pertinent, vel etiam quia nihil eſt, ad cuius cognitionem medium illud non ſufficit, ſcilicet diuina eſſentia. vnde non eſt ex defectu eius, vt aliquid lateat ipſam videntem, ſed ex defectu videntis, qui ipſam perfecte nō comprehendit. Quāto autem intellectus videntis perſpicacior eſt, tanto plura in ipſa videt, ad altiorem autem perſpicacitatis gradum non niſi dono ipſius Dei viſi aſcendit, quod quidem non communicat neceſſitate, ſed voluntate: & ideo dicitur illud ſpeculum voluntarium eſſe, vt in ſe hoc ſolum quod vult oſtendat.

## DISTINCTIO XII.

### DIVISIO TEXTVS.

IN PARTE præcedenti determinauit Magiſter de natura pure corporali, quātum pertinet ad theologi conſiderationem, ſcilicet ſecundum qđ a Deo in operibus ſex dierum primitus inſtituta eſt. Diuiditur autem in partes tres. In prima determinat inſtitutionem corporalis naturæ, quantum ad opus creationis. In ſecunda, quantum ad opus diſtinctionis. 13. diſt. ibi {Hierarchiarum diſtinctionis operatio &c.} In tertia, quantum ad opus ornatus. 15. diſt. ibi {Sequitur. Dixit dominus, Fiant luminaria.} Prima in duas. In prima determinat de opere creationis ſecundum ſe. In ſecunda per comparationem ad alia opera. ibi {Nunc ſupereſt, vt diſpoſitionem illam &c.} Prima in duas. In prima ponit diuerſas opiniones de opere creationis. In ſecunda ſequi- F tur propoſitum ſecundum alteram illarum. ibi {Secundum hanc itaque traditionem &c.} ¶ Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio, & tangit opinionum diuerſitatem. Secundo, explicat eas ibi. {Quidam namque ſanctorum &c.} {Secundum hanc vtique &c.} Hic proſequitur opus creationis, ſecūdum alteram dictarū opinionum. Et circa hoc duo facit. Primo, manifeſtat creationem materiæ primo creatę, quantum ad nomen quod in ſcripturis nominatur. Secundo, quantum ad ipſius conditionem. ibi {De qua prius quàm tractemus &c.}

¶ Circa primū duo facit. Primo, manifeſtat propoſitum. Secundo, dubitationem excludit ibi. {Attende, ꝙ hic dicit Augu. &c.} {De qua prius quàm tractem⁹ &c.} Hic oſtēdit materiæ primo creatę conditionem, & primo quātum ad formam: ſecūndo, quantum ad locum. ibi {Quia ſecundo proponebatur &c.} H {Nunc ſupereſt, vt diſpoſitionem &c.} Hic determinat de opere creationis per comparationę ad alia opera. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit operis vniuerſalitatem. Secundo, ponit diuinorum operum diſtinctionem. ibi {Quatuor. n. modis &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Circa partem iſtam quinque quæruntur.

Primo. Vtrum omnium corporalium ſit vna materia.
Secundo. Vtrum omnia corpora ſint ſimul creata in ſpeciebus ſuis diſtincta.
Tertio. Si ſimul diſtinctionem receperunt, quomodo accipiendi ſunt dies, qui in principio Gen. numerantur.
Quarto. Si non ſimul diſtincta ſunt, qualis fuit illa informis materia.
Quinto. De numero quatuor coeuorum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum omnium corporalium ſit eadem materia.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ omnium corporalium ſit materia vna. Quorumcumq; enim eſt forma vnius rationis, eorum eſt vna materia cōmunis, eo ꝙ proprius actus in propria potentia fit, vt dicit Philoſophus: ſed forma corporeitatis eſt vnius rationis in omnibus corporibus. ergo videtur quòd vna materia ſit ſuperiorum, & inferiorum corporum. (Idē auctor 1. q. 66. 2. a. Et opuſc. 9. c. 34. Cōtra 2. c. 26. 2. de anima t. c. 26.)

¶ 2 Præt. In litera dicitur, ꝙ ex materia informi primo creata omnia corpora, in formas diſtinctas formata ſunt, per opus diſtinctionis & ornatus. ergo omnium corporū eſt vna materia.

K ¶ 3 Præt. Quorumcumque eſt reſolutio actu vel intellectu in vnum & idem, ſicut in ſubiectum primum, eorum eſt materia vna: ſed omnia corpora ſunt huiuſmodi. ergo &c. probatio mediæ. Illud in quo ſtat vltima reſolutio omnium, eſt ſimplex materia ſine aliqua forma, quia quādiu inuenitur aliqua forma in materia, contingit vlterius reſoluere: ſed in materia quę eſt ſine omni forma non eſt aliqua diuerſitas, quia principium diſtinctionis materiæ eſt ex parte formæ. ergo omnium corporum reſolutio ſtat in vno vltimo.

¶ 4 Præt. Philoſophus in 1. Phyſi. vnam tantum materiam primam ponit. cum ergo in illo lib. de mobili in communi determinetur, videtur quòd omnium corporum mobilium ſit vna materia. (Text. 8.)

¶ 5 Præt. Secundum Philoſophū in 2. Meta. neceſſe eſt imaginari materiā in re mota. ergo quæcūq; cōueniūt in aliquo motu, vnr̄ in materia cōuenire: ſed loci mutatio communis eſt ſuperioribus & inferioribus corporibus. ergo & materia. (Tex. c. 11.)

SED



SED CONTRA. Quorumcunque non eſt vna potentia, A nec vna materia, quia ſicut forma eſt actus, ita materia eſt potentia, ſed corporum inferiorum & ſuperiorum, non eſt potentia eadem, quia ſecundum Philoſophum in 11. Meta. & in 8. in inferioribus eſt potentia ad eſſe; ſed in ſuperioribus tantū ad vbi. ergo videt ꝙ non eorum tantū ſit vna materia. (12. Metap. tex. c. 10. 8. Meta. t. c. 12. & text. c. 4.)

¶ Præt. In quocūq; inuenitur alqd, oportet inuenire illud a quo nunquam ſeparatur: ſed materia prima quæ eſt in inferioribus, nūquā ſeparatur a priuatione formæ, quia quādocūmque eſt ſub forma vna, adiungitur ſibi priuatio formæ alterius: priuatio autem adiuncta materiæ, inducit corruptibilitatem. ergo videtur ꝙ materia prima inferiorum corporum, non inueniatur in corporibus cæleſtibus per ſuam naturam incorruptibilibus.

dierum, vt alijs viſum eſt, formauit.

*Quòd ſancti tractatores uidentur ſuper hoc, quaſi aduerſa tradidiſſe, alijs dicentibus omnia ſimul facta in materia & forma, alijs per interualla temporum.*

QVidam namque ſanctorum patrum, qui verba Dei atque archana excellenter ſcrutati ſunt, ſuper B hoc quaſi aduerſa ſcripſiſſe videntur. Alij quidem tradiderunt omnia ſimul in materia & forma fuiſſe creata, quod Aug. ſenſiſſe videtur. † Alij vero hoc magis probauerunt atque aſſeruerunt, vt primum materia rudis atque informis quatuor elementorum commiſtionem atque confuſionem tenēs, creata ſit. Poſtmodum vero per interualla ſex dierum illa materia rerum corporalium genera ſint formata ſecundum ſpecies proprias. Quam ſententiam Gregorius, Hieronymus, Beda, alijque plures commendāt ac præferunt. Quæ quidem ēt ſcripturæ geneſeos, vnde pri-

(Gen. 1.) († Sup gen. ad literam.) (32. Mor. ca. 40.)

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſuper hoc inuenitur duplex Philoſophorum opinio, quarum vtraque ſectatores habet. Auic. enim, videtur ponere vnam materiam eſſe omnium corporum, argumentum ex ratione corporeitatis aſſumens, quæ cum ſit vnius rationis, vna ſibi materia debetur. hanc autem poſitionem Commen. improbare intendit in princ. Cæ. & C mun. & in pluribus alijs locis, ex eo ꝙ, cum materia quantum in ſe eſt, ſit in potentia ad omnes formas, nec poſſit eſſe ſub pluribus ſimul, oportet ꝙ ſm̄ ꝙ eſt ſub vna, inueniatur in potētia ad alias. nulla autem potentia paſſiua inuenitur in natura, cui non reſpondeat aliqua potentia actiua, potens eam in actu reducere, alias talis potentia fruſtra eſſet. vnde cum non inueniatur aliqua potentia naturalis actiua, quæ ſubſtantiā cæli in actum alterius formæ reducat, quia non habet contrarium, ſicut motus oſtendit, quia motui naturali eius, ſcilicet circulari, non eſt aliquid cōtrarium, vt dicitur in primo Cæli & mū. oportet ꝙ in ipſo nihil inueniatur de materia prima inferiorū corporum: nec poteſt dici quòd materia prout eſt ſub forma cęli, tota potentia terminetur, ita ꝙ nihil remaneat in eadem potentia ad aliam formam, non enim terminatur potentia, niſi per adeptionem formæ, ad quam erat in potentia. vnde cum D materia prima ſecundum ſe conſiderata ſit in potentia ad omnes formas naturales, nō poterit tota eius potentia terminari, niſi per adeptionem omnium formarum. Non enim vna forma recepta in materia (etiam ſi ſit nobilior & magis perfecta) tollit potentiam ad formam aliam minus nobilem: materia eñ ſub forma ignis exiſtens, adhuc remanet in potētia ad formam terræ. vnde & ſi forma cæli ſit nobiliſſima, nihilominus tamen recepta in materia prima, non terminabit totam potentiam eius, niſi ſimul cum ipſa recipiantur omnes aliæ formæ, quod eſt impoſſibile Et præterea, ſi poneretur ꝙ forma cęli per ſuam perfectionem, totam materiæ potentiam terminaret, adhuc oporteret, ꝙ materia ſtans ſub forma elementari, eſſet in potentia ad formam cæli, & reduceretur in actum per actionem virtutis cæleſtis, & ita cælum eſſet generabile & corruptibile, & ideo ipſe vult, ꝙ nullo modo in materia, cōueniant ſuperio E ra & inferiora corpora, & hoc videtur probabilius & magis cōſonum dictis Philoſophi. Nec dico, ſicut quidam dicunt, quòd conueniunt in materia, ſi ſumatur pro fundamento primo, qđ nec eſt album, nec eſt nigrum, vt dicitur in 1. Meta. ſed differūnt in materia, ſecundum ꝙ materia determinatur per motum. diuerſitas enim motus eſt ſignum diuerſitatis materiæ & non cauſa, ſed econuerſo, quia motus eſt actus exiſtentis in potentia. vnde oportet ꝙ vbi inuenitur vna materia per eſſentiam, inueniatur potentia reſpectu eiuſdem motus, ſecundum quòd materia eſt in potentia ad plura. (Suff. li. 1. c. 3. med.) (12. Met. c. 4.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corporeitas ſecundum intētionem logicam, vniuoce in omnibus corporibus inuenitur, ſed ſecundum eſſe conſiderata, non poteſt eſſe vnius rationis in re corruptibili & incorruptibili, quia non ſimiliter ſe habent in potentia eſſendi, cum vnum ſit poſſibile ad eſſe & ad non eſſe, & alterum non, & per modum iſtum dicit Philoſophus in 10. Meta. ꝙ de corruptibili & incorruptibili nihil commune dicitur, niſi communitate nominis, & per hoc Com. ibidem hanc rationem ſoluit. (Text. 26.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut omnes res prout modo ſunt in ſuo complemento, dicūtur vnus mūdus, vel vnum vniuerſum, ita etiam prout erant informes ex defectu vltimi complementi, dicebant vna materia informis, non quidem per continuitatem, tanquam omnia ex vna materia numero facta ſint.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſecundum Auic. non eſt quærēda differētia per aliquos actus, niſi in illis quæ in vna potētia conueniunt; ſpecies enim quæ conueniunt in vna potētia generis, diſtinguunt ſpecificis differētijs: ſed ipſæ differentiæ quæ nō cōueniunt in genere, ſic ꝙ genus ſit pars eſſentiæ earum, ſeipſis diſtinguuntur: ſimiliter etiam genera generaliſſima non diuiduntur aliquibus differentijs: ſed ſeipſis. Similiter etiam compoſita quæ conueniunt in materia diſtinguuntur per formas diuerſas: ſed diuerſæ materiæ ſeipſis diſtinguuntur ſecundum analogiam ad diuerſos actus, prout in eis diuerſa ratio paſſibilitatis inuenitur. (Suff. li. 2. ca. 83.)

C ¶ Ad quartum dicendum, quòd Philoſophus in lib. Phyſi. nōdum probauerat eſſe quintam eſſentiam, quod in principio Cęli & mun. demonſtrat. & ideo in lib. Phyſi. nihil determinat de his, quæ ſunt propria illi eſſentiæ, propter quod etiam tractatū de infinito replicat, vt Com. in 1. Cæli & mun. recitat. (Lec. 10. c6. vſq; 82.)

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut in 1. de gene. dicitur. Materia eſt immediate ſubiectum generationis & corruptionis. aliorum autem motuum per prius & poſterius, tanto plus, quāto illud ſecundum quod eſt mutatio, maiorem perfectionem motus præſupponit, & ideo in illis tantum eſt vnitas materiæ primæ, quæ in generatione & corruptione conueniunt, & per conſequens etiam illa quæ conueniunt tribus motibus. ſ. augmēto & diminutione & alteratione, ſecundum ꝙ augmentū & diminutio non eſt ſine generatione & corruptione, quæ etiam alterationis terminus eſt, ſed loci mutatio, vt in 8. Phyſi. probatur, eſt maxime perfecta, quia nihil variat de eo quod eſt intraneū rei. vnde ſubiectum huius motus, eſt ens completum in eſſe primo, & in omnibus proprietatibus intraneis rei, & talis motus conuenit corpori cæleſti, & ideo materia eius, eſt ſicut ſubiectum completum in iſtis inferioribus, vt dicit Commen. in lib. de ſubſtantia orbis. vnde remanet communitas materiæ ſecundum analogiam tantum. (Cap. 3. poſt med.) (D. 659.)

### ARTICVLVS II.

*b Vtrum omnia ſint creata ſimul, & diſtincta per ſpecies.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ omnia ſint ſimul creata & diſtincta per ſpecies. Primo, per hoc qđ habetur Eccle. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. (Sepe li. 1. & 2. circa me.)

¶ 2 Præt. Magis diſtat ſpiritualis & corporalis creatura, quàm duæ corporales: ſed ſpiritualis & corporalis ſimul facta eſſe ponuntur. ergo multo fortius omnes corporales.

¶ 3 Præt. Vt dicitur Deut. 32. Dei perfecta ſunt opera, nec poteſt eſſe ratio, quare perfectio ad tempus differtur, quam creatura per ſe conſequi non poterat, nec ab alio niſi a Deo. cum ergo creaturæ ſecundum ſuas perfectiones in ſpecies diſtinguantur, videtur quòd a principio ſub diſtinctione ſpecierum creata ſint omnia.

¶ 4 Præt. Opus creationis diuinam potentiam manifeſtat: ſed potentiam agentis minus demonſtrat effectus ſucceſſiue cōpletus, quàm ſubito in ſua perfectione productus. ergo videtur ꝙ a principio omnia ſimul diſtincta ſint.

¶ 5 Præt. Conſtat ꝙ Deus totum opus vnius diei in vno momento produxit. ergo videtur ridiculum dicere, ꝙ in toto die ab operando ceſſauerit vſque ad principium alterius diei, quaſi ex opere laſſatus. ergo videtur ꝙ non per ſucceſſiones dierū, creaturæ diſtinctæ ſint, ſed a principio creationis.

¶ 6 Præt.

¶ 6 Præt. Partes vniuerſi dependent adinuicem, & præcipue inferiores a ſuperioribus, ſed eorum quæ depẽdent adinuicẽ, vnum non eſt ſine altero. ergo videtur inconuenienter dici, ꝙ primo fuerit aqua & terra, & poſtmodum ſtellę factæ ſint.

Ad literam lib. 2. c. 5.

SED CONTRA. Auguſt. dicit ſuper Geneſ. ꝙ maior eſt huius ſcripturæ authoritas quæ habetur in principio Geneſ. q̃ omnis humani ingenij perſpicacitas: ſed ibi ſcriptũ eſt, per ſenarium dierum creaturas diſtinctas eſſe. ergo videtur ꝙ ita neceſſariũ ſit ponere.

¶ Præt. Natura imitatur operationem creatoris: ſed in operatione naturali eſt proceſſus de imperfecto ad perfectum, ergo videtur, quòd etiam in operatione creatoris, & ita videtur quòd non omnia ſimul diſtincta ſint in ipſo creationis principio.

ma huius rei cognitio ad nos manauit, magis congruere videtur.

*Quòd per interualla temporis, res corporales conditæ ſunt.*

SEcundum hanc itaque traditionem, ordinẽ, atque modum creationis formationiſque rerum inſpiciamus, ſicut ſupra memoratum eſt. In principio creauit Deus cælum .i. angelicam naturam, ſed adhuc informen, vt quibuſdam placet, & terram .i. illam cõfuſam materiam quatuor elemẽtorum, quam nomine terræ, vt ait Aug. contra Manich. ideo appellauit Moyſes, quia terra inter omnia elementa minus eſt ſpecioſa. Et illa inanis erat & incompoſita propter omnium elementorum cõmiſtionem. Eãdẽ etiam, vocat abyſſum dicẽs, Et tenebre erãt ſuper faciem abyſſi, quia confuſa erat & commiſta, ſpecie diſtincta carens. Eadem etiam materia informis dicta ẽ aqua, ſuper quam ferebatur ſpiritus domini, ſicut ſuperfert fabri-

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ quæ ad fidem pertinent, dupliciter diſtinguuntur. quædam enim ſunt per ſe de ſubſtantia fidei, vt Deum eſſe trinum & vnum, & huiuſmodi, in quibus nulli licet aliter opinari. Vnde Apoſtolus ad Gal. 1. dicit. ꝙ ſi angelus Dei aliter euangelizauerit quàm ipſe docuerat, anathema ſit. Quædam vero per accidens tantum, inquantum ſ. in ſcriptura traduntur quam fides ſupponit, ſpirituſancto dictante promulgatam eſſe, quæ quidem ignorari ſine periculo poſſunt ab his, qui ſcripturas ſcire non tenentur, ſicut multa hyſtorialia, & in his etiam ſancti diuerſa ſenſerunt, ſcripturam diuinam diuerſimode exponentes. Sic ergo circa mundi principium aliquid eſt, quod ad ſubſtantiam fidei pertinet, ſcilicet mundum incepiſſe, creatum, & hoc omnes ſancti concorditer dicunt: quo autem modo & ordine factus ſit, non pertinet ad fidem niſi per accidens, inquantum in ſcriptura traditur, cuius veritatem diuerſa expoſitione ſancti ſaluantes, diuerſa tradiderunt. Auguſt. enim vult, in ipſo creationis principio, quaſdam res per ſpecies ſuas diſtinctas fuiſſe in natura propria, vt elemẽta, corpora cæleſtia, & ſubſtantias ſpirituales. Alia vero in rationibus ſeminalibus tantum, vt animalia, plantas, & homines, quæ omnia poſtmodum in naturis proprijs producta ſunt in illo opere, quo poſt ſenarium illorum dierum Deus naturam prius conditam adminiſtrat, de quo opere Io. 5. dicitur. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. nec in diſtinctione rerum attendendum eſſe ordinem temporis, ſed naturæ & doctrinæ. Naturæ ſicut ſonus præcedit cantum natura, ſed non tempore, & ita quæ naturaliter priora ſunt, prius facta memorantur, ſicut terra prius quàm animalia, & aqua prius quàm piſces, & ſic de alijs. Doctrinæ vero ordine, ſicut patet in docentibus geometriam: quàmuis enim partes figuræ ſine ordine temporis figuram conſtituant, tamen geometria docet conſtitutionem fieri protrahendo lineam poſt lineam. & hoc fuit exemplum Platonis, vt dicitur in principio cæli & mun. Ita etiam & Moyſes rudem populum de creatione mundi inſtruens, per partes diuiſit quæ ſimul facta ſunt. Ambro. vero & alij ſancti ponunt ordinem temporis in diſtinctione rerum ſeruatum. & hæc quidem poſitio eſt communior, & magis conſona videtur literæ quantum ad ſuperficiem: ſed prior eſt rationabilior, & magis ab irriſione infidelium ſacram ſcripturã defendens, quod valde obſeruandum docet Aug. ſuper Gene. libro 1. vt ſic ſcripturæ exponantur, quòd ab infidelibus non irrideantur. & hæc opinio plus mihi placet, tamen vtranque ſuſtinendo, ad omnia argumenta reſpondendum eſt.

Plato in Timeo poſt princ.

Supra li. 1. c. 1. Et de ciuit. Dei lib. 11. c. 11.

Li. 1. exameron ca. 7. Et Greg. li. 32. mor. c. 10.

Ad lit. lib. 1. c. 19.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum eſt, ꝙ ſm Greg. dicũtur omnia ſimul creata per ſubſtantiam materiæ & non per ſpeciem formæ, vel etiam in ſui ſimilitudine, ſicut anima rationalis quæ angelis ſimilis eſt, non ex materia propaganda.

Supra in li. examer. Et Greg. vt ſupra ꝑ totũ.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ corporalia omnia communicant in materia ſiue ſit vna, ſiue plures: & quia materia non præcedit compoſitum, ideo vt ordo temporis ordini naturæ reſponderet, prius facta eſt materia corporalis, & deinde per formas diſtincta, non autem corporalis natura ex ſpirituali producitur, vel ſicut ex materia, vel ſicut ex efficiente, & ideo nõ eſt ſimilis ratio.

F ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut creatura non habet eſſe ex ſe, ita nec perfectionem, & ideo ad vtrumque oſtendendum, voluit Deus, vt creatura prius non eſſet, & poſtmodũ eſſet. & ſimiliter prius eſſet imperfecta, & poſtmodum perfecta.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ in creatione non tantum debet oſtendi potentię virtus: ſed etiam ſapiẽtiæ ordo, vt q̃ prius natura ſunt, prius ẽt inſtituantur.

Lib. 1. ca. 7

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ ad oſtendẽdũ diuerſam diſtinctorum naturam, voluit Deus, vt vnicuique rerũ diſtinctioni, dies vnus reſponderet, & non ex aliqua neceſſitate, vel laſſitudine agentis.

1. gen. ad literam ſępe, Et cõtra Manic. li. 1.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ non eſt eadem natura rei iam perfectę, & prout eſt in ſuo fieri. Et ideo quàmuis natura mũdi completi hoc exigat, vt omnes partes eſſentiales vniuerſi ſint ſimul, potuit tamen aliter eſſe ab ipſa mundi factione: ſicut in homine perfecto non poteſt cor eſſe ſine alijs partibus, & tamen in formatione embrionis, cor ante omnia membra generatur.

H ¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ authoritati ſcripturæ in nullo derogatur, dum diuerſimode exponitur, ſalua tamen fide, quia maiori veritate eam ſpirituſſanctus fecundauit, quàm aliquis homo adinuenire poſſit.

¶ Ad octauum dicendum, quòd hoc eſt ex imperfectione creaturæ, ꝙ ex imperfecto ad perfectionem operando venit, quæ proculdubio vltimam perfectionem daret quantumcunque poſſet, ſeruata tamen operis conditione, & ideo non oportet ꝙ in hoc, diuinum opus operationi creaturæ ſit ſimile.

## ARTICVLVS III.

*c Vtrum diſtinctio dierum ſaluetur ſecundum expoſitionem Auguſtini.*

I AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſecundũ expoſitionem Aug. dierum diſtinctio non ſaluetur. Dies enim nominat quoddam tempus: ſed in rerum formatione ſecundum Aug. non fuit ſucceſſio temporis. ergo nec ſaluata eſt diſtinctio dierum.

Super gen. ad lit. lib. 1. c. 3. & 4.

¶ 2 Præt. Cum dies ponat illuminationem quandam, oportet ꝙ dies intelligantur, vel ſecundum illuminationem lucis corporalis, vel intellectualis: ſed nõ ſecundum lucem corporalem, quia hoc nõ facit dies niſi in pluribus reuolutionibus, quæ ſucceſſione temporum complentur. nec iterum ſecundum lucem intellectualem, quia lux intellectualis creata, non influit ꝑ motum irradiationis ad creationem rerum: ſed ratio diei requirit irradiationem aliquam. ergo videtur quòd dies illi non cõuenienter aſſignentur.

¶ 3 Præt. In illuminatione ſpirituali non eſt inuenire diuerſas partes: ſed diei aſſignantur diuerſæ partes, ſcilicet mane & veſpere. ergo videtur ꝙ non poſſint intelligi dies illi, ſecũdum K illuminationem lucis ſpiritualis.

¶ Si dicatur quòd mane huius diei eſt ſecundum cognitionem rerum in verbo, veſpere autem ſecundum cognitionem rerum in propria natura.

¶ 4 Contra, quia in illo dicitur res cognoſci, a quo ſimilitudo rei accipitur: ſed angeli non habent rerum cognitionem per ſimilitudines a rebus acceptas, ſed per ſpecies a verbo in eorũ mentem influxas. ergo tantum in verbo cognoſcunt res creatas, & non in propria natura, & ſic habent tantum mane, non veſpere.

¶ 5 Præt. Vbicunque eſt res, ibi poteſt cognoſci: ſed res creata habet triplex eſſe, ſcilicet in verbo, & in mente angeli, & in propria natura, quod ſignificatur ſecundum Aug. ſuper Gen. 1. ꝑ hoc ꝙ dixit, fiat. Quantum ad eſſe rei in verbo, factum eſt, quantum ad eſſe rei in mente angeli: fecit. quantum ad eſſe rei in propria natura. ergo huius diei debent tres partes aſſignari.

Cap. 9.

¶ 6 Præt. Sicut quilibet dies vſitatus habet veſpere & mane, ita & meridiem. ergo ſicut aſſignatur cognitio matutina & veſpertina, ita & meridiana.

¶ 7 Præt.



¶ 7 Præt. Omnes dies debent eſſe vniformes: ſed primæ diei non aſſignatur mane, quia mane quod poſt veſpere ponitur nõ poteſt eſſe mane a quo incipit primus dies, ſed in quod terminatur. Septima autem dies ponitur habere mane ad quod terminatur ſexta dies & non veſpere. ergo nec alijs diebus mane ſimul & veſpere aſſignari debent.

¶ 8 Præt. De veſpere in mane non tranſitur niſi per noctẽ: ſed de nocte nulla fit mentio. ergo inſufficienter traditur dierum ordo.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſecundũ Aug. illi ſex dies ſunt vnus dies, ſex rerum diſtinctionibus ſecundum quas numeratur ſimul ꝑſentatus, ſicut etiam vnum verbũ eſt quo omnia facta ſunt, ſcilicet Dei filius, quãuis frequenter legatur. Dixit Deus; & ſicut illa opera ſaluantur in omnibus ſequentibus quæ ex eis propagantur operatione naturæ, ita etiam illi ſex dies manent in tota ſucceſſione temporis. quomodo autem hoc ſit, videndum eſt. Natura angelica intellectualis eſt, & lux eſt, & ſi ꝓprie lux eſt, oportet ꝙ eius illuſtratio dies dicatur. Angelica autem natura in principio conditionis rerum cognitionem earum accepit, & ſic quodammodo lux intellectus eius rebus creatis præſentabatur, inquantum cognoſcebantur. vnde ipſa cognitio rerum, dies dicitur, & ſecundum diuerſa genera cognitorum, & ordinem diſtinguuntur, & ordinantur dies, vt in primo die intelligatur formatio ſpiritualis creaturæ per conuerſionem ad verbum. In ſecũdo die, formatio corporalis creaturæ quantum ad ſuperiorem partem, quæ firmamentum dicitur. In tertia, quantum ad inferiorem partem, ſcilicet terræ aque & aeris vicini. In quarta, ſuperior pars, ſcilicet firmamẽtum ornatum. In quinta, inferior quantum ad aerem & aquã. In ſexta, quantum ad terram. Cum autem Deus ſit lux plena, & tenebræ in eo non ſint vllæ. 1. Ioan. 1. cognitio ipſius Dei in ſe eſt plena lux, ſed quia creatura ex hoc quòd ex nihilo eſt, tenebras poſſibilitatis & imperfectionis habet, ideo cognitio qua creatura cognoſcitur, tenebris admiſta eſt. poteſt autem cognoſci dupliciter. vel in verbo ſecundum ꝙ exit ab arte diuina, & ſic eius cognitio matutina dicitur, quia ſicut mane eſt finis tenebrarum, & principium lucis, ita creatura a verbo etiã principiũ lucis ſumit poſtq̃ prius non fuerat, cognoſcitur etiã prout eſt in natura propria exiſtens, & talis cognitio dicitur veſpertina propter hoc, ꝙ ſicut veſpere eſt terminꝰ lucis & tendit in noctẽ, ita & creatura in ſe ſubſiſtens, eſt terminus operationis verbi. quaſi facta per verbum, & de ſe in tenebras defectus tendens, niſi verbo portaretur: nihilominus hæc cognitio dies dicitur, quia ſicut in comparatione ad cognitionem verbi tenebroſa eſt, ita eſt lux in comparatione ad ignorantiam, quę omnino tenebra eſt, ſicut vita iuſtorum præſens, caliginoſa dicitur reſpectu futuræ gloriæ; quæ tamen lux eſt in comparatione ad vitam peccatorum, & ſic attenditur quædam circulatio inter mane & veſpere, ſecundum ꝙ angelus ſeipſum cognoſcẽs in propria natura, hanc cognitionem retulit ad verbum, ſicut ad finem in quo ſequentis operis cognitionem ſumpſit, ſicut in principio, Et ſicut huiuſmodi mane eſt finis diei præcedentis, & principium ſequentis: & hæc quidem expoſitio ſubtilis & congrua eſt, dummodo lux & dies proprie in ſpiritualibus dicantur, & non metaphorice, vt Aug. vult ſuper Gen. 4. aliter enim eſſet expoſitio myſtica & non literalis. Sed quia a pluribus negatur, ideo ſuſtinentes cum Auguſtino ꝙ omnia ſunt ſimul creata & in ſpecies diſtincta, poſſumus dicere ꝙ dies accipiuntur ſecundum illuſtrationem lucis corporalis, ita tamen ꝙ ordo dierum attendatur, ſecũdum ordinem eorum & diſtinctionem in quæ lux corporalis refulget. ſicut enim omnium creaturarum naturalium cognitionem angeli acceperunt, ita etiam lux in omnia corporalia ſe diffundit, vt Dion. dicit. diuerſimode in diuerſis recepta, ſecundum diuerſitatem recipientium, & ideo ſicut Aug. diſtinguit ſex dies ſecundum præſentationem lucis ſpiritualis, quæ primo die facta dicitur, ſex rerum generibus, ita ſecundum præſentationem lucis corporalis ſex rerum generibus poſſunt eodem modo ſex dies diſtingui, ſine

Supra c. 23. in fine.

Aug. ſupra

Ex Aug. li. 4. ſup Gen. c. 22. 23. & & 29. 30. 31. 32. 33.

Cap. 23. Supra ca. 1. Et cõtra Manic. tom. 1. c. 7.

Dion. 4. ca. di. no. Aug. ſupra c. 23. Gene. ad lit. 703.

A diſtinctione temporis, Et quia periodus vnicuique rei corporali ſm influentiam lucis pręfigit quaſi inter duos terminos, cũ quælibet virtus corporalis finita ſit, ideo illi termini mane, & veſpere dicuntur, vltra quos virtus rei non extenditur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dies etiam eſt pars tẽporis, & lucis effectus, diſtinctio ergo primorum dierum, non ſumitur ex parte temporis, ſed ex parte lucis, ſecundũ ꝙ diuerſa per lucem declarantur, vel quãtum ad cognitionẽ angelicam, vel quantum ad influentiam lucis corporalis in diuerſa.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ lux illa & corporalis & ſpiritualis poteſt intelligi, & ſi intelligatur corporalis, dies diſtinguetur ſecũdum diuerſa illuminata, & non ſecundum illuminationis tempus. Si autem intelligatur ſpiritualis, non eſt per influentiam lucis ad res creandas, ſed per fulgorem lucis ad res cognoſcendas.

candis rebus volũtas artificis, quia ſubiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formandum perficiẽdumque inchoauerat, qui ſicut dominus & conditor præerat fluitanti & confuſę materiæ, vt diſtingueret per ſpecies varias quando vellet & ſicut vellet. Hæc ideo dicta eſt aqua, quia omnia quæ in terra naſcuntur, ſiue animalia, ſiue arbores, vel herbæ & ſimilia, ab humore incipiũt formari atq; nutriri. His omnibus vocabulis vocata eſt illa informis materia, vt res ignota, notis vocabulis inſinuetur imperitioribus, & non vno tantum. Nam ſi vno tantum ſignificaretur vocabulo, hoc eſſe putaretur qđ conſueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus ſignificata eſt B materia illa cõfuſa & informis, quæ nulla ſpecie cerni, aut tractari poterat, ideſt nominibus viſibilium rerum, quæ inde futuræ erant, propter infirmitatem paruulorum, qui minus idonei ſunt inuiſibilia cõprehẽdere. Et tunc erant tenebræ .i. lucis abſentia. Non enim tene-

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ partes diei ſecundum lucem ſpiritualem non ſunt ſm diuerſa cognita, ſed ſecundũ diuerſos modos cognitionis eiuſdem rei: & ſicut dies non ſunt ſucceſſiui, quia angelus in verbo ſimul diuerſa genera rerum intuetur, ita C nec partes diei vnius, quia ſimul videt in verbo creaturas, & in propria natura.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non dicitur cognitio veſpertina quæ eſt rerum in propria natura, ex eo ꝙ ab ipſis rebus ſpecies ſumant per quas cognoſcant. Sed quia per ſpecies quas a creatione receperunt res cognoſcunt, prout in propria natura ſubſiſtunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſpecies rerum primum habent eſſe in arte diuina, quæ eſt verbum, quod eſſe ſignificatur cum dicitur. dixit Deus fiat, ideſt verbum genuit, in quo erat vt fieret. Secundum eſſe habent in intelligentia angelica, quod ſignificatur in hoc quod dicitur, factum eſt, per influentiam verbi. Tertium eſſe habent in rebus, quod ſignificatur in hoc quod dicitur, fecit, & ideo iſta triplex diſtinctio non ponitur in productione lucis ſpiritualis, nec informatione hominis, quia etiã intellectualis ponitur, & ſic etiam angelus triplicem de rebus D.140.
D cognitionem habet, ſcilicet prout in verbo ſunt, prout ſunt in mente eius, & prout ſunt in propria natura; quàmuis autem nunquam cognoſcat res in propria natura niſi per ſpecies quas habet apud ſe, tamen differt cognitio qua cognoſcit prout ſunt in ſeipſo, & prout ſunt in propria natura: poteſt enim intellectus conuerti ad ſpeciem quam apud ſe habet dupliciter. Aut conſiderãdo ipſam ſecundum ꝙ eſt ens quoddam in intellectu, Supra Aug.
& ſic cognoſcit de ea quod eſt intelligibile, vel vniuerſale, vel aliquid huiuſmodi, aut ſecundum quod eſt ſimilitudo rei, & D.620.
ſic intellectus conſideratio non ſiſtit in ſpecie, ſed per ſpeciem tranſit in rem cuius ſimilitudo eſt, ſicut oculus per ſpeciem quę eſt in pupilla videt lapidẽ, & eſt ſimile de imagine lapidea, quę poteſt conſiderari ſecundum ꝙ eſt res quædam, vel ſimilitudo rei, & ita patet ꝙ duæ cognitiones dictæ differunt, ſed vtraque eſt veſpertina, quia etiã eſſe ipſum intellectus angeli, creatura E eſt, & in tenebras defectus tendens quantum in ſe eſt.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ cognitio meridiana non poteſt eſſe cognitio creaturæ cui defectibilitatis tenebra admiſta eſt, ſed cognitio ipſius Dei, qui eſt plena lux: et ideo in operibus creationis meridies non nominatur.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ in prima die ſecundum Augu. formatio narratur ipſius intellectualis naturæ, cuius cognitio, eſſe eius in propria natura naturaliter ſequitur, & ideo ſuiipſius cognitionem matutinam non habet, ſed veſpertinam, Similiter & ſeptima dies pertinet ad quietem Dei in ſeipſo, ex omnibus operibus quæ propter ſe fecit, & hæc quies nullo defectu clauditur, & propter hoc in die illa veſpere non nominatur.

1. Sup gen. 9. Et ſuper gene. lib. 4. c. 22.

¶ Ad octauum dicendum, ꝙ ſi angelus cognitione creaturæ acceptà, eam in laudem creatoris non referret, in ipſa creatura ſiſtens, nox in eo fieret. hoc enim eſſet peruerſe frui creatura. hoc autem non conuenit beatis angelis qui per lucem ſignificantur, & ideo in illo dierum ſenario, nox nõ commemoratur. vel

poteſt

poteſt dici ſecundum aliam viam, quòd mane & veſpere ponũtur, quia ſunt principia diei & noctis. ibi autem oſtenditur inſtitutio principiorum naturæ, ex quibus omnia propagata ſunt, & ideo ponuntur extrema relictis medijs,

ARTIC. IIII.

d *Vtrum prima materia fuerit informis.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videt̃ ꝙ prima materia informis erat. Illa enim materia cõmunis erat omnibus elementis, quia ex illa omnia facta ſunt: ſed elementa nõ cõueniunt niſi in materia informi. ergo prima materia omnino informis erat.

Li. 12. c. 3. Gen. ad lit. 1. cap. ¶ 2 Præt. Aug. dicit in li. confeſ. ad Deũ loquẽs. Docuiſti domine famulum tuũ ꝙ prius quàm iſta faceres, nõ aliqd erat, nec ſpecies, nec color &c. (Dan. 3.) nec tamen omnino nihil erat, quia informitas qdã erat. ergo prima materia omnino forma carebat.

† Supra, & opus impf. ¶ 3 Præt. Si illa materia formam aliquã habebat, aut habebat formam corporis miſti, aut corporis ſimplicis; ſed non corporis miſti, quia ſic eſſet miſtũ prius corporibus ſimplicibus, quod eſſet cõſonum poſitioni Anaxagorę. ergo oportet ꝙ haberet formã corporis ſimplicis, & ſic redibit opinio antiquorum naturalium, qui ponebant vnum elementum omnium, vel ignem, vel aquã, vel aerem.

¶ Si dicatur, quòd non habebat aliquam harum formarum, ſed aliam.

¶ 4 Contra. Omne quod generatur, generatur ex ſuo contrario, ſed ex iſta prima materia exiſtente ſub forma corporali, facta ſunt elementa. ergo oportet quòd habuerit contrarietatem ad elementa quæ ex ea facta ſunt: ſed contrarietas primorum corporum non poteſt extendi vltra quaternarium numerum, vt in ſecundo de Gene. probatur. ergo oportuit materiam illã eſſe ſub forma alicuius quatuor elementorum, ſi fuit ſub forma aliqua corporali, & ita vnum tantum eſſet elementum primum, quod improbat Philoſophus. oportuit ergo, quòd materia illa omnino fuerit informis.

SED CONTRA. omne eſſe eſt a forma. ſi ergo materia prima fuit ante rerum diſtinctionem, oportet quòd formam aliquam habuerit.

¶ Præt. Sicut ſe habet corpus naturale ad diuerſas figuras, ita ſe habet materia prima ad formas ſubſtantiales: ſed impoſſibile eſt eſſe aliquod corpus abſque omni figura. ergo impoſſibile eſt eſſe materiam abſque omni forma.

RESPONDEO, Dicendum, quòd materia prima dicitur dupliciter, vel ita ꝙ primum importet ordinem naturæ. vel ita quòd importet ordinem temporis. ſecundum quòd importat *ordinem naturæ, materia prima* eſt illud in quo vltimo ſtat reſolutio corporum naturalium, quod oportet eſſe abſque omni forma, quia omne ſubiectum quod habet formam, eſt diuiſibile in formam & ſubiectum formæ; & ideo quia omnis cognitio eſt per formam, hæc materia prima eſt ſcibilis, vt dicit Philoſophus in 1. Phyſi. ſecundum analogiam tantum, prout dicimus illud eſſe materiam primam, quod ita ſe habet ad omnia corpora, ſicut ſe habet lignum ad lectum, & quàmuis materia prima ſic accepta, non habeat aliquam formam partem

F eſſentiæ ſuæ, nunquam tamen diuiditur ab omni forma, vt pbat Aui. in ſua Metaphiſica, immo quando amittit vnam formam, acquirit aliam, ſecundum ꝙ corruptio vnius eſt generatio alterius, & ideo materia prima ſic accepta, non potuit eſſe duratione ante corpora ex ea formata. Alio modo dicitur materia prima ſecundũ ꝙ primũ importat ordinem temporis, illud ſcilicet, quod duratiõe pceſſit ordinatam diſpoſitionem partium mũdi, qualis nũc cernitur ſecundum eos q ponunt mundum non ſemper fuiſſe, nec a principio creationis omnia diſtincta fore, & ſic accipiendo primam materiam, oportuit eam habere aliquam formam. Sed circa hoc antiq. Philoſophi diuerſificati ſunt. Quidam enim poſuerunt eã eſſe totam ſub vna forma, ponẽtos vnũ elemẽtorum omniũ primã materiã eſſe, vel aliquid inter ea. & ex iſto omnia generari conſtituunt denſitate & raritate. Trac. 2. c. 3.

¶ Alij vero poſuerunt eam ſub pluribus formis, non tamen ordinatis adinuicem: ſed quadam confuſione pmiſtis, quæ creatoris operatione ad ordinem & diſtinctionem reductę ſunt, & hoc tamẽ diuerſimode poſuerunt, vt Philoſophꝰ narrat, quod ad præſens nõ pertinet. & hæ omnes poſitiones a Philoſopho ſufficiẽter improbatę ſunt. (1. Phyſ. cõ. text. 20. vſque ad 44.) I Moderni etiam in has duas vias diuidunt. quidam enim ponunt materiam illam primam totam ſub vna forma creatam: ſed ne in antiquum errorem labi videantur, ponunt illam formam non eſſe vnum quatuor elementorum, ſed aliquid quod ſe habet in via ad eas, vt imperfectum ad perfectum, ſicut forma embrionis ſe habet ad animal completum, ſed hoc non poteſt ſimiliter dici in elementis, quia ſecundum Commen. 11. metaphiſicę. prima habilitas quæ eſt in materia, eſt ad formam elementi. vnde non inuenitur aliqua forma media inter materiam primam & formam elementi, ſicut inueniuntur multa media inter materiam primam & formam animalis, quarum vna alteri ſuccedit, quouſque ad vltimam perfectionem veniatur, intermedijs multis generationibus & corruptionibus, vt Auic. dicit. D. 542.

¶ Et præterea, cum tunc naturalia principia inſtituta fuerint, oporteret etiam nunc in naturali elementorum generatione K aduertere aliam formam ante formam elementi, quod eſt contra ſenſum, niſi forte dicatur ſecundũ poſitionẽ libri fontis vitæ, eſſe vnam primam formam, & ſic in materia, primo inductam fore formam corporalem communem, & poſtmodum formas ſpeciales diſtinctas. Sed hanc poſitionem Aui. improbat, quia omnis forma ſubſtantialis dat eſſe completum in genere ſubſtãtiæ. quicquid autem aduenit poſtquam res eſt in actu, eſt accidens: eſt enim in ſubiecto quod dicitur ens in ſe completũ. vnde oporteret omnes alias formas naturales eſſe accidentia, & ſic rediret antiquus error, ꝙ generatio eſſet idem quod alteratio. vnde ipſe vult, ꝙ ab eadem forma per eſſentiam, ignis ſit ignis, & corpus, & ſubſtantia: & ideo tenendo viam aliorum ſanctorum, qui ponunt ſucceſſionem in operibus ſex dierum, videtur mihi dicendum, ꝙ prima materia fuit creata ſub pluribus formis ſubſtantialibus, & ꝙ omnes formæ ſubſtãtiales partium eſſentialiũ mundi, in principio creationis productę ſunt. & hoc ſacra ſcriptura oſtẽdit, quæ cælum, terram, & aquam in principio commemorat. & hoc etiam Magiſter dicere videtur,

poenas

brę aliquid ſunt, ſed ipſa lucis abſentia. Sicut ſilentium nõ aliqua res eſt, ſed vbi ſonus nõ eſt, ſilentium dicitur. Et nuditas non aliqua res eſt, ſed in corpore vbi tegumentum non eſt, nuditas dicitur, ſicut & inanitas G non eſt aliquid, ſed inanis dicitur eſſe locus, vbi non eſt corpꝰ, & inanitas abſentia corporis.

*Quo ſenſu tenebræ dicantur non eſſe aliquid, & quo dicantur eſſe aliquid.*

ATtende, ꝙ hic Aug. tenebras dicit non eſſe aliquid, cum alibi tenebrę inter creaturas ponãtur, quæ benedicunt dominum, vnde dicitur. Benedicite lux & tenebrę domino. Ideoque ſciendum H eſt, tenebras diuerſis modis accipi, ſcilicet, vel pro lucis abſentia, qualiter ſupra accepit Aug. iuxta quam acceptionem non ſunt aliquid, vel pro aere obſcurato, ſiue aeris obſcura qualitate, & ſecundum hoc, aliqua res creata ſunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuiſſe ſuper faciem abyſſi, quia nondũ erat lux, Quę ſi eſſet, ſupereſſet & ſuperfunderetur. Sed nondum lucis gratia opus ſuum Deus venuſtauerat, quæ poſtea in primo die facta eſt.

*Duo hic conſideranda ſunt; quare illa materia confuſa, ſit dicta informis, & vbi ad eſſe prodijt, quantumque in altitudinem aſcenderit.*

DE qua prius quàm tractemus duo nobis diſcutienda occurrunt. Primum, quare illa materia cõfuſa informis dicatur, an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, vbi ad eſſe prodierit, & quantum in altum aſcenderit. Ad illud vero quod primo poſitum eſt, breuiter reſpondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictã fore informen, quòd nullã formã omnino habuerit, quia non aliquid corporeum tale exiſtere poteſt, quòd nullam habeat formam, ſed ideo non abſurde informem appellari poſſe dicimus, quia in confuſione & permiſtione quadam ſubſiſtens, nõdum pulchram apertamq; & diſtinctam receperat formã, qualem modo cernimus; facta eſt



ponens in illa informi materia hoc terreum elementum in medio conſiſtere, & aquas rariores fuiſſe in modum nebulę ſupra extenſas: ſed dico, ꝙ virtutes actiuæ & paſſiuæ nondum in principio partibus mundi collatę fuerant, ſm quas poſtmodũ diſtingui & ordinari dñr, & hoc eſſe poſſibile patet, ſi ſuſtinere volumꝰ opinionem Auic. qui ponit elementa in miſto remanere ſm formas ſubſtantiales quantũ ad primũ eẽ, trãſmutari autem quantum ad ſecũdũ. ſ. quãtũ ad qualitates actiuas & paſſiuas, eſt. n. miſtio miſcibilium alteratorum vnio. vnde poſſibile eſt materiã eſſe ſub forma ſubſtantiali ſine hoc, ꝙ habeat qualitates actiuas & paſſiuas in ſui complemento, & ſic cum eſſe primum naturaliter præcedat eſſe ſecũdum, expreſſus eſt ordo naturæ in ſucceſſione temporis, dum res prius ſiũt in eſſe primo, q̃ pficiant in eẽ ſcd̃o. (Metha. ſua Trac. 2. c. 2.)

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ illa materia prima q̃ vna numero eſt in oĩbus elemẽtis, vt pars eſſentiæ eorũ, eſt omnino informis in ſua eſſentia conſiderata, ſed hæc non potuit elementa duratione præcedere. vnde illa materia quæ duratione præceſſit corporalis fuit, non vna per vnitatem eſſentiæ: ſed per ſimilitudinem informitatis, quantum ad formas ſecundas.

Contra aduerſariũ legis & pphetarum c. 8. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum Auguſt. non ponat ordinem durationis: ſed naturæ tantum, ſecundum ipſum oportet dicere, quòd materia prima eſt omnino informis, quod nõ poteſt eſſe ſecundum aliorum poſitionem ſanctorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non habebat formam vnam, ſed plures, non quidem formas corporum miſtorum, quia hæ conſequuntur virtutes actiuas & paſſiuas principiorum mundi, ex quibus eſſentialiter integratur. Et per hoc patet reſpõſio ad quartum.

ARTICVLVS V.

e *Vtrum quatuor coeua conuenienter aſſignentur.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd incõuenienter *aſſignentur quatuor coeua.* ſ. cælũ empyreum, angelica natura, materia quatuor elementorum, & tempus: locus enim conſequitur generationem rerum ſicut & tempus, ſed de loco nulla fit mẽtio inter prima creata. ergo nec de tpe.

¶ 2 Præt. Tempus eſt accidens quoddam, ſed de alijs accidentibus non fit mentio: ſed intelliguntur cum ſuis ſubiectis creata. ergo videtur ꝙ nec de tempore debet fieri.

¶ 3 Præt. Tempus eſt menſura motus primi mobilis: ſed primum mobile, ſcilicet firmamentum factum eſt ſecundo die. ergo tempus in principio creationis non fuit.

¶ 4 Præt. Superiorum & inferiorum corporum non eadem eſt materia: ſed in principio creationis inſtituta eſt omnium corporum materia. ergo videtur quòd debeant eſſe ſex. ſ. cælũ empyreum, materia firmamenti, materia quatuor elementorũ &c.

¶ 5 Præt. In quolibet ſex dierum dicitur, dixit Deus, fiat, vt oſtendatur opus illius diei per verbum factum eſſe. cum ergo informis materia per verbum facta ſit, videtur quòd in eius creatione debeat dici, dixit Deus, fiat cælum & terra.

RESPONDEO. Dicendum, ad hoc vltimum. Primo ꝙ p opus creationis inſtituta eſt tota creatura quantum ad eſſe ſuũ informe: vnde quæ non poſſunt duci ad vnum informe principium, quod eſt materia, faciunt numerum in operatione creationis. Subſtantia enim & accidens, non reducuntur in vnam materiam, quia accidentis pars materia non eſt, & ideo non conueniunt in materia ex qua, poteſt tamen dici aliquo modo accidens conuenire cum ſubſtantia, in materia in qua, ſecundum quòd accidens eſt in ſubſtantia, & ideo illud accidens qđ eſt ſicut extra menſurando denominans, ſubſtantiæ connumeratur, ſcilicet tempus. Similiter ſubſtantia ſpiritualis & corporalis, non reducuntur *in vnam materiam,* cum ſpiritualia mate-

A ria careant, & ita connumeratur angelus. Similiter etiam corporum cæleſtium & inferiorum non eſt vna materia, & ideo numeratur cælum & materia quatuor elementorum, & ſic oportet in creationis opere, quatuor prædicta connumerari.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd locus eſt ſuperficies corporis locantis, & ideo creatio loci cum creatione corporalis naturæ intelligitur. D. 820.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd accidentia quædam denominãt illud ĩ quo ſunt, ſicut albedo, & talia intelliguntur creata in creatione ſuorum ſubiectorum. ſ. ſunt de illis quæ eſſe primum conſequuntur, vt figura & quãtitas & hmõi. quędã autem denominant etiã illud in quo non ſunt, vt in ſubiecto, ſicut locus. Non. n. eſt locus corporis cõtinentis in quo eſt, vt ſubiecto, ſed corporis contenti, & tempus eſt numerus omnium motuum, & ſi primo eius in quo eſt, vt in ſubiecto. ſ. motus primi mobi-C lis per quẽ oẽs alij numerant, vt in 10. Meta. dicitur, ſed tñ alia eſt ratio de tpe & de loco, quia locus eſt idem per eſſentiam, quod ſuperficies corporis locantis. tempus autem non eſt idem numero cum aliquo accidente in ſubſtantia fundato.

¶ Et præterea locus totum complementum ſuum habet in re: ſed temporis ratio aliquo modo completur ex actione animæ numerantis. *vnde magis* habet rõnem extrinſeci q̃ locus, & iõ potius cõnumerat̃ primo creatis q̃ locus, vel aliud aliqđ accñs. Et pcipue hoc factũ puto, ad remouẽdũ antiquũ errorẽ philoſophorũ, q tps poſuerũt æternũ præter Platonẽ, vt in 8. Phyſ. dr̃. D. 1149. Text. 10.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ motꝰ cæli incepit ſcd̃a die: ſed non oĩa ſimul creata ſunt. vnde nõ põt intelligi de tpe qđ eſt numerus motus primi mobilis: ſed oportet ꝙ vel p tẽpus ſignificet̃ æuũ, vt qdã dñt, vel tẽpus large ſumat̃ pro numero cuiuſcunque ſucceſſionis, vt ſic tẽpus primo creatum dicat̃ qđ menſurat ipſam creationẽ rerũ, qua poſt non eſſe, in eſſe res prodierunt.

D ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ firmamentum ſm quoſdam eſt de natura inferiorum corporum, & ſic materia eius intelligitur in materia quatuor elementorũ, & ſic ſolum empyreum erit alterius *naturæ, & quinta eſſentia: ſed ſi dicamus* firmamẽtum eſſe quintam eſſentiam, tunc per cælum intelligitur empyreum cælum, & cælum cryſtallinum, & cælum ſydereum, ſed quantum ad naturam informẽ horum duorum, cælum enim empyreum ſtatim in ſua creatione vltimum complementum habuit.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ verbum proprie loquendo importat rõnem formæ exẽplaris ad creaturas, eo ꝙ verbũ eſt ars, vt Aug. dicit, & ideo in ſenario dierũ vbi formatio creaturæ narratur, conuenienter mentio de verbo fit. vbi aũt narratur productio informis materiæ, filius oſtenditur cauſa vt principium & non vt verbum. vnde diuerſimode vtrobiq; totius trinitatis cauſalitas oñdit̃. In creatione ſiqdẽ informis materiæ, deſignat̃ E pater nomine Dei qui creauit, filius nomine principij, ſpũſſanctus noĩe pprio, cum dr̃, Spũs dñi. In formatione vero rerũ ſignificatur pr̃ vt dicens, filius vt verbum, ſpũſſanctus, vt benignitas, qua approbat̃ quod factum erat. eodẽ namque amore quo Deus voluit vt creatura fieret, ei placuit vt maneret. (Aug. 4. Gene. ad literã ſępe 6.)

EXPOSITIO TEXTVS.

QVIA NOMINE terrę &c.] Sciendum quòd ſm Aug. qui ponit in diſtinctione rerum ordinem temporis, oportet quòd materia prima intelligat̃ omnino informis, vt dictum eſt, & ſic vocabitur nomine aquæ vel terræ, propter ſimilitudinem tantum, vt dicatur terra propter carentiam formæ, terra enim inter omnia elementa minus habet de ſpecie cum ſit magis elemẽtum groſſum, aqua vero propter receptibilitatem formarum, quia humidum eſt bene receptibile & terminabile: ſed abyſſus dicitur ex hoc, ꝙ eſt turpis per accidens, vt in primo Phyſico. dicitur.

ergo illa materia in forma confuſionis ante formam diſpoſitionis. In forma confuſionis prius omnia corporalia materialiter ſimul & ſemel ſunt creata, poſtmodum vero in forma diſpoſitionis ſex diebꝰ ſunt ordinata. Ecce abſolutum eſt qđ primo in diſcuſſione propoſi-B tum fuit, ſcilicet quare illa materia dicatur informis.

*Hic ad id quod ſecundo quærebatur reſpondet.*

NVnc ſuper eſt qđ ſecundo proponebatur explicare, vbi ſcilicet illa materia ſubſtiterit, & quantum in altitudine porrigebat̃. Ad quod nil temere aſſerentes dicimus, ꝙ illa prima rerũ omniũ moles qñ creata eſt, ibidẽ ad eſſe vr̃ prodiiſſe, vbi nũc formata ſubſiſtit. Eratq; terreum hoc elemẽtum in vno loco eodemq; medio ſubſiſtẽs, cæteris tribꝰ in vna cõfuſione pmiſtis, eiſdem circumquaque in modum cuiuſdam nebulę oppanſis, ita obuolutum erat, vt apparere non poſſet quod fuit. Illa vero tria in vna permiſtione confuſa circũquaque ſuſpenſa, eouſq; in altum porrigebantur quouſque nunc ſummitas corporeę naturę pertingit, & ſicut quibuſdam videtur, vltra locũ firmamenti extendebatur illa moles, quæ in inferiori parte ſpiſſior, atque groſſior erat.

F Abyſſus enim dicitur ab a. quod eſt ſine, & byſſo, quod eſt genus lini candidiſſimi, ideſt ſine candore, & hoc accidit materiæ ratione priuationis. vel dicitur abyſſus quaſi ſine baſi de aliqua magna profunditate, & præcipue aquarum, ſecundum Augu. & ſimiliter materia prima abyſſus dicitur, inquantum priuatur forma, p quã eſſe ſubſtantificum recipit. Sed ſecundum alios ſanctos poſſumus dicere, ꝙ ad literam erat ſub forma ſubſtantiali terrę vel aquæ. {Terra autem erat inanis & vacua.} Si intelligitur per terrã materia informis, ſic oportet exponi, receptibilitas materiæ quodammodo eſſe ſimilis receptibilitati loci, inquantum in vna materia manente, ſuccedũt ſibi diuerſæ formæ, ſicut in vno loco diuerſa corpora, propter quòd, Plato locum & materiam idem eſſe dixit, vt in 4. Phyſi. dicitur, & ideo ea quæ ſunt loci, ſimilitudinarie de materia dicũtur, vt materia dicatur inanis, & vacua, ſecundum carẽtiam formæ: ſed vacua, inquantum forma implet capacitatẽ materiæ, inanis, inquantum forma eſt finis in quem tendit appetitus materiæ. Si autem terra ſumatur pro elemento adhuc informi, ſic ad literam dicitur vacua & inanis, propter carentiam corporum miſtorum, quorum ipſa eſt locus, & ad quæ quaſi ad finem ordinatur. Sine aeris obſcura qualitate &c.

Li. 1. ſuper Gen. ad literam. c. 1.

¶ Sciendum, quòd omnis priuatio quantum ad id quod ſignificatur per nomen, eſt non ens; ſed tamen oportet quòd aliqd præſupponaẽ, quia enim priuatio eſt negatio in ſubiecto apto nato, vt in 4. meta. dicitur. vnde præſupponitur ſubiectũ & habilitas ipſius ad receptionem formæ quæ priuatur, & ideo cũ tenebra opponatur luci per modum priuationis poteſt tripliciter ſumi, aut pro ipſo ſubiecto priuato, quod eſt aer obſcurus, & ſic conſtat tenebras aliquid eſſe & creaturas eſſe. Secundo modo poteſt ſumi pro ipſa virtute aeris, per quam eſt receptiuus lucis, quæ eſt diaphaneitas ſecundum quòd non eſt perfecta per lucem, & ſic tenebra poteſt dici obſcura qualitas aeris, quæ aliquid creatũ eſt. Tertio mõ ſumiẽ proprie, pro eo quod ſignificatur per nomen, & ſic priuatio eſt non ens, & hoc modo per ſe loquendo, non poteſt dici creata a Deo, ſed ſolum per accidens, inquantum fecit naturam opacam, ex cuius oppoſitione ad corpus luminoſum tenebra relinquitur, ſicut diciẽ tenebras in domo facere qui claudit feneſtram. {Primo in verbo omnia diſponendo &c.} videtur hoc eſſe falſum, quia nihil quod fit in verbo, eſt factũ, & ita in verbo Deꝰ nihil opaẽ.

Text. 4.

¶ Ad quod dicendum, quòd ſecundum quoſdam Alcuinus improprie locutus eſt, & eſt exponendum operatur in verbo, ideſt genuit verbum quod eſt ars omnium operandorum per ipſum. Hoc autem ideo dicunt, quia non faciunt differentiam inter operari & facere, cum multum differant, quia facere proprie eſt actus rei tranſiens in exteriorem materiam. vnde Philoſophus dicit in 6. Ethic, artificialia eſſe factibilia, & ſic Deus non fecit aliquid ab æterno. Sed operatio dicitur quilibet actus rei, etiam ſi exterius non tranſeat, ſicut intelligere eſt operatio intellectus, & poteſt eſſe ſine motu. vnde Philoſophus in 7. Ethic. dicit, quòd Deus vna ſimplici operatione gaudet, & per hunc modum Deus ab æterno in verbo operatur, ſicut artifex excogitando formas artificialium.

Cap. 5.

Elicitur ex 10. ca. 8.

In ſuperiori vero rarior & leuior atque ſubtilior exiſtebat. De qua rariori ſubſtantia putant quidam fuiſſe aquas, quæ ſuper firmamentum eſſe dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio priuſquàm reciperet formam vel diſpoſitionem.

G

*Oſtenſo qualis fuit mundi facies in ipſo primordio incipit proſequi operum ſex dierum diſtinctionem.*

NVnc ſupereſt, vt diſpoſitionem illam qualiter perfecta ſit ordine proſequamur. Sex diebus ſicut docet ſcriptura Geneſis, diſtinxit Deus & in formas redegit proprias, cuncta quę ſimul materialiter fecerat, perfecitquę H opus ſuum die ſexto, & ſic deinde die ſeptimo requeuit ab omni opere, ideſt ceſſauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus, ſex rerũ genera diſtinxit, nihilque poſtea fecit quod in aliquo illorum non cõtineatur. Operatus eſt tamẽ poſtea, ſicut veritas in euangelio ait. Pater meus operatur vſq; nũc, & ego operor illud.

# DISTINCTIO XIII.

DIVISIO TEXTVS.

DICTO DE opere creationis, hic proſequitur diſtinctionis opus. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat de opere primæ diei. In ſecunda de opere ſecundæ. 14. di. ibi {Sequitur, dixit Deus. Fiat firmamẽtum.} In tertia de opere tertiæ diei. ibi {Sequtur, dixit Deus. Congregẽtur aquę &c.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat primũ opꝰ diſtinctionis per lucis productionem. In ſecunda exponit quædam dubia, quæ poſſent eſſe in his q̃ contra hoc opus dicuntur, & circa opera. ſcd'a ibi {Præterea inueſtigandum &c.} Circa primum tria facit. Primo, determinat lucis ꝓductionem. Secundo, eius cõditiones. ibi {Sed quæritur qualis illa lux fuerit &c.} {Tertio, lucis effectũ &c. ibi {Hic notandum eſt ꝙ dies &c.} Secũda in duas. In prima oſtẽdit cõditionẽ lucis, quãtũ ad eius naturã vel genus. In ſecũda, quãtũ ad eiꝰ locũ. ibi {Si aũt q̃ritur vbi facta eſt &c.} Tertia pars ĩ qua determinat effectũ lucis qui eſt dies, diuidiẽ in tres. In prima diſtinguit diẽ, quãtũ ad variã acceptionẽ. I In ſcd'a, quãtũ ad ordinẽ partiũ. ibi {Hic ẽ naturalis ordo &c.} In tertia, quãtum ad cãm efficientem. ibi {Solet ẽt quæri &c.} ¶ Præt. Inueſtigandum &c}. Hic exponit qũo intelligẽdum ſit qđ dr̃. Dixit Deus. Et primo ponit expoſitionem. Scd'o mouet dubitationẽ cõſequẽtẽ. ibi {Hic q̃ri ſolet &c.} Circa qđ tria facit. Primo mouet qõnẽ. Scd'o quorũdã erroiẽ ponit. ibi {Putauerũt qdã hæretici &c.} Tertio determinat ẽm veritatem. ibi. {Nõ eſt itaq; intelligẽdũ &c.} Vbi duas ponit ſolutiões. Quarum ſecunda incipit ibi {Poteſt & aliter &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit reſponſionem. Secundo excludit hæreticorum obuiationem. ibi {Sed dicit hæreticus &c.}

† Primo ca.

† Eccle. 18.

*De quatuor modis diuinæ operationis.*

QVatuor enim modis, vt ait Alcuinus ſuper Gene. operatur Deus. Primo in verbo, omnia diſponendo. Secundo in materia, informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando. Vnde, Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul, omnia ſcilicet elementa, vel omnia corpora materialiter ſimul creauit. Tertio per opera ſex dierũ varias diſtinxit creaturas. Quarto ex primordialibus ſeminibus non incognitæ oriuntur naturæ, ſed notæ ſepiꝰ reformanẽ, ne peãt.

# DISTINCTIO XIII.

A

*Quæ prima fuerit diſtinctionis operatio.*

PRima autem diſtinctionis operatio fuit formatio lucis, ſicut oſtẽdit ſcriptura, q̃ cõmemorata rerũ informitate earũ diſpõnẽ a luce inchoauit, ſubdens. Dixit Deꝰ, fiat lux, & fcã ẽ lux, & diuiſit lucẽ a tenebris, appellauitq; lucẽ diẽ, & tenebras noctẽ, & factũ eſt veſpere & mane dies vnus. Congrue mundi ornatꝰ a luce cepit. vnde cetera quæ creanda erant viderentur.

## QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

K

Primo. De opere diſtinctionis, per differẽtiã ab alijs operibꝰ.
Secundo. Vtrum lux proprie in ſpiritualibus inueniatur.
Tertio. Vtrum lux corporalis ſit ſubſtantia, aut accidens.
Quarto. De lucis productione.
Quinto. Quomodo pater dicitur per filium operari.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum opus diſtinctionis fuerit neceſſarium poſt opus creationis.*

AD PRIMVM ſic procediẽ. Vr̃ ꝙ poſt opus creationis, diſtinctionis opus neceſſarium nõ fuerit. Diſtinctio enim non eſt niſi prius confuſorum & commiſtorum. ſi ergo poſt creationem facta eſt rerum diſtinctio oportet res prius miſtas fore creatas, & ſic redibit opinio Anaxagoræ & Anaximandri quòd res fiant per extractionem ex vno confuſo & miſto.

1. q. 47. ar. 1. 2. cõt. c. 39. 1. vſque 45. Et li. 3. c. 97. opu. 3. c. 71. 72. 73. 110. 12. Metha. tex. 9.

¶ 2 Præt. Creatio terminatur ad eſſe, ens enim, vt dicitur in libro de cauſis eſt per creationem: ſed materia ſecundum eſſe diſtincta eſt, quàmuis ſecundum eſſentiam ſit vna. ergo videtur ꝙ poſt creationem diſtinctione opus non ſit.

Propõne. 18.

¶ 3 Præt. Eorum eſt diſtinctio, quorum poteſt eſſe cõmiſtio & cõfuſio ẽm locũ: ſed hæc nõ pñt conuenire, niſi communicantibus in materia ſi ergo ſuperioribus & inferioribus corporibus materia communis non ſit, videtur ꝙ ſuperiorũ ab inferioribus nulla ſit faciẽda diſtinctio.

¶ 4 Præt. Quodlibet corpꝰ eſt diſtinctũ ab alijs corporibus. Cũ ergo deſcribaẽ in textu diſtinctio cęli cryſtallini & cæli ſiderei, videtur ꝙ incõuenienter ſubticeatur diſtinctio cæli empyrei.

1. ſup Gen. ad literam.

¶ 5 Præt. Supra dictum eſt in litera, ꝙ ſex diebꝰ Deus creaturas per ſpecies diſtinxit. ergo videẽ ꝙ totum opus ſex dierum ad diſtinctionem pertineat, & ita ornatus videtur a diſtinctionis opere non differre.

C

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ natura in operibus ſex dierum taliter inſtituta eſt, vt naturæ principia tunc condita in ſe ſubſiſterent, & ꝙ ex eis alia ꝓpagari poſſent ꝑ mutuã actionem & paſſionem, & ideo oportuit eis tunc eſſe conferri & virtutes actiuas & paſſiuas, quas Augu. vocat rationes ſeminales quibus ex eis effectus conſequentes producerentur: quantum ergo ad ipſorum principiorum ſumitur opus creationis, per quod ſubſtantia elementorum mũdi in eſſe producta eſt. Sed virtutum actiuarum & paſſiuarum quædam ſunt mouentes ad determinatas ſpecies, vt virtus quæ eſt in ſemine leonis & equi: quædã vero ſunt communes mouentes ad omnem ſpeciem, vt calidũ, frigidum, & hmõi: per opus ergo diſtinctionis attributę ſunt rebus creatis virtutes actiuæ & paſſiuæ cões, mouentes ad oẽm ſpeciem. Sed per opus ornatus collatæ ſunt rebus virtutes mouentes ad determinatas ſpecies: ſed diſtinctio non poteſt niſi tripliciter variari. Cũ. n. motus alterationis ẽm quẽ ſit gñatio D & corruptio, reducatur in vnum primum alterans non alteratum. ſ. cælum, oportet. n. in principijs eſſentialibus mundi eſſe tria. Primum quod eſt alterans non alteratum, vt cælum. Secundum quod eſt alterans alteratum, vt media elementa quæ ſunt ignis, aqua, & aer. Tertium quod eſt vltimum & minimum hñs de virtute alterandi. ſ. terra. Primo ergo oportuit diſtingui primum ab vltimo, & hoc factum eſt per lucis productionem quæ quidem formaliter eſt in cælo, & participatur in medijs elementis ẽm plus & minus. Sed vltimum elementum. ſ. terra caret luce, vel minimum dę ipſa habet. Secundo, oportuit eſſe diſtinctionẽ primi a medio, & hoc factum eſt ſcd'a die, qñ diuiſę ſunt aque inferiores a ſuperioribus facto firmamento. Tertio, eſt diuiſio medij ab vltimo, & hoc factum eſt tertia die, qñ congregatę ſunt aquę in vnum locum & apparuit arida.

5. li. Gen. ad literam. c. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ diſtinctio partiũ mundi non eſt intelligẽda per extractionem materialem ab aliquo miſto, ſed formaliter per hoc quòd diuerſis rebus diuerſæ virtutes collatę ſunt. E

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd per opus creationis principia mundi diſtincta ſunt quantum ad eſſe primum, quod eſt per formas ſubſtantiales. Sed oportuit aduenire opus diſtinctionis, vt diſtinguerentur etiam quantum ad agere & pati, ſecundum diuerſas virtutes rebus collatas.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in iſtis diſtinctionibus eſt quædam diuerſitas, quia n. corpora ſuperiora non ſunt eiuſdẽ materiæ cum inferioribus, & per conſequens ẽm locũ confundi nõ pñt, ideo prima diſtinctio q̃ eſt primi ab vltimo, & ſcd'a q̃ eſt primi a medio, eſt tñ ẽm collationem diuerſarum virtutum ad agendum & patiendum. Sed tertia quæ eſt medij elementi ab vltimo, quæ cõmiſceri poſſunt, & ẽm locum cõfundi, eſt ẽm vtrũque, inquantum elemẽtis collatę ſunt qualitates quę ſunt principia alterationis, vt calor & frigus, & hmõi. Et illa quæ ſunt A principia motus localis, vt grauitas & leuitas, & ideo in tertio die facta eſt mentio de loco, cum dicitur, Congregentur aquę in vnum locum & non alijs præcedentibus.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ cælum empyreum, vt ſupra dictũ eſt, non habet influentiam ſuper inferiora corpora, & ideo inter opera diſtinctionis cõmemorari nõ debuit, per quam rebus virtutes actiuæ datę ſunt: ſed cælum empyreum ordinatum eſt ad gloriam beatorum, & ideo in principio creationis ſuæ totum complemẽtum ſuũ habuit.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ opus diſtinctionis ſupra acceptum eſt communiter prout dicit diſcretionem ẽm quãcũq; virtutis dr̃iam, & ſic in ſe ĩcludit ẽt ornatũ, alio aũt mõ ab ornatu differt, vt dictũ eſt. Et hæc dr̃ia põt ſumi ex mõ loquendi ipſius ſcripturę, q̃ in operibus trium dierum quandam diuiſionem inſinuat.

Li. 1. c. 6.

*b Qualis fuerit lux illa, ſpiritualis, an corporalis.*

SI quæritur qualis illa lux fuerit, corporalis ſcilicet an ſpiritualis, B id reſpondemus quod a ſanctis traditum legimus. Dixit enim Angu. quia lux illa corporalis vel ſpiritualis intelligi poteſt. Si ſpiritualis accipitur, angelica natura intelligitur, quæ prius informis fuit: ſed poſtea formata eſt cum ad creatorem ſuum conuerſa, ei charitate adheſit, cuiꝰ informitatis creatio, ſuperius ſignificata eſt, vbi dictũ eſt. In principio creauit Deus cęlum & terram. Hic vero eiuſdem formatio oſtendiẽ. cũ ait, Fiat lux & facta eſt lux. Hęc ergo angelica natura priꝰ tenebrę & poſtea lux fuit, quia prius habuit ĩformitatẽ & imꝑfectionẽ, deinde formationis ꝑfectionẽ, & ita diuiſit Deꝰ lucẽ B a tenebris. Nam vt ait Aug. ſuper Gene. Huius creaturę informitas & imperfectio, fuit antequam formaretur in amore conditoris. Formata vero eſt, quando conuerſa eſt, ad incommutabile lumen verbi. c Si vero corporalis fuit lux illa (qđ vtique probabile eſt) corpus lucidũ fuiſſe intelligitur,

ARTICVLVS II.

*b Vtrum lux proprie inueniatur in ſpiritualibus.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ lux ꝓprie in ſpiritualibus inueniatur. Primo, per id quod dicitur, Io. 1. Erat lux vera &c. Quod de Deo intelligitur, qui maxime ſpiritualis eſt. ergo videtur quòd lux proprie in ſpiritualibus ſubſtantijs inueniatur.

Idem 1. q. 67. ar. 1.

¶ 2 Præt. Aug. dicit 4. ſuper Gen. Non Chriſtus ſic dicitur lux quomodo dicitur lapis: ſed illud proprie, hoc vtique figuratiue: non autem Chriſtus proprie diceretur lux, niſi lux proprie in ſpiritualibus inueniretur. ergo &c.

Cap. 22.

¶ 3 Præt. Inter alias creaturas, ſpiritualis ſubſtantia nobilior eſt quaſi Deo proximior: ſed non eſt probabile ſcripturam diuinam nobiliſſime creaturæ creationem ſubticuiſſe. Cum ergo de creatione angelorum mentionem non faciat, videtur ꝙ ad literam, & proprie, per lucis productionem, creatio naturæ angelicę ſit intelligenda.

¶ 4 Luci conuenit maxime actiuum eſſe. Vnde luci attribuitur diffuſiuum eſſe: ſed actio conuenit verius ſpiritualibus q̃ corporalibus. ergo & lux.

¶ 5 Præt. Actus proprius lucis eſt manifeſtare: ſed manifeſtatio magis proprie eſt in ſpiritualibus vbi eſt nobilior cognitio. ergo videtur quòd & lux verius in eis inueniatur.

SED CONTRA. eſt quod dicit Ambro. qui inter ea quæ tranſumptiue de Deo dicuntur, ponit ſplendorem qui contingit ex multiplicatione luminis. ergo videtur quòd lux in ſpiritualibus non niſi metaphorice inueniatur.

Dam. lib. 1. ortho. fidei c. 14. & 15.

¶ 2 Præt. Dion. dicit in 4. cap. de diui. nomi. quòd Deus dicitur lumen ex hoc ꝙ ſimilitudo eius maxime reſultat in radio ſolari quantum ad cauſalitatem. Sed omne nomen quod dicitur de Deo per ſimilitudinem a creatura corporali ſumptã, conuenit ſibi metaphorice. ergo &c.

De nomine luminis.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in hoc videtur eſſe quædam diuerſitas inter ſanctos. Auguſtinus enim videtur velle, quòd lux in ſpiritualibus verius inueniatur quàm in corporalibus. Sed Ambro. & Dionyſius videntur velle quòd in ſpiritualibus non niſi metaphorice inueniatur. Et hoc quidem videtur magis verum, quia nihil per ſe ſenſibile ſpiritualibus conuenit niſi metaphorice, quia quàmuis aliquid commune poſſit inueniri analogice in ſpiritualibus & corporalibꝰ, non tamen aliquid per ſe ſenſibile, vt patet in ente & calore; ens enim non eſt per ſe ſenſibile, quod vtrique commune eſt, calor autem quod per ſe ſenſibile eſt, in ſpiritualibus proprie non inuenitur. Vnde cum lux ſit qualitas per ſe viſibilis, & ſpecies quædam determinata in ſenſibilibus, non poteſt dici in ſpiritualibus niſi vel æquiuoce vel metaphorice.

Aug. vt ſupra Damaſ. ca. 22.

¶ Sciendum tamen ꝙ transferuntur corporalia in ſpiritualia ꝑ quandam ſimilitudinem q̃ quidem eſt ſimilitudo proportio-

nabilitatis, & hanc ſimilitudinem oportet reducere in aliquã communitatem vniuocationis vel analogiæ, & ſic eſt in propoſito: dicitur enim lux in ſpiritualibus illud, quod ita ſe habet ad manifeſtationem intellectiuam, ſicut ſe habet lux corporalis ad manifeſtationem ſenſitiuam. Manifeſtatio aũt verius eſt in ſpiritualibus. Et quantum ad hoc, verum eſt dictũ Aug. ꝙ lux veri' eſt in ſpiritualibus quàm in corporalibus nõ ſecundum propriam rationem lucis, ſed ſecundum rationem manifeſtationis, ꝓut dicit in prima Cañ. Io. quòd Omne qđ manifeſtatur lumẽ eſt, per quem modũ omne quod manifeſtum eſt clarum dicitur, & omne occultum obſcurum.

Aug. 4. ſup Gen. c. 22. ac Sæpe. 161

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus dicitur lux vera, quantum ad veritatem eius a quo ſumitur ſimilitudo, & non quantum ad veram naturam lucis per quem ẽt modũ dicitur vitis vera Ioan. 15.

velut lucida nubes, quod nõ de nihilo, ſed de præiacenti materia formaliter factũ eſt, vt lux eſſet, & vim lucendi haberet. Cum qua, dies prima exorta eſt, quia ante lucem, nec dies fuit, nec nox: licet tẽpus fuerit.

G *d Quòd lux illa facta eſt vbi ſol apparet, quæ inter aquas lucere poterat.*

SI autem quęritur, vbi facta eſt lux illa, cũ abyſſus omnem terræ altitudinem tegeret, dici poteſt in illis partibus facta, quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis poſſe lucere, cum etiam nautarum operatione ſepius illuſtrent, qui in profundum merſi miſſo ex ore oleo aquas ſibi illuſtrant, quę multo rariores fuerunt in principio q̃ modo ſint, quia nondũ cõgregatę fuerant in vno loco. facta eſt ergo lux illa q̃ vicem & locũ ſolis tenebat, q̃ motu ſuo circumagitata noctẽ diemque diſcernebat. Ibi ergo primum lucẽ apparuiſſe veriſimile eſt, vbi ſol quotidiano curſu circũuectus apparet, vt eodem tramite lux circumcurrens, ac primo ad occaſum deſcendẽs, veſperam faceret. Deinde reuocata ad ortum, auroram, ideſt mane illuſtraret, & ita diuiſit Deus lucem & tenebras, & appellauit lucem diẽ, & tenebras noctem.

4. ſup Gen. 22.

H ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Auguſt. attendit quantum ad rationem manifeſtationis, magis quàm ad nomen lucis. Vel dicendum, quòd ea quæ ibi dicit, vt ipſe ibidem proteſtatur nõ aſſerendo: ſed inquirendo dicit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſecundum Dionyſium Scriptura diuina proponit nobis ſpiritualia ſub ſimilitudine rerum corporalium, & ideo non decuit, vt creationem angelorum expreſſe deſcriberet, ſed dedit eam intelligere ex productione corporalis lucis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad propriam naturam lucis nõ pertinet quælibet actio: ſed talis, quæ eſt in corporalibus, & ſimiliter non quælibet manifeſtatio, ſed quæ eſt ad ſenſum viſus: vnde patet reſponſio ad quintum.

## ARTICVLVS III.

### c Vtrum lux ſit accidens.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd lux nõ ſit accidens. Primo per authoritatem Augu. qui dicit in lib. de lib. arb. ꝙ lux in corporibus tenet primũ locũ & multa hmõi in libris ſuis dicit: ſed nullũ corpus eſt accidens. ergo &c.

1. q. 67. arti. 2. 3. Aug. li. 1. epiſto. ad Voluſiañ. epiſto. 3.

¶ 2 Præt. Quæcunq; coniunguntur & ſeparantur abinuicem, manentia eadem numero non ſunt accidentia, quia accidẽs de ſubiecto in ſubiectum non tranſit, nec duo accidentia eiuſdem ſpeciei diſtincta, in eodem ſubiecto eſſe poſſunt: ſed duorum luminarium lumina coniunguntur & ſeparantur abinuicem, vt dicit Dio. in 2. c. de diui. no. ergo lux non eſt accidens.

Dio. 2. c. di. no. 2. parte 5. Topi. c. 3. 2. de anima. lectio 14. 7. Phyſic. tex. 113.

¶ 3 Præt. Quicquid prædicatur de genere & de ſpecie: ſed ſecundum Philoſophum lux eſt ſpecies ignis. Cum ergo ignis ſit corpus & ſubſtantia, videtur quòd ſimiliter & lux.

¶ 4 Præt. Nihil mouetur niſi corpus, vt in 7. Phyſ. probatur, ſed radij mouenẽ deſcendentes de ſole ad nos. ergo ſunt corp'.

¶ 5 Præt. Nihil reuerberatur ad corpus, niſi corpus, quia accidenti corpus non obſiſtit. Sed radij ſolares reuerberantur ad corpus ſolidum. ergo &c.

¶ 6 Præt. Corporum eſt vt ex eorum confricatione & compreſſione calor ſequatur, ſed ex interſecatione radiorum ſolis & multiplicatione ſequitur calor. ergo &c.

¶ 7 Item nihil agit vltra ſpeciem ſuam, quia effectus non eſt altior agente: ſed per lumen ſolis producuntur formæ ſubſtantiales in inferioribus, vt patet ex Diony. in 4. cap. de diui. nom. vbi dicit, quòd lumen ſolare corporum viſibilium generationi confert, & ad vitam ipſam mouet. Cum ergo forma ſubſtantialis ſit vltra naturam accidentis in perfectione & dignitate, videtur quòd lumen accidens eſſe non poſſit.

Dionyſ. ibi. c. 4.

¶ 8 Præt. Si accidens eſt, oportet quòd ad aliquod accidentis genus reducatur, nec poteſt ad aliud reduci quàm ad genus qualitatis, cuius ſibi nulla ſpecies competere videtur niſi tertia. Si ergo in tertia ſpecie qualitatis non ſit, videtur quòd non ſit

F accidens. Quòd autem non ſit in tertia ſpecie qualitatis, ſic probatur. In illa enim ſpecie eſt paſſio, vel paſſibilis qualitas: ſed cuilibet paſſibili qualitati eſt aliquid contrarium. cum ergo luci nihil contrarie opponatur, ſed ſolum priuatiue, ſcilicet tenebra, videtur ꝙ lux non ſit in tertia ſpecie qualitatis.

In capi. de Qualita.

¶ 9 Præt. Omnis qualitas paſſibilis introducitur ſucceſſiue in materiam, qa ſecundum eam contingit alterat iõis motus qui ſucceſſiuus eſt, illuminatio autem ſit ſubito. ergo lumen non eſt huiuſmodi qualitas.

¶ 10 Præt. Qualitates paſſibiles impreſſe in ſubiecto ab aliquo agente, remanent per aliquod tẽpus, etiam agente remoto, vt patet in aqua calefacta: ſed lumen factum in aere ſtatim eſſe deſinit ad abſentiam ſolis illuminãtis. ergo &c.

SED CONTRA, eſt qđ dicit Damſc. lucem eſſe qualitatẽ ignis, qualitas autem eſt accidens. ergo & lux.

Dam. lib. 1. ortho. fidei cap. 7. Auic. de aĩa par. 3. c. 1.

H ¶ Item Auic. dicit, quòd lux eſt qualitas corporis lucidi inquantum hmõi, & ꝙ lumẽ eſt qualitas quam mutuat corpus diaphanum a corpore lucido. ergo vr̃ ꝙ tã lumen q̃ lux ſit accidens.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ iſta quatuor differunt, lux, lumen, radius, & ſplendor. Lux. n. dr̃ ſecundum ꝙ eſt in aliquo corpore lucido in actu, a quo alia illuminãtur, vt in ſole. Lumẽ aũt dr̃, ſm ꝙ eſt receptũ in corpore diaphano illuminato. Radius autem dicitur illuminatio ſm directam lineam ad corpus lucidum. Et ideo, vbicũque eſt radius, eſt lumen: ſed non cõuertitur. Cõtingit. n. lumen eſſe in domo ex reflexione radiorũ ſolis, q̃uis nõ ex directa oppoſitione, ꝑp aliquod corpus interiacens. Splendor aũt eſt ex reflexione radij ad aliquod corp' terſum & politum, ſicut ad aquam & ad argentum, vel ad aliquod hmõi, ex qua reflexione etiam radij proijciuntur.

¶ His ergo viſis ſciendum eſt, ꝙ circa naturam lucis & luminis eſt multiplex opinio. Quidam enim dixerũt quòd lux eſt corpus quod eſt ipſa ſubſtantia ſolis ex quo fluunt quædam corpora, & illa corpora dicuntur lumen, vel radius. Hæc autem poſitio multipliciter a Philoſophis improbata eſt. Primo, quia ſequeretur ꝙ illuminatio eſſet motus localis corporũ a ſole fluẽtium, cum motus localis non poſſit eſſe ſubito, ſequeretur illuminationem fieri ſucceſſiue, quæ ſucceſſio non poſſet ſenſum latere ſm maximum ſpatium ab oriente. ſ. in occidentem, & a ſole ad nos. *Secundo, quia ſequeretur duo corpora eſſe ſimul* in eodem loco, cum totum ſpatium quod illuminatur ſit plenum aere, quàmuis hæc pro inconuenienti quidam eorum non habeant, omnino ſenſum negligentes. Alij vero dicunt. lumen recipi in poros aeris. Sed hoc ridiculum eſt, oporteret enim obtenebrato aere, poros vacuos remanere, & aerem non totum illuminari, & multa hmõi. Tertio quia illa corpora, aut deciduntur de ſubſtantia ſolis, & ſic oporteret eum quotidie minorari, & quandoque conſumi, niſi forte dicatur cibari vaporibus ex aqua & terra aſcendentibus, vt ſic deperdita reſtaurentur, quod eſt omnino fabuloſum. Aut oporteret, quòd continue illa corpora de nouo fiant, & hoc vel ex materia præiacente, & ſic fierent corruptis quibuſdam alijs, & cum in cælo ſit illuminatio, ſequeretur aliqua corpora ibi corrumpi, vt alia generentur & multa alia abſurda. Aut quòd fiant per creationem nouæ materiæ & naturæ, nec poterit eſſe tunc illuminatio, niſi per miraculum a Deo. Sequeretur etiam, cum corpora creata in nihilum non reducantur, quòd quantitas mundi ſemper augmentaretur, nouis corporibus quotidie creatis, & huiuſmodi multa abſurda.

Opinio Empedocl. vt in 2. de Anima, tex. 70.

¶ Præt. Contra hæc, Auic. multas rationes ponit in ſexto de naturalibus. vnde hæc poſitio tanquam abſurda & extranea relinquenda eſt, nõ enim poteſt ſuſtineri, niſi alijs principijs naturalis philoſophię inuentis. Alij aũt dñt, ꝙ lumen qđ eſt receptũ in corpore diaphano eſt accñs, quia poſt eſſe completum aduenit & recedit rebus manentibus: ſed in corpore lucido lux eſt ſubſtantia, vel ipſum corpus lucidum ſm quoſdam, vel forma ſubſtantialis eius ſecundum alios, hoc iterum ſtare nõ poteſt. Illuminatio enim eſt actio in aliud, quia lucidum illuminat, vnde ſi lumen in hoc aere eſt accidens, oportet quòd principium illuminationis in corpore lucido, ſit accidens, ſicut ẽt Commen. probat ꝙ calor non eſt forma ſubſtantialis ignis, quia in corporibus calefactis eſt accñs.

De Anima par. 3. c. 3.

D. 361.

¶ Præt. Nulla ſubſtantia eſt per ſe ſenſibilis, quia quodq̃d eſt d obiectũ intellectus. Vnde oportet ꝙ lux quæ ꝑ ſe videẽ non ſit forma ſubſtãtialis. Et ſi dicatur, quòd illud quod videtur non eſt lux: ſed fulgor quidam. Dicendum, quòd illud quod nos appellamus lucem eſt illud quod per ſe videtur, & ſi forma ſubſtantialis ſolis dicatur lux non erit niſi æquiuoce, quia accidens & ſubſtãtia nõ vniuocantur in aliquo, & ſic nihil ꝓhibet etiam lapidem vocari lucem, aut tenebras, quia ẽt ſecũdũ Philoſophum in 4. Metaphiſicę non eſt inconueniens, quòd eodem nomine apud nos ſignificetur homo, & apud alios non homo. Alij dixerunt, ꝙ lux nihil addit ſupra colorem: ſed ipſa euidentia coloris vocatur lux, vel lumen, & hanc poſitionem Auic. multipliciter improbat, accipiẽdo omnes modos quibus intelligi poteſt. Senſibiliter tamen apparet eſſe falſum in noctilucis, quorum color in nocte occultatur, quando lux apparet & quando color videtur in die lux non ſentitur: ſed verum ꝙ per lucem videtur color, quia facit colorem eſſe viſibilem in actu. Alij dicunt, quòd lux non habet eſſe firmum & ratum in natura, ſed eſt tãtum intentio: ſicut enim dicitur quòd ſpecies coloris per aerem ad pupillam delata, in aere nõ habet eſſe naturale, d ſed ſpirituale. vnde & per eandem partem aeris ſpecies albedinis & nigredinis deferuntur, ita etiam intentio corporis lucidi in aere relicta, eſt lumen. Et hæc opinio valde probabilis eſt. Primo, quia cum lumen det eſſe ſpirituale colori, multo fortius videtur quòd ipſum ſpirituale eſſe habeat. Secundo, quia nulla qualitas habens eſſe naturale, d immediate ſuperpoſita organo viſus poteſt videri, lumen autem videtur contingens pupillam, vnde videtur ꝙ eſſe ſpirituale habeat: ſed hoc non videtur vſqueq; verum, quia per ilud quod habet eſſe intentionis tantum, non ſequitur d trãſmutatio niſi ſecundum operationem animæ, vt in videndo & audiendo: per illuminationem autem videmus ſenſibiliter naturales trãſmutationes fieri per caliditatem ex radijs ſolis conſequentem. vnde non poteſt eſſe, quòd habeat eſſe intentionis tantum. Et ideo dicunt alij, quibus conſentiendum videtur mihi, ꝙ lux eſt forma accidentalis, habens eſſe ratum & firmum in natura, & ꝙ ſicut calor eſt qualitas actiua ignis, ita lux eſt qualitas actiua ipſius ſolis, & in alijs eſt ſecundum quòd magis cum ſole communicant qui totius luminis eſt fons. Vnde Auic. dicit, quòd nulla actio eſt a corporibus ſuperioribus in inferiora, niſi mediante luce, ſicut ignis etiam agit mediante calore, vnde lux & lumen *differunt, ſicut calor in ſubiecto* per ſe calido & in calefacto. Et quia cælum eſt primum alterans, inde ſequitur ꝙ omnis alteratio quæ eſt in inferioribus, perficiatur per virtutem luminis, ſiue ſit alteratio ſm eſſe naturale, ſiue ſm ſenſum, & ex hoc habet lux ꝙ omnibus corporibus generationem conferat, vt dicit Dion. ex hoc etiam eſt, quòd coloribus eſſe ſpirituale confert, ſecundum ꝙ eſſe recipiuntur in medio & in organo. vnde & ipſum lumen virtutem ſpiritualem habet: & inde eſt etiam ꝙ ſecundum Aug. lumen eſt medium in omni ſenſu, ſed in viſu primo & immediate: qualitates enim viſibiles ſunt priores cæteris prout ſecundum eſſe formale ſunt inuẽtæ: in corporibus inferioribus, ſecundum quòd conueniunt cum corpore cæleſti, vt patet in 2. de anima. & in 2. de gene. ſed aliorum ſenſuum *mediantibus alijs qualitatibus*.

D. 752.

Text. 11.

De anima, par. 3. c. 2. & 3.

D. 87.

D. 1119.

D. 787.

Li. de cæ. & mũ. c. 14. in fine.

De diu. no.

7. ſup Gen. ad lit. c. 15.

*Quòd dies diuerſis modis accipitur.*

HIc notãdum eſt, ꝙ dies diuerſis modis accipitur in ſcriptura. Dicitur enim dies lux illa, quæ illo triduo tenebras illuminabat, & dicitur dies illuminatio ipſa aeris. Dicitur etiam dies, ſpatium. 24. horarum, qualiter accipitur cum ait. Factum eſt veſpere & mane dies vnus. Quod ita diſtinguendum eſt, Factum eſt veſpere prius, & poſtea mane, & ita fuit dies vnus expletus. 24. horarum, dies ſcilicet naturalis qui habuit veſperã, ſed non mane. Manę enim dicitur finis præcedentis, & initium ſequentis diei, quod eſt aurora, quæ nec plenam lucẽ, nec oĩno tenebras habet. Mane ergo primus dies nõ habuit, qa nec dies pręceſſerat, qui ſequẽtis diei initio terminaret, & eo præcipue, quia luce apparente mox ſuper terram plenus atque præclarus dies extitit, qui B non ab aurora, ſed a plena luce inchoauit, & mane ſequentis diei conſummatus eſt. Vnde Beda ſuper Geneſ. Decebat, vt dies a luce inciperet, & in mane ſequentis diei tenderet, vt opera dei a luce inchoaſſe, & in lucem completa eſſe figurarentur. Reliqui autem dies mane habuerunt, & veſperam, quorum quiſque a ſuo mane incipiens, vſque ad

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut tenebra ſumitur q̃nq; pro aere obſcurato, vt ſupra dictũ eſt, ita etiã lux pro cor-

A pore lucido ſumitur, & ſic poteſt intelligi, ꝙ Aug. lucem alijs corporibus connumerat per modum loquendi, quo etiam Cõmen. in 2. de Anima, calorem naturalem corpus eſſe probat, nihilominus Aug. non intendit hoc aſſerere, quaſi fidei conueniens: ſed ſicut vtens his, quæ philoſophiam addiſcẽs audierat. Et ideo illę authoritates parũ cogunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ non intelligitur coniũctio & ſeparatio luminũ, niſi ſecundum intẽſionem & remiſſionem luminis, multiplicatis, *vel ſubtra*ctis luminarib', quorum radij confuſi eẽ dicuntur ꝑp luminariũ diſtinctionẽ.

D. 827.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa diuiſio ignis ſic intelligenda eſt, vt per lucem intelligatur ignis ſecundum ꝙ in ꝓpria materia eſt, vt ſic cõiunctiue ſumatur: ꝑ *alia vero ſecundum* ꝙ eſt in materia aliena, per carbonem q. dẽ ſm ꝙ eſt in ſicco terreſtri, ꝑ flãmã aũt

C ſm ꝙ eſt in humido aereo, & ſic ipſemet ſe exponit in lib. de animalibus: ſed tñ authoritates Ariſto. quæ exemplis inductis ſumunẽ nihil valẽt, quia ipſemet teſtatur in principio de gene. ꝙ in eis nõ q̃rit ſubiectũ, ſed modũ, vnde inducit ea nõ ad aſſerendũ, ſed quia erãt ſuo tpe apud quoſdam probabilia.

¶ Ad quartum dicendum ſecundum Auic. quòd cum dicitur radius moueri, vel deſcendere, non proprie dicitur, ſed tranſumptiue, ex eo. ſ. ꝙ alteratio illuminationis incipit ab eo quod ſupra nos eſt, *per quem etiam modum poſſumus dicere calorem* aſcendere, vel deſcendere.

De Aĩa par. 4. c. 1.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ radius non dicitur reuerberari ad corpus ſolidum, ſicut repulſus ſecundum motum localem, ſicut pila quædam, ſed inquantum obſiſtit ſua denſitate illuminationi, per quem etiam modum alię qualitates reflectũntur.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ ex interſectione radiorum, non ſequitur calor ſicut ex confricatione corporũ, ſed quia ex cõcurrentibus multis radijs, ad vnum punctũ, oportet multiplicari D lumen, & ex hoc multiplicatur calor inquantum lumẽ, ex hoc ꝙ eſt qualitas primi alterantis, habet ꝙ ad alterationẽ iuuet, & præcipue ſm illam qualitatem q̃ eſt ſimpl'r, & maxime actiua. ſ. calor, ac per hoc virtuti primi alterantis maxime conformis.

¶ *Ad ſeptimum dicendum, ꝙ forma ſubſtantialis* educitur in actum per virtutem cæli, & ideo oportet ꝙ lumen quod per cælum in inferiora agit, generationem rebus conferat, & ad formã ſubſtantialem moueat inquantum agit in virtute ipſius cæli, ſicut etiam calor ignis mouet ad formam ſubſtantialem ignis, ſecundum ꝙ agit in virtute formæ ſubſtantialis a qua fluit.

¶ Ad octauum dicendum, ꝙ lux & etiam lumen, in genere qualitatis eſt, vt dicit Auic. & quia paſſionem in ſenſu infert, oportet ꝙ ſit in tertia ſpecie, nec tamen oportet ꝙ contrarium habeat, eo ꝙ eſt qualitas illius corporis quod a contrarijs natura remouit, vt ſit vniuerſaliter mouens alterans.

Vt ſupra cap. 2.

E ¶ Ad nonum dicendum, ꝙ ſucceſſio quæ eſt in alia rõne aliarũ qualitatum contingit ex hoc, quòd in patiente eſt qualitas con*traria quæ reſiſtit actioni alterantis*, quam oportet ſucceſſiue expelli. Sed cum lux non habeat contrarium, ſicut nec forma ſubſtantialis, diaphanum ad præſentiam illuminantis ſtatim lumẽ recipit, ſicut materia ſtatim neceſſitata ꝑ alterationẽ præcedentẽ recipit formã ſubſtantialẽ. Et ideo ſicut gñatio eſt terminus alterationis, ita illuminatio motus localis, quo illuminans ſit præſens illuminato, vt dicit Com. in 6. Phyſic.

¶ Ad decimum dicendum, ꝙ ſicut dicit Dion. in 4. cap. de diui. nomi. lumen ſolis recipitur in diuerſis corporibus diuerſimode, ſecundum diuerſam capacitatem eorum, & ideo aliqua ſunt quæ illuminantur in ſuperficie tantum, vt corpora opaca. Aliqua vero ſunt, quæ illuminantur etiam in profundo, ſicut diaphana, quæ tamen lucem non retinent, quia imperfecte lumen recipiunt: vnde oportet quòd lumen in eis ceſſet abſente illuminante. Alia vero ſunt quæ perfectius lumen recipiunt, & lumen tenent, vt carbunculus & huiuſmodi.

ARTICVLVS. IIII.

*d Vtrum productio lucis conuenienter recitetur.*

1.q.68 ar.4. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ inconue nienter lucis productio recitetur. Cum enim Deus lux ſit, non decet eum, vt a tenebris opera ſua inchoet: ſed ante lucem tenebræ fuerunt. ergo videtur ꝙ lux debeat eē de primo creatis, non ad opus diſtinctionis: ſed ad opus creationis pertinens.

¶ 2 Præt. Lux inuenitur in pluribꝰ corporibus, nec omniū corporū eſt lux vna. ergo videtur ꝙ incōuenienter vnius tantum lucis productio deſcribatur, in illo tantum loco exiſtentis, vbi nunc eſt ſol, vt in litera dicitur.

¶ 3 Præt. Dies & nox nō fuerunt niſi ſecundum acceſſum & receſſum luminarium: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi per motum circularem lux deferatur. cum ergo firmamentum qd̄ circulariter mouetur ſecunda die ſit factum, videtur quòd inconuenienter in prima die ſecundum lucem tunc creatam, fuiſſe dies & nox commemoratur. Sup Gen.1.

¶ 4 Præt. Omne quod fit ex aliquo, fit ex incontingenti, ideſt contrario. vt ex 1.Phyſi. patet: ſed ſoli non eſt aliquid contrarium. ergo nō poteſt eſſe ꝙ ex luce tūc creata ſol factus fuerit.

¶ 5 Præt. vt in 2. Metheororum habetur, nubes ex vaporibus congregantur qui ex terra & aquis reſoluti ſuperius aſcendunt: ſed corpora ſuperiora non communicant in materia cum inferioribus, vt ſupra dictum eſt. ergo lux ex qua ſol quaſi ex materia poſtmodum factus dicitur, nubes eſſe non potuit.

SED IN CONTRARIVM ſunt quæ in litera dicuntur.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut dictū eſt, lux eſt qualitas actiua corporis cœleſtis, ſicut calor eſt qualitas actiua ignis. K Calor autem habet quandam actionem communem inquātū eſt calor, quia ſm ꝙ in diuerſis rebus inuenitur, determinatur ſua actio ad determinatos effectus, ſicut calor qui eſt in homine operatur ad conuerſionem cibi in carnem humanam, & in planta ad ſubſtantiam plantæ, ita ēt & lux, quàmuis habeat actionem conſequentem naturam lucis inquantum huiuſmodi, determinatur tñ ſua actio ſm, ꝙ in diuerſis recipitur ad diuerſos effectus, vnde alium effectū habet radius Saturni quàm Iouis: ſm hoc ergo dico, ꝙ ipſa lux ſm virtutē communē pertinet ad opus diſtinctionis ſicut & calor, ſed ideo inter opera diſtinctionis primo ponitur, quia primi corporis qualitas actiua eſt. Sed poſtea determinatio ad diuerſos effectus ſecundum diuerſas virtutes corporibus cæleſtibus collatas, pertinet ad opus ornatus. Et ideo dicit Dion. in 4. cap. de diui. nomi. quòd lumen ſolare eſt illud lumen quod Moyſes in tribus diebus noſtri temporis narrat, quàmuis tunc informe eſſet, quia ſcilicet terminatio virtutis non aderat.

F ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd opus diſtinctionis ſtatim cum opere creationis incepit, & ideo ſtatim lux creata eſt cum primo creatis. Et ſic patet, ꝙ non a tenebris, opus Dei inchoauit. Et hoc quidem oportet dicere ſm expoſitionē Auguſtini, quàmuis etiā Augu. velit ꝙ productio informis materiæ intelligatur ante oēm diem non tempore, ſed natura. Alij vero dicunt ꝙ prius tempore fuit opus creationis, & poſtea per aliquod interuallum tēporis formata eſt lux, & tunc dies primo incepit, vnde dicunt creationis opus añ oēm diē fuiſſe. Et hoc quidē magis conſonat literæ Geneſis ſm ſuū ſenſum planum: ſtatim. n. poſita creatione, tenebras ſuper faciem abyſſi commemorat, & poſtmodum de lucis productione dicit: nec tamen eſt incōueniēs tenebras præcedentes nō in genere priuationis ponere, qa priuatio eſſe nō potuit antequam natura habitus oppoſiti, ſcilicet lucis, corporibꝰ indita eſſet, ſicut nec catulus ante nonum diem, cecus vel priuatus viſu dicitur, vnde per tenebras præcedentes lucem impſectio corporalis naturæ oſtēditur, quam quidē ex Deo non habet, a quo habet omnino id quod perfectionis eſt: decens eſt autem vt ab imperfectione ad perfectum diuina opera adducerentur, vt ſic ab ipſo omnis perfectio eſſe oſtenderetur. vnde dicit Auguſt. in 2. ſuper Gen. quòd ſi aliquid imperfectū Deus feciſſe dicatur, quod poſtmodum ipſe perficeret, nihil reprehēſionis habet iſta ſententia.

Super Gen. ad lit. to.3. c.1. & imp. fecto.c.1.

†Agu.ſuper Gen.ad lit. li.1.c.13.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in lucis productione intelligitur proprietas luciditatis & diaphaneitatis, quæ ad lucis genus reducitur, omnibꝰ corporibus lucidis & diaphanis collata fuiſſe, ſed tñ ſm Dion. 4.c. de di. no. Sol eſt principium & fons luminis, illuminans ſuperiora & inferiora corpora, & ideo p lucem illam ipſe intelligit lumen ſolis tunc informe, & Magiſter etiā dicit in litera, ꝙ ex ea formatum eſt corpus ſolis. Dio. vt ſup.

¶ Ad tertium dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. Dama. enim dicit, quòd in illo die fiebat dies & nox per cōtractionem luminis & emiſſionem, ſicut etiam ſuos radios retraxit in terra Egypti, cum alibi lux eſſet, vt dicitur Exod. 10. Et ſimiliter in paſſione domini quando tenebræ factæ ſunt ſuper terram, vt habetur Matth. 27. Sed hoc non poteſt eſſe, quia illuminare eſt actio a corpore lucente proueniens, ſecundū neceſſitatem naturæ, & ideo oportet quòd ſemper illuminet corpora ſibi directe oppoſita, niſi forte poneretur habere aliqua coopercula, ſicut ſunt palpebræ oculorum, quibus ſe tegeret, quod eſt ridiculum dicere. Aut niſi ponatur hoc virtute diuina fieri, & quaſi miraculoſe, & hoc non conuenit ponere in prima inſtitutione naturæ, vt Augu. dicit. Et pterea, exēplū de paſſione Chriſti nō eſt cōueniēs, qa obſcuritas illa nō fuit facta p cōtractionē radiorū ſolis, ſed per interpoſitionem corporis lunaris, vt Diony. in epiſtola ad Policarpum dicit, ſicut etiam fit in eclipſi ſolis, quàmuis tunc tempus non eſſet eclipſis, vnde miraculoſa fuit. Et ideo alij dicunt, vt in litera dicitur ꝙ dies & nox fiebant per motum circularem illius lucis quo accedebat & recedebat, nec eſt inconueniens ſubſtantias ſpherarū quæ lucem reuoluerēt a principio creationis fuiſſe quibus poſtmodum aliquę virtutes collatę ſunt in operibus diſtinctionis & ornatus. Aut ſi ſubſtātię ſphęrarum nō erant ſuis figuris determinatę ipſum corpus lucidum naturaliter circulariter mouebatur, cum eſſet de naturæ quintæ eſſentiæ, & ita ſuo motu circulum deſcribebat ſicut lapis ſuo motu lineam rectam fecit rectius etiam q̃ ars.

In 7.c.2.li. de fid.orth. paulo poſt princ.

Dionyſ.ad Policar.epiſtola 7.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſubſtantia corporis ſolaris a principio creationis in ſua forma ſubſtantiali fuit, vnde ipſum corpus lucidum ſubſtantia ſolis fuit, ſed dicitur ex eo ſol quarta die factus per additionem nouę virtutis, ſicut dicitur ex homine non muſico fieri homo muſicus.

¶ Ad quintum dicē dum, ꝙ non fuit nubes ſm veritatē ſubſtantiæ, ſed ſm ſimilitudinē pprietatis, qa ſicut nubes lucida recipit lumē a ſole in minori claritate q̃ ſit in ipſo fonte ita etiam ſubſtantia ſolis habuit primo lumen imperfectū, quod poſtmodum quarta die conſumatum eſt.

alterius diei mane extendebaſ.

*De naturali ordine computationis ſex dierum, & de illo qui pro myſterio introductus eſt.*

HIc eſt naturalis ordo diſtinctionis dierum, vt diſtinguantur atq; cōputetur dies mane vſq; ad mane. Poſtea vero in myſterio factum eſt, vt dies computentur a veſpera in veſperam, & adiungatur dies præcedenti nocti in computatione, cum iuxta naturalem ordinem præcedens dies ſequenti nocti adiungi debeat, quia homo a luce per peccatū corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorū. Deinde per Chriſtum, a tenebris ad lucē redijt. Vnde Apoſtolus. Eramus aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Primus itaque dies non ab aurora, ſed a plena luce incipiens, et poſt paulatim veſperam occidente luce excipiens, mane ſequentis diei completus eſt. Vnde Beda. Occidente luce paulatim, & poſt ſpatium diurnæ longitudinis & inferiores partes ſubeunte, factum eſt veſpere ſicut nunc vſitato curſu ſolis fieri ſolet. Factum eſt autem mane, eodem ſuper terram redeunte, & alium diem inchoāte, & dies expletus eſt vnus 24. horarum, fuitque nox illo triduo omnino tenebroſa, quæ poſt creata ſydera, aliqua luce claruit.

*Cur ſol factus eſt, ſi lux illa ſufficiebat.*

SOlet autem queri, quare factus eſt ſol, ſi lux illa faciendæ diei ſufficiebat. Ad quod dici G poteſt, quoniam lux illa forte ſuperiores partes illuſtrabat, & ad illuminationem inferiorum ſolem fieri oportebat. Vel potius ideo, qa facto ſole, diei fulgor auctus eſt. Ampliori enim multo luce radiauit dies poſtea, quàm ante. Si vero queritur quid de luce illa factum ſit, cum modo non appareat, poteſt dici, aut de ea corpus ſolis formatum, aut in parte cæli eſſe in qua ſol eſt, non ꝙ ipſa ſol, ſed ſit ſic ei vnita, vt diſcerni non valeat. H

*Quomodo accipēdum ſit illud, Dixit Deus, an ſono vocis id Deus dixerit, an aliter.*

PRæterea inueſtigandū eſt, quomodo accipiēdum ſit quod ait. Dixit Deus, vtrum temporaliter vel ſono vocis illud dixit, an alio mō? Aug. ſup Gene. tradit, nec tēporaliter, nec ſono vocis Deū fuiſſe locutū qa ſi tpaliter & mutabiliter, & ſi corporaliter dicatur ſonuiſſe vox Dei, nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quem oporteret audire & intelligere. Bene ergo vox Dei ad naturam verbi I per quod omnia facta ſunt, refert. Dixit ergo Deus. Fiat &c. non temporaliter non ſono vocis: ſed in verbo ſibi coeterno, ideſt verbum genuit non temporaliter in quo erat, & diſpoſuit ab æterno vt fieret in tempore, & in eo factum eſt.

*Quomodo accipiendum eſt quod dicitur pater operari in filio, vel per filium, uel in ſpiritu ſancto.*

HIc queri ſolet quomodo accipiēdum ſit qd̄ dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in ſpiritu ſancto. Hęc enim ſcriptura frequenter nobis proponit, vt illud, Omnia in ſapientia feceſti domine, ideſt in filio. Et in principio, ideſt in filio creauit Deus cælum & terram. Et illud, Per quem fecit & ſecula. Super illum quoq; pſal. locum. Verbo domini cęli firmati ſunt &c. dicit Augu. quòd pater operatur per verbum ſuum & ſpiritum ſanctū, quomodo ergo hoc accipiendum eſt? Putauerunt quidam hęretici, quòd pater velut author & artifex filio & ſpiritū ſancto in rerū operatiōe, quaſi inſtrumento vteretur, ex prædictis verbis errandi occaſionem ſumentes: Quod velut blaſphemum atque ſanę doctrinę aduerſum abijcit pia fides. Non intelligendum ideo ſcripturam frequenter commemorare patrem operari in filio, vel per filium, tanquam filius non poſſet facere, ſi ei non porrexiſſet pater dexteram, vel tanquam aliquod inſtrumentum fuerit patris operantis: ſed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio & cū ſpiritu ſancto operari, & ſine eis nihil facere.

*Contra hanc expoſitionem ſurgit hæreticus.*

SEd dicit hęreticus, hac ratione poſſet dixiſſe filium operari per patrem, vel in patre, & ſpiritum ſanctum cum vtroque, vel per vtrumque, quia filius cum patre, & ſpiritus ſanctus cū vtroque operatur. Cui breuiter reſpondetur; ideo illud dictum eſſe, & non iſtud, vt in patre monſtraretur authoritas. Non enim pater a filio, ſed filius a patre operatur & ſpiritus ſanctus ab vtroque. Ideoque filius etiam per ſpiritum ſanctū legitur operari, quia cum ſpiritu ſancto operaſ, hoc ipſum a filio habente vt operetur.

*Alia prædictorum expoſitio.*

D POteſt & aliter illud accipi vt dicaſ pater in filio, vel p filiū operari, quia eum genuit omnium opificem, ſicut dicitur per eum iudicare, quia genuit iudicem.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum pater faciat omnia per filium.*

AD QVINTVM ſic pcediſ. Vſ ꝙ pſ nō faciat oīa p filiū. Illud. n. p qd̄ fit aliqd īmediatius ſe habet ad effectū q̃ faciēs p ipſum: ſed filius nō eſt īmediatiꝰ principiū rerū q̃ pſ, cū ambo ęque īmediate opereſ. ergo pater p filiū non operatur.

Dam.l.2.c.3.in fi. ¶ 2 Pręt. Per, denotat habitudinē cauſę: ſed filiꝰ reſpectu nulliꝰ qd̄ ē ī pſe cā, vel principiū dici pōt. ergo filiꝰ nō ē pquē pſo paſ.

¶ 3 Præt. Scd̄m Dam. excogitatio Dei eſt opꝰ eius: ſed nō pōt dici ꝙ pſ ſit ſapiēs p filiū, vel intelligens. ergo vſ ꝙ nec per filiū operetur, cum idem ſit Deo eſſe quod operari.

¶ 4 Præt. Per, notat cām mediā, filius aūt eſt cā prima. ergo vſ ꝙ non conuenienter dicatur, pater per filium operari.

SED CONTRA. eſt quod dicitur ad Hæb. 1. Quem conſtituit heredem vni. per quem fecit & ſecula.

Aug. ſuper Ioan. to. 9. tract. 1. ¶ Præt. Quilibet artifex p ſuā artē opaſ, ſed ſm Aug. filius eſt ars patris plena rōnū viuētiū. ergo pater p filium operatur.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ operari per aliquem dicitur dupliciter. Vno modo operari per virtutem alicuius ſicut dicitur Baliuus operari per regem, ſcilicet per poteſtatem regis ſibi commiſſam, quæ immediatior eſt operi quàm virtus eius, & hoc modo nec pater per filium, nec filius per patrem dicitur operari, quia vna & indiuiſibili virtute ambo operan- A tur. Alio modo, dicitur aliquis operari per aliquem, ſicut per operantē. Et hoc modo rex per pſectum operari dicitur, & huius diſtinctionis rō eſt, qa cū operatio ſit mediū inter operantē & operatum, cauſalitas importata per præpoſitionem, per, pōt referri ad operationem ſm ꝙ exit ab operante, & ſic dſ aliquis operari per illum q eſt cā ꝙ iſte opereſ, & eſt ille cuius virtute operatur: vel pōt referri ad operationem ſm ꝙ terminatur ad operatum, & ſic dicitur aliqs operari per illud quod eſt ab operante ordinatum ad operatum vt cauſa. vnde deſignatur authoritas ī operāte reſpectu eiꝰ per quem operatur, in quo eſt cauſalitas reſpectu operati, ſed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando illud quod ordinaſ ab operante, vt cauſa operati, eſt cauſa eius ſm virtutem aliam a virtute operantis, quā tñ ab ipſo recipit, & hoc oportet eſſe inſtrumentum operantis, inquantū eſt motum ab operāte, vel per imperium ſicut ſeruus, vel motu corporali ſicut res inanīmate, vt ſecuris. Vnde Philoſophus dicit in 8. Ethico. ꝙ ſeruus eſt ſicut organum animatum, & organa ſunt ſicut ſerui inanimati, & hoc modo pater per filiū non operatur ſicut hæretici itelligebāt. 8.Ethic. ca. 11. Et 1. Poly. cap. 3.

¶ Alio modo, qñ eadem virtute operaſ, quam tamen ab operante recipit, & ſic dicimus patrem per filium operari, quia eſt cauſa ipſorū operatorum vna & indiuiſibili virtute cum patre, quam tamen a patre naſcendo recipit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis Deus operetur effectus naturæ per cauſas naturales, ipſe tamen immediate in omnibus effectibus naturæ operatur, vnde multo fortius immediate operatur in his, quæ per filium facit, cuius eſt eadem numero virtus, quæ eſt & patris.

E ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cauſalitas præpoſitionis non refertur ad operantem, ſed ad operatum, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur pater intelligit, non connotatur aliquid reſpectu cuius filius poſſit eſſe principium, & ideo non poteſt dici ꝙ pater per filium intelligat, vel ſciat, ſicut dicitur in illis q̃ effectum in creatura important.

¶ Ad quartum dicendum. ꝙ primum dicitur, quo non eſt aliqd prius, illa autem athoritas patris reſpectu filij inquantum filiꝰ a patre habet & eſſe & operari, rōne cuius pſ p filiū operaſ, nō facit patrem filio maiorē, vel priorē eſſe, vnde nō ſequiſ ꝙ filius nō ſit prima cauſa ex hoc ꝙ pater per filium operatur.

EXPOSITIO TEXTVS.

HIC NOTANDVM eſt, quòd dies &c.} Hic ponit acceptiones diei. vna eſt ſecundum quòd dicimus diem naturalem qui habet 24. horas, & ſic ſumiſ qd̄ habetur Gen. 1. Factum eſt veſpere & mane dies vnꝰ. Alio modo, ſm ꝙ dicitur artificialis. ſ. tēpꝰ quo ſol noſtrū hemiſperiū illuminat, & hoc mō ſumiſ cū dicit ꝙ tenebras appellauit

noctem & lucem diem. Non ab aurora; ſed a plena luce &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia a plena luce, quæ eſt in meridie vſque in mane alterius diei non ſunt. 24. hore, & ita primus dies non habuiſſet tot horas, ſicut in litera dicitur.

¶Ad quod dicendum, ꝙ in primo die dicitur dies non habuiſſe auroram, nō qn lux illa quæ ſuo motu diem faciebat, in oriente creata non fuerit, ſed qa primæ illi illuminationi tenebræ cōmiſtę non erāt, ſicut modo eſt, eo ꝙ aurora nūc eſt finis noctis & principium diei, quod tunc non contingit. {Poteſt etiam illud accipi &c.} Hæc expoſitio differt a prædicta in hoc, ꝙ prędicta ſumebatur ſecūdū operationē quā filius a patre habet, hæc vero ſumiť ex parte operantis ſ̃m ꝙ filius qui eſt operans a patre eſt. {Si enim cauſa eius pater eſt &c.} Hic cōmuniter & improprie Chriſoſtomus loquitur. Non enim proprie in diuinis perſonis cauſa recipitur: ſed nomine principij vtimur ad ſignandum originem perſonarum, & de hoc in primo libro dictum eſt.

Ita & per ſpiritum ſanctum diciť operari ſiue pater ſiue fili⁹, qa ab vtroq; ꝓcedit ſpiritusſanctus factor omnium. Vnde Ioānes chriſo. in expoſitiōe epiſtola ad Hæbr. ſic ait. Nō vt hęreticus inaniter ſuſcipiatur tanquā aliquod inſtrumentum patris extiterit filius, neque per eū pater dř feciſſe tanquam ipſe facere non poſſet, ſed ſicut diciť pater iudicare per filium, quia iudicem genuit, ſic etiam dicitur operari per filium, quia eum conſtat opificem genuiſſe. Si enim cauſa eius pater eſt ſecundum quòd pater, multo ampli⁹ eorum cauſa eſt quæ per filium facta ſunt, hæc de opere primę diei dicta ſunt.

## DISTINCTIO XIIII.

DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATO primo opere diſtinctionis, quo lux formata eſt, hic determinat de opere ſecundæ diſtinctionis, quod ſecundæ diei competit, in quo firmamentum eſſe factum deſcribitur. Diuiditur autem hæc pars in partes duas. In prima, oſtendit diſtinctionem ſecundo die factam. In ſecunda, mouet quaſdam quæſtiones. ibi {Quæri etiam ſolet cuius figuræ &c.} ¶ Circa primum duo facit. Primo, determinat opus primæ diſtinctionis ſecundum poſitionem quorundam, dicentium firmamentum ex aquis factum eſſe. Secundo, ſ̃m expoſitionem eorum q dñt firmamentum eſſe de natura ignis. ibi {Quidā vero cælū &c.} {Quæri etiam ſolet &c.} Hic mouet tres qōnes. Primam de figura cæli. Secundam, de motu eius. ibi {Quæriť aūt ſi ſtet &c.} Tertiam, quare prætermittitur huius diei benedictio. ibi {Poſt hoc quæri ſolet &c. {Sequitur. {Dixit Deus &c.} Hic ponitur opus tertiæ diſtinctionis, ad quod tertia dies deputatur. Et circa hoc duo facit. Primo, deſcribit opus tertiæ diei. Secūdo, mouet quaſdam qōnes circa hoc. ibi {Si autem quæritur &c.} Vbi primo quæritur de cōgregatione aquarum. Secundo, de vnitate & pluralitate earū. ibi {Cūque multa cōſtat eſſe maria &c.

### QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

Primo. Vtrum ſupra firmamentum ſint aliquę aque.
Secundo. Cuius naturæ ſit firmamentum.
Tertio. A quo moueatur.
Quarto. De numero cælorum.
Quinto. De opere diei tertię.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum aquæ ſint ſuper cælos.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd aque ſuper cęlos ſint, quia vt dicit Aug. Maior eſt Sacræ ſcripturæ authoritas, quàm omnis humani ingenij perſpicacitas: ſed ſcriptura in pluribus locis aquas ſuper cælos eſſe commemorat. ergo videtur quòd nulla ratione negandum ſit. [2. ſuper gene. ad lit. c. 5. Auicē. in li. de intellig. c. 4. 2. de partibus aīal. c. 7 Et 1. de natura aīal. c. 16.]

¶ 2 Præt. Hō dř minor mūd⁹, qa in eo eſt ſimilitudo toti⁹ vniuerſi: ſed in corpore humano cerebrū in quo eſt frigiditas ſ̃m Philoſophū eſt poſitū ſupra cor, qđ eſt fons totius caliditatis: erF go vř ꝙ in vniuerſo aqua ſit ſupra ignē collocata & ſupra ſolē.

¶ 3 Præt. Secundū Philoſophū in 2. cæ. & mun. corpora cæleſtia per velocitatē ſui motus, in inferioribus calorem gñant: ſed Saturnus inter alios planetas velociſſime moueť motu diuturno, quia partibus ſpheræ quanto pars plus diſtat a centro, tāto velocius moueť. ergo oportebit ſecundū hoc, ꝙ ſaturnus ſit calidiſſimi effectus, cuius cōtrariū ab aſtrologis diciť, oportet ergo ibi eē aquas, per quarū ꝓpinquitatē calor Saturni minuatur. [Com. 42.]

¶ 4 Præt. Omne cōtinuū diuiſibile eſt in infinitum: ſed qa aqua aliquo modo diuiſa per rarefactionem ad aliqđ ſpaciū aeris aſcendit, vt qñ vapores eleuantur. ergo tantum poterit diuidi ꝙ ſupra cęlum aſcendet, & ita videtur aquas ſuper cælum eſſe. [1. cæl. com. tex. 2.]

SED CONTRA. Corpori eiuſdē ſpeciei, debetur vnus locus naturalis ſecundum numerum. vnde in 3. Phyſicorum dicitur, quòd ad eundem locum mouetur pars terræ & tota terra: ſed omnis aqua omni aque eſt eadem ſecūdū ſpeciē, vt Philoſophus dicit. Cū ergo naturalis locus huius aquæ ſit ſub aere & ſuꝑ terrā, qđ mot⁹ eius oňdit, vř ꝙ ſupra cælū locus naturalis aque eſſe nō poſſit. [† Pſal. 133. 4. Phy. tex. 45.]

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophum in 4. Phyſicorum, corpus continens ſe habet ad corpus contentum, ſicut totum ad partem, & ſicut forma ad materiam, quia continens inuenitur habere plus de ſpecie quàm contentum. vnde in 2. de gene. dicitur, ꝙ ſpecies in terminis eſt: ſed aqua habet minus de ſpecie quàm aer & ignis, quod eius groſſioties oſtēdit. ergo vř ꝙ nullo mō aqua naturaliter poſſit eſſe ſuper ignem & aerem. [4. Phy. tex. 43.]

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ circa hoc varia dicta ſunt. Ambro. enim in lib. de ſpiritu ſancto vř dicere, ꝙ per aquas, q̃ ſupra cælos ſunt, ſpiritusſanctus intelligitur, ſed hoc magis ad analogicam expoſitionem pertinet quàm ad literalem, ſiue ad ſpiritum ſanctū ſiue ad angelos referatur. Alij vero dñt, aquas de natura huius elementi, quod apud nos eſt, ſuper cælos virtute diuina contineri. Sed hoc remouet Aug. quia in operibus ſex dierum, quibus natura inſtituta eſt. non quæritur qd Deus facere poſſit ſua virtute: ſed quid rerum natura patiať. Augu. ēt inquirendo tangit alium modum, vt. ſ. firmamentum dicať aer iſte ſuper quem aque per vapores aſcendunt: ſed hoc nō vř Sacræ Scripturæ conuenire, quæ in firmamento cæli ſtellas poſitas dicit, niſi forte firmamentum æquiuoce ſumatur, ſicut Rabi Moy. dicit, qui ēt hanc expoſitionem innuit. Sed tamen melius poſſumus dicere, ꝙ intelligatur de firmamēto, quod eſt cęlum ſidereū, ſupra quod ſunt aque, non quidē de natura huius aque, quæ apud nos eſt, ſed de natura quintę eſſentiæ, hñtes ſimilitudinem cum hac aqua, ratione cuius nomen aquæ ſcriptura eis attribuit, occulta per ſenſibilia nota manifeſtans. Hæc autem ſimilitudo non pōt attendi in ſe ſ̃m lucidum & diaphanū, in quibus inferiora corpora conueniunt cum cæleſtibus, vt ī 2. de anima dř. Et iō, ſicut cælū empyreū dř, quod eſt ſile igni in hoc ꝙ eſt lucidum totum, ita etiam cælum cryſtallinum, vel aqueum dicitur inquantum conuenit cū aqua in hoc ꝙ eſt diaphanum, ſiue ꝙ ſi aliqua pars eius lucens, ſicut eſt in cælo ſidereo, cuius quædam partes lucent. ſ. ſtellæ. et aliqua pars eſt diaphana: huic ēt vř conſonare quod ſupra dixerat Magiſter ꝙ ꝑ aquas intelligitur prima materia, de cuius ſubtiliori parte factę ſunt aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, vt ſic non cogamur ponere aquas elementum ſupra cælos eſſe, hoc autem cælum aqueum eſt nona ſphęra, ad quam primo reducunt aſtrologi motum orbis ſignorum communem omnibus ſtellis qui eſt de occidente in orientem, & iterum ſpheram decimam ad quam reducunt motum diurnum, qui eſt de oriente in occidentem. [Li. 1. exem. cap. 8. & de ſpir. ſancto. c. 6. & vlti. Li. 2. direc. dub. c. 31.]

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc nihil authoritati ſcripturæ derogatur, ſi diuerſimode exponatur, dummodo hoc firmiter teneatur, quòd Sacra ſcriptura nihil falſum contineat, conſtat tamen in ſcriptura ſacra multa metaphorice tradita, quæ ſecundum planam ſuperficiem literæ, intelligi non valent.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ non oportet eſſe eundem ſitum partium in vniuerſo, qui eſt in homine, quia in vniuerſo ordinantur corpora ſuper nos, ſecundum quòd minus ſunt immaterialia: ſed in homine, ſecundum quòd expedit ad conſeruationem vitæ, & ad conuenientem executionem animæ, & propter hoc illud, quod eſt principiū vitæ in homine, ſcilicet cor, eſt in medio poſitum, vt ab omni leſione conſeruetur, & vitam proportionaliter in omnes partes corporis diffundat: ſed cælum quod propter ſuam impoſſibilitatem eſt conſeruans, non conſeruatum a corpore alio, eſt in extremo poſitum, quaſi continens: cuius tamen motus eſt vt vita quædam natura exiſtētibus omnibus, vt in 8. Phyſicorum dicitur, ad ſimilitudinem motus cordis in animali, vt dicit Rabi Moyſes.

¶Ad tertium dicendum, quòd Saturnus habet infrigidare ex propria natura, & virtute conſequente ſpeciem ſuam: vnde non oportet, quòd ad eius infrigidationem aquæ, ſuper cælos ponantur, quia ſi ibi eſſent ipſum non infrigidarent, cum ſint de natura quintę eſſentiæ non ſuſceptibilis peregrinæ impreſſionis: quod iterum ſi eſſet poſſibile, magis infrigidarent ſtellas octauæ ſphære, velut ſibi propinquiores, quarum tamen quædam inueniuntur eſſe calidiſſimi effectus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd corpora naturalia in infinitum diuidi non poſſunt, quia omnium natura conſtantium, vt in 2. de anima dicitur, eſt terminus magnitudinis: nec tantum in augmento, ſed etiam in diminutione: & ideo etiam eſt inuenire minimam carnem, & minimam aquam, vt in primo phyſicorum dicitur: & ideo in qualibet ſpecie oportet eſſe terminum quēdam rarefactionis, vltra quem, ſpecies non ſaluatur. Vnde vltima raritas, ad quam poteſt perueniri, eſt ſecundum ꝙ materia ſtat ſub forma ignis, vt dicit Commenta. in 4. phyſico. Vnde poſſet aqua tātum rareſieri, quòd iam non eſſet aqua nec vapor, ſed aer vel ignis. [Cōtex. 41. Com. 70. & 71.]

¶ Pręterea. Cum ignis ſit maximę actiuus, non poſſet pertranſire regionem ignis vapor ille, qui conſumaretur, & adhuc minus poſsibile eſſet, vt ſubſtantiā orbium penetraret, qui ſecundum omnes ſunt indiuiſibiles, niſi metaphorice diuidi dicantur.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum firmamentum ſit dę natura inferiorum corporum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd firmamentum ſit dę natura inferiorum corporum. Dicit enim Baſilius in Exameron, quòd eſt de natura ignis. In litera etiam dicitur, quòd eſt dę aqua in modum cryſtalli congelata, quæ duo cōſtat eſſę de natura inferiorū corporū. ergo & firmamētū.

¶ 2 Præt. Ignis eſt nobiliſſimum corporum, inter elementa: ſed non eſt probabile, vt nobiliſsimum corpus, in operibus creationis prætermitteretur: cum ergo ſcriptura ſpecialem mentionem de igne non faciat, videtur quòd nominę firmamenti intelligatur.

¶ 3 Præter, Omne agēs agit ſibi ſimile: ſed corpora ſuperiora in inferioribus habent effectum caliditatis & humiditatis. ergo videtur, quòd qualitatibus afficiantur: & ita videtur eſſe de natura inferiorum corporum.

¶ 4 Pręter. Proprium ignis eſt ſecundum Philoſophum eſſę ſpecie ſubtiliſsimum corporum: ſed nihil corporum eſt cælo A ſubtilius & nobilius. ergo videtur, quòd cęlum ſit ignis, & ſic idem quod prius.

SED CONTRA. Diony. dicit in 4. cap. de diui. nomi. quòd cæli & ſtellæ, habent ſubſtantiam ingenerabilem & inuariabilem; ſed inferiora corpora ſunt generabilia & variabilia. ergo firmamentum non ē de natura inferiorum corporum.

¶ Præter. Cum natura ſit principium motus & quietis, oportet, quòd per motum iudicium de natura corporis accipiamus: ſed motus circularis naturalis cælo eſt, quia eſt primus motus, motus autem violentus nō poteſt eſſe primus: nulli autem inferiorum corporum naturalis eſt motus circularis. ergo oportet, quòd cęlum non ſit de natura inferiorū corporum, nec habens contrarium ſicut nec motus eius. [† 2. ſuper]

RESPONDEO. Dicendum, quò circa hanc quęſtionem fuit philoſophorum diuerſa poſitio. Omnes enim ante Ariſt. poſuerunt cælū eſſe de natura quatuor elementorum. Ariſto. autem primus hanc viam improbauit, & poſuit cęlum eſſe quintam eſſentiam ſine grauitate & leuitate, & alijs contrarijs, vt patet in primo cæli & mundi, & propter efficaciam rationum eius, poſteriores philoſophi conſenſerunt ſibi: vnde nunc omnes opinionem eius ſequuntur. Similiter etiam expoſitores ſacræ ſcripturæ, in hoc diuerſificati ſunt, ſecundum quòd diuerſorum philoſophorum ſectarores fuerunt a quibus in philoſophicis eruditi ſunt. Baſilius enim & Auguſt. & plures ſanctorum ſequuntur in philoſophicis, quæ ad fidem non ſpectant, opiniones Platonis: & ideo ponunt cęlum de natura quatuor elementorum. Dionyſius autem fere vbique ſequitur Ariſto. vt patet diligenter inſpicienti libros eius: vnde D ipſe ſeparat corpora cæleſtia ab alijs corporibus: & ideo hanc poſitionem ſequens dico, quòd cælum non eſt de natura quatuor elementorum, ſed eſt quintum corpus. [3. cæl. a 60. cōtex. vſq; in ſin. Tom. 1. ſup Gen. aduer. mart. & ſup Gen. ad lit. lib. 1. c. 1. & ſæpe alias Dio. 3. cæl. hier. 3. cęl. tex. 64.]

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alij ſancti hoc tradiderunt, non quaſi aſſerentes, ſed ſicut vtentes his, quæ in philoſophia didicerant: vnde non ſunt maioris authoritatis quàm dicta philoſophorum quos ſequuntur, niſi in hoc, quòd ſunt ab omni infidelitatis ſuſpitione ſeparati: vel poteſt dici, quòd ſumunt ignem & aquam, ſecundum ſimilitudinem lucis, & diaphaneitatis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd Rabi Moy. dicit, quòd ignis intelligitur per tenebras, quæ in principio creationis commemorantur, vt ſic numerus & ordo elementorum deſignetur, dum ſuper terram aqua, ſuper aquam ſpiritus, ideſt aer ſuper ſpiritum, qui eſt facies abyſsi tenebrę deſcribuntur, eo quòd E ignis in ſua ſphæra non lucet, vt a philoſophis probatum eſt. Sed quia hæc expoſitio videtur nimis extranea, ideo poteſt melius dici, quòd ibi non tanguntur niſi creaturæ, quæ habent manifeſtam apparentiam, & vtilitatem apud nos omnes; & propter hoc etiam de aere, non fecit mentionem, quia aer eſſe corpus a vulgo non percipitur: vnde quidam vacuum plenum aere dixerunt: ſimiliter & ignis elementum, ſecundum quòd in ſphæra ſua eſt, non ſenſu, ſed ratione depræhenditur: & ideo horum creatio rudi populo explicite non proponitur: ſed per aquam omnia tria intelliguntur, quaſi medium corpus inter cęlum & terram. Vel dicendum ſecundum Aug. quòd aer quantum ad ſuperiorem partem propter tranquillitatem, cum cælo computatur quod eſt ignis, ſecundum eius poſitionē, & idem nos poſſumus dicere de igne, ex quo non ponimus cælum, de natura quatuor elementorum. [Lib. 2. 31. Super lib. Gen. 1.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando materia eſt proportionata ad recipiendam actionem, ſecundum virtutem agentis, tūc agens facit ſibi ſimile in ſpecie, & dicitur agens vniuocum: qñ autem

## DISTINCTIO XIIII.

A

*De opere ſecundæ diei, qua factum eſt firmamentum.*

DIxit quoque Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuiG dat aquas ab aquis. Diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento ab his, a quæ erant ſuper firmamentum. Sciendum eſt, ꝙ illius cęli hic deſcribitur creatio, ſicut ait Beda ſuper Geneſim, in quo fixa ſunt ſidera, cui ſuperpoſitæ ſunt aque in aere, & in terra, & ſuperpoſitę aliæ, de quibus dicitur. Qui tegis aquis ſuperiora eius. In medio ergo firmamētum eſt, ideſt ſidereum cælū, quod de aquis factum eſſe credi poteſt. Chryſtalinus enim lapis cui magna eſt firmitas & perſpicuitas, dę aquis factus eſt. Si quem vero mouet, quomodo aquæ natura fluidę & in ima labiles ſuper cælum poſsint conſiſtere de Deo ſcriptum eſſe meminerit, qui B ligat aquas in nubibus ſuis. Qui enim infra cælum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas, poteſt etiam ſuper cæli ſphæram non vaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere, ne labantur. Quare autem & ad quid conditæ ſint, ipſe nouit qui condidit. Ecce oſtenſum eſt his verbis, ꝙ cælum factum ſit, ſcilicet illud, in quo fixa ſunt ſidera, ideſt quod excedit aerē, C & de qua materia, ſcilicet de aquis, & quales ſint aquæ, quę ſuper illud cælum ſunt, ſcilicet vt glacies ſolidatæ ſunt.

*Alij putant cælum illud eſſe igneæ naturæ, quibus conſentit Auguſtinus.*

QVidam vero cælum, qđ excedit aeris ſpacium, igneę naturæ dicunt, aſſerentes ſuper aerem purum ignem eſſe, qui dicitur eſſe cælum, de quo igne ſidera & luminaria facta eſſę coniectāt, quibus Auguſtinus conſentire videtur. Vtrum vero nomine firmamenti, cælum quod excedit aerem: an ipſe aer hic intelligatur, idem Auguſ. quærit nec abſoluit. Magis tamen approbare videtur cęlum, illud hic accipi, quod ſpatia aeris hic excedit, aquas vero quæ ſuper illud cælum ſunt, dicit

autem materia non eſt proportionata ad recipiēdam actionem, ſecundum virtutem agentis, ſeruatur quidem aliqua ſimilitudo effectus ad agentem, ſecundum quod dicit Dio.in 2.ca.de diui. nomi. ꝙ habent cauſata, cauſarum ſuarum contingentes imagines: & tamen non oportet eodem modo inueniri aliquid in cauſa, quo eſt in effectu: ſed eminentiori, & ita etiam calor aliquo modo eſt in ſole, non quidem denominans ipſum, vt dicatur calidus formaliter, ſed effectiue ſecundum virtutem calefaciendi, quæ in eo eſt.

vaporaliter trahi, & leuiſsimis ſuſpendi guttis. Sicut aer iſte nubiloſus exhalatione terrę aquas vaporaliter trahit, & per ſubtiles minutias ſuſpendit, & poſt corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si ergo poteſt aqua, ſicut videmus ad tantas minutias peruenire, vt feratur vaporaliter ſuper acrē, aquis naturaliter leuiorem, cur non credemus etiam ſuper illud leuius cęlum minutioribus guttis, & leuioribus emanare vaporibus. Sed quoquo modo ibi ſint, ibi eſſe nō dubitamus.

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ ſubtilitas & raritas non inueniuntur vniuoce in corporibus cæleſtibus, & inferioribus, vt dicit Cōmen. in lib. de ſubſtantia orbis. vnde ignis dicitur eſſe ſubtiliſſimum corporum, ſecundum illā acceptionem, qua ſubtilitas in inferioribus corporibus inuenitur: tamen authoritates ex exemplis ſumptæ parum cogunt.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum motus cæli ſit ab intelligentia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd motus cæli non ſit ab anima vel intelligentia. Motus enim cęli
Cōt. 82. eſt motus naturalis, vt ī primo cæli & mun. dicit Philoſophus: ſed motus naturalis eſt, cuius principium eſt forma corporis naturalis. ergo videtur, ꝙ motus cæli ſit a forma naturali eius, & non ab aliquo mouente per appræhenſionem.

¶ 2 Præterea. Omnis motus ab anima eſt, cum labore &
Cōt. 63. pœna, vt in 2. cel. & mund. dicitur: ſed motus cęli non eſt huiuſmodi, quia non poſſet eſſe continuus & vniformis. ergo non mouetur ab anima.

¶ 3 Præterea. Anima intellectiua non coniungitur corpori: niſi mediante ſenſitiuo & nutritiuo, vt patet ex comparatione
Cōt. 29. partium animæ ad ſpecies figuratum in 2. de anima: ſed corpora cæleſtia, non poſſunt habere animam ſenſitiuam vel nutritiuam, quia non habent corpus complexionatum, quale exigitur vt ſit inſtrumentum operationum animæ vegetatiuæ & ſenſitiuæ. ergo videtur, ꝙ nec ab anima intellectiua moueri poſſit.

¶ 4 Præterea. Omne corpus motum ab anima, habet dextrum, & ſiniſtrum, & alias differentias poſitionis: ſed corpus cęleſte cum ſit totum vniforme, non habet huiuſmodi diuerſitatem in partibus. ergo videtur, quòd non poſſit eſſe motum ab anima.

Cōt. 3. SED CONTRA eſt, quia probatur in 7. Phyſicorum, ꝙ omne quod mouetur localiter, oportet reduci ī primum, quod ex ſe mouetur: ſed ex ſe motum non poteſt eſſe (vt probatur ibidem) niſi illud, cuius vna pars eſt mouens, & altera mota, & omnis talis motus, eſt motus virtutis appręhēdentis. ergo oportet motum cæli, eſſe ab aliqua virtute appræhendente.

¶ Pręter. Omnis motus naturalis eſt corpus, exiſtentis extra vbi ſuum, hoc autem eſt impoſſibile in cælo ponere. ergo motus cæli eſt ab aliqua appræhenſione.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ circa hoc eſt multiplex opinio. Quidam. n. dicunt, quòd ſicut motus aliorum corporum ſimplicium eſt ex naturis eorum corporalibus, ita etiam motus corporis cęleſtis. Illud autem non videtur eſſe verum, quia omnis motus eſt ab aliquo motore. In motu autem corporum ſimplicium, q̄uis forma naturalis ſit principium motus, non ta-
D. 691. men eſt motor[d]. Sed eſſentialis motor eſt generans quod dedit formam, & accidentalis eſt remouens prohibens, vt probatur
Cōtex. 33. in 8. phyſic. quæ nullo modo competunt corpori cæleſti.

¶ Et pręterea, motus naturalis, eſt ad vnam partem tantum, & perficitur quiete naturali, & eſt corporis exiſtentis extra vbi naturale, quæ omnia etiam a corpore cęleſti aliena ſunt. Et ideo alij dicunt, ꝙ oportet motum corporis cæleſtis eſſe ab aliquo intellectu & voluntate: ſed non īmediate ab ipſo Deo, hoc etiam ordini diuinæ ſapientię non congruit: cuius effectus ad vltima per media deueniunt, vt Diony. dicit. Et ideo Greg. dicit in 4. dialogorum, ꝙ corporalis creatura, per ſpiritualem admi-

F niſtratur: & ideo probabile eſt, ꝙ aliquis intellectus creatus, ſit motor proximus cæli. Sciendum tamen, ꝙ philoſophi poſuerunt diuerſos motores, diuerſis motibus & mobilibus. vnde ſecundum eorum numerum probauerunt, numerum intelligentiarum mouentium: vnicuique tamen orbi aſſignauerunt duos motores, vnum coniunctum quem dixerunt animam orbis, & alterum ſeparatū, quem dixerūt intelligentiam, cuius poſitionis ratio fuit, quia intelligentia ſecundum eos habet formas vniuerſales, quę non conueniūt, vt immediate dirigant in renouationib[9] diuerſis motus cæli, & in his quæ per motum cæli educuntur: & ideo oportet habere motorē, in quo ſint formæ particulares dirigentes in motu, & hunc dicunt eſſe animam orbis. Hæc autem poſitio partim eſt hæretica, & partim catholice ſuſtineri poteſt. Ipſi enim ponunt, quòd res ſecundum ordinem exeunt a Deo, ita quòd a cauſa prima, quę Deus eſt, creat immediate intelligentia, a qua iterum exit anima orbis, & ab illa producitur ſubſtantia ipſius orbis, & pro tanto poteſt dici motor proximus forma eius vel anima, quia dat ſibi eſſe, ſicut
H cauſa ſibi proportionata. Hoc autem fides noſtra non patitur, quæ ſolum Deum, rerum creatorem ponit, vt ſupra dictum eſt. Et ideo angelos, qui mouent orbes proxime, poſſumus motores dicere, non formas vel animas, quia orbes recipiunt ab eis motum tantum, non autem eſſe. In hoc autem ſuſtineri poteſt, vt dicamus ſuperiores angelos, qui habent formas magis vniuerſales eſſe motores ſeparatos & remotos, angelos autem inferiores, qui habent formas magis particulares, vt prius dictū eſt eſſe motores proximos. Vnde etiam Auicen. dicit quòd intelligentiæ apud philoſophos ſunt, qui in lege vocantur ſuperiores angeli vt cherubim & ſeraphim: animæ vero orbium dicuntur inferiores, qui dicuntur angeli miniſterij. Verapō. Tract. 10. c. 1. princ.

† vt ſu. c. 9.

*Quales ſint aquæ, & quæ ſit figura firmamenti.*

B

QVæri etiam ſolet, cuius figuræ ſit cælum. Sed ſpirituſſanctus, quāuis authores noſtri ſciuerint, per eos dicere noluit, niſi quod
G proſit ſaluti. Quæritur etiam ſi ſtet, c an moueatur cælum, ſi mouetur inquiunt, quomodo eſt firmamentum? ſi ſtat, quomodo fixa ſidera in eo circumeunt? ſed firmamentum dici poteſt, non propter ſtationem: ſed propter firmitatem, vel termi-

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Commentator dicit in primo cæli & mundi. ꝙ motus cęli dicitur naturalis, non quia principium eius actiuum ſit aliqua forma naturalis, ſed quia ipſum corpus cæleſte, eſt talis naturæ, vt talem mo- D. 334.
I tum natum ſit ſuſcipere, ab aliquo intellectu, non habens naturam repugnantem, huic motui voluntario, ſicut eſt in nobis. Natura enim non tantum dicitur de forma, ſed etiam de materia.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ philoſophus loquitur contra illos, qui ponebant cælum de natura inferiorum corporum: tunc enim motus illæ eſſet ab anima, contra naturam corporis moti: & ideo oporteret laborem, & pœnam eſſe in mouendo. Sed ſi ponatur motus illæ ab intellectu, ſecundum conditionem corporis moti, non eſt ibi violentia nec labor.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dicit Cōmen. in libro de ſub- Cap. 1. ſtantia orbis, corpus cæleſte non eſt generabile, nec eſt corruptibile, ſicut corpus noſtrum: & ideo non indiget aliqua forma vegetante ipſum. Similiter etiam motor eius, non acquirit cognitionem a rebus, ſed habet ſcientiam quaſi actiuam: & ideo non indiget anima ſenſitiua: & ideo etiam ſecundum philoſophos non dicitur vniuoce anima cæli & hominis.

K ¶ Ad quartum dicendum, quòd ſecundum Philoſophum in 2. A cōt. 7. uſque ad 16
cæli & mun. in corpore cæli eſt aſſignare differentias poſitionū: ita quòd dextrum eius dicatur oriens, vnde incipit motus, & ſiniſtrum occidens, & ſuperius polus meridionalis, & inferius polus ſeptentrionalis, & anterius, ſuperius hemiſperium, & poſterius, inferius: tamen iſtæ partes, vt idem Cōmē. dicit, diuerſimode aſſignantur in corpore cæleſti, & in corporibus noſtris quantum ad duo. Primo, quia in nobis iſtæ partes figura, & virtute diuerſificantur: non autem in corpore cæleſti, cum vndique ſit ſphæricum. Secundo, quia in nobis determinata pars eſt dextra, quę nunq̄ ſit ſiniſtra. In corpore autem cęli illa pars orbis, quæ nunc eſt dextra poſtmodum ſit ſiniſtra, quia pars, quæ nūc eſt in oriente poſtmodum eſt in occidente, quod contingit ex hoc, quòd virtus exequens motum in nobis eſt actus corporis cuiuſdam affixa organis, ſcilicet muſculis & neruis. quod non contingit in corpore cæleſti.

ART.



ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum numerus rerū conuenienter aſſignetur a Rabano.*

Beda ſuper 1. c. Gen. AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter a Rabano numerus cælorum aſſignetur. Ponit enim ſeptem cælos, ſcilicet empyreum, cryſtallinum, ſydereum, igneum, olympium, æthereum, & aereum. Eſt. n. cęlum ſanctæ trinitatis, in quod Lucifer aſcendere voluit, vt ſupra dictum eſt: hoc autē ab omnibus enumeratis differt. ergo inſufficienter videntur cæli enumerari.

num aquarum intranſgreſsibilem, ſi autem ſtat, nihil impedit moueri & circumire ſidera.

*Quare tacuit ſcriptura de opere ſecundæ diei, quod in alijs dixit.*

POſt hæc quæri ſolet, quare hic non eſt dictum, ſicut in aliorū
B dierum operibus, Vidit Deus, ꝙ eſſet bonum, Sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortaſsis non eſt dictum, quod tamen ſicut in alijs

¶ 2 Præterea, Sicut in ſphæra aeris & ignis differt conuexum & cōcauum, ita etiam in ſphæra cæli empyrei & cryſtallini: ſed penes cōuexum & cōcauum ignis & aeris, ſumitur duplex cælum, vt infra dicetur. ergo ſimiliter in cælo empyreo debet duplex cælum aſſignare.

¶ 3 Pręterea. Præter cælum ſidereum, in quo ſunt ſidera fixa, ſunt etiam orbes ſeptem planetarum, qui etiam cæli nomen ſortiuntur. cum ergo de eis mentionem non faciat, videtur inſufficienter cælos aſſignare.

¶ 4 Præt. Sicut aer & ignis communicant cum cælo in luce & diaphaneitate, ita etiam & aqua: ſed ratione huius conuenientiæ aer & ignis cælum dicuntur. ergo videtur, quòd oportuiſſet ſimiliter aquam elementum, inter cælos computare.

SED CONTRA. Videtur quòd non ſint tot cæli, ſed ſolum tres, per hoc quod legitur 1. Corin. 12. Paulus vſque ad tertium cælum raptus.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cælum poteſt nominari, aut ſolum ab aliqua cęleſti proprietate, aut ſimul a proprietate & natura. Natura. n. corporis cæleſtis eſt, vt ſeparatū ſit a corruptione & a contrarijs, proprietates autem eius pręcipue attenduntur in altitudine ſitus, & claritatis participatione. Si ergo nominemus cælum a natura, & proprietate cæleſti, ſic eſt triplex cęlum, quorum vnum eſt vniforme & immobile, ſcilicet empyreum. Secundum vniforme & mobile, ſcilicet cælum cryſtallinum. Tertium difforme in partibus & mobile. ſ. ſidereum. Si autem dicatur cęlum a proprietatibus cæleſtibus tā-
D tūm, ſic erit quadruplex cęlum. Sunt. n. duo elementa, quę ſimul claritatem lucis participant, & altitudinem ſitus, ſ. aer & ignis, in quorum vtroq; diſtinguitur pars ſuperior, quantum ad conuexum ſphære ipſius, & pars inferior quantum ad concauum: pars ergo ſuperior ſphærę ignis dicitur cælum igneum, eo ꝙ ignis ibi puriſſimus eſt, propriam naturam ſeruans, pars autem inferior eius cælum olympium dicitur, a quodam monte, qui nominatur olympus in Macedonia, qui vltra nubes in altum dicitur porrigi, ſuperior vero pars aeris, dicitur cęlum ęthereum, propter inflammationem illius partis ex propinquitate ignis, quia vt in 1. Cæl. & mun. dicitur, nomen ætheris deſignat corpus velocis motus, cito inflammabile vt inflammans, inferior vero pars aeris dicitur cælum aereum, in qua eſt aer ſeruans proprietatē aeris nobis noti, & in vſum noſtrū venientis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cælum ſanctæ Trinitatis nominatur metaphorice ipſa celſitudo diuinæ maieſta-
E tis, & tranſumptiua ſimilitudine, qualis poteſt eſſe corporalium, & ſpiritualium ſecundum proportionabilitatem: & ideo non oportuit, vt in eandem diuiſionem cum cælis corporalibus veniret.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd corpus illud quod natura cęlum dicitur, non eſt alterabile ex contactu alterius corporis: & ideo eādem naturam retinet, in qualibet ſui æternitate: & ideo in talibus corporibus non diſtinguitur duplex cælum, ſecundum ſuperiorem & inferiorem partem, ſicut in aere & igne, cuius extremitates, ex alteratione corporum contingentium diuerſis proprietatibus diſponuntur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſub cælo ſidereo includuntur cæli ſeptem planetarum, qui omnes in hoc conueniunt cum ſphæra ſtellarum fixarum, quòd habent difformitatem in partibus ex eo, quòd aliqua pars eſt lucida vt ſtella, & altera pars diaphana, vt ſunt reliquæ aliæ partes orbis.

A ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis aqua participet diaphaneitatem: non tamen participat altitudinem ſitus, cum in pluribus ſit graue quàm leue; eſt enim graue in loco ignis & aeris, leue vero in loco terræ totum, ignis vero eſt leuis ſimpliciter, aer autem in pluribus leuis quàm grauis, vt dicitur in 4. Cæl. & mun. & ideo elementum aquæ, non conſequitur nomen cæli.

factum eſt, quia binarius principium eſt alteritatis, & ſignū diuiſionis.

*De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ ſunt in vnum locum.*

C

SEquitur Dixit Deus. Congregētur aquæ in vnum locum, & appareat arida. Tertij diei opus eſt, cōgregatio aquarum in vnum locum. Congregatæ enim ſunt omnes aquæ cælo inferiores in vnam matricē, vt lux quæ præ-

¶ Ad quintum dicendum, quòd per triplex cælum intelligitur ſecūdum Gl. triplex genus viſionis, vel etiam triplex hierarchia: vel poteſt dici, quòd tertium dicitur empyreum, vt tantum triplex cælum ſumatur quod naturam cæleſtem habet, vt dictum eſt, ſcilicet empyreum, cryſtallinum, ſidereum.

ARTICVLVS V.

*e Vtrum opus tertiæ diei, conuenienter deſcribatur.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter opus tertiæ diei deſcribatur. In tertia. n. die fa- 1. q. 69.
C cta eſt diſtinctio medij elementi ab vltimo: ſed ſub medio ele- art. 10.
mento includitur ignis, aer, & aqua, vt dictū eſt. cum ergo ignis & aer ſint nobiliora quàm aqua, videtur ꝙ inconuenienter eorum mentionem prætermiſit.

¶ 2 Præterea. Cuilibet corpori debetur locus naturalis, ſecundum exigentiam ſuæ formę. Vnde Cōmen. dicit in 8. phy. quòd quanto ignis accipit de ſpecie in generatione, tantum habet de vbi: ſed aqua etiam ante tertium diem, formam naturalē habuerat, quod patet ex ſcriptura, quæ ipſius aquę in principio mentionem facit. ergo a principio ſuæ creationis in ſuum locum tendebat. ergo non videtur tertiæ diei opus, congregatio aquarum in vnum locum.

¶ 3 Præt. In elementis eſt talis ordo, ꝙ ſubtilius ſe habet ad minus ſubtile, ſicut continens ad contentum. vnde ignis continet aerem, & aer aquam: ſed aqua etiam eſt ſubtilior terra. ergo aqua debet totam terram continere, & non in vnam partem eius congregari.

D ¶ 4 Præter. A loco in quem mouetur corpus naturaliter, non poteſt moueri niſi violenter, vt in 2. Cęl. & mun. habetur. Si ergo aqua naturaliter congregatur, in vnam partem terræ, videtur ꝙ ad alias partes defluere non poſſet niſi violenter. Nullus autem motus violentus eſt perpetuus, vt in 1. Cęl. & mun. dicitur. Cum ergo ex mari, qd̄ dicitur locus congregationis aquarum, indeficiēter aqua ad reliquas partes terræ deriuetur, quod ipſa perennitas fluuiorum oſtendit, videtur ꝙ non naturaliter aquæ in vnum locum congregentur, & ita inconuenienter talis congregatio in inſtitutione naturæ commemoratur.

¶ 5 Præt. In loco naturali vnumquodq; elementum eſt purum & ſimplex; ſed aqua in mari non videtur eſſe purum elementum, quod ipſa ſalſedo oſtendit, cum aqua de natura ſua ſit inſipida. ergo videtur, quòd non naturaliter in locum vnum, ſ. in mare aquæ congregentur, & ſic idem quod prius.

¶ 6 Pręter. Plantę videntur ad ornatum terræ pertinere: ſed ad ornatum deputantur tres vltimi dies. ergo in opere tertiæ diei de productione plantarum mentio facienda non erat.

¶ 7 Pręter. Herbæ quędam vel plantæ, non videntur in tertia die eſſe productæ: ſed poſt peccatum hominis, vt habetur Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. ergo videtur, quòd inconuenienter in tertia die dicatur terram, herbam virentem protuliſſe, cum hoc non ſit vniuerſaliter verum.

¶ 8 Pręterea, Sicut plantæ generantur in terra: ita etiam & corpora mineralia. ergo videtur, quòd inſufficienter rerum productionem determinet ſcriptura, cum in hac die de mineralibus mentio non fiat.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ opus diſtinctionis attenditur, ſecundum hoc, quòd corporibus, quę ſunt elementa mundi, conferūtur virtutes, vniuerſaliter ad naturales effectus mouentes, cuiuſmodi ſunt qualitates actiuæ & paſſiuæ elementorum; & ideo huiuſmodi qualitates, in inferioribus elementis tertia

tis tertia die collatæ intelliguntur, quibus abinuicem & proprietate & ſitu ſeparantur, eo quòd inter qualitates elementares, etiam grauitas & leuitas continentur, quæ ſunt principia motus elementorum ad propria loca, & etiam quietis naturalis eorum in eiſdem, ſicut caliditas & frigiditas, ſunt principia alterationis: & ideo ex collatione talis virtutis, dicuntur aquæ tertia die in vnum locum congregatę.

¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ignis & aer ſunt elementa magis latentia, eo quòd non ita ſenſu percipiuntur, ſicut aqua: & ideo legislator rudi populo legem proponens, ex manifeſtis quæ tetigit, occulta intelligenda reliquit. Vel dicendum, vt prius dictũ eſt, quòd aer quantum ad ſuperiorem partem compræhenditur nomine cæli, quantum vero ad inferiorem nomine aquę propter ſimilitudinem humiditatis, quam cum aqua habet, cuius vaporibus reſolutis, quodammodo aer inſpiſſatur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut calor & frigus non ſunt formæ ſubſtantiales elementorum, ita nec grauitas & leuitas, quia non poſſent eſſe alijs corporibus accidentales. vnde ſicut ſubſtantia non eſt principium alterationis, niſi mediante calore vel frigore: ita nec eſt principium motus vel quietis localis, niſi mediante grauitate & leuitate: & ideo q̃uis aqua formam ſubſtantialem ex opere creationis habuerit, non tamen ex hoc in proprium locum congregabatur: ſed per opus ſuę diſtinctionis intelliguntur hæc opera ordinata, ſecundum tempus, ſiue ſecundum naturam. Verbum autem Commentatoris intelligendum eſt de corporibus, ſecundum quòd ſunt in ſui complemento quantum ad primum, & ad ſecundum eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quanto aliquod elementum eſt ſubtilius, tanto eſt maius in quantitate: & ideo aer eſt maior quàm aqua, & aqua quàm terra: & ideo aer complectitur iſta duo, vndique complexus ſphęricam figuram, a quo deficit aqua, quæ quidem terram cingit, non totam operiens ipſam, complexa quidem circulum, ſed deficiens a cõplexione ſphęræ, & hoc etiam ſequitur neceſſitatem finis, vt in terra poſſit eſſe habitatio animalium reſpirantium, & generatio plantarum. terra vero quaſi minima in centro concluditur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd corpora inferiora præter motus proprios ſequuntur quodammodo motum ſuperiorum, & quanto eſt perfectius corpus inferius, tanto magis conſequitur de motu ſuperioris, quod patet ex hoc, quòd in corporibus cæleſtibus orbis inferior, præter motum proprium, retinet motum ſuperioris orbis quo defertur: ita etiam eſt in elementis, quòd ex motu corporum cæleſtium aliquid conſequuntur de motu circulari, præter motus proprios naturales, quod euidentiſſime apparet in refluxu maris, qui ſequitur motum lunæ: non tamen hoc fit per motum violentum, quia dicit Commen. in 4. cæli & mun. quòd motus quibus elementa ſequuntur impreſſiones corporum cæleſtium non ſunt violenti, cum ſit ſecundum naturalem ordinem corporum, quòd inferiora impreſſionem ſuperiorum ſequantur, & tanto plus, quanto perfectius fuerit in natura corpus inferius, & per hunc modum ex impreſſione cæli mouentis elementa, ad miſtionem aqua ſubingreditur terram, vt ſit apta ad generationem mineralium, & animalium, & plantarum, & exinde in locum proprium naturali motu reuertitur, vt dicitur Eccleſi. 1. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd omnia elementa in loco vbi contingunt ſe, alterantur a ſua natura, vt ſit quidam motus coniunctionis inter ea, & exinde in mari cauſatur ſalſedo ex admiſtione vaporis terreſtris, ſimul cum aduſtione radij ſolaris, & hoc præcipue prope terram, & in ſuperficie. In profundo enim pelagi inuenitur aqua dulcis, vt patet ex verbis Phi-

F losophi dicentis in libro de animalibus, quòd quidam piſcis, qui dicitur Malarie, inuenitur valde magnus in locis pelagogis, in quibus abundant aquæ dulces.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd de productione plantarum, videtur eſſe diuerſitas inter Auguſt. & alios ſanctos. Auguſt.

terito biduo aquas clara luce illuſtrauerat, in puro aere clarior refulgeat, & appareat terra quæ cooperta latebat, & quę aquis limoſa erat, fieret arida, & germinibus apta. Eodem. n. die protulit terra herbam virentem, lignumque faciens fructum. Si autem quæratur, vbi congregatę ſunt aquæ, quæ totum texerant ſpatium vſque ad cælum, potuit fieri, vt terra ſubſidens concauas partes prębe-ret, vbi fluctuantes aquas reciperet: poteſt etiam credi primarias aquas rariores fuiſſe, quæ ſicut nebulæ tegerent terras: ſed cõgregatione eſſe ſpiſſatas, & ideo facile in vnum poſſe redigi locum.

*Quomodo omnes ſunt in vnum locum congregatæ, cum multa ſint maria & flumina.*

Cvmq; conſtet eſſe multa maria & flumina, in vnum tamẽ locum, G dicit aquas congregatas propter continuationem omnium aquarum, quæ in terris ſunt. Quia cuncta flumina, & maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in vnum locum: deinde dicit pluraliter, congregationeſque aquarum propter multifidos ſinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium eſt.

enim videtur velle, quòd cum dicitur, Producat terra herbam virẽtem &c. non intelligitur tũc plantas eſſe productas in propria natura, ſed tunc terrę datam eſſe virtutem germinatiuam, ad producendum, plantas opere propagationis. alijs autem videtur, quòd tunc etiam plantæ productæ ſunt. vtroque autem modo cõuenienter productio plantarum ad opus diſtinctionis pertinet, quia ad earum pullulationem ſufficit virtus cæleſtis loco patris, & virtus terræ loco matris, vt Philoſophus dicit. Et ſic principia com-

H munia actiua, quæ ad opus diſtinctionis pertinent, ſufficiunt ad generationem plantarum. non autem ad productionem animalium, ad quam requiritur virtus formatiua in ſemine exiſtens, vel quia quęlibet res pertinet ad ornatum illius loci, in quo mouetur, & non in quo quieſcit. Plantæ autem radicitus infixæ terræ adhęrent: & ideo ad ornatum eius non pertinent: ſed cum ipſa computantur: ſicut dicit Auguſ. ſuper Geñ. ſecundo.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd plantæ nociuæ, ſimul etiam cum alijs productę ſunt: non tamen homini ante peccatum nociuæ fuiſſent, diuina prouidentia ipſum protegente: ſed poſt peccatum in nocumentum hominis eſſe ceperunt. vnde ſignanter dicitur, germinabit tibi. Ad literam, c.12.&13.

¶ Ad octauum dicendum, quòd generatio mineralium eſt occulta in viſceribus terræ, & ideo non oportuit de his populo facere mentionem: ſed de his ſolum, quæ manifeſta ſunt.

I ¶ Præterea. Mineralia non participant aliquem gradum dignitatis in entibus ſupra elementa, cum vita careant: propter quod oportuit de his ſpecialiter fieri mentionem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Qvod de aquis factum eſſe credi poteſt &c.} Hoc intelligendum eſt, quantum ad proprietatem perſpicuitatis, & non quantum ad naturam corporis elementaris: ſed hoc etiam credi poteſt, quia contra fidem non eſt. {Sed ſpirituſſanctus quàmuis &c.} Notandum, quòd hic authores noſtros nominat eos, qui libros canonicos ædiderunt, ſcilicet Apoſtolos & Prophetas, K qui hæc ſcribere non curauerunt: ſed ab alijs Sanctis aſſeritur, & philoſophis probatur cælum eſſe ſphæricæ figuræ, quod rationibus naturalibus, & etiam mathematicis demonſtratur. { Quęritur etiã ſi ſtet &c.} De hoc etiam apud Philoſophos eſt duplex opinio. Ariſtote. enim vult tantum orbes moueri, & non ſtellas habere: ſed Ptholę. vult ſtellas habere proprium motum, præter motum orbis. quàmuis autem vtroque modo motus localis cæleſtibus orbibus aſcribatur, motus tamen varians aliquid in eius ſubſtantia, ab eo excluditur, ex cuius priuatione firmamentum vocatur. {Poſt hęc quæri ſolet &c.} Præter hanc rationem miſticam, quæ in litera tangitur, aliam literalem magiſter in hyſtorijs aſſignat, quam etiam & Rabi Moyſes tangit, quia ſcilicet in ſecunda die, medium elementum a ſupremo diſtinguebatur, & ita non erat perfecta diſtinctio medij elementi, niſi etiam ab infimo diſtingueretur: & ſic patet opus ſecundæ diei in tertia die cõſummatum eſſe: & ideo benedictio tertię diei ad vtrumque refertur. Almageſto. li.7.c.1.&3

DISTIN.



## DISTINCTIO XV.

DIVISIO TEXTVS.

Post opus creationis & diſtinctionis. hic incipit Magiſter proſequi opus ornatus. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de opibus triũ vltimorũ dierũ, qui ad ornatũ deputãt. In ſcd'a determinat de quiete ſeptimæ diei: i qua toti⁹ operis cõſummatio oſtẽditur. ibi { Iam de ſeptimæ diei requie &c.} Prima in duas. In prima proſequitur opus ornatus ſecundum ſententiam aliquorum ſanctorum. In ſecũda proſequitur ſententiam Auguſt. de operibus ſex dierum. ibi {Sed antequàm de hominis creatione &c.} Prima in tres, ſecundum tres dies, quibus opus ornatus perficitur. In prima enim determinat de opere quartæ diei. In ſecunda de opere quintæ. ibi { Dixit Deus: Producant aquæ &c.} In tertia de opere ſextæ diei. ibi {Sequitur dixit Deus producat terra &c.} Circa primam duo facit. Primo diſtinguit opera ornatus abinuicem, & ab operibus diſtinctionis. Secundo, proſequitur ſpecialiter opus quartæ diei, ibi {Quia ergo cælum &c.} Tertio, mouet quãdam dubitationem & ſoluit. ibi { Quod autem ſubditur, & ſint in ſigna &c.} {Sequitur dixit Deus &c.} Hic deſcribitur opus ſextę diei. Et circa hoc tria facit. Primo ponit opus quod ſexto die factum eſt. Secundo mouet circa hoc duas quæſtiones, vnã de animalibus nociuis. ibi { Quæri ſolet de venenoſis &c.} Aliam de animalibus ex putrefactione generatis. ibi { De quibuſdam etiam minutis &c.} Tertio aſſignat rationem ordinis eius, quod vltimo factum eſt ad opera præcedentia. ibi {Omnibus autem creatis &c.} {Iam de ſeptimę diei requie &c.} Hic Magiſter proſequitur ea, quæ ad ſeptimum diem pertinent. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quomodo intelligatur authoris requies. Secundo, quomodo intelligatur operis conſummatio. ibi {Sed quæritur quomodo ſeptima die &c.} Tertio oſtendit, quomodo intelligatur ipſius diei ſanctificatio. ibi {Illum autem diem ſanctificaſſe &c.

*QVAESTIO PRIMA.*

A

Hic tria quæruntur.

Primo. De productione ſtellarum, quę ad quartum diem pertinet.
Secundo. De productione animalium, quę pertinet ad quintum & ſextum.
Tertio. De quiete opificis, quæ pertinet ad ſeptimum.

Circa primum quæruntur tria.

Primo. De ipſa productione ſtellarum.
Secundo. De effectu earum in inferiora corpora.
Tertio. De effectu earum in ea, quæ ſunt ex libero arbitrio.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum productio ſtellarum conuenienter deſcribatur.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ſtellarum productio incompetenter deſcribatur. Ea enim quæ ſunt priora ſecundum naturam, per prius ab ordinatiſſimo authore prodiere: ſed ſol & aliæ ſtellæ naturaliter præcedunt inferiora corpora, ſicut mouens præce-

## DISTINCTIO XV.

A

*De opere quartæ diei, quando facta ſunt luminaria.*

Seqvitur. Dixit Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem. In præ- B cedenti triduo diſpoſita eſt vniuerſitatis huius mundi machina, & partibus ſuis diſtributa. Formata enim luce prima die, quæ vniuerſa illuſtraret, duo ſequentes dies attributi ſunt ſupremæ & infimæ parti mundi: firmamento, ſcilicet & aeri, & terræ & aquæ. Nam ſecunda die firmamentum deſuper expanſum eſt. Tertia vero aquarum molibus, intra receptacula ſua collectis, terra eſt reuelata, atque aer ſerenatus. C Quatuor igitur mundi elementa illis diebus, ſuis locis diſtincta ſunt & ordinata. Tribus autem ſequẽtibus diebus, ornata ſunt illa quatuor elementa. a. Quarta enim ornatum eſt firmamentum ſole, & luna, & ſtellis. Quinta, aer in volatilibus, & aqua in piſcibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terrę iumẽta & reptilia & beſtias, poſt quę omnia factus eſt homo de terra & in terra: non tamen ad terram, nec propter terram: ſed ad cælum, & propter cælum.

*Ante alia de ornatu cæli agitur ſicut prius factum eſt.*

Qvia ergo cęlum cæteris elementis ſpecie præſtat, priuſque alijs factum eſt. ideo ante alia ornatur in quarto die, quo fiunt ſidera. Quæ ideo facta ſunt, vt p ea illuſtraretur inferior pars, ne eſſet habitantibus tenebro-

A dit motum, & agens paſſum. ergo inconuenienter deſcribitur productio ſolis, & aliarum ſtellarum poſt diſtinctionem inferiorum elementorum.

¶ 2 Præterea. Secundum Philoſophum in 2. Cæli & mundi. Stellæ ſunt partes orbium immobiles in orbibus permanentes, per eorum motum delatę. Sed plantæ dicuntur ad ornatũ non pertinere, quia terræ affixæ ſunt. ergo videtur, ꝙ nec etiam ſtellæ. a tex.c.16. vſq; ad 46. & 48.

¶ 3 Præt. Sicut probant aſtrologi, multæ ſtellę ſunt maiores luna. Sed cum dicitur, eſſe duo magna luminaria diſcretiue intelligitur excedens magnitudo. ergo videtur, ꝙ inconuenienter hæc de luna dicantur. P·o.libr.5. al nageſt. c.16.

¶ 4 Præt. Luminare videtur dici, qđ eſt vas luminis: ſed illud corpus dicitur vas luminis quod a ſe lumen habet, qđ lunę non competit, quam a ſole illuminari eclipſis lunę, & augmentatio, & diminutio oſtendit. ergo videtur inconuenienter luna luminare dici.

¶ 5 Præt. Vnumquodque luminare, tempori illi præeſſe videtur, in quo apparet: ſed luna quandoque etiam in die apparet. ergo non debet dici ſolum nocti præeſſe.

¶ 6 Præter. Nobilius nunquàm eſt propter vilius ſe: ſed non niſi abſurde dici poteſt minuta animalia, quæ lucem ſolis ferre non poſſunt, luna & ſideribus digniora eſſe. ergo videtur, inconuenienter in litera dici; ideo factam eſſe lunam & ſidera, vt lucerent propter talia animalia.

Respondeo. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, præter principia & communia actiua in tota natura exiguntur determinatæ virtutes mouentes ad determinatas ſpecies, & hu- D iuſmodi virtutes per opus ornatus, rebus inditæ ſunt. Sicut autem actio virtutum inferiorum communiter agentium reducitur in virtutem cęleſtem actiuam vniuerſaliter: ita etiam virtutes quæ ſunt in inferioribus, mouẽtes ad determinatas ſpecies, reducuntur in aliquas virtutes cęleſtes determinatas, & huiuſmodi virtutes determinatæ, conſiſtunt præcipue in ſtellis, quæ ſecundum diuerſos aſpectus, & coniunctiones, imprimunt ad determinatas ſpecies, vt dicit Cõm. in 11. Meta. vnde virtutes inferiores ſunt, ſicut inſtrumenta virtutum ſuperiorum, vt dicit Commentator in 8. Phyſi. & ideo vt ordo ornatus diſtinctionis ordini reſponderet, Primo ponitur ornatus ſupremi elementi, ſecundum productionem luminarium, in quibus determinatæ virtutes conſiſtunt. Secundo, ornatus medij elementi per formationem piſcium & auium. Tertio, ornatus infimi elementi in productione animalium terreſtrium. Cõm. 31.

E ¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur. Fiant luminaria in firmamento cęli, non intelligitur, quòd huiuſmodi corpora luminarium, ſecundum eſſe ſuum ſpecificum ex præiacenti materia facta ſint: ſed eorum ſubſtantia prius exiſtente, tũc primo virtutes determinatę eis collatæ ſunt, ex quo vltimum complementum ſui acquiſiere. Hæ autem determinatæ virtutes corporum cæleſtium, non reſpondent communibus virtutibus, quæ ſunt in elementis; ſed proprijs quæ ſunt in determinatis rebus, vt ſicut lucis productio elementorum diſtinctionem præceſſerat; ita luminarium inſtitutio præcederet naturalium ſpecierum diuerſitatem.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd ad productionem plantarum, ſufficiunt communes virtutes elementorum, quæ ex diuerſa commiſtione elementorum, diuerſimode ſpeciem ſortiuntur, quod in animalibus perfectis d accidere non poteſt, quàmuis D. 208. quidam Philoſophi hoc poſuerint: & hæc eſt cauſa quare plantæ ad opus diſtinctionis pertinent. Vnde non oportet, quòd 214 ſtellæ pertineant ad opus diſtinctionis, in quibus ſunt virtutes 509

mouentes

mouentes ad determinatas ſpecies. Vel poteſt dici, ꝙ ſtellæ, & ſi non mouentur in cælo per ſe, mouentur: tamen cum orbibus ſuis. plantæ vero nec per ſe, nec cum alio mouentur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſol dicitur magnum luminare, & propter quantitatem, & propter virtutem. Luna vero dicitur magnum, non tam propter quãtitatem verã, q̃ propter quãtitatem apparẽtem, & propter exceſſum claritatis reſpectu aliarum ſtellarum, ex propinquitate eius ad nos, & propter euidentiam effectus quem habet in rebus humidis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut Philoſophi probãt, & etiam Dion. aſſerit in 4. cap. de diui. no. a ſole illuminantur omnia corpora, & *ſuperiora* & inferiora, & non tm̃ luna: nec tamẽ hoc impedit, quin alia corpora luminaria dicãtur, quia cum lumen ſolis, vt Dion. dicit, recipiatur diuerſimode ĩ diuerſis corporibus, ſecundum eorum proportionem, quędam corpora recipiunt lumen *prædictum, vt lucen*tia & radios emittentia, ſicut luna & ſtellę, & talia poſſunt luminaria & vaſa luminis dici: quędam autem recipiunt, non vt radios ex ſe emittentia, & hoc dupliciter, vel in profundo vt aer, vel in ſuperficie, *vt corpora opaca, quorum neutrum* luminare dici poteſt.

† Auguſt. 2. Gen. ad lit. c. 13. & 14.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd quàmuis luna in die appareat: non tamen lumen eius in die dominatur, propter pręſentiam maioris luminis: & ideo dicitur nocti præeſſe non diei.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ aliquid poteſt eſſe, propter aliud dupliciter: aut quia ordinatur ad ipſum, ſicut ad finem proprium & principalem, & ſic inconueniens eſt dicere, ꝙ aliquid ſit propter vilius ſe, vt luna & ſtellę propter noctuas & veſpertiliones, cum finis potior ſit his, quæ ſunt ad finem.

Alio modo poteſt dici, aliquid eſſe propter aliud, cui ex ipſo prouenit aliqua vtilitas, eo modo quo poſſet rex dici propter ruſticum, ex cuius regimine prouenit ei pax, & per hunc modũ eſt intelligendum quod in litera dicitur. omnes enim vtilitates, quæ ex corporibus cæleſtibus proueniunt in inferioribus, ſunt a Deo prouiſę, qui corpora illa inſtituit.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum corpora cæleſtia habeant aliquem effectum in corporibus inferioribus.*

1. q. 115. ar. 2. o. & 3. cõtra c. 82.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd corpora cæleſtia non habeant aliquem effectum in inferioribus corporibus. Primo per hoc, quòd in litera dicitur, ꝙ facta ſunt huiuſmodi corpora, vt ſint in ſigna. Signum autem contra cauſam diuiditur. ergo videtur, ꝙ non ſint cauſæ aliquorum, quę in inferioribus contingunt.

Lib. 2. c. 7.

¶ 2 Præt. Damaſcenus dicit. Nos autẽ dicimus, quòd ipſa. ſ. corpora cæleſtia non ſunt cauſa generationis eorum, quæ generantur, neque corruptionis eorum, quæ corrumpuntur: ſed generatio & corruptio ad corporalia pertinent. ergo videtur, ꝙ nec in corporalibus effectum habeant.

cap. de Neceſſario.

¶ 3 Præt. Neceſſitas effectus procedit ex neceſſitate cauſæ, vt in 5. Meta. Philoſophus dicit. Sed motus corporum cæleſtium, & diſpoſitiones eorum ſunt de rebus neceſſarijs, & inuariabili-

F

bus, vt etiam dicit Dion. in epiſtola ad Polycarpũ. 7. Si ergo ex corporibus cæleſtibus cauſarentur alterationes, & motus corporum inferiorum, oporteret, ꝙ in inferioribus omnia ex neceſſitate contingerent. Hoc autem apparet eſſe falſum. ergo &c.

¶ 4 Præter. Omne agens agit ſibi ſimile: ſed corpora ſuperiora non afficiuntur qualitatibus inferiorum corporum, ſcilicet calore & frigore, vt Philoſophꝰ probat. ergo videt̃, ꝙ non poſſint eſſe cauſa motuum & alterationum ad has formas.

Si dicat̃, ꝙ cauſant calorẽ per motum, & per naturã lucis.

† Hic exordium habet diſtin. 15.

¶ 5 Contra. Vbi eſt eadem cauſa, & idem effectus. Sed omnia corpora cæleſtia cõmuniter motus & lumen habẽt. ergo omnia haberẽt eũdem effectum, qđ eſt cõtra omnes, qui ponũt cauſalitatem corporum cęleſtiũ, ſuper inferiora, cum quædam eorum dicantur effectiue calida vt ſol. quædam vero frigida, vt Saturnus & Luna.

Cõtex. 16.

¶ 6 Præter. Cum mouens, & motum oporteat eſſe ſimul, & agens & paſſum, vt pbatur in 7. Phy. non poteſt ab vno extremo prouenire actio in alterum, niſi per impreſſionem factam in medio: ſed inter ſtellas ſuperiores, & corpora inferiora ſunt medij orbes planetarum. cum ergo illi orbes non recipiant impreſſionem caloris & frigoris, non videtur, quòd ad minus a ſuperioribus ſtellis aliqua impreſſio in inferiora corpora fiat, nec etiam ab aliquo planetarum, niſi forte a Luna.

I

SED CONTRA eſt quod dicit Aug. lib. 5. c. 6. de ciui. Dei. Non *vſquequaque* abſurde dici poteſt ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdam ſidereos peruenire. Dionyſius etiam dicit in 4. ca. de diui. nomi. de radio ſolari tractans generationem viſibilium corporum confert, & ad vitam ipſam mouet & auget, & nutrit, & perficit, hoc etiam ipſe ſenſus oſtendit, præcipue quantum ad effectum Solis & Lunæ.

RESPONDEO. Dicendum, quòd circa hanc quæſtionem fuit multiplex error. Quidam. n. antiqui naturales nõ intelligentes aliquam ſubſtantiam præter corpora eſſe, ea quæ ſunt nobiliſſima in corporibus, poſuerunt eſſe nobiliſſima in entibus. vnde etiam ſcientiam naturalem, primam ſcientiarum dicebant, vt in 4. Meta. dicitur, & propter hoc, corpora cæleſtia deos appellabant, credentes etiam ea eſſe animata, quia ipſam animam corpus eſſe dicebant, vt in 1. de anima patet: & ideo ſequebatur, corpora cæleſtia habere primam influentiam in inferiora corpora ex ſe, & non ab alio, & hæc fuit cauſa inducens idolatriam. Sed hęc poſitio oſtenditur erronea, nõ tantum per ſcripturas ſanctas, ſed etiam per rationes philoſophorum, qui ſubſtantias intellectuales primas eſſe probauerunt, quarum vnam eſſe primam omnium cauſam oſtendunt. ſ. Deum. Alia poſitio eſt quorundam philoſophorum, qui quidem concedunt nobiſcum corpora cæleſtia, non eſſe primas cauſas inferiorum: ſed ipſa eſſe ab alio, habere, ẽt virtutem agendi. dicunt tamen, ꝙ eſſe corporum inferiorum procedit a Deo mediantibus corporibus cæleſtibus. vnde & materiam elementorum. Auic. dicit a ſubſtantia cæli cauſari, & hoc vt oſtendat omnia a Deo, ſecundum ordinem proceſſiſſe, ſcilicet animas mediantibus intelligẽtijs, & corporalia mediantibus ſpiritualibus, & corruptibilia mediantibus incorruptibilibus. Sed hæc poſitio erronea eſt, & contra fidem quæ ponit Deum ſolum materiæ, & omnium re-

In ſua Met. tract. 9. c. 4. & tract. 6. & de intellig. c. 4.

K

rum

ſa. Infirmitatique hominum prouiſum eſt, vt circumeunte ſole, potirentur homines diei noctiſq; viciſſitudine, propter dormiendi vigilandiq; neceſſitatem, & etiam ideo ne nox indecora remaneret: ſed luna ac ſyderibus conſolarentur homines, quibus in nocte operandi neceſſitas incumberet, & quia quædam animalia ſunt, quæ lucem ferre nõ poſſunt. *b.* Quod autem ſubditur, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, quomodo accipiendũ ſit, quæri ſolet. Ita. n. dictum videtur, quaſi quarto die cæpiſſent tempora, cum tamen prius triduũ ſine tempore non fuerit. Ideoq; tempora quæ fiunt, per ſidera non ſpatia morarum: ſed viciſſitudinem aereæ qualitatis debemus accipere, quia talia motibus ſiderum fiunt, ſicut dies & anni quos vſitate nouimus. Sunt enim in ſigna ſerenitatis, & tempeſtatis, & in tempora, quia per ea diſtinguimus, quatuor tempora anni, ſcilicet ver, æſtatem, autumnum, & hyemẽ. Vel ſunt in ſigna & tempora, ideſt. in diſtinctionẽ horarum temporis, quia prius quàm fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora, vel qualibet hora, hæc quarta die facta ſunt.

G

*De opere quintæ diei quando creauit Deus ex aquis, volatilia & natatilia.*

B

DIxit etiam Deus. Producant aquæ reptile animę viuentis, & volatile ſuper terram &c. Opus quintæ diei eſt formatio piſciũ & auium, quibus duo elementa ornantur, *a.* & de eadem materia, ideſt de aquis piſces, & aues creauit. Volatilia leuãs ĩ aera, & natatilia remittens gurgiti.

H

*De opere ſextæ diei, quando creata ſunt animalia, & reptilia terræ.*

SEquitur. dixit Deus. Producat terra animam viuentem, iumenta & reptilia, & beſtias terræ, ſecundum ſpecies ſuas &c. Sexte diei opus deſcribitur, cum terra ſuis animalibus *b* ornari dicitur.



rum creatorem eſſe, vt ſupra dictum eſt. Aliorum poſitio eſt, ꝙ omnino nullum effectum in corporibus habent. Sed hoc omnino eſt contra ſenſum, & contra ſanctorum authoritates. Et ideo aliter dicendum eſt, ꝙ ſecundum Auic. duplex eſt agens, ſcilicet agens diuinum, quod eſt dans eſſe, & agens naturale, qđ *eſt traſmutans.* Dico ergo, quòd primus modus actionis ſoli Deo conuenit, ſed ſecundus modus ẽt alijs conuenire poteſt, & per modum iſtum dicendum eſt, corpora cæleſtia cauſare generationem, & corruptionem in inferioribus, inquantum motus eorum, *eſt cauſa omniũ infe*riorum mutationũ. Sed cum omnis motus ſit actus motoris & moti, oportet ꝙ in motu relinquatur virtus motoris, & virtus mobilis. vnde ex ipſo mobili, quod corpꝰ eſt, hẽt virtutẽ mouendi inferiora corpa, ad diſpoſitiones corporales, ex parte autem motoris, qui eſt ſubſtãtia ſpiritualis, quæcũq; ſit illa, habet virtutem mouendi ad formas ſubſtantiales, ſecundum quas eſt eſſe ſpecificum, quod diuinum eſſe dicitur. relinquitur autem virtus ſpiritualis ſubſtantiæ in motu corporis cæleſtis ad modum, quo virtus motoris relinquitur in inſtrumento, & per hũc modum omnes formæ naturales deſcendunt a formis, quæ ſunt ſine materia, vt Boet. dicit 1. de Trin. c. 3. in fin. & Cõm. in 11. Meta. ſicut formæ artificiatorum ab artifice.

Tract. 6. vt ſup.

† Auguſ. 3. Geñ. ad lit. c. 15.

C

D. 1124.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ contingit aliquando idem eſſe *d* ſignum & cauſam; cauſam inquãtum operatum operatur ad effectum: ſignum inquantum ſenſibus repræſentatum in cognitionem effectus ducit. Vnde per hoc, quòd dicũtur ſigna, non *excluditur eorum* cauſalitas, quam tamen ſcriptura ſubticuit, ne idolatrandi aliqua occaſio daretur, ad quam tunc temporis homines proni erant.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Dam̃. intendit negare a corporibus cæleſtibus illam cauſalitatem, quæ idolatriam inducebat, vt patet ex prædictis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd impreſſio alicuius agentis non recipitur in aliquo, niſi per modum recipientis, & quia natura inferior eſt talis, quæ impediri põt & deficere in minori parte. Ideo impreſſiones corporum cæleſtium, non recipiuntur in corporibus inferioribus, ſecundum neceſſitatem, vt ſemper ita eueniat: ſed vt in pluribus, ſicut expreſſe habetur a Philoſopho in fine de ſomno & vigil.

¶ Ad quartum *dicendum*, quòd ſimilia ſunt, quę in eadem forma communicant; ſed contingit, ꝙ illam formam non vniformiter participant quædam, quia quod eſt in vno deficiẽter, in altero eſt eminentius, & hoc oportet inueniri ſecundum Dionyſium, in omnibus cauſis eſſentialibus: & ideo ipſe dicit, ꝙ ſol vniformiter præaccepit in ſe omnia ea, quæ diuiſim per eius actionem in alijs cauſantur, & ſecundum hoc dico, quòd calor & frigus, & huiuſmodi, inueniuntur in corporibus cæleſtibus, nobiliori modo q̃ in elementis, non quòd iſtis qualitatibus afficiantur & denominentur; ſed ſunt in eis, ſicut in virtute actiua, & talis ſimilitudo ſufficit ad actionẽ agẽtis nõ vniuoce.

¶ Ad quintum dicendum, quòd lux quantum eſt de ſe, ſemper eſt effectiua caloris, etiam lux Lunæ. Vnde dicit Philoſophus de partibus animal. lib. 4. c. 5. ꝙ *noctes* plenilunij ſunt calidiores: ſed præter naturam lucis, quæ communis eſt omnibus corporibus cęleſtibus, quælibet ſtella habet virtutem determinatam, conſequentem ſuã ſpeciem, ratione cuius, lux eius & motus habet vel infrigidare vel humectare, & ſic de alijs; ſicut etiã & pręter motum communem, *qui eſt motus diurnus*, quilibet orbis habet motum proprium.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ cuiuſlibet agentis habentis ſitum, actio prius recipitur in medio q̃ in termino; non tamen oportet, quòd recipiatur in vtroque eodem modo; ſed ſecundum quòd exigit diſpoſitio vtriuſq;, ſicut ponit exemplum Cõmẽ. in 8. Phyſic. de piſce, qui retentus in rheti, ſtupefacit manum p-

A

ter hoc, ꝙ ſtupefaciat rhete, *quæ ſtupefactionis capax non eſt*, & tamen ſecundum aliquem modum rhete alteratur ex virtute piſcis: ita etiam oportet, ꝙ virtutes ſuperiorum ſtellarum, prius recipiantur in medijs orbibus, q̃ in inferiora corpora, quàmuis non eoſdem effectus vtrobique habeant.

ARTIC. III.

*c Vtrum corpora ſuperiora habeãt cauſalitatem ſuper motus liberi arbitrij.*

1. q. 115. ar. 4. & 3. contra cap. 84. 85. 87.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd corpora ſuperiora habeant cauſalitatem, etiam ſuper motus libe. arbi. Dionyſius enim in 4. cap. de di. no. de corporibus cæleſtibus tractans, Ea inquit. Quę ſunt in tempore determinãt & numerant, & ordinant & continẽt: ſed opera quæ ſunt, ex libe. arbit. ſunt in tempore. ergo determinantur & ordinantur virtute corporum cæleſtium.

† Aug. ſuper Geñ. lib. 3. c. 14.

¶ 2 Præt. Omne quod non eſt eodem modo ſe habens, oportet reducere in cauſam, ſemper eodem modo ſe habentem, quia contingentia procedunt ex neceſſarijs, & difformia ab vnifor*mibus*; *ſed actus* ex liber. arbit. dependentes maxime ſunt variabiles. ergo oportet eos reducere in motus cæleſtes, ſicut in cauſas vniformes.

¶ 3 Præt. Sicut ſe habet mouens & mobile, ad aliud mouens & mobile, ita ſe habet motus ad motum; ſed motor corporis cæleſtis eſt nobilior motore corporis humani, & potens in ipſum imprimere, & ſimiliter corpus cęleſte, in corpus humanum. ergo & motus cæleſtis eſt aliquo modo cauſa operum humanorum, quæ ex lib. dependent arbitrio.

D

¶ 4 Præter. Pręcognitio aliquorum futurorum, non poteſt accipi niſi ex illis, in quibus illa futura ſunt aliquo modo, ſicut in cauſis, ſiue per ſe cognoſcantur cauſæ illæ, ſiue per aliquos effectus, qui dicuntur eorum ſigna, & per conſequens aliorum effectuum; *ſed præcognitiones* operum humanorum ex libertate arbitr. dependentium, accipiuntur ex motibus cæleſtibus, ſicut patet ex Aſtrologis, qui multa de his diuinando prædicũt. ergo videtur, quòd corpora cęleſtia habeant cauſalitatem ſuper ea, quæ ex libertate arbi. dependent.

SED CONTRA. *Sicut dicit Philoſophus in 3. de anima.* Agens oportet eſſe præſtantius patiente: ſed corpus cęleſte eſt multo inferius in ordine entium, q̃ anima rationalis. ergo non poteſt in ipſa agere, vt cauſet aliquem effectum eius.

Contex. 8. 14. 18.

¶ Pręter. Vt probat Philoſophus in 3. Ethic. in nobis eſt, bonos vel *malos eſſe*: ſed boni vel mali efficimur ꝑ actus noſtros. ergo in nobis eſt, ꝙ nos actus noſtros faciamus. ergo non cauſantur ex aliqua virtute, impreſſione virtutis cæleſtis.

c. 5. & 1. magnorũ mor. c. 9.

E

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ cum propria rei operatio ſequatur naturam ipſius: illud tantum cauſa operationis eſſe poteſt, quod aliquo modo naturam in eſſe producit: & ideo cum actus ex libertate arbit. procedentes, ex hoc quòd voluntarij ſunt & in poteſtate noſtra, actus humani proprie dicantur, nõ poſſunt in aliquam cauſam directe reduci; quæ ipſius animę cã non ſit: & ideo ſecundum diuerſas poſitiones de cauſalitate rationalis animę, conſecutæ ſunt diuerſæ opiniones de operibus humanis. Quidam enim antiqui Philoſophi ſenſum & intellectum, idem eſſe dixerunt, in tantum, quòd ſicut ex trãſmutatione *corporis tranſmutatur ſenſus: ita etiam mutaret̃ intelle*ctus, vt de Democrito, Philoſophus narrat, & cum omnes virtutes corporales ex corpore dependentes, reducantur in virtutes primorum corporum ſicut in cauſis; ſequebatur quòd corpora cæleſtia directe cauſalitatem haberent ſuper animam rationalem, & per conſequens ſupra operationes eius, vnde ponebant, ꝙ qualis vnuſquiſque eſt, ſecundum diſpoſitionem quam ex natiuitate ſortiebatur, ſecundum impreſſionem ſuperiorum corporum, talis finis videbatur ei, & ſecundum hoc diuerſificabantur electiones hominum, quibuſdam hoc, quibuſdam aliud eligentibus.

*Vtrum poſt peccatum venenoſa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cæperint, prius facta innoxia.*

QVæri ſolet de venenoſis animalibus & pernicioſis: vtrum poſt peccatum hominis, ad vindictam creata ſint, an potius creata innoxia, peccatoribus nocere ceperint. Sane dici poteſt, ꝙ creaturæ nihil homini nocuiſſent, ſi non peccaſſet. Puniendorum nãque vitiorum & terrendorũ, vel probandæ & perficiendæ virtutis cauſa nocere cæperũt. Fuerunt ergo creata innoxia: ſed per peccatum facta ſunt noxia.

*Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.*

DE quibuſdam etiam minutis animantibus, quęſtio eſt, vtrum in primis conditionibus creata ſint, an ex rebus corruptis poſtea orta ſint.

B

Pleraque enim de humidorum corporũ vitijs, vel exalationibus terræ, ſiue de cadaueribus gignuntur. Quædã etiam de corruptione lignorũ, & herbarum, & fructuum, & Deus author omnium eſt. Poteſt autem dici, quòd ea quæ de corporibus animalium maxime mortuorum naſcũtur, cum animalibus creata non fuerint, niſi potentialiter & materiali-

ter. Ea vero quę ex terra vel ex aq̄s naſcūtur, vel ex eis quę terra germinante orta ſunt, tunc creata fuiſſe non incongrue dici poteſt.

*Quare poſt omnia factus eſt homo.*

OMnibus autem creatis, atq; diſpoſitis, nouiſſime factus eſt homo, tā quam dominus & poſſeſſor, qui & omnibus preferendus erat, Vnde ſequitur. Vidit Deus, quòd eſſet bonum & ait. Faciamus hominem &c. Sed antequàm de hominis creatione tractemus, quod ſupra breuiter tetigimus, plenius verſantes, clarius faciamus. In hac enim rerum diſtinctione catholici tra- H ctatores diſſentire, vt ſupra diximus, inueniuntur. Alijs dicentibus res creatas, atque diſtinctas ſecundum ſpecies ſuas per interualla .vj. dierum. Quorum ſententiæ, quia litera Geneſis magis inſeruire videtur, atq; eā catholica eccleſia magis approbat: ideo hactenus ſtudioſe docuimus, quomodo ex illa communi materia prius informiter facta, poſteà rerum corporalium genera, per ſex dierum volumina I diſtinctim ſint formata. Alijs autem videtur, ꝙ non per interualla temporum facta ſint: ſed ſimul ita formata ad eſſe prodierint. Quod Auguſtinus ſuper Gen̄. pluribus modis nititur oſtendere. dicēs elementa quatuor ita formata, ſicut modo apparent ab initio G extitiſſe, & cælum ſyderibus ornatum fuiſſe. Quędam vero nō formaliter: ſed materialiter tunc facta fuiſſe, quę poſt per tēporis acceſſum formaliter diſtincta ſunt, vt herbæ, arbores, & forte animalia. Omnia ergo in ipſo temporis initio facta eſſe dicunt: ſed quędam formaliter, & ſecundum ſpecies, quas habere cernimus, vt maiores mundi partes, quædam vero materialiter tantum, ſed vt dicunt Moyſes loquens rudi, & H carnali populo, locutionis modum tēperauit de Deo loquēs, a ſimili hominis, qui per moras temporum opera ſua perficit, cum ipſe omnia opera ſua fecerit. Vnde Auguſt. Ideoque, inquit Moyſes diuiſim, refert deū illa opera feciſſe, quia non potuit ſimul ab homine dici, qđ a Deo ſimul potuit fieri. Item potuit diuidere ſcriptura loquendi temporibus, quod Deus ope- I randi temporibus non diuiſit. Illi, qui his authoritatibus, &

eligentibus. hęc autem poſitio reprobata eſt a Philoſophis, & quantum ad cauſam, quia probauerunt intellectum nō eſſe virtutem corporalem, nec actum eius proprium organo corporali expleri, tum etiam quantum ad id quod ſequitur, oſtendentes bonam vel malam electionem in noſtra poteſtate eſſe, aliàs iniuſte darentur pœnæ vel præmia. Similiter etiam damnata eſt a ſanctis tanq̃ fidei contraria. Alij vero Philoſophi po- D. 766. nentes intellectū [d] a ſenſu differre ī hoc, ꝙ ad corpus non dependet nec corporali organo ſuum actū explet, dixerunt, nullam virtutem corporalem cauſalitatem, ſuper intellectū humanum habere: ſed omnino ab extrinſeco eſſe: & ideo etiā electionem humanā non dependere ex corporibus cęleſtibus, niſi per accidēs, inquantū, videlicet ex diſpōne corporis, quam impreſſio cæleſtis relinquit, aliquo modo anima inclinatur ad ſequendum affectiones corporis, per modum quo paſſiones corporales rationem inclinant, & quandoque deducunt. Sed tamē quia ponunt animas humanas creari a Deo mediātibus intelligentijs, ponunt ꝙ motores orbium cauſent ipſos motus volūtatis, præter or- Tract.10.c. 1.poſt pri. dinē motus, vt Auic. dicit in fine Meta. ſuæ, quòd varietas operum voluntatis, reducitur ſicut in cauſam, in cōceptiones vniformes motorum cæleſtium: nec tamen ponunt, ꝙ tollatur libertas electionis, cum impreſſio recipiatur, per modum recipientis. Hæc etiam poſitio falſa eſt, & contra fidem quę immediate animas humanas a Deo creari ponit: vnde relinquitur, ꝙ electionis humanæ, non ſit cauſa per ſe loquendo, neque corpus cæleſte, neque anima eius, vel intelligentia mouens ipſum: ſed ſolus Deus, qui operatur omnia in omnibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actus liber. arbit. non ſunt temporales niſi per accidens, inquantum, ſ. habent ordinem ad virtutes corporales, a quibus ratio ſcientiam accipit, & voluntas earum paſſionibus inclinatur.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ motus voluntatum reducitur in vnam cauſam vniformem: ſed illa cauſa non eſt motus cæleſtis, aut aliqua virtus creata: ſed ipſa voluntas diuina a qua eſt omnis voluntas.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ motus actuum qui dependent ex lib. arbit. quidam in ſola electione cōſiſtunt: ſicut interiores actus, & in hos non habent cauſalitatem cæleſtia corpora, niſi forte per modum diſpoſitionis, ſecundum quòd ex qualitate corporis inclinatur anima, ad hanc vel ad illam electionem, & ſi etiā poneretur, quòd eſſent ex impreſſione ſuperiorum motorum, hoc eſſet præter ordinem motus, quod tamen falſum eſt, niſi Deum immediate cælos mouere dicamus. Alij vero motus, ſunt per organa corporalia compleri, vt ambulare & huiuſmodi, & ſuper hos actus non eſt dubium, motus corporum cæleſtium cauſalitatem habere, non quidem a parte illa, qua ſunt a voluntate imperati: ſed ſecundum quòd conſiſtunt in executione corporis: cum omnis motus inferiorum reducatur in ſuperiores motus, ſicut in cauſas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut dictum eſt, electio animæ F multum inclinatur ex complexione corporis, vnde etiam medici iudicant aliquem eſſe inuidum, vel triſtem, vel laſciuum, vel aliquid huiuſmodi, quorum iudicia frequenter vera ſunt, eo ꝙ vt in pluribus ratio paſſionibus ſuccumbit, & ab eis deducitur, quàmuis non de neceſſitate, eo ꝙ ratio imperium ſuper paſſiones habet, & per hunc etiam modū, ex motibus corporum celeſtium aliqua poſſunt de operibus humanis præſciri, cum non ſit du- † li.4.c.18. bium, diſpoſitiones corporis humani īpreſſiones corporū cæleſtium ſequi, q̃uis talibus prædictionibus, non ſit tutum nimis intendere, vt dicit Augu. 2. ſuper Gen̄. cum plerūq; aſtrologi de futuris vera prænuntient, non tam ex ſignis cæleſtibus, q̃ ex occulto dæmonis inſtinctu, quem humanæ mentes interdū neſcientes patiūtur, & ſic cum huiuſmodi diuinationibus, quodammodo fœdus initur. † li.1.c.18.

*QVÆST. II.*

B

Deinde quæritur, de productione animalium, quæ ad quintam & ſextam diem pertinet.

Et circa hoc q̄runtur duo.

Primo. De materia ipſorum.

Secundo. De locis, qui eis ornari dicuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum quædam animalia ſumpſerint materiam ex aquis, quædam ex terra.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur falſum eſſe quod dicitur, quędam animalia ex aquis, quædā ex terris materiam ſuſcepiſſe. Corpus. n. cuiuſlibet animalis oportet eſſe ſenſibile: ſed nihil eſt ſenſitiuum ſine calore, vt Philoſophus dicit in 2. de anima. ergo in corporibus animalium, præcipue debet ignis dominari, qui eſt fons caloris. Tex.cō.38. & 40.

¶ 2 Præter. Inter omnia corpora inferiora, ſunt nobiliſſima K corpora animalium, quod patet ex hoc, ꝙ nobiliſſimam perfectionem ſortiuntur, ſ. animam. cum ergo corpora rariora, ſcilicet ignis & aer ſint nobiliora, quaſi plus habentia de ſpecie, & minus de materia. videtur ꝙ ex ipſis præcipue animalium corpora conſtare debeant.

¶ 3 Preter. Vt dicit Philoſophus in 4. Metheo. quæcunque ex calido condenſantur, terræ ſunt magis; quæ vero ex frigido aquæ: ſed corpora omnium animalium condenſantur ex calore digerente & humores in membra conuertente. ergo non videtur eſſe aliquod animal, in quo dominetur aqua. Cōtex. 52.

¶ 4 Preter. Vnicuique corpori miſto debetur locus, ſecundum elementum prædominans in ipſo, vt dicitur in primo Cęli & mundi: ſed locus auium eſt aer, vt in litera dicitur. ergo videtur, ꝙ non aqua: ſed aer præcipue in auibus dominetur. Contex. 5.

SED CONTRA eſt quod in litera dicitur, ꝙ ex aqua piſces & aues producuntur, ex terra autem alia animalia.

RESPON-



RESPONDEO. Dicendum, ꝙ elementū prædominari, in ali A quo corpore pōt intelligi dupl'r, vel ſm̄ ſuum genus, vel quātū ad id qđ eſt propriū illi corpori in gn̄e illo. cum. n. alicui generi deputatur aliqua cōplexio, hoc non eſt ſm̄ aliquē indiuiſibilem gradū: ſed ſm̄ latitudinem quādam: ita ꝙ eſt inuenire aliquos terminos vltra quos non ſaluat cōplexio illiꝰ generis: ſed inter illos terminos eſt multa diuerſitas, ſm̄ ꝙ accedit ad vnum vel ad alterum. v.g. complexio debita corpori humano eſt cōplexio tēperatiſſima: & tn̄ ſunt multi gradus tēperamenti, ſm̄ quos quidā dn̄r melācholici, qdā cholerici, & ſic de alijs, ſm̄ ꝓpinquitatem ad terminos cōplexionis humanæ ſpeciei, vel in calore, vel in frigore: ita tn̄ ꝙ eſt aliq̄s gradus caloris vel frigoris, quē non tranſit humana cōplexio. Dico ergo, ꝙ ſi loquimur de elemento ꝑdominante in corpore aīalis, quantū ad cōplexionem conſequentē ipſum genus, oportet ꝙ el'nta inferiora groſſiora ſm̄ q̄titatem, excedant el'nta ſubtiliora, quæ tn̄ excedunt ſm̄ virtutem. ſ. ſm̄ calidum & humidū, in quo vita conſiſtit, q̄ ſunt qualitates principales ignis & aeris. cum. n. corpora C aīalium debeant eſſe alijs tēperatiora, vt magis a contrarijs remota, ꝑ æqualitatē cōplonis naturæ corpori cæleſti aſſimilata, ꝑfectionem magis ſil'em ſortiantur virtuti, q̄ mouet cælos, oportet inferiora el'nta, quæ ſunt minus actiua, eo ꝙ habent plus de materia, & minus de forma, ſm̄ q̄titatem excedere, vt virtutis defectū ſuppleat q̄titatis exceſſus: ſed tn̄ cōplexio in qua ſaluat natura aīalis, habet multas diuerſitates, & ſm̄ ꝙ accedit ad vnū extremū, vel ad alterū, dr̄ in altero dn̄ari hoc vel illud el'entum.

AD PRIMVM, ergo dicendum, ꝙ ignis dominatur ſecūdum virtutem in corpore ſenſitiuo, eo ꝙ calor eſt inſtrumentū animæ: non tn̄ poteſt eſſe, ꝙ ignis dominetur ſm̄ quantitatem materiæ, eo ꝙ cum ſit maxime actiuus, alia el'nta cōſumeret: & ideo non dr̄ animalis corpus ex igne materialiter formatum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in quolibet genere tanto aliq̄d eſt nobilius, quāto magis accedit ad nobiliſſimū in genere illo; & ideo ſimpliciter loquendo, per reſpectum ad vltimam perfectionem, corpus æqualis perfectionis, in quo ſm̄ quantitatem excedunt corpora groſſiora, eſt nobilius corpore ignis vel aeris, quia nihil eſt corpori cæleſti ſimilius: ſed nihil prohibet quantum ad aliquas virtutes corporales, vt calorem & frigus & huiuſmodi, ſubtiliora corpora nobiliora eſſe.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in corporibus omnium animaliū ſimpliciter dn̄atur terra ſm̄ quantitatē, eo ꝙ aqua eſt quaſi cōtinuans partes, vt non communionē, ſed cōmiſtionē faciant, ſed illa aīalia, quæ plus habent de aqua alijs animalibus, dn̄r ex aqua conſtare, penſata eorum propria complexione, ſm̄ cōparationem ad cōplexionem debitā generi cōi, & ſm̄ hæc ex aqua dicuntur eſſe piſces, quantum ad id, quod in ea groſſius eſt. Aues autem quantum ad id, quod in ea ſubtilius eſt, quod quidem in vapore reſolutum eſt, quaſi medium inter aerem, & & aquam, propter hoc aues in aere eleuantur, & piſces gurgiti remittuntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Philoſophus loquitur de loco naturali, qui eſt terminus motus naturalis, & in quo naturaliter quieſcit corpus. ſic autem aer non eſt locus auium, quia nō in aere: ſed in terra quieſcunt, ſed eſt locus eorum, ſecundum motum animalem, cuius principium nō eſt grauitas & leuitas.

ARTICVLVS. II.

*b Vtrum ornatus elementorum conuenienter deſcribatur ſecundum tria genera.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter ornatus, trium elementorum, ſm̄ tria genera animalium deſcribatur. Ignis. n. eſt principalior inter elemēta: ſed ei nullus ornatus aſſignatur. ergo videtur, ꝙ inſufficienter ornatus elementorum aſſignetur.

¶ 2 Præter. Locus naturalis eſt locus quietis: ſed aues non quieſcunt in aere, vt dictū eſt. ergo vr̄, ꝙ aer auibus non ornet.

A ¶ 3 Præt. Reptile eſt genus terreſtris animalis: ſed diuerſorū elementorum diuerſus eſt ornatus. ergo vr̄, ꝙ inconuenienter in ornatu aquæ reptile commemoratur.

¶ 4 Præt. Nobiliori corpori debetur nobilior locus: ſed animalia greſſibilia ſunt nobiliora auibus vel piſcibus, quia ſunt magis completa, vt eorū generatio oſtēdit, & membrorum diſpoſitio. ergo cum aer & aqua ſint nobiliora elemēta quàm terra, vr̄ ꝙ inconuenienter aues & piſces aeri & aquæ, animalia vero greſſibilia terrę deſcribant.

¶ 5 Præt. Secundum Philoſophum in lib. de animalibꝰ, quædā animalia ſūt media inter terreſtria & aquatica, q̄ vtrobiq; morantur. horum autem mentio nulla facta eſt. ergo videtur, inſufficiēter elementorum ornatus deſcribi per animalia. hiſt. aīal. 4. c.1. & 8. c.3.

¶ 6 Præter. Plus diſtat homo a greſſibilibus, q̄ greſſibile a volatili, quia eſt in alio gradu entium. ſ. rationalium, cum omnia bruta, in vno gradu entium. ſ. ſenſibilium computentur: ſed non eadem die, producta ſunt greſſibilia & volatilia. ergo C videtur, quòd nec eadem die debuit homo, cum alijs animalibus fieri.

¶ 7 Præter. Quorum eſt maior ſimilitudo, eſt etiam maior continuatio, ſed vt dicit Auic. corpus humanum eſt ſimillimū corporibus cęleſtibus. ergo videtur, ꝙ ſtatim poſt ornatum cælorum corpus hominis formari debuit ante alia animalia.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ animalia non dn̄r ornamenta elementorum: niſi ſm̄ ꝙ cōparantur ad elementa, vt locatum ad locum. Comparatio aūt corporis ad locum ſuum, eſt ſm̄ motum & quietem. motus aūt aīalis eſt duplex, vnus conſequens naturam corporis eius, ſecundum virtutē elementi dominantis in ipſo. alius conſequitur appræhenſionē & appetitum, & hic eſt motus proprius aīalis, inquātum eſt aīal: & ideo ad illius elementi ornatum aīal pertinet, in quo motum aīalem habet proprium, non ad qđ motu cōſequente naturā ſui corporis. huiuſmodi. n. motus nō ſequit̄ aial inquātū huiuſmodi: ſed ſm̄ ꝙ cōponitur ex grauibus & leuibus: & ideo aialia greſſibilia ad orna- D tum terræ ꝑtinere dn̄r, q̄a in ea motum aīalem hn̄t, & pari rōne natatilia ad ornatum aquæ, & volatilia ad ornatum aeris.

¶ AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ quāuis aliquę res cōmiſtę poſſint, ad tp̄s ſine læſione in igne ſeruari: tamen nulla res eſt, quæ tandem ab igne non conſummatur, ſi diu in eo permaneat, vt Gal'. dicit in libro de ſimplici medicin. & ideo non eſt poſſibile aliquod animal viuere in igne, vt in libro de proprietatibus elementorum Philoſophus dicit: niſi forte ad modicum tempus, vt de Salamandra dicitur. De hiſt. animal. libr. 5. c.19. ī fine.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ aīa auis in motu aīali mouet corpus, contra naturā corporis: & ideo talis motus eſt cū labore & pęna, vt in 2. Cæ. & mun. dr̄: & ideo oportet, ꝙ quies qua huic labori ſuccurritur ſit, in loco cōuenienti naturæ corporis, ex quo tn̄ non hr̄, ꝙ terra ſit proprius locus auis inquantum eſt aīal.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ reptilium q̄dam genera ſunt terreſtria, quædam aquatica: & ideo reptile cum vtroq; cōmemorat̄. E dr̄. n. reptile quod ſe rapit. hoc aūt cōtingit multipliciter, quoddam. n. rapit ſe virtute coſtarū, vt ſerpentes, quoddā vi quorūdam annulorum, vt aīalia annuloſa, quoddā vi oris, vt quidam vermes, qui ore terræ affixo totū corpus poſt ſe trahunt. quoddam vero vi pennularum, quarūdam ſe mouet, vt piſces & vniuerſaliter omne animal, videtur reptile dici, cuius corpus non multum a terra eleuatur, per inſtrumenta motus.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ nobilioribus animalibus, debetur nobilior locus, per comparationem ad ipſa animalia, quàmuis autem aer ſit nobilior terra, in natura ſua: tamen terra inquantum competit, in diſpoſitionibus animalium, eſt nobilior aqua vel aere, quia in ea nutrimenta animalium magis abundant, & magis competit locus iſtę ęqualitati complexionis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ animalia media computantur, cū illo extremorum, cum quo magis cōmunicant. non. n. inuenit̄ aliquod animal quod alterius, naturam non magis ſapiat.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ illud hoīs, quo cæteris animalibus,

alijs huiuſmodi inhærentes dicunt quatuor elementa, atque cęli luminaria, ita formata ſimul eſſe, & habuiſſe illos ſex dies, quos ſcriptura cōmemorat ſex rerum gn̄a. i. diſtinctiones appellant, quæ ſimul factæ ſunt, partim formaliter, partim cauſaliter.

*Quomodo intelligendum ſit Deum, requieuiſſe ab omni opere ſuo.*

C

IAm de ſeptime diei requie, aliquid nos eloqui oportet. Scriptū eſt, quia compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, & requieuit die ſeptimo, ab vniuerſo opere quod patrarat. *b.* Requieuiſſe dicitur Deus, ſeptimo die non quaſi operando laſſus, ſed ab vniuerſo opere requieuit, quia nouam creaturam facere ceſſauit. Requieſcere enim ceſſare B dicitur. Vn̄ in Apocalypſi dr̄ Non habebant requiem dicentia. Sanctus, ſanctus, ſanctus, i. dicere non ceſſabant. Requieuiſſe igitur Deus dicitur, quia ceſſauit a faciendis gn̄ibus creaturę, quia vltra noua nō condidit. Vſque nunc tn̄ vt veritas in

anteponitur non eſt aliquid corporale vel corporalis forma ſed intellectus: ſed quantum ad naturam corporis ſui, non eſt inconueniens, quod magis cōueniat cum quibuſdam animalibus, quam quædam cum alijs ſecundum materiam. Animalia.n.deputantur diuerſis diebus vel vni, ſecundum materiam ex qua corpus producitur, diuerſis vero elementis in ortum ſecundum diuerſum motum, qui etiam corporalibus organis completur.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quod in via generationis, quanto aliquid eſt perfectius, & magis aſſimilatū agenti, tanto tempore poſterius eſt, quamuis ſit prius natura: & ideo, quia homo perfectiſſimum animalium eſt, vltimo inter animalia fieri debuit, & non immediate poſt corpora cæleſtia, quæ cum inferioribus corporibus non ordinantur, ſecundum viam generationis, cum in materia non communicent cum eis.

euangelio ait. Operatur pater cum filio, ſcilicet adminiſtrationem eorundē generum, quæ tunc inſtituta ſunt. Creatoris enim virtus, cauſa ſubſiſtendi eſt, omni creaturæ. Quod ergo dicitur, Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor, illud, vniuerſæ creaturæ continuam adminiſtrationē oſtendit. Die ergo ſeptimo requieuit, vt nouam creaturā non faceret vlterius, cuius materia vel ſimilitudo nō præceſſerit: ſed vſq; nūc operatur, vt quod condidit continere, & gubernare non ceſſet.

## QVAESTIO III.

C

Deinde quęritur de his, quę ad ſeptimum diem pertinent.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, De conſummatione operum diuinorum.
Secundo. De quiete Dei.
Tertio, De ſanctificatione ſeptimæ die.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus compleuerit opus ſuum ſeptimo die.*

1.q.73.ar.1. & 2.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus non cōſummauerit ſeptimo die opus ſuum. Perfectus.n.numerus conſummationi operum diuinorum conuenit: ſed ſenarius numerus perfectus eſt, & non ſeptēnarius. ergo die ſexto & nō ſeptimo, Deus opus ſuum conſummare debuit.

¶ 2 Præt. Conſummatio operis attenditur ſecundum hoc, quod aliqua perfectio operi adiicitur: ſed nulla perfectio poteſt rei operatæ accreſcere, niſi ex actu operantis. cum ergo Deus die ſeptima quieuerit, vt ſcriptura dicit: non videtur iſta die opus ſuum conſummaſſe.

¶ 3 Præt. Quādiu artifex ab opere ſuo non ceſſat, opus ſuum non conſummat; ſed Deus nunquàm ab operatione ſua ceſſat, cum operatio ſua ſit eſſentia ſua, quæ æterna eſt. ergo Deus die ſeptimo opus ſuum non conſummauit.

De intellig, c.4.

¶ 4 Præt. Secundum Auic. omne agens quod non agit per motum, non habet actionem in effectu ſolum quādiu fit, ſed quādiu in eo perdurat: cum nō tantum ſit cauſa fieri, ſed eſſendi; ſed Deus eſt cauſa agens rei, non per motum, cum non requirat materiam, ex qua agat, quam oporteret eſſe ſubiectum motus. ergo videtur, quod ipſe quādiu mundus durat, ſua actione eſſe mundo influat: & ita videtur, quòd ſeptima die non ceſſauerit ab opere, & ſic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Deus non tantum rerum factor eſt, ſed etiam conſeruator: ſed non poteſt dici, quòd conſeruet niſi per aliquam actionem in res. ergo videtur, quòd quādiu res in eſſe conſeruātur, quod Deus in res operatur. ergo &c.

¶ 6 Præt. Dies ſeptimus creatura quædam eſt: ſed omnis creatura eſt ex operatione diuina, nec prius diem ſeptimum fecit quam eſſet, quia eſſe ſucceſſiuorum eſt in fieri. ergo videtur, quod die ſeptimo nouam creationem fecerit: & ita non ab omni opere ceſſauit. vnde vt prius.

De genera, anima.li.3. c.vlt. ad finem,

¶ 7 Præt. Vt dicit Philoſophus in 17. de aīalibus. frequenter apparent nouę ſpēs aīalium, quę prius nunquam apparebant, vt patet in illis, quę ex putrefactione gñantur. ergo vr, quod nec etiā ab inſtituēdis nouis ſpēbus, Deus die 7. ceſſauerit, & ſic idē quod prius.

¶ 8 Præt. Quædam ſunt, in quibus ſola diuina virtus operatur, ſicut in creatione animarum, in infuſione gratię & miraculorum operatione. ergo videtur, quod tunc non ceſſauerit ab operatione, & inſtitutione nouarum creaturarum. ergo &c.

F

CONTRA hæc eſt quod dr Geñ.1. quod cōſūmauit Deus die 7. &c.

¶ Præt. In perfectione operis cuiuslibet diei ſpūſſcūs ſignatur, cum dicitur vidit Deus, quod eſſet bonum, vt dicit Aug. in 1. ſuper Geñ. ſed ſeptēnarius numerus ſpiritui ſancto attribuitur, qui ſeptiformis in munere dicitur. ergo conuenienter conſummatio operum. 7. diei aſcribitur.

Et 4. ſuper Geñ. ad lit, cap.9.

RESPONDEO. Dicendum, quod ſicut Magiſter dicit in litera, in hoc diſcordat noſtra tranſlatio ab alia, quam Aug. exponit. In noſtra enim tranſlatione cōſummatio operum aſcribitur diei.7. in alia vero diei.6. vtra que aūt veritatē habere poteſt, ſiue intelligatur ſeptimus dies, ſequi alios.6. ſucceſſiōe temporis, vt alij ſancti volūt, ſiue ponantur ſeptē dies vnus dies, vt Aug. vult, ſeptēpliciter rebus præſentatus. ſ. cognitio angelica: loquēdo.n. ſm Aug. diſtinguenda eſt rei duplex perfectio. Vna.n. eſt perfectio totalitatis, quam res habet ex hoc, quod ex omnibus partibus ſuis eſſentialibus integrata eſt, & talis perfectio mundi, ſextæ diei competit, quia poſt ſex primos dies nulla creatura mundo addita eſt, quæ non aliquo modo in operibus.6. dierum eſſet, vt patebit. Alia vero perfectio rei eſt, quam habet ex ratione finis, quæ eſt vltima perfectio, & talis perfectio mundi debet 7. diei, in qua Deus ab oībus operibus requieuit in ſe ſicut in fine: ſed ſequendo alios ſanctos diſtinguenda eſt iterum duplex perfectio. vna eſt perfectio prima, quam.ſ. res habet ſm eſſe ſuum, & hęc pfectio mūdi completa eſt.6. die, quia nulla pars mundi poſtmodum addita eſt, quæ in primis ſex diebus non præceſſerit aliquo modo. Alia eſt perfectio ſecunda, quæ eſt operatio rei, vt dr 2. de aīa. & talis perfectio mundi fuit in ſeptima die, quia ex tunc ceſſante operatione, qua Deus naturam inſtituit, incœpit operatio propagationis in toto vniuerſo, ſm quod ex naturis iam conditis, res aliæ producuntur, qua operationem in rebus omnibus Deus, vſq; nunc facit Ioā.5. Pr meus vſq; modo opat, & ego operor.

Cōtex. 24

a *Qualiter accipiendum ſit, quòd Deus dicitur compleſſe opus ſuum ſeptimo die, cum tunc requieuit ab omni opere ſuo.*

G

SEd quæritur: quomodo ſeptimo die dicatur, Deus cōpleuiſſe opus ſuum, cum ab omni opere, illo die requieuerit, nec aliquod genus nouum rerum fecerit. Alia translatio habet. Conſūmauit Deus die ſeptimo opera ſua, quæ nihil quęſtionis affert, quia manifeſta ſunt, quæ in eo facta ſunt; & eo die omnium

H

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod ſenarius numerus rōne partium perfectus dr, quia ex oībus partibus eius aliquotis aggregatis conſurgit: & ideo perfectio ſenarij, congruit illi perfectioni mundi, quæ conſiſtit in totalitate partium, quantū ad eſſe primum, & ſicut partes aliquotæ ſenarij ordinatim, & cōtinue ſibi ſuccedūt ſine alterius numeri interpoſitione. ſ. vnum, duo, tria: ita etiam in productione partium vniuerſi, ordo ſeruatus eſt, vt poſt productionem primæ partis ſtatim narratur productio ſecundę partis, & ſic deinceps vſq; ad ſextam.

I

¶ Ad ſecundum dicendum, quod cōſummatio operum intelligitur ſm aliquid perfectionis ipſis rebus collatum, quod eſt ipſa operatio, per quam natura propagatur. Hæc autē operatio eſt a Deo, & a virtute creaturæ: & ideo & Deus dicitur cōſummaſſe opus, cuius virtute natura mota, in operationem exit: nec tñ aliquid nouum in natura efficitur, quia operatio cōſequitur ex virtute naturæ, prius rebus collata. Conſummatio autem, quæ eſt ex parte finis, non eſt ſecundum aliquid additum in re.

K

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus non dicitur ceſſare ab operatione, niſi ex parte effectus conſequentis. ipſe.n. non agit aliqua operatione media, vel intrinſeca vel extrinſeca, quæ non ſit ſua eſſentia, quia ſuum velle eſt ſuum facere, & ſuum velle eſt ſuum eſſe: nec tamen ab ęterna operatione ſequitur effectus, niſi ſecundum determinationem voluntatis, vt prius dictum eſt. vnde dicitur incipere operari, vel ab operatione ceſſare ex parte effectus.

¶ Ad quartum dicendum, quod ſicut influentia ſolis, per irradiationem eſt ſemper, quādiu aer illuminat, vt poſſit dici ſemper, ſol facit lumen in aere, ita diuina bonitas ſemper eſſe rebus influit, nō aliud & aliud, ſed vnum & idē: nec tñ res dicuntur ſemper fieri, vel creari, vel inſtitui apud nos: ſed tunc cum primo eſſe acceperint. Et ideo dicitur, quod ceſſat creare, vel facere mundum.

¶ Ad quintum dicendum, quod conſeruatio rerum in eſſe, nihil aliud eſt, quàm influentia eſſe rei, ſecundum quod dictum eſt. ſ. quod Deus quādiu res eſt cauſat, & efficit eſſe rei; nec tamen talis cōſeruatio repugnat prædictæ ceſſationi, quia eſſe rei cōſequitur principia eſſentialia; ſicut operatio virtutem.

¶ Ad ſextum



A

¶ Ad ſextum dicendum, quod dies ille ſeptimus præceſſerat, ſecundum ſimilitudinem ad minus, in primis ſex diebus. Et præterea eſſe diei, cauſatur a principijs naturalibus, prius naturæ collatis, quia motus eſt cauſa temporis, vel eſt idem dies cū præcedentibus, ſecundum Auguſtinum.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd illæ nouę ſpecies producuntur ex virtute cæleſti, quæ tenet locū virtutis formatiuæ, in animalibus ex putrefactione generatis: & ideo iſtæ ſpecies fuerunt productæ in operibus ſex dierum, in ſuis principijs. ſ. materia, & in rationibus ſeminalibus, ſicut etiam alia, quæ per operationem naturæ producuntur.

¶ Ad octauum dicēdum, quod nihil facit Deus in creatura, quod aliquo modo in primis diebus non præceſſerit: ſed diuerſimode. Quędam enim fuerunt in operibus ſex dierum, vt in principijs actiuis & materialibus, & ſecundum ſimilitudinem ſpeciei; vt ea quæ generantur ex ſibi ſimilibus in natura. quædam vero ſicut in principijs actiuis & materialibus: ſed nō ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut quædam animalia ex putrefactione generata. quædam vero ſicut ex principijs diſponentibus & non actiuis, & ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut anima rationalis. quædam vero vt in potentia obedientiæ tantum, ſicut ea quę per miraculum fiunt.

conſummatio perfecta eſt: ſicut ſcriptura oſtendit, cum ait. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erant, nihilq; in ſui natura vitij habentia. Et ſunt bona quæ condidit Deus etiam ſingula, ſimul vero vniuerſa valde bona, quia ex B omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo, ī qua etiam illud, quod malum dicitur bene ordinatū, & loco ſuo poſitum eminentius commendat bona vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis. Sexta ergo die facta eſt omniū operum conſummatio. Ideo præmiſſa oritur quæſtio, ſcilicet: quomodo dicatur Deus die ſeptimo opus ſuum compleſſe, quod hebraica veritas habet: in quo tamen nihil nouum creaſſe dicitur, niſi forte dicatur die ſeptimo cōpleſſe opus ſuum, quia ipſum bñdixit & ſctificauit: ſicut ſubiicit ſcriptura. Bñdixit diei ſeptimo & ſanctificauit illū. Opus.n. eſt bñō & ſctificatio, ſicut Salomō

C

### ARTICVLVS II.

*a Vtrum Deus conuenienter dicatur quieuiſſe ſeptima die.*

1.q.73. art. & 2.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod inconuenienter dicatur Deus die ſeptima requeuiſſe. Oppoſita.n. nata ſunt fieri circa idem. Sed quies opponitur motui. ergo cum Deus non moueatur. Iac.1. Apud quē non eſt trāſmutatio &c. Videtur quòd nec poſſit dici quieſcere. Si dicatur quòd quies dicitur de Deo, non ſecundum quod opponitur motui; ſed ſecundum quòd opponitur labori.

Cap.4.

¶ 2 Contra. Secundum Philoſophum in ſeptimo & decimo Ethicor. operatio cui non adiungitur motus, eſt ſecundum ſe delectabilis, & nullo modo laborioſa, quia labor in operatione cauſatur ex motu innaturali: ſed operatio Dei eſt omnino ſine motu, quia immobilis manens dat cuncta moueri, vt dicit Boetius. ergo nullus labor ſibi accidit in hoc, quòd res creauit. ergo nec quies quæ opponitur labori ſibi conuenit. Si dicatur, quòd Deus dicitur requieuiſſe inquantum facit nos in ſe requieſcere: ſicut dicitur cognoſcere aliquem, quando facit nos illud cognoſcere, vt Geñ.22. dicit Abraæ, Nunc cognoui, quòd timeas Deum.

De conſol. lib.3. Metr. 9.

¶ 3 Contra. Requies ſeptimæ diei condiuiditur contra operationem ſex dierum: ſed in ſex diebus dicitur Deus feciſſe, quia ipſemet fecit, non quia fecit nos facere. ergo & in 7. die ipſemet requieuit; non ſolum fecit nos requieſcere. Si dicatur, quòd Deus quieuiſſe dicitur, ſicut voluntas quieſcit in fine.

¶ 4 Contra. Sicut quies corporis opponitur motui eius: ita quies voluntatis opponitur motui eius, vt vtrunq; per ſimilitudinem de voluntate dicatur: ſed motus voluntatis nō poteſt eſſe niſi ſecundum quòd procedit de his, quę ſunt ad finem in finem ipſum. cum igitur talis motus Deo non cōueniat, qui ex rebus alijs, nec in ſui cognitionem, nec in ſui amorem venit, videtur quod nec quies voluntatis ſibi conuenire poſſit.

¶ 5 Præt. Ea quæ ſunt ęterna, non conuenienter connumerantur inter ea, quę ex tempore inceperunt: ſed quies voluntatis diuinæ in ſuo fine eſt æterna. ergo inconuenienter dies quietis diuinæ connumeratur diebus creationis rerum, quæ ex tempore inceperunt.

¶ 6 Preter. Finis diuinæ voluntatis non eſt aliud a Deo. Si igitur intelligitur requieuiſſe propter volūtatem quieſcentem in fine, videtur inconuenienter dici in die.7. requieuiſſe, cum dies.7. creatura ſit. Si dicatur, quòd non requieuit in die 7. ſicut in obiecto quietis, ſed ſicut in tempore quietis.

A

¶ 7 Contra. Illud quod eſt æternum, non eſt in tempore, ſed ſupra tempus: ſed quies diuinę voluntatis eſt æterna, igitur nō eſt in 7. die ſicut in tempore.

¶ 8 Præter. Sicut quies Dei, qua in ſe quieſcit non habet finem: ita nō habet principium, ſed ſicut veſperum eſt finis diei: ita mane eſt principium eius. ergo dies 7. ſi dicto modo accipiatur quies, non debet habere mane, ſicut nec habet veſpere. ergo cum aſſignet ſibi mane, nō poteſt dici Deū die 7. modo prædicto quieuiſſe.

SED CONTRA. Deuter.32. Dei perfecta ſunt opera: ſed omnis artifex perfecto opere ſuo quieſcit. ergo Deo post naturę inſtitutionē, quæ fuit in ſex diebus, quies die ſeptima conuenit.

¶ Præter. Homo bene diſpoſitus dicitur ex operibus ſuis in Deo requieſcere, quia opera ſua ad Dei bonitatem refert. Cum ergo Deus omnia, propter bonitatem ſuam operetur, vt dicit Aug. & dictum eſt in prima diſtin.2. lib. videtur quòd ſibi conueniat ex his quę fecit, in ſeipſo requieſcere.

RESPONDEO. Dicendum, quod quies proprie loquendo motui opponitur, quia vero motus cauſat laborem in operationibus noſtris, vt dicit Philoſophus: inde conſecutum eſt, vt quies labori opponatur, & ex his duabus ſignificationibus quietis, tranſumptæ ſunt aliæ duę: quia enim noſtris operationibus motus adiungitur. inde in vſum venit, vt omnis operatio motus dicatur: quàmuis impropriè, & ſecundum hoc omnis ceſſatio a quacunque operatione, quies dicitur, & hæc ſignificatio tranſumitur a prima. Sed quia nihil laborat, niſi ex hoc, quòd a perfectione propriæ naturæ diſtat, vt patet in motibus violentis, inde eſt vt in illo res requieſcere dicatur, in quo ſufficientiam inuenit, & ſecundum hunc modum, voluntas quieſcit in vltimo fine, & hęc ſignificatio quietis tranſumitur a ſecunda.

1.cæl Et 12. Meth. contex.51.

D.806.

¶ Conſtat ergo, quod Deo non poteſt quies attribui, quantum ad primam vel ſecundam ſignificationem: ſed quātum ad tertiam vel quartam, poteſt. Sed quantum ad tertiam ſciendum, vt ex præcedenti articulo patet, quod Deus ab operatione ceſſare non dicitur, quaſi ipſa operatio qua operatur deficiat, cum ſua operatio ſit eſſentia eius: ſed ratione effectus hoc dicitur, quia operatione æterna facit, vt aliquis effectus temporaliter ſit. Nec ſic tamen ex parte effectus operatio eius ceſſare dicitur die.7. quaſi nihil in rebus fecerit poſtea, vel ſaltem in die 7. quia ſi operatio eius in creatura vel ad momentum ceſſaret, creatura eſſe deſineret, vt dicit Aug.4. ſuper Geñ. ſed ſic dicitur ab opere ceſſaſſe die 7. quia a die.7. deinceps, nouam creaturam non fecit, quæ non aliquo modo in operibus ſex dierum præceſſerit, vt ſupra dictum eſt.

D

Ca. 5. & 6. vſq; ad 8.

¶ Sed quantum ad quartum notandum, quòd quies voluntatis diuinæ in fine, poteſt accipi dupliciter, Vel abſolute, ſecundum quòd in ſeipſo ſufficientiam inuenit, & ſic quies æterna eſt.

Alio modo poteſt intelligi per relationem ad creaturam, ſecundum quod creatura Deo placet: non tamen ita vt ea indigeat, quaſi in ea ſufficientiam ſuæ beatitudinis inueniens: ſed eam ad ſeipſum ordinans in ſeipſo ſufficientiam inuenit, & ſic quieſcere dicitur Deus proprie a rebus conditis, quod non poteſt intelligi, niſi rebus iam conditis, quod eſt poſt ſenarium diem: & ita quies Dei, ſecundum duas vltimas acceptiones, conuenienter ſeptimo diei aſcribitur.

E

¶ PRIMVM ergo & ſecundum concedimus, quia Deo non attribuitur quies oppoſita motui vel labori.

¶ Tertium ſimiliter concedimus, quia non ſolum illo modo dicitur Deus quieuiſſe.7. die: ſed vt dictum eſt, alijs modis.

¶ Ad quartum dicendum, quod motus voluntatis diuinæ metaphorice dicitur, non ex hoc, quòd voluntas eius finem conſequatur per aliqua media: ſed quia ea quæ ab ipſo ſunt, in ſeipſum ordinat.

¶ Ad quintum dicendum, quod quàmuis Deus ab æterno in ſeipſo quieuerit, non tamen quieuit a creaturis conditis in ſeipſo, ſed ſolum quieuit ſic, quando iam creaturę fuerant conditæ.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd dies ſeptimus nullo modo ponitur vt obiectum quietis, ſed vel ſecundum Aug. Deus dr in 7.

die quieuiſſe, inquantum quietem propriam, qua in ſeipſo a rebus conditis quieſcit naturæ angelicæ monſtrauit: cuius cognicionem diem appellat, vel ſecundum alios ſanctos, dies ſeptima ſignificat tempus quoddam: non ita ꝙ quies diuina tempore menſuretur: ſed quia ſimul cum tempore eſt, per quē modum verba temporalia de Deo dicūtur. Vnde patet reſponſio ad ſeptimum.

¶ Ad octauum dicēdum, ꝙ quāuis quies Dei principium nō habeat: tamen quies creaturæ a Deo, ſecundum ꝙ in eo ſtabilitur, principium habet: ſed nō finem, quia qualitercunq; creatura mutet, nunquàm in nō ens ſimpliciter cedit, vt dicit Aug. 4. ſup Gen. 6.6.7.8. Vel aliter dicendū, ꝙ etiam ipſa quies, qua Deus quieſcit, quodammodo principium habet, non inquantum quieſcit in ſeipſo abſolute: ſed inquantum quieſcit in ſeipſo a rebus conditis, eis non egendo: quod tamen finem non habet: quia eis nunquàm egebit: & ideo dies ſeptima habet mane, ſed non veſpere.

aliquid operis fecit cum templum dedicauit.

*Quæ ſit ſanctificatio & benedictio ſeptimi diei.*

Illum autem diem ſanctificaſſe & benedixiſſe legitur, quia miſtica præ cæteris benedictione, & ſanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur. Memento ſanctificare diem ſabbati. Et inde eſt, quòd numerando dies, vſq; ad ſeptimum pro-
G
cedimus, & dicimus ſeptem eſſe dies quorum repetitione omne tempus agitur, non quin alius ſit ab illis dies octauus & nonus, & ſic de cæteris: ſed quia in ſex diebus rerum genera diſtincta ſunt. Et in ſeptimo: licet non fuerit nouum genus rerum inſtitutum: tamen fuit in eo quaſi quidam nouus ſtatus ſanctificationis operum, & requietionis opificis. Poteſt etiā ſic exponi illud, Compleuit die ſeptimo opus ſuum, ideſt completum & cōſummatum vidit.

F nit duplicem perfectionem rerum, illam. ſ. qua vniuerſum perfectum eſt, ex oībus ſuis partibus eſſentialibus conſtans. Vnde Philoſophus in 4. Metheororum dicit, ꝙ perfectum eſt vnumquodq; qñ poteſt facere alterū quale ipſum eſt, & aliā, qua. ſ. vniuerſum perfectum eſt ex ordine ad finē, quia multiplicatio creaturarum per gñonē eſt ad hoc, vt diuinū eſſe quātum poſſunt participent, vt in 2. de Gñone dr̄. Omnis etiam creaturæ operatio naturalis, ad finē ordinata eſt: & ideo bñdictio diei ſeptimæ debetur, in qua poſt pfectionem primam vniuerſi, q̄ ſexto die cōpleta eſt, etiām in ordine ad finē vniuerſum perfectum eſt: ſed quantum ad ſecūdam, qꝫ eſt quies opificis debetur diei ſeptimæ ſanctificatio. In ſacra.n. ſcriptura ſanctificatio interdū dr̄ ex hoc, ꝙ aliquid ad cultū Dei dedicatur: ſic.n. dr̄ tabernaculū ſanctificari, & vaſa eius & miniſtri: & ita ē̄t dies ſeptimus ſanctificatus eſt. i. ad cultum Dei dedicatus eſt; vt ſicut. ſ. Deus qui res condidit non in ipſis rebus conditis, quaſi in fine quieuit: ſed a rebus conditis in ſeipſo, in quo beatitudo
H ſua conſiſtit, cū non ſit beatus ex hoc, ꝙ res fecerit: ſed ꝙ factis non eget in ſeipſo ſufficientiam habens: ita ē̄t & nos nō in operibus eius, aut in operibus noſtris diſcamus quieſcere ſicut in fine, ſed ab operibus in ipſo Deo, in quo beatitudo noſtra cōſiſtit, pp hoc.n. inſtitutum eſt, vt homo ſex diebus laborans in operibus proprijs, ſeptimo die quieſceret, eius cultui vacās, hæc aūt quies in Deo chriſtianis non ad tp̄s, ſed perpetuo indicitur, quibus indicitur ſine intermiſſione orare. 1. Teſ. 5. Et ideo illa temporalis obſeruatio in lege noua ceſſauit.

Cōm. 19.
Cōm. 4.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum Deus debuerit ſanctificare ſeptimū diē præ alijs.*

1.q.73.ar.3 AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ diem ſeptimum Deus, pr͛e alijs ſanctificare non debuit. Operatio.n. nobilior eſt ocio, vt dicitur 10. Ethic. Vnde non in ocio, ſed in operatione fælicitas conſiſtit, ſed 6. diebus Deus operatus eſt, 7. vero die ab opere ceſſauit, ergo. 6. diem potius quàm 7. ſanctificare debuit.

¶ 2 Præter. Sanctificatio & benedictio congrue bonitati reſpondet: ſed bonum eſt communicatiuum ſui, vt dicit Diony. Cum ergo Deus in 6. diebus bonitatem ſuam communicauerit res in eſſe producendo. videtur ꝙ eiſdem. 6. diebus magis q̄ 7. ſanctificatio competat. (Diui.nom. cap.4.)

¶ 3 Pret. Vt dicit Rabi moy. Obſeruatio ſabbati in lege fuit inſtituta, vt in fide populi firmiter permaneret nouitas mundi, ex qua facillima probatio ſumitur, ad oſtendendum Deum eſſe, & omnipotentiam eius, & alia huiuſmodi. Sed ſecundum Apoſtolum Ro. 1. per ea quæ facta ſunt, in inuiſibilia Dei deuenimus. ergo potius 6. dies in quibus creaturæ factæ ſunt, ſanctificari deberent quàm dies. 7. (Lib.2.dub. cap.32.)

¶ 4 Præt. Ei cui nihil decreſcit in operando aliquid exterius, non eſt acceptior quies q̄ operatio: ſed Deo nihil decreſcit in faciendo creaturas, quia faciendo non laborat, vt dictum eſt, neque virtus eius exhauritur, quin ſemper in infinita poſſit, nec intellectus eius diſtrahitur, quin ſemper in ſui contemplatione perfecte maneat. ergo non debuit magis ſanctificare diem quietis quàm dies, in quibus operatus eſt.

¶ 5 Præter. Magis indicat diuinam potentiam operatio, qua Deus operatur inſtituendo naturam, q̄ illa qua operatur in natura operante ad naturæ propagationem: ſed in primis ſex diebus, Deus operatus eſt, naturam inſtituendo nullo mediante, In 7. vero die, & deinceps operatus eſt, naturam conſeruando, K & mouendo motibus naturæ & principijs. ergo ſenarius dierū magis manifeſtat diuinam potentiam, quàm dies ſeptimus: & ita magis ſanctificari debuit.

SED CONTRA Sanctificatio & benedictio bonitati debetur: ſed bonum ſ̄m Philoſophum in 3. Metaph. dicitur ex ratione finis: cum igitur perfectio rerum, quæ eſt ex ordine ad finē debeat diei. 7. illæ dies præ alijs ſc̄tificari & b̄dici debuit.

¶ Preter. Vita contemplatiua actiuę præfertur. Vnde Luc. 10. Optimam partem elegit ſibi Maria, per quam vita contemplatiua ſignatur: ſed ſenarius dierum attribuitur actioni qua Deus res produxit, ſeptimus autem quieti diuinæ contemplationis, qua ſeipſo Deus perfruitur, ergo ſanctificatio & benedictio præcipue diei ſeptimę debetur.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ſeptimę diei duo attribuuntur, ſ. conſummatio operum, & quies opificis. Quantum vero ad primum debetur diei ſeptimę bn̄dictio, quia ſ̄m Greg. benedictio Dei, ſignificat collationem donorum eius, & multiplicationem eorūdem, multiplicatio aūt creaturarum pſuppo- (& Ambro. lib. de bñd. patriarcharum. c. 2.)

AD PRIMVM, ergo dicendum, ꝙ fælicitas Dei non conſiſtit in operatione qua creaturas condidit, ſed in operatione qua ſeipſo perfruitur creaturis non egens, & hęc operatio ad quietem ſeptimæ diei pertinet.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quāuis bonitas Dei manifeſtetur in hoc, ꝙ eſſe communicauit rebus per creationem, tn̄ perfectio bonitatis oſtenditur in hoc, ꝙ rebus conditis Deus non eget: ſed in ſeipſo ſufficientiam habet.

I ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ creaturę ſunt ſicut via, per quam deuenitur in cognitionem creatoris, perfectio autem non conſiſtit in via: ſed in termino viæ. Vnde non debuit ſanctificari dies, in quo creaturæ ſunt conditæ: ſed dies in quo ſicut in fine quieſcit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd q̄uis per operationem qua res in eſſe producit, nihil Deo decreſcat, tamen hæc potius apud eum eſt, ꝙ alijs non eget in ſeipſo quieſcens, quàm quòd alia facit: & ideo dies quietis magis benedicitur, quàm dies productionis creaturæ.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ Deus eadem virtute, qua eſſe rebus tribuit, eas in eſſe proprio conſeruat. Vnde non magis oſtendit diuinam potentiam productio creaturarum, quàm earum conſeruatio.

EXPOSITIO TEXTVS.

IVMENTA & reptilia & beſtias. } Quid ſit reptile dictum eſt. Iumēta vero dicuntur, quæ adiutorium homini conferunt, precipue vehēdo ipſum, vt equi vel aſini & huiuſmodi. Beſtiæ dicuntur propter crudelitatem quaſi vaſtię vt leones, vrſi, & huiuſmodi creata non fuerunt niſi potentialiter & materialiter, vt intelligatur tam de potentia actiua q̄ de materiali. { Quia non potuit ſimul ab homine dici &c. } Videtur hoc nihil eſſe, quia licet non potuerit ſimul pronuntiare, potuit tamen dicere ea quæ ſucceſſiue narrabat, ſimul eſſe facta. Sed dicendum, ꝙ dicitur non potuiſſe dicere, non quia non ſimpliciter non potuit dicere ſimul eſſe facta, ſed quia non potuit hæc dicere ſ̄m conuenientiam diſciplinæ, vt faciliter quod dicebatur a rudibus caperetur, vt faciunt geometræ in deſcriptionibus figurarū lineam poſt lineam protrahentes, quæ tamen ſimul figuram conſtituunt. Alia tranſlatio habet: conſummauit Deus die ſeptimo, vtraque tranſlatio veritatem continet, ſi vt prædictum eſt, completio diſtinguatur.





# DISTINCTIO XVI.

DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATO de natura pure ſpirituali, ideſt angelica, & de natura pure corporali, Hic tertio multipliciter proſequitur de natura compoſita ex ſpirituali & corporali, ſ. de homine. Diuiditur ergo pars iſta in partes duas. In prima, determinat de homine, quātum ad primam ſui inſtitutionem. In ſecunda quantum ad eius caſum 21. diſt. ibi { Videns ergo diabolus &c. } Prima in duas. In prima, determinat conditionis humanæ principium. In ſecunda oſtendit hominis conditi ſtatum. 19. diſt. ibi. { Solent plura quæri de primi hominis ſtatu &c. } Prima in duas. In prima, oſtendit formationem hominis, ſecundum ꝙ exit a ſua cauſa, & in ſimilitudine eius, vt oſtendatur quodam modo eſſe actio vniuoca. In ſecunda, determinat inſtitutionem hominis, ſecundum ꝙ ex ſuis partibus cōſtat. 17. diſt. ibi. { Hic de origine animę. } Prima in tres. In prima oſtendit hominem, ad imaginem & ſimilitudinem Dei inſtitutum. In ſecunda, ponit horum expoſitionem. ibi { Imago autem & ſimilitudo &c. } In tertia oſtendit, ſecūdum quam partem hominis, eſſe ad imaginem ſibi conueniat. ibi { Factus eſt homo ſecundum animam. } Secunda pars diuiditur in tres. In prima ponit ſuam expoſitionem. In ſecunda excludit, alias quorundam expoſitiones. ibi { Filius vero imago patris dicitur. } In tertia, D ſupplet quoddam ad ſuam expoſitionem, quod in alijs expoſitionibus tangebatur, ſ. in quo imago & ſimilitudo differant. ibi { Verūtamen hæc diſtinctio. } { Factus eſt homo &c. } Hic oſtendit, ſecundum quam partem in homine, ſit imago aſſignanda. Et primo oſtendit, ꝙ ſecundum animam. Secundo oſtendit, ꝙ huiuſmodi indicium etiam in corpore oſtenditur ibi. { Sed in corpore quandam habet &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit hominem eſſe ad imaginem trinitatis, non ſolum patris vel filij, vt alij dicebant, & hoc ſecundum animam. Secundo oſtendit, quomodo differenter imago ſecundum animam homini, & filio Dei cōueniat. ibi { Quocirca homo & imago. }

## DISTINCTIO XVI.

A

*De hominis creatione, vbi conſiderandum eſt, quare creatus ſit homo, & qualiter ſit inſtitutus, quæ duo ſupra tractata ſunt, & qualis factus & qualiter lapſus: poſtremo quomodo ſit reparatus, quæ diſcutienda ſunt.*

HIs excurſis, quæ ſupra de hominis creatione promiſimus, effectui mancipare atque ordine explanare nunc ſuſcipimus. Vbi hæc conſideranda videntur, ſcilicet quare creatus ſit homo, & qualiter inſtitutus, & qualis & quo modo factus: deinde qualiter ſit lapſus, poſtremo qualiter, & per quem ſit reparatus. Horum autem primo loco, & ſecundo poſitam cauſam creationis humanę, & modum inſtitutionis ſuperius, pro modulo noſtræ facultatis tractauimus. Ideoque ſupereſt vt qualis, vel quomodo factus ſit, diſcutiamus. In Geneſi legitur. 1 Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. In eo quod dicit faciamus, vna operatio trium perſonarum oſtenditur. In hoc vero, quod dicit, ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā, vna & æqualis ſubſtantia, trium perſonarum mōſtratur. Ex per-
B ſona enim patris, hoc dicitur ad filium, & ſpiritum ſanctum: non vt quidam putant angelis, quia Dei & angelorum non eſt vna, & eadem imago & ſimilitudo.

*Quòd imago & ſimilitudo hic a diuerſis accipitur uarie, a quibuſdam increata, ab alijs creata, & increata uel eſſentia trinitatis, uel pater uel filius, & ſpirituſſanctus.*

C IMago autem, & ſimilitudo in hoc loco, vel increata intelligitur, ideſt trinitatis eſſentia ad quā factus eſt hō, vel creata, in qua factus eſt homo, & ipſa homini

A ſti Deum, aut quam imaginem pones ei? ergo &c.

¶ 2 Præter. Proprietates vnius non inueniuntur in alio: ſed imago indicat proprietatem filij, vt in primo dictum eſt, qui increatus eſt. ergo nulli creaturæ conuenit.

¶ 3 Præt. In imagine importatur conuenientia quædam, in aliquo vno: vnde dicit Hylarius, imaginem eſſe ſpeciem, nō differentem eius rei ad quam imaginatur: ſed quæcunque coueniunt in aliquo vno, habent aliquid prius & ſimplicius ſe, ſiue ſit cōuenientia analogiæ ſiue vniuocationis, eſt.n. ens prius ſubſtantia & accidente, ſicut animal prius homine & equo, Deo autem nihil eſt prius & ſimplicius. ergo non poteſt eſſe, eius imago in creatura. (De ſinodis in Arrian. can. 1.) († Auguſt. 3. Gen. ad lit. c. 19.)

¶ 4 Præt. De ratione imaginis eſt equalitas. Dicit.n. Hylarius, imaginē eſſe rei ad rem coæquandam: ſed nulla æqualitas poteſt eſſe creaturæ ad Deum. ergo nec imago eius eſſe poteſt. (& Aug. li. 6 Retract. c. vlt.)

¶ 5 Item, infinite diſtantium, non poteſt eſſe indiſcretio & vnio: ſed imago vt dicit Hylarius, eſt ſimilitudo indiſcreta & vnita. ergo creatura non poteſt eſſe ad imaginem Dei, a quo in infinitum diſtat.

CONTRA eſt quod habetur Geneſis primo. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

¶ Præter. Ad perfectionem operis exigitur, vt perducatur in ſimilitudinem agentis: ſed Dei perfecta ſunt opera. Deuter. 32. ergo oportet eſſe aliquod operum eius, in quo ipſius imago repræſentetur.

RESPONDEO. Dicendum, quòd imago proprie dicitur, quod ad alterius imitationem eſt: nec tamen quælibet imitatio rationem imaginis perficit, vt ſi hoc ſit album, & illud album, non ex hoc dicitur eius imago: ſed ad rationem imaginis exigitur imitatio in aliquo, quod ſpeciem exprimat & eſſentiam, propter quòd ab Hylario dicitur ſpecies indifferens. Et inde eſt, quòd in corporalibus ſecundum imitationem figuræ, potiſſimum imago attenditur, quia figura eſt quaſi certum ſignum oſtendens vnitatem, & differentiam ſpeciei, hęc autem imitatio poteſt eſſe dupliciter, aut ſimul quantum ad ſpeciem, & ſignum ſpeciei, & ſic imago hominis eſt in filio ſuo, qui ipſum in humana ſpecie, & figura imitatur, & hæc eſt perfecta imago: aut quantum ad ſignum tantum, & non quantum ad veritatem ſpeciei, ſicut imago hominis eſt ſtatua lapidea, & hęc eſt imperfecta imago. Et primo
E modo filius eſt imago patris: ſicut in natura communicans. Secundo autem modo, imago Dei eſt in creaturis: & ideo creatura poteſt eſſe imago Dei, licet non perfecta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Propheta loquitur contra idolatras, qui Deum in corporalibus figuris imaginari nitebantur: & ideo non eſt ad propoſitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd imago ſecundum perfectam rationem indicat proprietatem filij: & ſic creaturę non conuenit, ſed ſecundum imperfectam ſignificationem, vt ſic nomen imaginis a filio in creaturas deſcēdat, ſicut a patre nomen paternitatis, ad Ephe. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd conuenientia poteſt eſſe dupliciter, aut duorum participantium aliquod vnum, & talis conuenientia non poteſt eſſe creatoris, & creaturæ vt obiectum eſt, aut ſecundum quòd vnum per ſe eſt ſimpliciter, & alterum participat, de ſimilitudine eius quantum poteſt, vt ſi poneremus calorem eſſe ſine materia,

### QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quatuor quæruntur.

Primo. Vtrum in aliqua creatura imago Dei inueniri poſſit.
Secundo. In quibus inueniatur.
Tertio. Vtrum in illis in quibus inuenitur, æqualiter inueniatur.
Quarto. De differentia imaginis & ſimilitudinis.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum aliqua creatura poſſit dici eſſe ad imaginem.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nulla creatura poſſit dici, ad imaginem Dei eſſe. Cuiuſcunque eſt aliqua imago creata, ei contingit aliquam imaginem ponere: ſed Deo non contingit aliquam imaginem ponere. Eſaia. 40. Cui ſimilem feci-

& ignem conuenire cum eo, ex hoc ꝙ aliquid caloris participaret, & talis conuenientia eſſe poteſt creaturæ ad Deum, quia Deus dicitur ens hoc modo, ꝙ eſt ipſum ſuum eſſe, creatura vero, nõ eſt ipſum ſuum eſſe: ſed dicitur ens, quaſi eſſe participãs, & hoc ſufficit ad rationem imaginis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ad rationem imaginis, non exigitur æqualitas ęquiparantiæ, cum magni hominis in parua pictura imago exprimatur: ſed exigitur æqualitas proportionis, vt. ſ. eadẽ ſit proportio partiũ adinuicem in imagine, quæ eſt in imaginato, & talis æqualitas inuenitur in anima reſpectu Dei, q. a ſicut ex patre filius, & ex vtroq; ſpiritus ſanct[9], ita ex mente notitia, & ex vtroq; amor procedit.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ vbi eſt perfecta imaginis ratio: ibi eſt perfecta indiſcretio & vnitas, vt patet in filio ad patrem: creatura autẽ quantum ad hoc, ꝙ Deum imitatur nõ diſcernitur: ſed quodammodo ſibi vnitur vnitate conuenientiæ, quàmuis ſemper remaneat maior differentia, & ſic non ex toto tollitur ratio imaginis: ſed ſolum imaginis perfectæ.

concreata. Increatam. n. imaginem, quæ Deus eſt, videtur intellexiſſe Beda cum dicit, non eſſe vnam imaginẽ Dei & *c* angelorum, ſed trium perſonarũ: & ideo perſonis non angelis fit ibi ſermo. Improprie tamen imago dicitur: quia imago relatiue ad illud dicitur, cuius ſimilitudinem gerit, & ad quod repræſentandum facta eſt: ſicut imago Cæſaris, quę ipſius ſimilitudinem præferębat, ipſumq; quodammodo repræſentabat. Improprie autem imago dicitur id, ad quod aliud fit, ſicut exemplum proprie dicitur, qđ ſumitur ex aliquo, & exemplar ex quo ſumitur aliquid. Ponitur tamen aliquando abuſiue alterum pro altero. Ita & minus proprie accipitur imago eſſentia trinitatis, ſi tñ ea noĩe
H imaginis, ĩ hoc loco intelligit.

*Opinio eorum, qui putauerunt filium per imaginem, & ſimilitudinem hic accipi.*

Filius vero proprie imago patris dicitur, ſicut ſupra in tractatu de trinitate diximus. Vnde fue-
G runt nonnulli, qui ita diſtinxerunt, vt imaginem in hoc loco intelligerent filium hominem vero nõ imaginem: ſed ad imaginem factum dicerent, quos refellit Apoſtolus dicens. Vir quidem imago & gloria Dei: hæc nãque imago. i. homo cum dicitur fieri ad imaginem, non quaſi ad filiũ dicitur fieri: alioquin non diceret ad imaginem noſtram: quomodo. n. noſtram diceret, cum filius ſolus patris imago ſit? Fuerunt autem, &
H alij perſpicacius hæc tractantes, qui per imaginem filium,

F naturæ creatæ conſtituuntur in ſimilitudinem naturæ increatæ, vltima inuenitur intellectualis dignitatis participatio, & quæ omnes alias præſupponat: & ideo intellectualis natura attingit ad imitationẽ diuinã, in qua quodammodo conſiſtit ſpecies naturæ eius, & inde eſt ꝙ in eadem operatione ponimus, vltimam fęlicitatem intellectualis creaturæ, in qua eſt fælicitas Dei. ſ. in contemplatione intellectiua: & ideo ſola intellectualis creatura rõnabiliter ad imaginem Dei dicitur eſſe.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ quàmuis quælibet creatura aliquid participet de ratione ſimilitudinis diuinę: non tamẽ poteſt dici eius imago ratione prædicta.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſimilitudo operis poteſt dici ad operantem dupliciter: aut quantum ad id quod habet in natura ſua, ſicut homo generat hominem, aut quãtum ad id, quod habet in intellectu ſuo, ſicut artificiatum ab artifice, in ſimilitudinem artis ſuę procedit. Vtroque modo procedit creatura a Deo, in ſimilitudinem eius. Primo modo, quia ab ente, ſunt entia, & a viuo, viuentia. Secundo modo, quia pcedunt a rationibus idealibus. cum ergo vnaquęque res pertingat ad perfectam imitationem eius, quod eſt in intellectu diuino, quia talis eſt qualem eam eſſe diſpoſuit: ideo quantum ad hunc modum ſimilitudinis, quælibet creatura poteſt dici imago ideæ, in mente diuina exiſtentis: vnde dicit Boe. in lib. de trinitate, ꝙ formæ quę ſunt in materia, poſſunt dici imagines, eo quòd ab his formis venerunt, quæ ſine materia ſunt, ſed quantum ad alium modum ſola intellectualis natura, pertingit ad vltimum gradum imitationis, vt dictum eſt: & ideo ipſa ſola dicitur ima-
I go Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſimilitudo diuinæ bonitatis, quantum ad nobiliſsimas participationes ipſius, non reſultat in vniuerſo: niſi ratione nobiliſſimarum partium eius, quę ſunt intellectuales naturæ: nec per ſe de toto poteſt dici, & primo. quia non conuenit ſibi ratione omnium partium, vt in 6. Phy. dicitur frequenter: & ideo vniuerſum non poteſt dici imago Dei, ſed intellectualis natura.

† Aug. 7. de Trin. c. vlt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſimilitudo radij ſolaris, ad diuinam bonitatem, tota attenditur, quantum ad cauſalitatem, & non quantum ad dignitatem naturæ, quæ ratione imaginis perficit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd proprietates diuinæ, oſtenduntur in creaturis dupliciter. Vel ſecundum ſimilitudinem analogiæ: ſicut vita, ſapientia, & huiuſmodi, quæ analogicę Deo, & creaturis conueniunt, & ſic diuinæ proprietates præcipue oſtenduntur in rationali natura. Vel ſecundum ſimilitudinem
K proportionis, ſecundum quòd ſpirituales proprietates corporalibus metaphoricæ deſignantur, & hoc modo in igne oſtenduntur proprietates diuinæ, vt in 1. lib. diſt. 33. dictum eſt: ſed hæc ſimilitudo non facit rationem imaginis. Vnde Dio. vocat eam in 2. cap. cæleſt. hierar. diſſimilem ſimilitudinem.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum imago Dei, inueniatur tantum in creaturis rationalibus.*

1. q. 93. ar. 2 AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ tantum in rationalibus creaturis, imago Dei inueniatur. Ad rationem enim imaginis, qualis in creaturis eſſe poteſt, non exigitur perfecta ſimilitudo, vt dictum eſt: ſed ſufficit imperfecta imitatio: ſed quælibet creatura ex hoc eſſe habet, quòd diuinam perfectionem imitatur. ergo quælibet creatura dici debet ad imaginem Dei.

De conſol. li. 3. metr. 9 ¶ 2 Præter. Dicit Boetius in libro de conſola. philoſophiæ de Deo loquens. Mundum mente gerens ſimiliq; imagine formans: ſed quælibet creatura in eſſe prodijt, ex hoc ꝙ in mente diuina, per ſuam ideam geſtabatur. ergo quælibet creatura poteſt dici facta ad imaginem Dei.

¶ 3 Pręter. Vbi eſt expreſſior ſimilitudo, ibi magis ſaluatur ratio imaginis: ſed perfectio diuinæ bonitatis, expreſſius repræſentatur in toto vniuerſo, quàm in aliqua parte eius. ergo totum vniuerſum magis debet dici ad imaginem Dei, quàm aliqua creatura rationalis.

Poſt principium. ¶ 4 Præter. Dion. in 4. ca. de diui. no. oſtendit ſimilitudinem diuinę bonitatis, maxime apparere in radio ſolari: ſed expreſſio ſimilitudinis cauſat imaginem. ergo radius ſolaris debet dici eſſe ad imaginem Dei.

¶ 5 Præter. Illud quod maxime exprimit proprietatem alicuius, maxime videtur ad ipſum conuenientiam habere: ſed in fine cęleſt. hierarchiæ dicit Diony. quòd in igne maxime oſtenduntur diuinæ proprietates; ergo ignis maxime debet dici ad imaginem Dei.

Ex lib. 83. qõ. q. 51. SED CONTRA. Ex hoc anima dicitur imago Dei, quia eius capax eſt, vt Aug. dicit: ſed ſola creatura rationalis eſt capax Dei. ergo ipſa ſola eſt ad imaginem Dei.

¶ Præt. Quanto aliqua creatura eſt perfectior, tanto eſt Deo ſimilior: ſed inter alias creaturas, rationalis natura altiſſimum gradum tenet: in ipſa ergo præcipue imago Dei inuenitur.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ vt dictum eſt, illa imitatio rationem imaginis conſtituit, quæ eſt in aliquo ad ſpeciem pertinẽte. ex primo autem & communi nihil ſortitur ſpeciem: ſed ex vltimo & proprio: ſicut eſt differentia conſtitutiua. Conſideratis autem diuinæ bonitatis proceſſibus in creaturis, quibus

ARTICVLVS. III.

*b Vtrum imago Dei, magis reperiatur in angelis, quàm in hominibus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd imago non magis in angelis, quàm in hominibus inueniatur. Ea enim quę ſequuntur naturam, æqualiter inueniuntur in omnibus habentibus naturam illam, vt viſibile in hominibus: ſed eſſe ad imaginem Dei, conſequitur intellectualem naturam. ergo in omnibus habentibus intellectum, eſt æqualiter. 1. q. 93. art. 3.

¶ 2 Pręt.



¶ 2 Præt. Secundum Aug. eo ipſo eſt anima imago Dei, ꝙ capax eius eſſe poteſt: ſed non magis capax Dei eſt angelus q̃ homo, cum in fruitione diuinitatis homines angelis equentur. ergo eſſe ad imaginẽ non magis angelis, q̃ hoĩbus conuenit.

li. 83. qõn. q. 51. ¶ 3 Præt. Vt dicit Aug. inter mentem noſtram & Deum, nihil eſt medium: ſed quod magis imitatur Deum, cadit medium inter ipſum, & id quod minus imitatur ipſum. ergo angelus non magis eſt ad imaginem Dei, quàm mens humana.

¶ 4 Præt. ad Heb. 2. dicit Glo. ꝙ natura mentis humanæ, quam Chriſtus aſſumpſit, nihil poſt Deum eſt melius: ſed Chriſtus aſſumpſit mẽtem eiuſdem naturæ, cum noſtris mentibus. cum ergo vnumquodq; tanto ſit melius, quanto expreſſiori imagine Deum imitatur, videtur ꝙ eſſe ad imaginem nõ magis angelis quàm hominibus conueniat.

Sermo, de Aſſũp. to. 4. ¶ 5 Pręt. De beata virgine dicit Hiero. ꝙ exaltata eſt ſuper choros angelorũ ad cæleſtia regna: ſed hoc non poſſet eſſe, ſi ipſa eſſet minus ad imaginẽ Dei quàm angeli. ergo cum ipſa vere, & pure naturam humanam habeat, videtur quòd imago nõ plus ĩ angelis quàm in hominibus inueniatur.

32. mor. c. 25. SED CONTRA eſt quod dicit Greg. ꝙ angelus dicitur ſignaculum ſimilitudinis, quia in eo diuinę imaginis ſimilitudo magis inſinuatur expreſſa: ſed ſecundum hoc, aliqd dicitur eſſe magis ad imaginem, ſecundum ꝙ expreſſius imago Dei, in ipſo relucet. ergo angeli ſunt magis ad imaginem Dei quàm homo. ¶ Similiter etiam videtur, ꝙ vir magis q̃ mulier per id quod primæ Cor. 11. quidam gradus inter virum, & mulierem conſtituitur, dum dicitur, vir imago Dei, & mulier imago viri: & ita non in omnibus habentibus imaginem, imago æqualiter inuenitur.

& per ſimilitudinem ſpiritumſanctum intelligerent, qui ſimilitudo eſt patris & filij; & ideo pluraliter putauerunt dici noſtram, id referentes ad ſimilitudinem tantum, ad imaginem vero ſubintelligẽdum eſſe meã. Hominem vero & imaginem eſſe, & ad imaginem & ſimilitudinem factum eſſe tradiderunt, & imaginem imaginis eſſe, & ſimilitudinis.

*Neque horum ſententiam approbat, ſed imaginem & ſimilitudinem Dei in homine quærendam & conſiderandam docet, vt imago & ſimilitudo creata intelligatur.*

Verũtamen hæc diſtinctio, licet reprobabi-
C lis penitus non videatur: quia de medio montium. i. authoritatibus ſanctorum non manat; congruentius in ipſo homine imago & ſimilitudo Dei, quærenda eſt & conſideranda. Factus eſt ergo homo ad imaginem Dei, & ſimilitudinem ſecundum mentem *b* qua irrationalibus antecellit: *d* Sed ad imaginem ſecũdum memoriam, intelligentiam, & dilectionem. Ad ſimilitudinem ſecundum innocentiam, & iuſtitiam, quę in mẽte rationali naturaliter ſunt. Vel imago conſideratur in cognitione veritatis, ſimilitudo in amore virtutis. Vel imago in alijs omnibus, ſimilitudo in eſſentia, quia

A immortalis & indiuiſibilis eſt. Vnde Aug. in lib. de quantitate animæ. Anima facta eſt ſimilis Deo, quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, ſimilitudo ad naturam. Factus eſt ergo homo, ſecun-
B dum animam ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, non patris, vel filij, vel ſpiritusſancti, ſed totius trinitatis. Ita & ſecundum animam dicitur homo eſſe imago Dei, quia imago Dei in eo eſt. Sicut imago dicitur, & tabula, & pictura, quæ in ea eſt: ſed propter picturã, quæ in ea eſt, ſimul & tabula & imago appellatur. Ita ꝑpter imaginem trinitatis, etiam illud, in quo eſt hæc imago, nomine imagi-
C nis vocatur.

*Quare homo dicitur imago & ad imaginem, filius uero imago & non ad imaginem.*

Quocirca, homo, & imago dicitur, & ad imaginem: filius autem imago, non ad imaginem, quia natus eſt, non creatus, æqualis & in nullo diſsimilis: homo creatus eſt a Deo, non genitus, non parilitate æqualis,
D ſed quadam ſimilitudine accedens ei. Vnde Aug. in vij. lib. de trini. In Geneſi legitur, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem nr̃am. Faciamus & nr̃am pluraliter dixit. Et niſi

A innuitur Gen. 1. vbi poſt id quod dictum eſt. Faciamus hominem ad imaginem &c. ſubiungitur. Vt pręſit piſcibus &c. Et ſimiliter, ſicut Deus eſt totus, in qualibet parte vniuerſi, ita anima in qualibet parte corporis, & ſecundum hoc & huiuſmodi alia, nihil prohibet hominem magis ad imaginem Dei eſſe quàm angelum: ſed hoc eſt ſecũdũ quid, & non ſimpliciter, quia iudicium ſimilitudinis vel diuerſitatis quod ſumitur ab eſſentialibus rei, eſt multo firmius.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ea quæ conſequuntur naturam, æqualiter inueniuntur in omnibus habentibus naturam illam æqualiter: natura autem intellectualis, non æqualiter inuenitur in angelis, & in hominibus; ſed in angelis multo nobilior.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd imago inuenitur in homine & in angelo, quantum ad naturalia ſua, non quãtum ad habitum gratiæ, vel gloriæ. Conſideratis autem naturalibus angeli, & hominis, magis eſt capax diuinæ cognitionis angelus quàm homo; & ꝙ homo ad æqualitatem angelorum perducitur in diuina fruitione, eſt gratiæ & non naturæ, & ideo obiectio non procedit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ inter mentem noſtrã & Deũ, nihil eſt mediũ quaſi obiectum beatitudinis, ſed immediate in Deum noſtra mens tendit, a quo etiam immediate, ꝑ gratiam viuificatur, & tamen eſt aliquid medium, quantum ad gradum naturæ, ſ. angelica natura, vt patet ex Dio. in 4. ca. cæleſt. hierar. Aug. etiam dicit, angelum prope Deum factum, & materiam prope nihil: & ideo obiectio nulla eſt. † c. vlt. 12. confeſſ. c. 7.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ natura humana quam Chriſtus aſſumpſit, eſt multo nobilior quàm quęlibet creatura, ſed hoc
E habet ex vnione diuinitatis, & non ex principijs eſſentialibus: & ideo non ſequitur ſimilis ratio de mentibus humanis non vnitis. Aſſumpſit enim Dei filius humanam naturam, vt Damaſce. dicit, in athomo, ideſt in indiuiduo, & non in ſpecie, & ſic etiam natura mentis humanæ in gloria prædicta accipitur. lib. 3. c. 11.

¶ Ad quintum dicendum, quòd exaltatio beatæ virginis, ſuper choros angelorum, non fuit naturæ ſed gratiæ: & ideo per hoc nihil probatur.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ de imagine poſſumus loqui dupliciter, aut quantum ad id, in quo proprie conſiſtit imaginis ratio, aut quantum ad id, ad quod ſecundario aſſignatur ſimilitudo imaginis: proprie. n. & principaliter imago intellectualem naturam cõſequitur. Vnde oportet, ꝙ vbi intellectualis natura perfectius inuenitur, etiam ibi ſit imago expreſſior, & ſic cum natura intellectualis, multo ſit dignior in angelis quàm in homine, eo ꝙ propter obumbrationem intellectualis luminis, homo rationalis dicitur, cum ratio ſit quidam intellectus obumbratus, oportet ꝙ in angelis ſit expreſſior Dei imago quàm in anima, & in angelis ſuperioribus quàm in inferioribus, & in viro quàm in muliere, quàmuis iſta diuerſitas ſit minor quàm prima, quia non ſequitur diuerſitatem naturæ ſecundum ſpeciem, aſſignatur etiam imago Dei in homine: ſed non ita proprie, quantum ad aliquas proprietates conſequentes, ſicut ꝙ homo dominatur inferioribus creaturis, ſicut etiam Deus in toto vniuerſo, & eſt quodammodo finis earum, & hoc

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum imago & ſimilitudo conuenienter diſtinguantur in litera.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter imago, & ſimilitudo in litera diſtinguantur. Illud enim quod ponitur in diffinitione alicuius vt genus, non diſtinguitur ab ipſo, ſicut animal ab homine, ſed ſecundum Hylarium 1. q. 93. ar. 9

De ſynod. ſ Arria. cã. 1. Imago eſt rei ad rem coæquandam imaginata & indiſcreta ſimi-tudo. ergo imago & ſimilitudo diſtingui non debent.

¶ 2. Præt. Secundum quorũdam opinionem homo in gratuitis creatus non eſt: ſed innocentia & iuſtitia ad gratiam pertinent. ergo inconuenienter ſimilitudo, in qua homo factus eſt, per iuſtitiam & innocentiam, exponitur in litera.

¶ 3. Præt. Cognitio & amor nominant actum, vel paſſionem: ſed actus & paſſio non ſemper remanet in animo. Cũ ergo imago ſemper maneat, uidetur quòd inconuenienter imago ſecũdum dilectionẽ, vel cognitionem aſſignetur.

¶ 4. Præter. Amor ad voluntatem pertinet, voluntas autem eſt pars imaginis. ergo inconuenienter diſtinguitur ſimilitudo ab imagine, ꝑ hoc, ꝙ ſimilitudo in amore virtutis conſiſtit.

¶ 5. Præt. Voluntas ad cognitionem non pertinet, & tamen pars imaginis ab Auguſtino ponitur. ergo videtur, ꝙ inconuenienter dicatur imago ad cognitionem veritatis pertinere. (11. de Tri. c. 4. & 5.)

¶ 6. Præt. Natura intellectualis ad eſ-

ex relatiuis; idest perſonis accipi non oportet, vt facere intelligantur pater & filius, & ſpiritusſanctus, ſ. & imaginem patris & filij & ſpiritusſancti, vt ſubſiſteret homo imago Dei. Sed quia non omnino æqualis fiebat illa imago, tanquàm non ab illo nata, ſed ab eo creata, ideo ita imago dicitur, quòd & ad imaginem, quia non æquatur paritate, ſed accedit quadam ſimilitudine. Filius autem eſt imago: ſed non ad imaginẽ, quia æqualis eſt patri. Dictus eſt ergo homo ad imaginem ꝓpter imparem ſimilitudinem: & ideo noſtram, vt imago trinitatis eſſe homo intelligatur nõ trinitati æqualis, ſicut filius patri. Ecce oſtẽſum eſt, ſecundum quid homo ſit ſimilis Deo, ſ. ſecundum animam. Sed in corpore quandam proprietatem habet, quæ hoc indicat, quia eſt erecta ſtatura, ſecũdum quam, corpus aĩæ rationali congruit, quia in cælum erectum eſt.

ſentiam animæ pertinet; ſed naturam intellectualem ſequitur imago, vt dictum eſt. ergo videtur inconuenienter dici, ꝙ ſimilitudo ad eſſentiam pertineat, imago vero ad alia, quę ſunt in anima.

RESPONDEO. Dicendum, quòd in ratione imaginis includitur ſimilitudo, & non econuerſo: vnde ſi ſimilitudo contra imaginem diſtinguatur: oportet ſpecialiter ſumi ſimilitudinem quæ deficit à rõne imaginis: ſicut propriũ condiuiditur diffinitioni nõ ſm nomẽ cõe, quod de diffinitione prædicatur: ſed ſm illã rationem determinate acceptum, quã deficit à perfectione diffinitionis. cum ergo imago importet imitationẽ in his, quæ pertinent ad ſpeciem demonſtrandam, oportet ꝙ ſimilitudo accipiatur in eo, qđ deficit a demõſtratione ſpecialis naturæ, hoc autem contingit dupliciter, aut quia eſt prius, & communius ꝙ ſit natura ſpeciei, ſicut proprietates conſequentes naturam generis: aut quia eſt poſterius his, quę ſpeciem demonſtrant, vt accidentia conſequentia principia indiuidui. Si ergo accipiatur defectus primo modo, ſic eſt vltima diſtinctio, quæ in litera aſſignatur; ſecundum hoc. n. dicetur ſimilitudo, ſm conuenientiã in illis, quæ conſequuntur eſſentiam, inquantum eſt eſſentia, & non inquantum eſt intellualis, vt incorruptibile & indiuiſibile & huiuſmodi. imago aũt attenditur ſm ea, quæ proprie intellectualem naturam conſequũtur. Si autem attendatur defectus, ex hoc qđ eſt poſterius, hoc eſt dupľr, quia aut hoc eſt ſm ordinem potentiæ naturalis ad potentiam, & ſic primum demonſtrans naturam intellualem eſt potentia cognoſcitiua, & actus eius, & poſterius erit voluntas & actus eius, quæ cõſequitur appræhenſionem cognoſcitiuæ virtutis, & ſic erit ſecunda diſt. quia imago pertinebit ad cognitionem veritatis, quæ eſt primũ demonſtrans naturam intellectualem: ſimilitudo autẽ ad amorem virtutis, aut ſm ordinem potentiæ ad habitum, & ſic erit prima diſtinctio, ſecundùm ꝙ imago pertinet ad potentias, ſ. memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Similitudo vero ad habitus conſequentes, ſ. innocentiam & iuſtitiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ ſimilitudo communiter ſumpta, non diuiditur contra imaginem: ſed ſimilitudo deficiẽs a ratione imaginis, ſicut proprium contra diffinitionem.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ etiam ſi ponatur hõ non creatus in habitibus gratuitis: conſtat tñ eũ eſſe creatũ in habitibus naturalibus, integris & ꝑfectis, & quãtũ ad hoc ſĩlitudo attẽderetur.

F ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ potentiæ innoteſcũt per actus & paſſiones: & ideo per cognitionem & amorem, debet intelligi potentia cognoſcitiua & amatiua, quæ eſt voluntas.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ratio illa non valet, quia procedit ex diuerſis diſtinctionibus, nec eſt inconueniens, vt ſecundum vnam diſt. aliquid ꝑtineat ad imaginem, & ſecundum aliam pertineat ad ſimilitudinem, quia vna comparatiõe poteſt aliquid accipi, vt prius aliquo, quod in alia accipitur, vt poſterius reſpectu alterius, ſecũdum quem modum poſſunt cõparari potentiæ intellectiuæ naturę ad habitus, quibus inueniuntur priores, vel vna ad alteram, & ſic eſt vna prior altera. Et ita ſicut aliquid eſt prius & poſterius, in aliqua cõparatione diuerſimode acceptum: ita etiã poteſt ad imaginem & ſimilitudinem ꝑtinere ratione prædicta.

¶ Et ſimiliter dicendum eſt ad quintũ.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ intellectualitas, quamuis pertineat ad eſſentiam naturæ intellectualis: non tamen eſt de ratione eſſentię, inquantum eſſentia: & ideo non pertinet ad ſimilitudinem, quæ aſſignatur ſecundum communes differentias entis, ſcilicet ſimplex & compoſitum, corruptibile & incorruptibile & huiuſmodi.

## DISTINCTIO XVII.

A

*Hic de creatione animæ, vtrum de aliquo facta ſit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuerit in creatione.*

G Hic de origine animæ, plura quæri ſolent, ſcilicet vnde creata fuerit, & qñ & quã gratiã habuerit in creatione. Sicut hominis formatio ſecundum corpus deſcribitur, cum dicitur. Formauit Deus hominem de limo terræ: ita eiuſdem ſecũdum animam deſcribitur factura, cum ſubditur. Et inſpirauit in faciem eius, ſpiraculum vitæ. Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui animam inſpirauit. H Vel ſecundum aliam literam, flauit vel ſufflauit. Non ꝙ faucibus ſufflauerit, vel manibus corporeis corpus formauerit, Spiritus. n. Deus eſt, nec lineamentis membrorum cõpoſitus eſt. Non ergo corporaliter pu-

## EXPOSITIO TEXTVS.

I QVARE creatus ſit homo. i. cauſa finalis hominis, & qualiter inſtitutus, q. a ex anima & corpore: hęc duo in prima diſtinctione huius libri dicta ſunt. Et qualiter & quo factus: hic incipit proſequi. Deinde qualiter ſit lapſus: hoc proſequitur, 21. diſt. Et deinceps poſtremo qualiter &c. hoc in 3. lib. & in 4. Quæ in mente rationali naturaliter ſunt: hoc põt intelligi et de habitibus gratuitis ad quos anima naturaliter eſt ordinata, non ꝙ per principia naturæ cauſentur; vel põt intelligi de habitibus innatis, ſicut Philoſophus in 6. Ethic. ponit etiam quaſdam virtutes naturales. imago ergo pertinet ad formam. ſ. ſpecialem, ſimilitudo ad naturam. ſ. communem, & hoc ſm vltimam diſtinctionem quã poſuit. {Quocirca homo & imago &c.} Ratio huius eſt, quia hęc prępoſitio, ad, notat diſtantiam, quia vt dicit Aug. Filius eſt imago patris, nulla ex parte ei diſſimilis; ideo ita dicitur imago, ꝙ nõ ad imaginem, homo autem quia ipſe Deum imitatur in natura intel- K lectuali & a perfecta imitatione filij diſtat, in quã tamẽ tendit vt poteſt: ideo imago dicitur, & ad imaginem.

## DISTINCTIO XVII.

### DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quòd homo prodijt a Deo, in ſimilitudine eius, ſicut a cauſa quodammodo vniuoca. Hic determinat productionem hominis in ſe, ſecundum quòd ex ſuis partibus conſtat. Et diuiditur hęc pars in duas. In prima, determinat productionem viri. In ſecunda, productionem fœminæ. 18. diſt. ibi {In eodem quoque paradiſo &c.} Prima in duas. In prima, determinat conſtitutionem hominis. In ſecunda, determinat locum, qui ſibi conſtituto in eſſe aſſignatus eſt; ſicut etiam in naturalibus rei generatæ debetur aliquis locus. ibi {Hominem autem formatum &c.} Prima in duas. In prima determinat productionem hominis, ex parte animæ. In ſecunda ex



da ex parte corporis. ibi {Solet quæri vtrum Deus hominem &c.} Circa primum tria facit. Primo, determinat animæ productionem a Deo. Secundo, excludit circa hoc quorundam errores, vnum ex parte creantis. ibi {Non ergo carnaliter putemus &c.} Alterum ex parte creati. ibi {Putauerũt enĩ quidã &c.} Tertio, determinat quandam dubitationem. ibi {Sed vtrum in corpore, an extra corpus.} {Hominem autem ita formatum &c.} Hic determinat locum, qui homini creato eſt aſſignatus, ſcilicet paradiſum. Et diuiditur in duas partes. In prima deſcribit paradiſum. In ſecunda ligna paradiſi. ibi {In hoc autem paradiſo &c.}

temus Deum corporeis manibus formaſſe corpus, vel faucibus inſpiraſſe animam, ſed potius hominem de limo terrę ſecundum corpus formauit, iubẽdo, volendo; idest voluit & verbo ſuo iuſsit, vt ita illa fieret. Et inſpi. in fa. eius ſpi. vitæ; idest ſubſtantiam animæ in qua viueret creauit, non de materia aliqua corporali, vel ſpirituali, ſed de nihilo. a Putauerunt enim quidam hæretici, B Deum de ſubſtantia ſua animã creaſſe, verbis ſcripturæ pertinaciter inhęrentes quibus dicitur. Inſpirauit vel ſufflauit &c. Cum flat inquiunt, vel ſpirat homo, de ſe flatum emittit. Sicut ergo cũ dicitur Deus flaſſe, vel ſpiraſſe ſpiraculum in faciẽ hominis, ex ſe ſpiritum hominis emiſiſſe intelligitur, idest de ſua ſubſtantia: Qui hoc dicunt, non capiũt tropica locutione dictum eſſe, ſufflauit idest

## QVÆSTIO PRIMA.

A

### Hic duo quæruntur.

Primo. De creatione eius ex parte corporis.

Secundo. De formatione eius ex parte corporis.

### Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum anima humana ſit de eſſentia diuina.

Secundo. Si non, Vtrum ſit de aliqua materia creata.

Tertio. Vtrum anima extra corpus creata ſit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum anima humana ſit de eſſentia diuina.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd anima ſit de eſſentia diuina per id quod habetur Gen. 1. Inſpirauit in faciem eius &c. ſed illud quod inſpirat aliqd, flatũ de ſe emittit. ergo aĩa eſt de eſſentia Dei. (1. q. 90. ar. 1. & 2. contra gẽ.)

¶ 2 Præt. Dicitur Actuum. 18. Nos enim genus Dei ſumus: hoc autem non conuenit homini, niſi ſecundum animam, quã ab alijs ſenſibilibus ſecernitur. ergo videtur quòd anima ſit de ſubſtantia naturæ diuinæ.

¶ 3 Præt. Cum naturalis operatio conſequatur naturam, oportet ea quæ in operatione conueniunt in natura, vel eſſentia cõuenire: ſed anima rationalis conuenit in operatione intellectus cum Deo, vt Philoſophus in 10. Ethic. dicit. ergo communicat cum ipſo in eſſentia.

¶ 4 Præt. Omne quod intelligitur, intelligitur per ſimilitudinem, vel identitatem, oportet enim quòd intellectus in actu ſit intellectum in actu, quod non contingit, niſi vel quia ſunt idem per eſſentiam, ſicut Deus ſeipſum intelligit, vel quia ſimilitudo intellecti recipitur in intelligente, vt perfectio eius: ſed intellectus noſter intelligit Deum, & ſimiliter materiam primam: ſed hoc non poteſt eſſe per ſimilitudinem abſtractam ab eis, quia ſimpliciſſimo nihil poteſt abſtrahi. ergo oportet ꝙ intelligat ipſa per identitatem, & ſic eſt idem per eſſentiam Deus, & materia prima, & anima intellectiua.

¶ 5 Præt. Quæcunque ſunt & nullo modo differunt ſunt penitus idem: ſed intellectus & materia prima & Deus ſunt, & nullo modo differunt, ergo ſunt penitus idem. Probatio mediæ quantum ad ſecundam partem, quia prima conſtat. Quęcunque differunt aliqua differentia differunt: ſed omne quod differt ab altero aliqua differentia, eſt compoſitum ex differentia, & quodam alio. Cum ergo prædicta tria ſint penitus ſimplicia, videtur quòd nullo modo differant.

¶ 6 Præt. Illud quod participatur ab eſſe cuiuſlibet rei eſt de eſſentia cuiuſlibet rei. Sed ſicut dicit Diony. in 4. cap. de diui. nomi. participatione diuinæ bonitatis anima, & omnes aliæ res ſunt: & bonæ ſunt. ergo videtur quòd diuina bonitas ſit eſſentia cuiuslibet animæ, & cuiuslibet rei: ſed diuina bonitas ẽ ſua eſſentia. ergo eſſentia diuina eſt ipſa eſſentia animæ, vel aliquid eius. (Circa med.)

SED CONTRA. Illud quod eſt in ſe tantum actus, nõ eſt poſſibile ad ſpeciem alteram, vel ad eſſe aliud: ſed eſſentia diuina eſt actus purus cui nulla potentia permiſcetur. ergo non eſt poſſibilis ad hoc, vt transformetur in naturã animæ, vel alicuius alterius, vel additionem aliquam recipiat.

A ¶ Præt. Ei quod eſt actus purus non admiſcetur aliqua priuatio, quia priuatio eſt eius quod eſt natum haberi, & nondum habetur: ſed animæ adiunguntur multi defectus vel priuationes, vt ignorantia, malitia, & huiuſmodi. ergo anima non eſt de eſſentia diuina.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ quorundam antiquorũ philoſophorum error fuit ꝙ Deꝰ eſſet de eſſentia omnium rerum, ponebant n. omnia eſſe vnũ ſimpliciter, & non differre, niſi forte ſecundum ſenſum, vel eſtimationem, vt Parmenides dixit, & illoſ etiam antiquos philoſophos ſecuti ſunt quidam moderni, vt Dauid de dinã. Diuiſit enim res in partes tres, in corpora, animas, & ſubſtantias æternas ſeparatas. Et primum indiuiſibile ex quo conſtituuntur corpora, dixit yle. Primum autem indiuiſibile ex quo conſtituuntur animæ, dixit noym vel mentem. Primum autem indiuiſibile in ſubſtantijs ęternis, dixit Deum. Et hæc tria eſſe vnum & idẽ, ex quo iterum conſequitur eſſe omnia per eſſentiam vnum. Verumtamen hæc poſitio & ſenſui contradicit, & a philoſophis ſufficienter improbata eſt. (D. 172.)

¶ Alij vero minus errantes dixerunt Deum eſſe, non quidem eſſentiam omnium, ſed ſubſtantiarum intellectualium, conſiderantes ſimilitudinem operationis & dignitatem intellectus & immaterialitatem eius, qui error ortum habere potuit ex opinione Anaxagorę, qui poſuit intellectum mouentem omnia. Et fulcimentum habere potuit ex authoritate Gen. inducta male intellecta, hoc etiam fidei contrariatur & philoſophorum dictis, qui ſubſtantias intellectuales in diuerſis ordinibus conſtituunt, & intellectum humanum in vltimo in ordine omnium intellectualium, inter quos primum ponunt intellectum diuinum, & hunc quidem eſſe omninò immobilem, ut fides tenet, & ratio demonſtrat, anima autem humana aliquo modo variabilis eſt, ſcilicet ſecundum virtutem, & vitium, & ſcientiam & ignorantiam. Horum autem omnium errorum & ſimilium vnum videtur eſſe principium & fundamentum, quo deſtructo nihil probabilitatis remanet. Plures enim antiquorum ex intentionibus intellectis iudicium rerum naturalium ſumere volunt, vnde quæcunq; inueniuntur conuenire in aliqua intentione intellecta, voluerunt ꝙ communicarent in vna re, & inde ortus eſt error Parmenidis & Meliſſi, qui videntes ens prædicari de omnibus, locuti ſunt de ente ſicut de vna quadam re, oſtendentes ens eſſe vnum, & non multa, vt eorum rationes indicant in 1. Phyſi. recitatæ. Ex hoc etiam ſecuta eſt opinio Pythagorę & Platonis, ponentium mathematica & intelligibilia principia ſenſibilium, vt quia numerus inuenitur in his & in illis quæ communicant in numero, ſicut in quadam eſſentia vna, & ſimiliter quia Sortes & Plato ſunt homo ꝙ ſit vnus homo per eſſentiam qui de omnibus prædicat. (Li. de iuſto. ſed de repub. long. ver. diſp.) Ex hoc etiam procedunt plures rationes Auicebron in libro fontis vitæ, qui ſemper vnitatem materiæ venatur ex æquali cõmunitate prædicationis. Ex hoc etiam deriuatur opinio, quæ dicit vnam eſſentiam generis eſſe in omnibus ſpeciebus re, non tantum ſecundum rationem. Sed hoc fundamentum eſt valde debile: non enim oportet quòd ſi hoc eſt homo, & illud homo, quòd eadem ſit humanitas numero vtriuſque, ſicut in duobus albis non eſt eadem albedo numero: ſed quòd hoc ſimiletur illi in hoc quòd habet humanitatem, ſicut illud intellectus accipiens humanitatem, non ſecundum quòd eſt huius: ſed vt eſt humanitas format intentionem communem omnibus, & ita etiam non eſt neceſſarium quòd ſi in anima eſt natura intellectualis, & in Deo, quòd ſit eadem intellectualitas vtriuſque per eſſentiam, per quam eandem eſſentiam, vtrumq; dicatur ens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Augu. dicit 7. ſuper Gen. illa authoritas non cogit ponere animam de ſubſtantia Dei eſſe. Primo, quia hoc quod homo flando emittit, eſt de aere exteriori quem reſpirando attraxit, non de ſubſtantia eius. Secundo, quia & ſi eſſet de ſubſtantia ſufflantis, nullo modo eſſet de ſubſtantia animæ: & ſi etiam poneretur de ſubſtãtia corporis, Deus autem hoc modo ſe habet ad totum vniuerſum regendo ipſum, ſicut anima ad corpus, vnde non ſequitur (C. 2. 3. & 4.)

quitur animam hominis eſſe de ſubſtantia Dei. Tertio, quia anima tantummodo corpori dominatur, vnde flatum non niſi de corpore facere poteſt: Deus autem eſt ſupra omnem naturam, vnde non oportet, vt de corporalibus elementis animam faciat: ſed de nihilo eam creat immenſitate poteſtatis ſuæ, vnde figuratiue dicitur, flare, quaſi flatũ facere. Iſaiæ. 5 8. Omnem flatum ego feci.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ dicimur nos eſſe genus Dei quantum ad animã, non ita ꝙ anima ſit de diuina eſſentia, ſed quia participat naturam intellectualẽ quæ etiam ĩ Deo eſt ſm ꝙ ẽ dicitur ad imaginem Dei.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cũ aĩa non habeat eandem operationẽ numero quã Deus habet, ſed ſimilem, non ſequitur ꝙ habeat eandem naturam: ſed ſimilem, nec ex tali ſimilitudine vnitas eſſentiæ concludi poteſt, vt dictum eſt.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ intellectus creat⁹ intelligit Deũ nõ per identitatem naturæ: ſed per vnionem ad ipſum, quæ eſt vel per aliquam ſimilitudinẽ non quidem abſtractam, ſed effluxam a Deo in intellectum, & hũc modum intelligendi vocat Aui. per impreſſionem dicẽs, intelligentias in nobis eſſe, ex hoc ꝙ impreſſiones earum in nobis ſunt, vel p vnionem ad ipſam eſſentiam lucis increatę, ſicut erit in pꝫria: materia autem prima cognoſcibilis eſt, non per aliquam ſpeciem ab ipſa recepta: ſed per analogiam ad formam, vt dicitur in 1. Phyſ. & ideo eſt de illis quæ ſuo defectu pfecte intelligi non valent, vt dicit Boe. in lib. de duabus naturis.

C. 25. vſq; ad 30.

De Intelli c. 4. part. 2.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ſm Philoſophum in 10. Meta. nõ eſt idem eſſe diuerſum & eſſe differens, quia differens ad aliqd dicitur, vnde oportet omne differẽs, proprie loquendo, aliquo differre: diuerſum aũt abſolutę dr̃, vnde quæ diuerſa ſunt, non oportet aliquo diuerſa eſſe, ſed ſeipſis. Si enim oporteret omnia diuerſa in aliquo differre, in infinitũ abiretur, & ideo oportet deuenire ad prima ſimplicia, quæ ſeipſis diuerſa ſunt, vt patet in differentijs, quibus ſpecies diſtinguuntur. ſi ergo differẽs ſtricte ſumatur ſm prædictam acceptionem, ſic prima propoſitio falſa eſt, eo ꝙ aliqua non differunt q̃ diuerſa ſunt. Idem autem, non differenti, ſed diuerſo opponitur. Si autem ſumatur differens large pro diuerſo & differenti, ſic prima propoſitio vera eſt, ſed media eſt falſa, vt ex prædictis patet.

¶Ad ſextum dicendum, ꝙ creaturæ non dicuntur diuinam bonitatem participare quaſi partem eſſentiæ ſuæ: ſed quia ſimilitudine diuinæ bonitatis in eſſe conſtituuntur, ſm quam nõ perfecte diuinam bonitatem imitantur: ſed ex parte.

### ARTICVLVS II.

1. q. 75. art. Et 2. contra c. 50. & 51. & quodlib. 3. 2.

*b Vtrum anima humana ſit conſtituta ex aliqua materia.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ anima ex aliqua materia conſtituta ſit. Omne enim quod eſt hoc aliquid in natura, eſt compoſitum ex materia & forma, vt in 2. de Anima patet: ſed anima rationalis eſt huiuſmodi, quia eſt per ſe ſine corpore exiſtens ab alia anima eiuſdem ſpeciei numero diſtincta, ergo &c.

¶2 Præt. In quocunque inueniuntur proprietates materiæ, oportet materiã inueniri, cum proprietates rei a re nõ ſeparentur: ſed in anima inueniuntur quædam ꝓprietates materiæ, vt ſubijci, recipere, pati, & huiuſmodi: ergo videtur ꝙ ſit ex materia cõpoſita.

¶3 Præt. Secundũ Philoſophum in 11 Metaph. neceſſe eſt imaginari materiam in remota: ſed animę mutabilitas oſtẽdit ex hoc, ꝙ vitijs, & fallacijs deformis redditur, formatur autẽ virtutib⁹, veritatiſque doctrina, ſecundum Aug. 7. ſup Gen. ergo in anima eſt materia. Ad lit. c. 6.

¶4 Præt. Secũdum Philoſophum in 8. Metaphyſi. nullius agentis actio terminatur niſi ad cõpoſitum: ſed actio creantis Dei terminatur ad animam, quã in eſſe producit. ergo eſt ex materia & forma compoſita. Tex. 13. †Li. 6. c. 14. & 15.

¶5 Præt. Nihil viuit ſeipſo niſi De⁹: ſed anima non tantum viuificat corp⁹: ſed etiam viuit, ergo ſeipſa non viuit: ſed aliquo ſui: ſed omne illud in quo eſt principiũ vitæ & recipiens vitam, eſt ex materia & forma cõpoſitũ. ergo &c.

¶6 Præt. In omni creato differt quod operatur & quo operatur, quia ſolũ primo agenti conuenit per eſſentiam agere, alijs autem per participationem alicuius, quod ad eſſentiam additur: ſed anima habet operationes proprias, & ſic illis operationibus ipſa eſt operans: ergo non eſt quo operatur, & ſic non videtur eſſe forma ſimplex, ſed materiam habens, quia forma eſt principium quo operatio producitur.

SED CONTRA. Quanto aliquid eſt propinquius vni primo & ſimplici, tanto magis eſt vnum & ſimplex, vt in lib. de cauſis dicitur: ſed inter formas naturales, anima Deo eſt propinquior, ergo cum aliæ formæ ſint ſimplices, multo for ṫius anima.

¶Præt. Formę ſubſtantialis non eſt forma ſubſtantialis, ſicut nec qualitatis qualitas: ſed omne quod habet materiam, habet etiam ſubſtantialem formam dantem eſſe materiæ. cum ergo anima ſit forma ſubſtantialis, videtur quòd ex materia compoſita non ſit.

¶Præt. Aug. ſuper Gen. 7. deducendo per ſingula oſtendit animam ex materia non eſſe factam. Non enim poteſt facta fuiſſe ex materia ſpirituali rationali, quia ſi natura rationalis ex qua ſit, beata fuiſſet, nõ in pœnis imitata eſſet, quia materia cũ formatur a Deo, in melius formatur. Si vero miſera fuit, oportet ꝙ præceſſerit culpa, quod eſt contra Apoſtolum Roma. 9. cum nõdum aliquid boni egiſſent, aut mali &c. Si autem nec beata nec miſera, tunc vſum rationis nondum habebat, ſicut in pueritia contingit, & ſic ocioſa erat. Similiter nec ex materia Ad lit. c. 6.

flatum hominis, ſcilicet animã fecit; flare enim eſt flatum facere & flatũ facere eſt animam facere. Vnde dominus per Iſaiã. Omnem flatum ego feci. Non ſunt ergo audiendi qui putant animam eſſe partem Dei. Si n. hoc eſſet, nec a ſe, nec ab alio decipi poſſet, nec ad malum faciendum, vel patiendum compelli, nec in melius, vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animauit, factus eſt a Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, ſed de nihilo.

*b Hic quæritur quando facta ſit anima, an ante corpus an in corpore.*

SEd vtrum in corpore, an extra corp⁹, etiam inter doctores ſcrupuloſa quæſtio eſt. Aug. enim ſuper Geneſim tradit animã cũ angelis b ſine corpe fuiſſe creatam, poſtea vero ad corpus acceſsiſſe, neque compulſa eſt incorporari, ſed naturaliter illud voluit, ideſt ſic creata fuit, vt vellet, ſicut naturale nobis eſt velle viuere. Male autem velle viuere, non naturæ, ſed voluntatis eſt puerſæ. Alij vero dicũt, animam primam hominis in corpore fuiſſe creatam, ita exponentes verba illa. Inſpi. in faciem eius ſpiraculum vitæ. i. animam in corpore creauit, q̃ totum corpus animaret, faciẽ tamen ſpecialiter expreſsit, qa hæc pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora. Sed quicquid de anima primi hominis eſtimetur, de alijs certiſsime ſentiendum eſt, quòd in corpore creentur. Creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. Dicendum eſt etiam animam illam non ſic eſſe creatam, vt præſcia eſſet operis futuri iuſti, vel iniuſti.

*c In qua ætate Deus hominem fecerit, in ætate virili factus eſt homo ſecundum ſuperiores cauſas.*

SOlet etiam quæri: vtrũ Deus hominem repẽte in virili ętate fecerit, an perficiendo & ętates augendo, ſicut nũc format in matris vtero. Augu. ſuper Gene. dicit quòd Adam in ætate virili cõtinuo factus eſt, & hoc ſecundum ſuperiores non inferiores cauſas, ideſt ſecundũ voluntatẽ & potentiam Dei, quam naturæ generibus nõ alligauit, qualiter & virga Moyſi conuerſa eſt in draconem. Nec enim talia contra naturam fiunt, niſi nobis quibus aliter naturæ curſus innotuit; Deo autem natura eſt quod facit, non ergo contra diſpoſitionẽ ſuã illud fecit Deus. Erat enim in prima cauſarum cõditione ſic hominem poſſe fieri, ſed non ibi erat neceſſe, vt ſic fieret, hoc enim nõ erat in cõditione creaturę, ſed in beneplacito creatoris, cuius voluntas neceſsitas eſt. Hoc. n. neceſſario futurum eſt, quod vult & præſcit. Multa vero ſecũdum inferiores cauſas futura ſunt, ſed in præſcientia Dei futura non ſunt. Si autem aliter ibi futura ſunt, potius futura ſunt ſicut ibi ſunt, vbi pſcit ille qui nõ põt falli. Sic ergo factus eſt Adam non ſecundũ inferiores cãs, quia nõ erat in rerũ cauſis ſeminalibus, vt ita fieret, ſed ſecundum ſuperiores, non contra naturam operantes quia in rerum cauſis naturalibus erat, vt ita poſſet fieri.



teria ſpirituali irrationali, quia hoc eſſet propinquum opinioni, quæ ponit animarum de corpore in corpus tranſitum. Et peius adhuc, quia illa poſitio non dicit animam beſtiæ in hominem tranſire, ſed econuerſo. Similiter nec ex materia corporali, non enim ex eodem facta eſt anima, ex quo facta eſt caro. Et præterea, cum anima aliqd intelligit, ab omnibus corporalib⁹ ſe retrahit, qđ non contingeret, ſi de natura corporis eſſet, ſed ex omnib⁹ prædictis ſic poteſt argui. Omne quod habet materiam ſecundum Aug. dicitur ex materia factũ, quàmuis materia tempore non præceſſerit. Si ergo anima nõ poteſt dici facta ex materia, vt probatum eſt, anima materiam non habet.

RESPONDEO. Dicendum, quòd mihi non videtur in anima, vel in aliqua ſpirituali ſubſtantia aliquo modo eſſe materiam, ſed ipſas eſſe ſimplices formas & naturas, quàmuis quidam aliter dicant. Et præter alias rationes, quibus hoc de angelis impoſſibile videtur. vt ſupra diſt. 4. dictum eſt, etiam quadã ſpeciali ratione, materia a ratione animæ ſecluditur: cum enim anima ſit forma corporis, oportet ꝙ vel tota eſſentia ſua ſit corporis forma, vel partem eſſentiæ ſuæ. ſi ſm eſſentiã ſuam totam, impoſſibile eſt quòd pars eſſentiæ ſit materia, quia id qđ in ſe eſt potentia pura, non poteſt eſſe forma, vel actus alicuius, omnis autem potentia in genere ſubſtantiæ eſt potentia pura, quia eſt immediatum ſubiectum ſubſtantialis formæ & generationis, vt in 1. de generatione dicitur. Si autem ſecundum partem ſubſtantiæ ſuæ eſt forma corporis per quam eſt in actu, & non ſecundum alteram quæ eſt materia eius, ſequuntur duo inconuenientia. Vnum eſt, quòd vnus actus numero eſt forma diuerſarum materiarum, ſcilicet materiæ corporalis & materiæ ſpiritualis, ex qua eſſentia animæ conſtituitur. Aliud eſt, quòd in potentijs non vnius generis eſt vnus actus perficiens, corporalis enim materia & ſpiritualis non poſſunt eſſe vnius rõnis.

¶Et præterea illud quod eſt tantum actus corporis viuentis, animam vocamus. Et ſimili ratione Auic. oſtendit in ſua Metaphiſica intelligentias eſſe ſimplices, nec tamen negamus animam rationalem quendam modum compoſitionis habere, ſcilicet ex eſſe & quod eſt, vt ſupra diſt. 3. de angelis, & in 1. di. 8. de ipſa anima expoſitum eſt, qui tamen compoſitionis modus in alijs formis non inuenitur, quia non poſſunt eſſe ſubſiſtentes, quaſi in eſſe ſuo, ſed ſunt per eſſe compoſiti, & in hoc anima deficit a ſimplicitate diuina, hoc etiam in 1. diſt. 8. plenius expoſitum eſt. Trac. 9. c. 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquid in natura poteſt dici ex duobus, aut ex eo ꝙ habet eſſe ſubſiſtens in natura, & ſic anima rationalis eſt hoc aliquid, ſed ex hoc non ſequitur quòd ex materia componatur, hoc enim ſubſiſtenti accidit, ſcilicet ex materia componi. Alio modo poteſt dici hoc aliquid per hoc, ꝙ aliquid quod eſt pars eſſentiæ ſuæ indiuiduatur, & ſic anima non eſt hoc d aliquid, principium enim indiuiduationis animarum eſt ex parte corporis, & tamen etiam poſt ſeparationem corporis remanent indiuiduatæ & diſtinctę, vt in 1. lib. dictum eſt. diſt. 8. & ſic accipit Philoſophus hoc aliquid in 2. de anima. vnde ibi expreſſe negat animam eſſe hoc aliquid.

D. 176.

Cõtext. 3.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ pati & recipere & omnia hmõi, dicuntur de anima, & de rebus materialibus æquiuoce, vt patet ex Philoſopho in 3. de anima, & ex Commen. ibidem. vnde non oportet, quòd materia in anima inueniatur: ſed ſufficit ꝙ ſit ibi aliqua potentialitas, qualis autem illa ſit, ſupra tertia diſ. de angelis dictum eſt. Cõtext. 6.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ non requiritur materia eiuſdem rationis ad omnes motus, quia ad motum localem non requiritur materia quæ ſit in potentia ad eſſe, ſed ſolum quæ eſt in potentia ad vbi. Similiter etiam ad variationem, quæ eſt de vitio ad virtutem, vel econuerſo, non requiritur materia quæ ſit in potentia ad eſſe, quaſi pars eſſentiæ ipſius mobilis, ſed requiritur materia tantum, quæ ſit in potentia ad virtutem, & hæc eſt ipſa ſubſtantia animæ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ Philoſophus loquitur de agente naturali, quod ex materia operatur, vt rationes ſuæ oſtendunt, quæ ex hoc principio procedunt, ꝙ in omni factione oportet eſſe tria, ſcilicet ex quo ſit, & id in quod factio terminatur, & ipſum faciens, & ex hoc concludit quòd fieri non eſt formarũ, niſi per accidens: iſta autem principia non cõcedimus in actione diuina per quam animam creat, & ideo non oportet animã vel aliam ſubſtãtiam ſpiritualem a Deo creatam, ex materia cõpoſitam eſſe, quia etiam ſecundum Auic. agens diuinum non agit per motum, vt materiam exigat. Commen. etiam dicit in 11. Metaphyſ. quòd actio æquiuoce dicitur de actione qua Deus agit, & de actione naturali. Metha. tracta. 9. cap. poſt princ. 1. & 4.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd ſecundũ Philoſophum in 2. de Anima: viuere nihil aliud ẽ, quàm eſſe viuentium. vnde ſicut anima rationalis eſt, nec eſt illud quo eſt, ita etiam viuit, nec eſt illud quo viuit, ſed ſicut illud quod eſt formaliter non eſt aliqua forma quæ ſit pars eſſentiæ eius, ſed ipſum ſuum eſſe, ita id quo viuit formaliter, non eſt aliqua forma quę ſit pars eſſentiæ eius: ſed ipſum ſuum viuere, ſed id quo eſt, & quo viuit effectiue eſt ipſe Deus, qui omnibus eſſe, & vitam influit: in rebus quidem compoſitis mediante forma, quæ eſt pars eſſentiæ earum, in ſubſtantijs autem ſimplicibus per totam eſſentiã earũ, Deus aũt nõ eſt, nec viuit ab aliquo efficiente principio, ſed ipſe etiam eſt ſuum viuere & ſuum eſſe, & in vtroque horum deficit anima a perfectione diuinæ vitę. Cõtext. 37.

¶Ad ſextum dicendum ꝙ d illud quo operatur anima, dupliciter acceptum differt ab ipſa. Operatur enim anima aliquo influente ſibi eſſe viuere, & operari, ſcilicet Deo qui operatur omnia in omnibus, quæ conſtat ab anima differre: operatur etiam naturali ſua potentia, quæ eſt principium ſuæ operationis, ſcilicet ſenſu, vel intellectu, quæ nõ eſt eſſentia eius, ſed virtus ab eſſentia fluens. Neutro autem modo Deus operatur alio a ſe, quia a ſeipſo operari habet, & ipſe eſt ſua virtus, non autem dicitur anima operari aliquo, quod non ſit ipſa, ſed pars eſſentiæ ſuæ, ſicut corpora naturalia operãtur forma, quæ eſt pars eſſentiæ eorum, licet mediante aliqua virtute quaſi inſtrumento, ſicut ignis mediante calore. D. 197.

## QVAESTIO II.

B.

### Tertio quæritur, vtrum anima extra corpus creata ſit,

### Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum ſit vna anima, vel intellectus, omnium hominum, quaſi quædam ſubſtantia ſeparata in omnia corpora influens.

Secundo. Si ſint plures, vtrum ſint in corpore, an extra corpus creatę,

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum anima intellectiua, uel intellectus, ſit unus in omnibus hominibus,*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ anima rationalis, vel intellectus, ſit vnus numero in omnibus. Nulla enim forma multiplicatur ſecũdum eſſe ad diuiſionem materiæ, niſi forma materialis: ſed intellectus, vt in tertio de Anima probatur, non eſt forma materialis, cum non ſit actus corporis cuiuſdam, quod ex ipſo ſuo actu probatur, quia cognoſcit omnes formas materiales, quod non poſſet eſſe, ſi aliquam earum haberet in natura ſua, vel determinaretur ad eam ex corpore, cuius eſſet actus, ſicut virtus viſiua non cognoſceret omnes colores, ſi pupilla quæ eſt organum eius, haberet determinatum colorem. ergo intellectus nõ multiplicatur ſecundum eſſe ad diuiſionem materiæ, & ita manet vn⁹ in omnibus indiuiduis humanæ ſpeciei, quæ non niſi per materiam diuiduntur. 1. q. 76. ar. 2. Et 2. contra c. 73. & 75. Et Ani. 3. tex. 4. 6.

¶2 Præt. Impoſſibile eſt, quòd principiũ ſit materialius quàm principiatũ, quia principiũ oportet eſſe ſimplicius, ſed ſicut ab omnibus conceditur, aliquæ ſunt potentiæ animæ rationalis, quæ nõ ſunt actus corporis cuiuſdam, nec organis affixę, cuius principium & radix eſt ipſa eſſentia animæ. ergo videtur ꝙ nec ipſa anima rationalis corpori vniatur per eſſentiam ſuam ſicut actus eius, & ita ſequetur, vt videtur, ꝙ ad diuiſionem corporum, anima rationalis non diſtinguatur,

¶3 Præt. Omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per motum recipientis & non per modum ſui, vt ex Dion. & ex li. de cauſis habet. ſi ergo intellectus indiuiduetur ad diuiſionem corporis,

corporis, vt ſit alius & alius diuerſorum, oportet ꝙ formæ intellectuales in eo receptæ, etiam ſint indiuiduatę, ex quo videntur ſequi duo inconuenientia. vnum eſt, cum nullum particulare ſit intellectum in actu, ſed in potentia, ꝙ huiuſmodi ſpecies non erunt intelligibiles in actu; ſed indigebunt intelligi per alias ſpecies, & ſic in infinitū procedetur. Aliud eſt ꝙ erit idem modus recipiendi formas in materia prima & in intellectu poſſibili, quia vtrobique recipiuntur, vt ſunt iſtę & nō vt ſunt formæ ſimpliciter: & ita ſicut materia prima non eſt cognoſcibilis per formas quas recipit, ita nec intellect⁹ poſſibilis, vt videtur.

*b Quòd homo extra paradiſum creatus, in paradiſo ſit poſitus, & quare ita factum ſit.*

HOminem autem ita formatum tulit Deus, vt ſcriptura docet, & poſuit in paradiſo voluptatis quā

¶ 4 Præt. Quæcunque diſtinguuntur adinuicem, oportet ꝙ aliquid diuerſum ſit in natura vtriuſque. ſed cū intellectus nihil ſit eorum quæ ſunt añ intelligere, videtur quòd non ſit aliquid diuerſum inuenire in eo, niſi ſecundum diuerſitatem ſpecierū intellectiuarum. ergo non differunt intellectus iſtius & illius per eſſentiam, ſed per ſpecies intellectas tantum.

¶ 5 Præt. In omnibus ſubſtantijs per ſe exiſtentibus & immaterialibus, diuerſitas ſecundum numerum redundat in diuerſitatem ſpeciei, quia ſi habent eſſe ſuum abſolutum ſubſiſtēs, nō poſſunt diſtingui eſſentialiter per aliquid quod ſit extra eſſentiam earum, ſuper quod deferantur, ſicut formæ corporales ſuper materiam delatę. In eſſentia autem earum non eſt diuerſitas formæ quæ diuerſitatem ſpeciei inducit, ſed non eſt dicere, quòd intellectus diuerſorum hominum differant ſecūdum **H** ſpeciem, quia & ipſi homines ſpecie differunt ad diuerſitatem ſuarum formarum. ergo cum anima rationalis ſit ſubſtantia in ſe ſubſiſtens, aliàs poſt corpus non maneret, & etiam ſit immaterialis, videtur ꝙ nec etiam numero in diuerſis hominibus differat.

SED CONTRA eſt, quòd impoſſibile eſt plurium indiuiduorum eſſe vnam formam numero: ſed anima rationalis eſt forma cuiuſlibet hominis. ſi enim hō haberet eſſe a ſubſtantia ſenſitiuæ, vel nutritiuæ, nō poſſet in homine inueniri quātum ad ſuum eſſe primum vnde alia animalia excederet, quod eſt inconueniens. ergo impoſſibile eſt vnam tantum eſſe animam rationalem omnium.

¶ Præt. Impoſſibile eſt inueniri diuerſitatem quo ad eſſe ſecūdum in illis, quorum nulla eſt diuerſitas quo ad eſſe primum, quia diuerſitas ſecundarum perfectionum & contrarietas, non poteſt eſſe ſimul cum vnitate perfectionis primæ, quia ſic contraria eſſent in eodem: ſed nos inuenimus perfectiones vltimas quantum ad eſſe ſecundum, eſſe in diuerſis hominibus diuerſas & contrarias, quorum quidam ſunt ſtulti, & quidam ſapientes, & quidam vitioſi, & quidam virtuoſi. ergo oportet primam perfectionem, ſcilicet animam quantum ad eſſe primum, in diuerſis variari.

¶ Præt. Aïa eſt forma corporis & motor: ſed in corporib⁹ cæleſtibus, ſecūdum poſitionem Philoſophorum, diuerſis corporibus aſſignantur diuerſi motores. ergo videtur ꝙ multo fortius in diuerſis hominibus ſint diuerſæ animæ.

RESPONDEO, Dicendum, quòd circa vnitatem & diuerſitatem animæ rationalis ſunt plures Philoſophorum opiniones, prætermiſſis illis qui ponunt intellectum eſſe vnum in tota natura intellectuali, vel qui ponunt intellectum eſſe idem quod diuina eſſentia, ad quarum intellectum oportet intelligere, ꝙ diſtinguitur ſecundum Philoſophos tripliciter intel- **K** lectus, ſcilicet intellectus poſſibilis, intellectus agens, & intellectus in habitu: & dicitur intellectus poſſibilis qui eſt in potētia ad recipiendum omnes formas intellectas, ſicut oculus eſt in potentia ad recipiendum omnes colores. intellectus autem agēs dicitur, qui facit intelligibilia in potētia eſſe in actu, ſicut lumen quod facit colores in potentia viſibiles, eſſe actu viſibiles, intellectus autem in habitu, vel formalis ab eis dicitur, quādo intellectus poſſibilis iam perfectus eſt ſpecie intelligibili, vt operari poſſit. nulla enim potentia paſſiua habet operationē, niſi per ſpeciem obiecti ſui perfecta fuerit, ſicut viſus non videt antequam recipiat ſpeciem coloris.

¶ His ergo viſis, ſciendum eſt, ꝙ in hoc fere omnes Philoſophi concordant poſt Ariſt. ꝙ intellectus agens & poſſibilis differunt ſecundum ſubſtantiam, & ꝙ intellectus agens ſit ſubſtantia quædam ſeparata & poſtrema in ſubſtantijs ſeparatis, & ita ſe habet ad intellectum poſſibilem quo intelligimus, ſicut intel- [3. de Aïa.] ligentiæ ſuperiores ad animas orbium, ſed hoc ſecundum fidē

**F** non poteſt ſuſtineri. Si enim vt Anſel. probat, reparationem hominis per angelum Deus fieri noluit, ne paritas hominis & angeli in gloria tolleretur, dum angelus hominis fieret cauſa ſalutis. [Li. Cur Deus homo. c. 18.] Similiter ſi poneretur anima noſtra ſecundum naturalem operationem dependere ab aliqua intelligentia, vel angelo, non poſſet rationabiliter ſuſtineri, quòd anima angelis par ſit in gloria futura, quia vltima perfectio vniuſcuiuſque ſubſtantiæ, eſt in cōplemento ſuæ operationis, & ideo vniri cum intelligētia agente ponunt prædicti Philoſophi vltimam felicitatem hominis. Et ideo quidam catholici doctores corrigentes hanc opinionem, & partim ſequentes, ſatis probabiliter poſuerunt ipſum Deum eſſe intellectum agentem, quia per applicationem ad ipſum, anima noſtra beata eſt, & hoc confirmant per hoc quod dicitur Io. 1. Erat lux vera &c. De intellectu autem poſſibili ſimiliter fuit magna diuerſitas inter Philoſophos ſequentes Ariſt. Quidam enim dixerunt, intellectum poſſibilem eſſe diuerſum in diuerſis, quidam vero eſſe vnū in omnibus. Eorum autem qui poſuerūt eum diuerſum eſſe in diuerſis, ſunt tres opiniones. quidam enim dicunt intellectum poſſibilem nihil aliud eſſe quàm præparationem, quæ eſt in natura humana ad recipiendam impreſſionem intellectus agētis, & hanc eſſe virtutem corporalem conſequentem complexionem humanam, & hæc fuit opinio Alex. Sed hoc non poteſt [In princ. de anima.] ſtare etiam ſecundum intentionem Ariſt. qui vult quòd intel- [3. de anima tex. 18.] lectus poſſibilis ſit receptiuus ſpecierum intelligibilium. præparatio autem non eſt receptiua, ſed magis præparatiua. præparatum autem hac præparatione eſt corpus, vel virtus in corpore, & ita illud quod recipit formas intelligibiles, eſſet corpus vel virtus in corpore, quod Philoſophus improbat.

plantauerat a principio. His verbis aperte Moyſes inſinuat ꝙ homo extra paradiſum creatus eſt, poſtmodum in paradiſo ſit poſitus, quod ideo factum dicitur, quia non erat permanſurus in eo, vel vt non naturæ, **G** ſed vt gratię hoc aſsignaretur. [† Aug. li. 8. Gen. ad lit. c. 1. & deinceps.]

¶ Præt. Sequeretur ꝙ intellectus poſſibilis non eſſet virtus cognoſcitiua. Nulla enim virtus cauſata ex commiſtione elemētorum eſt cognoſcitiua, quia ſic qualitas elementorum ageret vltra ſuam ſpeciem, quod eſt impoſſibile. Et ideo alij dixerūt ꝙ intellectus poſſibilis nihil aliud eſt quàm virtus imaginatiua ſecundum quòd eſt nata, vt ſint in ea formæ quæ fuerunt intellectę in actu. & hæc eſt opinio Auēpace. Sed hoc etiam eſt impoſſibile, quia ſecundū Philoſophū in 3. de Anima. Phantaſmata quæ ſunt in imaginatiua, ſe habēt ad intellm humanū ſicut co- [Tex. 30. 31. 32.] lores ad viſum, & ideo oportet ꝙ phantaſmata ſint mouentia intellectum poſſibilem, ſicut color mouet viſum, vnde apti- **I** tudo quæ eſt in intellectu poſſibili ad intelligendum, eſt ſimilis aptitudini quæ eſt in patiente in potentia, vt ſit patiēs in actu, aptitudo autem quæ eſt in imaginatiua, eſt ſicut aptitudo agentis in potentia, vt ſit agens in actu. Impoſſibile autem eſt, quòd idem ſit mouens & motum, & agens & patiens. ergo impoſſibile eſt quòd virtus imaginatiua ſit intellectus poſſibilis.

¶ Pręt. Adhuc ſequeretur quòd virtus recipiens intelligibilia in actu, quæ dr̄ intellectus poſſibilis, eſſet vtens organo corporali, cum virtus imaginatiua habeat determinatum organum.

¶ Sciendum eſt etiam, quòd ſecundum has opiniones, intellectus poſſibilis generatur generato corpore, & corrumpitur corrupto corpore, & cum non ſit differentia intellectus in diuerſis hominibus, niſi intellectus poſſibilis, quia agens eſt vnus, ſequeretur quòd illud quod remanet de intellectu ex omnibus hominibus poſt mortem, eſſet vnum numero, ſcilicet intellectus agens, & hoc eſt valde hæreticū, quia ſic tolleret retributio **K** meritorum poſt mortem: & ideo tertia opinio eſt Auic. qui po- [De anima. c. 7. parte 5. & ſequenti.] nit intellectum poſſibilem in diuerſis diuerſum, fundatum in eſſentia animæ rationalis, & non eſſe virtutem corporalem, & cum corpore incipere, ſed non cum corpore finiri. vnde quātum ad intellectum poſſibilem, eius opinio eſt quam tenemus ſecundum fidem catholicam, quàmuis erret cum alijs de intellectu agente, vt dictum eſt. Eorum autem qui ponunt vnum intellectum poſſibilem in omnibus, duplex eſt opinio. Vna eſt Themiſtij & Theophraſti, vt Com. eis imponit in 3. de Anima. [Com. 5.] Dicunt enim quòd intellectus in habitu qui eſt tertius, eſt vnus in omnibus & æternus, & eſt quaſi compoſitus ex intellectu agente & poſſibili, ita quòd intellectus agens eſt ſicut forma eius, & per continuationem intellectus poſſibilis, continuatur etiā nobis intellectus agens, ita ꝙ intellectus agens eſt de ſubſtantia intellectus ſpeculatiui; qui etiam dicitur intellectus in habitu per quem intelligimus, & huiuſmodi ſignum inducunt, quia illa actio intellectus quæ eſt in poteſtate noſtra, pertinet ad intellectum in habitu. Cum ergo abſtrahere ſpecies a phantaſmatibus



ſit in poteſtate noſtra, oportet quòd intellect⁹ agēs **A** ſit intellectus in habitu ſicut forma eius. Et ad hanc poſitionem deducuntur qui ex demonſtratione Ariſt. volunt habere, quòd intellectus poſſibilis ſit vnus in omnibus, quia non eſt hoc aliquid, nec virtus in corpore, & per conſequens ꝙ ſit æternus. Et dicunt iterum, ꝙ intellectus agens ſimiliter ſit æternus, & ꝙ impoſſibile ſit effectum eſſe generabilem & corruptibilem, ſi agens & recipiens ſit æternum. vnde poſuerunt ꝙ ſpēs intellectæ ſunt æternę, & ideo non contingit ꝙ intellectus quandoque intelligat, & quandoque non, per hoc quòd **B** fiant nouæ ſpecies intelligibiles quæ prius non fuerunt, ſed ex coniunctione intellectus agentis cum poſſibili ſecūdum ꝙ continuatur in nobis per impreſſionem ſuam. Sed hanc opinionem Com. improbat; [Vbi ſupra.] quia ſequeretur ꝙ formæ rerum naturalium quæ intelliguntur, eſſent ab æterno ſine materia & extra animam, ex quo ſpecies illę non ponuntur in intellectu poſſibili, vt forma eius, quia forma intellectus poſſibilis ponitur ab eis intellectus agens: ſequeretur etiam ꝙ cum vltima perfectio hominis ſit ſecundum intellectum in habitu, & prima ſecundum intellectum poſſibilem, ꝙ homo non differret ab homine, neque ſecundum vltimam perfectionem, neque ſecundum primam, & ſic eſſet vnum eſſe, & vna perfectio omnium hominum, quod eſt impoſſibile. Et ideo ipſe tenet aliā viam, quòd tam intellectus agēs quàm poſſibilis, eſt ęternus & vnus in omnibus: ſed ſpecies intelligibiles non ſunt æternæ, **C** & ponit ꝙ intellectus agens non ſe habet ad poſſibilem, vt forma eius, ſed vt artifex ad materiam, & ſpecies intellectæ abſtractę a phantaſmatibus, ſunt ſicut forma intellectus poſſibilis, ex quibus duobus efficitur intellectus in habitu. Et per hanc poſitionem nititur euadere omnia inconuenientia quæ contingunt Themiſtio. Primo, quia oſtendit ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ ſi intellectus agens eſt æternus & recipiens æternum, ſcilicet intellectus poſſibilis, ꝙ facta ſint æterna, ſcilicet ſpecies intelligibiles. Sicut enim ſpecies viſibilis habet duplex ſubiectum: vnū in quo habet eſſe ſpirituale ſcilicet viſum, & aliud in quo habet eſſe naturale, ſcilicet corpus coloratum, ita etiam ſpecies intelligibilis habet duplex ſubiectum, vnum in quo habet eſſe materiale, ſcilicet ipſa phantaſmata quæ ſunt in imagine, & ſecundum hoc eſſe, iſtæ ſpecies non ſunt æternę. Aliud eſt in quo habet eſſe materiale, ſcilicet intellectum poſſibilem, & ſecū dum hoc ſubiectum non habet ꝙ ſint generabiles & corruptibiles. Sed iſta reſponſio nulla videtur, ſicut enim nō eſt eadem **D** numero ſpecies coloris quæ eſt in pariete, & quæ eſt in oculo, ita non eſt eadem numero ſpecies quę eſt in imaginatione & in intellectu poſſibili. vnde adhuc remanet ꝙ illa ſpecies quæ eſt in intellectu poſſibili, habeat vnum ſubiectum tantum, & illa quæ eſt in imaginatione generabilis & corruptibilis, ſit alia numero, niſi forte dicatur ꝙ ſunt æternæ ſimpliciter: ſed non quo ad eum in quo ab æterno non ſunt phantaſmata, quorum ſimilitudines ſunt apud intellectum poſſibilem, ſed tamen cū nulla phantaſmata ſint æterna, adhuc ſequeretur ꝙ illæ ſpecies quæ ſunt ab æterno in intellectu poſſibili, non eſſent abſtractæ ab aliquibus phantaſmatibus, & hoc eſt contra intentionem & verba Philoſophi. Secundo autem nititur oſtendere, quòd ex hac poſitione non ſequitur ꝙ omniū hominum ſit vnum eſſe, & vna operatio ſm̄ quam omnes ſint æqualiter ſapientes. Dicit enim, quòd cum ſpecies intellecta ſe habeat ad intellectum poſſibilem, quodammodo vt forma ad materiam, hoc modo ꝙ **E** ex eis quodammodo efficitur vnum completum, coniunctio eius ad nos eſt per id quod eſt formale in dicta coniunctione. ſ. per ſpeciem intellectam, cuius vnum ſubiectum dicit eſſe phantaſma, quod eſt in nobis, & ad ipſum intellectum poſſibilem. vnde cum in diuerſis ſint diuerſa phantaſmata, diuerſis hominibus coniungitur intellectus poſſibilis diuerſa coniūctione: & ex hoc homines habent eſſe diuerſum, ex hoc etiam vnus ſcit quod alter ignorat, quia ſecundum vnam ſpeciem intellectam coniungitur vni, ſecundum quam nō cōiungitur alteri, quāmuis quædam intentiones intellectę ſint, vt primæ conceptiones intellectus, ſecundum quas omnibus coniungitur, a quibus intellectus poſſibilis nunquàm denudatur, hominibus ab æterno exiſtentibus, vt ipſe dicit. Vnde concludit quòd illud quod eſt in nobis de intellectu, quodammodo eſt corruptibile, & quodammodo eſt incorruptibile, quia ex parte illa, vnde multiplicātur phantaſmata, accidit corruptio, ſed ex parte intellectus

Intelligitur autem paradiſus localis & corporalis, in quo homo locatus eſt. Tres enim generales de paradiſo ſententiæ ſunt. Vna eorum qui corporaliter intelligi volunt tantum. Altera eorum qui ſpiritualiter tantum. Tertia eorū qui vtroque mō paradiſum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor, vt homo in paradiſo corporali ſit poſitus. Qui ab illo principio plātatus accipi poteſt, quo terram omnem remotis aquis herbas & ligna producere iuſſit. Qui & ſi præſentis eccleſiæ,

poſſibilis eſt incorruptibilitas. vnde ſequitur etiam ex hoc, ꝙ poſt corporum corruptionem nulla diuerſitas animarum remaneat. Sed hæc ratio oſtenditur eſſe friuola multipliciter. Primo, quia vt dictum eſt, ſpecies quæ eſt forma intellectus poſſibilis, nō eſt eadem numero in phātaſmate & in ſubiecto: ſed eſt ſimilitudo illius. vnde ſequitur, ꝙ intellectus nullo modo nobis coniungitur, & ſic per ipm non intelligamus. Secundo, quia coniunctio intellectus cum ſpecie intellecta, eſt per operationem intellectus pertinens ad perfectionem ſecundam. vnde impoſſibile eſt ꝙ mediante tali coniunctione acquiratur homini perfectio ſua prima: & eſſe ſubſtantiale, & ſic cum homo ex tali coniunctione ſit habens intellectum, vt dicunt, homo non eſſet homo in ſpecie determinata per hoc quòd eſt habens intellectum, quia illud medium, ſcilicet ſpecies intellecta, cum vtroque extremorum cōiungitur modo accidentis ad ſubiectum, ſcilicet cum virtute imaginatiua, & cum intellectu poſſibili, quod eſt contra Philoſophum in 8. Meta. vbi dicit, animam corpori nullo mediante vniri, nec etiam mediante ſcientia, vt Licophron dicebat, in quod [Tex. 16.] iſta poſitio redire videtur. Tertio, quia operatio non egreditur ab obiecto, ſed a potentia; non enim viſibile videt, ſed viſus, ſi ergo non coniungitur intellectus nobiſcum, niſi per hoc ꝙ ſpecies intellecta aliquo modo habet ſubiectum in nobis, ſequitur ꝙ hic homo ſcilicet Sor. non intelligat, ſed ꝙ intellectus ſeparatus intelligat ea quæ ipſe imaginatur, & plura alia abſurda nō difficile eſt adducere. Et ideo remotis omnibus prædictis erroribus, dico cum Auic. intellectum poſſibilem incipere quidem eſſe in corpore, ſed cum corpore non deficere, & in [De anima parte 5. c. 7.] diuerſis diuerſum eſſe, & multiplicari ſm̄ diuiſionē materiæ in diuerſis indiuiduis, ſicut alias formas ſubſtantiales, & ſuperaddo etiam intellectum agentem eſſe in diuerſis diuerſum: non enim videtur probabile ꝙ in anima rationali non ſit principiū aliquod quod naturalem operationem explere poſſit, quod ſequitur ſi ponatur vnus intellectus agens, ſiue dicatur Deus, vel intelligentia. Nec iterum dico hæc duo, ſcilicet intellectum agentem & poſſibilem eſſe vnam potentiam diuerſimode nominatam ſecundū diuerſas operationes, quia quæcūque actiones reducuntur in contraria principia, impoſſibile eſt eas reducere in eandem potentiam, propter quod memoria a ſenſu diſtinguitur, quia recipere ſpecies ſenſibilium quod eſt ſenſus, & tenere quod eſt memorię, reducuntur in cōtraria principia ēt **D** in corporibus, ſcilicet humidum & ſiccum. Cum ergo recipere ſpecies intellectas, quod eſt intellectus poſſibilis, & facere eas intelligibiles actu, quod eſt intellectus agentis non poſſint ſecundum idem conuenire: ſed recipere conuenit alicui ſecundum ꝙ eſt in potentia, & facere ſecundum quòd eſt in actu, impoſſibile eſt agentem & poſſibilem non eſſe diuerſas potentias. Sed quomodo poſſint radicari in vna ſubſtantia eſt difficile videre: non enim videtur ꝙ vni ſubſtantiæ poſſit conuenire eſſe in potentia reſpectu omnium formarum intelligibilium, quod eſt intellectus poſſibilis, & eſſe actu reſpectu omnium illarum, quod eſt intellectus agentis, aliàs non poſſet facere omnes formas intelligibiles, cum nihil agat, niſi ſecundum ꝙ eſt in actu. Sed tamen ſciendum ꝙ non eſt inconueniens aliqua duo eſſe, quorum vtrumque ſecundum diuerſa eſt in potentia reſpectu alterius, ſicut ignis eſt in potentia frigidus, quod actu aquæ cōuenit, & aqua eſt in potentia calida, quod actu eſt in igne. vnde agunt & patiuntur adinuicem. Similiter dico ꝙ ſe habet res ſen- **E** ſibilis ad animam intellectiuam: res enim ſenſibilis eſt potentia intelligibilis; & actu naturam diſtinctam habens: in anima vero eſt actu lumen intellectuale, ſed determinatio cognitionis reſpectu huius, vel illius naturæ, eſt in potentia, ſicut pupilla eſt in potentia reſpectu huius, vel illius coloris: & ideo anima virtutem habet per quam facit ſpecies ſenſibiles eſſe intelligibiles actu, quæ eſt intellectus agens, & habet virtutem per quam eſt in potentia, vt efficiatur in actu determinatę cognitionis a ſpecie rei ſenſibilis, facta intelligibilis actu, & hæc virtus vel potētia dicitur intellectus poſſibilis, & harum duarū virtutum operationes ſequitur omne noſtrum intelligere, tam principiorū quàm concluſionum. vnde apparet, falſum eſſe quod quidam dicunt, habitum principiorum eſſe intellectum agentem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ intellectus non negatur eſſe forma materialis quin det eſſe materiæ ſicut forma ſubſtantialis quantum ad eſſe primum, & ideo oportet ꝙ ad diuiſionem

ſionem materiæ quæ cauſat diuerſa indiuidua ſequatur etiam multiplicatio intellectus, ideſt animæ intellectiuæ. Sed dicitur immaterialis reſpectu actus ſecundi qui eſt operatio, quia intelligere non expletur mediante organo corporali: & hoc cõtingit, quia ab eſſentia animæ non exit operatio, niſi mediante virtute eius, vel potentia: vnde cum habeat quaſdã virtutes quæ non ſunt actus aliquorum organorum corporis, oportet ꝙ quædam operationes animæ ſint non mediante corpore.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quandocunque coniungũtur duo, quorum vnus eſt potentius altero & trahit ad ſe illud, habet aliquam virtutem præter illud quod ſibi ſubijcitur, vt patet in flamma, quia ignis vincens vaporem cui coniungitur, habet virtutem illuminandi, vltra quam poſſit ſe extendere actio vaporis incenſi calefaciendo. Cum ergo in coniunctione formæ ad materiam, forma inueniatur dominãs, quanto forma eſt nobilior & magis vincens materiam, tanto magis poterit habere virtutem præter conditionem materiæ. vnde quædam corpora miſta, præter virtutes qualitatum actiuarum & paſſiuarum quæ tenent ſe ex parte materiæ, habent quaſdam virtutes quæ conſequuntur ſpeciem, vt ꝙ magnes attrahit ferrum, & magis hoc inuenitur in plantis, vt patet in augmento quod terminatur per virtutem animæ, quod nõ poſ-
Tex. 40. 41 ſet eſſe per virtutem ignis, vt dicitur 2. de Anima, & hoc adhuc inuenitur plus in animalibus, quia ſentire omnino eſt ſupra virtutem qualitatum elementarium, & perfectiſſime in anima rationali, quæ eſt nobiliſſima formarum, & ideo ipſa habet quaſdam virtutes, in quibus nullo modo communicat corpus, & quaſdam in quibus communicat.

Loco, vt ſupra. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſecundum Auic. ſpecies intellecta poteſt dupliciter conſiderari. aut ſecundum eſſe quod habet in intellectu, & ſic habet eſſe ſingulare, aut ſecundum ꝙ eſt ſimilitudo talis rei intellectę, prout ducit in cognitionem eius, & ex hac parte habet vlitatẽ, q̃a nõ eſt ſimilitudo huius rei ſm ꝙ hæc res eſt, ſed ſecundum naturam in qua cum alijs ſuæ ſpeciei conuenit: nec oportet omne ſingulare eſſe intelligibile tantum in potentia, ſicut patet de ſubſtantijs ſeparatis, ſed in alijs quæ indiuiduantur per materiam, ſicut ſunt corporalia, ſed ſpecies illæ indiuiduantur per indiuiduationem intellectus, vnde non perdunt eſſe intelligibile in actu, ſicut intelligo me intelligere, quàmuis ipſum meum intelligere ſit quædã operatio ſingularis. patet etiam per ſe, ꝙ ſecundum inconueniens non ſequitur, quia alius indiuiduationis modus eſt per intellectũ & per materiam primam.

Com. 5. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut Com. etiam dicit in 3. de Anima. illud quod eſt receptiuum aliquorum, nõ oportet ꝙ ſit priuatum qualibet natura determinata: ſed quòd ſit denudatũ a natura receptorum, ſicut pupilla a natura colorum, & ideo intellectum poſſibilem neceſſe eſt habere naturam determinatam, ſed ante intelligere, quod eſt per receptionem ſpeciei, non habet in natura ſua aliquid eorum quæ a ſenſibilibus recipit. & hoc eſt quod dicitur, ꝙ nihil eſt eorum quæ ſunt.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quàmuis anima non habeat materiam, partem ſui ex qua ſit, habet tamen materiam in qua eſt, cuius perfectio eſt, ad cuius diuiſionem multiplicatur ſecũdum numerũ & non ſm ſpẽm. ſecus aũt eſt in illis ſubſtantijs imateriali bus, quæ non habent etiam materiam cuius ſint formæ, q̃a in eis nulla materialis multiplicatio eſſe poteſt, ſed tantum formalis, quæ diuerſitatem ſpeciei inducit.

ARTICVLVS II.

*Vtrum animæ fuerint creatæ extra corpora.*

1. q. 90. art. 4. 2. contra ca. 83. pot. q. 3. 10. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ animæ fuerint creatæ extra corpora. Gen. 2. dicitur, ꝙ die 7. requieuit Deus ab omni opere quod patrauit. i. ceſſauit aliquod opus nouum facere, ſed nouum opus eſt quod nec in ſe vnquã fuit, nec in materia præceſſit. cum ergo anima immaterialis ſit, & non poſſit dici ꝙ ſm materiam præceſſerit in operibus ſex dierum, videtur ꝙ ipſa in ſe præceſſerit, alias Deus nouũ opus faceret in animæ creatione. ergo videtur quòd animæ extra corpora creatæ fuerunt, cum corpora ſingularium ab initio non fuerint.

vel futuræ typum tenet, ad literam tamen intelligendum eſt eſſe locum ameniſsimum, fructuoſis arboribus magnum, & magno fonte fęcundum. Quod autem dicimus a principio, antiqua tranſlatio dicit, ad orientem. Vnde volunt quidam in orientali parte eſſe paradiſum longo interiacente ſpatio, vel maris, vel terræ a regionibus quas incolunt homines, ſecretum, & in alto ſitum vſque ad lunarẽ circulum pertingẽtem, vnde nec aquę diluuij illuc peruenerunt.

F ¶ Si di. ꝙ quàmuis anima non pceſſerit in materia in operibus ſex dierum, præceſſit tamen quantum ad rationem ſeminalẽ.

¶ 2 Contra. ſi ratio ſeminalis animæ præceſſerit, oportet quòd in aliqua creatura præceſſerit, vel corporali, vel ſpirituali: ſed illud in quo eſt ratio ſeminalis alicuius rei eſt effectiuum eius. vñ Philoſophus in 2. Phyſ. ponit ſemen in genere cauſæ efficiẽtis. ergo vel angelus eſſet factor animæ, vt Philoſophi qdam poſuerunt, quod falſum eſt, vel aliqua creatura corporalis, quod eſt magis falſum. ergo & primũ, eſt impoſſibile. Tex. 31.

G ¶ 3 Præt. Opus creationis præcedit diſtinctionem & ornatum: ſed anima educitur in eſſe per creationem. ergo nõ incipit eſſe poſt opera ſex dierum, in quibus res diſtinctæ & ornatæ ſunt, & ſic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Omne illud quod non dependet ab altero ſecundũ ſuum eſſe, poteſt incipere non incipiente illo: ſed anima rationalis non dependet ex corpore ſecundum ſuum eſſe, cum deſtructo corpore remaneat. ergo non videtur incõueniens ponere animas extra corpus creatas.

¶ 5 Præt. Anima & angelus conueniunt in natura intellectuali. cum ergo naturæ intellectualis conditio ſit immaterialitas: videtur quòd ſicut angeli ex ſua creatione habent quòd corpori non vniuntur, quòd ſimiliter animæ rationales in ſua creatione corpori vnitę non ſint.

¶ 6 Præt. Magis pertinet ad perfectionem vniuerſi natura ſpiritualis quàm corporalis. Si ergo animæ rationales quotidie de
H nouo creentur, videtur quòd a principio vniuerſum perfectum non fuerit, & ꝙ quotidie eius perfectioni adijciat, cuius cõtrarium habetur Gen. 2. igitur perfecti ſunt cæli & terra &c.

SED CONTRA. Proprius actus eſt in propria potẽtia, ſed anima rationalis eſt proprius actus corporis. ergo videtur quòd non ſit niſi in corpore.

¶ Præt. Terminus motus nunquam præcedit motum, præcipue in generatione: ſed anima eſt terminus generationis humanę, ſicut quælibet alia ſubſtantialis forma rei generatę. ergo ante generationem corporis anima eſſe non potuit.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ quorundam antiquorum opinio fuit animas eſſe extra corpora a principio creatas, cuius erroris occaſio fuit, quòd animam corpori vniri poſuerũt quaſi accidentaliter, ſicut nautam naui, vel ſicut hominem indumento, vt de Platone Greg. niſſenus narrat. vnde dicebat hominem eſſe animam corpore indutam. Et ideo ẽt ſm Pythagoricos, de
I corpore in corpus tranſibat. Hoc autem Ariſt. reprobat oſtendens animam cum det eſſe ſubſtantiale & ſpecificum, in tali corpore habere eſſentialem habitudinem ad corpus, in tantum ꝙ anima quæ dat eſſe vni corpori, aliud perficere non poſſit. Similiter Auic. iſtum errorem reprobat ſatis efficaci ratione, ſuppoſita animæ immaterialitate. impoſſibile eſt enim diuerſitatem in numero ſub eadem ſpecie cauſari, niſi ex diuerſitate materię, quia ad diuerſitatem formalium principiorum ſequitur diuerſitas ſpecierum. ſi ergo anima, vt dictum eſt, non habeat materiã ex qua ſit, non poſſent plures animæ vnius ſpeciei eſſe diuerſę numero, niſi per diuerſitatem materiæ in qua ſunt. Vnde ſi ante corpus creatę fuiſſent, oportuiſſet eas, vel ẽe diuerſas in ſpecie, & ſic omnes homines ſpecie differre, ex diuerſitate formarum autem, ꝙ eſſet vna tantum in numero, & ſic rediret error tactus in præcedenti artic. Aug. tamen dicit 7. ſuper Gen. animam primi hominis creatam eſſe ante formationem corporis, quod tamen non aſſerit.

Plato, in Alcibiade de natura hominis. 1. de Aia, text. 53. & 2. de Anima, tex. 16. De Aia parte. 5. c. 4.

K ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pro tanto Deus dicitur ab opere 7. die ceſſaſſe, quia nihil poſtea fecit, quod non aliquo modo in primis operibus præceſſerit, vel ſecundum materiam & rõnem ſeminalem, ſicut corpora quæ de nouo generantur, vel ſecundum ſimilitudinem, ſicut animæ quæ de nouo creantur.

¶ Sciendum autem, ꝙ ſimilitudo animæ præceſſit etiam in opere creationis aliquo modo, cum omnia ſimul creata legantur, vt Eccle. 18. dicitur: ſed hæc ſimilitudo fuit in natura communi, in qua anima & angelus conueniunt. ſ. in intellectuali, præceſſit etiam in operibus ſex dierum, huius animæ quæ nunc creatur ſimilitudo in ſpecie, quia inter alia ſex dierum opera, etiam homo creatus eſt, rationali anima perfectus ſecũdũ alios ſanctos, quàmuis ſecundum Aug. 7. ſuper Gen. fuerit in illis ſex dieb' fact' hõ, quãtũ ad materiã & rõnẽ ſeminalẽ rõne corporis. rõne vero animæ, ipſa primi hominis anima fuerit in ſe facta.

¶ Et



¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum, quia concedimus ꝙ ratio ſeminalis aĩe, eius creationem in nulla creatura pręcedat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quædam creatio eſt quæ non præſupponit materiam, nec ex qua, nec in qua illud quod creatur fiat, & talis eſt creatio quæ diſtinctionem & ornatum præceſſit, ſed creatio animæ, quàmuis nõ ſit ex materia, tamen præexigit materiam in qua creatur, & q̃a illa materia non põt diſponi, vt efficiatur ppria, niſi per actionem naturæ, ideo talis creatio ſequitur diſtinctionem & ornatum ſecundum ꝙ principia actiua in natura conſtituta ſunt, vt prius dictum eſt.

De aĩa parte 1. ca. 12. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut Auic. dicit anima quàmuis non dependeat a corpore quantum ad ſuum eſſe, vel quantum ad ſuum finem, dependet tamen quodammodo quantum ad ſuum principium. cuius ratio eſt, quia cum vniuerſalia non habeant aliquod eſſe niſi in anima, oportet ꝙ quicquid in eſſe naturæ producitur, producatur ſecundum hoc ꝙ indiuiduatur. cum ergo anima eſſe indiuiduatum non poſſit habere, niſi ſm ꝙ coniungitur corpori vt forma eius, vt probatum eſt, oportet ꝙ non incipiat eſſe niſi in corpore, ſed tamen in corpore acquiritur ſibi eſſe abſolutum, non depreſſum, vel obligatum ad corpus, & ideo etiam poſt deſtructionem corporis manet ſecundũ ſuum eſſe indiuiduata, & diſtincta ab alia anima.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ anima & angelus in hoc conueniunt, ꝙ vtrumque eſt ſubſtantia ſubſiſtens, eſſe abſolutum habens, & ꝙ d materiam partem ſui non habent, ex quibus cõ-
D. 177. ſequitur intellectualitas in vtroque, in hoc tamen differunt, ꝙ cum natura angelica ſit ſublimior, & Deo propinquior, acquiritur ſibi eſſe altius, in cuius participatione nullo modo corpus adduci poteſt, ac p hoc nec angelus poteſt forma corporis eſſe, ſed animæ acquiritur eſſe inferius & minus nobile, in quo corpus ſibi vnitur, vt vnum ſit animæ eſſe & corporis, quod eſt eſſe coniuncti; & ideo eſt forma corporis & indiuiduatio ſua eſt ex vnione eius ad corpus. & de hoc etiam in 1. lib. diſtin. 8. habitum eſt.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd eſſentialis vniuerſi perfectio cõſiſtit in ſpeciebus. accidentalis vero in indiuiduis. cũ ergo multiplicatio animarum non ſit ſecundum diuerſam ſpeciem, ſed ſecundum numerum tantum, relinquitur quòd per hoc quòd multe animæ quotidie creantur, nihil ad eſſentialem vniuerſi perfectionem adiungitur, ſed ad accidentalem tantum, & hoc non eſt inconueniens.

## QVAESTIO III.

### Deinde quæritur de formatione hominis ex parte corporis.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. De qua natura corpus hominis compoſitum ſit.
Secundo. De loco corporali in quo poſitus eſt, ſcilicet in paradiſo.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum in compoſitione hominis ſit aliquid de natura corporis cæleſtis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in compoſitione corporis humani ſit aliqua pars de natura corporis cæleſtis. Eidem enim formæ debetur idem perfectibile, ſed forma corporis humani conuenit in natura intellectuali cum forma ſeparata quæ corpus cæli mouet. ergo videtur quòd aliquid de natura cæleſtis corporis in compoſitione humani corporis veniat.

¶ 2. Præt. Impoſſibile eſt contraria ad maximam æqualitatem venire, niſi per aliquid concilientur, ſed non poteſt contraria conciliare niſi quod eſt a contrarietate remotum, quale eſt inter corpora ſolum corpus cæleſte. ergo oportet ad compoſitionem corporis humani, in quo ad maximam æqualitatem elementa perueniũt, aliquid de natura corporis cæleſtis aduenire.

De aĩa, parte 3. c. 8. Et parte 5. c. 8. Text. 69. ¶ 3 Præt. Auic. dicit quòd ſpiritus qui per membra diffunduntur ſunt de natura lucis. hæc autem eſt natura quinti corporis. vnde etiam Philoſophus dicit in 2. de Anima, ꝙ lucidum & diaphanum inuenitur in inferioribus corporibus ſecundum ꝙ

De lignis paradiſi inter quæ erat lignum uitæ & lignum ſcientiæ boni & mali.

IN hoc autem paradiſo erant ligna diuerſi generis, inter quæ vnum erat quod vocatum eſt lignum vitæ, alterum vero lignum ſciẽtiæ boni & mali. Lignum vitæ dictum eſt, ſicut docet Beda & Strabus, quia diuinitus accepit hanc vim, vt qui ex eius fructu comederet, corpus eius ſtabili ſanitate & perpetua ſoliditate firmaretur, nec vlla infirmita-

A communicant cum ſuperiori corpore. ergo videtur ꝙ in corpore humano ſit aliquid de eſſentia corporis cæleſtis.

¶ 4 Præt. Sicut dicit Philoſophus de gene. animal. lib. 2. cap. 2. oportet quòd in ſemine ſit triplex calor, ſcilicet calor elementaris ſcilicet igneus, & cæleſtis, & vitalis qui eſt animæ, ſed accidentia indicant naturam, vt in 1. de anima dicitur. ergo videtur ꝙ præter naturam elemẽtarem ſit etiam in corpore hominis natura cæleſtis, & natura aĩæ. † Vbi ſupra.

¶ 5 Præt. Homo dicitur minor mundus, quia in eo omnium creaturarum
B naturæ concurrunt, ſed corpus cæleſte eſt maxima pars vniuerſi. ergo videtur ꝙ aliquid de natura illius corporis veniat in compoſitionem corporis humani.

SED CONTRA. Quicquid venit in compoſitioné corporis humani eſt aliquo modo perfectum ab anima, ſed quicqd incipit eſſe ſub aliqua forma ſubſtantiali, eſt generabile & corruptibile. anima vero ſubſtantialis forma eſt. cum ergo natura corporis cæleſtis ſit incorruptibilis & ingenerabilis, videtur ꝙ ad compoſitionem corporis humani non veniat.

¶ Præt. Vt in 1. cæ. & mun. Philoſophus dicit. idem eſt locus naturalis totius corporis, & partis eius, ſed locus corporis cæleſtis eſt ſupra elementa. ergo nihil de natura illius corporis poteſt hic eſſe niſi ſicut in loco innaturali & per motum violentum. illius autem corporis non poteſt eſſe violentus motus, cum motus eius circularis contrarium non habeat, vt in 1. cæ. & mun. probatur. cum tamen oporteat motum violentum naturali cõ- Texc. 18. Text. 20.
C trarium eſſe. ergo nihil de natura corporis cæleſtis ad compoſitionem hominis venit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ aliquid venire in compoſitionem alicuius contingit dupliciter. Aut per eſſentiam ſuam per modum principij materialis vel formalis, & ſic nullo modo aliquid de natura corporis cæleſtis venit in compoſitionem humani corporis, quia quòd plura corpora veniant ad conſtitutionem vnius, hoc non poteſt eſſe niſi tribus modis, vel per ſimplicem aggregationem, ſicut ex lapidibus fit aceruus, vel per cõpoſitionem quæ eſt cum ordine partium determinatę, & ligamẽto, ſicut ex lignis & lapidibus fit domus, vel per miſtionem, ſicut ex elementis efficitur miſtum. nullo autem iſtorum modorum poteſt aliqua pars corporis de natura cæleſtis corporis in compoſitioné humani corporis venire, quia in primis duobus modis, oportet vnamquanque partium eſſe diſtinctam ſm ſitum ab alia. non autem videmus hoc in compoſitione huma-
D ni corporis, ꝙ ſit ibi aliquid de natura corporis cæleſtis ab alijs, ſcilicet elementis ſecundum ſitum diſtinctum. In tertio autem modo oportet adeſſe alterationem componẽtium, quia miſtio eſt miſcibilium alteratorum vnio, vt in 1. de gene. dicitur. natura autem cęleſtis inalterabilis eſt. Alio autem modo venit aliquid in compoſitionem alicuius, per effectum virtutis ſuę, & hoc mõ natura corporis cæleſtis venit in cõpoſitioné corporis humani & omnium miſtorum corporum, quia nihil conſequitẽ formam ſubſtantialẽ, niſi per virtutem cæleſtem, eo ꝙ corpus cæli eſt primum alterans, cuius virtute omnes alterationes regulantur, & ad fines proprios perducuntur. Quidam tamen dicunt aliquid de natura corporis cæleſtis venire in compoſitione humani corporis eſſentialiter, quaſi concilians elemẽta, & hoc dicũt eſſe lucem, quam ponunt corpus eſſe. Sed hæc poſitio falſo fundamento innititur dum ponit lucem eſſe corpus,
E vt ſupra dictum eſt, quo remoto veritatem haberet quodammodo, quia vt ſupra dictum eſt virtutes corporum cæleſtium participantur ab inferioribus corporibus mediante luce, nec tamẽ adhuc eſſet de compoſitione humani corporis, corpus cæleſtis naturæ; quia illa lux non eſt forma ſubſtantialis corporis humani; ſed aliquo modo eſt cauſa eius, & de hoc ſupra dictum eſt diſt. 13.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima quæ mouet corpus humanum non eſt eiuſdem ſpeciei cum natura quæ mouet corpus cæleſte, quàmuis ſit ſimillima ſibi inter omnes formas naturales. vnde non oportet quòd aliquid de cæleſti corpore ſit eſſentialiter pars humani corporis, ſed quòd humanũ corpus maxime cælo ſimiletur, quod contingit in hoc ꝙ eſt tẽperatiſſimæ complexionis & maxime recedens a cõtrarietate, dum ad medium peruenit quod neutrum eſt contrariorum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ad illam elementorum conciliationem ſufficit effectus virtutis cæleſtis. vnde non oportet corp' cæleſte cõpoſitioné humani corporis eſſẽtialr̃ igredi.

¶ Ad

¶Ad tertium dicendum, ꝙ non oportet omne quod eſt lucidum, pertinere ad naturam quintę eſſentiæ, niſi per ſimilitudinem, & conuenientiam quandam. vnde quanto corpus fuerit nobilius, tanto magis participat proprietates eius. vnde in igne eſt plus de luce quàm in aere, & ſic deinceps. non ergo intendit Aui. dicere ſpiritus eſſe de natura quintæ eſſentiæ, cũ poſt ipſe dicat ex quibuſdam cibis vel potibus ſubtiliores & clariores ſpiritus generari.

¶Ad quartum dicẽdũ, ꝙ in ſemine non eſt calor cæleſtis corporis, qui ſit in corpore cæleſti ſicut in ſubiecto. ſic enim ſequeretur corp⁹ cæleſte in ſemine eſſe, ſed quòd virtus corporis cæleſtis operatur in ſemine, ſicut virtus motoris primi relinquitur ĩ inſtrumento.

¶Ad quintum dicẽdum, ꝙ non omnia veniunt in compoſitione humani corporis per eſſentiã, ſed per ſimilitudinem & conuenientiam quandam, vt dicit Greg. quòd homo intelligit cum angelis, viuit cum arboribus, & ſic de alijs. (Homi. aſcẽſionis.)

te, vel ętatis imbecillitate in deterius, vel in occaſum laberet; lignum autem ſcientiæ boni & mali, non a natura hoc nomen accepit: ſed ab occaſione rei poſtea ſecutæ. Arbor enim illa non erat mala, ſed ſcientiæ boni & mali ideo dicta eſt, ꝙ poſt prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura, qua homo G experiẽdo diſceret, quid eẽt inter obedientiæ bonum & inobedientię malum. Non ergo de fructu qui naſceretur inde poſitum eſt illud nomen, ſed de rę trãſgreſſionem ſecuta. Cognouit enim homo prius quàm tangeret hoc lignum, bonum & malum, ſed bonum per prudentiã & experientiam, malum vero ꝑ prudentiam tãtum. Quod etiã ꝑ experientiam nouit vſurpato ligno vetito, quia per experiẽtiam mali didicit quid ſit inter bonũ obedientiæ & malum inobedientiæ. Si vero primi parentes obediẽtes eſſent, nec cõtra peccatum peccaſſent, non ideo tamen minus diceretur lignum ſcientiæ boni & mali, qa hoc ex eius tactu accideret ſi vſurparetur. A ligno ergo homo prohibitus eſt, quod malũ non erat, vt ipſa præcepti obſeruatio bonum illi eſſet, tranſgreſſio malum, nec melius conſideratur quantum malum ſit inobediẽtia, quàm hoc modo, cum ideo, ſcilicet reus factus eſſe homo intelligitur, qa ꝓhi-

ARTICVLVS II.

*b Vtrum paradiſus in quo fuit Adam poſſit eſſe locus corporalis.*

(1.q.102.arti.1.) AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd paradiſus de quo ſit hic mentio, locus corporalis eſſe non poſſit. Homo enim ab alijs animabus in re corporali non diſtinguitur, cum quibus vitam & ſenſum communicat, ſed in re ſpirituali. ſ. intellectu, cum ergo ab alijs animalibus in paradiſo dicatur diſtingui, quia alia animalia ibi poſita non fuerunt, videtur quòd paradiſus ſit locus tantum ſpiritualis.

¶2 Præt. Nullus locus terrenus eſt vſque ad lunarem globum pertingens, cum circa lunam ſit ignis maxime actiuus, & extranei corporis conſumptiuus, ſed in litera dicitur quòd pertingit paradiſus vſque ad lunarem globum. ergo videtur ꝙ nõ ſit locus terrenus, ſed ſpiritualis.

¶3 Præt. Philoſophi & hyſtoriagraphi inueniuntur de diuerſis terræ locis ſcripſiſſe, de hoc autem loco nullus vnquam ſcripſit ergo videtur probabile ꝙ non ſit locus corporalis.

(Li.2.de fid. ortho. c.9.) ¶4 Præt. Dam. dicit quòd fons vnde dicuntur egredi flumina paradiſi eſt ipſe oceanus: ſed oceanus circuit totam terram, & non aliquem locum determinatum: ergo videtur quòd nullus locus determinatus in terra ſit paradiſus.

¶5 Præt. Quatuor flumina q̃ ſcriptura commemorat de paradiſo egredi, ex diuerſis fontibus emanant. Cum ergo ſcriptura de vno fonte qui in paradiſo eſt, dicat horum fluminum eẽ originem, videtur ꝙ non poſſit intelligi de fonte & fluminibus corporalibus, nec alia quæ de paradiſo dicuntur.

¶6 Præt. Lignum vitæ eſt ſapientia, vt dicitur Prouerb. 13. Cum igitur ſapientia non ſit quid corporale, videtur quòd nec hæc nec alia quæ de paradiſo dicuntur, corporaliter accipienda ſint.

¶7 Præt. Id quod debetur homini damnato non conuenit ꝓprie naturæ inſtitutæ, ſed agricultura data eſt in pœnam homini damnato Gene. 3. In ſudore vultus tui &c. ergo videtur ꝙ non niſi miſticè dictum ſit, hominem in paradiſo poſitum, vt operaretur illum.

¶8 Præt. Vbi nullus inuaſor timetur non eſt neceſſaria cuſtodia, ſed nullus paradiſum inuadere poterat. ergo non poteſt propriè intelligi hominem in paradiſo poſitum ad cuſtodiendum illum.

SED CONTRA eſt quod in litera determinatur, & communis eccleſię traditio tenet.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ Origen. poſuit paradiſum non eſſe locum aliquem corporalem, ſed omnia quæ de paradiſo dicuntur, allegorice de paradiſo ſpirituali interpretanda eſſe, quod pro errore reprobat Epiphanius cypri epiſcopus in quadam epiſtola per Hiero. tranſlata. vnde ſimpliciter concedendum eſt, pardiſum locum quemdam corporalem eſſe in determinata parte terræ ſic ſitum, temperatiſſimum & amenũ, vt homo nullis perturbationibus impeditus, ſpiritualibus delitijs quiete frueretur. Hunc autem locum extimant ſub æquinoctiali eſſe verſus partem orientalẽ, eo ꝙ quidã Philoſophi locũ illũ tẽperatiſſimũ aſſerũt, ex quo ẽt loco Nil⁹ vn⁹ de quatuor fluminibus paradiſi fluere videtur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ẽt in virtute ſenſitiua homo alia animalia excedit, quia etiã melioris tactus eſt, & magis vigẽt in eo inferiores ſenſus, vt per eos operatio intellectus melius compleri poſſit, & ideo etiã vt quietius operationi intellectuali vacaret, locum tranquillum ſeorſum ab alijs animalibus accepit, non enim probabile eſt illuc alia animalia peruenire potuiſſe ex ſeipſis, niſi aut virtute diuina ad tẽpus, vt quando adducta ſunt animalia ad Adam vt videret qd vocaret ea, vt legitur Gene. 2. niſi forte hoc per interiorem reuelationem factum exponatur, vel etiam operatione dæmonis, vt patet de ſerpente. († Aug. 8. li. ſuper Gen. c.13.)

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ non poteſt intelligi paradiſus terreſtris vſque ad lunarem globum ſe extendere ſecundum ſitum, ſed ſecundum quandam ſimilitudinem propter temperantiã & incorruptionem quæ loco illi debebat, & habitatoribus eius, a luna vero & ſupra neq; contrarietas neq; corruptio eſt.

¶Ad tertium dicendum, quòd locus ille, vt in litera dicitur, eſt ſemotus etiam a noſtra habitatione aliquibus impedimentis, vt adiri non poſſit, vel motibus, vel aquis, vel etiam aeris intemperie in loco intermedio, & ideo eius notitia haberi nõ potuit niſi per reuelationem ſcripturæ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ primum principium illorum fluminum ſicut & cæterarum aquarum eſt oceanus, ſed principiũ I proximum eſt fons ille qui in illa parte terræ ſurgit.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut contingit in quibuſdam fluminibus, vt fontes a quibus originem habent, ſub terram intrẽt poſtquam per aliquod ſpatium fluxerunt, & iterum in alijs locis erumpant, ita etiam dicit Aug. 8. ſuper Gen. hoc in illis fluminib⁹ cõtingere ꝙ primũ principiũ eorũ eſt fons paradiſi, qui in aliquo loco nobis ignoto terrã ſubintrant, & deinde in alijs locis aqua illa erumpit, vbi vr̃ illorum fluminũ eſſe principiũ. (Cap. 7.)

¶Ad ſextum dicendum, ꝙ ſicut per Hieruſalem ſignificatur præſens eccleſia, & etiam cæleſtis patria, & tamen ad literam Hieruſalem ciuitas quędam fuit, ita etiam quàmuis per lignũ vitæ ſapientia ſignificetur, non remouetur quin lignum vitæ arbor quædam ad literam intelligatur.

¶Ad ſeptimum dicendum, ꝙ in ſtatu innocentiæ non fuiſſet agricultura laborioſa, ſicut eſt in ſtatu peccati, ſed delectabilis K ex conſideratione diuinæ prouidentiæ & naturalis virtutis.

¶Ad octauum dicendum, ꝙ homo eſt poſitus in paradiſo ad cuſtodiendum ipſum ſibi, non contra aliquem inuaſorem, ne ſcilicet per peccatum ipſum amitteret.

¶Vel dicendum, quòd hoc non ſic intelligendum eſt quaſi homo debeat operari paradiſum, vel cuſtodire, ſed ideo poſitus eſt in paradiſo, vt Deus ibi operaretur hominem & cuſtodiret eum. ſicut enim homo operatur terram, vt faciat eam fructiferam, ſic Deus operatur hominem, vt iuſtus ſit: & cuſtodit eũ, quia ſine eius adiutorio tutus eſſe non poteſt, vt dicit Aug. 8. ſuper Geneſ. (Ca.20.&7. c.5.&21.)

EXPOSITIO TEXTVS.

ANimã cũ angelis ſine corpore fuiſſe creatã. Hæc poſitio vr̃ irrationalis, quia eorũ quæ ſunt vnius ſpeciei eſt ẽt vnus modus originis. vnde ſi aliæ animæ in corpore creantur, non põt rationabiliter ſuſtineri ꝙ aĩa primi hominis extra corpus creata ſit, quàmuis Aug. ſine aſſer-



tione hoc dicat. 7. ſuper Geneſ. Deus aut natura eſt quod facit. A Ipſe enim per naturam ſuam omnipotens eſt, etiam ipſe naturarum inſtitutor & conditor eſt. ſicut. n. ex operatione hominis formæ artificiales proueniunt, ita etiam ab intellectu Dei formæ naturales profluxere. vnde id quod ab eo ſit, naturæ rõnem habet. Si autem ibi aũr futura ſũt &c. Hui⁹ ratio eſt, quia cauſæ inferiores impediri poſſunt, vt nõ omne contingat quod in eis futurũ eſt, ſed ſcientia Dei falli non poteſt, & ideo non poteſt eſſe vt ipſe ſciat aliquid futurum quod non ſit. Vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerunt &c. Hæc nõ tantum fuit propter loci altitudinem q̃ propter loci puritatem qui purgatione non indigebat.

bitus rem tetigit, quã ſi nõ prohibitus tetigiſſet nõ peccaſſet, nec pœnam ſenſiſſet, ſi enim venenoſam herbam prohibitus tetigeris, pœna ſequitur, & ſi nemo ꝓhibuiſſet, ſimiliter ſequęretur. Si etiam prohibetur res tangi, quæ non tangenti tantum, ſed prohibenti obeſt, ſicut aliena pecunia, ideo prohi B bitum eſt peccatum, quia ꝓhibenti eſt damnoſum. Cum vero tangitur quod nec tangenti obeſt ſi non prohibetur, nec cuilibet ſi tangatur, ideo prohibetur, vt per ſe bonum obediẽtiæ, malũ inobediẽtiæ mõſtret. Sicut primus hõ a re bona ꝓhibitus, pœnam incurrit, vt nõ ex re mala, ſed ex inobediẽtia pœna eſſe monſtretur; ſicut ex obedientia palma.

DISTINCTIO XVIII.

A

IN eodẽ quoq; paradiſo mulierem formauit Deus de ſubſtãtia viri, ſicut poſt plãtatum paradiſum hoĩemq; ĩ eo poſitũ, & poſt vniuerſa aĩalia ad eũ ducta, ſuiſq; nominibus deſignata, ſubnectit

DISTINCTIO XVIII.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit originem hominis ex parte ipſius viri. hic determinat de origine mulieris. Et diuiditur in duas partes. In prima de origine ipſius ſecundum corpus. In ſecũda de origine ipſius C ſecũdum animam. ibi {Quemadmodum mulieris corpus &c.} Prima in duas. In prima oſtendit modum productionis mulieris ex parte corporis. In ſecunda inquirit ꝓducti corporis principium. ibi {Solet etiam quæri vtrum de coſta illa &c.

¶Circa primum duo facit. Primo, proponit modum originis. Secundo, aſſignat propoſitorum cauſas. Vbi primo oſtendit quare de viro formata ſit mulier. ibi {Hic attendendũ eſt &c.} Secundo, quare de tali parte. ibi {Cum autem his de cauſis.} Tertio, quare de viro dormiente. ibi {Non ſine cauſa quoq;.} {Solet etiam quæri &c.} Hic inquirit principia producti corporis. Et primo inquirit principium materiale. Secundo principium actiuum. ibi {Illud etiam ſciri oportet.} Vbi primo inquirit vtrum corpus mulieris productum fuerit per actionem angeli. Secundo, vtrum per actionem naturæ. ibi {Sed quærit an ratio quam Deus.} Et circa hoc duo facit. Primo, præmittit quædam neceſſaria ad ſolutionis manifeſtationem. Secundo, D quæſtionis ſolutionem proſequitur. ibi {Omnium rerum &c.} {Queãdmodum mulieris corpus &c.} Hic inquirit modũ originis mulieris ex parte animæ, vbi excludit duas hæreſes & aſtruit veritatem catholicam, vt per ſe patet in litera.

*QVAESTIO PRIMA.*

A

Hic eſt duplex quęſtio.

Prima. De productione mulieris ex parte corporis.
Secunda. De origine animæ.

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum corpus mulieris de coſta viri factũ fuerit, & quia dicitur hoc non fuiſſe factum actiuè per rationes ſeminales, ſed primordiales.
Secundo. Queritur de differentia harum rationum. Et quia ea quæ præter rationes ſeminales fiunt, dicuntur in litera miraculoſè fieri.
Tertio. Queritur cuiuſmodi opera debeant dici miracula.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum corpus mulieris debuerit fieri de coſta uiri.*

(i.q.92.ar.3.) AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃, ꝙ corpus mulieris de coſta viri fieri non debuit. diſtinctio. n. ſexus cõis eſt hoĩ & alijs aĩalibus, ſed in alijs aĩalibus mas & fęmina ſimul ꝓducta ſunt, & neutrũ ab altero ſumptũ. ergo videtur ꝙ nec fęmina hominis de viro ſumi debuit.

¶2 Prçt. Materia nõ põt trãſmutari de parua quãtitate in magnã, niſi vel ꝑ rarefactionẽ, ſicut ex vno pugilllo aquę gñanť decẽ aeris, vel ꝑ alteri⁹ additionẽ. Vñ dicit Aug. 10 ſup Gen. quid eſt abſurdi⁹ q̃ vllũ eſſe corp⁹ manẽte naturæ ſuæ q̃titate. i. ſine A additione, quod vndiq; creſcat niſi rareſcat, ſed nõ potuit eẽ, vt ꝑ rarefactionẽ vna coſta in quantitatẽ mulieris excreſceret, qa inueniret corp⁹ mulieris ẽt ipſo aere rarius. ergo oportebit hoc ꝑ additionẽ exterioris fieri, qđ oportuit multo amplius eſſe q̃ coſtã ipſam. cũ ergo vnũquodq; denoĩandũ ſit a maiori parte, vr̃ ꝙ nõ dẽat dici ex coſta viri corp⁹ mulieris formatum.

¶3 Præt. Cum in opib⁹ diuinis nihil ſit ſuperfluũ, oportet ꝙ coſta illa de ꝑfectione corpis Adę fuerit, ſed ſubtracto eo quod ad ꝑfectionem rei pertinet, ſequitur diminutio; cum ergo omnis diminutio in reſurrectione reſtauretur; videtur quòd coſta illa in corpore Adæ reſurget. ſi ergo de coſta illa factum eſt corpus Euæ, videtur quòd Eua nõ reſurget quod eſt inconueniens. non ergo de coſta viri facta eſt mulier.

¶4 Præt. In corpore ſenſibili non poteſt eſſe diuiſio continui ſine dolore, ſed corpus Adę propter naturæ inſtitutę integritatem maxime ſenſibile fuit. ergo cum nullus dolor in ipſo prę cederet culpam, videtur quòd ex eius coſta mulier formata non ſit.

C ¶5 Præt. Vt dicit Auguſt. 2. ſuper Geneſ. in omnibus operibus creationis non quid Deus facere poſſit quæritur, ſed quid rerum natura patiatur. cum ergo naturalis modus propagationis mulieris non ſit de coſta viri, ſed ex ſemine, quia his quę ſunt eiuſdem ſpeciei debetur vnus modus originis, videtur ꝙ inconuenienter ex coſta viri mulier facta ponatur. (Ad lit. c.1.)

SED CONTRA. eſt quod dicit Boet. in lib. de conſol. neceſſe eſt quòd imperfectum a perfecto ſumat originem, ſed mulier eſt vir imperfectus ſiue occaſionatus, vt in 16. de animalibus Philoſophus dicit. ergo congruum fuit, vt de corpore viri corpus mulieris ſumeretur. (Li.3.pſ.10. Et lib. 2. de gen. aĩal. c.3.)

¶Præt. Primum principium & finis in idem reducuntur. vnde idem ponimus, vniuerſitatis finem & principium, ſed mulier propter virum facta eſt, quia in adiutorium viri facta legitur Gen. 2. ergo congruum fuit, vt etiam vir mulieris eſſet principium, & ſic idem quod prius.

D RESPONDEO, Dicendum, quòd apud catholicos dubium eſſe non debet quin mulier de coſta viri formata fuerit, quàmuis iudei de hoc multa fabulentur, non enim magis rationi reſiſtit, vel diuinæ potentiæ mulierem ex corpore viri ſummi, quàm corpus viri ex limo terræ formari, cum vtrumque a naturæ virtute ſeparatum ſit, modum tamen quo id factum eſt non omnes ſimiliter aſſignant. Quidam enim vt Magiſter in litera, & Hugo de ſancto Victore volunt ex coſta viri ſine alicuius exterioris additione, vel nouæ materiæ creatione corpus mulieris formatum fuiſſe. (Li. de ſacra. lib.1. par.6. c.36.) Hoc autem non videtur intelligibile. ſi enim per multiplicationem materiæ hoc factum dicant, oportet multiplicationem hanc, aut ſecundum quantitatem tantum attendi, aut ſecundum eſſentiam materiæ. Si primo modo, ſic oportet vt eadem materia numero quæ fuit primo ſub paruis dimen-E ſionibus, poſtmodum maiores dimenſiones recipiat. Hoc autem idem eſt quod rarefieri, vt ex 4. Phyſico. patet, & ita ſequeretur corpus mulieris ex coſta viri per modum rarefactionis eſſe formatum, quod expreſſe impoſſibile eſt. (Conte. 35. vſque 42.) Si vero multiplicatio eſſentiam materiæ attingat, cum nihil aliud ſit multiplicari quàm aliquid fieri quod prius non erat, oportet quòd aliquid materiæ ſit ſub forma corporis mulieris, quod prius ſub forma coſtæ non erat. Hoc autem aliter eſſe non poteſt niſi vel per cõuerſionem alterius corporis in corpus mulieris, cuius materia ſub forma eius remaneat. vel per hoc quòd aliquid materiæ ſit de nouo creatum, & ita oportet quòd per additionem alicuius materiæ, vel de nouo creatæ vel ſub forma alterius corporis præexiſtentis, ex coſta viri corpus mulieris formatum ſit, & ſic etiam panum multiplicatio intelligi poteſt. verius tamen videtur quòd per ᵈ additionem materiæ præexiſtentis hoc factum fuerit, cum omnia ſimul fuiſſe creata ad minus in materia, ſancti communiter tradant. (D.968.)

Cap. 1. ¶ Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ vt dicit Philoſ. in 1. Aeconom. mas & fęmina in hominibus coniunguntur, non ſolum pp prolis generationem ſicut in alijs animalibus, ſed etiam pp communicationem operum in vita communi, vt ſic ſibi ſufficiant adinuicem propria opera conferentes. vnde apparet diuerſa eſſe opera viri & mulieris, quia ergo in communicatione vitæ & regimine domus, vir caput eſt mulieris, iõ mas in hominibus magis habet ratione principij reſpectu fęminæ, quàm in alijs animalibus. & propter hoc, magis decuit fęminam hominis ex viro ſumi q̃ in alijs animalibus.

¶ Et præterea in litera aſſignãtur duæ rationes quæ per ſe patent.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ per additionem rei exterioris, ex coſta, corpus mulieris factum eſt, nec tamen oportet, ꝙ ex illo adiecto, corpus mulieris factum dicatur, & ſi ſit amplius in quantitate, quia illud adiectum nõ venit in materiam mulieris, niſi mediante coſta, ſicut etiam [d] menſtruum materia embrionis dicitur, quàmuis oporteat etiã ex cibis conuerſis corpus embrionis maiorem quãtitatem aſſumere, ſicut etiam aqua in ſanguinem Chriſti tranſfertur mediante vino, etiam ſi eſſet maior quantitas aquæ, dummodo virtute potentioris vini, natura aquæ abſorberi poſſit. D. 868.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ aliquid dicitur eſſe de perfectione alicuius dupliciter, vel quia eſt neceſſarium ad eſſe indiuidui, & ſic coſta illa non erat de perfectione corporis Adæ, aut quia eſt neceſſarium ad conſeruationem ſpeciei, ſicut ſemen in 15. de animalibus, dicitur eſſe ſuperfluum reſpectu indiuidui, quo tamen indigetur ad ſpeciei conſeruationem. & hoc modo coſta fuit dę perfectione corporis Adæ, inquantum Adam eat principium humani gñis. ex quo patet ꝙ coſta [d] illa reſurget in Eua & non in Adam cum ſit de perfectione corporis Euę, etiam quã tum ad eſſe indiuidui, & ita magis ad ipſam pertineat. Et 1. de gen. ani. a c. 19. vſque in fi. D. 406.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud quod ordinatum eſt ad confirmationem ſpeciei, non ſolum ſine dolore, ſed etiam cum delectatione reſcinditur, & ita non oportet quòd in ſeparatione illius coſtę, dolorem ſenſerit.

¶ Vel dicendum, vt Magiſter dicit hoc diuina virtute & miraculoſe factum, vt dolorem vulneris non ſentiret.

D. 893. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ inſtitutio [d] rerum naturalium, poteſt conſiderari dupliciter. vel quantum ad modum fiendi, vel quantum ad proprietates conſequentes res inſtitutas. Modus quidem fiendi naturalis eſſe non potuit, cum non præceſſerint aliqua principia naturalia, quorum actiones & paſſiones ſufficerent ad effectus naturaliter producendos, & ideo oportuit per virtutem ſupernaturalem prima principia in naturis conſtituere, vt corpus hominis formaretur ex terra, & corpus mulieris ex coſta, & ſic de alijs: ſed proprietates conſequentes naturas inſtitutas non debent miraculo attribui, vt quòd aquæ miraculoſæ ſuper cælos conſiſtant.

## Articvlvs. II.

*b Vtrum Deus conuenienter indiderit materiæ rationes ſeminales.*

1. q. 115. ar. 2. Et veri. q. 5. ar. 9. Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ inconueniẽ ter dicatur rõnes ſeminales materiæ Deus indidiſſe. quod enim recipitur in materia ſenſibili, eſt in ea per eſſe naturæ & non per eſſe intentionis, quia materia cognoſcitiua non eſt formarũ quas recipit, ſed per eas in eẽ ſpecifico pficit; ſed rõ nõ nominat formam ẽm eſſe naturæ, ſed per modũ intentionis. ergo virtutes rebus ſenſibilibus inditę rationes dici nõ debent.

Cõtext. 31. ¶ 2 Præt. Semen, vt ex 2. Phyſic. habetur, principium actiuum nominat; potentia autem materiæ non eſt actiua, ſed paſſiua, cum nihil agat niſi ſecundum ꝙ eſt in actu. ergo ratio ſeminalis materiæ attributa non eſt,

ſcriptura. Immiſit Deus ſoporem in Adam. Cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis ei⁹ & formauit eam in mulierem. Hic attendendum eſt quare nõ creauit ſimul virum & mulierẽ ſicut angelos, ſed prius virum, deinde mulierem de viro, ideo ſ. vt vnũ eſſet humani gñis principium, quatenus in hoc & ſuperbia diaboli cõfunderet̃, & hominis humilitas Dei ſimilitudine ſublimaretur: diabolus quippe aliud a Deo principiũ eſſe concupierat, ideoque vt eius ſuperbia retũderetur, hoc homo in munere accepit, qđ diabolus peruerſe rapere voluit, ſed obtinere non potuit, & per hoc imago Dei in homine apparuit. Quia ſicut Deus omnibus rebus exiſtit principiũ creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiã ex vno homine oẽs eſſe voluit Deus, vt dum cognoſcerẽt ſe ab vno eſſe, oẽs ſe quaſi vnũ amarent.

G *Quare de latere viri & non de alia corporis parte formata ſit.*

Cvm autem his de cauſis facta ſit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, ſed de latere eius formata eſt, oſtenderetur, quia in conſortium creabatur dilectionis, ne forte, ſi fuiſſet de capite viri facta, viro ad dominationem

F ¶ 3 Præt. Quod eſt in aliquo, nõ producitur ab eo niſi per modum exitus. ſi ergo omnium rerũ ſemina Deus in natura prius poſuit, vr̃ ꝙ gñatio rerum ſit per exitum vnius rei ab alia, & ſic redibit error Anaxagore, qui poſuit quodlibet eſſe in quolibet, & nihil pure eſſe hoc vel illud, vt os vel caro, ſed vnumquodq; nominari ex prædominante, quod in 1. Phyſi. improbatur. a cõtex. 33. vſq; 40.

¶ 4 Præt. Ad generationem rerum naturalium non tantũ ſunt neceſſariæ virtutes actiuæ, ſed etiã paſſiuæ. cum ergo in ſeminalibus rationibus virtutes paſſiuæ non includantur, videtur quòd præter rationes ſeminales, etiam aliæ rationes rebus inditę debeãt dici.

† Auguſt. de Gen. ad lit. li 9. c. 13. ¶ 5 Præt. In natura inferiori effect⁹ nõ procedunt ex ſuis cauſis, vt ſemper, vel neceſſario, ſed vt frequenter. cum ergo in litera deſcribantur rationes ſeminales ſecundũ quas neceſſe eſt aliquid fieri, videtur quòd ad minus in natura inferiori rationes ſeminales poſitæ non ſint.

H Sed contra. quia vt dicit Greg. benedictio Dei dicitur bonorum eius collatio, & eorundem multiplicatio. cum ergo Deus legatur Gen. 1. ſua opera benedixiſſe, videtur quòd eis dederit virtutes, quibus fieret eorum multiplicatio. hoc autem importat ratio ſeminalis. ergo rationes ſeminales a Deo rebus inditæ ſunt. Et Ambro. de benedic. patriarcha. c. 2.

¶ Præt. Deuter. 32. dicitur. Dei perfecta ſunt opera. perfectum autem vnumquodque eſt, vt in 4. Metheor. dicitur, quando poteſt alterum tale producere, quale ipſum eſt. ergo virtutes quibus hoc fieri poſſit, rebus attributę ſunt, & hæ ſunt rationales ſeminales. ergo &c. Cap. 3.

Respondeo, Dicendum, ꝙ emanatio creaturarum a Deo eſt ſicut exitus artificiatorum ab artifice. vnde ſicut ab arte artificis effluunt formæ artificiales in materia, ita ẽt ab ideis in mente diuina exiſtentibus, fluunt oẽs formæ & virtutes naturales. Sed quia vt Dion. dicit in 2. ca. de diui. no. ea quæ ſunt creatorum abundanter præinſunt cauſis formæ receptæ in materia, non adequant virtutes, vel artem increatam a qua procedunt. vnde apud artificem remanet ex arte ſua virtus aliquid aliter operandi circa ipſa artificiata, quibus virtus artis alligata non eſt. & ſimiliter in virtute diuina eſt, vt aliquid rebus creatis addat, vel mutet, vel abſtrahat. in duobus autem differt operatio Dei ab operatione artificis. Primo, ex parte materiæ, quia cum artifex materiam non producat, ſed ex materia data operetur, potentiam materiæ non confert ad recipiendum formas quas materiæ indidit, nec inferre in materiam poteſt. Deus autem, qui totius rei auctor eſt non ſolum formas & virtutes naturales rebus contulit, ſed ẽt potentiam recipiendi illud quod ipſe in materia facere vult. Secundo, ex parte formæ, quia formæ quas inducit artifex nõ producunt ſibi ſimiles, quia lectus putreſcens non pullulat in lectum, ſed in plantam, vt ex 2. Phyſi. patet. formæ autem naturales ſibi ſimiles producere poſſunt, & ideo proprietatẽ ſeminis hñt, & ſeminales dici pñt. formæ autem rerum ẽm ꝙ in arte diuina exiſtunt, primordiales eſſe dicuntur, eo ꝙ ipſæ ſunt prima principia ſimpliciter rerum producendarum. potentia aũt q̃ rebus indita eſt ad ſuſcipiendum illud in ſe quod voluntas Dei diſponit, rationes obedientales a quibuſdam dñr, ẽm quas ineſt materiæ, vt fieri poſſit ex ea quod Deus vult. Ipſæ autem virtutes in materia poſitę per quas naturales effectus conſequũtur, rationes ſeminales dñr, ſed quid ſint ſecundum rem ſeminales rõnes, a diuerſis diuerſimode aſſignatur. quidam. n. dñt ꝙ forma ſpeciei non recipitur in materia niſi mediante forma gñis, adeo ꝙ eſt alia forma numero p quã ignis eſt ignis, & p quam ignis eſt corpus. illa ergo forma gñalis incõpleta, rõ ſeminalis dr̃, q̃a pp talem formam ineſt materiæ quædam inclinatio ad recipiendũ formas ſpecificas. Hoc aũt nõ vr̃ eſſe verũ, q̃a oĩs forma q̃ aduenit poſt aliquod eẽ ſubſtãtiale, eſt forma accñtalis. Si enim (I, Cõtext. 12., K in margine)



enim poſt eſſe in genere ſubſtantiæ conſtitutum aduenit. ergo ea recedente, adhuc remanet indiuiduum in genere ſubſtãtiæ, quod eſt contra rationem formæ ſubſtantialis, ſicut dicitur in 2. de Anima. Cõtex. 8.

¶ Et præterea cum omnis forma det aliquod eſſe, & impoſſibile ſit vnam rem habere duplex eſſe ſubſtantiale, oportet ꝙ ſi prima forma ſubſtantialis adueniens materię, det ſibi eſſe [d] ſubſtantiale, ꝙ ſecunda ſuperueniens det eſſe accidentale, & ideo non eſt alia forma qua ignis eſt ignis, & qua eſt corpus, vt Auicẽ. vult. Et ſi Com. dicat ĩ 2. Meta. genus non eẽ materiam, ſed formam mediam inter materiam & vltimã formam. hoc non dicitur ad ſignificãdũ ordinẽ formarũ ẽm rẽ, ſed ẽm rõnẽ, q̃a gen⁹ q̃uis ſignificet totũ, vt Aui. dicit ſignificat tñ vt ĩdiſtinctũ, & ita ppinq; ſe hẽt ad rõnẽ materię. D. 650. Suffic. li. 2. c. 3.

¶ Et præterea ſequeretur ꝙ res ſignata per genus, eſſet pars ſpẽi conſtitutę per formam ſuperadditam, & ita de ſpecie prædicari non poſſet. Nec etiam hoc conuenit ẽm intentionem Aug. q̃a ex virtute formæ generalis non neceſſario ſequitur forma ſpãlis. vnde non eſt talis virtus ẽm quam neceſſe ſit fieri, ſed ẽm quam fieri poteſt. Ideo alij dicunt ꝙ cum omnes formæ ẽm Philoſophum de potentia materiæ educãtur, oportet ipſas formas præexiſtere in materia incomplete, ſecundum quandam quaſi [d] inchoationem, & quia non ſunt in eſſe ſuo perfectę nõ habent perfectam virtutem agendi, ſed incompletam, & ideo non pñt per ſe exire in actus, niſi ſit agens exterius quod excitet formam incompletam ad agendum, vt ſic cooperetur agenti exteriori. aliter. n. non eſſet generatio mutatio naturalis, ſed violenta, quia vt in 3. Ethi. dicitur, violentum eſt cuius principium eſt extra, nil conferente vim paſſo. has ergo virtutes incõpletas in materia præexiſtentes, rõnes ſeminales dicũt, q̃a ſunt ẽm eſſe completum in materia: ſicut virtus formatiua in ſemine. Hoc aũt verum non vr̃, quia quàmuis formæ educantur de potentia materiæ, illa tñ potentia materiæ nõ eſt actiua, ſed [d] paſſiua tm̃. ſicut. n. vt Com. dicit in 8. Phyſ. in motu locali, oportet eſſe aliud moues & motum, ita etiam in motu alterationis, & ponit exemplum ꝙ qñ corpus naturaliter ſanatur, cor eſt ſanans & alia membra ſanata, & ideo ſicut in corporibus ſimplicibus non dicimus, ꝙ ſint mota ex ſe ẽm locum, quia ignis nõ poteſt diuidi in mouens & motum, ita ẽt non poteſt eſſe alteratum ex ſe, quaſi aliqua potentia exiſtens in materia aliquo mõ agat in ipſam materiam, in qua eſt, educendo eam in actum: ſed vtrumque contingit in animatis, quia ſunt mota ẽm locum ex ſe, & etiam alterata pp diſtinctionem organorum, vel partium, quarum vna eſt mouens & alterans, & alia mota & alterata, & ideo non hoc modo poteſt accipi virtus ſeminalis in alijs reb⁹, ſicut in habentibus animam, nec tamen ſequitur ſi in materia eſt potentia paſſiua tantum, quòd non ſit generatio naturalis, quia materia coadiuuat ad generationem non agendo, ſed inquantum eſt habilis ad recipiendum talem actionem, quæ etiã habilitas appetitus materiæ dicitur, & inchoatio formæ. Non enim eodem modo omnes motus naturales dicuntur, vt in 2. Phyſ. & in 1. cæ. & mun. Com. dicit, ſed quidam pp principiũ actiuum intus exiſtens, vt motus localis grauium & leuium, & quidam pp principium paſſiuum quod eſt ẽm potẽtiam ab agente naturali, natam in actum educi, vt in generatione & alteratione ſimplicium corporum, vnde & natura diuiditur ĩ materiam & formam, & ideo concedo ꝙ in materia nulla potẽtia actiua eſt, ſed pure paſſiua, & ꝙ rõnes ſeminales dñr virtutes actiuæ completę in natura cum proprijs paſſiuis, vt calor & frigus, & forma ignis, & virtus ſolis, & hmõi, & dñr ſeminales nõ pp eſſe imperfectum quod habeant ſicut virtus formatiua in ſemine, ſed q̃a rerum indiuiduis primo creatis hmõi virtutes collatę ſunt, per opera ſex dierũ, vt ex eis quaſi ex quibuſdam ſeminibus producerentur & multiplicarentur res naturales. (C, Degen. aĩa. li. 2. c. 3., D. 644., C. 1. & 3., D. 66. 851., Co. 3. in margine)

videretur præferenda, aut ſi de pedibus ad ſeruitutem ſubijciẽda. Quia ergo viro nec dña nec ancilla parabatur, ſed ſocia, nec de capite nec de pedibus, ſed de latere fuerat producenda: vt iuxta ſe ponendam cognoſceret, quam de ſuo latere ſumptam didiciſſet.

*Quare dormienti & non uigilanti uiro coſta ſubtracta eſt.*

Non ſine cã dormienti quoq; viro potius q̃ vigilãti detracta eſt coſta de qua mulier in adiutoriũ generationis viro eſt formata. ſ. vt nullam in eo ſenſiſſe pœnam monſtraretur, & diuine ſimul potentiæ opus mirabile oſtenderet̃, quę hoĩs dormiẽtis latus aperuit, nec eũ tñ a q̃ete ſoporis excitauit. In quo ẽt opere chr̃i ſacr̃m & eccleſiæ figuratũ eſt. Quia ſicut mulier de latere viri dormiẽtis formata ẽ, ita eccleſia ex ſacr̃is q̃ de latere chr̃i in cruce domientis pfluxerũt, B ſcilicet ſanguine & aqua, quibus redimimur a pœnis atque abluimur a culpis.

*a Quòd de illa coſta ſine additamento extriſeco facta fuerit per Dei potentiam ſicut quinque panes in ſe multiplicati ſunt.*

Solet etiam q̃ri vtrũ de coſta illa ſine adiectione rei extrinſecę facta

A ¶ Ad primvm ergo dicendum, ꝙ hmõi virtutes actiuæ in natura dicuntur rõnes non ꝙ ſint in materia per modum intẽtionis, ſed quia ab arte diuina producuntur, & manet in eis ordo & directio intellectus diuini, ſicut in re artificiata, manet directio artificis in finem determinatum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ rõnes ſeminales dicunt materiæ inditę nõ quia ſint intelligendæ p̃exiſtere in materia ante aduentum formæ completæ, quaſi pertinentes ad eſſentiam materiæ, vel ad rõnem eius ẽm ꝙ ẽ materia, ſed per modum quo etiam formæ completæ in materia eſſe dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Anaxagoras ponebat in aere ex quo generabat ignis, præexiſtere quaſdã partes ignis in actu latẽtes, per quarum exitum & congregationem, ignis generari videbatur. Hoc autẽ nos nõ ponimus, ſed quòd in materia C aeris præceſſit aptitudo ad formam ignis, & in igne generante virtus actiua per quam hæc aptitudo in actũ reducitur, & hoc non eſt inconueniens.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſub rõnibus ſeminalibus comprehenduntur tam virtutes actiuæ, q̃ etiam paſſiuæ quæ perfici poſſunt per agentia naturalia, ſicut & in generatione aĩalis ſemen extẽto noĩe dr̃ non ſolum ſperma, ſed etiã menſtruum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cõcurrentibus oĩbus cauſis naturalibus, ex quibus omnibus vna perfecta cã cõſtat, neceſſe eſt effectũ ſeq, niſi aliquid impediat. Et hoc modo loquitur Aug.

## Articvlvs III.

*c Vtrum ea quæ fiunt præter rationes ſeminales ſint miracula.*

D Ad tertivm ſic procedit̃. Videtur ꝙ ea quæ præter rõnes ſeminales fiunt, non omnia miracula ſint. In opus enĩ creationis virtus ſeminalis naturæ non poteſt, nec tñ opus creationis miraculoſum dicitur, quia miracula ſunt ad manifeſtationem gratiæ, vt in litera dicitur, ad quod creatio non eſt ordinata, ſed magis ad inſtitutionẽ naturæ. ergo vr̃ ꝙ nõ ſit rõ miraculi in hoc, ꝙ præter cauſas ſeminales aliquid fiat. 1. q 105. ar. 7.

¶ 2 Præt. Creatio animarum & iuſtificatio impiorum cum frequenter fiat, miraculoſa nõ eſt, quia miraculum eſt aliquod rarum & inſolitum, vt Augu. dicit, & tamen iſti effectus præter rationes ſeminales producuntur. ergo idem quod prius. Super Gen. ad lit. lib. 6. c. 14.

¶ 3 Præt. Reſurrectio mortuorum cum in ſpe fidelium ſit, miraculoſa non eſt, quia miraculum eſt præter ſpem admirantis apparens, vt Aug. dicit, & tamen reſurrectio mortuorum per naturam fieri non poteſt. ergo non omnia quæ præter virtutem naturæ fiunt, miracula dicuntur. Super Ioã. tract. 8.

¶ 4 Præt. Quædam quandoque fiunt præter rationes ſeminales, quæ facultatem naturæ non excedunt, ſicut ꝙ aqua conuertatur in vinum, vt factum legitur Ioã. 2. Sed miraculum eſt ſupra facultatem naturę apparens, vt Aug. dicit. ergo vr̃ ꝙ non omnia quæ præter rõnes ſeminales fiunt, miracula ſint. E, De ciui. lib. 10. c. 12.

¶ 5 Præt. Omnes virtutes actiuæ creaturis collatæ, rationes ſeminales dici poſſunt, ſed angeli & homines dicuntur miracula facere. ergo videtur quòd non omnia miracula præter rationes ſeminales fiunt.

¶ 6 Præt. Monſtra in natura contingunt, & præter intentionem naturæ agentis, non tamen miracula dicuntur. ergo non in hoc conſiſtit ratio miraculi, quod eſt præter rationes ſeminales fieri.

Sed contra. Illa opera miraculoſa dicimus, quæ in admirationem diuinæ virtutis inducunt, ſed mutare curſum ſolitum naturæ, non eſt niſi illius virtutis quæ naturam inſtituit. ergo ea proprie miracula dici debent, quæ præter virtutes actiuas in natura contingunt.

Prohe.
RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſicut ex verbis Philoſophi habetur in principio Meta. admiratio ex duobus cauſatur, ſcilicet ex hoc, quòd alicuius effectus cauſa occulta eſt, & ex eo ꝙ aliquid in re videtur per quod aliter eſſe deberet, vnde in hoc ꝙ eſt diametrum quadrati non poſſe commenſurari lateri, admiratio cauſatur ex hoc, ꝙ huius cauſa ignoratur, & ex hoc ꝙ ex paruitate linearum vr̃, ꝙ vna alteri commenſurari poſſit. cõtingit ergo aliquid eſſe admirabile ſimpliciter & aliqd eſſe admirabile quo ad hunc: admirabile huic eſt eſſe id, cuiꝰ cauſa occulta ẽ ſibi, & cui vr̃ ſ̃m ſuã eſtimationem aliquid obuiare, quare non ita eſſe deberet, ꝙuis in re nihil ſit repugnans nec cauſa in ſe ſit nimis occulta, & hoc põt dici mirũ illi: admirabile autẽ in ſe eſt id, cuius cauſa ſimpliciter occulta eſt, ita etiam ꝙ in re eſt aliqua virtus ſecundum rei veritatem per quam aliter dẽat contingere: hmõi autem ſunt quæ immediate a virtute diuina cauſantur quæ eſt cauſa occultiſſima, alio modo quàm ſe hẽat ordo cauſarum naturalium, ſicut ꝙ cecus iterũ videat & quòd mortuus reſurgat & hmõi, & hæc proprie miracula dicuntur H

D. 917.
quaſi a ſeipſis & ſimpliciter & mira. Hæc d aũt qñq; ſunt ſupra naturam, qñq; præter naturam, qñq; contra naturam. Supra naturam dicitur eſſe miraculum, qñ natura non põt in ipſam ſubſtãtiã facti, ſicut diuiſio maris rubri, ſuſcitatio mortui, & hmõi: illa vero dr̃ præter naturam fieri, in quo quidẽ natura poteſt quantum ad ſubſtantiam facti, ſed tamen præter operationem naturæ fiunt iuſſu diuino. Et ꝙ hæc dicantur miracula contingit ex tribus. Primo, ꝑꝑ exceſſum & ſingularem quẽdã modũ, ſicut ranę productę in egypto in tanta multitudine ſicut antea viſum non fuerat. Secundo, propter hoc quòd hora determinata contingunt ad inuocationem diuini nominis, ſicut quòd manus Ieroboã extenſa contra prophetam, arẽfacta fuit & ara eius diuiſa 3. Reg. 13. Tertio quando aliquid vniuerſaliter cõtingit ſicut in veteri lege de aqua zelotypie Num. 5. ꝙ poſt potum illius, venter adulterę diuino miraculo putreſcebat. Contra naturam autem dr̃ fieri, qñ in re eſt aliquid cõtrarium ei qđ I fit, ſicut ſi graue ſurſum moueretur & ꝙ virgo peperit, vel aliquid hmõi, ita ꝙ miraculoſe ſequatur actus manente cõtraria natura, quæ ſcilicet eſt principium contrarij actus.

¶ AD PRIMVM Dicendum, ꝙ creatio proprie loquendo non eſt opus miraculoſum, quia deficit vna conditio miraculi, quàmuis enim cauſam occultam habeat, tamen non eſt in re, vnde aliter eſſe deberet, immo eſſe rerum naturali quodam ordine a primo ente producitur, quàmuis non per neceſſitatem naturæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ nec etiam creatio animarum, vel iuſtificatio impiorum proprie miracula debent dici, quia quãuis ſint prẹter rationes ſeminales, agentes ad perfectionem effectus, non tamen eſt præter eas diſponentes: diſpoſitio enim corporis ad receptionem animæ & præparatio voluntatis ad ſuſceptionem gratię, eſt per virtutem creaturæ collatam, ſi tamen ſine tali præcedente prẹparatione vel anima infunderetur, vel gratia, conferretur & vtrumque miraculum dici poſſet, vt pa- K

D. 985.
tet in formatione primi hominis & in d conuerſione Pauli, nec tamẽ ſequitur ex vi rationis inductę, quia inſolitum quod in diffinitione miraculi ponitur, non dicit raritatem facti, ſed excludit ſolitum curſum naturæ, vnde ſi quotidie ceci illuminarentur, nihilominus miraculum eſſet, quia præter curſum naturalem qui nobis eſt conſuetus, contingeret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd reſurrectio miraculoſa erit: quãuis enim ſit ſecundum ſpem gratiæ, eſt tamen ſupra ſpem naturæ, & hæc duplex ſpes diſtinguitur in glo. Ro. 4. Qui contra ſpem in ſpẽ credidit &c.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis conuerſio aquæ in vinũ non fuerit ſupra facultatem naturæ quantum ad ſubſtantiã facti, tamen fuit ſupra eius facultatem quantum ad modum faciẽdi; non. n. põt natura aquam in vaſe exiſtentem ſubito in vinũ conuertere, ſed per digeſtionem & maturationem vuæ.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ miracula non faciunt homines & F angeli quaſi eorum virtute effectus ille agatur, ſed homines impetrando precibus, & angeli per miniſterium.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ quàmuis monſtra contingant in natura preter intentionem virtutis formatiuę, quæ agit in ſemine, tamen reducuntur in aliquas cauſas naturales: contingũt. n. ex aliqua indiſpoſitione materiæ, ſicut ex principio ꝓximo, vel ex impreſſione alicuius ſigni cæleſtis, ſicut ex principio remoto.

Matth. 14. Et Io. 6.

ſit mulier. Quod quibuſdam non placuit. Ceterum ſi ad perficiendum corpus mulieris, Deus extrinſecum augmẽtum addidiſſet, maius illud eſſet quàm ipſa coſta. Ideoque potius de illo addito, quàm de ipſa coſta mulier facta deberet G dici, de quo plures accepiſſet ſubſtantię partes. Reſtat ergo vt de ſola ipſiꝰ coſtæ ſubſtãtia, ſine oĩ extrinſeco additamẽto per diuinam potentiã in ſemet ipſa multiplicata, mulieris corpus factum dicatur, eo ſane miraculo, quo poſtea de v. panibus. Ieſu cæleſti benedictione multiplicatis v. milia hominum ſatiata ſunt. Illud etiam ſcire oportet, quòd cum angelorum miniſterio facta ſit mulieris formatio, non eis tamen tribuenda eſt creationis potentia. Angeli enim nullam pñt creare naturã. ergo nec formare coſtã in mulierẽ, nec carnis ſupplementũ in locũ coſtę. Nõ quòd nihil agant, vt aliquid creetur, ſed non ideo creatores ſunt, ſicut nec agricolę ſegetum, aut arborum. Solus Deꝰ, ideſt trinitas, eſt creator.

*QVAEST. II.*

A

Deinde quærĩt de formatione mulieris ex parte animæ. Et circa hoc q̃runtur tria.

Primo. Vtrum anima rõalis ſit ex traduce, vel ꝑ creationẽ; ſi nõ ex traduce.

Queritur ſecundo. Vtrum creetur a Deo immediate, vel mediantibus angelis.

Et tertio queritur. Vtrum anima ſenſibilis & vegetabilis ſit ex traduce.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum anima humana traducatur a parentibus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima humana etiam a parentibus traducatur. Dicitur enim Gen. 46. Omnes animæ quæ egreſſę ſunt de femore Iacob &c. Sed non egreditur aliquid filij ex femore patris, niſi ꝑ traductionẽ ſeminis. ergo videtur quòd hoc modo anima filij ex parentibus veniat. 1. q. 118. ar. 2. Et 2. cõt. c. 82. Et quo li. 12. 11.

¶ 2 Præt. Omne id quod dat cõplementum operationi cooperatur operanti. ſi ergo Deus per hoc quòd infundit animam, adulterorum operationẽ perficeret, videtur ꝙ adulteris cooperet̃, & hoc videtur inconueniens, quia qui operatur iniquo nõ eſt ab iniquitate immunis. ergo videtur ꝙ anima rationalis nõ infundatur a Deo, ſed traducatur a patre.

¶ 3 Præt. Filij a parentibus originale peccatum contrahunt, vt I Apoſtolus docet Ro. 5. Sed accidens non poteſt traduci niſi traducatur ſubiectum eius. ergo videtur ꝙ anima rationalis quæ eſt ſubiectum culpæ originalis, a parentibus traducatur.

¶ 4 Præt. In omni generatione vniuoca, generans dat ſpeciem ſuam generato, quia agens & finis generationis incidũt in idẽ ſpecie, vt in 2. Phyſ. dicitur, ſed cum homo ex homine procedit, eſt generatio vniuoca. cum ergo homo ſpeciem habeat ex anima rationali, videtur ꝙ animã rõnalẽ ex parẽtibus recipiat. Cõtext. 31.

¶ 5 Præt. Sicut dicit Com. in 2. Meta. impoſſibile eſt, vt ſint diuerſi agẽtes quorũ vnius actio, terminet̃ ad ſubiectũ formæ, & alterius ad formã, quia ad ſubiectũ formæ actio agentis non terminatur, niſi ſ̃m ꝙ recipit formam: ſequeret̃. n. vt ipſe dicit ꝙ ſubiectum & forma eſſent duo diſtincta, ex quibꝰ nõ fieret vnũ ſi eſſent termini diuerſarũ actionũ: ſed corpus organicum eſt ſubiectũ huius formę, q̃ eſt aĩa rõnalis. cũ ergo ꝑ actionẽ virtutis formatiuę corpus organizet̃, vr̃ ꝙ eius actio ſe extendat ad ipſam rõnalem aĩam, & ſic anima rationalis traducitur. Co. 7.

¶ 6 Præt. Vt in 4. Metheororum dicitur, perfectum vnumquodque eſt, quãdo ſibi ſimile poteſt producere. cum ergo anima rationalis ſit perfectior omnibus formis naturalibus, videt̃ quòd cum virtute aliarum formarum educãtur ſimiles formæ in actũ, multo fortius anima rationalis hoc poſſit facere. C. 3. Co. 18.

¶ 7 Præt. Deus die 7. a condendis nouis creaturis ceſſauit: ſed nouum eſt quod nullo modo in præexiſtentibus præexiſtit. ergo oportet animas ſingulorum hominum qui modo generant̃, in operibus ſex dierum præextitiſſe. cum igitur in prima natura non præextiterint, vt hæretici dicunt, videtur oẽs aĩas in aĩa primi hominis extitiſſe. ergo vr̃ ꝙ ex eius anima, oẽs animę traducantur, ſicut ex eius carne, omnis caro humana traducitur.

SED CONTRA. eſt quod dicit Philoſ. in 10. de animalibus, ꝙ intellectus ab extrinſeco eſt. & in lib. de proprietatibus elementorum dicit, quòd in nato ſit ſpũs vitæ iuſſu Dei, & ita vr̃ quòd non traducatur a patre. Hoc etiã autho. Sacræ Scripturæ oſtenditur, quia Geneſ. 2. dicitur, Hoc nunc os de oſſibus Et de gene. aĩal. 2. c. 3.

meis & caro de carne mea, multoque carius amantiuſque diceretur anima de anima mea, ſi ſic eſſet anima de anima, vt caro de carne, & os de oſſe. A

¶ Præt. Iſa. 42. dicitur ex perſona dñi, omnem flatũ ego feci. i. animam, & ſic vr̃ anima non ex traduce, ſed ex creatione eſſe.

¶ Præt. Eccl. vlti. dr̃. Donec ſpũs reuertatur ad Deum qui fecit illũ, & ſic vr̃ humana anima a Deo creata eſſe. Et hoc Aug. diſputando inducit 10. ſuper Gen. ad literam. C. 17. 21. 22.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ traductio duo importat. ſ. originem & deciſionem, non enim ignis generatus ab igne generante, traduci proprie dicitur. Similiter nec lignum diuiſum in partes, dicitur quòd eius vna pars ab alia traducatur, vnde traductio proprie dicitur in generatione animatorum, quæ eſt per deciſionem ſeminis, & ideo non poteſt dici traduci ab aliquo, illud quod ab eo originem non habet, nec diuiſionem recipit. diuiditur autem aliquid dupliciter, ſcilicet per ſe, vt corpus, & per accidens, vt forma corporalis materiæ impreſſa, anima vero rationalis nec corpꝰ eſt, nec virtus corporalis, quod ipſa ſua operatio oſtendit, quæ ſine corpore eſt, & ideo traduci non poteſt, per modum diuiſionis, & in hoc conſiſtit ratio Ariſt. 16. C de animalibus. vult enim quòd quorum principiorum operationes ſunt ſine corpore, illa principia non traducantur per ſemen. Similiter etiam patet, quòd nullo alio modo, originem poteſt habere anima filij ex anima patris, aut enim hoc eſſet, quia intellectus filij ab intellectu patris oriretur, mediante virtute generatiua & formatiua, aut immediate. Primum autem eſt impoſſibile: quia effectus non poteſt eſſe immaterialior ſua cauſa: vnde cum virtus generatiua ſit potentia materialis, non poteſt eius actio ad formam immaterialem determinari. Secũdum etiam eſſe non poteſt, quia cum ſit duplex agens, ſecũdum Auicẽ. vnum quod habet cauſalitatem reſpectu totius ſpeciei, ſicut ſol eſt cauſa generabilium & corruptibilium, aliud autem quod eſt cauſa reſpectu vnius indiuidui tantum, ſicut quòd hic ignis eſt cauſa huius, neutro autem modo anima vnius poteſt eſſe cauſa animę alterius. In cauſis enim quæ eſſentialiter D habent ordinem ad totam ſpeciem, oportet ꝙ cauſa & cauſatũ non ſint eiuſdem ordinis, nec eiuſdem ſpeciei, quia habet directe cauſalitatem ſuam ſupra eſſentiam ſpeciei inquantũ hmõi, vnde ſ̃m hoc aĩæ non oẽs, rationales eẽnt eiuſdem ſpeciei. Similiter etiam non poteſt eſſe per alium modum quo aliquid in vna ſpecie eſt cauſa alterius in eadem ſpecie, quia hoc nõ contingit niſi ſ̃m hoc, ꝙ agens mouet materiam ad talem formã, anima autem rationalis nõ eſt quid ex materia ad minus prẹexiſtente & forma compoſitum, nec eſt forma materialis, quæ poſſet educi de potentia materiæ ſicut aliæ formæ materiales, vt dictum eſt: vnde relinquitur quòd principiũ originis ipſius animæ rationalis, ſit aliquod principiũ ſeparatum, & hoc qdẽ communiter conceditur & a theologis & a philoſophis.

Itde gene. 2. c. 3.

Metha. tracta. 9. c. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ locutio illa eſt ſynedochia, ponitur enim pars principalis, ſcilicet anima pro toto ho E mine, & hic modus loquendi conſuetus eſt in Sacra Scriptura & apud Philoſophos, vnde Philoſophus dicit 9. Ethicorum, ꝙ totus homo dicitur intellectus, per modum quo etiam tota ciuitas dicitur rector ciuitatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ operatio adulteri poteſt dupliciter conſiderari. Aut ſecundum eſſe morale, & ſic ꝑ vt eſt deformis non cooperatur ad ipſam Deus, ſed ꝓhibet. Aut ſecundum quòd eſt in ſpecie naturali, & ſic eſt bonum quoddam, vnde non eſt inconueniens, vt tali operationi inquantũ bona eſt Deus qui in omnibus operatur, complementum apponat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis peccatum originale ſit in anima ſicut in ſubiecto, tamen cauſatur in anima ex infectione ſeminis, & eſt in eo, ſcilicet in ſemine, quàmuis non ſicut in ſubiecto, tamẽ ſicut in cauſa, & ideo per traductionẽ ſeminis, & non animæ, peccatum originale traducitur.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ hoc ꝙ agens agat ſibi ſimile, contingit dupliciter. Aut quia forma ſ̃m quam ſimilitudo attenditur, A per actionem de potentia in actum educitur. Aut quia ꝑ actionem diſponitur materia, vt ſit neceſſitas ad receptionẽ formæ, & primus modus eſt, quo ad omnes in formis accidentalibus. Secundus autem eſt etiam ſecundum Auic. in omnibus formis ſubſtantialibus, quia ipſe vult omnes formas ſubſtantiales eſſe a principio ſeparato, ſed ſecundũ Ariſto. & Commen. formæ ſubſtantiales materiales pertinent ad primum modum, & anima rationalis ad ſecundum, & hic modus ſufficit ad hoc ꝙ agens agat ſibi ſimile, quia non proprie forma generatur, ſed compoſitum. Vbi ſupra.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de diuerſis agentibus non ordinatis, ſcilicet quorum vnũ non operatur in altero, ſed in ipſa operatione naturæ, operatur Deus, vnde nõ eſt inconueniens quòd actio eius pertingat ad aliquem terminum, in quem non ſe extendit actio formatæ virtutis, ſic enim ipſe Deus in natura operans, etiam organizationem corporis facit, vnde eſt quaſi actio continua, reducta in vnum agens, & quæ terminatur ad vltimam diſpoſitionem ſubiecti, & quæ terminatur ad formam, quàmuis quantum ad primum cooperetur ſibi natura, & non quantum ad ſecundum. † Sup Gen. li. 9. c. 18.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ anima rationalis nec ex materia cõpoſita eſt, nec eſt forma materialis, quaſi ĩ materia impreſſa, & ideo non poteſt produci ab aliquo agente, quod accidentalem cauſalitatem habeat ad ipſam ex parte materiæ quæ inducitur ad formam, ſicut eſt in alijs formis materialibus, ſed oportet ꝙ producatur a principio quod habet cauſalitatem eſſentialẽ, reſpectu eſſentiæ eius, & hoc non poteſt eſſe vnius ſpeciei.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ animæ quæ nunc creantur, ſunt eiuſdem ſpeciei cum anima Adæ, quæ in operibus ſex dierum creata fuit, & ideo vt Aug. dicit 10. ſuper Gen. iam tunc animã fecerat, quales & nunc facit, & ideo non aliquod nouum creaturæ genus nunc facit, quod tunc in ſuis conſummatis operibus non creauerit, ſcilicet quod quantum ad ſimilitudinem ſpeciei nõ præextiterint, etiam quodammodo in illis primis operibꝰ, ſecundum cauſales rationes, quia ſicut ibidem ſubdit Auguſti. corporibus humanis, quorum ex iſtis operibus, propagatio cõ D tinuata ſucceſſione protenditur, tales congruit animas inſeri, quales nunc facit atque conſerit. Cap. 3.

Facta eſt ergo fęmina a Deo etiam ſi coſta miniſtrata ſit per angelos.

*b Vtrum ſecundum ſuperiores, an ſecundum inferiores cauſas ita illa facta ſit mulier. i. an ratio ſeminalis id haberet vt ita fieret, an tantum vt illa fieri poſſit, ſed ut ſic fieret in Deõ tantum eſſet cauſa.* B

SEd quærĩt an ratio quã Deus primis operibus cõcreauit, id haberet, vt ſecundum ipſam ex viri latere, fęminam fieri neceſſe foret, an hoc tantum vt fieri poſſet. Ad quod ſciendum eſt omniũ rerum cauſas in Deo ab ęterno eſſe. Vt. n. hõ ſic fieret, vel ęquꝰ vel hmõi, ĩ Dei potẽtia & diſpoſitione ab ęterno fuit. Et hę dñr primordiales cauſæ, quia iſtas aliæ nõ præcedũt, ſed iſte alias quæ ſunt cauſæ cauſarum. Cũq; vnum ſit diuina potẽtia, diſpoſitio ſiue voluntas, & ideo vna omnium principalis cauſa, tamen propter effectus diuerſos pluraliter dicit Auguſt. cãs primordiales omniũ rerũ, in Deo eẽ, ĩducẽs ſimilitudinẽ artificis in cuius diſpoſitione eſt qualis

ARTICVLVS. II.

*b Vtrum anima rationalis ſit a deo mediantibus angelis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima rationalis procedit a Deo mediantibus angelis. Primo, per hoc quod habetur in lib. de cauſis, quia intelligentię primæ influunt formas fixas ſtantes, ſicut eſt anima, ſed intelligentias angelos dicimus. ergo videtur quòd a Deo mediantibus angelis producatur. 1. q. 90. art. 3 Et op 15. c. 10.

¶ 2 Præt. A cauſa infinita non poteſt immediate procedere effectus finitus, vt poteſt probari per demonſtrationes Philoſophi in 1. cæ. & mun. vbi probat ꝙ corpus infinitum nõ põt agere, ſed Deus eſt cauſa infinitæ virtutis. ergo cum anima ſit quid finitum, non poteſt immediate a Deo produci. T. 68.

¶ 3 Præt. Non minor eſt ordo in ſpiritualibus quàm in corporalibus, ſed videmus in corporalibus ſuperiora inferiorum cauſas eſſe. ergo multo fortius hic in ſubſtantijs ſpiritualibus eſſe debet. ergo cum angeli ſint altioris naturæ quàm animæ, videtur ꝙ ab angelis animæ producantur.

¶ 4 Præt. Per eadem eſt reditus in finem vltimum, & exitus a primo principio, ſed anima rationalis in Deum reducitur per angelos, vt Diony dicit. ergo videtur quòd etiam mediantibꝰ angelis a Deo procedat.

¶ 5 Præt. Cum Omnis operatio ſequatur naturam rei, ab illo res habet eſſe, cuius virtute propriam operationem participat, ſed proprie operatio animæ rationalis, eſt operatio intellectualis, cum ergo hæc operatio conueniat ſibi ex virtute intelligentiæ, vt in libro de cauſis dicitur. videtur quòd ipſa ſ̃m ſuum eſſe, mediantibus angelis producatur.

SED CONTRA eſt quod Gen. 1. dr̃, ꝙ Inſpirauit Deus in faciem eius ſpiraculum vitæ, hæc autem eſt anima rõnalis, qua homo viuit. ergo videtur ꝙ immediate a Deo ſit.

¶ Præt. Dam. dicit omnes illos cum patre ſuo diabolo maledictos, qui angelos aliquid creaſſe dicunt: ſed anima non poteſt educi in eſſe niſi per creationem, cum de potentia materię nõ educatur, vt dictum eſt, nec ex materia compoſita, vt ſic poſſit generabilis eſſe, vel per ſe, vel per accidens. ergo videtur ꝙ mediantibus angelis ꝓducta nõ ſit.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, res ſub quodam ordine a primo principio ꝓdijſſe quidam philoſophi opinati ſunt: poſuerũt.n. a primo principio quod Deꝰ eſt, eo ꝙ eſt vnum & ſimplex non potuiſſe immediate plura prodire, eo quòd idem natum eſt facere idẽ. & ideo a primo immediate procedit intelligẽtia prima in quã incidit ex eo ꝙ ab alio eſſe habet quædam pluralitas potentiæ & actus, & ita ab hac intelligentia ſ̃m hoc ꝙ intelligit primum principium dicunt effluere ſecundam intelligentiam, quæ eſt minoris actualitatis quàm prima cauſa, cũ cauſatum ſit deficiẽs a ſua cauſa eſſentiali, ſecundum autem ꝙ intelligit ſe, prout eſt in actu, fluit ab ea anima orbis quem mouet, & ſecundum ꝙ cõſiderat ſe quãtũ ad id quod eſt in ipſa potentia, fluit ab ea ipſa ſubſtantia orbis, & ſic deinceps vſque ad vltimam intelligentiã quæ mouet vltimum orbem, quam dicunt intelligentiam agentem, & ab hac dicit Auicẽ. effluere animas humanas & oẽs alias formas ſubſtantiales in iſtis inferioribus, & materiam generabilium & corruptibilium reducunt ſicut in cauſam, in ſubſtantiam orbis, & diuerſas variationes quæ circa materiam accidũt reducunt ſicut in cauſam, in motus cæleſtes, & oẽs has cauſas medias ſicut & primam ponunt agentia eſſentialia, quę cauſant eſſentiam rei ſine motu, nõ aũt ſunt cã fiendi tm̃ ꝑ motũ ſicut cauſæ agentes naturales, & ideo omnibus intelligentijs attribuunt quẽdam modum creationis, ſ̃m ꝙ eorum actio nihil p̃ſupponit ex parte rei quæ producitur, ſed tm̃ ex parte agentis cuius actio firmatur ſuper actionem cauſæ ſuperioris, vt ſic ſola actio primi principij poſſit vere dici creatio, quæ non firmat̃ in alterius actione, ſed in ipſa firmantur ceteræ actiones. Hæc autem poſitio debile habet fundamentum, ſicut etiam Cõmẽ. oſtendit in 11. Meta. quia cum dicitur actio de Deo & de rebus naturalibus, eſt quaſi æquiuoce dicta. quia in naturalibus agentibus actio ſequitur ex neceſſitate formæ, vnde ſ̃m vnitatẽ formæ oportet eſſe vnitatem in effectu, ſed in diuinis actio ſequit̃ intelꝉ̃m, & iõ ſ̃m ꝙ diuerſa ab vno poſſunt intelligi, ita diuerſi effectus ab vno immediate procedere pñt, & ſ̃m hoc multitudo a Deo proceſſit prout ſe intellexit, vt ideã pluriũ.i. vt participabilẽ diuerſimoda imitatione: ipſa ẽt poſitio veritati fidei nõ cõſonat, quæ ſolum Deum creatorem enũtiat, in quo omnis idolatria tollitur, cui proculdubio maximum fomentum dicta opinio ſubminiſtrat, vnde ſecundum fidem nõ poteſt poni aliqd eſſe cauſa alterius poſt Deum, niſi per viam motus & generationis, & iõ omnium eorũ q̃ per gñationem non inceperũt, oportet Deum immediatã cãm ponere, vt ſunt angeli, animæ, ſubſtantiæ cælorũ, & materia elemẽtorũ, & primæ hypoſtaſes in omnibus ſpẽbus. Dicta ẽt poſitio tollit honorem animarũ ſanctarũ, quibus promittitur angelorum æqualitas Matth. 11. in conſecutione vltimi finis, qđ nõ poſſet eſſe ſi cauſa eſſentialis animæ angelus eſſet, cùm eſſe cauſati ſemper dependeat a ſua cauſa eſſentiali, ſicut & Anſel. probat ꝙ reparatio humani gñis ꝑ angelum fieri non debuit, ne dignitati animarum derogaretur. Se quereretur etiam aliud inconueniens ꝙ vltima beatitudo aĩarũ non eſſet in diuina fruitione, ſed potius in fruitione [d] angelorũ, quia vltima perfectio ad quam res poteſt peruenire eſt hæc, & vt coniungatur ſuo principio Et ideo a philoſophis ponitur vltimam fęlicitatem hominis eſſe in continuatione intellectus poſſibilis ad intelligentiam agentem, ſiue talis continuatio ſit inuita ſecundum quoſdam, ſiue poſt hanc vitam ſ̃m alios.

De intellig. c. 4. diuiſ. 3.
Cõm. 30.
Cur Deus hõ. li. 1. c. 5. ſæpe.
D. 274.

futura ſit arca. Ita & in Deo vniuſcuiuſque rei futuræ cauſa præceſsit. In creaturis vero quarundam rerum, ſed non o'nnium cauſæ ſunt, vt ait Auguſt. Quia inſeruit Deus ſeminales rationes rebus, ſecundum quas alia ex alijs proueniunt, vt de hoc ſemine tale granũ, de hac arbore talis fructus & huiuſmodi. Et hæ quoq; dicunt̃ primordiales cauſæ & ſi non adeo ꝓprie, quia habẽt ante ſe cauſam æternam, quę proprie & vniuerſaliter prima ẽ. Ille vero ad res aliquas dicuntur primę, quæ.ſ. ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicuntur, quia in prima rerum cõditione rebus a Deo inſitę ſunt, & ſicut creaturæ mutabiles ſunt, ita & hæ cauſę mutari poſſunt. quæ autẽ in immutabili Deo cauſa eſt, mutari non poteſt.

G *c Diſtinctio cauſarum rerum perutilis ſ. ꝙ quædã in Deo & in creaturis, quædam in Deo tantum ſunt.*

OMniũ igitur rerũ cauſæ in Deo ſunt, ſed quarũdã cauſę & ĩ Deo ſunt & ĩ creaturis. Quarũdã vero cauſæ in Deo tantum ſunt, & illarum rerum cauſæ dicuntur abſconditæ in Deo, quia ita eſt in diuina diſpoſitione, vt hoc vel illud fiat, quod non eſt in ſeminali creaturæ ratione. Et illa quidem quę ſecundum cauſam ſeminalem fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita curſus naturæ hominibus innotuit. Alia vero præter naturã, quorum cauſæ tãtum ſunt in Deo. Hæc autem dicit Auguſt. eſſe illa quę per gratiam fiunt, vel ad ea ſignificanda nõ naturaliter, ſed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam de coſta viri ponit, ita dicens, vt mulierem ita fieri neceſſe foret, non in rebus conditum, ſed in Deo abſconditum erat, Omnis creaturæ curſus habet naturales leges, ſuper hunc naturalẽ curſum creator habet apud ſe, poſſe de omnibꝰ facere aliud quàm eorum naturalis ratio habet, vt virga, ſcilicet arida repente floreat, fructum gignat, & vt in iuuentute ſterilis fæmina, in ſenectute pariat, vt aſina loquatur, & huiuſmodi. Dedit autem naturis vt ex his etiam hæc fieri poſſent, non vt in naturali motu haberent. habet ergo in ſe Deus abſconditas quorumdã factorũ cauſas, quas rebus cõditis non inſeruit, eaſque implet non opere conſueto prouidentiæ, quo naturæ ſubſiſtunt, vt ſint, ſed quo illas adminiſtrat, vt voluerit, quas vt voluit condidit. Omnium ergo quę ad gratiã ſignificandã non naturali motu rerum, ſed mirabiliter facta ſunt, abſconditę cauſæ in Deo fuerunt. Quorum vnum erat, quòd mulier facta eſt de latere viri dormiẽtis. Non habuit prima rerum conditio, vt fęmina ſic fieret, ſed vt fieri poſſet, ne contra cauſas quas Deus voluntarie inſtituit, mutabili volũtate aliquid facere putaretur.

*b De anima mulieris, quòd non eſt ex anima uiri ut quidam putauerunt, dicentes animas eſſe ex traduce.*

QVemadmodũ mulieris corpꝰ de viri corpore traductũ fuit, ita putauerũt aliq ipſius animam *a* de

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in hac materia authoritates libri de cauſis recipiendæ non ſunt, quia ille qui librum

F illum compoſuit, huius erroris auctor fuiſſe inuenitur, niſi quis velit exponere, quod eſt præter noſtrum ꝓpoſitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illa ratio ſi vim habeat, concludit, quòd nihil a Deo immediate cauſetur, quia omne quod eſt præter ipſum, finitum eſt, niſi forte ſecundum aliquẽ modum ſubſtantias ſeparatas infinitas [d] eſſe ponamus non ſimpliciter, ſed, ſecundum quid, ſcilicet verſus inferius, vt in lib. de cauſis dr̃, hoc eſt ſ̃m ꝙ eiꝰ virtus nõ limitatur ad determinatos effectus in his q̃ ſuæ operatiõi ſubdunt̃, quo etiam mõ infinitatẽ habet anima rationalis tam ex parte intellectus agentis quo eſt omnia facere, quàm ex parte intellectus poſſibilis quo eſt oĩa fieri, & cuius eſt formã vlẽm recipere ĩ qua ſunt potentia infinita ſingularia, quod eſt ẽt euidens argumẽtũ immaterialitatis ipſius animæ, & ꝙ ex traduce nõ ſit, qa omnis forma materialis finita eſt, vt in 8. Phyſ. probatur. Et ideo ad rõnem illam dicendum eſt, ꝙ etiam ſi Deus ſit infinitus ſimpꝉr, effectus tñ eius dupliciter [d] limitatur. Primo & principaliter ex ordine ſapientiæ eius, quæ cuilibet rei certos terminos p̃figit. Secundo ex parte recipientis, quia influentiã agentis recipit patiẽs per modũ virtutis ſuæ, & nõ ꝑ modũ virtutis ipſius agẽtis.

D. 111.
D. 536.

H ¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ etiã in corporalibus nõ ponimꝰ ſupius eſſe cãm inferioris, niſi per modũ mouentis & gñantis, & hæc in ſubſtantijs ſpũalibus non ponimus, quia per gñationẽ & motũ in eſſe nõ producunt̃, ſed tñ ſicut ſuperiora corpora mouent inferiora ad generationẽ, ita ſupiores ſubſtãtiæ ſpũales mouẽt inferiores ad ꝓpriã operationẽ, ſ̃m ꝙ Dion. dicit, inferiores angelos a ſuperioribus illuminari, & homines ab angelis.

Cæle. hier. cap. 13.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quælibet res tendit in finem vltimum, per propriam operationem, & ideo ſ̃m ꝙ per illuminationem ſuperiorem inferiores illuminantur ad proprias operationes, dicuntur per eos in Deum reduci. Non eſt enim inconueniens, vt vna creatura ponatur cauſa motus, vel operationis alterius, ſed non eſt ſimilis ratio de exitu rerum a primo principio, quia res non exit a ſuo principio per hoc ꝙ aliquid operetur, ſed ſolum per hoc ꝙ aliquid a principio recipiat.

I ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſi intelligatur anima participare operationem intellectualem ab intelligentia, hoc mõ ꝙ potentia intelligendi inſit animæ per virtute intelligentiæ, hæreticũ eſt: & redit in dictũ errorẽ, qa potẽtia intelligẽdi ſequit̃ naturã animæ: ſi aũt intelligat̃ hoc mõ ꝙ aĩa iuuet̃ in ſua operatione per illuminationem angelorũ. ex hoc nõ põt cõcludi ꝙ anima ſ̃m ſuã naturã ab angelis creata ſit, nõ.n. a quocunq; iuuat̃ res vel mouetur ad opus, ab eo eſſe habet.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum anima ſenſibilis ſit ex traduce.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd etiam aĩa ſenſibilis non ſit ex traduce. Nulla enim ſubſtãtia ſimplex perfecta in eſſe quæ ſit hoc aliquid, educitur in eſſe niſi per creationem: ſed anima ſenſibilis eſt hmõi ſubſtantia. ergo &c.

K ¶ Probatio medie, Illud quod eſt tantum forma, & non hoc aliquid non poteſt eſſe motor. vnde in 8. Phyſicorum Philoſophus vult quòd forma ignis non ſit motor in motu eius naturali, non enim poteſt habere perfectam & abſolutam actionem quæ debetur motori qui non habet eſſe perfectum: ſed anima ſenſibilis eſt motor in animali. ergo eſt hoc aliquid habens eſſe perfectum, & quòd ſit ſimplex per ſe patet.

1. q. 118. ar. 1. Et pot. q. 3. art. 11. Et quodl. 10. ar. 11. Et 2. cont. c. 82. Cõtex. 29.

¶ 2 Præt. Com. dicit in 3. de anima quòd nõ poteſt eſſe aliqua virtus cognoſcitiua ex commiſtione elementorum: ſed ea quæ producuntur per actionem naturæ in inferioribus elementis producuntur per actionem qualitatum actiuarum & paſſiuarũ elementorum commiſtorum, eo quòd nulla virtus actiua eſt in iſtis inferioribus, niſi per qualitates elementares, vt Commen. dicit 11. Metaphiſicæ. cum ergo anima ſenſibilis ſit virtus cognoſcitiua, videtur quòd non per operationem naturæ traduci poſſit, ſed per creationem in eſſe producatur.

Com. 4. 5.
Co. 31.

¶ 4 Præt.



¶ 4 Præt. Omnis operatio naturæ inferioris reducitur in virtutem cæleſtem, ſicut in virtutem primi alterantis, ſed per virtutem cæli anima ſenſibilis educi non poteſt, cum corpus cæleſte inanimatum ſit, & nihil agat vltra ſuam ſpeciem, quia effectus non poteſt eſſe potior cauſa agente. ergo videtur quòd nõ per operationem naturæ, ſed per creationem in eſſe educat̃.

¶ 5 Præt. Eorum q̃ ſunt idem ſecũdum ſubſtantiam non poteſt vnum creari q̃n alterum creetur, ſed in homine anima ſenſibilis & anima rationalis ſunt idẽ per eſſentiam. ergo videtur ꝙ cum anima rationalis nõ traducatur, ſed creet̃, ꝙ ſimiliter nec anima ſenſibilis: ſed ſecundum animã ſenſibilem non differt homo a bruto. ergo videtur quòd etiam in brutis aĩa ſenſibilis ſit per creationẽ.

† Sup Gen. li. 9. c. 18.

¶ 6 Præt. Quanto aliquid eſt nobilius, tanto nobiliorẽ cauſam habet, vel ſaltẽ non minus nobilẽ, ſed anima ſenſibilis nobilior eſt in animalibus perfectis, q̃ in gñatis ex putrefactione. ergo cum in gñatis ex putrefactione nõ poſſit poni anima ſenſibilis ex aliquo principio naturali ꝓduci, cum non generentur ex ſibi ſimilibus, & ita oporteat ꝙ a principio ſupnaturali animã ſortiant̃, vr̃ ꝙ multo fortiꝰ hoc neceſſariũ ſit ĩ aĩalibꝰ pfectis.

† Num. 17.
† Luc. 1.
† Num. 17.

SED CONTRA. eſt quod dr̃ Gen. 1. Producãt aquę reptile animæ viuentis, ſed aquæ nõ ꝓducũt niſi illud ꝙ virtute naturæ ꝓducitur. ergo videtur ꝙ per virtutem ſeminalem rebus collatam, animæ ſenſibiles producantur.

¶ Præt. Philoſophus dicit in 16. de aĩalibus ꝙ intellectꝰ ſolũ ab extrinſeco eſt. ergo vr̃ ꝙ aĩa ſenſibilis nõ ſit ab extrinſeco.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ circa hanc qõnem diuerſæ inueniuntur opiniones & Philoſophorum & ẽt magiſtrorum. Quidam enim philoſophi, vt Plato, Auic. & Themiſtius poſuerunt oẽs animas a principio ſeparato eſſe, quod quidem principiũ Plato ideam poſuit, Auic. intelligentiam agentem. Et theologi hanc viam tenentes, ipſum Deum. Ratio aũt quæ p̃dictos Philoſophos mouit, vt Commen. narrat 7. & 11. Meta. eſt ſumpta ex animabus putrefactis, quæ etiam obijciendo tacta eſt. Et ſimiliter ex hoc ꝙ in naturalibus nihil inuenitur agens niſi forma accidentalis, vt calor & frigus, quorum actione non poteſt anima produci, cum nihil agat vltra ſuam ſpeciem. Sed tamen aduertendum eſt ꝙ nullus Philoſophus inter animam ſenſibilem & alias formas ſubſtantiales diſtinxit quantum ad originem, quia prædicti Philoſophi omnes formas ſubſtantiales eſſe a principio ſeparato poſuerunt tam animam ſenſibilem q̃ formam lapidis, vel ignis. Alij vero vt Ariſt. & Com. eius q̃ ponunt formas alias materiales ex potentia materiæ educi virtute agentium naturaliũ, ponunt etiam animam ſenſibilem & vegetabilem ex traduce eſſe, eo ꝙ eſſe formarum naturaliũ nõ eſt ipſarum abſolutè, ſed ipſorum compoſitorum: non.n. per ſe pñt ſubſiſtere, & iõ ipſis formis per ſe loquẽdo nõ acq̃rit̃ eẽ, ſed ſubſtantijs cõpoſitis, vñ forma ꝑ ſe loquẽdo neq; fit neq; gñat̃, ſed cõpoſitũ: & qa omne quod gñat̃, gñat̃ ex ſibi ſimili, iõ oportet ꝙ gñans, vel inducẽs ad formam ſit compoſitum ex materia & forma, & non forma tm̃, vel ſubſtantia ſeparata, & in hoc ſuſtentatur Ariſt. in 7. Metaphiſicæ, & ꝑ eandẽ rõnem oñdit in 17. de animalibus, animam vegetabilẽ & ſenſibilẽ nõ ab extrinſeco eſſe, oñdens eas eſſe formas materiales, ex hoc ꝙ operatio

Phile. li. 10. parte 5. & 8
Co. 31.
Co. 5.

A nes exercẽt mediãte corpore, quod.n. habet eſſe abſolutũ a materia, habet ẽt oꝑationẽ a materia abſolutã. Et iõ vult ꝙ omnia principia, vel virtutes quarũ operationes nõ exercent̃ ſine corpore, nõ ſint ab extrinſeco, ſed ab agẽte corporali, & ꝙ intellectus ſolus ſit ab extrinſeco, qa eius operatio eſt ſine corpore, & ẽt eius eſſe abſolutũ eſt, vnde ſibi debet̃ factio non tm̃ ꝑ accidens, ſed ẽt per ſe, vt eſſe incipiat, & oportet tunc ꝙ hic ſit ſecundum modũ ſibi cõpetentẽ, & a principio ſeparato. Alij vero philoſophi attẽderũt ad ipſas formas, ac ſi eis ꝑ ſe fieri deberetur, & ideo poſuerunt oẽs formas eſſe a principio formali ſeparaao. Sed poſitio Ariſto. multo rõnabilior ẽ, quia nihil ĩcipit, vel fit, vel gñatur, niſi ſecundum modũ quo eſſe habet. Et iõ concedimus animã ſenſibilem & vegetabilem ex traduce eſſe. Modꝰ aũt traductionis talis eſt, cũ.n. oẽ agens vniuocũ & ꝓximũ inducat ſpeciẽ ſuam in patiẽte, & cibus ſ̃m ꝙ eſt patiẽs, & alteratũ in nutrimẽtum corporis cedat, quia nutrit ſ̃m ꝙ eſt potentia caro, vt in 1. de gña. & in 2. de anima dr̃, oportet ꝙ in fine ſpẽm & virtutẽ nutrimenti recipiat. añ ergo vltimã aſſimilationẽ qñ efficit̃ actu pars determinata, vt caro vel os, eſt in ea virtus ſpẽi indeterminate ad hoc, vel illud, quia determinatio ad hoc vel illud, eſt ſ̃m ꝓpriã virtutem determinate partis, & ideo cum ſemẽ ſit reſiduum vltimi cibi propinquiſſimi ad vltimam cõuerſionem, eſt in ea potentia totum, & non actu aliqua pars; ante vero quàm reſoluatur ꝑ actum virtutis generatiuę ſeparatum a reliquo ſui generis, eſt in eo potentia illa indiſtincta, ſicut forma totius non eſt in parte niſi in potentia, qñ autem ſeparatur, efficitur actu hñs talem potentiam, vel formam, ſicut etiam videmus in animalibus annuloſis, in quibus ſ̃m Philoſophũ, vna eſt anima in actu & plures in potentia, vnde qñ diuidũtur, efficitur quælibet pars animata hñs animam, diſtinctã. In hoc tñ differũt, quia ꝑꝑ paruam dr̃ĩã organorũ in illis animalibus, pars eſt fere toti conſimilis, & iõ in parte remanet anima perfecta ſicut erat in toto, ſemen autem deciſum nondum eſt actu ſimile toti, ſed in potẽtia propinqua, & ideo non remanet poſt diuiſionem animæ in actu, ſed in potentia, ꝑꝑ quod dicitur 2. de Anima, ꝙ ſemen in potentia viuit, & non actu. Hæc autem potentia non eſt paſſiua in ſemine maris, ſicut dicimus ligna & lapides eſſe in potentia domus. Sic enim eſt potentia in menſtruo mulieris, ſed eſt potentia actiua, ſicut dicimus formam domus in mente artificis eſſe potentia domũ, vñ arti comparat eam Philoſopus in 17. de animalibus. & hanc potentiam Auic. & Cõm. in 7. Metaphiſicæ vocãt virtutẽ formatiuã, quæ quidẽ virtus quãtũ ad modum operãdi media eſt inter intellectum & alias vires animæ. Alię em̃ vires vtuntur in ſuis operationibus determinatis organis. Intelꝉ̃s aũt nullo, hęc aũt vtit̃ aliquo corporali in ſua operatione quod nondum habet determinatam ſpeciem: ſubiectum autem & organum huius virtutis eſt ſpiritus vitalis incluſus in ſemine, vnde ad continendum huiuſmodi ſpiritum ſemen eſt ſpumoſum, & hæc eſt cauſa albedinis eius. Huic autem ſpiritui coniungitur virtus formatiua, magis per modum motoris quàm per modum formæ, & ſi forma eius aliquo modo ſit, vnde dicit Commenta. in 7. Metaphi. quòd includitur in ſemine virtus illa quodammodo ſicut vniuntur motores orbibus.

B C D E (section markers)

Cõtex. 32.
Cõtex. 45. vſque 50.
† Aug. ſuper Gen. lib. 10 cap. 1.
De genera. animal. lib. 2. ca. 20.
Com. 3.

orbibus. Illi autem corporali ſpiritui coniungitur triplex calor, ſcilicet calor elementaris, qui eſt ſicut inſtrumentum reſoluens & conſumens, & huius operans, & calor animæ qui eſt viuificans, & calor cæli cuius virtute mouet ad ſpeciem determinatam, & virtute huius triplicis caloris, virtus formatiua conuertit materiam a muliere præparatam in ſubſtantiam membrorum per modum quo eſt traſmutatio corporis ĩ augmento, vt 15. de animalibus dicitur, & ſecundum ꝙ proceditur in perfectione organorum ſm hoc anima incipit magis ac magis actu eſſe in ſemine, q̃ prius erat in potentia: ita ꝙ cõceptum primo participat opera vitæ nutritiuæ, & tunc dicit̃ viuere vita plantę, & ſic deinceps donec ꝑueniat ad cõpletã ſimilitudinis gñantis. † Cap. 14.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ anima ſenſibilis nullo modo eſt hoc aliqd, quia nec habet aliquam partem ſui ꝑ quem indiuiduetur, nec habet eſſe ſubſiſtens & abſolutum, cum nulla eius operatio ſit niſi mediante corpore, nec hoc ipſum quod eſt mouere motu ꝓgreſſiuo, facit ſine organo corporali: eſt enim duplex virtus motiua, vna imparans, & altera imparata. Imparans eſt virtus appetitiua ſenſitiua cuius actus conſtat ꝙ non eſt ſine organo corporali. Virtus autem motiua imparata & exequens motum, eſt vis quædam muſculis & lacertis affixa, quorum motu totum corpus mouetur, & ſic patet quòd in motu animalis hæc operatio, quæ eſt mouere non eſt animæ ſenſitiuæ ſm ſe, ſed mediante organo corporali, vnde non ſequitur quòd eſſe abſolutum habeat.

viri anima ꝓpagatã, & omnes animas præter primam *c* de traduce eſſe ſicut corpora. Alij autem putauerunt ſimul omnes animas ab initio creatas. Catholica aũt eccleſia nec ſimul, nec ex traduce factas eſſe animas docet, ſed in corporibus per coitum ſeminatis atque formatis infundi, & infundendo *b* creari. Vnde in eccleſiaſticis dogmatibus: animas hominũ non eſſe ab initio inter cęteras intellectuales naturas, nec ſimul creatas, ſicut Origenes fingit, dicimus, neque cum corporibus per coitum ſeminari ſicut Luciferiani & Cyrillus & quidam latinorum præſumptores affirmant. Sed dicimus, corpus tantum per coniugij copulam ſeminari. Creationem vero animæ ſolum creatorẽ noſſe, eiuſque iudicio corpus coagulari in vulua, & compingi atque formari: ac formato iam corpore, animam creari & in-

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ex actione qualitatum elementarium ſequitur aliquid dupliciter. Vno modo ex ipſis ſecundum ſe, ſicut ſapor & odor, durum & molle, & alia quæ determinantur in 4. Metheororum, & ſic nec anima ſenſibilis nec aliqua forma ſubſtantialis ex actionibus earum ſequitur, quia ſequeretur, quòd formæ ſubſtantiales ex neceſſitate materiæ inducerentur, vt Empedocles dixit. Alio autem modo ſequitur aliquid ex eis, ſicut ex inſtrumentis, vt dicit Philoſophus in 2. de Anima, ꝙ ignis in motu augmenti, eſt ſicut inſtrumentum regulatum, ſed principaliter agens, & regulans eſt virtus animæ dirigens in determinatam quantitatem, & ſimiliter dico, ꝙ ex actionibus qualitatum actiuarum conſequitur anima ſenſibilis, & aliæ formæ ſubſtantiales ſecundum ꝙ in eis, vt inſtrumentis manet virtus animæ, vel alterius ſubſtantialis formæ, & ipſius cæli: & ideo non oportet, cum non agant in virtute ſua tantum, ꝙ ex actionibus earum nihil ſequatur vltra earum ſpeciem, quia ex motu inſtrumenti ſequitur effectus ſecundum rationem principalis agentis. Cap. 4. Cõtex. 40. 41.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſuppoſito ſecundum fidem noſtrã, ꝙ cælum ſit corpus inanimatũ, nihilominus tñ ponimus ꝙ motus eius ſit ab aliqua ſubſtantia ſpirituali ſicut a motore, & cũ motus ſit act⁹ motoris & mobilis, oportet ꝙ in motu nõ tñ relinquatur virtus corporalis ex parte mobilis, ſed etiam ꝗ virt⁹ quædam ſpiritualis ex parte motoris, & quia motor eſt viuens nobiliſſima vita, ideo non eſt inconueniens, ſi motus cæleſtis inquantum eſt in eo intẽſio & virtus motoris, per modum quo virtus agentis principalis eſt in inſtrumento, eſt cauſa vitæ materialis, qualis eſt per animam ſenſibilem & vegetabilem. D. 748.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis homo & æquus in hoc conueniunt ꝙ eſt ſenſibile, non tñ oportet anima ſenſibilis ſit vnius ᵈ rõnis in homine & equo, qa homo & equus, non ſunt vnũ animal in ſpecie, vnde in homine anima ſenſibilis eſt mul- D. 208.

F to nobilior q̃ in alijs aĩalibus, quãtũ ad principales actus, vt patet in actibus interiorũ ſenſuũ, & in ỏpatione tactus, q eſt principalis ſenſus: in oĩ. n. toto poteſtatiuo potẽtia inferior ſupiori cõiũcta pfectior inuenit̃, vt ptãs Præpoſiti multo excellentior eſt in rege: aĩa aũt ſenſibilis in hoie ꝑ eſſentiã cõiũgit̃ aĩæ rõnali, & iõ totũ eſt per creationẽ, ſed tamẽ modus traductionis ſeminis eſt ſiſis ĩ homine, & in alijs aĩalibus, qa in ſemine hominis eſt etiã virtus formatiua, ſicut in alijs aĩalibus: ſed qa actio illius virtutis eſt materialis, vt dictum eſt, non põt actio eius pertingere ad eſſentiam ĩmaterialem, ſed tamẽ ꝑ actionem huius virtutis primo conſeqtur conceptus vitã nutritiuã, & poſtea vitam ſenſitiuã. Sed quia vt Aui. dicit, in hoc ꝓceſſu ſunt plurimæ generationes & corruptiões, ſicut ꝙ ſemen cõuertitur in ſanguinẽ, & ſic deinceps, qñ venit ad ſecundam perfectionẽ, prima perfectio non manet eadẽ numero, ſed acqrit̃ ſimul cũ acquiſitione ſecundæ, & ſic patet, ꝙ in infuſione aĩæ rõnalis ſimul cõſequitur in vna eſſentia animæ animam ſenſitiuam & vegetatiuam, & priores perfectiones non manent ęedem numero. De natura animal. c. 9. Et de anima parte. 5. c. 7.

fundi, vt viuat in vtero homo ex anima conſtans & corpore, & egrediatur viu⁹ ex vtero plenus in anima & corpore, humana ſubſtantia. Hieronymus etiam anathematis vinculo illos condemnat qui animas ex traduce dicunt, inducens authoritatem prophetę. Qui finxit ſingillatim corda eorum. Hic ſatis inquit, innuit propheta quòd non animã de anima facit Deus, ſed ſingillatim animas de nihilo creat. G

## DISTINCTIO XIX.

A

*De primo hominis ſtatu ante peccatum, ſcilicet qualis fuerit ſecundum corpus & ſecundum animam.*

H SOlent q̃ri plura de primo hominis ſtatu añ pctm̃. ſ. qualis fuerit hõ prius q̃ peccaret & in corpore *a* & in anima, mortalis an immortalis, *c* paſſibilis an impaſſibilis. De termino inferioris

¶ Ad quintum dicendum, quòd in animalibus generatis ex putrefactione, virtus cæli, vt Commen. dicit in 7. Metaphyſicę, ſupplet locum virtutis formatiuæ in ſemine: huiuſmodi enim animalia propter ſui imperfectionem non requirunt tot ad ſui generationem ſicut animalia perfectiora, in quibus oportet ꝙ cum virtute cæleſti adſit in ſemine virtus animæ a patre deriuata: eſt enim virtus cæleſtis in omnibus corporibus inferioribus ſicut virtus motoris in moto, vt inducat vnumquodque in ſpeciem ſecundum materiæ diſpoſitionem, & hæ virtutes cæleſtes in elemẽtis receptę vocãtur a Philoſopho in 17. de animalibus virtutes animæ, quibus omnia elementa plena dicit, eo ꝙ huiuſmodi virtutes ſunt ſufficientes ad animationem materię, ſi pertingant ad aliquam complexionis æqualitatem. Com. 31. I De genera. animal. lib. 2. c. 3.

### SEQVITVR EXPOSITIO TEXTVS.

AVT ſi de pedibus ad ſeruitutem ſubijciendam.} Non videtur eſſe verum per hoc qđ dr̃ Gen. 3. Sub viri poteſtate eris. Et dicẽdum, ꝙ hoc in pœnam mulieris in obedientis inductum eſt. Vel dicendum, ꝙ non eſt ſub poteſtate viri per modum ſeruitutis, ſed per modum gubernationis. {Ideoq; potius de illo &c.} Hæc cõcluſio non ſequitur, cuius rõ in obiectionibus dicta eſt. {Eo ſane miraculo.} Hæc ſimilitudo ẽt ad probandum eius propoſitum nõ valet, & quia Aug. eo modo multiplicationem illam factam dicit: ſuper Io. ſicut ex paucis granis creſcunt multæ ſegetes, ꝙ quidẽ ꝑ attractionem humoris a terra certũ eſt fieri. {Angelorum miniſterio facta ſit &c. Quod quidem miniſterium eſſe potuit in ſeparatione coſtę, & in cõgregatione materiæ, ex cui⁹ cõditiõe corp⁹ mulieris formatũ eſt.} Tñ ꝑp effectus diuerſos &c. Et hoc eſt ſm ꝙ dicuntur plures ideę ſm diuerſos reſpectus ad creaturas, vt ſupra in primo lib. dictum eſt. K

## DISTINCTIO XIX.

### DIVISIO TEXTVS.

DETERMINATA ſuperius inſtitutione humanæ naturæ, quantum ad vtrumque ſexum. Hic proſequitur conditiones naturæ inſtitutæ, quantum ad primum ſtatum ſui. Diuiditur autem in partes



partes duas. In prima determinat ea, quæ pertinent ad conſeruationem indiuidui, in eſſe per immortalitatem. In ſecunda ea, quæ pertinent etiam ad multiplicationem ſpeciei, per generationem. 20. diſtin. ibi }Poſt hoc videndum eſt, qualiter primi parentes &c.} Prima in duas. In prima oſtendit immortalitatem hominis, quantum ad primum ſtatum. In ſecunda inquirit cauſam & modum eius. ibi {Solet & hic quæri, cum homo primus &c.} Circa primum tria facit. Primo manifeſtat intentionem. Secundo proponit hominis immortalitatem. ibi {Primus ergo homo, ſm naturã corporis &c.} Tertio manifeſtat differentiam illius, primi ſtatus ad duos ſtatus ſequentes. ibi {In primo ſtatu fuit corpus hominis &c.} {Solet & hic quæri.} Hic inquirit cauſam ĩmortalitatis, & modum vtrum. ſ. eſſet per gratiam vel per naturã. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo determinat eam, ex verbis Auguſ. ibi Ad quod dici poteſt &c.} Tertio inducit quorũdam diſceptationem ſuper hac determinatione. ibi {Propter hoc aliqui dicunt &c.} Et circa hoc duo facit. Primo ponit quorũdam opinionem, q ſimpliciter dictę determinationi adhærent dicentes, ſolam gratiam eſſe cauſam immortalitatis. In ſecunda obiicit in contrarium, & ponit contrariam opinionem. ibi {Sed adhuc quęritur &c.} Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem contra primam opinionem. Secundo ex hoc inducit opinionem contrariam. ibi {Aliqui dicunt &c.} Tertio ponit quędam verba Augu. ex quibus ſecunda opinio firmamentum habere videtur. ibi {De hac vero hominis immortalitate.} Vbi prius verba Aug. ponit, qualitatem potentiæ immortalitatis exprimentia. Secundo ex his concludit ſecundam opinionem, ad quam firmãdam aliam authoritatem Aug. inducit. ibi {Ideo alij dicunt &c.}

vitæ, & de tranſitu ad ſuperiorem, de modo propagationis filiorum, & alia multa, quæ non inutiliter ſciuntur: licet aliquãdo curioſitate quærantur. At prius quàm ad animi qualitatem, pertinẽtia proſequamur, de qualitate eius, ſecũdum corpus, & modo propagationis filiorum, & de alijs quibuſdam inſpiciamus. *b* Primus igitur homo ſecundum naturam corporis terreni, & immortalis fuit, quodammodo ſecundum aliquid, quia potuit non mori, & mortalis quodãmodo, quia potuit mori. In illo nãque primo ſtatu habuit poſſe mori, & poſſe non mori, & hęc fuit prima humani corporis immortalitas. ſ. poſſe non mori. In ſecundo vero ſtatu poſt peccatum habuit poſſe mori, & non poſſe nõ mori, quia in hoc ſtatu moriendi eſt neceſsitas. In tertio ſtatu habebit poſſe non mori, & non poſſe mori, quia ad illum ſtatum pertinet moriendi impoſſibilitas, quod ex gratia erit, non ex natura. In primo ſtatu fuit corpus hominis animale, ideſt egens alimonijs ciborum, B

### QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic quæruntur quinque.

Primo. De immortalitate hominis ſecundum animam.

Secundo. Vtrum homo in ſtatu innocentiæ fuerit immortalis ſecundum corpus.

Tertio. Vtrum fuerit impaſſibilis.

Quarto. Suppoſito quòd ſic, vtrum illa immortalitas, & impaſſibilitas fuerit, per naturam, vel per gratiam.

Quinto. Vtrum illa immortalitas ſit eadem, cum immortalitate reſurgentium.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum anima hominis corrumpatur ad corruptionem corporis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ anima hominis corrupto corpore corrumpatur. Primo per hoc quod habetur Eccl. 3. Vnus eſt interitus hominis & iumentorum: ſed iumenta ſimul in corpore, & in anima intereunt. ergo videtur, ꝙ etiam homo. 1. q. 75. art. 6. & 2. contra c. 79. 80 81. & quod lib. 6.

¶ 2 Præter. Differentiæ ſuperiores participantur vniformiter ab his, quæ conueniunt in aliquo inferiori: ſicut omne animal æqualiter ſe habet, vt dicatur corporeum: ſed incorruptibile & corruptibile ſunt differentię entis. ergo eodem modo conueniunt omnibus, quæ ſunt in aliquo determinato genere: ſed in omnibus animalibus accidit corruptio per hoc, ꝙ forma eorum in non ens ſe cedit. ergo videtur, quòd ſimiliter in hominibus. A

¶ 3 Præt. Quorũcũq; eſt vnum eſſe, non poteſt corrumpi vnum ſine corruptione alterius, cum corruptio ſit mutatio de eſſe in nõ eſſe: ſed formæ & materiæ eſt vnum eſſe, cũ eſſe debeatur compoſito quod ex vtroque reſultat. ergo nõ põt eſſe corruptio materiæ, ſine corruptione formæ: ſed anima eſt forma corporis, vt in 2. de anima habet̃. ergo corrupto corpore etiã anima corrumpitur. Si dicatur, ꝙ anima etiam eſt forma, & ſubſtãtia, & poſt mortem non manet, inquantum eſt forma: ſed inquantum eſt ſubſtantia. Tex. 6. 8.

¶ 4 Contra. Aut anima eſt forma ꝑ eſſentiam ſuam, aut per aliquod accidẽs ſuum. Si primo mõ. ergo cum vnius rei, non ſint plures eſſentiæ, ſi aĩa poſt mortem non manet, inquantum eſt forma, eſſentia ſua pænitus annihilabitur. Si autem ſecundo modo, cum ex anima & corpore nõ cõſtituatur vnũ quod eſt homo, niſi inquãtum anima eſt forma corporis, ſequeretur quòd homo ſit ens per accidens, & non ſignificet aliquid in prędicamento ſubſtantiæ, quod eſt valde abſurdum. ergo videtur, quòd poſt mortem nullo modo anima remaneat. D

Vnde & homo factus eſſe dicitur in animam viuentem, non ſpiritualem, ideſt in animam corpus ſenſificantem. quod adhuc erat animale, non ſpirituale. quod egebat cibis, vt per animam viueret. Factus eſt igitur in animam viuentem, ideſt vitam corpori dantem: tamen per ſuſtentamenta ciborum, & tunc erat corpus mortale & immortale, quia poterat mori, & poterat non mori. Poſt peccatum vero factum eſt mortuum: ſicut dicit Apoſtolus. Corpus propter peccatum mortuũ eſt, ideſt neceſsitatem moriendi in ſe habet. In reſurrectione vero erit ſpirituale, ſcilicet agile, & cibis non egens, & immortale, non ſicut in ſtatu primo tãtum fuit, ſcilicet quòd poſsit non mori: ſed etiam quòd non poterit mori. vnde Aug. ſuper Geñ. Apoſtolus ait. Corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum &c. Prius de limo terræ formatum eſt corpus animale non ſpirituale, cum quali reſurgemus, & renouabimur a vetuſtate, non in corpus animale quale fuit: ſed in melius, ideſt C

¶ 5 Pręt. vt in 1. Cæli & mundi probat Philoſophus, impoſſibile eſt, ꝙ aliquid habeat virtutem ad eſſendum ſemper, quod non ſemper fuit: quia virtus, quæ eſt ad hoc, vt ſit ſemper, determinatur ad tempus infinitum, & quod in tempore infinito põt eſſe, non habet virtutem determinatam ad hoc, vt qñq; ſit, & quãdoque non ſit, quod inuenitur in omni eo quod eſſe cæpit: ſed anima rationalis non ſemper fuit, quinimmo cum corpore incæpit. ergo nec ſemper erit, ſed cum corpore finietur. cap. 12. vel tex. 133.

¶ 6 Preter. Cum nulla ſit ſubſtantia, ſine propria operatione, vt Dam. dicit. impoſſibile eſt animam ſeparari a corpore, ſi in omni operatione ſua, indiget corpore: ſed in intelligendo corpore indiget, quia non eſt intelligere ſine phãtaſmate, vt in primo & tertio de anima dicitur, & huiuſmodi intelligere corrumpitur corrupto corpore, vt in primo de anima dicitur, de alijs etiam operationibus eius planum eſt, ꝙ ſine corpore non exercentur. ergo animam a corpore ſeparatam remanere, eſt impoſſibile. De fide ortho. lib. 4. c. 28. E 1. de Aĩa t. 12. 3. de Aĩa t. 39.

¶ 7 Præt. Omne quod eſt ex nihilo vt Dam. dicit, vertibile eſt in nihil: ſed anima cum ſit creatura, ex nihilo eſt. ergo videtur, ꝙ in nihil vertibilis ſit, & ita eſt corruptibilis. De fide ortho. lib. 2. c. 3. & 6.

In contrariũ eſt qđ dicit Philoſophus in 2. de aĩa, ꝙ reliquum genus animæ, ſ. intellect⁹, ſeparatur ab alijs partibus aĩę, ſicut perpetuum a corruptibili. Et in primo de anima, ꝙ intellectus videtur ſubſtantia quædam eſſe, & non corrumpi: non. n. corrũpitur per ſe, cum etiam inferiores vires, vt ſenſitiuæ de quibus minus videtur, debilitentur tantum ex indiſpoſitione organorum, nec etiam per accidens: cum non ſit forma ſuper aliud delata: ſed ſubſtantia quædam per ſe ſubſiſtens. C. tex. 21.

¶ Præt. In 10. Ethicorum, Philoſophus probat fælicitatem contem- c. 7. 8. 9.

contemplatiuam actiua digniorem eſſe, quia eſt diuturnior: ſed fælicitas actiua extenditur, vſq; ad terminum huius corporalis vitæ, ergo contemplatiua remanet etiam poſt hanc vitam, non autem in corpore. ergo in anima.

¶ 3 Præt. Ad Deum pertinet habere curam, & prouidentiã de omnibus, quæ in mundo fiunt, & præcipue de his, quæ circa homines geruntur, & præcipue circa bonos, & qui ſunt Deo ſimillimi, vt ha-
cap. 7. & vltra. betur ex verbis Philoſophi. 10. Ethicor. ꝙ homo ſapiens eſt Deo ſimillimus, & ſibi amãtiſſimus: ſed non poteſt eſſe ſine iniuſtitia prouiſoris & gubernãtis, vt mali non puniantur, & boni non præmientur. Cum ergo iniuſtitia in Deum cadere non poſſit, oportet omne malum puniri, & omne bonũ præmiari: hoc autem in vita iſta non contingit, cum frequenter bona malis eueniant, & econuerſo.
Tex. 6. ergo videtur, ꝙ hoc erit poſt hanc vitam.

¶ 4 Præt. Vt in 3. de anima Philoſophus dicit. anima eſt locus ſpecierum: ſed locus conſeruat locatum. ergo ſi ſimilitudo bona eſt, oportet ꝙ in anima intellectiua, de qua loquitur ſpecies intelligibiles conſeruentur: ſed intellectus poteſt intelligere præſentibus intelligibilibus: ſicut ſenſus ſentire præſentibus ſenſibilibus. ergo anima poteſt per ſe, in actum intelligendi, ſi-
Tex. 12. & 13. ne hoc ꝙ aliquid a corpore accipiat: & ita videtur, ꝙ ſine corpore eſſe poſſit, ex regula quam Ariſto. in principio de anima ponit, ꝙ ſi anima habet operationem propriam ſine corpore, eſt ſeparabilis.

Respondeo. Dicendum, ꝙ circa hoc quatuor ſunt poſitiones. Prima fuit antiquorum naturalium, qui intellectum a ſenſu non diſcernebant: vnde ſicut operatio ſenſus dependet a corpore: ita etiam ponebant intellectus operationem ex corpore dependere, & animam intellectiuam conſequi naturam corporalem: vnde quidam ponebant animam eſſe ignem, quidam vaporem, quidam armoniam, & ſic de alijs, ſecundum ꝙ tantũ ſenſus, & motus animalium conſiderabant: & ideo ſm eos neceſſarium fuit ponere animam poſt corpus non remanere. Hãc
Tex. 7. autem opinionem Ariſto. ſufficienter infringit, oſtendens intellectum habere eſſe abſolutum, non dependens a corpore: pro-
De aĩa parte. 5. c. 1. lectione. 7. pter quod dicitur non eſſe actus corporis, & ab Auicen. dicitur non eſſe forma ſubmerſa in materia. & in libro de cauſis dicitur non eſſe ſuper corpus delata. Huius autem probationis medium ſumitur ex parte operationis eius: cum enim operatio nõ poſſit eſſe, niſi rei per ſe exiſtentis: oportet illud quod per ſe habet operationem abſolutam, etiam eſſe abſolutum per ſe habere: operatio autem intelľs eſt ipſius abſolute, ſine hoc, ꝙ in hac operatione aliquod organum corporale cõicet, quod patet præcipue ex tribus. Primo, quia hæc operatio eſt omnium formarum corporalium ſicut obiectorum: vnde oportet illud principium, cuius eſt hæc operatio, ab omni forma corporali abſolutum eſſe. Secundo, quia intelligere eſt vniuerſalium, in organo autem corporali recipi non poſſunt, niſi intentiones indiuidua-
D. 1123. te. Tertio, quia intellectus intelligit ſe, quod non [d] contingit in aliqua virtute, cuius operatio ſit per organum corporale, cuius
De aĩa parte 2. c. 2. ratio eſt, quia ſm Auic. cuiuſlibet virtutis operantis, per organum corporale, oportet vt organum ſit medium inter ipſam, & obiectum eius. Viſus. n. nihil cognoſcit, niſi illud cuius ſpecies poteſt fieri in pupilla: vnde cum non ſit poſſibile, vt organum corporale cadat medium, inter virtutem aliquã, & ipſam eſſentiam virtutis, non erit poſſibile, vt aliqua virtus operans mediãte organo corporali, cognoſcat ſeipſam. Et hæc probatio tangi-
Lcõne 8. tur in libro de cauſis, in illa propoſitione. Omnis ſciẽs, qui ſcit eſſentiam ſuam eſt rediens, ad eſſentiam ſuam reditione completa. Et dicitur redire completè ad eſſentiam, vt ibi Commen. exponit, cuius eſſentia eſt fixa ſtans, non ſuper aliud delata. Ex quibus omnibus patet, ꝙ anima intellectiua habet eſſe abſolutum, non dependens ad corpus: vnde corrupto corpore nõ cor-

ſpirituale, cum hoc mortale induet immortalitatem, in quam mutandus erat Adam, niſi mortem corporis animalis, peccando meruiſſet. Nõ enim ait Apoſtolus. Corpus mortale eſt propter peccatum: ſed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale, & immortale erat, quia poterat mori & non mori. Aliud eſt autem nõ poſſe mori. Aliud poſſe non mori: ideo factum eſt per peccatum non mortale, quod erat: ſed mortuum, quod non fieret niſi peccaret: animale enim non eſt hoc corpus, ſicut primi hominis fuit. ſed iam deterius eſt, habet enim neceſſitatem moriendi. Ecce hic euidenter aperit Auguſ. quòd corpus hominis ante peccatũ mortale & immortale fuit: ſed non qualiter fiet in reſurrectione. De hoc eodem, Beda ſuper Geneſim ait. Non eſt credendum ante peccatum, ita fuiſſe mor-
G tua corpora noſtra ſicut modo. ait enim Apoſtolus. Corpus propter peccatum mortuum eſt: ſed licet fuiſſent animalia nondum ſpiritualia, nõ tamen mortua, quæ ſcilicet neceſſe eſſet mori,

*d Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum, eſſet de conditione naturæ, an ex gratiæ beneficio.*

†ſuper Genẽ. lib. 6. c. 25.

Solet hic quæri, cum primus homo mortale, & immortale corpus habuerit, vtrum ex conditione naturę ipſius corporis habuerit vtrunque, an alterum beneficium eſſet gratiæ, ſcilicet immortalitas, ideſt poſſe non mori. Ad quod dici poteſt, q a alterum habebat in natura corporis, ideſt poſſe mori. alterum vero ſcilicet poſſe nõ mori erat ei ex ligno vitæ, ſcilicet ex dono gratiæ. Vnde Auguſt. ſuper Gene. Quodammodo creatus eſt homo ĩmortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale erat, quòd omnino mori non poſſet, quod nõ erit, niſi vbi fuerit ſpirituale. Aperte dicit, ꝙ non ex natura: ſed ex ligno vitæ habebat poſſe non mori. Propter hoc aliqui dicunt, quòd niſi il-
B lo ligno vteretur, non ſemper viueret, quia peccaret. Peccaret enim, ſi illo ligno non vteretur, quia præceptum erat ei, vt comederet de omni ligno paradiſi: niſi de ligno ſcientiæ boni & mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibi-

†lib. 6. c. 25.

F rumpitur. Secunda fuit Pythagoræ & Platonis, qui vidẽtes incorruptionem animę errauerunt in hoc, ꝙ poſuerunt animas de corpore in corpus tranſire. Et hanc poſitionẽ improbat Philoſophus in 1. de anima: oſtẽdens ꝙ anima eſt forma corporis, & motor eius, oportet autem vt determinatę formæ determinata materia debeatur, & determinato motori, determinatum organum, ſicut quælibet ars in agente vtitur proprijs inſtrũs: vnde hæc aĩa nõ poteſt eſſe forma & motor, niſi huius corporis. Tertia poſitio eſt eorum, qui dicunt animam intellectiuam, ſm quid corruptibilem eſſe, & ſecũdum quid incorruptibilem, quia ſecundum hoc, ꝙ de anima eſt huic corpori proprium, corrumpitur corrupto corpore, ſecundum aũr, id quod omnibus eſt cõe incorruptibilis eſt. Ponunt. n. intellectum eſſe vnum in ſubſtantia omnium, quidam agentem, & Tex. 53. 2. de anima tex. 26. † Cap. 2.
H quidam poſſibilem, vt ſupra dictum eſt, & hunc eſſe ſubſtantiã incorruptibilem, & in nobis non eſſe, niſi phantaſmata illuſtrata lumine intellectus agentis, & mouentia intellectum poſſibilem, quibus intelligentes ſumus, ſecundum ꝙ per ea continuamur intellectui ſeparato, ex quo ſequitur, ꝙ ſi id quod eſt proprium deſtruitur, tm̃ cõi remanente, ꝙ ex omnibus animabus humanis, vna tantum ſubſtantia remaneat diſſolutis corporibus. Hæc autem poſitio quibus rationibus innitatur, & quomodo improbari poſſit, ſupra dictum eſt. 17. diſtin. Quarta poſitio eſt, quam fides noſtra tenet, ꝙ aĩa intellectiua ſit ſubſtantia, non [d] depẽdens ex corpore, & ꝙ ſint plures intellectiuæ ſub- D. 169.
ſtantię, ſecundum corporum multitudinem, & ꝙ deſtructis corporibus remanent ſeparatæ, non in alia corpora tranſeuntes: ſed in reſurrectione, idem corpus numero quod depoſuerat vnaquæq; aſſumat.

I ¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Salomon ibi loquitur more concionatoris, aſſumens in ſe diuerſorum hominum ſententias, & ſapientium & ſtultorum, vt in fine omnibus appareat, quæ ſit verior ſententia, vnde concludit quaſi ſententiam proferens, dicens, finem loquendi omnes pariter audiamus &c. Et hoc eſt vnũ ex illis, quæ ab eo in perſona ſtultorũ inducunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ corruptio inuenitur in omnibus corruptibilibus, ſecundum vnam rationem cõem, quantum ad id quod per ſe corruptioni conuenit, ſed non quantum ad id quod accidit ei, cum enim corruptio ſit proprie compoſiti trãſmutatio de eſſe in non eſſe, hoc per ſe ad corruptionem pertinet, vt compoſitum eſſe deſiſtat, & quia compoſitum habet eſſe, ex coniunctione formæ ad materiam: ideo diuiſio formæ, a tali materia inuenitur, in qualibet corruptione, ſed ꝙ forma in nihil cedat vel non, hoc corruptioni accidit, ex ratione propria huius formæ vel illius: ſi. n. ſit. forma talis cuius eſſe ſit abſolutum, & non dependens, in cuius eſſe participationem materia
K adducitur, ex hoc ꝙ perficitur tali forma, contingit, vt ex defectu materiæ compoſitum huiuſmodi eſſe amittat, ſecũdum hoc, ꝙ improportionata ad ipſum efficitur: & tamen ipſa forma remanet in ſuo eſſe, & ſic deſtructio eſt compoſiti, forma remanente, ſi vero forma non habeat eſſe abſolutum, in quo ſubſiſtat: ſed ſit per eſſe compoſiti, tunc ex quo cõpoſitum deſinit eſſe, oportet quòd forma etiam eſſe amittat, & per accidens corrũpatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut dicit Cõm. in 3. de anima. Diſput. 1. in ſolu. vltimi dubij. intellectus non eodem modo dicitur forma, cum alijs formis materialibus, quod quantum ad hoc dico verum eſſe, licet ipſæ aliud intendat, quòd anima cum habeat eſſe abſolutum, vt eius operatio oſtẽdit, non habet eſſe, per eſſe compoſiti, quin potius compoſitum per eſſe eius: & ideo corrupto corpore non corrumpitur per accidens anima, ſicut aliæ formæ, quæ non ſunt, niſi per eſſe compoſiti, nec aliquam operationem habent, niſi mediante materia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd anima rationalis præter alias formas dicitur eſſe ſubſtantia, & hoc [d] aliquid, ſecundum quòd D. 170. habet



habet eſſe abſolutum, & quod dicitur, ꝙ anima poteſt dupliciter conſiderari. ſ. ſm ꝙ eſt ſubſtantia, & ſm ꝙ eſt forma, nõ eſt intelligendum, quãtum ad diuerſa quæ in ipſa ſunt, quaſi aliud ſit eſſentia ſua, & aliud ipſam eſſe formam, vt ſic eſſe formam accidat ſibi, ſicut color corpori: ſed diſtinctio accipitur ſecundũ eius diuerſam conſiderationem: non. n. ex hoc ꝙ eſt forma habet, ꝙ poſt corpus remaneat: ſed ex hoc ꝙ habet eſſe abſolutũ, vt ſubſtantia ſubſiſtẽs, ſicut etiam homo non habet ꝙ intelligat, ex hoc ꝙ eſt animal, ſed ex hoc ꝙ eſt rationalis, quãuis vtrunque ſit ſibi eſſentiale.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ex ratione illa non plus probatur quàm hoc. ſ. ꝙ id quod habet virtutem ad hoc, vt ſit ſẽper, dum habet illam virtutem, non terminat eſſe ſuum ad aliquod tẽpus ante vel poſt, quaſi nõ potuerit per hanc virtutem plus q̃ certo tempore duraſſe, & hoc etiam in anima verum eſt, quia per virtutem quam modo habet, potuiſſet per mille milia annorum duraſſe: ſed quia hanc virtutem a ſe nõ habet, ſed ab alio: tunc ex hac virtute incæpit ſua duratio, quando hæc virtus data eſt ſibi.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ intelligere cum aliquo, vel ſine aliquo dicitur dupliciter, vel hoc modo, ꝙ illud etiam intelligatur eſſe particeps operationis, ſicut organum virtutis viſiuę, ſimul cum virtute viſiua videt, quia videre eſt compoſiti, & ſic intelľs omnino ſine corpore intelligit, quia hæc operatio non perficitur mediante organo corporali, vel ita ꝙ illud ſit obiectum operationis: ſicut viſus non poteſt videre ſine colore, & hoc modo etiam intellectus in ſtatu viæ, non poteſt intelligere ſine phantaſmate, quod ſe habet ad intellectum, ſicut color ad viſum, vt
Tex. 30. Philoſophus in 3. de anima dicit. Et ex hoc non oſtenditur, ꝙ anima intellectiua habeat eſſe dependens ad corpus, cũm operatio egrediatur ab ipſa abſolute: ſed poſt mortem alium modum intelligendi habebit, de quo locus erit inquirendi in fine Quarti.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ vertibilitas in nihil: nihil aliud ponit in creatura, q̃ dependentiam eſſe eius, ad principium a quo eſſe habet, adeo ꝙ ſi influentia eius ceſſaret, quælibet creatura eſſe deſiſteret: ſed ex hoc non poteſt creatura corruptibilis dici, vt in primo libro dictum eſt. diſtinct. 8.

ARTICVLVS. II.

*b Vtrum homo in primo ſtatu habuerit neceſſitatem moriendi.*

1. q. 97. ar. 1. Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ homo in primo ſtatu habuit neceſſitatem moriẽdi ſm corpus. Quicquid enim ſequitur ex neceſſitate materiæ, eſt neceſſarium neceſſita-
Tex. 88. te abſoluta, vt in 2. Phyſicorũ habetur: ſed corruptio compoſiti ex contrarijs ſequitur ex neceſſitate materiæ. ergo corpus hominis quod ex contrarijs compoſitum erat, ſimpliciter & abſolute erat neceſſe corrumpi.

¶ 2 Præt. Quod eſt corruptibile ſecundum partem, eſt etiã ſecundum totum diſſolubile: ſed corpus hominis in primo ſtatu, ſecundum aliquam partem diſſolubile erat: aliàs cibo non vteretur, præcipue quia eſt formatus in perfecta quantitate, cũ nutrimentum ſit, ad reſtaurationem deperditi. ergo videtur, ꝙ etiam totum corpus diſſolubile foret.

Tex. 6. ¶ 3 Præt. Vt in 5. Meta. dicitur. neceſſitas cibi eſt de illis, ſine quibus non poteſt eſſe vita: ſed homo in primo ſtatu habebat vitam cibis indigentem, vt in litera dicitur. ergo ſine cibis viuere non potuiſſet: & ita videtur, ꝙ quantum in ſe erat, neceſſitatem mortis haberet.

¶ 4 Præt. Ea quę differunt ſecundum genus, non ſunt tranſmutabilia inuicem: ſed corruptibile & incorruptibile ſunt hu-
Tex. 26. iuſmodi, vt in 10. Meta. dicitur. ergo non poteſt eſſe, vt homo, qui nunc eſt corruptibilis, prius fuerit incorruptibilis.

¶ 5 Pręt. Mortale, eſt vna de differentijs conſtitutiuis hominis: ſed vt in 8. Meta. dicitur, qualibet differentia appoſita, vel amota, fit alia ſpecies, ſicut etiam numeris per additionem, &

A ſubtractionem vnitatis. ergo ſi homo ante peccatum fuiſſet immortalis, fuiſſet alterius ſpeciei: quod eſt inconueniens.

Sed contra. Apoſtolus Rom̃. 6. dicit. Stipendia peccati mors. ergo homo ante peccatum mortuus nõ fuiſſet. Idem poteſt haberi ex hoc, ꝙ dicitur Sapien. 3. Deus mortem non fecit: ſed impij &c.

¶ Præt. Pœna non præcedit culpam: ſed mors eſt maxima penarum. vnde a Philoſopho finis terribiliũ dicitur in 3. Ethi. Cap. 9. ergo ante peccatum mortuus nõ fuiſſet.

Respondeo, Dicendum, ꝙ vt ex 2. Phyſi. habetur. Tex. c. 89. Ea quæ ſunt ad finem, inſtituuntur ſm rationem finis, vt patet præcipue in artificialibus. cum ergo homo inſtitutus eſſet ad finem beatitudinis excedentis omnem facultatem humanæ naturę, oportuit ꝙ in ipſa ſui inſtitutione, aliquid ſibi collatum fuerit, ſupra facultatem principiorum naturalium. ex principijs autem naturalibus, eſſe perpetuum habere non poteſt, cum ex contrarijs componatur, quod eſt cauſa corruptionis in rebus, cum forma materiam perficiat ſm eius capacitatem. vnde hoc ſibi ſu-
C pra conditionem naturæ ſuæ collatum fuit, vt anima quæ in tam nobilem finem ordinabatur, ſecundum poteſtatem ſuam, ſupra communem naturæ ordinem, quo materia recipit eſſe, ſecundum ſui conditionem, eſſe perpetuum materiæ communicaret. Et quia hæc poteſtas animæ ſuper corpus, conſequebatur ex ordinatione eius in finem, non poterat impediri eius effectus, niſi per deordinationem eius a fine, quæ ſine peccato eſſe non poterat: & quia peccare poterat libero arbit. nondũ in iuſtitia confirmato, poterat impediri eius effectus, vt morte, eſſe perpetuum interciperetur: & ideo quodammodo erat mortalis, inquantum poterat mori, & quodammodo immortalis, inquantum poterat non mori. Sed potentia moriendi, non poterat reduci ſtatim in actum, niſi præcedente immutatione animæ, ſm actum peccati: ideo ſimpliciter dicendus erat, homo in ſtatu illo immortalis, & mortalis non niſi ſecundum quid, ſ. ſi peccaret, quia vt in 9. Meta. dicitur. illud dicitur ſimpliciter eſſe in po- Tex. cõ. 12.
tentia ad aliquid, quod poteſt ſtatim reduci in actum vno mo-
D tore: ſicut non dicimus, ꝙ ex terra poſſit fieri ſtatua, ſed ex cupro, quàmuis ex terra fiat cuprum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procederet, ſi compoſitum eſſe recepiſſet ſecundum conditionem materiæ, & non ſecundum poteſtatem formæ, cuius eſſe perpetuum eſt, & hoc idem animæ in principio, ſuper communem naturæ curſum, collatum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quidam dicunt, quòd nulla diſſolutio, vel perditio facta fuiſſet in corpore Adæ, & cibus ab eo non ſumebatur, ad reſtaurationem deperditi, ſed contra hunc defectum, communem omni craturæ, qui eſt vertibilitas in nihil. Sed hoc ridiculum videtur. quia ſecundum hoc, etiam corpora cæleſtia cibis indigerent, & etiam incorporeæ ſubſtantiæ, nec contra hunc defectum per cibos ſubuenitur, vt vel tollatur dependentia ſui eſſe per cibum, vel ſaltem minuatur. Irrationabile autem eſt, ꝙ indiguerit propter defectum aliquem, propter
E quem illi defectui ſubueniri non poſſit: & ideo dicendum eſt, quòd cibus ſumebatur ad reſtaurationem deperditi, & ad augmentum corporis, in quantitate perfecta, & ad multiplicationem ſpeciei, per viam ſeminalem, ſm ꝙ nutritiua augmentatiuæ & vegetatiuę deſeruire dicit: & ideo oportet ponere, quòd aliqua particularis deperditio in corpore Adæ fieret: non tamẽ poterat ſubſequi diſſolutio in toto, propter virtutem regitiuã corporis, quæ erat ex parte animæ, vt dictum eſt: ſicut etiam in partibus mundi contingit, elementorum in partibus corruptionem fieri. non autem in toto contingit elementa corrumpi, ex eo, ꝙ inferiorum corporum ordo, virtute ſuperiorũ conſeruat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſi Adam non comediſſet moreretur: nec tamen mori poterat ante peccatum, quia hoc ipſum qđ erat nõ comedere tempore determinato, fuiſſet ſibi peccatum, tum quia erat contra præceptum diuinitus promulgatum, quo præceptum erat ſibi, vt de omni ligno paradiſi comederet. Gen. 2. tum quia non exiſtente præcepto, foret contra legem naturaliter

raliter inſitam. tempus autem determinatum comedendi, non per experientiam defectus cognouiſſet: ſed iudicio rationis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ impoſſibile eſt, quòd de corruptibili, in incorruptibile trãſmutatio fiat vel ecõtrario, ſi ſumanẽ vt oppoſita, i. ſupra ea deeſſe principia fundata. Incorruptibilitas aũt illa quam primus homo habuit, non fuit in principijs naturæ fundata, ſed in virtute animę diuinitus conceſſa: & ideo quando naturę ſuæ derelictus eſt, mortem quã in natura ſua habebat, neceſſe fuit in actũ exire, quę quidem dictę immortalitati oppoſita non erat.

¶ Vnde patet reſponſio ad quintum, quia illa imortalitas principia naturæ, in quibus conſiſtit mortalitas, non tollebat. vnde nulla differentia conſtitutiua diminuitur. dicebatur enim homo tũc mortalis, prout mortale eſt differentia eius, ſecũdum quòd ex conditione naturæ ſuæ mortem habuit.

tum: ita etiam peccaret ſi non comederet, quod erat iuſſum.

*Si non foret præceptum, vt de illo ligno ederet, & alijs & non illo vteretur, an poſſet non mori.*

Sed adhuc quæritur, ſi non eſſet præceptum, vt de ligno vitæ ederet & alijs, & non illo veſceretur, nunquid poſſet non mori? Si ſemper viueret, non vtens illo ligno, nõ erat ei ex illo ligno poſſe non mori. Si vero nõ poſſet ſemper viuere, id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt quòd ſi non fuiſſet ei præceptum, veſci de illo ligno, & alijs & non illo veſceretur, viueret ſemper, ſic determinantes illud, quod ſupra dixit Auguſ. ſcilicet erat ei de ligno vitę, non de conditione naturæ tantũ, ſ. quaſi non ex conditione naturæ, ſolummodo erat ei: ſed etiam ex ligno illo. Alijs autem videtur, G quòd ex ligno vitæ erat ei poſſe non mori, non ex natura. Ideoque enim dicitur potuiſſe non mori, quia poterat vti illo ligno, de quo edens non moreretur.

*Quæſtio Aug. quomodo immortalis factus ſit homo.*

De hac vero hominis immortalitate qualis fuerit. Aug. ſuper Geneſim quæſtionem mouẽs, ſic ait.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum corpus Adæ fuerit paſſibile.*

1.par.q.97. art.2. 3.de anima lec.7.te. & cõ.1.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd corpus Adæ fuerit paſſibile. Sentire.n. ſecundum Philoſophum, quoddam pati eſt: ſed Adam habuit corpus ſenſibile. ergo & paſſibile.

¶ 2 Præter. Corpora ſuperiora ſunt cauſa motuum, in inferioribus corporibus: ſed corpus Adæ, aliquo modo mutabile erat, ad minus ſecundum augmẽtum. ergo erat receptiuum impreſſionum ſuperiorum corporum: ſed recipere impreſſionem agentis eſt pati. ergo habuit corpus paſſibile.

¶ 3 Præt. Somnus eſt paſſio quædam, & immobilitatio organorum ſenſibilium, vt Philoſophus oſtendit: ſed Adam in primo ſtatu dormiuiſſet. Vnde Geñ. 2. Immiſſus in eo ſopor a Domino dicitur. ergo corpus paſſibile habebat. (De ſomno & vig. le.1.)

¶ 4 Præter. Augmentum ſine alteratione eſſe non poteſt, nec alteratio ſine paſſione, vt in 1. de generatione dicitur: ſed corpus Adę erat augmentabile. ergo & alterabile & paſſibile. (Lect.16. & tex. cõ.38.)

¶ 5 Præter. Omne molle obuians duro, oportet ꝙ cædat ſibi: ſed Adam habuit in carne ſua mollitiem. ergo ab aliquo corpore duro, vt ſecuri, ſecari potuiſſet, ſimiliter etiam vri, vt dicitur ab excellenti calido, & ſic de omnibus alijs paſſibilibus corporalibus.

SED CONTRA. Omnis paſſio magis facta abiicit a ſubſtantia, vt dicit Philoſophus: ſed quod abiicitur a ſubſtantia eſt via in corruptionem. ergo cum corpus Adæ fuerit incorruptibile, non potuit ſimul eſſe paſſibile. (Topicor. 6. cap.9.)

¶ Pręter. Cum ſemper patiens ſit ignobilius agente. paſſio enim aliquem defectum importat in patiente: ſed corpus Adæ nulli defectui ſubiici poterat. ergo paſſibile non erat.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ pati dicitur dupliciter. Vno modo communiter. Alio modo proprie, communiter dicitur pati, quicquid recipit aliquid quocũq; modo, & ſic cum omne recipiens careat eo quod recipit, & ſit in potentia ad illud, & econtrario. omne quod eſt in potentia ad aliquid, ſit receptiuum alicuius, a tali paſſibilitate nihil abſoluitur: niſi illud quod eſt actus purus, ſ. Deus. omnis enim creatura paſſibilis dici poteſt, ſm ꝙ alicuius perfectionis receptibilis eſt. Sed quia illud quod perfectionem recipit, non proprie dicitur paſſum vel alteratum, ſed magis perfectum, vt in 7. Phyſi. dicitur. ideo proprie pati, ſecundum ꝙ paſſio ſequitur alterationem, qua aliqd tranſmutatur ab eo, quod eſt ſibi ſecundum naturam: ſicut ſi aqua calefiat, vel aer inſpiſſetur, & ſi corpus animalis infirmetur, non autem ſi ſanetur. Primo ergo modo accepta paſſione, corpus Adæ paſſibile erat: ſed ſecundo modo accepta, tunc dicendum eſt corpus eius fuiſſe paſſibile ſecundum quid, ſcilicet ſi (Tex.c.16.)

F peccaret, & impaſſibile ſimpliciter, ſicut de mortali, & immortali dictum eſt.

AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ duplex eſt paſſio. Vna quæ ſequitur actionem naturæ, quando. ſ. ſpecies agentis recipitur in patiente ſecundum eſſe materiale, ſicut quando aqua calefit ab igne. Alia quæ ſequitur actionem, quę eſt per modum animæ, quando. ſ. ſpecies agentis recipitur in patiente, ſecundum eſſe ſpirituale, vt intentio quædam, ſecundum quem modũ, res habet eſſe in anima, ſicut ſpecies lapidis recipitur in pupilla, & talis paſſio ſemper eſt, ad perfectionem patiẽtis. vnde talem paſſionem non excludimus a corpore Adæ. (Supra art. 2. in cor.)

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cum motus ſuperiorum corporum ſit vt vita q̃dam, non natura exiſtentibus omnibus, vt in 8. Phyſic. dicit. paſſio illa, ſecũdum quam corpora inferiora, ſuperiorum impreſſionem recipiunt, H eſt ad perfectionem, & conſeruationem eorum: vnde nec etiam talis paſſio a corpore Adę excluditur. (†lib.3.c.21. Tex.cõ.1.)

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſecundum quoſdam, homo in primo ſtatu non dormiuiſſet: ſed quia hoc ratione, vel authoritate firmari non poteſt, probabilius videtur, vt ex quo vitam animalem habebat, ea quę talem vitam conſequuntur, ſibi non deeſſent, Somnus autem, quandoq; cõuenit ex cauſa naturali, ſicut ex vaporatione alimẽti, vel ex humiditate cerebri, vt in prima ætate, & ſic videtur vtraq; de cauſa potuiſſe eſſe ſomnum in primo ſtatu, quandoque vero ex cauſa innaturali, ſicut ex labore aut ægritudine, & ſic non fuiſſet ibi ſomnus. Somnus. n. quantum in ſe eſt, eſt paſſio ad perfectionem totius animalis pertinens, eo ꝙ in ſomno intenduntur virtutes naturales, & quietãtur virtutes aĩales, vt poſtmodũ fortiores ſint in actibus ſuis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ in augmento eſt alteratio eius qđ additur, quia conuertitur in ſubſtantiam eius quod augetur. I non autem oportet, ꝙ ſit alteratio eius cui additur, per quam a perfectione naturæ ſuę tranſmutatur, & hoc quod augetur eſt illud, cui additur alimentum. vnde ex augmento non poteſt cõcludi paſſibilitas corporis augmentati.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quàmuis caro Adæ mollis eſſet & diuiſibilis: tamen per prouidentiam ſuam continebatur a tali paſſione, dum ſibi a nociuis cauebat, quod ſi non faceret, peccaret: ſed per diuinam prouidentiam, ab omni violentia conſeruabatur illæſus.

ARTICVLVS IIII.

*d Vtrum homo in primo ſtatu fuerit impaſſibilis, & immortalis per naturam.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd per naturam, homo in primo ſtatu erat impaſſibilis, & immortalis. Eiuſdem. n. eſt infundere & continuare vitam: ſed anima naturaliter vitam corpori infundit. ergo etiam naturaliter in perpetuum, vitam in corpore continuaſſet. (1.par.q.97. art.1.) K

¶ 2 Præter. Vt dicit Aug. 11. ſuper Geñ. & Philoſophus in 3. de anima. Agens eſt nobilius patiente: ſed corpus Adæ nobiliſſimum corporum erat. ergo a nullo corpore pati poterat, vt corrumperetur, etiam ſecundum conditionem naturæ ſuę. (Tex.cõ.19.)

¶ 3 Præter. Corruptio cõtingit in corporibns miſtis, ex hoc ꝙ aliquod elementorum prædominans, harmoniam miſtionis diſſoluit: ſed corpus Adę erat temperatiſſimum. ergo videtur, ꝙ non poterat ibi ſequi corruptio naturalis, per exceſſum alicuius contrarij.

¶ 4 Præter. Corruptio naturalis animalium contingit ex conſumptione humoris naturalis: ſed in corpore Adæ, ſi aliquid deperdebatur, poterat per cibum aſſumptum reſtaurari, præcipue cum ipſe quantitatem deperditi, & virtutem cibi aſſumpti



ſumpti cognoſceret, & in edendo modum conſeruaret. ergo videtur, quòd nunquàm naturaliter corruptus fuiſſet.

¶ 5 Præter. Illa dicimus naturaliter euenire, quę ex rationibus ſeminalibus, rebus inditis conſequuntur: ſed per virtutem ligni vitæ, immortalitatem conſecutus fuiſſet, vt in litera dicitur. ergo videtur cum lignũ illud eſſet corpus naturale, ꝙ naturaliter vitam conſeruare potuiſſet.

SED CONTRA eſt, quia Diony. dicit in 4. cap. de diui. no. ꝙ data naturalia dæmones per peccatũ non perdiderunt: ſed homo non amplius, quàm dæmon peccauit. ergo ſi immortalitatem naturaliter habuiſſet, eam nullatenus amiſiſſet. (Tit. neq; dęmones natura mali sũt.)

¶ Pręterea. Differentiæ conſequuntur ex principijs eſſentialibus ſpeciei: ſed mortale eſt differentia hominis. ergo ex naturalibus principijs homo habet, ꝙ ſit mortalis. cum ergo natura ſpeciei eadem ſit ante peccatum & poſt, videtur quòd ante peccatum etiam naturaliter mortalis erat.

Quæritur quomodo immortalis factus ſit homo, prę alijs animantibus, & quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. *e.* Sed alia eſt immortalitas carnis, quam in Adam accepimus, alia quam in reſurrectione ſperamus ꝑ Chriſtum. Ille factus eſt homo immortalis, vt poſſet non mori ſi nõ peccaret, moreretur autem ſi peccaret. Filij vero reſurrectionis nec poterunt vltra peccare nec mori. Caro noſtra non tunc egebit refectione ciborum, quia nulla poterit eſſe defectio. Caro Adę ante peccatum ita immortalis creata eſt, vt per alimoniam adiuta, eſſet mortis & doloris expers. Sic ergo immortalis & incorruptibilis condita eſt caro hominis, vt ſuam immortalitatem, & incorruptionem per obſeruantiam mandatorum Dei cuſtodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, vt de illis lignis conceſſis manducaret, & ab interdicto abſtineret, per horum edulium immortalitatis dona conſeruaret, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatem, B quæ conditori placeret, multiplicaret progeniem: ipſo iubente ſumeret de ligno vitæ, quo perfecte immortalis factus, cibi alimenta vlterius non requireret. Ecce his verbis videtur Aug. tradere ꝙ caro primi hominis immortalitatem in ſe habuerit, quæ per alimoniam ciborum conſeruaretur, vſque ad tempus ſuæ tranſlationis in melius, quando de ligno vitę comederet, & fieret omnino im- C mortalis, ita vt nõ poſſet mori.

RESPONDEO. Dicendum, quòd immortalitas illa, & impaſſibilitas, quam homo habuit in primo ſtatu, non inerat ſibi ex ſuis principijs naturę, vt dictum eſt: ſed ex beneficio conditoris. vnde naturalis proprie dici non poteſt: niſi forte naturale dicatur omne illud, quod natura incipiens accepit: ſed contra multiplices modos corruptionis & cauſas, pluribus remedijs a corruptione conſeruabatur. Eſt enim quadruplex modus, quo corpora animalium corrumpuntur. Primus eſt, qui communiter inuenitur in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, ex hoc quòd res materiales habent virtutem finitam ad eſſendum. vnde oportet, quòd omnes certa periodo corrumpantur, vt in 2. de generatione dicitur. Secundus eſt communis omnibus corporibus miſtis, ex exceſſu inordinato alicuius contra- D riorum, et contra vtrunque illorum defectum ſubueniebatur homini, per quandam virtutem animæ collatam, ad hoc vt ſecundum conditionem ſuam materiam perficeret, vt ſicut ipſa anima habet eſſe indeficiens: ita indeficiens eſſe corpori tribueret, & perpetuam æqualitatem complexionis. Tertium modũ corruptionis proprium habent corpora animata, ſicut & proprium modum generationis, ex hoc. ſ. ꝙ calor qui eſt inſtrumẽtum animæ, humidum conſumit, in quo eſt vita, & contra hunc defectum ſubueniebatur ſibi duplici beneficio, quia per eſum aliorum lignorum paradiſi, reſtaurabatur continua deperditio facta in corpore, ſicut etiam in nobis fit per cibos quibus vtimur: ſed quia illud, quod ex nutrimento conuertitur, non eſt adeo ꝑfecte ſubſeruiens virtuti ſpeciei: ſicut quod prius erat, eo ꝙ virtutes naturales ſemper debilitantur in agendo: ideo in nobis oportet, ꝙ in fine ſequatur diminutio, quãdo virtus ſpeciei, E adeo debilitatur propter miſtionem extranei, ꝙ non poteſt fieri tanta reſtauratio quanta fit conſumptio, & ſic in fine oportet conſumptionem eſſe, vt Philoſophus in 1. de generatione dicit. & ponit exemplum de vino, cui ſemper admiſcetur aqua, quod tandem aquoſum fit. Sed ad hoc ſubueniebat ei lignum vitæ, cuius virtute diuinitus conceſſa alimentum aſſumptum, in perfectam aſſimilationem adducebatur, propter quod etiam a quibuſdam dicitur, ꝙ ad reſtaurationem humidi radicalis deperditi cõferebat. Quartus autem modus corruptionis eſt, per violentiam ab aliquo extrinſeco agente: ſicut per inciſionem gladij, vel aduſtionem ignis, & huiuſmodi. Et ab hoc modo corruptionis conſeruabat hominem illæſum diuina prouidentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur in corpore, niſi prius a mentis innocentia deuiaſſet. (Tex.cõ.57.) (Lctõne.25. & cõ.88.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ animæ non eſt naturale infundere vitam: niſi tali corpori. ſ. quod eſt ſic cõplexionatum & organizatum, & manente tali diſpoſitione corporis, A vita continuatur ab anima: ſed hanc non eſt poſſibile ſemper durare ſecundum poteſtatem inferioris naturæ. vnde non oportet, ꝙ immortalitas ſit naturalis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd impoſſibile eſt aliquod miſtum eſſe, in quo non prædominetur alterum contrariorum, multis de cauſis. Primo cum naturæ elementares ſe habeãt, quaſi materialiter ad formam miſti, non poſſet miſtum conſequi vnam formam ſimpliciter: niſi elementa aggregarẽtur in vnum hoc modo, quòd vnum ſit formale & prædominans. Secundo, quia ad miſtionem exigitur elementorum alteratio, quam eſſe nõ contingeret, ſi ponerentur eorum æquales virtutes: oportet enim, quòd virtus alterantis, virtutem alterati excedat. Tertio, quia nullum locum naturalem haberet, ſi nullum elementum in eo dominaretur, & ita nec motum naturalem, in quo deficeret a proprietate corporis naturalis. Quarto, quia in animatis ſpecialiter calor eſt inſtrumentum animæ, vt in 2. de anima dicitur. vnde oportet calorẽ prædominari, & ſic oportet, quòd in quolibet miſto tandem ſequatur corruptio. († lib.8.c.5.) (T.c.50.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet, illud quod eſt nobilius ſimpliciter, eſſe minus nobile, ſecundum aliquid, ſicut caro humana, quæ quidem ſecundum naturam, ſuæ ſpeciei nobilior eſt gladio, tamen ſecundum proprietatem duri & mollis, eſt ignobilior. quia durum nominat potentiam naturalem reſpectu illius rei, cuius molle impotentiam dicit, & eodem modo eſt ignobilior quàm ignis cum habeat in potentia calorem, quem ignis habet actu, actus vero ſemper potentia eſt nobilior: & ideo contingit corpus nobilius ab ignobiliori pati ſecũdum naturam, vt corpus animalis ab igne. (D.53.)

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illud quod ex nutrimento in carnem conuertitur, ſemper efficitur minus, ac minus habens de virtute ſpeciei, tum quia virtus naturalis, ex actione debilitatur, eo ꝙ agens ſimul patitur, vt in 6. Phyſi. dicitur, tũ quia perfectius recipit virtutes ſpeciei, quod per ſe generatur, quàm quod generatur per admiſtionem ad alterum, ſicut vinum quod generatur in vitæ virtuoſius eſt, quàm hoc quod aggeneratur, ex additione aquæ tranſumptæ in vinum, ex cuius etiam admiſtione totum vinum debilitatur, tum etiam quia omnis virtus, quanto plus eſt vnita, tanto efficacior eſt ad agendum, & quanto materia magis multiplicatur, tanto calor naturalis magis diffunditur, vnde eſt minus potens ad conuertendum: ſicut etiam in libro de animalibus, dicit Philoſophus, ꝙ animalia, quæ habent magnum cor, ſunt timida, quia calor in magno corde eſt diſperſus, & in paruo congregatus: & ideo in puero tantũ de alimento conuertitur, quod ſufficit non ſolum ad reſtaurationem deperditi, ſed etiam ad augmentum: ſed poſtea conuertitur ſolum hoc, quod ad reſtaurationem deperditi ſufficit. tandem vero non tantum natura poteſt conuertere, quantum deperditur. vnde oportet, quòd ſequatur diminutio, & tandem corruptio. Et ideo per virtutem naturalem, hoc non poteſt contingere, vt per ſumptionem cibi, vita hoĩs perpetuo cõſeruaret. (T.c.52.)

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ lignum vitæ non erat principalis cauſa immortalitatis: ſed coadiuuans ad continuationem vitæ modo prędeterminato: & ideo immortalitas non eſt iudicanda naturalis, propter virtutem ligni vitæ: ſed magis. gratuita propter virtutem animæ ſupra naturam collatam, quę principalis cauſa immortalitatis erat. Et præterea in rebus viuẽtibus, non dicitur aliquid naturale, niſi quod ex principio intrinſeco conſequitur, quàmuis etiam per actionem quarundam rerum naturalium extrinſecus agentium, aliquid in eis efficiatur, vt patet in vſtione, & alijs ſimilibus.

ART.

ARTICVLVS. V.

*e Vtrum immortalitas Adæ fuerit eadem cum immortalitate reſurgentium.*

*Quod ex prædictis conſequi uidetur hominem de natura ſuæ conditionis aliquo modo fuiſſe immortalem, ſed non omnino fieret immortalis, niſi participato ligno uitæ.*

IDeo aliqui dicũt, quòd immortalitatẽ de natura habebat qui poterat non mori, quæ aliorum lignorum eſu poterat conſeruari; ſed non poterat conſumari, niſi per aſſumptionem ligni vitæ, quod videtur Aug. ſentire ſuper Gen̄. dicens. Hoc quoque addo talem cibum illam arborem præſtitiſſe, quo corpus hominis ſtabili ſanitate firmaretur, non ſicut ex alio cibo: ſed inſpiratione ſalubritatis occulta. Hic innuere videtur, ꝙ cum alijs cibis poſſet corpus ſuſtentari, hoc cibo indeficienti ſanitate firmaretur. Ex quo cõſequi videtur, ꝙ ſicut in natura ſua habuit mortalitatem, quandam ſcilicet aptitudinem moriendi: ita aliquam immortalitatem in natura ſua habuit, G ideſt aptitudinem quandam, qua non poterat non mori cibis adiutus: ſed ſi perſtitiſſet immortalitatis perfectio, eſſet ei de ligno vitæ. Sed qui hoc tradunt, quomodo ſuperiora Auguſt. verba quibus dicit, ꝙ erat imortalis ex ligno vitæ, huic ſententiæ non contradicant, diligenter inquirant.

1.par.q.102 artic. 2. Et ver.24.9. 4.ſup Gn̄. c.2.& 13.de trin. uerſus fin.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd immortalitas Adæ non ſit eadem cũ immortalitate reſurgentium. Primo per hoc, quòd Auguſ. dicit, quòd alia eſt immortalitas, quam in Adam perdidimus, & alia quam ꝑ Chriſtum in reſurrectione ſperamus.

¶ 2 Præterea. De eodem in idem, non eſt aliqua tranſmutatio: ſed infra dicetur, quòd ſi Adam perſtitiſſet transferendus erat de immortalitate quam habebat, in ſpiritualem vitam. ergo immortalitas ſpiritualis, qualis eſt reſurgentium, nõ eſt eadem, cum immortalitate Adæ.

¶ 3 Præterea. Impaſſibilitas reſurgentium eſt quædam ipſorum dos: ſed Adam in primo ſtatu dotem non habuit, cum dos non debeatur niſi ei, qui traducitur in domum cæleſtis ſponſi per modum ſponſæ. ergo &c.

¶ 4 Præterea. Ea quę cauſantur ex diuerſis principijs, oportet eſſe diuerſa: ſed immortalitas Adæ, cauſabatur ex innocentiæ gratia. immortalitas autem reſurgentium cauſabitur ex habitu gloriæ in beatis. ergo non eadem immortalitas eſt vtrobique.

SED CONTRA. Immortalitas corporis conſequitur libertatem arbitrij, ſecundum eius diuerſum ſtatum, ſed in omnibus ſtatibus, eſt eadem libertas arbitrij. ergo eadem eſt immortalitas corporis, in primo & vltimo reſurgentium ſtatu.

¶ 2 Præterea. Vna & eadem potentia eſt, quæ prius diſpoſita eſt, & poſtmodum efficitur neceſſitas: ſed corpus hominis in primo ſtatu erat immortale, quaſi ſecundum potentiam diſpoſitam tantum, eo quòd poterat mori & non mori. in vltimo vero ſtatu erit immortale ſecundum potentiam, quæ eſt neceſſitas ad vitam, quia impoſſibile erit mori. ergo eſt vna, & eadem immortalitas.

RESPONDEO. Dicendum, quòd immortalitas dicit potentiam quandam ad ſemper viuendum, & non moriẽdum. hæc autem potentia in natura humanâ, ex parte corporis non inuenitur, niſi imperfecta, quaſi potentia obedientiæ tantum, eo quòd per principia naturæ, vitæ ſempiternitas haberi non poteſt: ſed complementum huius potentiæ eſt, ex aliquo diuino munere gratis collato. ſic ergo immortalitas dupliciter conſiderari poteſt. vel quantum ad potentiam incompletam naturalem, & ſic eſt vna & eadem immortalitas, ſicut vna & eadem natura. vel quantum ad munus gratię, quod eſt quaſi formale complens dictam potentiam, & ſic inuenitur differentia vtriuſque immortalitatis & impaſſibilitatis, quia prima fuit per gratiam innocentiæ, vltima vero erit per donum gloriæ. In primo enim ſtatu, talis erat victoria animæ ſuper corpus, vt nihil in corpore fieri poſſet quod animæ aduerſaretur: ſed in vltimo ſtatu amplior erit victoria in hoc, quòd proprietates animæ quodammodo in corpus redundabũt, vt corpus agile, & lucidum, & ſpirituale efficiatur & impaſſibile. Et per hoc patet reſponſio ad vtranque partem.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN PRIMO ſtatu fuit corpus hominis &c.} Videtur quòd tale etiam erit in tertio ſtatu, cum animal genus hominis ſit, & ſemper de ſpecie prædicetur. Et dicendum, quòd differt animal, & animale quantum ad nominis ſignificationem, quia animal nominat naturam generis, quæ a ſpecie nunquàm remouetur: vnde ſemper homo dicetur animal: ſed animale dicit aliquod de- F nominatum ex natura animalis. Cum autẽ denominatio proprie ſit ab eo quod eſt formale & perfectiuum rei, illi tantum animale eſſe competit, in quo proprietates animalis, quantum ad aliquid denominantur. Hæc autem ſunt in quibus homo, cum alijs animalibus conuenit: & ideo qui brutales motus ſequitur, ideſt paſſiones ſenſitiuæ partis, animalis homo ab Apoſtolo dicitur. 1. Corint. 2. quia ergo in primo ſtatu, hominẽ oportebat occupari circa opera nutritiuæ, & generatiuæ, ſine quibus vitam conſeruare non poterat: ideo animalem vitam dicebatur habere. { Corpus propter peccatum mortuum &c.} Videtur hoc eſſe falſum, & expoſitio inſufficiẽs quę adiũgitur, quia quod in futurum neceſſarium eſt: nondum tamen dicitur eſſe factum. ergo & ſi ex peccato neceſſitatem mortis homo incurrat: non tamen corpus eius mortuum dici debet. Et dicendum ſecundum H quoſdam, quòd homo poſt peccatum, eſt in continuo actu deficiendi vſque ad mortem, ſecundum quòd dicitur Sapien. 5. Continuo nati deſinimus eſſe: & ideo ſtatim homo mortuus poteſt dici. Sed hoc videtur redire in opinionem Heracliti, qui ponebat omnia moueri ſemper. volebat enim omnem trãſmutationem, quæ in longo tempore contingit, puta augmenti, diuidere ſecundum omnes particulas temporis, vt in qualibet parte temporis, eſſet aſſignare aliam partem motus: ſicut eſt in motu locali, qui ſolus proprie, & vere continuus eſt, vt in octauo Phyſicorum. Commen. dicit, & hoc ſatis a Philoſophis improbatur.

¶ Præterea. Non eſt impoſſibile, quòd duo motus contrarij ſint continui. Vnde cum generatio, & corruptio ſint contraria, oportet inter tempus generationis, & corruptionis eiuſdem rei, eſſe aliquod tẽpus, in quo nõ corrumpitur nec generatur.

¶ Et pręterea, adhuc non deberet dici mortuum, ſed mori. Et I ideo aliter dicendum eſt, quòd expoſitio Auguſtini eſt ſufficiens, vt ſcilicet ex hoc mortuum dicatur, quia neceſsitatem mortis habet, quod enim eſt in futurum neceſſarium, & ſi nõdum in actu in ſeipſo, eſt tamen iam determinatum in cauſa ſua, vt quodammodo poſsit dici eſſe. Vnde & de ortu ſolis & luminarium & occaſu, & eclipſibus fiunt demonſtrationes, vt de his quæ ſunt ſemper, quia cauſas determinatas habent, quas non contingit aliquo modo deficere. Vnde dicit Auguſtin. 9. ſuper Gen̄. quòd hoc modo dicitur corpus hominis poſt peccatum mortuum: ſicut a medicis homo infirmus deſperatus, propter impoſsibilitatem euadendi dicitur mortuus. { Quod autem dicitur continuo nati &c.} Non eſt intelligendum, quaſi tranſmutatio corruptionis hominis, ſit toto tempore vitę eius in actu: ſed vel hoc dicitur, propter breuitatem vitæ. quod enim parum eſt, quaſi nihil eſſe videtur, vt dicitur in 2. Phyſic. vel quia dies ad vitam determinati a Deo, continue labuntur. K { Quod erat ei de ligno &c.} Videtur ꝙ hoc dictum redeat in fabulas antiquorum, quas Philoſophus deridet, & improbat in 3. Meta. qui dicebant Deos, qui guſtauerunt de quodam cibo, factos eſſe immortales. alios autem remanſiſſe mortales. Sed dicendum, quòd non eſt ſimile, quia illi fabuloſe totam cauſam immortalitatis cibo conferebant. Auguſt. vero non intendit, quòd lignum vitæ eſſet principalis cauſa immortalitatis: ſed quoddam ad immortalitatem coadiuuans, vt dictum eſt. Non quòd poſſet non mori &c. Ad huius quæſtionis ſolutionem ſciendum, quòd & ſi præceptum exterius non accepiſſet: tamen interior ratio dictabat, terminato tempore cibum ſumendum eſſe, & ideo ſi cibum non aſſumpſiſſet; tam de illo ligno, quàm de alijs contra legem naturalem fuiſſet: & ideo peccaſſet, & mortuus fuiſſet.





DISTINCTIO XX.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM Magiſter determinauit de immortalitate Adæ, per quam eſſe indiuidui perpetuum conſeruabat. Hic determinat de generatione filiorum, per quam ſpecies multiplicantur in indiuiduis. Diuiditur autem in partes duas. In prima determinat ea, quæ pertinẽt ad ſtatum generationis. In ſecunda oſtẽdit, in quem ſtatum poſt hoc transferendus erat. ibi { Talis erat hominis inſtitutio &c.} Prima diuiditur in duas. In prima, determinat conditionem generationis ex parte generantis. In ſecunda determinat qualitatẽ generatorum. ibi { Si vero quęrit quales, ſi non peccaſſent &c.} Circa primum tria facit. Primo, oſtendit modum generationis, quia per concubitũ ſine pruritu libidinis. Secundo, oſtendit generationis principium, quia non in paradiſo coniuncti ſunt ante peccatum ad C generationem. ibi { Cur ergo in paradiſo &c.} Tertio inquirit generationis terminum. ibi { De termino vero temporis &c.} { Si vero quæritur &c.} Hic inquirit qualitatem generatorum. Et primo, quantum ad corpus. Secundo quantum ad animam. ibi { Et cum de corpore humano &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat qualitatem natorum in primo ſtatu. Secundo, mouet quaſdã obiectiones. ibi { Ad hoc opponitur &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo oſtendit eam eſſe dubitabilem, ex verbis Aug. ibi { Et ſuper hoc Aug. ambigue loquitur.} Tertio determinat ipſam, conſentiendo in alteram partem. ibi { Sed cum Auguſt. &c.} { Ad hoc autem opponitur &c.} Hic mouet obiectiones contra determinata. Et primo oſtendendo, ꝙ comeſtione non indigebant. Secundo, quòd cibum non ſumebant, quia ſuperfluum non fuiſſet. ibi { Item opponitur &c.} Et vtriuſque patet ſolutio in litera. Et eſt de corpore humano &c. Hic oſtendit qualitatem natorum, ex parte animę. Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quęſtionem. Secundo determinat eam. ibi { Illi qui ſentiunt &c.} In D tertio mouet obiectionem in cõtrarium & ſoluit. ibi { Ad quod quidam opponunt &c.}

DISTINCTIO XX.

A

*De modo procreationis filiorum ſi non peccaſſent, & quales naſcerentur filij.*

POſt hæc videndum eſt, qualiter primi parentes ſi non peccaſſent, filios ꝓcreaſſent, & quales ipſi filij naſcerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines, in paradiſo miſceri non potuiſſe, niſi poſt peccatũ, dicentes concubitum ſine corruptione, vel macula non poſſe fieri: ſed ante peccatum, nec corruptio nec macula in homine eſſe poterat, quoniam ex peccato hæc cõſecuta ſunt. Ad quod dicendum eſt, quòd ſi non peccaſſent primi homines, ſine omni peccato & macula in paradiſo carnali copula conueniſſent, & eſſet ibi thorus immaculatus, & miſtio ſine concupiſcẽtia, atq; genitalibus membris: B ſicut cæteris imperarẽt, vt ibi nullum motum illicitum ſentirent, & ſicut alia membra corporis alijs admouemus, vt manum ori ſine ardore libidinis: ita genitalibus vterentur membris, ſine aliquo pruritu carnis. Hæc enim lętalis ægritudo membris humanis ex peccato inhæſit. Genuiſſent itaque filios in paradiſo *b* per coitum immaculatum, & ſine corru-

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur duo.

Primo. De generatione primorum parentum.
Secundo. De qualitate natorum.

Circa primum quæruntur duo.

Primo. An generatio fuiſſet in primo ſtatu.
Secundo. Quis modus generationis fuiſſet.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio.*

1.par.q.98. art.1.

lib.4. de fide orthod. c.25.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in ſtatu innocentię, generatio non fuiſſet. Generatio.n. non eſt, niſi ad multiplicationem indiuiduorum; ſed ſicut dicit Damaſce. Poterat Deus genus hoc.ſ. humanum ſine generatione multiplicare. cum ergo via compendioſior ſemper eligenda ſit, videtur quòd generatio non fuiſſet.

T.c.102.

¶ 2 Præter. Secundum Philoſophum. Omne generabile, eſt corruptibile & econuerſo, vt probat in 1. cęli & mun. ſed corpora humana in primo ſtatu erant incorruptibilia. ergo videtur. ꝙ per generationem in eſſe non producerentur.

T.c.35.

¶ 3 Præter. Finis generationis, vt Philoſophus in 2. de ani- A mâ oſtendit, eſt vt idquod non poteſt conſeruari in eſſe perpetuo, idem in numero, perpetuetur in eſſe, ſecundum idem ſpecie: ſed corpus humanum, ſecundum idem in numero in perpetua vita conſeruari potuiſſet in ſtatu innocentiæ. ergo videtur, quòd generatio non fuiſſet, cum in operationibus Dei, nihil ſit fruſtra.

¶ 4 Præt. Eorum quę ſunt idem in ſpecie, eſt etiam vnus modus originis: ſed primi parentes non ſunt producti in eſſe, per generationem naturalem, ſed per operationem diuinam. ergo & eorum poſteritas ſine generatione naturali propaganda eſſet.

SED CONTRA. eſt qđ dicitur Gen̄. 1. Creſcite & multiplicamini & replete terram: ſed imperium ad aliquos factum, non eſt niſi de actibus, quorum ipſi ſũt cauſa. ergo multiplicationis humani generis primi parentes naturali gn̄one cauſa fuiſſent.

¶ 2 Præt. Imago diuinitatis in homine, per innocentiam in nullo diminuta fuiſſet: ſed in hoc quodammodo homo diuinæ C imaginis ſimilitudinem gerit, quòd omnium ſui generis principium eſt. ergo in ſtatu innocentiæ, per generationem naturalem, principium fuiſſet poſteriorum.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ per peccatum natura ſpecie variata non eſt, vnde quæcunque ad perfectionem humanæ ſpeciei pertinent, oportet homini in ſtatu innocentiæ attribuere. In omnibus autem per naturam generabilibus, & corruptibilibus ad perfectionem pertinet, vt vnumquodq; tale alterum facere poſſit, quale ipſum eſt, vt in 4. Metheo. dicit Philoſophus: & ideo oportet in natura humana, ponere aliquem ſtatum naturalis generationis, etiam ſi in ea, nunquàm peccatum fuiſſet, & hic eſt ſtatus innocentię, prius quàm homines transferendi erant in ſtatu gloriæ, vbi omnino generationis ceſſat officium, vt dicitur Matth. 22. In reſurrectione, neque nubent neque nubentur. 2.de anima t.c.34.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis Deus potuiſſet ſine operatione alicuius naturalis principij humanum genus multiplicare: tamen hoc magis congruum ex ordine ſuæ ſapientiæ decreuit, vt rebus omnibus operationes proprie con D ferret, in quibus earum perfectio conſiſtit, quia tanto in eis diuina bonitas magis relucet, quanto res perfectiores ſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ corpus humanum quàmuis in ſtatu innocentiæ fuerit incorruptibile, per gratiam innocẽtiæ; erat tn̄ corruptibile per naturam: & ideo naturali virtute, ad generandum non priuabatur, quia & ſi quodammodo immortalis eſſet, vt poſſet non mori: alio tamen modo mortalis erat, quia poterat etiam mori.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ omne perpetuum eſt per ſe intentum in natura. vnde ſ̃m ꝙ aliqua ſe habent ad perpetuitatem, hoc modo ſunt de intẽtione naturæ. Quædam igitur ſunt, quæ non habent perpetuitatem, niſi ratione ſpeciei, & in his multiplicatio indiuiduorum non eſt per ſe intenta a natura, ſed per accidens, prout.ſ. in tali multiplicatione, ſpeciei perpetuitas cõſeruatur. vnde in his non eſt generatio, niſi vt cõſeruetur idem E ſ̃m ſpeciem, quod ſ̃m numerum, idem conſeruari non poteſt. in hominibus autem ſecus eſt, quia quantum ad aliquam partem ſui.ſ. animam incorruptibilem, habent etiam ſ̃m naturam; & ideo hominum multiplicatio eſt per ſe intenta, etiam ſine hoc, ꝙ ad conſeruationem ſpeciei pertinet.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ in primis operibus natura inſtituẽda erat: & iõ oportebat illa opa ĩmediate a principio ſupnaturali eſſe: ſed poſtmodũ natura inſtituta, ĩ ꝓprios effectus ꝑ naturalẽ operationem ꝑuenire poterat, & hoc de ꝑfectione ipſius erat.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio per coitum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ in primo ſtatu, non fuiſſet generatio per coitum. Non.n. poteſt eſſe coitus ſine 1.par.q.98. art.2.

ſine virginitatis corruptione: ſed indecens erat in primo ſtatu virginitatis corruptionem fuiſſe, quando humana natura omnino integra erat, & nulla dignitate priuanda. ergo videtur, ꝙ non fuiſſet ibi generatio per coitum.

¶ 2 Preter. In meliori natura maior eſt delectatio, quia & maior conſenſus cōuenientis, cum conuenienti, ex quo cauſatur delectatio; ſed natura humana in primo ſtatu purior erat, q̃ poſt peccatū. cum ergo poſt peccatum delectatio, quæ eſt in coitu propter ſuam magnitudinē, vſum rationis abſorbeat, videtur ꝙ multo amplius, in ſtatu innocētię fuiſſet, & ita fuiſſet peruerſitas ordinis in partibus animæ, quā originalis iuſtitia non patiebatur. Si dicatur, ꝙ ratio poterat illam delectationem comprimere. †li.9.c.10.

¶ 3 Contra. Generatiua & nutritiua potentia, & augmentatiua ad eandē partem animæ reducuntur, quia ſunt potentię vegetabilis animę, ſed ratio imperare non poterat nutritiuę & augmentatiuę, vt ſine cibo homo nutriri, & augeri poſſet. ergo nec generatiuę, vt delectatio actus eius conueniens remitteretur.

¶ 4 Præter. Generatio, quæ eſt per coitum completur per deciſionem ſeminis: ſed in corporibus naturalibus, deciſio eſt inductiua corruptionis: ergo cum corpus humanum in primo ſtatu incorruptibile foret: talis generationis modus, ibi eſſe non poterat. †lib.10.c.4.

¶ 5 Præt. Secundum Philoſophum in 15. de animalib[9]. Semen eſt ſuperfluum alimenti: ſed omnis ſuperfluitas nutrimenti aſſumpti inordinationi atteſtatur, quæ in primo ſtatu eſſe non poterat. ergo nec talis generationis modus.

¶ 6 Præter. Aliæ ſuperfluitates alimenti, vt egeſtiones vrinæ & huiuſmodi, vt videtur, in primo ſtatu non fuiſſent, cum turpitudinem quandam habeant, quę ſine pœna eſſe non poteſt. ergo cum eadem ſit ratio de vno ſuperfluo, & de alijs. videtur ꝙ nec generatio per ſeminis deciſionem ibi fuiſſet, cum ſemen ſemper ſit ſuperfluum, vt dictum eſt. K

Sed contra eſt quod dicitur Geñ. 1. maſcu. & fæmi. creauit eos: ſed diſtinctio ſexuum eſt ordinata in animalibus ad generationem, quæ eſt per coitum. ergo talis modus generationis ibi fuiſſet.

¶ Præter. Secundum id quod commune eſt, non attenditur aliquorum differentia: ſed in virtute generatiua homo conuenit, cum alijs animalibus. ergo cum in animalibus perfectis, quibus perfectior eſt homo, ſit generatio per coitum, videtur ꝙ etiam hominibus talis modus generationis connaturalis ſit.

Respondeo. Dicendum ꝙ ad quamlibet generationē oportet duo concurrere. ſ. agens quod inducit formam, & patiens quod offert materiam, nec hæc duo in idem reducuntur, cum nihil patiatur, vel moueatur a ſeipſo. in omnibus. n. viuē- F tibus perfectis, in quibus eſt ſexus diſtinctio fœmina ſe habet, vt patiens, & materiam miniſtrans, & mas ſe habet vt agens, & ad formam inducens, vt in 15. de animalibus dicitur. Vnde non poterat compleri [d] generatio humana, niſi per coniunctionem maris & fæminæ, propter quod mulier in adiutorium viri facta, dicitur Gen. 2. D.664.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ad perfectionem virginitatis duo cōcurrunt. ſ. integritas carnis, cum integritate mentis, quorum alterum, ſ. integritas mētis honorabilius eſt, reliquum virginitati eſſentialius. Dicendum ergo, ꝙ in omni concubitu ſoluitur virginitas, quantum ad integritatē carnis, etiam in primo ſtatu: ſed integritatem mētis contingit ſolui dupliciter. Vel quantum ad habitum, & ſic ſoluitur per illicitum concubitum, qui tollit habitum caſtitatis. Vel quantum ad actum, & ſic ī ſtatu poſt peccatum ſoluitur etiā, per concubitum matrimonialem, eo ꝙ propter vehementiam delectationis ratio in ipſo actu abſorbetur. In primo vero ſtatu, [d] neutro modo integritas mētis ſoluta fuiſſet: ſed ſola integritas [d] carnis, cui præponderaſſet fæcūditas prolis. † lib.8.c.4 D. 357. 372. D.738.& 739.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quantitas alicuius poteſt attendi dupliciter, vel abſolute, vel ſecundum proportionem. Dicendum ergo, ꝙ abſolute loquendo maior delectatio coitus fuiſſet in primo ſtatu, q̃ etiam modo ſit: ſed ſecundum ꝓportionem ad rationem, fuiſſet multo minor, quia ratio in ſuo actu fortiter perſiſtens, delectationi penitus dominaretur: & ideo non fuiſſet ſuperabundans, vel feruens delectatio, ſicut modo eſt: quia ſecūdum Philoſophum in 2. Ethic. abundantia & defectus, in operibus humanis ſumitur, ſecundum proportionem, vt aliquis cibus eſt moderatus vni, qui eſſet ſuperfluus alteri. †Ibidē c.6.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ potentiæ animę vegetabilis in actibus proprijs non obediunt rationi, vt in 1. Ethic. dicitur, ſed quidam actus ſunt ſenſitiuę partis vel motiuę, ordinati ad actus vegetatiuæ, & iſti actus ſubiacent rationis imperio. delectatio autem non eſt per ſe, ad generatiuam pertinens, ſed ad ſenſitiuā, quia ſecundum diffinitionem Platonis, delectatio eſt generatio ſenſibilis in natura, ideſt naturæ conueniens. C.16.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ emiſſio ſeminis non eſt, per deciſionem alicuius, quod fuerit in actu pars, quia ſic corrūperetur & nō haberet virtutem ſpeciei, vt in 15. de animalibus dicitur: ſed eſt per quandam reſolutionem cuiuſdam humiditatis, propinquiſſime ad vltimam conuerſionem, quæ non eſt actu pars, ſed potentia totum, vnde per hoc nihil corporis humani corrumpebatur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut Philoſophus dicit in 15. de aīalibus. Semen eſt ſuperfluum quo indigetur, quia ſupereſt de eo quod per actum nutritiuæ, in ſubſtantia membrorum conuertitur. vnde ſuperfluum dicitur: & tamen indigetur eo ad generationem: vnde tale ſuperfluum inordinatam cibi ſumptionem non oſtendit. tantum enim homo ordinate de cibo ſumere poterat, quantum neceſſarium erat ad actum nutritiuę, augmentatiuæ, & generatiuæ.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ quædam ſuperfluitates ſunt, q̃ atteſtantur defectui naturæ, vt putredines, ſudores, & huiuſmodi, & tales ſuperfluitates in primo ſtatu eſſe non poterant. quædam vero ſuperfluitates naturæ perfectionē oſtēdunt: ſicut ſemen & egeſtiones, & huiuſmodi, quæ ſecūdum curſum naturalem ſunt, tanto melius, quanto robuſtior natura fuerit: vnde etiam ad virtutem naturalem reducuntur, ſcilicet expulſiuam, & tales ſuperfluitates, in primo ſtatu fuiſſent: licet abſque omni fęditate.

ptione. Vnde Auguſtin. ſuper Geñ. Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuiſſe, ſicut cæteris in quolibet opere, ſine voluptatis pruritu vtūtur? Incredibile enim nō eſt, Deum talia feciſſe illa corpora, vt ſi non peccaſſent illis membris, ſicut pedibus imperarent: nec cum ardore ſeminarent, vel cū dolore parerent: ſed poſt peccatum, motum illum meruerunt, quem nuptiæ ordinant, continētia cohibet. Infirmitas enim prona in ruinam turpitudinis, excipitur honeſtate nuptiali, & quod ſanis officium eſſet, ęgrotis eſt in remedium. Emiſsi quidem de paradiſo conuenerunt, & *a* genuerunt; ſed potuerunt in paradiſo eis eſſe nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus ſine ardore libidinis, ſine dolore pariendi.

*Quare in paradiſo non coierunt duobus modis ſoluit.*

Cur ergo non coierunt in paradiſo? Quia creata muliere mox tranſgreſsio facta eſt, & eiecti ſunt de paradiſo, vel quia nondum iuſſerat vt coirent, & poterat diuina expectari authoritas, vbi concupiſcentia non augebat. Deus vero non iuſſerat, quia caſum eorum præſciebat, de quibus homo propagandus erat. Ecce expreſſe habes de modo procreationis filiorum.

*Determinatio illius inferioris vitæ, vtrum nati filij per ſucceſſiones, an ſimul omnes transferendi fuiſſent.*

De termino vero temporis, quo transferrētur ad ſpiritualem cæleſtemque vitam, certum aliquid G ſcriptura non tradit: & ideo ambiguum eſt, vtrum parentes genitis filijs, perfectaq; humani officij iuſtitia, ad meliorem ſtatum transferrentur non per mortem, ſed per aliquam mutationem. An patres in aliquo ſtatu vitæ manerent, ligno vitæ vtentes, donec filij ad eundem ſtatum peruenirent, & ſic impleto numero, omnes ſimul ad meliora trāsferrentur vt eſſent ſicut ſancti angeli Dei in cęlis. H De quo Auguſtin ambigue diſſerit ſuper Geñ. ita inquiens. Potuerunt primi homines, in paradiſo filios gignere, non vt morientibus patribus ſuccederent filij: ſed in aliquo formæ ſtatu manentibus, & de ligno vitæ vigorem ſumentibus, & filij ad eundem perducerentur ſtatum, donec impleto numero, ſine morte animalia corpora, in aliam qualitatem tranſirēt, in qua omnino regenti ſpiritui I deſeruirent, & ſolo ſpiritu viuificante, ſine corporeis alimentis viuerent. Vel potuerunt parentes filijs cedere, vt per ſucceſsiones numerus impleretur. Qui genitis filijs perfectaq; humani officij iuſtitia, ad meliora transferrentur, non per mortem: ſed per aliquam mutationem. Ecce hic habemus, de tranſitu hominis ad meliora: ſed incertum nobis relinquitur, vtrum ſimul transferantur, an per ſucceſsiones.

*b Quales procreaſſent filios, vtrum perfectam ſtaturam, & vſum membrorum habentes, qualis primus homo fuit conditus.*

Si vero quæritur, quales, ſi non peccaſſet homo filios genuiſſet, vtrum videlicet, ſicut ipſe primus homo ſecundum ſtaturam corporis, & vſus membrorum perfectus mox conditus extitit: *a* ita etiam eius filij in ipſo, natiuitatis exordio perfecti exiſterent, qui ambulare & loqui, & cætera cuncta facere poſſent. B Reſponderi poteſt, quòd filios paruulos naſci oportebat, propter materni vteri neceſsitatem. Sed, vtrum mox nati perfectionem ſtaturæ, & membrorum vſum haberent, an paruuli



## QVAESTIO II.

B

### Deinde quæritur de qualitate natorum.

Et circa hoc quęruntur tria.

Primo. Quales fuiſſent, ſecundum corpus.
Secundo. Quales fuiſſent ſecundum intellectum in cognitione veritatis.
Tertio. Quales fuiſſent, ſecundum affectionem in amore virtutis.

### Articvlvs primvs.

*a Vtrum in ſtatu innocentiæ homines habuiſſent omnem perfectionem corporis, quo ad virtutem, & ſtaturam & ſexum, ſtatim poſt natiuitatem.*

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd homines in ſtatu innocentiæ ſtatim nati, omnem perfectionem corporis habuiſſent, & quantum ad virtutem, & quantum ad ſtaturam, & quantum ad ſexum. Sicut enim Philoſophus dicit in ſextodecimo de animalibus. Mulier eſt vir occaſionatus. illud autem occaſionatum dicitur, quod non eſt per ſe intentum: ſed ex aliqua corruptione, vel defectu proueniens. Cum ergo in primo ſtatu nullus defectus naturalis operationis fuiſſet: videtur quòd omnes nati fuiſſent in perfecto ſexu. ſ. virili. 1.p.q.99. artic.1.

¶ 2 Præterea. Agens perfectum inducit ſimilitudinem ſuam in patiente, niſi ſit defectus ex parte recipientis: ſed in generatione hominum ſemen maris eſt agens, & ſanguis mulieris eſt materia & patiens. cum ergo ex neutra parte in ſtatu innocentię aliquis defectus fuiſſet: videtur quòd ſemper proles in ſimilitudinem patris, producta fuiſſet in ſexu virili.

¶ 3 Prętерea. Magis diſtat limus terræ ab humano corpore, quàm materia a muliere adminiſtrata, ad formationem conceptus in naturali generatione: ſed primus homo de limo terræ formatus, ſtatim in perfecta quantitate, & virtute membrorum productus eſt. ergo multo fortius filij, qui ex eo naſcerentur.

¶ 4 Præterea. Auguſtinus dicit in litera, quòd infirmitas carnis, quæ eſt in pueris congruit infirmitati mentis: ſed in ſtatu innocentiæ, nulla fuiſſet mentis infirmitas. ergo nec in tali infirmitate carnis, pueri nati forent.

¶ 5 Præterea. Omnium animalium nobiliſſimus eſt homo: ſed quorundam animalium filij naturaliter ſtatim nati officia membrorum habent. ergo defectus, qui in pueris, nunc videtur accidere, non eſt naturalis: ſed ex peccato inductus. ergo ante peccatum non fuiſſet.

A Sed contra. Omnis virtus naturalis, multiplicatā materia, roboratur, ſecundum debitam proportionem. quia in maiori quantitate, maior eſt virtus: ſed pueros oportebat, paruulos naſci propter materni vteri neceſſitatem, vt in litera dicitur. ergo oportuit, vt eorum virtus motiua, quę materialis eſt, imperfecta eſſet.

¶ Præterea. In pueris oportet expectari tempus ad generandum, quouſque compleτur tempus augmenti. quādiu enim eſt augmentum in ſuo vigore: ſicut in duobus primis ſeptennijs, generatiua opus ſuum non habet, quia digeſtio completa nō eſt, vt ſemen debito modo maturari poſſit, tum etiam, quia quod reſiduū eſt ab opere nutritiuæ, cædit in vſum augmentatiuę: ſed ſicut generatiuę deſeruiunt, quędam membra: ita & alijs animę viribus. ergo & per eandem rationem, nec aliorum membrorum vſum habuiſſent: ad quorū actus exigitur aliquorum membrorum fortificatio, & completio.

Respondeo. Dicendum, quòd in hominis vita, eſt quędam circulatio, eo quòd a defectu incipit in ſtatum debitę perfectionis deueniens, ex quo iterum in defectum terminatur: vnde & principium hominis, quidam defectus conſequuntur in pueritia, & ſimiliter finem in ſenectute. homo autem ante peccatum, & ſi vitæ termino caruiſſet: tamen habuiſſet vitę principium per natiuitatem: vnde hos defectus, q[ui] ordinantur ad vitę terminum, vt ægritudines & defectus ſeniles, non habuiſſet. defectus autem illos, qui principium originis conſequuntur, nihil prohibet eum habuiſſe, vt Magiſter in litera dicit, nec hoc fuiſſet ei in pœnam: quia ex hoc nullum incommodum ſentiret, diuina prouidentia eum gubernante. Quidam vero dicunt aliter, innitentes verbis Aug. quæ in litera ponuntur. Sed cum Aug. de his nihil aſſerat, vt in litera dicitur, probabilius ſuſtinebitur illud, quod naturalis curſus habet, vbi ſcripturæ authoritas non repugnat. C

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd q̃uis mulier ſit, præter intentionem naturæ particularis, quæ agit in hoc ſemine, intendens prolem adducere, in perfectam ſimilitudinem generantis: non tamen eſt præter intentionem naturæ vniuerſalis, ſicut nec corruptio, quia ſine fœmina non poſſet eſſe generatio, vt perpetuitas ſpeciei ſaluaretur: & ideo etiam per diuinam prouidentiam ad officium generationis, mulieres aliquas naſci oportebat, & in ęquali numero cū viris, vt vna vnius eſſet. D

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ generatio mulieris contingit, vt in 18. de animalibus dicitur, ex hoc ꝙ ſemen viri, non poteſt vincere ſuper materiam mulieris, vt digerat ipſam vltima digeſtione, & imperfectum ſexum adducat: huiuſmodi autem impotentiæ cauſa, poteſt eſſe triplex. Vna eſt ex defectu naturalis principij agentis cum ſemine, quia calor eſt diminutus in ſemine, propter eius indigeſtionem: vnde ante tertium ſeptēnium, vt Philoſophus dicit, viri vt in pluribus fœminas generant, & talis cauſa, non multum fuiſſet in primo ſtatu, quia tempus in quo eſt perfecta generatio, non anticiparetur. Alia cauſa eſt, ex virtute imaginatiua, quam ſequuntur etiam virtutes corporales, ſicut patet ꝙ ad imaginationem alicuius terribilis, totum corpus concutitur & tremit: & ita videmus, ꝙ filij frequenter naſcuntur ſimiles illis, quos parentes imaginantur in actu conceptionis: ſicut etiam Hiero. narrat de quadam muliere, quæ peperit filium nigrum, propter hoc, ꝙ in tēpore coitus, vidit imaginem nigram, & talis cauſa generationis fœminæ, potuit eſſe in ſtatū innocentiæ, vt filij naſcerentur in hoc, vel in illo ſexu, ſ[ecundu]m voluntatem parentum, & præcipue propter magnam obedientiam corporis ad animam in ſtatu illo. Tertia cauſa eſt, ex aliquo principio extrinſeco, quia parua immutatio, vt Philoſophus dicit in 18. de animalibus, vel vēti, vel temporis, vel huiuſmodi ſexus variationem facit. Vnde dicit, ꝙ expertum eſt apud paſtores, quòd quando flat ventus ſeptentrionalis concipiuntur mares, & quando flat meridionalis concipiuntur fœminæ, propter abundantiam humiditatis. Et etiam ſi in tēpore coitus aſpiciant ad partem ſeptentrionalem, vel meridionalem, ſequi- E

tur etiam dicta diuerſitas, vt frequenter, & talis cauſa potuit F eſſe in ſtatu illo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de limo terræ corpus primi hominis formatum eſt virtute diuina, cuius eſt ſtatim ad perfectum adducere cum voluerit: ſed propagatio filiorum fuiſſet per virtutem naturę, cuius non eſt ſubito operari: & ideo per ſucceſſiones temporum, in vltimũ perfectionis ſtatum proles, producta fuiſſet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infirmitas carnis, nunc in pueris duo complectitur. ſ. defectum vſus membrorum, et hoc congruit naturali infirmitati mentis, inquantum adhuc non peruenit ad vltimum complementum ſciæ vel virtutis, quod etiam in primo ſtatu eſſe potuit, complectitur ēt quandam pęnam in eſurie & fletu, & talis infirmitas congruit infirmitati culpæ. vnde neutrum horum in primo ſtatu fuiſſet ſcilicet nec pæna nec culpa.

† tom. 7. de peccatorũ mer. & remiſ. c. 37.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc eſt ex nobili complexione hominis, quòd defectum talem in pueritia, præ quibuſdam animalibus patitur: quia enim eſt mollis complexionis: ideo membra puerilia, ex ſui mollitie ſunt impotentia ad ſuos actus exercendos, & etiam propter humiditatem abundantem in pueritia, quod contingit in hominibus, præ quibuſdam animalibus: tum ex magnitudine cerebri, quod homo maius, præ alijs animalibus habet, ſecundum proportionem ſui corporis, tum etiam propter qualitatem complexionis, a qua ſi in humidiorem recedatur, propter complexionem ętatis, inuenietur ſuperabundans humiditas, quę præcipue impedit motum neruorum. Vnde animalia ſiccæ complexionis, vt capræ, naſcuntur cum membris ad motum habilibus.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum in ſtatu innocentiæ pueri mox nati, fuiſſent perfecti in cognitione.*

1. p. q. 101. artic. 1. Et ver. q. 18 artic. 7.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd pueri mox nati perfecti in cognitione fuiſſent. Omnis enim virtus cuius actus impeditur ex imperfectione corporis, eſt virtus materialis: ſed intellectus non eſt actus corporis cuiuſdam, vt Philoſophus dicit. ergo naturaliter non impeditur a ſuo actu propter defectum corporis. ergo videtur, quòd in ſtatu integritatis naturæ, pueri perfectam cognitionem habuiſſent, etiam ſi defectum membrorum paterentur. Si dicatur, quòd intellectus impeditur per accidens, ex impedimento corporis, inquantum indiget accipere a virtutibus corporalibus.

¶ 2 Contra. Quòd ſuperiores vires ab inferioribus accipiant, videtur eſſe peruerſitas ordinis: ſed in primo ſtatu nulla deordinatio in partibus animę erat. ergo intellectus non accipiebat perfectionem ſuam ex viribus ſenſibilibus.

¶ Præterea. Intellectus non indiget ſenſu, niſi ad acquirendam ſcientiam: vnde qui priuatur, viſu ſcientiam de coloribus retinet, quã per viſum accepit: ſed in primo ſtatu habitum ſcĩetiæ homo habuiſſet, immediate ex diuina influentia, & forte per miniſterium angelorum. ergo ad intelligendum, & ſciẽdum in actu, ſenſibus non indigebat, & ſic idem quod prius.

¶ 4 Præterea. Senſus puerorum, in primo ſtatu, non fuiſſent imperfectiores, quàm modo ſint: ſed modo pueri perfectę poſſunt, videre & audire, & ſic de alijs. ergo & tunc: & ita per defectum ſenſibilium virium, actus intellectus non impeditur. † Diſt. 19.

¶ 5 Præterea. Perfectioris cognitionis, ſecundum ſuam naturam alijs animalibus eſt homo: ſed alia animalia, mox nata habent cognitionem quarundam rerum, quæ proſunt eis vel nocent. vnde Agnus ſequitur matrem, & fugit Lupum. ergo multo fortius, hoc homo ſecundum ſuam naturam habere debet, & ita videtur, quòd defectus cognitionis, qui eſt in pueris, non eſt naturalis: ſed ex peccato inductus: & ita videtur, quòd ante peccatum perfectam cognitionem K habuiſſent.

SED CONTRA. Vt dicit Philoſophus ſeptimo Phyſicorum. In quieſcendo fit anima ſciens & prudens: ſed in pueritia non poteſt eſſe perfecta quies corporis, propter multos motus, & præcipue propter augmentum. ergo nec perfectam cognitionem, ſecundum naturam habere poteſt. Cõm. 20.

¶ Præterea. Ad hoc anima infuſa eſt corpori, vt in ipſo acquirat perfectionem ſcientię & virtutis: ſed hoc non eſſet, ſi per ſeipſam ſcientiam perfectam haberet, quam per temporum ſucceſſionem, in corpore acquireret. ergo non ſtatim, dum corpori infunditur perfectam cognitionem habet: ſed experimento indiget, & tempore intellectualis virtus, vt Philoſophus in ſecundo Ethicorum dicit.

RESPON-

& in minori ætate conſtituti, vti poſſent membrorum officijs, an per interualla temporum, eo modo quo nunc fit, perfectionem ſtaturæ, & vſum membrorum recepturi eſſent, de authoritatibus diffinitum non habemus. Et ſuper hoc Auguſtin. ambigue loquitur. Mouet nos, inquit, ſi G primi homines non peccaſſent, vtrũ tales filios eſſent habituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus vterentur. Nam propter vteri neceſsitatem, forte neceſſe erat paruulos naſci: ſed quàmuis exigua pars corporis ſit coſta: non tamen propter hoc paruulam viro coniugem fecit. Vnde & eius filios poterat omnipotẽtia creatoris, mox natos grandes facere. Sed vt hoc omittam, H poterat certe eis præſtare, quod multis animalibus pręſtitit, quorum pulli quamuis ſint paruuli: tamen mox vt naſcuntur currunt, & matres ſequuntur: econtra homini nato, nec ad inceſſum pedes idonei ſunt, nec manus ſaltem ad ſcalpendum habiles, & iuxta ſe mammis poſitis naſcentes, magis poſſunt eſurientes flere quàm ſugere. propriæ vero infirmitati mentis congruit hæc infirmitas carnis. I

His verbis videtur inſinuari, quòd filij etiam paruuli, officijs membrorum valerent vti.

*Quibuſdam non abſurde placuit, quòd filij parui naſcerentur, et per acceſſum temporis in ſtatura, & in alijs ſicut nunc proficerent, quod non eſſet vitio imputandum.*

SEd cum Auguſt. ſub aſſertione de his, nihil tradat; non irrationabiliter quibuſdam placuit, primorum parentum filios naſcituros paruulos: ac deinde per interualla temporum, eadem lege qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus, ſtaturæ incrementum, & vſum membrorum recepturos, vt in illis expectaretur ætas, ad ambulandum & loquẽdum, ſicut modo in nobis, quod vtique non eſſe vitio deputandum: ſed conditioni naturæ, ſicut a cibo non penitus abſtinere valebant: nec tamen illud erat ex vitio: ſed ex naturæ conditione. Ad hoc autem opponitur ita: ſi non peccarẽt nec morerẽtur, ſed nõ peccarẽt ſi non comederẽt. Poterãt ergo ſine alimonia viuere. Cęterũ ſicut ſupra diximus nõ ſolũ peccarẽt ſi de ligno vetito ederẽt: ſed ẽt ſi conceſsis non vterentˉ, quia ſicut erat ei præceptum nõ illo ligno vti ita alijs veſci. Præterea, contra naturalem rationem facerent, qua intelligebant de illis eſſe edendum, qđ & naturaliter appetebãt. Item opponitur, cum fames ſit pęna peccati, ſi nõ peccarent, famem non ſentirent: ſed ſine fame ſu-



RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſicut Magiſter dicit A in litera, oportet quòd poſitio de perfectione intellectus conſonet poſitioni de perfectione corporis. vnde cum poſuerimus pueros in principio non habituros fuiſſe membrorum vſum, oportet ponere, quòd nec vſum perfectæ[d] cognitionis habuiſſent, qui autem mẽbrorum perfectionẽ concedunt, perfectum vſum rationis etiam cõcedere poſſunt. Inter alia enim membra corporis, cerebrum humidiſſimum eſt. Vnde ſi propter humiditatem ætatis, membrorum aliorum officia pueri habere nõ poterant, multo minus plenum vſum imaginatiuæ virtutis, cuius organum eſt, in anteriori parte cerebri habere poterant. Abundantiam enĩ humiditatis, cõfuſionem quandam phãtaſmatum creat: ſicut patet in ebrijs, ex multo vapore ad caput aſcendente.

D. 70. 740. 1107.

D. 752. Cõm. 31. Phantaſmata[d] autẽ vt in tertio de anima dicitur ſe habent ad intellectum ſicut colores ad viſum. vnde ſicut ad confuſionem colorum, ſequitur indeterminatio, & confuſio in actu virtutis viſiuæ: ita ad confuſionem phantaſmatum ſequitur, quædam cõfuſio in actu virtutis intellectiuę, & inde eſt, quòd pueri in principio confuſam cognitionem habent vniuerſalium quorundam, & poſtmodum per ſucceſſiones temporis diſtincte, vnumquodque cognoſcunt: vnde in primo Phyſicorum dicitur, quòd pueri in principio appellant omnem virum patrem, poſterius autem determinant vnumquodque.

T. cõ. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd operatio intellectus non impeditur, propter defectum corporis per ſe. ſed per accidens, vt dictum eſt, ſcilicet ex defectu virium, a quibus intellectus accipit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd perfectio intellectus poſſibilis eſt, per receptionem obiecti ſui, quod eſt ſpecies[d] intelligibilis in actu: ſicut autem in obiecto viſus eſt aliquid, quaſi materiale, quod accipitur ex parte rei[d] coloratæ: ſed complementum formale viſibilis, inquantum huiuſmodi eſt ex parte lucis, quæ facit viſibile in potentia eſſe viſibile[d] in actu: ita etiam obiectum intellectus, quaſi materialiter adminiſtratur, vel offertur a virtute imaginatiua: ſed in eſſe formali intelligibili, completur ex lumine intellectus agentis, & ſecundum hanc formam, habet quòd ſit perfectio in actu intellectus poſſibilis: & ita non ſequitur deordinatio in partibus animæ, ſi intellectus poſſibilis perficiatur per ſpecies a phantaſmatibus acceptas, inquantum illuſtrantur lumine intellectus agentis, quæ eſt potentia altior, quàm intellectus poſſibilis.

D. 752. D. 359. D. 361.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum phantaſma ſit obiectum intellectus poſſibilis, vt dictum eſt, ſecundum ſtatum viæ, anima ad ſuum actum phantaſmatibus indiget: non ſolum vt ab eis ſcientiam accipiat ſecundum motum, qui eſt a ſenſibus ad animam: ſed etiam vt habitum cognitionis, quam habet circa ſpecies phantaſmatum, ponat ſecundum motum, qui eſt ab anima ad ſenſus, vt ſic inſpiciat in actu, quod per habitum cognitionis tenet in mente. Vnde etiam Dionyſi. dicit in epiſtola ad Titum, quòd illi qui intellectuales reuelationes accipiunt, eas quibuſdam figuris circumponunt. vnde læſa imaginatione per læſionem organi, vt eſt in freneticis, intellectus impeditur, ab actuali conſideratione etiã eorum, quæ prius ſciebat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd exteriorum ſenſuum, actus in pueris diſtincti ſunt: ſed imaginatio confuſa eſt, propter cerebri humiditatem excedentem: & ita etiam oportet, quòd operatio intellectus ſic confuſa: non enim intellectus immediate ab exterioribus ſenſibus accipit: ſed ab interioribus.

¶ Ad quintum dicendum, quod alia animalia non proſequuntur conueniens, & fugiunt nociuum, per rationis deliberationem, ſed per naturalẽ inſtinctum extimatiuę virtutis, & talis naturalis inſtinctus eſt, etiam in pueris. vnde etiam mãmillas accipiunt, & alia eis conuenientia, etiam, ſine hoc ꝙ ab alijs doceantur.

perfluum videretur comedere, Vnde putant quidam eos cibis non indiguiſſe ante peccatum, quia non poterant eſurire ſi nõ peccaſſent. Ad quod dici poteſt quòd fames vere defectus eſt, & pęna peccati. Eſt enim immoderatus appetitus edendi, cui non ſubiacuiſſet homo, ſi non peccaſſet: ſed proculdubio pec- B caret, niſi hunc defectum cibo præueniret: habebat enim naturalem appetitum & moderatum, cui ita ſatisfaciendũ erat, ne defectum famis ſentiret: ſicut ergo non ex vitio, ſed ex naturę conditione erat, quòd ante peccatum homo cibis indigebat: ita non ex vitio eſſet, ſed de natura, ſi hominis conditio in principio ſuo. i. in primo parente a perfecto inchoata, in C ſubſequẽti propagatione a modico ad maiora proficeret, vt ſcilicet per interualla temporũ ſtaturæ corporeæ incrementa, vſumque membrorum ſuſciperet.

*b Vtrum ſicut ſtatura corporis: ita & ſenſu mentis paruuli naſcerentur, & per acceſſum temporis proficerent in ſenſu & notitia ueritatis, an mox nati in his eſſent perfecti.*

ET cum de corpore humano non ſit abſurdum vel inconueniẽs hoc exiſtimare, quæri ſolet, vtrum de ſenſu animæ, & cognitione veritatis, eodem modo ſentiendum ſit, vt ſcilicet hi, qui ſine peccato naſcerentur, ſenſu & intelligentia mentis imperfecti exiſterent, & per acceſſum temporis in his proficerẽt, vſque ad perfectionem, an mox conditi perfectionem ſenſus & cognitionis perciperent. Illi qui ſentiunt paruulos natos, in ſtatura corporis, & vſu membrorum, per acceſſum tẽporis profecturos, non diffitentur, eoſdem in exordio natiuitatis ſenſu imperfectos exiſtere, & per interuallum temporis, in ſenſu & cognitione proficere, vſque ad perfectum. Ad quod quidam opponunt dicentes. Si mox nati non haberent perfectionem ſenſus, & intelligentię, ignorantia in eis eſſet, ignorantia autem peccati eſt pęna. Sed qui hoc dicunt, non ſatis diligenter conſiderant, quia non omnis qui aliquid neſcit, vel minus perfecte aliquid, ſcit, ſtatim ignorantiam habere, ſiue ignorans eſſe dicendus eſt, quia ignorantia non dicitur, niſi cum id quod ſciri, & non ignorari debet neſcitur, taliſque ignorantia pœna peccati eſt, cum mens vitio obſcuratur: ne cognoſcere valeat ea, quæ ſcire deberet. D

ARTIC. III.

*e Vtrum in ſtatu innocentiæ pueri naſcerentur in gratia.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd in ſtatu innocentiæ pueri in gratia naſcerentur, quia ſecundum conſiderationem Philoſophi, ſicut ſe habet propoſitum in propoſito, ita & oppoſitũ in oppoſito: ſed homo corruptus per peccatum tranſmiſit peccatum in poſteros. ergo etiam, & gratiam, & iuſtitiam, quam habuit in poſteros tranſmiſiſſet. 1. p. q. 100. artic. 1. 1. top. c. 12.

¶ 2 Præterea. Bonum eſt potentius, quàm malum, quia malum non agit, niſi virtute boni, vt dicit Dionyſius quarto capitulo de diuinis nominibus. Si ergo malum primi hominis adeo fuit potens, vt totum humanum genus interficeret, multo amplius eius gratia totum humanum genus iuſtificaſſet. E Titulo, vnde prouenit malum in rebus.

¶ 3 Præterea. Adam non ſolum ſibi, ſed etiam nobis demeruit, quia per vnum hominem, peccatum, & mors, in mundum intrauit. Roman. quinto. Sed meritum, & demeritum ab eadem potentia procedunt. ergo & ipſe, ſi perſtitiſſet, omnibus mereri potuiſſet: & ita omnes per eius meritum primam gratiam conſecuti fuiſſent.

¶ 4 Præterea. Impoſſibile eſt eſſe pœnam ſine culpa: ſed pœna peccati originalis eſt carentia viſionis diuinæ. ergo cum in ſtatu innocentiæ homines, ſine peccato originali nati fuiſſent, habuiſſent meritum viſionis diuinę: ſed hoc non poteſt haberi, niſi per gratiam. ergo nati fuiſſent in iuſtitia gratuita.

¶ 5 Preterea. Homo per peccatum neceſſitatem peccandi incurrit. ergo ſi perſtitiſſet, in iuſtitia confirmatus fuiſſet. Sed ſecundum Anſel. oportuit, vt qualis ipſe fuit, tales etiam filios genuiſſet. ergo & omnes in iuſtitia confirmati fuiſſent, mox a natiuitate ſua, vt peccare non poſſent.

De cõcept. virg. & peccato origi. c. 10.

*De hominis tranſlatione in meliorem ſtatum, & de duobus bonis, altero hic dato, altero promiſſo.*

TAlis erat hominis inſtitutio ante peccatum, ſecundum corporis conditionem. De hoc autem ſtatu transferendus erat cum vniuerſa poſteritate ſua, ad meliorem digniorem q; ſtatum, vbi cæleſti & ęterno bono in cælis ſibi parato frueretur. Sicut enim ex duplici natura compactus eſt homo: ita illi duo bona conditor, a principio præparauit. Vnum temporale, alterum æternum. Vnum viſibile, alterum inuiſibile. Vnũ carni, alterum ſpiritui. Et quia primum eſt, quod eſt animale: deinde quod ſpirituale eſt, temporale, ac viſibile bonum prius dedit. Inuiſibile autem & ęternum promiſit, & meritis, quęrendum ꝓpoſuit. G Ad illius autem cuſtodiam quod dederat, & ad aliud promerendum quod promiſerat, naturali ratione ĩ creatione animæ hominis inditæ, qua poterat inter bonum & malum diſcernere, pręceptũ addidit obedientiæ, per cuius obſeruantiam datum non perderet, & promiſſum obtineret, vt per meritum veniret ad pręmium.

SED CONTRA. Illud quod infunditur imediate a Deo, vt anima rationalis, non trãſfundit a parentibus: ſed gratia eſt huiuſmodi, vt in primo libro probatum eſt diſt. 14. ergo gratiam vel iuſtitiã, in poſteros non trãſfudiſſet.

To 3. ſummæ ſñiarũ trac. 3. c. 6.

¶ Præter. Hugo de ſancto Victore dicit, quòd homo ſi perſtitiſſet, generaſſet filios ſine peccato: ſed tamen non neceſſario paternę hæredes iuſtitiæ: & ita videtur, quòd iuſtitiam vel gratiam non trãſfudiſſet.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ſicut dicit Philoſophꝰ in 2. de generatione. In generatione eſt quædam circulatio, quæ tamen non redit in idem numero: ſed ad idem ſpecie. homo enim generat hominem, non Sortes Sortem; & inde eſt, quòd generatum generanti aſſimilatur in omnibus illis, quæ ad naturam ſpeciei pertinent, niſi adueniat impedimentum, vt in monſtris apparet. non autem oportet, quòd aſſimiletur in proprietatibus, quæ conſequuntur indiuiduum ratione indiuidui, & ſi aliquando contingat, quòd in aliquibus proprietatibus, etiam perſonalibus aſſimiletur filius patri, hoc tantum accidit in accidentibus corporalibus, ſicut quòd albus generat album, & podagricus podagricum. non autem in perfectionibus animæ, generat ſibi ſimilem ſecundum actum, vt grammaticus generat grammaticum: ſed forte ſecundum aptitudinem tantum, ſecundum quòd ex complexione corporis, vnus eſt habilior alio, ad ſcientiam, vel doctrinam vel virtutem. Sciendum eſt ergo quòd duplex iuſtitia primo homini poterat conuenire: vna originalis, quæ erat ſecundum debitum ordinem corporis ſub anima, & inferiorum virium ſub ſuperiori, & ſuperioris ſub Deo, & hæc quidem iuſtitia, ipſam naturam humanam ordinabat, in ſui primordio ex diuino munere: & ideo talem iuſtitiam, in filios transfudiſſet. Eſt etiam alia iuſtitia gratuita, quæ actus meritorios elicit, & de hac eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd primus homo in naturalibus tantum creatus eſt, & non in gratuitis, & ſecundum hoc videtur, quòd ad talem iuſtitiam requirebatur, quędam præparatio per actus perſonales: vnde ſecundum hoc, talis gratia, proprietas perſonalis erat ex parte animę: & ideo nullo modo transfuſa fuiſſet, niſi ſecundum aptitudinem tantum. Alij vero dicunt, quòd homo in gratia creatus eſt, & ſecundum hoc videtur, ꝙ donum gratuitæ iuſtitię ipſi humanę naturę collatum ſit: vnde cum transfuſione naturæ, ſimul etiam infuſa fuiſſet gratia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum originale eſt primo, & per ſe peccatum naturæ, & per poſterius perſonę: actuale autem eſt proprie peccatum perſonæ, quod per actum perſonalem incurritur. Et ideo, ſicut peccatum originale transfunditur, & non peccatum actuale: ita etiam iuſtitia originalis naturalis transfuſa fuiſſet, & forte non gratuita.

¶ Ad ſecundum dicendum, ſicut ad primum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum non tranſit in poſteros a primo parente per modum demeriti, quaſi ipſe omnibus mortem meruerit, & infectionem peccati: ſed per modum traductionis conſequentis traductionem naturæ: non enim vnius perſonę actus toti naturæ mereri, vel demereri poteſt, niſi limites humanæ naturæ tranſcendat, vt patet in Chriſto, qui Deus & homo eſt, vnde a Chriſto naſcimur filij gratię, non per carnis traductionem: ſed per meritum actionis. Ab Adam vero, naſcimur filij iræ per propagationem, non per demeritum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd carentia viſionis diuinæ, poteſt dupliciter intelligi, vel negatiue, & ſic non eſt pœna, ſed F defectus naturalis, cuilibet enim naturæ creatę conuenit, vt ex ſe non habeat, vnde in Dei viſionem aſcendere poſſit: vel priuatiue, & ſic eſt pęna, ſecundum quòd importat quandam obnoxitatem ad non videndum Deum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd probabile videtur, quòd ſi Adam in prima tentatione perſtitiſſet: nondũ ſtatim confirmatione iuſtitiæ fuiſſet adeptus: ſed quãdo in ſpiritualem vitam fuiſſet tranſlatus, ſimul immortalitatem accepiſſet in corpore, & iuſtitiæ confirmationem in anima. Quod ergo dicitur, ꝙ quia tẽtationi ſuccubuit, peccandi neceſſitatem incurrit, verum eſt de peccato veniali, quod gratiæ non opponitur, ſed cuidam accidẽti gratię, ſcilicet feruori: ſed neceſſitatem peccandi mortaliter, homo etiam in peccato exiſtens non habet, niſi peccare intelligatur in peccato eſſe: ſicut videre dicitur habere viſum. Non enim, qui in H peccato eſt, poteſt per ſe non eſſe in peccato, vt poſſit a peccato, per ſe ſine gratiæ infuſione reſurgere: nec tamen ſequitur, ſi homo poſt peccatum, non poteſt in peccato non eſſe, quòd in gratia exiſtens, non poſſit in gratia non eſſe, quia homo per ſeipſum peccare poteſt, ſed non per ſe reſurgere. Si tamen concedatur, quòd Adam confirmatus fuiſſet ſtatim poſt victoriam tentationis, adhuc non ſequitur, quòd filios confirmatos in iuſtitia genuiſſet, quia hoc ſequebatur actus perſonales eius: & ita erat perfectio ad perſonam pertinens, quam non oportet in filios propagari: ſicut ſi Adam donum philoſophię habuit, vel miracula faciendi, non oportet, quòd filij eius hoc habuiſſent.

¶ Ad aliam etiam patet de plano ſolutio, quia non intelligitur gratia in poſteros propagari a parentibus, quaſi per virtutem ſeminalem, gratiam filij conſequerentur: ſed quia cum tranſfuſione naturę, cui ex prouiſione diuina gratia debebatur, ſimul gratia infuſa fuiſſet, ſecundum vnam opinionem. Alia I etiam authoritas inducta, intelligitur de iuſtitia gratuita, & non de originali, ſecundum vnam opinionem. Vel poteſt intelligi de operibus iuſtitię, quia ſi cum gratia nati fuiſſent, poterant per liberum arbitrium a iuſtitia parentum deuiare.

EXPOSITIO TEXTVS.

EXCIPITVR de honeſtate nuptiali, hoc modo, vt ſcilicet, quòd ſine nuptijs turpitudinem culpæ, & pœnæ haberet, per honeſtatem matrimonij, turpitudine pœnę remanente, turpitudo culpæ tollatur. Sed potuerunt in paradiſo eſſe nuptiæ honorabiles, quia in ſtatu illo, nuptiæ ſimpliciter virginitate honorabiliores fuiſſent, eo quòd in nullo integritate mentis læſa, fęcunditas carnis in matrimonio, ſterilitati virginitatis præualuiſſet. Vel quia Deus nondum iuſſerat: videtur hoc eſſe falſum, quia actum matrimonialem præceperat Deus dicens. Creſcite & K multiplicamini &c. Sed quod dicitur hic, poteſt intelligi de ſpeciali iuſſione, ad determinatum tempus. Reſponderi poteſt, quòd filios paruulos. In hac reſponſione Magiſter, vnum aſſerit, ſcilicet quòd oporteat pueros, in principio natiuitatis, paruos quantitate eſſe. Sed tria ſub dubio relinquit, quorum vnum eſt: ſi ſtatim poſt natiuitatem in perfectam quantitatem transformati fuiſſent: ſed hoc non potuit fieri operatione naturæ, ſed ſolum diuino miraculo. Secundum eſt, an eſſent paruuli per aliquod tempus: ita quòd defectum quantitatis haberent: ſed non virtutis, quantum ad mẽbrorum officium. Tertium, ſi in vtroq; per aliquod tempus imperfecti fuiſſent, ſcilicet, & quantitate & virtute.

DISTIN.



DISTINCTIO XXI.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit hic Magiſter inſtitutionem humanæ naturæ. Hic determinat lapſum eius per peccatũ. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat humanæ naturę lapſum ĩ primis parentibus, quãtum ad actuale peccatum ipſorum. In ſecunda, determinat lapſum humanę naturę in poſteris. diſt. 30. ibi {In ſuperioribus inſinuatum eſt &c.} Prima in duas. In prima determinat principium peccati in primis parentibus. In ſecunda autẽ principium, quo contra peccatum iuuabatur, circa medium. 33. diſtin. ibi {Et quidem ſecundum animam, rationalis fuit homo.} Prima in tres. In prima determinat tẽtationem hoſtis, qui fuit principium peccati exterius. In ſecunda inquirit, quod fuit principium intrinſecum. 22. diſ. ibi {Hic videtur diligenter inueſtigandum.} Item inquirit de permiſſione diuina, quæ fuit cauſa ſine qua non. 23. diſtinc. ibi {Præter. quæri ſolet &c.} Prima in duas. In prima determinat C modum, & ordinem tentationis. In ſecunda ex modo tentationis, concludit grauitatem culpæ. ibi {Porro ſciendum eſt, duas eſſe ſpecies tentationis.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit motiuum ad tentandum. Secundo tentationis ordinem. ibi {Vnde & mulierem tentauit.} Tertio tentationis formam. ibi {Tentatio autem eſt.} Circa ſecundum duo facit. Primo oſtẽdit, quare per mulierem virum tentare voluit. Secundo quare mulierem per ſerpentem. ibi {Sed quia illi per violentiam &c. Circa quod duo facit. Primo aſſignat dicti rationem. Secundo remouet duas dubitationes. Vnam ibi {Ideoque ſerpens dictus &c.} Alteram ibi {Hic quæri ſolet: quare mulier.} Circa tertium tria facit. Primo oſtendit aſtutiam tentantis inueſtigando conditionem tentati. Secundo perſuaſionem ſui propoſiti. ibi {Quia ad perſuaſionem ſuam &c.} {Porro ſciendum eſt &c.} Hic ex ipſa tentatione oſtendit modum culpæ. Et circa hoc tria facit. Primo diſtinguit tentationis modos, & quis eorum ſit grauior, quia ille, qui eſt a carne. Secundo oſtendit, ꝙ D peccatum Adę grauitatem quandam habet, quia tantum exteriori tentatione pulſatus cecidit, & tamen remiſſibile eſt, quia per alium tentatus fuit. ibi {Homo ergo, qui ſolo exteriori.} Tertio remouet quaſdam dubitationes. ibi {Illud etiam notandum &c. Circa ſecundum duo facit. Primo ponit rationem, quam principaliter intendit, quare peccatum hominis ſit remiſſibile, ex prædictis deductam. Secundo adiungit quandam aliam. ibi {Præt. angelica natura &c.} Circa tertium duo facit, ſecundum duas quæſtiones quas mouet, quæ per ſe in litera patent. Secunda incipit ibi {Et quęritur, quomodo loqui potuit.}

DISTINCTIO XXI.

A

*De inuidia diaboli qua ad hominem tentandum acceſſit.*

VIdens igitur diabolus hominem, per obediẽtię humilitatem poſſe B aſcendere: vnde ipſe per ſuperbiam corruerat, inuidit ei. Et qui prius per ſuperbiam fuerat diabolus, ideſt de deorſum lapſus, zelo inuidiæ factus eſt ſathan, ideſt aduerſarius. *a* Vnde & mulierem tentauit, in qua minus quàm in viro, rationem vigere nouit, eius enim malitia ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggreſſa eſt. Vt ſi forte illic aliquatenus præualeret, poſtmodum fiducialius ad alteram, quę robuſtior erat pulſandam, vel potius ſubuertendam accederet. Primum igitur ſolitariam fœminam explorauit, vt in ea primum omnem ſuæ tentationis vim experiretur.

*QVAESTIO PRIMA.*

A

Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. De tentatione in communi.
Secunda. De tentatione primorum parentum.

Circa primum quęruntur tria.

Primo. Cuius ſit tentare.
Secundo. Vtrũ omnis tentatio paſſiue accepta, cũ peccato ſit.
Tertio. Vtrum tentatio ſit appetenda.

ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum Deus tentet aliquem.*

CIRCA PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Dei non ſit tentare. Tentatio enim eſt ad ſumendum experimentũ alicuius, quod neſcitur: ſed Deus nihil ignorat: ergo tentare ſibi non competit.

¶ 2 Item. Videtur quòd nec dæmoni. Intentio enim dæmonis eſt ad fallendum: ſed tentatoris inquantum huiuſmo- A di, non eſt fallere ſed experiri. ergo dæmonis proprie officium non eſt tentare.

¶ 3 Item. Videtur, quòd nec carni conueniat. Caro enim cognitionis particeps eſſe non poteſt: ſed & ei quod non cognoſcit, non conuenit experiri vel tentare. ergo nullus proprie ad peccandum, a carne tentatur.

¶ 4 Item. Videtur quòd nec mundo. Nullus enim tentat eum, quem abiectum reputat: quia tentatio de dubijs fit: ſed mundus ſanctos quaſi abiectos reputat. ergo mundus non tentat eos.

¶ 5 Preter. Primæ Theſ. 3. dicitur. Ne forte tentauerit vos is qui tentat. ſ. ſolus diabolus, cuius officium eſt tentare. ergo videtur, ꝙ nec mundus, nec caro, nec etiã Deus tẽtat.

SED CONTRA, eſt quod dicitur Geñ. 22. Tentauit Deus Abraam &c.

¶ Item Iaco. 2 dicitur. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua: concupiſcentia autem eſt peccatum, quod in carne habitat. ergo eſt aliqua tentatio a carne.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ad perfectam rationem tentationis tria concurrunt. Primo vt per tentationem, alicuius dubij cognitio accipiatur. Secundo, vt hoc ſit intentum ab eo qui tẽtat. Tertio, vt ipſemet qui tentat, cognitionem illius rei accipere velit, & ſecundum hunc modum inuenitur tẽtatio in hominibus, ſcđm ꝙ homo hominem tentat, vt experimentum ſumat ſcientiæ, vel alterius quod in ipſo eſt. Alia vero dicitur tentatio, in qua ſaluantur duo ex his. ſ. manifeſtatio ignoti, & intentio eius, & hoc modo tentare dicitur Deus, vt patet in tẽtatione Abraæ: pręceptum enim de immolatione filij, tentatio eius dicitur, quia per hoc manifeſtabatur qualis eſſet, in obedientia & fide. Hanc etiam manifeſtationem Deus intendebat: ſed tertium prędictorum huic tentationi defuit: non enim ad hoc tentauit Deus Abraam, vt fidei eius cognitionem acciperet, quam prius ſciebat, ſed vt alijs manifeſta eſſet in exemplũ. Alia vero tentatio eſt, in qua ſaluatur vnum tãtum dictorum, ſ. manifeſtatio tentati, & ſic dicitur caro tentare vel mundus, qa in his cognoſcitur manifeſte virtus, vel infirmitas mentis, ſicut in bello cognõſcitur virtus militis, quàmuis hoſtes nõn impugnent, vt cognoſcant, ſed vt vincant. vnde ipſa impugnatio virtutis tentatio dicitur. hoc autem eſt, vel a principio intrinſeco, ſcilicet ex corruptione carnis, & ſic dicitur tentatio a carne: vel a principio extrinſeco, & hoc dupliciter, quia illud quod exterius eſt, vel impugnat per modum obiecti, & ſic eſt tentatio a mundo, cuius rebus corda hominum alliciuntur ad peccandum: vel per modum agentis, qui trahit ad peccatum perſuadendo, terrendo, blandiendo, & ſic de alijs, & ſic dicitur eſſe tentatio ab hoſte. ſ. diabolo, & ab his, qui ſunt membra eius.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Deus non tentat, vt ſibi aliqđ ignotũ manifeſtũ fiat: ſed vt alijs manifeſtet, vt dictũ eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in tentatione dæmonis eſt duplex finis. Vnus vltimus. ſ. inducere ad peccatum, & quantum ad hoc habet rationem tentationis, ſecundum ꝙ quęlibet impugnatio dicitur tentatio. Alius eſt finis proximus, ſ. experiri ad quod vitium, quiſque maxime pronus eſt, vt ad illud impugnã- E do trahat, & ſic ſaluatur ibi ratio tentationis, quantum ad primum modum, vnde Hugo de ſancto victore diffiniens diaboli tentationem dicit ſic. Tentare eſt callide experiri, & ante violentã impulſionem quaſi quibuſdã blandis conatibus probare.

lib. 2. allegoriarum ſup. math. c. 13.

¶ Ad tertium & quartum patet ſolutio, per illud quod iam ſupra dictum eſt, quia non ſaluatur ibi tentatio, ſecundum quòd includit omnia tria prædicta.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſolus diabolus dicitur tentare, non quia ipſe ſit ſemper immediatus tentator, ſed quia ipſe primo tentauit hominem, ex qua tentatione, parata eſt alijs tẽtantibus via. Vel aliter dicendum, quòd diabolus ſolus dicitur tentare, quia illi ſoli, & membris eius conuenit impugnare virtutem, cum intentione occidendi hominem per peccatum, hoc autem caro non intendit: ſed delectabili cognito perfrui, vel quia ipſe vtitur rebus mundi, & carne: ſicut inſtrumentis ad tentandum hominem.

ARTICVLVS II.

*b Vtrum tentatio a diabolo ſit peccatum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ tentatio, quæ eſt ab hoſte, etiam ſit peccatum. Poteſtas enim minor, non poteſt intẽtionẽ poteſtatis maioris repellere: ſed poteſtas dęmonis eſt maior q̄ poteſtas hominis, vt dicitur Iob 40. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei. po. cõ. ergo cum intentio dæmonis ſit, vt inducat homines ad peccandum, videtur ꝙ homo ſemper quando ab eo tentatur, peccet.

¶ 2 Præter. Cum violẽtia excuſet peccatum, vbi eſt maior violentia ibi minus peccatum: ſed ſicut in litera dicitur, grauior eſt tẽtatio, q eſt a carne q̄ ab hoſte. ergo cum illa, quæ eſt a carne ſit peccatum, vt in litera dicitur, multo amplius illa, quæ eſt ab hoſte peccatum erit.

¶ 3 Præter. Illud quod vitari non poteſt, non eſt in poteſtate noſtra: ſed quãdiu in hac mortali vita viuimus, nõ omnino tentationẽ carnis vitare poſſumus. ergo non eſt in poteſtate noſtra, & tamen peccatum eſt. ergo & tentatio quæ eſt ab hoſte, quis in poteſtate noſtra non ſit, peccatum erit, cum in idem illicitum tendat.

¶ 4 Præter. Diabolus tentare non poteſt, niſi aliquid in hominem imprimendo: ſed cum ipſe ſit pater iniquitatis & mendacij. Ioã. 8. Ipſe eſt mendax, & pater eius, impreſſum ab eo, nõ poteſt eſſe niſi peccatum. ergo videtur, quòd ſemper quando tentat, in hominem peccatum imprimat.

I ¶ 5 Præt. Motus vis concupiſcibilis, in illicitum tẽdens, tẽtatio carnis eſt, quę peccatum in litera dr: ſed vis cõcupiſcibilis, cum ſit affixa organo corporali cogi poteſt, & immutari per immutationem organi. ergo videtur, ꝙ dæmon tentando nos, poſſit facere in nobis peccatum eſſe: & ita tentatio, quæ eſt tantum ab hoſte, peccatum erit.

SED CONTRA. Vt dicitur Mat. 4. Chriſtus a diabolo tentatus fuit: ſed in eo locus peccati non fuit: vnde ipſe dicit Io. 14. Venit princeps mundi huius &c. ergo non omnis tentatio, quæ eſt ab hoſte peccatum eſt.

li. 3. de lib. arbitr. circa medium. ¶ Pręt. vt Aug. dicit, nullus peccat in eo quod vitare non poteſt: ſed homo nullo modo vitare poteſt, quin hoſtis eum tentet. ergo tentatio, quæ eſt ab hoſte non eſt peccatum.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ peccatum vnius non conſiſtit in actu alterius, ſed in actu proprio, pue dicitur Ezech. 18. Anima quę peccauerit ipſa morietur. In tentatione autem K carnis, ipſe appetitus illicitus, ſecundum quem aliquis tentari dicitur, eſt actus eius, qui tentatur: non enim ſola caro concupiſcit ſed cõiunctum: & ideo talis tentatio eſt [d] peccatum in eo D. 445. qui tentatur. tentatio autem quæ eſt a mundo, vel ab hoſte eſt a principio extrinſeco: vnde actus nõ pertinet ad tentatum, ſed paſſio tantum, & propter hoc non eſt peccatum in tali tentatione, niſi per delectationem conſenſus, quia tunc tentatus incipit cooperari tentanti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quis poteſtas dæmonis, ſit ſimpliciter maior q̄ poteſtas hominis: tñ quantum ad aliquid non eſt maior, ſ. quantum ad actus liber. arb. qui cogi non poſſunt, quia horum actuum ipſe homo dominus eſt, & nõ dæmõ: & ideo poteſt homo tentationi eius reſiſtere.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ tentatio carnis, pro tanto dicitur eſſe grauior, quia eſt ipſi tentato proximior, ſm ꝙ per eã, quodammodo in diuerſa deſideria diuiditur, interioris & exterioris hominis; nec tñ eſt ibi violentia abſoluta, quia interior homo non cogitur, ſequi motum exterioris hominis: vnde adhuc remanet ratio peccati, & magis quàm in tentatione hoſtis, ſecundum quòd ipſum deſiderium eſt actus ipſius tentati, & quodammodo in poteſtate eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis homo non poſſit vitare tentationem carnis: ita ꝙ nullam habeat, poteſt tñ vitare hãc, vel illam ſingulariter: & ita quodammodo eſt in poteſtate eius: ſed tentatio, quæ eſt ab hoſte nullo modo.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ dæmon poteſtatẽ habet imprimendi in imaginationem, vel repræſentando aliqua ſenſibilia exterius, vel etiam turbando imaginem interius, & quomodo hoc ſit, ſupra in tractatu de angelis dictum eſt: & ideo ſm ꝙ hoc modo imprimit in nos tẽtare dicit, hęc autẽ impreſſio ex hoc, non habet rationem peccati: cum non ſit in appetitu: ſed in appræhenſione tñ: ſed eſt tẽdens in peccatum, quantum eſt de ratione tẽtantis.

¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ motus vis cõcupiſcibilis, põt dupliciter inſurgere, vel ex qualitate organi, ſicut calefacto corpore inſurgit motus libidinis, ſine aliqua imagine, & ille motus eſt pure naturalis, nec rationem peccati habens, & ad hoc poteſt virtus dæmonis, ex poteſtate ſuæ naturæ, quæ in trãſmutationem corporalium, poteſt niſi virtute diuina cohibeatur. Alius motus concupiſcibilis eſt, qui inſurgit ex appræhenſione delectabilis, & ex parte illa appetitus concupiſcibilis, habet quandam libertatem, ad minus in homine, ſecundum ꝙ poteſt obedire imperio rationis prohibentis, & ſic in concupiſcibili poteſt eſſe peccatum: ſed hunc motum diabolus extorquere non poteſt.

*a Quare in aliena forma venit?*

SEd quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem ſe conuertit, vt dolo hominem G ſupplantaret, quem virtute ſuperare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifeſtaretur, in ſua ſpecie non venit, ne aperte cognoſceretur, & ita repelleretur. Iterum, ne nimis occulta foret fraus illius, quæ caueri non poſſet, & homo ſimul videretur iniuriam pati, ſi taliter circumueniri permitteret, eum Deus, vt præcauere non poſſet, in aliena quidem forma permiſſus eſt venire diabolus: ſed in tali, in qua eius H malitia facile poſſet depræhendi. Vt igitur in propria forma non veniret, voluntate ſua factum eſt. Vt autẽ in forma, ſuæ malitiæ congruenti veniret, diuinitus factum eſt. Venit ergo ad hominem in ſerpente, qui forte ſi permitteretur, in colũbæ ſpecie venire maluiſſet: ſed non erat dignum, vt ſpiritus malignus illam formam homini odioſam faceret, in qua ſpiritusſanctus apparituros erat. G Non ergo niſi per ſerpentem tentare, permiſſus fuit diabolus, vt p illud quod foris erat, aſtutiam tentantis animaduertere fęmina quiret. Diabolus enim per ſerpentem tentabat, in quo loquebatur. Ideoque ſerpens dictus eſt eſſe callidior cunctis animantibus terræ. Quia vt ait Auguſtin. mali angeli, licet ſuperbia deiecti: natura tamẽ ſunt excellentiores omnibus beſtijs, propter H eminentiam rationis, quàmuis ſerpens non rationali anima, ſed ſpiritu diabolico, poſsit ſapientiſsimus dici. Non ergo mirum ſi diabolus ſpiritu ſuo implẽs ſerpentẽ, ſicut vates implebat, ſapiẽtiſsimum reddiderat

ARTICVLVS III.

*c Vtrum tentatio ſit appetenda.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd tentatio ſit appetenda. Primo per hoc quòd dicitur Iac. 1. Omne gaudium exi. &c. ſed illud, de quo gaudendum eſt, quando habet, eſt appetendũ cũ non habet. ergo tentatio eſt appetenda. 3. par. q. 41. 2. ad 2.

¶ 2 Præt. Illud in quo manifeſtatur bonum alicuius, eſt appetendũ, ſed virtus mentis in tentationibus oſtenditur, & ibi quodammodo refloret. ergo idem quod prius.

¶ 3 Præt. Illud quod eſt materia & organum virtutis eſt appetendum, ſed ſicut dicit Aug. tentatio cui non conſentitur, eſt materia exercendæ virtutis. ergo eſt appetenda.

¶ 4 Præt. Illud ſine quo, non poteſt perueniri ad regnum, eſt ſtudio appetendum, ſed tentatio eſt huiuſmodi, quia non coronabitur. niſi qui legitime certauerit. 2. Thi. 2. Certamen autem ſpirituale ſine tentatione non eſt. ergo tentatio eſt appetenda.

¶ 5 Præt. Vt ſcribitur 2. Corin. 12. Paulus petiuit ſtimulum carnis a ſe remoueri, per quem carnis tentatio intelligitur: ſed ibi dicit gloſa, ꝙ ipſe hoc petens neſciuit, quid peteret. ergo videtur, ꝙ non eſt deſiderandum extra tentationem eſſe.

SED CONTRA. Illud quod debemus orare, debemus deſiderare: ſed dominus Mat. 6. docet nos orare dicẽs. Et ne nos inducas in tentationem. ergo debemus deſiderare tentationes a nobis remoueri.

¶ Præterea. Sicut voluntas noſtra, debet diuinæ voluntati eſſe conformis: ita a voluntate hoſtis, debet eſſe diſcordans, ſed hoſtis vult & petit nos tentare, vt habetur Lucæ 22. Ecce ſathan expetiuit vos. &c. ergo tentationem velle non debemus.

¶ Præt.



RESPONDEO. Dicendum, quòd cum bonum ſit A obiectum voluntatis, & deſiderij, eo modo aliquid eſt adamandum, quo eſt bonum. Inter bona autẽ inuenitur aliquid, quod eſt bonum ſimpliciter, & per ſe, ſicut bona honeſta, quæ tanquàm fines appetuntur ſui gratia, & ſi in aliud ducant, quia in omnibus honeſtis, vtilitas honeſtati coincidit, niſi in vltimo, quod eſt finis finium, quod propter ſe tantum appetendum eſt: aliquid tamen eſt quod in ſe bonitatem habet, nõ tamen appetitur, ſi abſolute conſideretur: ſed ex ordine ad finem bonitatẽ quãdam ſortitur, quę vtilitas nominatur, & hęc ſunt tantum ꝑpter aliud appetenda, vt ſectio membri propter ſanitatem & huiuſmodi. Sed ſciẽdum, ꝙ ad finem aliquem conſequendũ contingit aliquid dupliciter ordinari, per ſe. ſ. & per accidens. per ſe dico, qđ quantum eſt in ſe, in finẽ debitum ductiuum eſt. per accidens autem, quod quantum in ſe eſt, in aliud duceret: ſed ex concurſu alterius cauſæ ducitur ad finẽ ipſum: ſicut qui comedit venenum vt moriatur, & contingit ex hoc D. 539. ſanitas. Cum [d] ergo cauſa per accidens, non ſit proportionata ad effectum, ſed ſolum cauſa per ſe, ex ordine ad finem, qui eſt per accidẽs, non erit dicendum aliqd. bonum vel appetibile ſimpliciter acceptum: ſed ſolum concurrentibus omnibus, quæ ad hunc effectum determinant. Dico D ergo, ꝙ tentatio per ſe ordinata eſt ad hominis perditionẽ, ad ſalutem vero non ordinatur niſi per accidens. ſ. ex hoc, ꝙ vincitur per auxilium gratiæ diuinæ: & ideo tentari ſimpliciter nõ eſt appetendum: ſed tentari & vincere ſimul acceptum appetendum eſt: ſed quia propter noſtram fragilitatem victoria nimis dubia eſt: ideo ſecurius fugitur quàm quæratur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ beatus Iaco. loquitur de tentatione tribulationum, ad quarum patientiam hortatur, vt inter eas æquanimitatem & gaudium mentis ſeruent. non. n. aliter eas vincere poſſunt, niſi per patientiam: vnde ipſum gaudiũ victoria quædam eſt, quod quidem eſt non de tentationibus ſecundum ſe: ſed de patientia, quæ tentationem vincit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ in tentationibus, non relucet bonum hominis, niſi præſuppoſito quodam alio. ſ. earum victoria cum qua appetendæ ſunt.

E ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non ſunt materia virtutis, tanquàm per ſe ad virtutem ordinatæ: ſed per accidens tantum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ tentationes non ſunt neceſſarię, vt perueniatur ad regnum: niſi neceſſitate conditionata, ſic. ſ. vt ſi tentationes adueniant, non veniatur ad regnum niſi vincantur, ſed tentationes aduenire non eſt neceſſarium abſolute, niſi ſecundum corruptionem ſtatus præſentis, ex qua ſequitur pugna carnis aduerſus ſpiritum, quę tentatio dicitur.

¶ Ad quintũ dicẽdũ, ꝙ Paulus petens a ſe ſtimulũ carnis remoueri, recte petijt, hãbita cõſideratiõe ipſius ſtimuli abſolute: ſed quia conſiderato euentu pugnæ, in qua victor futurus erat, remotio ſtimuli non ſibi expediebat: qui tamen euentus ſibi certus non erat, pro tanto dicitur neſciſſe, quid peteret: vnde certificatus de victoria, verbo domini dicentis, Sufficit tibi gratia mea, patienter ſtimulum ſuſtinuit.

*omnium beſtiarum, quem tamen ad tentandum non elegit diabolus: ſed per quod animal permiſſus fuit, tentauit. Vnde Auguſtin. ſuper Geneſim. Non eſt putandum, ꝙ diabolus ſerpentem, per quem tentaret elegerit: ſed cum decipere cuperet non potuit, niſi per B quod animal poſſe permiſſus eſt. Nocendi enim voluntas ineſt cuique a ſe: ſed poteſtas a Deo. Sic autem loquebatur diabolus, per ſerpentem ignorantem: ſicut per energuminos vel per phanaticos loquitur. Serpente enim velut organo eſt vſus, mouens naturam eius ad exprimendos ſonos verborum, & ſigna quibus ſuam monſtraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis eſt factus, calidiſſimus tamen dictus eſt, propter aſtutiam diaboli. Locutus eſt autem ſicut aſina Balaam, ſed hoc diabolicum illud angelicum fuit. Boni enim & mali angeli, ſimiliter operantur. Hic queri ſolet, quare mulier non horruit ſerpentem? Quia cum nouerit creatum eſſe, etiam officium loquendi a Deo, accepiſſe putauit.*

QVAESTIO II.

B

**Deinde queritur ſpecialiter de tentatione primorum parentum.**

*De modo tentationis.*

TEntatio autem hoc modo facta eſt. Stans coram fæmina hoſtis ſuperbus, nõ audet in verba perſuaſionis exire, metuens depræhendi. Sed ſub interrogatione B eam aggreditur, vt ex reſponſione colligeret, qualiter in malitia procedere poſſet. Cur inquit præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum. quæ ſunt in paradiſo veſcimur. De fructu vero ligni, qđ eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti cum dixit, ne forte moriamur. Vnde mox diabolus dixit ad mulierem. Nequaquàm moriemini. Scit enĩ Deus, quòd in quocunque die, comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Attende ordinem ac progreſſum humanę perditionis. Primo Deus dixerat quacunque die comederitis ex eo morte moriemini. Deinde mulier dixit

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo de progreſſu tentationis.

Secundo. De quantitate peccati tentationem ſequentis.

Tertio. Vtrum Adã potuerit peccare venialiter anteq̃ mortaliter.

ARTIC. PRIMVS.

*a Vtrum diabolus ex inuidia, & in forma ſerpentis tentauerit Euam.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur non fuiſſe talis tentationis progreſſus, qualis in litera deſcribitur. Inuidia enim reſpectu ſuperioris eſt: vnde dicitur Iob. 5. Paruulum occidit inuidia: ſed Adam non erat ſuperior dęmone, ad minus reputatione dæmonis, qui fuit ſuperbiſſimus. ergo non eſt ex inuidia, ſtimulatus ad tentandum.

¶ 2 Præterea. In primo ſtatu, anima corpori omnino imperabat. ergo diuerſitas, quæ erat ex parte corporis, nullo modo in animam redundabat: ſed mulier differebat a viro, ſecundum corporis diſpoſitionem, vnde Philoſophus in 10 Meta. dicit, ꝙ mas & fæmina differunt differentijs materialibus. ergo tunc temporis non oportebat, ꝙ fæmina eſſet minus ſapiens, vel fortis quàm vir: & ita nulla ratio videtur, quare per mulierem ad virum tentando tranſierit.

¶ 3 Præterea. Tentatio eſt aſſimilatio boni ad fallendum, vt Caſſiod. ſuper pſalmos dicit. Si ergo iniquus perſuaſor, tentare hominem diſponebat, formam boni perſuaſoris, ſcilicet angeli aſſumere debuit. Si dicatur ꝙ non fuit permiſſus, ne homo quaſi violenter deciperetur.

¶ 4 Contra. Ad pium cuſtodem pertinet magis infirmis, maioris defenſionis auxilium exhibere. cum ergo poſt peccatum, quando natura humana eſt infirmior, non cohibeatur ſathanas, quin in angelum lucis ſe transformet, vt dicitur 2. Cor. 10. Multo minus tunc cohiberi debuit.

¶ 5 Præterea. Conſideratio præcepti in actu a peccato retrahit, & ſic tentationis effectum impedit. ſi ergo tentator ad trahendum in peccatum venerat, videtur ꝙ inconuenienter mulierem, in memoriam præcepti adduxerit.

SED CONTRA. Eſt quod dicitur Sapien. 3. Inuidia diaboli &c. Et ita videtur, quòd ex inuidia diabolus commotus fuerit ad tentandum.

¶ Præterea. vt Auguſt. dicit: ordo tentationis interioris, qui in nobis nunc agitur, præſentat ordinem tentationis, in primis parentibus ſeruatum: ſed in nobis tentatio a ſenſualitate incipit, & per inferiorem rationem in ſuperiorem producitur. cum ergo ſenſualitas ſerpentem repræſentet, & inferior ratio mulierem, & ſuperior virum, videtur ꝙ decentiſſimus fuit talis ordo tentationis in primo peccato, vt in eo poſſit peccatorum ſequentium ſimilitudo oſtendi.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ ſicut Magiſter dixit. 7. diſt. F dæmones quædam poſſunt per naturæ ſuæ poteſtatem, quæ nõ poſſunt propter Dei, vel angelorum cohibitionem; ita etiam & eorum aſtutia intellectus, & nequitia voluntatis in multis impeditur, vt non faciant omne quod volunt, etiam quod ad finẽ ſuæ intentionis conueniens aſtute videt: vnde in tentatione primorum parentũ, diabolus aliquid fecit quod voluit, vt ſ. a muliere tentationem inciperet, & vt aliena fora veniret: quod autem in forma ſerpentis veniret, non ſponte elegit: ſed ex permiſſione diuina, quæ eum alias ſpecies, in quibus magis poſſet latere, aſſumere prohibebat, vt in litera dicitur.

¶AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ diabolus homini inuidebat, quẽ ſibi ſuperiorem futurum putabat ſi illuc aſcẽderet: vnde ipſe deſcenderat; & in hoc ipſo iam ſuperiorẽ, ꝙ ad bonum illud habendum, paratus erat homo, quod ipſe demon in perpetuũ amiſerat, nec in hoc aliquid eius ſuperbiæ derogatur, quia ſuperbia potius eſt in appetitu excellentiæ, q̃ in æſtimatione, niſi prout eſtimatio ex appetitu excellentiæ naſcitur, q oculos mentis claudit. Vnde ſuperbi frequenter alios ſe ſuperiores, in multis eſtimant, qui tamen multa ſibi magis digna eſſe cogitant, propter alia bona in quibus alios excedere videntur: & ideo ex ipſa ſuperbia inuidiæ, zelus oritur, Vnde dicit Aug. 11. ſuper Geñ. amando quiſque excellentiam ſuam; vel paribus inuidet, ꝙ ei coæquantur, vel inferioribus, ne ſibi coæquentur, vel ſuperioribus, quòd ei non coæquentur.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ alia eſt obedientia corporis, ad animam in primo ſtatu, & alia in vltimo. In primo enim ſtatu, ſic erat ſubiectum corpus animæ, vt nihil in corpore contingere poſſet, quod contra bonum animæ foret, vel quantum ad eſſe, vel quantum ad operationem: nec tamen remouebatur; quin etiam tunc ſecundum diuerſitatem corporum, diuerſa fuiſſet dignitas animarum, cum oporteat animæ ad corpus proportionem eſſe, vt formæ ad materiam, & motoris ad motum: & ideo mulier etiam quãtum ad animam, viro imperfectior erat. In vltimo vero ſtatu, talis erit ſubiectio, vt etiam qualitas corporis, ſequatur virtutem mentis: vnde ſecundum diuerſitatem meritorum, erit anima vnius, alia dignior, & corpus glorioſius: vnde non erit differentia, propter ſexum diuerſum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſicut in litera dicitur, aliam ſpeciem, in qua appareret, & pręcipue boni angeli, libenter elegiſſet: ſed permiſſus non fuit.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis homo in primo ſtatu eſſet fortior: tamen poſt peccatum factus eſt cautior, per experientiam mali: vnde fraudibus hoſtis, quas quotidie experitur, melius reſiſtere nouit, vel quia in pęnam peccati hoc conſecutum eſt, vt hõ q diabolo ſe ſponte ſubiecit, violẽtius ab eo ĩpugnet.

Ne forte moriamur. Nouiſsime autem ſerpens dixit. Nequaquàm moriemini. Deus affirmauit. Mulier quaſi ambigendo illud dixit, Diabolus negauit. Quæ igitur dubitauit ab affirmante receſsit, & neganti appropinquauit.

*De uerſutia diaboli, qui ut facilius perſuaderet, malum remouit, & bonum in pollicito duplicauit.*

G QVi ad ſuam perſuaſionem pleniter ſuffulciendam, id eſt, vt malum quod intendebat libere perſuaderet, & malum quod mulier timuit, negando remouit & promiſsionem addidit, & vt eius perſuaſio citius reciperetur, promiſsionem duplicauit. H Vnam nẽpe comeſtionem ſuadens, duo in premio propoſuit, ſimilitudinem Dei, ſciẽtiamq; boni & mali ſpondens. Vbi tribus modis hominem tentauit, ſcilicet gula in perſuaſione cibi, cum dixit. In quacũque die comederitis. Inani gloria in promiſsione deitatis, cum dixit. Eritis ſicut dij. Auaritia in promiſsione ſcientiæ, cum dixit. Scientes bonum & malum. Gula eſt immoderata cibi auiditas. Vanagloria eſt amor proprię excellentiæ. Auaritia immoderata habendi cupiditas, quæ non eſt tantum pecuniæ: ſed etiã altitudinis & ſcientiæ, cum ſupra modum ſublimitas ambitur.

*De duplici tentationis ſpecie.*

POrro ſciẽdum eſt, duas eſſe ſpecies tẽtationis, interiorem. ſ. & exteriorem. Exterior tentatio eſt, quando nobis extrinſecus, malum viſibiliter ſuggeritur, verbo vel ſigno aliquo, vt ille cui fit ad conſenſum peccati declinet, & talis tentatio tantum fit ab aduerſario. Interior vero tentatio eſt, quando inuiſibiliter malũ nobis intrinſecus ſuggeritur. Et hæc tentatio aliquãdo fit ab hoſte, aliquando a carne. Nam & diabolus inuiſibiliter mala ſuggerit, & ex carnis corruptione ſuboritur motus illicit⁹, & titillatio praua. Ideo que tentatio, quæ eſt ex carne, nõ fit ſine peccato. Quæ autem eſt ab hoſte, niſi ei cõſentiatur, nõ habet peccatum, ſed eſt materia exercendę virtutis. Tentatio autem carnis interior difficilius vincitur, quia interius oppugnans, de noſtro contra nos roboratur. b. I Homo igitur qui ſola exteriori tentatione pulſatus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quanto leuiori impulſu fuerat proteſtatus. Et tamen quia aliquam a licet modicam cadendi occaſionem habuerit: idcirco per Dei gratiam, iuuari potuit

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ſecundum Philoſophum in 3. & in 7. Ethic. omnis malus quodammodo ignorans eſt: oportet enim, quòd exiſtimatio rationis in peccante corrumpatur, quia malum pro bono eligit. Hoc autem contingit dupliciter, vel in vniuerſali, vel in particulari; rectam autem eſtimationem in particulari corrumpit delectatio, vt Philoſophus in 6. Ethic. dicit, & etiam alię paſſiones, quæ tunc ineſſe homini non poterant præter regulam rationis: & ideo oportuit, vt in vniuerſali eſtimatio corrumperetur: & ideo præceptum ad memoriam reduxit tentator, vt æſtimationem rectã falſis ſuaſionibus corrumperet, & ſic ad peccandum inclinaret.

¶Vel dicendum, vt dicit Aug. 11. ſuper Geñ. Ideo prius interrogauit ſerpens, & reſpondet hæc mulier, vt in præuaricatione eſſet inexcuſabilis, nec vllo modo dici poſſet illud, quod præceperat Deus, oblitam fuiſſe mulierem, quamquam & obliuio præcepti maxime vnius, & tam neceſſarij ad maximam culpam damnabilis neglig̃etiæ pertineret, verumtamẽ euidentior eius trãſgreſſio eſt, cum memorię retinetur, & tãquàm in illo Deus aſſiſtens præſenſque contemnitur.

ARTICVL. II.

*b Vtrum peccatũ Adæ fuerit grauius omnibus alijs peccatis.*

AD SECVNDVM, ſic proceditur. Videtur, quòd peccatum Adæ grauius fuerit oĩbus alijs peccatis, q͞a ſicut dicit Aug. in lib. de ciui. Dei. Magna eſt. n. in peccãdo iniq̃tas, cui tanta eſt in non peccando facultas: ſed Adam facilius potuit vitare peccatum quàm aliquis ſequentiũ. ergo ipſe grauius peccauit.

¶ 2. Præter. Aug. dicit, ꝙ ex hoc aliquid eſt malum, quia adimit bonum: ſed peccatum primi hominis plus de bono ademit, totam naturam humanam corrumpens, quàm aliquod peccatorum ſequentium. ergo peius alijs fuit.

K ¶ 3 Præt. Maiori culpæ maior pęna debetur: ſed peccatum Adę grauiſſime punitum fuit a Deo, quia ad omnes poſteros eius pæna extenditur. ergo grauius alijs fuit.

¶ 4 Præter. Videtur quòd etiam irremiſſibile fuerit, quia bonum gratiæ excedit bonum naturę, angelus autem per peccatum a ſtatu naturalium tantum cecidit, ſecundum opinionem illorum, qui dicunt eos in naturalibus tantum creatos, homo autem etiam a ſtatu gratiæ cecidit. Cum ergo tantum caſus ſit grauior quantum gradus ſit altior, videtur ꝙ irremiſſibilius fuerit peccatum Adæ, quàm etiam dęmonis.

¶ 5 Preterea. Bonum eſt potius quàm malum: ſed Adam per peccatum totam naturam humanam corrupit, quia in eo originaliter erat. ſi ergo pęnitere potuiſſet, & ſic remedium peccati ſui habere, videtur quòd totam naturam humanã reintegrare potuiſſet, quod falſum eſt, quia hoc ſolus filius Dei potuit. ergo idem quod prius.

SED



A SED CONTRA. Illud quod habet plures rationes mali, magis eſt malum, ſed Adam peccauit faciendo illud q͞d erat malum ſolum, quia prohibitum, multi autem peccant faciendo illud quod eſt vtroque modo malum & ſecundum ſe, & quia prohibitum: ergo videtur quòd multorum peccata grauiora ſint pc̃tõ Adę.

¶ Præte. Peccatum q͞d eſt ex certa malitia, grauius eſt peccato quod eſt per ignorantiam; ſed peccatum primum hominis fuit quodammodo per ignorantiã, vt infra patebit. ergo videtur quòd eo multa grauiora ſint, quę ex certa malitia generantur.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ in peccato poſſunt multa conſiderari, ex quibus peccatum grauitatem trahere põt; & contingit ꝙ illud peccatum quod ſecundũm vnũ eſt grauius, ſecũdum aliud leuius inueniatur, illud tamen ſimpliciter grauius conſiderandum eſt, quod ſecundũ plura & potẽtiora grauius inuenitur, & præcipue ſecundum ſpeciem peccati, quia quantitas cõſequens ſpeciem peccati, eſt peccato eſſentialior q̃ quæ circunſtantias peccati ſequitur. Secundum hoc ergo dicendum, ꝙ peccatum Adę quantum ad hoc grauius alijs fuit quòd minori tentatione pulſatus cecidit, & ꝙ facilius reſiſtere potuiſſet, ſed quantum ad ſpeciem peccati, & quantum ad alias circunſtantias, quæ peccatum magis exaggerant, multa grauiora peccata ſunt ſecuta.

ET PER HOC patet reſponſio ad primum.

D ¶Ad ſecundum dicendum, quòd hoc fuit per accidens quòd maiorem leſionem intulit, ex hoc quòd ſcilicet naturam integram inuenit; vnde non ſequitur quòd grauius ceteris fuerit; quia hoc idem etiam ſequentia peccata feciſſent, ſi talem naturam inueniſſent, ſicut & ſecundum peccatum mortale gratia non priuat, quia eam non inuenit, ſed priuaret ſi inueniret.

¶Ad tertium dicendum, quòd pœna peccati Adę, dupliciter dicitur. Vna quæ debetur ſibi inquantum eſt quoddam ſingulare peccatum & perſonale, & ſic multis alijs peccatis grauior pœna debita fuit. Alia quæ debetur ſibi indirecte ratione infectionis originalis peccati ex ipſo creatæ, & ſic maxima pœna ipſum primũ peccatum ſecuta eſt, ſed grauitas huius pœnæ non commenſuratur quantitati primi peccati, vt fuit quoddam perſonale peccatum, ſed ſecundum ꝙ corrumpit naturam.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis gratia excedat naturam, tamen quia potentia naturalis eſt quæ ſubſtantiam actus adminiſtrat, qui ex gratia informatur, ideo defectus naturalis boni magis excuſat peccati actum, quàm etiam carentia gratiæ: gratia enim non eleuat hominem, vt ſtatim eliciat actum intellectus deiformis, quod tamen angelus ex natura habet, & iõ magis facit ad irremiſſibilitatem peccati ſuperioritas naturæ, quàm exceſſus gratiæ. Cauſa tamen quare peccatum angeli eſt irremiſſibile & non peccatum hominis, ſupra in tractatu de angelis dicta eſt.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut homo per ſe gratiam amittere poteſt, nec tñ per ſe põt gratiam recuperare, quia gratia virtutem naturæ excedit, ita & hõ potuit integritatẽ innocentiæ amittere, quæ cõditionem naturæ excedebat, vt dictũ eſt, nec tñ potuit eam recuperare, niſi ille qui ſupra naturam erat, nam gratia q̃ poſtmodũ Adæ reddita creditur, non niſi ad actus perſonales ſe extẽdebat, vñ naturam in illud quod ſupra ſe eſt, eleuare non poterat. ſ. in originalem iuſtitiam & impaſſibilitatem quæ ſupra conditionem principiorum naturæ humanæ erat:

ad veniam, vt qui per alium ceciderat, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum, non iniuſte reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero qui ſine alicuius tentatione peccauit, per alium, vt ſurgeret, iuuari non debuit; nec per ſe potuit, & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum vero hominis ſicut per alium habuit initiũ, ita per alium nõ incongrue habuit remedium.

*Quare homo, non angelus ſit redemptus.*

PRæterea, angelica natura quoniã non tota perierat, ſed ex parte perſtiterat, non eſt redempta, humana vero tota perierat, & ideo ne penitus perderetur, ex parte eſt redẽpta, vt inde ruina ſuppleretur angelica. C Vnde Aug. in Enchi. Placuit vniuerſitatis creatori, & moderatori, vt quoniam non tota multitudo angelorũ Deũ deſerendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret. Quæ autem cum Deo illa deſerente perſtiterat, de ſua certiſsime cognita ſemper felicitate gauderet. At vero creatura rationalis quę in B hominibus erat, quoniam peccatis atque ſupplicijs tota perierat, ex parte reparari poterat, vnde angelicę ſocietati ſuppleretur, quod ruina illa minuerat: hoc enim ꝓmiſſum eſt ſanctis, quòd erunt æquales angelis Dei.

*Quòd non ſoli uiro præceptum fuit datum.*

ILlud etiam notandum eſt, quòd non ſoli viro pręceptum videtur eſſe datum, cum ipſa mulier teſte tur ſibi etiam eſſe mandatum dicens. Præcepit nobis De⁹ &c. Supra tamen legitur. Ante factam mulierem, Deum dixiſſe viro. De ligno ſcientiæ boni,

ARTICVLVS III.

*c Vtrũ Adã in ſtatu innocẽtiæ potuerit peccare uenialiter.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd Adam in primo ſtatu venialiter peccare potuit: diſpoſitio enim præcedit perfectionem; ſed veniale eſt diſpoſitio ad mortale. ergo videtur ꝙ prius venialr̃ quàm mortaliter peccauerit. 12. q. 89. 3. ad 3. Et Ma la. q. 7. ar. 7

¶ 2 Præt. Lib. arb. ſe habet ad oppoſita, & præcipue ſi confirmatum non ſit: ſed lib. arbit. hominis in primo ſtatu confirmatum non erat. ergo ſicut poterat non peccare venialiter, ita etiã poterat peccare venialiter.

¶ 3 Præt. Quicunq; poteſt id quod plus eſt, põt illud quod minus eſt: ſed plus eſt peccare mortaliter, quàm venialiter. cum ergo potuit peccare mortaliter, potuit peccare venialr̃.

¶ 4 Præt. Mortale peccatum magis repugnat rectitudini, & gratiæ, quàm peccatum veniale: ſed rectitudo innocentię nõ ĩpediebat q͞n mortalr̃ peccare poſſet, ergo multo min⁹ ĩpediebat, q͞n etiã venialiter peccaret.

¶ 5 Præt Impoſſibile eſt quòd aliquis credat, vel eſtimet illud de cuius contrario certus eſt: ſed Adam vt dicit Augu. credidit peccatum quod ipſe committeret veniale eſſe. ergo ipſe neſciebat ſe non poſſe venialiter peccare: ſed ſi non potuiſſet, ſciuiſſet ſe non poſſe, quia hoc nobilitatis in eo erat, & inconueniens eſt nos habere nobiliſſimos habitus & nos lateant, vt Philoſophus in 2. poſte. ergo Adam venialiter peccare potuit.

D ¶Si dicatur, ꝙ non potuit peccare venialiter, quia non poterant infeirores vires auerti niſi prius rõ ſuperior auerteretur.

¶ 6 Contra. In ratione ſuperiori non tantũ eſt peccatum mortale, ſed etiam veniale, ergo potuiſſet deordinatio aliqua in ſuperiori ratione fuiſſe per veniale peccatum, ſicut & quando aliquis aliquem motum infidelitatis ſentit.

SED CONTRA. Peccatum veniale in nobis cauſatur ex pronitate ad peccandum, & ex quadam impulſione carnis corruptæ, ſed hoc totum per peccatum ſecutum eſt. ergo videtur ꝙ ante mortale peccatum, veniale pc̃m̃ eſſe non potuit.

¶Præt. Paruum motiuum nõ commouet magnam virtutem; ſed veniale peccatum paruum habet motiuum in quo appetitus non vt in fine quieſcit. ergo cum virtus humana in primo ſtatu eſſet fortiſſima, videtur ꝙ per veniale peccatum commoueri non poterat.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, talis erat primi ſtatus rectitudo, vt ſuperior pars rationis, Deo E ſubijceretur, cui ſubijcerentur inferiores vires, quibus ſubijceretur corpus, ita ꝙ prima ſubiectio erat cauſa ſecundæ, & ſic deinceps. Manente autem cauſa, maneret effectus: vnde ſicut, quandiu homo erat ſubditus Deo nihil in corporis partibus cõtingere poterat contrarium animæ, ita etiam nihil in viribus animæ contingere poterat, quod ſuperior ratio non ordinaret in Deum, quod autem in Deum recte ordinatum eſt, veniale peccatum non eſt, & ita [d] veniale peccatum in primo ſtatu cõtingere non poterat ſicut nec mors, niſi prius ordo mentis ad Deum tolleretur, quod ſine peccato mortali fieri non potuit. D. 75.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ duplex eſt diſpoſitio, quædam eſt, quæ neceſſaria eſt ad eſſe eius ad quod diſponit, & hæc ſemper præcedit illud ad quod diſponit, ſicut calor formam ignis: quædam vero diſpoſitio ordinatur ad facilitatem eius ad quod diſponit, quod quidem ſine ea eſſe poteſt, ſed nõ ita de facili, ſicut quòd ligna perfunduntur oleo, vt inflammẽtur

tur citius, & ſic veniale peccatum eſt diſpoſitio ad mortale.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod Adam in primo ſtatu habebat lib. arb. ad peccandum venialiter, ſed hoc non poterat in actū exire, niſi prius peccaret mortaliter. Et ratio huius dicta eſt, vel poteſt dici quod comparando lib. arb. ad obiectum ſuum, confirmatum non erat, ſed cōparando vnum ordinem ad aliū, habebat quandā cōfirmationem, vt. ſ. inferior ordo ſuperiorem inuiolabiliter ſequeretur.

¶ Ad tertium dicendum, quod differt in potentijs actiuis & paſſiuis; quia in potentijs actiuis quod poteſt in plus, etiam in minus poteſt, vt quod poteſt ferre. 100. lib. poteſt etiā ferre 10. In potentijs autem paſſiuis eſt econuerſo; qui enim poteſt pati a paruo pōt etiam pati a maiori, vt ſi aliquis poteſt vinci ab vno, poteſt etiam vinci a duob⁹, ſed nō conuertitur, & talis potentia eſt potentia peccandi, qui enim peccat, a peccati ſui concupiſcentia vincitur.

& mali ne comedas; non dixit ne comedatis. Forte quia facturus erat mulierē, ſic præcepit, vt per virum ad mulierem perueniret mandatum, quia mulier quæ ſubiecta viro fuit, non niſi mediante viro diuinū debuit accipere præceptum. G Vnde ait Apoſtolus, Si quid voluerint diſcere mulieres, domi viros ſuos interrogent. Si quæritur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes creſcendo, vel magiſterio, dicimus quia Deus eos tales fecerat, qui poſſent loqui & diſcere ab alijs ſi eſſent.

¶ Ad quartum dicendum, quòd rectitudo originalis iuſtitiæ in tantum repugnabat culpæ mortali, vt ſimul cum ea eſſe non poſſet, tamen culpa mortalis quæ ei oppoſita erat, ipſam priuare poterat. Venialis autem culpa nec priuare iuſtitiam originalem poterat, cuius principium erat in ordine ſuperioris partis in Deum, a quo veniale peccatum non ſeparat, nec ſimul poterat cum ea eſſe propter ordinem inferiorum ſub ſuperiori.

¶ Ad quintum dicendum, quod Adam etſi peccare non poſſet venialiter, tamen poterat de hoc certus non eſſe, quod enim habit⁹ nobiliſſimi nos non lateant, intelligitur de habitibus cognitiuæ partis, de quorum perfectione certitudo eſt, non autem de habitibus affectiuæ, qui latēt, vt in charitate patet. Et præterea ſi ſciuiſſet in vniuerſali poterat in particulari non conſiderare. Vel melius dicendum, quod veniale dicitur tripliciter, ſcilicet ex genere, vt verbum ocioſum. veniale ex cauſa, vt quod ex infirmitate, vel ignorantia geritur, quod excuſabilitatem quandam habet, & eſt veniale ex euentu, ſicut culpam præcedentem mortalem confeſſio ſequens venialem facit, vt Ambro. dicit, quia relinquitur reatus temporalis pœnæ: cum ergo Aug. dicit quod credidit peccatum eſſe veniale, intelligitur veniale ex cauſa, quod quandoque etiam mortale eſt ſimpliciter.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut in parte intellectiua, ſpeculatiua ſuprema pars eſt, quæ principijs per ſe notis inheret, ita in ratione practica ſuprema pars eſt, quæ fini adheret, quia finis in operabilibus eſt ſicut principium primum indemonſtrabile in ſpeculatiuis, vt in 6. & 7. Ethi. Philoſophus dicit. & hæc Cap. 9. pars non poteſt deordinata eſſe niſi per peccatum mortale, quod finem contrarium ponit, ab ordine autem huius partis totus ordo originalis iuſtitiæ dependebat, & ideo niſi prius mortaliter peccaſſet, nulla inordinatio in eo eſſe potuiſſet.

## EXPOSITIO TEXTVS.

DIABOLVS per ſerpentem tentabat in quo loquebatur. Modus in quo angeli boni, vel mali in aſſumptis corporibus loqui poſſunt, ſupra di. 8. tactus eſt. {Serpens dictus eſt eſſe callidior &c.} Videtur hoc eſſe falſum, quia quodcunque animal diabolus aſſumpſiſſet, eādem calliditatem habuiſſet, ſi propria calliditate aſtutus non erat, vt ipſe ſubdit. ¶ Sed dicendum quod in his quæ viſibiliter gerebantur, ea quæ non videntur intelligi poterant. Serpens autem, & ſi aſtutiam ad nocendum homini ſpiritualiter ex ſe non haberet, habet tamen aſtutiam ad nocendum ſibi corporaliter, vnde aſtutia exterior ſerpentis aſtutiam ſpiritualem dæmonis deſignat, & ideo callidior alijs animantibus dicitur propter aſtutiam dæmonis qua mouebatur, per quam & diabolus deſignabatur. {Sicut per energuminos & phanaticos.} Energumini dicuntur quaſi interius laborantes ab en quod eſt in, & erge quod eſt labor. Phanatici dicuntur ex hoc quòd in phanis, vel templis idolorum a dæmonibus reſponſa accipiebant, ſed vtrūque hic pro arreptis a dæmone accipitur. {Auaritia immoderata habendi cupiditas &c.} Hoc quod hic dicitur de auaritia non eſt intelligendum de ea ſecundum quòd eſt ſpeciale vitium vnum de 7. capitalibus, quia ſic non differt a ſuperbia, quæ eſt appetitus immoderatus propriæ excellentiæ, ſed ſumitur hic auaritia prout eſt generale vitium ad omnia peccata, quæ in appetitu quorūcumque bonorū naturalium cōſiſtunt, vt curioſitas, ſuperbia, & huiuſmodi, vt diſtinguit Augu. 11. ſuper Geneſ.

## DISTINCTIO XXII.

A

HIc videtur diligenter inueſtigādum eſſe, quæ fuerit origo & radix illius peccati: a Quidam putant quandam elationem in animo hominis præceſſiſſe, ex qua diaboli ſuggeſtioni conſenſit. Quod videtur Aug. innuere ſuper Geneſim ita dicens. Non eſt putandum quòd homo deijceretur niſi præceſſiſſet in eo quædam elatio comprimenda, vt per humilitatem peccati ſciret quàm falſo de ſe præſumpſerit, & quòd non benè ſe habet natura, ſi a faciente receſſerit. Itē

### DISTIN. XXII. DIVISIO TEX.

POſtquam determinauit principiū humani caſus ex parte tentatoris, hic determinat principiū intrinſecum ex parte ipſius hoīs peccātis. Luc. 11. c. 5. Et diuiditur in partes duas. In prima inquirit quod fuerit in homine primum peccatum, origo & radix peccatorum ſequentium. In ſecunda inquirit, quid fuerit principium illius primi peccati. ibi {Solet etiam quæri &c.} Prima diuiditur in partes tres. In prima dicit quod primū peccatum in homine fuit H elatio. In ſecūda oſtendendo quod diuerſimode fuit in viro & muliere. ibi {Et talis quidem elatio.} In tertia ex hoc concludit peccatum mulieris grauius peccato viri fuiſſe. ibi {Ex quo manifeſte animaduerti poteſt.} ¶ Circa primum tria facit. Primo, ponit quorundam opinionem, & rationes eorum, ponentium ſuperbiam in corde hominis etiam tentationem dæmonis præceſſiſſe. Secundo, obijcit in contrarium. ibi {Quòd ſi ita fuerit &c.} Tertio, determinat veritatem. ibi {Quòd circa prædicta Aug.} {Et talis quidem &c.} Hic oſtendit qualis fuerit elatio viri & mulieris. Et primo qualis fuerit elatio mulieris. Secundo qualis fuerit elatio viri. ibi {Solet quæri vtrum talis.} {Ex quo manifeſte &c.} Hic concludit ex prædictis quòd peccatum mulieris grauius fuit peccato viri. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo, obijcit in contrarium ibi {Sed hoc videtur contrarium.} Quòd autem peccatum mulieris grauius fuerit oſtendit tripliciter. Primo, ex motiuo ad peccandum, quia I ex maiori ſuperbia. Secundo, ex offenſa, quia in plures peccauit. ibi {Quæ etiam in ſe.} Tertio, ex pœna, quia grauius punita eſt. ibi {Inde etiam colligitur.} {Sed hoc vr̄ contrarium &c.} Hic obijcit contra hoc quod dictū eſt. Et primo oſtendit æquale fuiſſe peccatum. Secūdo, oſtendit peccatum viri fuiſſe graui⁹. ibi {His autem opponi ſolet.} ¶ Circa primum duo facit. Secundum quod duas authoritates contra definita inducit. Secunda incipit ibi {Veruntamen & de viro &c.} Quælibet autem iſtarum partium diuiditur in obiectionem & reſponſionem. {Solet etiam quæri &c.} Hic inquirit quod fuerit principium illius peccati. Et diuiditur in duas partes ſecundum quod duas mouet quæſtiones. Secunda incipit, ibi {Si vero quæritur &c.}

## QVAESTIO PRIMA.

A

### Hic duo quæruntur.

K Primo. De peccato primi hominis.
Secundo. De ignorantia.

### Circa primum quæruntur tria.

Primo: Quod fuerit primum peccatum ſecundum genus.
Secundo. Quid homo peccando appetijt.
Tertio. Quis plus peccauit: vtrum vir vel mulier.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*a Vtrum primum peccatum hominis fuerit ſuperbia.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſuperbia non fuit primum hominis peccatum. Diſcredere enim verba diuina peccatum infidelitatis eſt, ſed peccatum hominis ex hoc proceſſiſſe videtur, quòd verba Dei diſcredidit, vel de eis dubitauit, vt ſupra dictum

1. p. q. 63. ar. 2. Et 2. 2. q. 163. artic. 1. Mal. q. 8. ar. 5. ad 1.



dictum eſt. ergo primum peccatum hominis fuit infidelitas.

¶ 2 Præt. In ſpirituali edificio primum fundamentum eſt fides, vt Hæb. 11. dicitur. Sed fidei opponitur infidelitas. ergo ēt in progreſſu perditionis humanæ, primum peccatum fuit infidelitas & non ſuperbia.

¶ 3 Præt. Rom. 5. dicitur. Per inobedientiam vnius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi, & loquitur ibi de peccato primi hominis, per peccatum enim mors in mundum intrauit. ergo primum peccatū eſt inobediētia.

¶ 4 Præt. Spēs peccati determinat ex motiuo ad peccandum: ſed mulier mota fuit ad peccandū ex delectabili ſecundum guſtum. vnde dicitur Gen. 3. Videns ergo mulier lignum &c. Cum ergo circa delectabile ad eſum ſit gula, videtur quòd primum hominis peccatum ſit gula.

¶ 5 Præt. Promiſſio dæmonis mulierem ad peccandum inſtigauit: ſed dæmon promiſit perfectionē ſcientiæ. ergo ex appetitu ſciētiæ peccauit: ſed immoderatus appetitus ſciendi, eſt curioſitas, ergo primum peccatum eſt curioſitas.

¶ 6 Præt. Quicunque non facit illud quòd facere tenetur, peccat peccato omiſſionis: ſed tenebatur homo in tentatione conferre de præcepto iniuncto, quia ſi contuliſſet non peccaſſet. ergo videtur quod peccato omiſſionis primo peccauerit.

¶ 7 Præt. Primum peccatū hominis fuit radix & origo ſequētium peccatorum: ſed ſicut dicitur 1. Timoth. vlti. Radix omnium malorum eſt cupiditas. ergo videtur quòd primum peccatum fuit cupiditas & non ſuperbia, vel elatio, vt in litera dicit.

SED CONTRA. eſt quod dicitur Eccle. 11. Initium oīs peccati ſuperbia eſt, ſed in primo peccato hominis, omne peccatum initium ſumpſit. ergo primum peccatum fuit ſuperbia.

¶ Præt. Diabolus tentans hominem, ſui imitatorem coactus eſt reddere: ſed dæmon per ſuperbiam peccauit, vt ſupra dictum eſt. ergo & homo.

RESPONDEO, Dicendum, quod contingit quandoque in vno actu, plurium peccatorum deformitates inueniri, ſed illa deformitas eſt principalior & formalior complens ſpeciē peccati, quæ ex principali motiuo relinquitur, in quod ordinantur alia, quia finis eſt id quod primum cadit in volūtate ex qua eſt origo peccati, & ex fine actus [d] morales ſpecificantur: vnde Philoſophus dicit in 6. Ethi. quod ſi aliquis mechatur, vt accipiat lucrum, magis auarus ſeu iniuſtus quàm mechus eſt. ſecundum hoc dico quòd in primo peccato hominis multæ deformitates apparent. vnde Magiſter ſupra in eo notauit gulam, inanē gloriam, & auaritiam, propter quod vnum peccatum multiplex poteſt dici, nihilominus tamen ſunt omnia alia materialia reſpectu ſuperbiæ, quia ad finem excellentiæ conſequendæ omnia ordinauit, ſicut promiſſio dæmonis oſtendit, quæ ad peccatum inſtigauit. dicit enim. Eritis ſicut dij. Gen. 3. & merito vtriuſque peccatum, & dæmonis, & hominis incœpit, quia omnium aliorum peccatorum, defectus aliquis occaſio ſolet eſſe: ſola vero ſuperbia eſt quæ fundamentum ex perfectione ſumit. Vnde Augu. dicit quod etiā bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

D 991. Ca. 2. In Regula monac.

in eodem. Quomodo verbis crederet mulier Deū ſe a re bona & vtili prohibuiſſe, niſi ineſſet eius menti amor ille propriæ poteſtatis, & de ſe ſuperba præſumptio? Quæ per tentationem fuerat conuincenda, aut perimenda. Denique non cōtenta ſuaſione ſerpentis, aſpexit lignum bonum eſu, decorū aſpectu, nec credēs ſe inde poſſe mori, forte putauit Deum alicuius cauſa ſignificationis illud dixiſſe. Ideo comedit & dedit viro ſuo, fortaſsis cum aliqua ſuaſione, quam ſcriptura intelligendā relinquit. Vel forte nō fuit ſuaderi neceſſe, cum eam mortuam eſſe illo cibo nō uideret vir. Sicut ergo non eſt permiſſus diabolus tentare feminā niſi per ſerpentem, ita nec virū niſi per feminam. Vt ſicut præceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierē ad virum trāſiret.

*Quòd aliter locutus eſt diabolus in muliere quàm in ſerpente.*

IN muliere vero quæ rationalis erat, non eſt ipſe locut⁹ vt in ſerpēte, ſed perſuaſio eius quàmuis inſtinctū adiuuaret interius, quod per ſerpētem gerebat exterius. Ex prædictis tentatiōis modus atq; progreſſus inſinuatur. Necnon etiam quod prædiximus innui videtur, ſcilicet quòd tentationem præceſſerit quædam electio & præſumptio in mente hominis.

*Obiectio contra illos qui dicunt elationem præceſſiſſe in mente.*

B QVod ſi ita fuit, non igitur alteri⁹ ſuggeſtione prius peccauit, cum authoritas tradat, ideo peccatū diaboli incurabile eē, quia non ſuggeſtione, ſed propria ſuperbia cecidit, hominis vero curabile, quia non per ſe, ſed per alium cecidit, & ideo per alium ſurgere potuit. Quocirca, prædicta Aug. verba peritum ac diligentem lectorem efC flagitant, quæ ſic intelligere ſanequimus. Non duceretur homo ſcilicet in actum illius peccati, vt ſcilicet lignum vetitum ederet & in has miſerias per tentationem diaboli, niſi elatio cōprimenda præceſsiſſet, non vtique tentationem, ſed opus peccati. Talis enim fuit ordinis proceſſus. Diabolus tentando dixit. Si comederitis eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum, quo audito, ſtatim menti mulie D

A ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod non crediderunt Deum falſum dixiſſe. hoc enim ſimpliciter infidelitatis fuiſſet, ſed crediderunt forte alio modo intelligendum fore metataphoricè, vel ad aliquid ſignificandum dictum.

¶ Vel dicendum, quod ex ipſa electione, qua illud quod promittebatur appetebāt, oculus mentis impedit⁹ fuit, ne actualiter veritatem diuini dicti attenderent ſecundū quòd omnis malus aliquo mō ignorās eſt, ſed talis ignorantia, vel dubietas, etiam credēdorum, infidelitatem nó facit.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd ordo cōpoſitionis eſt contrarius ordini reſolutionis, quia quod eſt primum in compoſitione, eſt vltimum in reſolutione, & ideo non ſequitur quòd ſi fides [d] eſt prima in compoſitione ædificij ſpiritualis, quòd infidelitas ſit prima in reſolutione eiuſdem. D. 1003.

¶ Ad tertium dicendum, quod inobedientia dupliciter ſumitur. quandoque. n. eſt ſpeciale peccatū, quando ſcilicet, ex contemptu præcepti aliquis ſpecialiter peccat. quandoque autem ſumitur prout eſt conditio generalis, conſequens omne peccatum mortale. cum enim præceptū legis actus omnium virtutum ordinet, cōſequens eſt, vt quodlibet vitium transgreſſionem annexā præcepti habeat & inobedientiam, & ſic dicitur. Per inobedientiam vnius &c.

¶ Ad quartum dicendum, quod motiuum gulæ non fuit principale motiuum, ſed ſecundarium & ordinatum ad aliud, vt dictum eſt.

¶ Ad quintū dicendū, quod non peccauit mulier in hoc quod appeteret ſcientiam eorum quæ ad ipſam non pertinebant, quia hoc curioſitas fuiſſet, ſed in hoc, quod in ſcientia, eminentiam deſiderauit, vt in hoc quodammodo Deo æquaretur.

¶ Ad ſextum dicendum, quod non tenebatur tunc conferre, quia etiam ſine collatione poterat tentationi reſiſtere. Vel dicendū melius, quòd fuit ibi omiſſio, non prout eſt ſpeciale peccatum, ſed prout eſt conſequens omne peccatum. In omni peccato cōmune eſt hoc, quòd aliquis non facit quod in ſe eſt, ad reſiſtēdū peccato, quod ſi faceret, non peccaret.

E ¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd cupiditas tripliciter ſumitur. Vno modo, prout eſt ſpeciale peccatum, & habet materiam ſpecialem, ſcilicet bona ad vſum vitæ pertinentia, prout poſſidentur, & ſic non eſt radix [d] omnis peccati, niſi ſecundum quòd infra Magiſter dicit, quòd non eſt aliquod genus peccati, quod non interdum ex auaritia oriatur. Secundo modo dicitur cupiditas, vt eſt generale peccatum, put eſt immoderatus appetitus habendi quodcunque, vel ſciētiam, vel poſſeſſionē, vel quodlibet aliud, & hoc mō ſupra Magiſter dixit, in primo peccato hominis eſſe auaritiam, & hos duos modos ponit Auguſtin. 11. ſuper Geneſ. Tertio modo, prout non eſt peccatum, ſed radix peccati, prout dicit quandam pronitatem appetitus vt inclinetur ad aliquid inordinate appetendum in actu; & conſtat quòd primo modo, vt cupiditas, eſt ſpeciale peccatum, homo ex auaritia non peccauit.

D 56. 302. 306. 1144. C. 15.

ARTI-

ARTICVLVS II.

*b Vtrū peccatū hoīs fuerit hoc ꝙ appetierit eſſe ſicut Deus.*

2.2. q. 163. ar. 2. Et 1. q. 63. art. 3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd peccatum hominis non fuerit in hoc quòd appetijt eſſe ſicut Deus. Completa.n. voluntas prudentis de impoſſibili eſſe non poteſt, & præcipue de illo quod ĩ apprehenſione non cadit, ſed aliquam creaturam eſſe ſicut Deus eſt impoſſibile, nec in intellectu capi poteſt. ergo hoc modo non appetijt, cum prudentiam & reliquas virtutes haberet, vt infra Magiſter dicit.

¶ Si dicatur ꝙ non appetijt eſſe ſicut Deus per æqualitatem, ſed per ſimilitudinem.

ris ſubrepſit elatio quædam & amor propriæ poteſtatis. Ex quo placuit ei facere quod diabolus ſuadebat, & vtique fecit. Suggeſtione igitur peccauit, q̃a tentatio præceſsit, ex qua in mēte eius orta eſt elatio, quam peccatū operis ſecutum eſt, & pœna peccati.

*Quæ fuit elatio mulieris.*

ET talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, quā credidit & voluit habere ſimilitudinem Dei cum æqualitate quadam, putans illud eſſe verum quod diabolus dicebat, & ideo ſpecialiter mulierem commemorat Auguſt. inquiens. Quomodo crederet mulier diabolo, niſi eſſet in mente eius de ſe ſuperba præſumptio? Et quod ibi ſequitur, ſcilicet quæ per
G
tentationem fuerat conuincenda vel perimenda, ad mulierē referendum eſt, vt intelligatur, quę mulier, non q̃ elatio fuerat per tentationem &c.

¶ 2 Contra. Sicut dicit Augu. amor eſt eorum quæ habentur, ſed appetitus eorum quæ non habentur. cum ergo homo in ſui creatione ad Dei ſimilitudinem factus ſit, videtur quòd hoc homo non appetijt.

¶ 3 Præt. Conſtat ꝙ malum per experientiam Deus ſcire non poteſt, ſed ſcientia boni & mali intelligitur de malo per experientiam, quæ prius erat per cognitionem tantum. ergo videtur quòd ex hoc ꝙ appetijt ſcientiam boni & mali, Dei ſimilitudinem non affectauit.

¶ 4 Præt. Philoſophus dicit in 10. Ethi. ꝙ debemus nos in diuina trahere quantum poſſumus, quia ipſe nobis diuina non inuidet, vt quidam Poeta mentiebatur. Dion. autem & Aug. dicunt quòd ad Deum acceditur non loco, ſed ſimilitudine. cum ergo ad ipſum accedere debeamus, vt in pſal. 33. dicit. Accedite ad eum & illu. videtur quòd non peccauit in hoc quòd Dei ſimilitudinem appetijt. — 7. de Trini. c. vlti.

¶ 5 Præt. Nullus peccat in appetendo illud quod naturaliter deſiderat, ſed omnes homines, vt Philoſophus dicit, natura deſiderant ſcire. cum ergo non appetijt diuinam ſimilitudinē niſi in ſcientia, vt verba ſerpentis oſtendunt, videtur quòd in appetendo Dei ſimilitudinem non peccauit. — Prohe. Meth.

SED CONTRA. eſt quod in litera dicitur per Auguſt. Qui peruerſe vult eſſe ſicut Deus, peruerſe vult eſſe ſimilis Deo, vt diabolus & homo. Hoc etiam videtur ex improperio Dei quod Geneſ. 3. ponitur. Ecce Adam quaſi vnus ex no. &c. — Super pſal. 70. con. 2.

RESPONDEO, Dicendum, quòd homo quantum ad aliquid appetijt eſſe ſicut Deus, quantum vero ad aliquid non. Si enim ſicut dicat æqualitatem in aliqua perfectione, ſic homo noluit quòd ipſe haberet tantam ſcientiam, vel potētiam, vel bonitatem quantam habet Deus, quia hoc ipſum impoſſibile & incogitabile eſt, ſed quantum ad aliquem modū habendi voluit Deo parificari, tam homo quàm diabolus, vt ſ. vterque haberet perfectionem ſibi datam, ſicut habet Deus, ſecundum aliquem modum, ſed differenter, quia ſuperbus angelus appetijt talem æqualitatem in poteſtate, ſed homo in ſcientia. Cuius ratio eſt, quia primus angelus inter alias creaturas excellentior erat. vnde quodammodo ex ordine ſuæ naturæ influentiam ſuper alias creaturas habebat. voluit ergo dignitati ſuæ naturæ innixus, vt ipſe principium quoddam creaturarum ſequentium exiſteret, & gubernationis & cauſalitatis cuiuſdam modi, tamen ſub primo principio, a quo ſuam potentiam recognoſcebat, ſed hoc ſecundum dignitatem naturæ ſuæ adipiſci præſumebat, non ex diuino munere ſuperaddito. homo vero qui creaturis inferioribus ſuperpoſitus erat, vt eas regeret & eis vteretur, non tam per potentiam quàm ꝑ prudentiam, hoc modo appetijt, vt per naturæ ſuæ conditionem, & ligni prohibiti edulium, tantam ſcientiæ plenitudinem cōſequeretur, vt ex lumine propriæ rationis, quod tamen a Deo ſibi collatum eſſe credebat, & ſeipſum regeret in omnibus, & inferiora ſibi ſubiecta. Vnde Aug. dicit, ꝙ noluit vt ſeruus teneri præcepto quaſi ab alia regula, per lumen naturali lumini ſuperadditum. Et hoc etiam verba ſerpentis oſtendunt, qui promiſit ſcientiam boni & mali, quod ad actiones pertinet, & ad gubernationem rerum. — Super Pſal. 70. med.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ elatio intantum cæ-
F
cat oculos mentis, vt illud eſtimet eſſe poſſibile, quod poſſibile non eſt. vnde potuit eſſe, vt ad verba ſerpentis, homo excellentiam inordinate appeteret in communi. ex illo appetitu vero excæcatus, peruerſum iudicium de impoſſibili proferret, & ſic appetitus declinaret ad hunc excellentię modum. Vel dicendum, quòd æqualitatem æquiparantiæ, quod impoſſibile eſt & cogitari nō pōt, nō appetijt, ſed aſſimilationem quādam vt dictum eſt, quam cogitare potuit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſimilitudinem naturalis dignitatis quā in creatione accepit appetendo, nō peccauit, ſed quia ipſe ſuper hoc, aliā ſimilitudinē appetijt, vt ſcilicet, ſicut Deus lumine ſuæ naturæ omnia regit & gubernat, ita etiam homo per naturale lumen rationis, ſibi ſubdita gubernaret, & ſeipſum ſine adiutorio exterioris luminis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ homo non appetijt mala per experientiam ſcientiæ, ſed per inditium, ſed hoc conſecutum eſt ex peccato ſuo, ꝙ malum per experimentum cognoſceret, vē ſic, & dæmonis promiſſio verificaretur incompleta, cuius cōſuetudo eſt, vt dubijs verbis homines fallat, & vt nomen arbori impoſitum non fruſtra videatur.

H
¶Ad quartum dicendum, ꝙ ad Dei ſimilitudinem accedendū eſt, ſecūdum modum & ordinem vnicuique a Deo præſtitum, ſed qui proprio motu ad Dei ſimilitudinem acceſſerit, peruerſe vult eſſe ſimilis Deo, vt Aug. dicit in litera, omnis enim peccator appetit ſimilitudinem Dei, cum nihil ſit appetibile niſi prout eius ſimilitudinem habet, ſed in hoc peccat, quia quærit eius ſimilitudinem inordinate, & in quo q̃rēda non eſt.

¶Ad quintum dicendum, quòd non peccauit in hoc ꝙ ſcientiam appetijt, ſed quia inordinate appetijt, vt dictum eſt.

ARTICVLVS III.

*c Vtrum mulier grauius peccauerit quàm vir.*

2.2. q. 163. art. 4.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ mulier grauius quàm vir non peccauerit. Vterque enim elationis vitio peccauit, ſed elatio illa non fuit niſi in hoc, ꝙ Dei ſimilitudinem peruerſe appetierunt. ergo videtur ꝙ vterque idē appetijt, & æqualiter peccauerunt.
I

¶ 2 Præt. Infirmitas peccatum excuſat, ſed mulier infirmior fuit viro, propter quod diabolus, vt dictum eſt ſupra, eam primo aggreſſus eſt. ergo videtur ꝙ ipſa minus peccauerit.

¶ 3 Præt. Propter hoc peccatum dæmonis grauius iudicatur ꝙ peccatum hominis, ꝙ eminentiorem cognitionem de Deo habebat, ſed vir magis erat præditus ſpirituali mente quàm mulier, vt in litera dicitur. ergo videtur ꝙ ipſe grauius peccauerit.

¶ 4 Præt. Regimen mulieris ad virum pertinebat. vnde & ſupra dictum eſt, ꝙ per virum ad mulierem præceptum delatum eſt. ergo videtur ꝙ etiam peccatum mulieris viro imputandū ſit, & magis aggrauandum.

¶ 5 Præt. Peccare ex conſideratione miſericordiæ diuinæ, videtur eſſe peccatum præſumptionis, quæ eſt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, quod eſt grauiſſimum. cum ergo vir peccauerit cogitans de Dei miſericordia, vt in litera dicitur. videtur ꝙ ipſe grauius peccauerit quàm mulier.
K

SED CONTRA. Peccatum a diabolo peruenit in mulierem, & a muliere in virum, ſed diabolus grauius peccauit quàm mulier. ergo & mulier grauius quàm vir.

¶Præt. Ad idem ſunt ea quę in litera adducuntur.

RESPONDEO, Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, nō eſt inconueniens ꝙ duorum peccatorum vnum ſit altero grauius, diuerſis circunſtantijs conſideratis, illud tamen ſimpliciter grauius dicendum eſt, quod in pluribus ſiue potioribus præponderat. illud autem potiſſimū in quolibet peccato eſt, quod ad peccatum mouet, vt prius dictum eſt. & ideo ſecundum hoc maxime grauitas peccati attendenda eſt. & ſecundum hoc patet ꝙ peccatum mulieris grauius eſt, mulier enim ex ſola elatione mentis ad peccandum mota fuit. vir autem non ex ſola elatione, ſed ſimul cum hoc ex quadam amicabili benignitate ad vxorem



vxorem quod aliquo modo peccatum eius mitigat. Item elatio quæ mouit mulierem, maior fuit quàm elatio quę mouit virum. In muliere enim talis fuit elationis progreſſus, vt ad verba ſerpentis tantum excellentiæ appetitum conciperet, vt iudicium rationis peruerteret, & crederet hoc poſſibile & verū, quod diabolus dicebat: & propter hoc dicitur eſſe ſeducta. In viro autem non tantum excreuit in principio amor ꝓprię excellentiæ, vt iudicium eius peruerteret, quaſi crederet hoc eſſe futurum, ſed q̃a illud vellet, ſi poſſibile foret, & ideo non dicit fuiſſe ſeductus, ſed tamē talis elatio ad experiendum ipſum incitauit. vnde aliquam dubitationem elatio in eo fecit, quæ in muliere firmam opinionē cōceperat, & ideo etiam voluntas mulieris perfecta conſecuta eſt in appetitum diuinæ ſimilitudinis, ſed viri imperfecta, ſcilicet ſub conditione, ſi poſſibile foret.
A

*Quæ fuit elatio viri, an crediderit & voluerit quod mulier.*

SOlet quæri: vtrum illa talis elatio & amor ꝓprię poteſtatis in viro fuerit ſicut in muliere. Ad qđ dicimus, quia Adam non fuit ſeductus eo modo quo mulier. Non enim putauit eſſe verum quod diabolus ſuggerebat. In eo tamen fuiſſe ſeductum credi poteſt, quòd commiſſum veniale putauerit quod peremptorium erat. Sed nec prior ſeductus fuit, nec in eo in quo mulier vt crederet Deū illud lignū ideo tangere prohibuiſſe, quia ſi tangerent, fierent ſicut Dij. Veruntamen præuaricator fuit Adam, vt teſtatur Apoſtolus. Potuit ergo aliqua elatio menti eius ineſſe ilico poſt tētationem ex qua voluit lignum vetitum experiri, cum mulierem non videret mortuam eſca illa percepta. Vnde Auguſt. ſuper Gene. Cum Apoſtolus, Adam præuaricatorem fuiſſe oſtēdat dicēs, In ſimilitudinem præuaricationis Adæ, ſeductum tamen negat, vbi ait. Adam nō eſt ſeductus, ſed mulier. Vnde & interrogatꝰ nō ait, Mulier ſeduxit me, ſed dixit. Dedit mihi & comedi. Mulier vero inquit. Serpēs ſeduxit me. Hāc autem ſeductionem proprie vocauit Apoſtolus, per quam id quod ſuadebatur, cum falſum eſſet, verum putatum eſt, ſcilicet ꝙ Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, q̃a ſciebat eos, ſi tetigiſſēt, ſicut Deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, q̃ eos homines fecerat. Sed & ſi virum propter aliquā mentis elationem, quę Deum latere non poterat, ſolicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret, accepta illa eſca non eſſe mortuam, non tamen eum arbitror, ſi iam ſpirituali mente præditus erat, vllo modo crediſſe quod diabolus ſuggerebat.
B C

*c Quis plus peccauit, Adā vel Eua?*

EX quo manifeſte animaduerti poteſt, quis eorum plus peccauerit, Adam ſcilicet vel Eua. Plus enim videtur peccaſſe mulier, quæ voluit vſurpare diuinitatis æqualitatem, & nimia præſumptione elata, credidit ita eſſe futurum, Adam vero nec illud credidit, & de pœnitentia & Dei miſericordia cogitauit, dum vxori morē gerens, eius perſuaſioni conſenſit, nolens eam contriſtare, & a ſe alienatam relinquere, ne periret, arbitratus illud eſſe veniale, non mortale delictum. Vnde Aug. Apoſtolus inquit. Adā non eſt ſeductus. Quod vtique ita accipi poteſt, vt intelligatur nō eſſe ſeductus prior, ſcilicet, vel eo in quo mulier, vt ſcilicet
D

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut ex prædictis patet, licet id quodāmodo vterque appetierit, non tamen æqualiter. quod.n. creditur eſſe poſſibile, completum deſiderium habet. id vero quod impoſſibile creditur eſſe poſſibile, vel de cuius poſſibilitate dubitat, habet deſiderium conditionatum tantū, quia homo illud vellet ſi poſſibile foret: quia ergo mens mulieris per elationem ad verba ſerpentis conceptam in tantū excecata eſt, vt illud poſſibile crederet, quod diabolus promittebat, completum deſiderium habuit. vir vero incompletum, quia hoc poſſibile nō credidit.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd in muliere non erat tanta debilitas quin peccato reſiſtere poſſet, vnde quàmuis debilitas mulieris ſit aliqua circunſtantia diminuens peccatum [ipſius,] per comparationem ad virum, non tamen ſimpliciter minus peccatum fecit.

¶Et ſimiliter dicendum ad tertium, & quartum.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ cogitare de Dei miſericordia cum propoſito pœnitendi & reſiliendi a peccato, non facit præſumptionis peccatum, ſed magis peccatum alleuiat, ſed cogitare de Dei miſericordia ſine propoſito pœnitendi, hoc præſumptionis eſt, & contemptus diuinæ iuſtitiæ, nec ſic Adam de miſericordia cogitauit.

*QVAESTIO II.*

B

Deinde quæritur de ignorantia, de qua fit mentio in litera.

Et quæruntur duo.

Primo. An ignorantia peccatum ſit.
Secundo. An peccatum excuſet.

ARTICVLVS PRIMVS.

*b Vtrum ignorantia ſit peccatum.*

1 2. q. 76. ar. 1. Et de Malo, q. 3. ar. 7.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ignorantia peccatum non ſit. Omne enim peccatū, vt Aug. dicit, eſt in voluntate: ignorantia autem eſt in intellectu. ergo nō eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Omne peccatum eſt originale, vel actuale: ſed ignorantia non eſt originale peccatum, ſed magis concupiſcentia, vt infra dicetur: nec etiam eſt actuale, quia non eſt dictum, vel factum vel concupitum contra legē Dei. ergo ignorantia non eſt peccatum. — Li. de duabus anim. contra Manich. c. 10.

¶ 3 Præt. Omne peccatum cōſiſtit in defectu alicuius actus, & non in defectu alicuius habitus, alias aliquis dormiendo peccaret: ignorantia autem magis opponitur habitui quàm actui. ergo idē quod prius.

¶ 4 Præt. Ignorans in ignorantia ſua cōtinue manet. ſi ergo ipſum ignorare peccatum eſſet, videtur ꝙ continue peccaret. non enim apparet ratio, quare magis nunc ſit peccatū quàm prius, ſed hoc videtur graue dicere. ergo videtur ꝙ ignorantia non ſit peccatum.

¶ 5 Præt. Aug. dicit ꝙ omne peccatum eſt voluntariū: ignorātia aūt nō eſt volūtariū, cū ab hoībꝰ naturaľr ſcīa deſideret̄ ſm̄ Philo. ergo non eſt peccatum. — Vbi ſupra.

SED CONTRA eſt quod primę Cor. 14. dicitur. Qui ignorat ignorabitur, & loquitur de ignorantia reprobationis: ſed nulli debetur reprobatio niſi ꝓ peccato mortali. ergo ignorantia eſt peccatum mortale.

¶Præt. Eſaiæ 5. dicitur. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam: ſed pœna nō debetur niſi culpæ. ergo carere ſcientia, eſt culpa.

RESPONDEO, quòd quidam dixerunt, nullam ignorātiam quātum in ſe eſt, culpam eſſe, ſed ratione alicuius annexi, vel præcedentis vel ſequentis: præcedentis, vt cauſæ, ſ. negligentiæ addiſcendi: ſequentis, vt effectus ſcilicet alicuius inordinati actus, qui ignorantiam ſequitur: ſed quia de ratione culpæ nō eſt plus, niſi quòd ſit priuatio alicuius, quod debitum eſt habere in poteſtate eius qui priuatur exiſtēs, ideo etiam ipſam ignorantiam ſecundum ſe poſſumus culpam dicere, ſi tamen ignorantia priuatiue & non negatiue accipiatur, & dico ignorantiā priuatiue acceptam, quæ eſt eius quidem quod quis natus eſt addiſcere, quicquid ſit illud. non enim idem eſt quod omnes ſcire tenentur, cum ad plura ſcienda quidam magis alijs teneatur. vnde aliqua ignorantia eſt peccatum vni, quæ non eſt peccatum alteri. vnicuique enim peccatum eſt ignorantia eorum quæ ad bonos mores, & fidei veritatem pertinet, ſed alicui in officio conſtituto, eſt etiam peccatum ignorantia eorum quæ ad ſuum officium pertinent, nec eſt mirum, ſi hoc ipſum q̄d eſt ſcientia carere, peccatum eſt ei qui poteſt, & tenetur habere,
E

re, cum etiam carere aliquo corporali ad officium pertinente F peccatum ſit, vt tonſura vel veſte ad officium accommodatā, & quòd iſta in ſe peccata ſint, pœna oſtendit quæ pro eis iuſte infligitur.

D. 996. ¶Ad primvm ergo dicendum, ꝙ eſſe in voluntate contingit dupliciter, d vel ſicut in ſubiecto, & hoc modo nō omne peccatum in voluntate eſt. aliquod enim eſt in concupiſcibili, vel iraſcibili, & ſic de alijs viribꝰ, vel ſicut in cauſa, vt ſcilicet ipſa volūtas ſit domina eius qđ in ea eſſe dicit, quaſi in eius poteſtate exiſtens, & hoc modo omne peccatum in voluntate eſt, etiam ignorantia. ipſa em̄ voluntas impat alijs viribꝰ & intellectui. vnde actus aliarum virium ſunt in poteſtate volūtatis & defectus earum, ſcilicet ſolum illi qui rationi obediunt.

¶Ad ſecundum dicēdum, quòd ignorātia non eſt originale peccatum. nō enim ignorantia imputatur puero in peccatum, antequam ad tempus deputatum venerit, ſed eſt peccatū actuale eo modo quo omiſſio peccatum actuale dicitur, & eodem modo conuenit peccati actualis deſcriptio ignorātię, ſicut omiſſioni, quod qualiter ſit infra dicetur.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ quàmuis ſcientia cui opponit ignorantia non ſit actus qui eſt operatio, ſed habitus, tamen per operationem aliquā quæ eſt in poteſtate voluntatis acquiritur, & ideo hoc ipſum quod eſt ſcientiam habere voluntati ſubiectum eſt, & per conſequens hoc quod eſt ſcientia carere, & inde eſt quòd culpæ rationem habet.

¶Ad quartum dicendum quòd peccatum omiſſionis non habet rationem culpæ, niſi ex hoc ꝙ opponitur præcepto affirmatiuo legis naturalis vel ſcriptæ. Præceptum autem affirmatiuum obligat ſemper, ſed nō ad ſemper, & ideo omnis omiſſio pro illo tempore eſt peccatum in actu, in quo quis per præceptum obligatur, & quoties illud tempus reuertitur toties peccatum multiplicatur. K

¶Ad quintum dicendum, quòd quàmuis omnis homo naturaliter ſcientiam deſideret, & ſcientiam velit, non tamen omnes volunt id per quod ad ſcientiam peruenitur, & ſic quodāmodo ignorantia voluntarium efficitur, non per ſe ſed per accidens, ſicut & quodlibet malum.

crederet illud eſſe verum. Eritis ſicut dij. Sed putauit vtrūq; poſſe fieri, vt & vxori morē gereret, & per pœnitētiam veniā haberet. Minus ergo peccauit qui de pœnitentia & Dei miſericordia cogitauit, poſtquam enim mulier ſeducta manducauit, eique dedit vt ſimul ederent, noluit eam contriſtare, quam credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere, & a ſe alienatam omnino interire. Non quidem carnali victus concupiſcentia, quam nondū ſenſerat, ſed amicabili quadam beneuolentia, qua plerūque fit, vt offendatur Deus ne offendatur amicus, qđ eum facere non debuiſſe, diuinę ſententiæ iuſtus exitus indicauit. Ergo alio quodammodo ipſe etiam deceptus eſt. Inexpertus enim diuinæ ſeueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum ſed dolo illo ſerpentino quo mulier ſeducta eſt, nullo modo arbitror illum potuiſſe ſeduci. Ex his datur intelligi quòd mulier plus peccauerit in qua maioris tumoris præſumptio fuit. Quæ etiam in ſe & in proximum, & in Deum peccauit. Vir autem tantum in ſe & in Deum peccauit. Inde etiam colligitur, quòd mulier plus peccauerit, quia grauius punita eſt. Cui dictum eſt. In dolore paries filios &c.

*Quòd prædictæ ſententiæ aduerſari uidetur.*

Sed huic videtur contrarium quod Aug. ſuper Gen. de viro & mu- † Li. de gen. c. 35.
G liere peccatū ſuū excuſantibus ait. Dixit Adā. Mulier quā dediſti mihi dedit mihi de ligno & comedi. Non dicit peccaui. Superbia enim habet confuſionis deformitatem, non confeſſionis humilitatem. Nec etiā mulier confitetur peccatum, ſed refert in alterum dicēs. Serpens decepit me, & comedi, in impari ſexu, ſed pari faſtu. Ecce hic dicit Aug. quia parem faſtum habuit mulier cum viro. Pariter ergo ſuperbierunt
H & pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari poteſt, vt dicamus parem vtriuſque fuiſſe faſtum in excuſatione peccati, & in eſu ligni vetiti, ſed diſparē & in muliere multo maiorem in eo ꝙ credidit & voluit eſſe ſicut Deus, quod non vir. Veruntamen & de viro legitur ꝙ voluit eſſe ſicut Deus. Dicit enim Aug. ſuper illum locū pſalmi. Quæ non rapui tunc exoluebam. Rapuit enim Adā
I & Eua præſumētes vt diabolus de diuinitate. Rapere voluerūt diuinitatem, & perdiderunt felicitatem. Item ſuper illum locum pſalmi. Deus quis ſimilis tibi. Qui per ſe vult eſſe vt Deꝰ peruerſe vult eſſe ſimilis Deo,

Articvlvs II.

*c Vtrum ignorantia excuſet peccatum.*

1. 2. q. 76. ar. 3. Et de Malo q. 3. ar. 8. Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd ignorantia peccatum non excuſet. Primo per hoc quod dicit glo. Ambr. Rom. 11. Grauiſſime peccas ſi ignoras, ſed quod aggrauat peccatum, non excuſat. ergo ignorantia non excuſat peccatum.

¶ 2 Præt. Qui per ebrietatem ho:em occidit, cōſtat ꝙ ꝑ ignorātiā peccat, ſed ſm̄ Philoſophum in 3. Ethi. talis meretur duplices maledictiones. ergo ignorantia non excuſat, ſed aggrauat.

¶ 3 Præt. Peccatum additum peccato non excuſat, ſed aggrauat, ſed ignorantia peccatum eſt, vt dictum eſt ſupra. peccatum ergo non excuſat.

¶ 4 Præt. Illud qđ conſequitur omne peccatum nō poteſt excuſare, vel alleuiare peccatum, qa ſic de quolibet excuſaret, ſed ignorantia ſequitur oē peccatū, quia omnis malus eſt ignorans ſecundum Philoſophum in 3. Ethic. ergo idē quod prius.

¶ 5 Præt. Vt Beda dicit quatuor ſunt pœnalitates q̄ nos peccato primi hominis conſequuntur. ſ. ignorantia, infirmitas, concupiſcentia, & malitia, ſed malitia non excuſat, ſed aggrauat peccatum, nec etiam concupiſcentia. ergo videt̄ ꝙ nec ignorātia nec infirmitas.

Sed contra. eſt quod Apoſtolus 1. Thimoth. 1. dicit. Miſericordiam conſecutus ſum, quia igno. ſe. ſed nihil ꝓuocat ad miſericordiam, niſi peccatum excuſet, vel alleuiet. ergo ignorantia excuſat, vel alleuiat peccatum.

¶Præt. Omne peccatum eſt voluntarium ſecundū Aug. ergo quod tollit vel diminuit rationem voluntarij excuſat, vel alleuiat peccatū, ſed ignorātia eſt huiuſmodi, quia inuoluntarium per ignorātiam cauſatur, vt Philoſophus in 4. Ethi. dicit. ergo ignorantia, vel excuſat vel alleuiat peccatum. De duabus aiabus. c. 10

Respondeo, Dicendum, ꝙ ignorantia quædam ex toto excuſat peccatum, quædam vero alleuiat in parte, quædā vero nec in toto excuſat, nec in parte alleuiat. Et ad huiuſmodi euidentiam ſciendum eſt, ꝙ ignorātiæ diuiſio tripliciter poteſt ſumi. Primo, ex parte ipſius ſcientis, quia quædam eſt in poteſtate ſcientis, & hæc dicitur ignorantia vincibilis, vel affectata. quædam autem non eſt in poteſtate eius, & hæc dicitur inuincibilis. Sed hoc ꝙ ignorantia ſit in poteſtate eius qui ignorat contingit dupliciter, quia vel eſt in poteſtate eius ſecundū ſe, ſicut qui ignorat aliquod præceptum quod ſtatim ſcire poſſet, vel eſt in poteſtate eius quantum ad ſuam cauſam licet non in ſe, vt patet in ignorantia ebrij, quia ebrietas quæ eſt cauſa ignorantiæ in poteſtate eius fuit. non autem ignorantia conſequens, cum vſus rationis impediatur. Secundo, ſumitur diuiſio ignorantiæ ex parte ſcibilis. eſt enim quædam ignorantia eius quod quis ſcire tenetur, & hæc dicitur ſecundum Philoſophum ignorantia vniuerſalis, & ſecundum iuriſperitos ignorantia iuris, & hæc variatur in diuerſis, vt ſupra dictum eſt, q̄a quædam tenetur ſcire vnus quæ non tenetur ſcire alius. Quædam vero ignorantia eſt eius quod quis ſcire nō tenetur, & hęc eſt ſcientia particularium circunſtantium in actu, quam Philoſophus vocat ignorantiam particularis. Iuriſtę vero ignorantiam facti. Tertia diuiſio ſumitur ex ordine ad actum. quædam enim



enim ignorantia eſt, quæ eſt cauſa actus, quia ſi non ignoraret non faceret, & tunc dicitur per ignorantiam peccare, & huius ſignum eſt pœnitendo de actu. quædam vero eſt ignorātia quæ non eſt cauſa actus, ſed per accidens ſe habet ad actum. Et ſm̄ hanc vt Philoſophus in 4. Ethico. dicit. non dicitur aliquis per C. 3. in fin. ignorantiam facere, ſed ignorans, vnde in actu talis non penitet, vt ſi aliqs credēs accedere ad vnā mulierē, accedat ad aliam, ad quam tamen accederet ſi eā nō ignoraſſet. † Super Io. tract. 17. Quędam vero ignorātia eſt, quæ quodammodo affectum peccati conſequitur, vt qn̄ ex cōcupiſcētia peccati, quam voluntas non reprimit, abſorbetur iudicium rationis & particulari operabili, ſecundum ꝙ dicitur in 6. Ethico. ꝙ delectatio corrumpit extimationem prudentiæ, & hæc eſt ignorātia electionis, ſm̄ quam omnis malꝰ dicitur ignorans. Ca. 5.

¶His ergo viſis, ſciēdum eſt, quòd ignorantia non excuſat nec minuit pctm̄ niſi ſm̄ ꝙ cauſat inuoluntarium. non em̄ poteſt eſſe voluntarium quod eſt ignoratum. Ignorantia autem quæ non eſt cauſa actus, non cauſat inuoluntarium, vt Philoſophus dicit in 3. Ethic. vnde illa nullo modo excuſat, nec diminuit peccatum, ſed ſolum illa quæ eſt cā actꝰ. Hæc autem poteſt excuſare peccatum, vel ī toto vel in parte: ſi enim ſit talis ignorantia cui nullo modo admiſceatur ratio culpæ, ex eo quòd ignorantia eſt, ſic excuſat in toto, ſicut ignorantia inuincibilis, & ignorantia particularis, adhibita tamen debita diligētia. Ignorantia vero quæ rationē culpæ habet, excuſat quidē quantum ad aliquid, ſcilicet inquātum ignorantia eſt, quia ſic habet ꝙ inuoluntariū cauſet. non autem excuſat inquantum culpa eſt, quia ſic rationem voluntarij retinet: & ideo ignorantia vniuerſalis excuſat peccatum ſequens non ex toto, ſed a tanto. Silr̄ ēt & ignorātia vincibilis ſiue ſit ſm̄ ſe vincibilis ſiue ſecūdū cām ſuam, dum tamen rei illicitę operam non dederit qn̄ ignorantiam incurrit. ſi enim operam rei licitę dediſſet moderate, ignorantia ſequens culpam non haberet, & ita poteſt ſequens peccatum ex toto excuſare, vt patet in his qui exercitio ſpiritualium operationum in amentiam vertuntur.

¶Ad primvm ergo dicendum, quòd ignorās dicitur gra- A uiſſime peccare, non propter quantitatem peccati, ſed propter periculum, quia dum morbum non cognoſcit, medicinam non quærit. Vel dicendum, quòd Ambro. loquitur de grauitate peccati, quod eſt ignorantia ipſa beneficiorum Dei, quod eſt grauiſſimum inter ſpecies ingratitudinis, cum ſcilicet homo beneficium non recognoſcit.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ ebrius homicida duobꝰ peccatis peccat, ſcilicet ebrietate & homicidio, propter quod dicitur, duplices maledictiones mereri: nihil tamen prohibet quin quantitas ſequentis peccati per ignorantiam ex præcedenti conſequente minuatur. vnde in proceſſu argumenti eſt figura dictionis, quia mutatur diſcretū in continuū.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ignorantia, omnis quæ eſt peccatum, eſt etiam in intellectu, ſicut in ſubiecto, & in voluntate ſicut in cauſa, vt ſupra dictum eſt. vn̄ ſecūdum hoc quòd eſt in intellectu, ꝓvt ſcilicet priuat directam ſcientiam, in actu minuit quantitatem ſequentis peccati, nec ex eo habet ꝙ peccatum ſit, ſed prout eſt in voluntate, ſicut in cauſa habet quòd peccatum ſit, & ſic non habet quod excuſet, ſed ꝙ ad peccatum addat, & poteſt eſſe quandoque ꝙ plus ponderat ipſum peccatū ignorātię q̄ illud qđ ꝑ ignorantiā de ſequēti pctō minuit.

¶Ad quartū dicendum, ꝙ ignoratia q̄ cōſequitur oē peccatū nō eſt cā peccati, vt dictum eſt, & ideo non d excuſat nec diminuit peccatum.

¶Ad quintum dicēdū, ꝙ ignorantia & infirmitas hn̄t ꝙ excuſent pctm̄, vel ī toto vel ī parte ex hoc ꝙ cauſant inuolūtariū. malitia vero & cōcupiſcētia magis volūtariū augēt, & ideo non excuſant, ſed aggrauant peccatū, & hoc dico, ſi cōcupiſcentia ſumatur pro actu voluntatis. ſi vero ſumat̄ ꝓ paſſione cōcupiſcibilis trahente volūtatē quodāmō renitentē, ſic cōcupiſcētia excuſat, quia quanto aliquis maiori tentationi ſuccūbit, minus peccat, ſed hoc ad infirmitatem reducitur.

vt diabolus qui noluit ſub eo eſſe, & homo qui vt ſeruus noluit teneri præcepto, ſed voluit vt nullo ſibi dominante eſſet quaſi Deus. Item ſuper illum locum epiſtolæ. Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem Deo. Quia non vſurpauit quod ſuum non eſſet, vt diabolus & primus homo.

*Quorundam ſententia ꝙ Adam ambierit eſſe ut Deus, ſed non credidit eſſe poſſibile.* b

Ideo quibuſdam videtur, quòd etiam Adam ambierit eſſe ſicut Deꝰ non tamen id credidit poſſe fieri, & ideo falſum eſſe quod diabolus promittebat, cognouit, & licet diuinitatis æqualitatē concupiuerit, non tamen adeo exarſit, nec tanta eſt affectus ambitione, ſicut mulier, quæ illud poſſe fieri putauit, & ideo magis illud ambiendo ſuperbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis ſubreptio mouit, ſed non ita, vt illud putaret verum, vel poſſibile fore. Alijs autem videtur ideo dictū eſſe quòd Adā illud voluerit, quia mulier de eo ſumpta illud voluit, ſicut inquiunt, peccatū dicitur per vnum hominem intraſſe in mundum, ideſt in humanam naturam, cum tamen mulier ante virum peccauerit, quia per mulierem intrauit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intraſſe, quia etiam peccante muliere, ſi vir non peccaſſet, humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit vir quàm mulier.

*Obiectio contra id quod dictum eſt, virum minus peccaſſe.*

His autem opponi ſolet hoc modo. Tribus modis, vt ait Iſido. peccatum geritur, ſcilicet ignorātia, De ſummo bo. li. 2. c. 17
infirmitate, & induſtria. Et grauius eſt infirmitate peccare q̄ ignorantia. Grauiuſque induſtria quàm infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccaſſe, quia ſeducta fuit. Adam vero ex induſtria, quia non fuit ſeductus, vt Apoſtolus ait. Ad
B quod dicimus, quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit, quòd putauit verum eē quod diabolus ſuadebat, non tamē in hoc quin nouerit illud Dei eſſe mandatum, & peccatum eſſe contra agere, & ideo excuſari a peccato per ignorātiam non potuit. Eſt enim ignorantia quæ excuſat peccātem, & eſt ignorātia q̄ talis nō excuſat: eſt autem ignorātia vincibilis, & ignorantia inuincibilis.
C Excuſatio omnis tollitur, vbi mandatum non ignoratur.

*b De triplici ignorantia quæ excuſat & quæ non.*

Eſt autem ignorantia triplex, eorum ſcilicet qui ſcire nolunt cum poſſint, quæ non excuſat, *a* quia & ipſa peccatum eſt: & eorum qui volunt, ſed non poſſunt, quæ excuſat & eſt pœna peccati & non peccatum: & eorum qui quaſi ſimpliciter ne-
D ſciunt, non renuentes vel proponentes ſcire, quæ neminem plene excuſat, ſed ſic fortaſſe vt minus puniatur. Vnde Augu. ad Valentinum. Eis aufertur excuſatio, qui mādata Dei nouerunt, quam ſolent habere homines de ignorantia: & licet grauius ſit peccare ſcienter q̄ neſcienter, non ideo tamen cōfugiendum eſt ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quis quàm excuſationem requirat. Aliud
E eſt enim neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe, quia in eis qui intelligere noluerūt, ipſa ignorātia peccatum eſt. In eis vero qui non potuerūt, pœna peccati. *b* Igno

† De natura & gratia. c. 17. De gratia, & lib. arb. c. 2. & 3. D. 718.

Expositio textvs.

Qvae per tentationem fuerat conuincenda.} Perimenda. ſ. ſpūali morte vel etiā corporali, vel a ſe, vel a viro, vel a Deo, ſi de muliere intelligatur, vt Magiſter

Magiſter exponit. {In eo tamen fuiſſe ſeductum credi poteſt; ꝙ commiſſum veniale &c.} Hoc intelligitur, vt ſupra dictum eſt de veniali ex cauſa, & non ex genere. putauit enim ꝙ quia fecit, vt vxori morem gereret, ꝙ peccatum ſuum excuſationis cauſam haberet, & veniam de facili acciperet, & huiuſmodi ſeductionis cauſa videt̃ fuiſſe elatio mentis, quæ ad ſuggeſtionem mulieris ſurrepſit, ex qua voluit lignum vetitum experiri. Cum enim experimentum non ſit niſi de dubijs, patet ꝙ ex elatione ī quādam dubitationē adductus eſt eius rei, puta experimenti ligni vetiti, in quo etiam mulier ſeducta fuit. {Tribus modis, vt ait Iſido. &c.} Videtur ꝙ inſufficienter enumeret, q̄a quoddam peccatum eſt ēt ex cōcupiſcentia, de qua mentionem nō facit. Et dicēdum, ꝙ peccatum ex concupiſcentia proueniēs ad peccatum ex infirmitate reducitur. nō enim tunc ſolum eſt ex infirmitate peccatum, quando aliq̄s aliquo exteriori impulſu peccat, ſed etiā quando per tentationē carnis in peccatū labitur. {Quæ etiā ipſa peccatū eſt &c.} † Diſt. 34. Hoc verum eſt, ſi ſit eorum quæ quis ſcire tenetur, alias nō, quia etiam habere voluntatem nō ſciēdi geometriam, peccatum nō eſt ei qui illam non profitetur per officium magiſterij.

rantia vero quæ non eſt eorum qui ſcire volunt, ſed eorum qui tanquam ſimpliciter neſciunt, nullum ſic excuſat, vt æterno igne non ardeat, ſed fortaſſe, vt minus ardeat. Non igitur mulier excuſationē habuit de ignorantia, cum & mandatum nouerit, & peccatum eſſe ſecus agere non ignorauerit. G

*Vnde proceſſerit conſenſus illius peccati, cum natura hominis eſſet incorrupta.*

SOlet etiam quæri, cum ſine vitio eſſet natura hominis, vnde conſenſus mali proceſſerit? Ad quod reſponderi poteſt, quia ex lib. arb. propriæ voluntatis fuit, & in ipſo enim & in alio cauſa extitit, vt fieret deterior. In alio, H quia in diabolo, qui ſuaſit: in ipſo, quia voluntate lib. arb. conſenſit, & cum lib. arb. ſit bonū, ex re vtique bona malus ille conſenſus prouenit, & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in ſequenti plenius tractabimus, cum origo mali, & in qua re caleſcat, inueſtigabit.

*An uoluntas præceſſerit illud peccatum.*

SI vero quæritur, vtrum voluntas illud peccatum præceſſerit? I Dicimus, quia peccatum illud & in voluntate & in actu conſiſtit, & voluntas actum præceſſit. Sed ipſam voluntatem alia hominis voluntas mala nō præceſsit, atque ex diaboli perſuaſione & hominis arbitrio illa voluntas mala prodijt, qua iuſtitiam deſeruit, & iniquitatem inchoauit, & ipſa voluntas iniquitas fuit.

DISTIN. XXIII.

DIVISIO TEX.

POſtquam diffiniuit Magiſter principiū humanæ perditionis, & ex parte tentationis, & ex parte peccantis. In parte iſta determinat de permiſſione diuina, quæ quodammodo principium peccati dicitur, ſicut cauſa ſine qua non. Si enim Deus non permiſiſſet, homo non peccaſſet. Et diuiditur in quinque partes, ſecundum quinque quæſtiones quas mouet. Secunda incipit ibi {Mouentur etiam quædam.} tertia ibi {Addunt etiam talem hominem.} quarta ibi {Itē inquiunt.} {Si Deus vellet.} Quinta ibi {Item inquiunt.} {Poſſet Deus &c.} Deinde accedendū ad partem alteram, in qua oſtendit quam perfectionem animæ habuit Adam ex qua poſſet peccato reſiſtere, quæ incipit ibi {Et quidem ſecundum animam.} Et diuiditur ibi per tres. In prima oſtendit qualis fuit factus ſecundum animam, quantum ad ſcientiam. In ſecunda, quantum ad naturalem potentiam. 24. diſt. ibi {Nunc diligenter inueſtigādum.} In tertia oſtendit, qualis fuerit quantum ad gratiam. 26. diſt. ibi {Hæc eſt gratia operans & cooperans.} Prima in duas. In prima oſtendit, quorum cognitionem homo in principio ſuæ cōditionis accepit. In ſecunda oſtendit qualem de his notitiam habuit. ibi {Rerū quippe cognitionem homo accepiſſet &c.} ¶ Et circa hoc tria facit. Primo, oſtēdit qualem cognitionem habuit de rebus creatis. Secundo, qualem de Deo. ibi {Cognitionem quoque creatoris.} In tertia, qualē de ſeipſo. ibi {Porro ſui cognitionē.} ¶ Et circa hoc duo facit. Primo, determinat veritatem. Scd̄o mouet dubitationē & ſoluit. ibi {Si aūt q̄rit: vtrū hō ſciam habuit &c.}

DISTINCTIO XXIII.

A

*Quare Deus permiſerit hominem tentari, ſciens eum eſſe caſurum.*

PRæterea q̄ri ſolet: quare Deus hominem tentari permiſerit, quem decipiendum eſſe præſciebat. Sed non eſſet laudabile homini, ſi ideo bene viuere poſſet, quia nemo male viuere ſuaderet, cum in natura poſſe, & in poteſtate haberet velle, non cōſentire ſuadenti Deo iuuante, & eſt glorioſius non cōſentire, quàm tentari non poſſe. Mouētur etiam quidam dicētes, cur creauit Deus, quos futuros malos præſciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum eſſet facturus. Sic enim fecit eos, vt relinqueret eis, vnde aliquid faceret, & ſi culpabiliter aliq̄d facerent, illum de ſe laudabiliter operantem inuenirent, a ſe I habebant voluntatem malam, ab illo materiam bonam & iuſtam pœnam. Fruſtra ergo dicitur, nō deberet Deus creare, quos præſciebat malos futuros. Sciebat enim bonis pro fu-

*QVAESTIO PRIMA.*

A

Hic eſt duplex quæſtio.

Prima. De permiſſione diuina reſpectu peccati primi hoīs.

Secunda. De cognitione primi hominis, quantum ad primum ſtatum.

Circa primum q̄runtur duo.

Primo. Vtrū Deus potuerit conferre alicui naturæ creatæ, vt peccare non poſſet ex naturę cōditione.

Secūdo. Vtrū Deus debuerit permittere hominem tētari & peccare.

ARTIC. PRIMVS.

*a Vtrū alicui naturæ creatæ cōferri potuerit, vt peccare nō poſſet ex cōditione naturæ.* † Augu. lib. 11. Sup Gene. ad lit. ca. 4. & 6.

AD primum ſic proceditur. Videtur, ꝙ alicui naturę creatæ conferri potuit, vt conditione ſuæ naturæ peccare non poſſet.

¶ Primo, per hoc q̄d Aug. dicit in litera ſcilicet, quòd illa natura quæ peccare nō poteſt, eſt de ſanctis angelis. hæc autem quæ peccare poteſt, eſt de hominibus, nec poteſt dici, ꝙ hoc angelicę naturæ per gratiam cōueniat, quia in hoc ab homine non differrēt, cui etiam per gratiam hoc conuenit. ergo videtur ꝙ per conditionem naturę ſuæ angeli habeant quòd peccare non poſſunt.

¶ 2 Præt. Natura ſpiritualis eſt nobilior quàm natura corporalis, ſed aliqua natura corporalis eſt, in qua nullo modo peccatū, vel error accidere poteſt, etiam ſecundum naturæ ſuæ conditionem, ſcilicet cæleſtis. ergo multo fortius eſt aliqua ſpiritualis, in qua nullo modo peccatum accidere poſſet ſecundum naturæ ſuæ conditionem.

K ¶ 3 Præt. Vt Dam. dicit, ex hoc quòd creatura eſt ex nihilo, duplex varietas ſequitur ipſam in diuerſis. vna ſecundum eſſe, ſicut in his quæ corrumpuntur. alia ſecundum electionem, ſicut in his quæ peccant, ſed alicui rei ſecundum naturæ ſuæ conditionem confertur, vt ſit inuariabilis quantum ad eſſe, ſicut ſubſtantijs ſpiritualibus & corporibus cæleſtibus. ergo alicui naturæ conferri poteſt, quòd ſecundum naturalem conditionē ſit inuariabilis quantum ad electionem. Li. orth. fid. c. 3.

¶ 4 Præt. Conſtat quòd voluntas diuina hoc naturaliter habet, ꝙ peccare non poteſt. cum ergo ipſe ſit ſummæ bonus & ſummæ potens, videtur ꝙ alicui creaturæ contulerit, vel conferre potuerit ſuam ſimilitudinem, vt per naturam ſuam non poſſit peccare.

¶ 5 Præt. Conſtat quòd alicui creaturæ hoc confertur per gratiam, ꝙ peccare non poſſit, ſed potuit Deus facere, vt ille habitus gratiæ qui confirmationē in bono creat, alicui naturæ pars eſſentialis eſſet, vel etiam aliquid illo habitu perfectius. ergo videtur

Regredere ad libros Politicoꝝ. illic reperies, quę hic desunt ad complementum huius 2i libri sententiarum. hoc eodem volumine in fine



u ¶ Recapitulat dicta a principio quarti, & dicit quod dictum A eſt in præcedentibus propter quam cauſam ſunt plures Reſpu. & propter quam cauſam ſunt aliæ Reſpub. præter ſex Reſpub. acceptas ſecundum genus, vt ſunt plures populares & paucorū ſtatus & optimatum & non vna numero ſolum. Iterum dictum eſt qualiter differunt adinuicem, & quæ ſit optima Reſpubli. & propter quam cauſā accidit, & quibus expediat.

LECTIO XII.

POſtquàm Philoſophus determinauit, quæ Reſpub. eſt optima, & quę & qualis, quibus & qualibꝰ conueniat, determinat de quibuſdā partibus Reipubl. ſcilicet de conſiliatiuo & dominatiuo & iudicatiuo. Et primo dat intentionem ſuam. Secūdo proſequitur, ibi. {Dominans eſt, &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatum eſt de vnaquaque Repub. & in communi & diuiſim, Conſequenter dicendum eſt de quibuſdam ex quibus pendet conſideratio determinatorum, & dicit rurſus, quia in tertio fecit mentionem de ipſis, & accipiendum eſt principium conueniens illis, ſcilicet quòd ſunt tres partes Rerumpub. de quibus ſtudioſus legislator debet conſiderare & conferre ſe cūdum rationem de illis. Illis enim bene ſe habentibus neceſſarium eſt Rempub. bene eſſe ordinatam, & male ſe habentibꝰ male, & ſecundū differentiam iſtorū adinuicem neceſſe eſt, Reſpub. differre, q̄a per iſta diſtribuitur Reſpubl. quæ eſt ordo principantium. Iſtarum autem vna pars eſt quæ conſiliatur de communibus ciuitatis. Alia eſt quę verſatur circa principatꝰ, & hoc eſt, quos oportet eſſe principes, & quorum debent eſſe domini, & qualiter aſſumantur, vtrum per ſortem vel per electionem. Tertia pars eſt quæ verſatur circa iudicia. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo de conſiliatiuo. Secundo de principatu, ibi. {De conſiliante &c.} Lectio ſeq. Tertio de iudicatiuo, ibi. {Reliquum autem &c.} Prima in duas. Primo tangit de quibus cōſiliantur in communi. Lectio. 15. Secundo proſequitur de ipſo conſiliatiuo, ibi. {Neceſſarium autem &c.} In prima dicit quòd dominans in ciuitate conſiliatur de bello, vtrum bellandum ſit vel non, & de pace, vtrum pax debeat fieri cum aduerſariis vel nō. Conſiliatur etiam de propugnatione & de diſſolutione, vtrum

u Propter quam quidē igitur cauſam ſunt politiæ plures, & ꝓpter quid præter eas quæ dicuntur aliæ. Democratia autem nō vna numero eſt, & aliarum ſimiliter. Adhuc autem quæ differētiæ, & propter quam cauſam accidit, adhuc autem quę ſit optima politiarum, dictum eſt.

LECTIO XII.

RVrſum autē cum dixerimus & cōmuniter & ſigillatim de vnaquaque, dicamꝰ de iis quę deinceps, accipientes ipſorum principiū conueniens. Sunt itaq; tres partes omniū politiarum, de quibꝰ oportet conſiderare ſtudioſum legislatorem conferens vnicuique, quibus ſe habētibus bene, C neceſſe politiam habere bene, & politias abinuicē differre in differendo vnumquodq; horum. Eſt autem tertiū horum, vnum quidem aliquid quod conſiliat̄ de cōmunibus, ſecundū autem quod circa principatus, hoc autem eſt, quos oportet eē & quorum dominos, & qualem quandam oportet fieri electionē ipſorum. Tertium autem aliquid quod iudicat.

b Dominans aūt eſt quod conſiliatur de bello & pace, & compugnatione & diſſolutione, & d̄ legibus, & de morte & fuga, & populatione & de electione prīcipatuum & correctionum.

c Neceſſariū autem, aut omnibus dare omnia hęc iudicia, aut quibuſdā omnia velut principatui alicui vni, aut pluribus, aut aliis alia, aut q̄dā quidē ipſorū omnibus, quædā aūt quibuſdā.

d Omnes quidem igitur & de omnibus demotice, talē. n. ęqualitatem quærit populus. E

e Sunt aūt modi eius, quod eſt oēs, plures, vnus quidem ſm̄ partem, ſed nō oēs ſimul, ſicut ē in

*Quam igitur ob cauſam plures ſint Rerumpu. formæ, & quamobrem præter eas quæ dicuntur aliæ ſint, neque enim popularis gubernationis una eſt ſpecies, neque aliarum ſimiliter, ac præterea quæ differentiæ ſint inter eas & quare accidat, & inſuper quæ ſit optima Reſpub. (ut plurimum dici poteſt) & aliarum qualis, & qualibus congruat, dictum eſt.* B

*LECTIO XII.*

*RVrſus autem, & communiter et ſeparatim de unaquaque dicemus eorum, quæ poſt hoc ſequuntur, conuenienti ſumpto principio. Sunt ergo tres partes omnium Rerumpub. in ſingulis, quarum ſtudioſus legis poſitor conſiderare debet utilitatem, quibus bene ſe habentibus, neceſſe eſt Rempub. bene ſe habere, & gubernandi formas inter ſe differre, in eo quòd ſingulæ iſtarum differunt. Harum trium partium una eſt quæ uerſatur in publicis conſiliis. Altera in magiſtratibus, hoc eſt, quos eſſe oportet, & quam poteſtatem habere, & quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudiciis conſiſtit.*

D *Ea pars quæ conſulit, auctoritatē habet de bello & pace, de ſocietate ineunda uel diſſoluenda, de legibus ferendis uel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, & rationibus repoſcendis.*

*Neceſſe eſt enim, uel omnibus ciuibus hæc omnia decernenda tribuere uel quibuſdam, ceu unicuidam magiſtratui, aut pluribus, uel aliis alia, uel quædam illorum omnibus, quædam quibuſdam.*

*Omnes igitur & de omnibus, popularæ eſt, talem enim æqualitatem affectat populus.*

*Sūt aūt plures modi. Vnus ſi ſingulariter & nō ſimul oēs, ut ē in Repub. Theclei Mileſii. Et in aliis Rebuſpub.*

ſimul vel ſeparatim debeat pugnare. Iterum conſiliatur de legibus qualiter ſint ferendæ. Conſiliatur etiam de morte alicuius, vtrum expediat aliquem qui fuit contra ciuitatem interfici vel relegari. Iterum de populatione qualiter debeat ſi indigeat ciuitas populari, & ex quibus. Iterum qualiter principantes debent eligi, & corrigi. Deinde cū dicit.

c ¶ Proſequitur de ipſo conſiliatiuo declarando eius conſiliatiuum cui competat Reipu. Et primo ponit diuiſionē vnā. Secundo oſtēdit quibus Rebuſpub. competant membra ipſiꝰ ibi. {Omnes igitur, &c.} In prima dicit, quòd neceſſarium eſt aut omnia iudicia dare omnibus ciuibus, ita quòd omnes ciues de omnibus iudicent, aut quibuſdam omnia, ſicut principanti vni aut pluribus ſi ſint plures principātes, aut alia aliis, ita quòd quidam iudicent de quibuſdā, alii de aliis, aut de quibuſdam omnes, aut quidam de quibuſdam. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtēdit primo quibus cōpetant mēbra. Secundo determinat quędam conuenientia quibuſdā Rebuſpub. ibi. {Expedit autem &c.} Prima adhuc diuiditur in duas. In prima oſtendit quibus Rebuſpub. competant membra prædicta. Et diuiditur in tres. Primo enim oſtēdit quis modus competit populari ſtatui. Secundo cum dicit. {Quidam autē &c.} Quis paucorum ſtatui. Tertio quis optimatum cum dicit. {Quando autē &c.} Adhuc prima ī duas. In prima tangit quis modus competat populari ſtatui. In ſecūda cum dicit. {Sunt autē modi &c.} Subdiuidit ipſum, declarādo quis quibus modis eius conueniunt. In prima dicit, quòd ad popularem ſtatū pertinet quòd omnes iudicent & deliberent de omnibus. Et ratio huius eſt, quia fauens populo intendit æqualitatem, hoc autem videtur eſſe æqualitas, quòd omnes attingant ad iudicium de omnibus, quare iſte modus pertinet ad popularem. Deinde cum dicit.

e ¶ Subdit modū iſtum, & diuiditur in quatuor ſecundum ꝙ ponit quatuor modos, declarans quibus modis populari ſtatui competunt illi modi. ſecunda ibi. {Alius aūt modus &c.} Tertia ibi. {Alius aūt modus eſt vt.} Quarta ibi. {Quartus aūt modꝰ &c.} In prima dicit ꝙ eius, quod eſt omnes iudicare de omnibus, plures ſunt modi. Vnus eſt, ꝙ omnes attingant ad iudicia

omnia, ſed quòd non omnes ſimul conueniant, ſed ſecundum partem, ſicut accidit in Repub. Mileſii & in aliis. De quibuſdam enim Rebuſpub. conſiliantur principantes. Conueniunt autem omnes ſecundum partem, vt ſecundum tribus & partes minimas, ita quòd modo vadit vna pars, cras alia, ita quòd nõ ſit aliqua pars quæ non attingat ad ciuilitatem. Iſte autem modus competit primo modo populari ſtatui ſecundum quẽ principantur agricolæ, habentes diuitias mediocres & ſecundum leges, non ſecundum voluntatem. Tales enim non ſemper poſſunt venire, quia habẽt viuere de agricultura, circa quam oportet eos laborare. Et ideo neceſſarium eſt eos venire ſecũdum partem, aliquando tamen oportet omnes venire ſimul, vt quãdo debet ferri lex aliqua: ſimiliter quando debet tractari de his quæ ꝑtinent ad Rempublicam, etiam quando debent audire reſpõſiones a principibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecũdum modum. Et dicit, ꝙ ſecundus modus eſt, ꝙ omnes conueniãt ſimul, & hoc in magnis ſolum, ſicut in electione principis, vel principantium, & quando debet lex aliqua dari, ſimiliter quando debet tractari de bello vel de pace, ſimiliter quando debẽt fieri correctiones principantium. Alia vero dimittuntur principantibus qui aſſumendi ſunt, vel per electionem, vel per ſortem. Et competit ſecũdo modo populari ſtatui, in quo multitudo nõ habet ſufficientes diuitias, ideo oportet principatum cõmittere aliquibus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertium modum, & dicit, ꝙ tertius modus ẽ quãdo omnes conueniũt in magnis, ſicut in correctionibus principum, & tamen debet tractari de bello, & de pugnatione. Alia autem dimittũtur principibus, qui eliguntur a quibuſcumque qui ſciunt principari. Et differt iſte modus a primo, quia in primo non eliguntur principantes ex quibuſcumque, ſed in iſto eliguntur. Iſte autem modus competit tertio modo populari ſtatui, in quo aſſumuntur principes ex quibuſcumque. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartum modum, & dicit quòd quartus modus eſt, quando omnes de omnibus conſiliantur & iudicant, ita quòd nihil omnino dimittitur principantibus, ſed ſolum referre, ſic autem eſt in vltimo modo popularis ſtatus, in qua multitudo

F principatur. Et ideo iſte modus quartus competit quarto modo populari ſtatui, qui vt dictum eſt ſuperius, proportionabilis eſt quarto modo paucorum ſtatui, qui quidem eſt potentatus proportionabilis monarchiæ tyrannicæ. Sicut enim iſta monarchia tyrannica peſſima eſt, & etiam hæc paucorum potentia peſſima inter alias ſpecies eius, ita iſte quartus modus, popularis ſtatus peſſimus eſt inter omnes modos popularis ſtatus. Et vlterius concludit, ꝙ omnes iſti modi ſunt de ſtatu populari, quia conueniũt popularis ſtatus modis. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, quis modus eſt paucorum potentiæ, & diuiditur in duas. In prima ponit modũ mixtũ. Secundo ponit modos pure paucorum dominantium, ibi. {Quando quidem, &c.} In prima dicit, ꝙ quando aliqui conſiliantur de omnibꝰ, eſt modus paucorũ. Et iſte modus diuiditur in plures: quando enim de omnibus conſiliantur aliqui diuites non habentes diuitias excellentes, ſed mediocres, & ſunt plures ſecundũ multitudinem plures habentes huiuſmodi diuitias, & principantur ſecundum legem, ita ꝙ legem non poſſunt mutare, nec facere quæ prohibet, ſed exequi ea q̃ præcipit, & poſſunt attingere ad principatum, tunc eſt vnus modus paucorum dominantium, ſed ciuilis eſt propter moderatas haber̃ diuitias. Tales enim medii ſunt in ciuitate. Reſpub. autem ex mediis eſt, quare iſte modus mixtus ẽ ex paucorum ſtatu & Republi. Deinde cum dicit.

K ¶ Tangit alios modos paucorũ ſtatus pure. Et dicit, quòd quandoque nõ omnes diuites conſiliantur de omnibus, ſed quidam electi ditiores prioribus, & principantur ſecundum legem paucorũ potentię eſt, & quando adhuc ditiores principantur omnibus, & conſiliantur & pauciores, & habent poteſtatem eligendi illos, qui deficiunt in principatu, & filii eorum ſuccedunt in principatu, ſed adhuc principantur ſecundum legem, vel quando principantur pauciores quàm prius & ditiores, & principantur non ſecundum legem, ſed ſecundum ſuas ſententias, ita quòd domini ſunt legis, quia poſſunt ferre legem vel mutare, tunc eſt paucorum potentia ſecundum diuerſos modos eius. Deinde cum dicit.

politia Teleclei Mileſii, & ĩ aliis autẽ politiis cõſiliantur cõprincipatus conuenientes. Ad principatus autẽ vadunt omnes particulariter ex tribubus & minimis partibus omnino, donec vtique pertranſeat per omnes, cõuenire aũt ſolum de legũ poſitione, & de iis quæ de politia, & reſponſa audientes a principibus.

*deliberant magiſtratus ſimul collecti. Ad magiſtratum uero uadunt omnes ſingulatim ex tribubus: et partibus etiam minutis, donec tranſeat per omnes. Congregatur autem populus ſolummodo pro legibus ferendis: & pro his quæ pertinent ad Reipub.* G *ſtatum: & pro his audiendis, quæ a magiſtratibus annunciantur.*

f Alius autẽ modus quod oẽs ſimul. Conuenire aut ſolum ad electiones principatuum electuros & ad legiſlationes, & de bello & de pace, & ad correctiones: alia autẽ conſiliari principatus in ſingulis inſtituẽs eligibiles exiſtentes ex omnibus vel ſortiales.

*Alius modus eſt, omnes ſimul cõuenire, aut ſolummodo ad magiſtratus creandos, aut ad ferẽdas leges: & pro bello uel pace, & ad rationes repoſcendas. In cæteris uero eos qui magiſtratum gerunt decernere ad ſingula deputatos, uel per electionem, uel per ſortem.*

g Alius autẽ modus circa principatus & correctiones occurrere ciues & de bello cõſiliaturos & cõpugnatione, alia autẽ principatus diſponere eligibiles exiſtentes quoſcumq; contingit, tales autẽ ſunt quoſcumq; principari neceſſariũ ſcientes.

H *Alius modus eſt: ut ad magiſtratus creandos: & ad rationes repoſcendas, conueniant omnes ciues, & ad deliberationem belli ſuſcipiendi, uel ſocietatis ineundæ. Cætera uero magiſtratus exequantur per electionẽ creati quod fieri poteſt, talia uero ſunt, quot exercere neceſſarium eſt eos, qui ſciunt.*

h Quartus autẽ modus omnes de omnibus conſiliari, conueniẽtes autẽ de nullo iudicare, ſed ſolum referre, quo quidẽ modo nunc Democratia vltima diſpẽſatur, quã proportionalem dicimus eſſe Oligarchiæ poteſtatiuę & monarchiæ tyrannicæ. Iſti quidem igitur modi, ſunt Democratici omnes.

*Quartus modus eſt: ut omnes de omnibus conuenientes deliberent. Magiſtratus uero de nullo ſtatuant: ſed tantum primo loco ſententiam dicant;* I *quemadmodum fit in extrema illa gubernatione populari, quam in paucorum gubernatione, ſpeciei illi uiolentæ, & in gubernatione unius tyranni correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes.*

i Quidam aũt de omnibus Oligarchicũ, habet autẽ & hoc differentias plures.

*Quoſdam uero de omnibus paucorum potentiæ, habet autem & hoc differentias plures.*

K Quando quidem enim ab honorabilitatibus mediocribus eligibiles ſunt & plures propter mediocritatis honorabilitatis, & ð quibus lex vetat ne moueãt, ſed ſequantur & liceat poſſidẽti honorabilitatem participare, Oligarchia quidem, politia autem ẽ talis propter moderare.

*Quando enim a mediocri cenſu fiet aſſumptio et multi aſſumentur propter eam cenſus mediocritatem:* K *& quæ lex uetat, nõ moueant, ſed ſequantur, & liceat aquirenti cenſum habere, paucorum eſt huiuſmodi gubernatio: ſed tamen ciuilis, propter eius mediocritatem.*

l ¶ Oſtendit



l ¶ Oſtendit, quis eſt modus optimatum, & circa hoc duo facit. Primo enim tangit quis modus eſt optimatum pure. Secundo cum dicit, quòd ſi de quibuſdam electi &c. Oſtendit, quis eſt mixtus ex paucorum & optimatum ſtatu. In prima dicit, quòd quando omnes conſiliantur de quibuſdam magnis, ſicut de pace, vtrum debeat fieri cum aduerſariis, & de bello, & de correctione, & alia ꝑmittuntur principantibus, qui ſunt accipiẽdi vel per ſortem vel per electionem, modus eſt optimatum vel ciuilis, q̃a enim magna ſunt & periculoſa, magnam inimicitiam habent. Maiorem vero inimicitiam habet aliquis ad paucos, vel ad aliquos quàm ad totam multitudinem, quia diuiditur in plures, propter hoc minor eſt ad ſingulos. Et iõ in talibus omnes debẽt iudicare. In aliis iudicare poſſunt prĩcipes, in quibus non ſunt magna pericula. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, quis modus mixtus eſt ex precedenti & ciuili intendens dicere, ꝙ ſi de quibuſdam omnes conſilientur, ſicut de magnis. De aliis autem principãtes qui aſſumuntur per electionem, aut ſi contingat, quòd de quibuſdam eligantur aliqui principantes per ſortem, & hoc vel communiter ex quibuſcumque, ſcilicet indifferenter, vel aſſumantur ex aliquibus, prius inquiſito & facto iudicio vel ſcrutinio de illis ex quibus aſſumẽdi ſũt per ſortem, vel ſi aſſumantur de omnibꝰ per electionem, hoc pertinet ad optimatum vel Rempubli. quod enim per electionem, & ex quibuſdam, optimatum eſt, quod autem per ſortem, magis ciuile eſt. Vlterius concludit quaſi recapitulando, & conſiliatiuum de eis, quæ ordinantur ad Reſpubli. habet diuidi, ſicut dictum eſt, & quælibet Reſpub. diſponitur, & regitur conſiliatiuo ſecundum modũ dictum. Deinde cũ dicit.

n ¶ Determinat quædam expedientia Rebuſpu. quibuſdam ſcilicet, populari & paucorum ſtatui. Et primo tangit expedientia popularis ſtatus. Secundo paucorum, ibi. {In Oligarchiis autem &c.} Prima in tres ſecundum ꝙ ponit tria expedientia: ſecunda, ibi. {Expedit autem &c.} Tertia ibi. {Expedit autem ſi excedant &c.} In prima dicit, ꝙ populari quæ maxime appa-

A ret eſſe popularis: ſicut eſt quarta ſpecies, in qua populus totus dominatur non ſecundum legem ſed ſecundum ſententiã: expedit & melius eſt facere illud quod obſeruatur in iudiciis, & in paucorum ſtatu, ſcilicet ꝙ de diuitibus ſi non conueniant ad iudicium & cõgregationem, ordinetur damnum magnum, pauperibus ſi venerint ad congregationem, merces. Et ratio huius eſt, quia ſi venerint & diuites & pauperes, melius deliberabunt, & ſanius omnis populus, ſcilicet diuitibus, & econuerſo. Quod enim non videbunt diuites, videbunt pauperes, & econuerſo. Et tunc quoniam communiter deliberabunt, cõmuniter exequẽtur, propter quod expedit huic ſpeciei populari ordinare diuitibus damnum, ſi non venerint ad congregationem, pauperibus mercedem, ſi venerint. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit ſecundũ expediens, quod cõpetit aliis ab vltimo modo populari. Et dicit ꝙ expedit populari ſtatui, ꝙ ad cõſiderandum vel iudicandum eligãtur aliqui de omnibus, vt tot de diuitibus, tot de pauperibus, tot de iſta turba, tot de alia, vel tot de iſto vico, tot de alio, ita ꝙ ſemper cõſeruetur æqualitas, vt quot aſſumẽtur de quibuſdã, tot aſſumantur de aliis ſecundum æqualem proportionem. Et ratio eſt, quia melius exequuntur deliberationes & magis cõcordes erunt. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit tertium expediens, & videtur eſſe cautela contra aliquid, quod poſſet dici contra primum expediens. Dicebatur enim, ꝙ merces erat dãda pauperibus, ſi venirent ad congregationem. Poteſt autem dici ꝙ non eſt hoc expediens, quia tunc multi venient, & tunc cum ſint plures quàm diuites, deliberabũt ſecundum quòd placebit eis, & nollent illud obſeruari, & ſic erit diſſenſio. Contra hoc ponit expediens, & dicit, quòd ſi pauperes ſecundum multitudinem excedant viros ciuiles, ſicut medios & inſignes, aut quoſcumque alios, tunc non eſt danda merces omnibus niſi ſecundum proportionem ad multitudinem diuitum, aut multos oportet priuare congregatione. Deinde cum dicit.

l Quando autẽ non omnes eo quod eſt cõſiliari participant, ſed electi, ſecũdum legem autẽ participãt ſicut & prius, Oligarchicum. Quando aũt ipſos eligunt ipſi qui domini eius quod eſt conſiliari, & quando puer ꝓ patre ingreditur, & domini legum ſunt, oligarchicũ neceſſarium eſſe ordinẽ hunc. Quando autem quorundã, puta belli quidem, ſicut & pacis & correctionum oẽs. Aliorum autẽ principes, & iſti eligibiles, vel ſortiales ariſtocratia eſt vel politia.

*Quando uero non omnes participes ſunt, ſed qui eliguntur, & ſecundum leges gubernant, ut prius, paucorum potentiæ eſt. Quando autem ipſi ſe eligunt qui deliberandi auctoritatem habent, & quando filius patri ſuccedit, ac domini ſunt legum, neceſſe eſt huiuſmodi gubernationem eſſe* B *paucorum potentium. Sed quando aliquorum aliqui, ceu cum de bello & pace, & repetendis rationibus, uniuerſi, de aliis autem magiſtratus electi, uel ſorte aſſumpti, optimatum, ideſt uel eius quæ appellatur Reſpublica.*

m Si aũt quorumdã quidem eligibiles, quorumdã autem ſortiales, & ſortiales, vel ſimpliciter, vel ex præiudicatis, vel communiter eligibiles & ſortiales, hæ quidẽ horũ ſunt politię Ariſtocraticæ, hæ autẽ ipſius politiæ. Diuiſum eſt quidẽ igitur quod conſiliatur ad politias hoc modo. Et diſponitur quælibet politia ſecundũ dictũ modum.

*Quòd ſi de quibuſdam electi, de quibuſdam uero ſortiti, & ſortiti uel ſimpliciter, uel ex prælatis, uel communiter electi, ac ſortiti, partim optimatum eſt, partim Reipub. ipſius.* C *Diſtinguitur ergo ea pars, quæ in conſulendo, deliberandoue conſiſtit, in hunc modum pro natura Reipub. Et adminiſtratur unaquæque Reſpub. ſecundum huiuſmodi terminationem.*

n Expedit autẽ Democratiæ q̃ maxime eſſe videtur democratia, quæ nunc. Dico autẽ talẽ in qua dominus populus & legum eſt ad cõſiliari, meliuſq; ipſum facere quod quidẽ in prætoriis in Oligarchiis. Statuunt n. damnum iis quos volũt iudicare vt iudicent, Demotici autẽ mercedem egenis, hæc autem & circa congregationes facere: cõſiliantur. n. melius cõmuniter conſiliantes: omnis populus quidem cum inſignibus. Iſti autem cũ multitudine.

*Confert autem & gubernationi illi, quæ nunc maxime uidetur eſſe popularis. Dico autem ei in qua populus dominus eſt etiam legum in deliberãdo, ac melius diſponendo, hoc idem facere in concionibus, quod fit circa iudicia in paucorum potentia. Imponũt* D *enim pœnam illis quos iudicare uolũt, ut iudicent. Populares uero mercedẽ ſtatuunt pauperibus, confert & hoc idem circa conciones agere. Melius enim deliberabunt, ſi omnes conſilio interſint, populus quidem cum nobilioribus, iſti autem cum populo.*

o Expedit autem & eligibiles eſſe conſiliarios, vel ſortiales æquales ex partibus.

*Confert etiam per electionem aſſumi eos, qui deliberaturi ſunt, uel per ſortem æqualiter ex partibus ciuitatis.*

p Expedit aũt, ſi excedant multum ſecundũ multitudinem Demotici ſuper politicos, aut non omnibus dare mercedem, ſed quot commenſurati ad multitudinem inſignium, aut ex ſorte facere plures.

E *Confert etiam ſi plurimum excedat multitudo plebis eos, qui ſunt in gubernanda Repub. peritiores, uel non omnibus mercedem tribuere, ſed quantis reſpondet numero nobilitatis, uel ſortiri plures.*

q ¶ Tangit cautelas conuenientes paucis. Et diuiditur in tres, ſecundum quòd tangit tria. ſecunda ibi. {Adhuc eandem &c.} Tertia ibi. {Et oppoſitum autem eius quod &c.} In prima dicit, ꝙ ad hoc ꝙ bene conſilientur fauentes paucis, & conſilium eorum ſit firmum, oportet ꝙ vocent aliquos fauentes populo ſiue aliquos de populo ſicut illos qui pręminẽt aliqualiter populo, ſicut eſt in quibuſdam Rebuſpublicis, v qivocantur præmiſſi, vel ſeruatores legis, & tractare cum iſtis de illis, de quibus fauentes paucis conſiliati fuerunt. Et ratio huius eſt, qa populus iſto modo participabit conſiliatiuo, & quod deliberatum fuerit iſto modo, multitudo nõ poterit diſſoluere, ſed potius exequentur vnà cum paucorum potentia. Deinde cum dicit.

r ¶ Ponit ſecundã cautelam, & dicit ꝙ ad hoc quòd conſiliũ paucorum ſit firmũ, oportet paucos inquirere ſententiam populi vel opinionem quæ eſt, & tunc ſententiare ſecundũ ſententiam eius, ita ꝙ populus eandem ſententiam dicat, quam pauci, aut ſi non, nihil ſententient contrarium populo, vel ꝙ principes conſiliẽtur de his, quæ ad Rempublicam ordinantur, & tunc quod inuentum eſt per cõſilium tradat omnibus conſiliariis populi, ſic enim ſententia paucorũ firmior erit. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Ponit tertiã cautelam, & dicit ꝙ ad hoc ꝙ conſilium paucorum firmum ſit, oportet eos facere oppoſitum eius, quod ſit in Repub. ſcilicet cum pauci per ſentẽtiam debeant abſoluere aliquem, ꝙ conuocent multitudinẽ & faciant eam dominam in dando ſentẽtiam propter beniuolentiam habendam. Cum autem cõdemnabunt aliquem ad mortem vel relegabunt, non dent poteſtatem multitudini, ſed poteſtas ſolũ dimittitur principib⁹. Et ratio huius eſt, quia condẽnatio alicuius ad mortem vel relegatio ſit, quia cõmiſit contra principantes paucos, populus autem contrarius eſt eis. Si igitur darent poteſtatem populo in condemnatione vel relegatione, contingeret quòd populus abſolueret, aut non tantum permitteret quantum deberet, quod eſt inconueniens, & ideo non debent dare poteſtatem populo ſupra mortem alicuius, ſed in Republ. ſit econtrario, quia abſoluentes ſunt pauci ſcilicet principantes, condemnantes vero ſunt non principantes, ſed plures ſicut populus, & tunc concludit intentum ſuum, quòd de principante conſiliatiuo in Republi. determinatũ ſit hoc modo.

q In Oligarchiis autẽ aut præligi quoſdã ex multitudine, aut præparantes principatũ velut ĩ quibuſdam politiis eſt, quos vocant præmiſſos vel legis ſeruatores. De iis negociari de quibus vtique iſti præcõciliauerint, ſic .n. participabit populus eo qđ eſt conſiliari, & ſoluere nihil poterit eorum quę circa politiam.

r Adhuc eadem ſententiare populum, aut nihil contrarium iis qui inferuntur, aut conſiliariis quidem tradere omnibus. Conſiliari quidem principes.

ſ Et oppoſitum autẽ eius quod ſit in politiis, oportet facere abſoluentem quidẽ enim per ſententiam, dominã oportet facere multitudinem. Condemnantem autẽ per ſententiam, nõ dominam ſed referatur rurſum ad principes. In politiis enim contra faciunt, pauci enim abſoluẽtes quidẽ domini. Condemnantes autem non domini, ſed reducetur ad plures ſemper.

*In paucorum uero gubernationibus, aut eligere quoſdam ex multitudine, aut tale aliquid conſtituere, quale eſt in quibuſdam ciuitatibus, quos appellant præconſultores, ac legum cuſtodes, ac de his ſolummodo rebus ad conſilium referre, de quibus iſti ante deliberauerunt, per hunc enim modũ populus interueniet in deliberãdo, nec tollere quicquã de Repu ualebit.*

*Inſup, aut illa decernere poterit populus, aut nihil cõtrariũ illis, quæ præponẽtur, uel cõſultandi quidẽ oẽs participes facere. Deliberãdi uero magiſtratibus poteſtatẽ relinquere.*

*Et oppoſitum eius facere quod ſit in populari ſtatu. Populi enim decretum in condemnando ratum non ſit, ſed ad magiſtratus rurſus referatur, quod contra ſit in popularibus. Magiſtratus enim abſoluendi domini ſunt omnino, condemnandi uero non ſunt, ſed ad populum habetur recurſus.*

## LECTIO XIII.

De conſiliante quidẽ igitur & dominante vtique politię, determinatum ſit hoc modo. Habitum iis eſt quæ circa principatus diuiſio, habet enim & hæc pars politiæ multas differentias, quot principatus, & quorũ domini, & de tempore quantũ vniuſcuiuſque principatus, ii quidẽ enim ſex menſiũ, ii autem per minus ii autẽ annuales, ii autẽ diuturniores faciunt principatus perpetuos, vel multi temporis, vel neutrũ, ſed ſępe eoſdem vel non eundem bis, ſed ſemel ſolũ. Adhuc autẽ circa inſtitutionẽ principatuũ ex quibus oportet fieri & a quibus, & qualiter, de omnibus.n.iis oportet poſſe diuidere ſecundũ quot cõtingit fieri modos. Deinde coaptare qualib⁹, quales politiæ expediant.

b Eſt aũt neq; facile hoc determinare, quales oportet vocare principat⁹, multis.n. pceptorib⁹ politica cõitas indiget, pp quod quidem oẽs, neq; electos, neq; ſortiales ponendũ principes, puta ſacerdotes primo. Hoc enim alterũ aliquid præter politicos principatus, ponendum. Adhuc & diſtributores & precones, eliguntur autẽ & legati. Sunt aũt hæ quidẽ politicæ curarum, vel omniũ ciuium ad quãdam operationẽ, velut dux exercitus militantiũ, vel ſecũdum partẽ Gyneconomus, vel pueronomus, ii aũt œconomicę, ſæpe.n. eligũt frumenti mẽſuratores, hæ autẽ miniſteriales & ad quas vtique abundauerint, ordinãt ſeruos.

## LECTIO XIII.

*De conſultando igitur & deliberando eiuſque poteſtate, in hunc modum determinatum ſit, conſequens his eſt circa magiſtratus diſtinguere. Habet enim & hæc pars differentias multas, quotque magiſtratus eſſe, & quarum rerum auctoritatem habere oporteat, & pro quo tempore ſingulos, nam alii ſemeſtres, alii breuiores, alii annuos, alii diuturniores ſtatuunt magiſtratus. Et utrum magiſtratus oporteat eſſe ꝑpetuos, an ad longum tempus, aut neutrum, ſed multotiens eoſdem, aut non eundem bis, ſed tantum ſemel. Et præterea circa conſtituendum magiſtratus ex quibus oportet creari, & a quibus, & quomodo. De his enim omnibus oportet poſſe diſtinguere, quot modis ualeant fieri, ac deinde accommodare quibus conferant gubernationibus Reipublicæ.*

*Eſt autem ne hoc quidem facile determinare, quales magiſtratus ſint nũcupãdi. Indiget.n. ciuilis ſocietas multis præſidentibus, quapropter non oẽs qui, uel eliguntur, uel aſſumuntur ſorte, ſunt magiſtratus exiſtimandi, utputa ſacerdotes, hoc enim aliud quiddam ponendum eſt a ciuilibus magiſtratibus. Præterea, qui pompas ducunt, & precones, & legati qui eliguntur. Huiuſmodi enim curæ ciuiles, aut omnium ciuium ſunt ad unam actionem, puta dux eorum qui militant, aut ſecũdum partem, ut mulierum, puerorumque curatores. Aliæ diſpenſatiuæ, ſæpe enim eliguntur quidam ad diſtribuendum annonam. Aliæ miniſtratiuæ, ad quas ſi opulenti eligantur, ſubſtituunt ſeruos.*

## LECTIO XIII.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de conſiliatiuo, & modis eius, & qui quibus Rebuſpu. expediunt, determinat de principatu. Et diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {Eſt autem neq; facile.} In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de conſiliatiuo, dicendum eſt de principatu. Diuiſio enim prĩcipatus conueniens eſt dictis de conſiliatiuo, ſunt autem multæ partes & differentiæ principatus ſecũdum quòd ſunt principatus, & quorũ debẽt eſſe domini principantes. Item de tẽpore per quantum tẽpus debent eſſe domini ſecundum vnũquemque principatum, ſunt enim quidam principatus durantes per ſex menſes, quidam qui durant per annum, alii qui durant plus. Quidam autem ſunt perpetui quidã ſunt non perpetui, ſed multum durant, etiã quidam ſunt qui nõ ſunt perpetui, nec multum durant, ſed contingit eundẽ frequenter principari, aliquoties etiam cõtingit principari nõ eũdem bis, ſed ſolum ſemel. Iterum dicendum eſt de inſtitutione principatuum, ex quibus & qui debent ĩſtituere & qualiter. De omnibus enim iſtis oportet diligenter videre quib⁹ modis poſſunt fieri, & poſtmodum videre qui modi & quales, quibus, & qualibus Rebuſpubli. conueniant. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima determinat de diuiſione principatuum, & de modo inſtitutionis ipſorum. Secundo recolligit determinata, remittens nos de conſideratione aliquorum ad ſequentia, ſcilicet ad Sextum librum, ibi. {Quod



Lectio ſeq. igitur ſunt &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatuum in ordine ad Reſpubli. Secundo determinat de modo inſtitutionis ipſarum ibi. {Circa inſtitutiones &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatus in generali. Secundo tangit diſtinctionem principatus in ordine ad reſpub. ibi. {Sed hę differunt, &c.} Prima in duas. Primo tangit modos principatus minus principales. Secundo tangit modos principaliter dictos, ibi. {Maxime autem &c.} In prima dicit, quòd non eſt facile determinare qui debẽt eſſe principatus, & quot, quoniaĩ Reſpub. conueniens multis indiget principatibus, & præcipientibus, & quia plures oportet eſſe, manifeſtum eſt quòd non omnes sũt aſſumẽdi vel per electionem, vel per ſortem, ſicut ſacerdotes. Et dicuntur ſacerdotes qui curam habẽt de cultu diuino. Tales autem non debẽt aſſumi per ſortem, ſed per electionem: principatus autẽ iſte eſt alter a ciuilibus principatibus. Sunt etiam alii principatus qui diſtribuunt bona communia, q. bus debent diſtribui: ſunt etiam pręcones qui nunciant dicta communia, quæ debent nunciari. Eligũtur etiam alii qui dicuntur legati, qui mittuntur ad extrinſecas ciuitates & prĩcipatus. Sunt etiam alii principes ciuiles qui curam habent de omnibus ciuitatibus quãtum ad aliquam operationem, ſicut eſt dux exercitus bellantium. Iſte enim habet dirigere ciues in exercitu. Alii ſunt principes qui nõ habent curam de omnibus quãtum ad aliquam operationem, ſed curam habent de aliqua parte ciuitatis, ſicut ſunt mulierum puerorumque curatores. Alii ſunt principatus œconomici quos frequenter eligũt, ſcilicet menſuratores frumenti, & miniſteriales qui habent miniſteria diuerſa in ciuitate. Cum autem in talibus aliqui abundant, ordinant ſeruos ad huiuſmodi officia. Deinde cum dicit.

c ¶ Tangit modos principatus principaliter dictos, & eſt intelligendum, quòd vnumquodque naturalium aliqua operatione determinatur in quam cum poteſt, dicitur illud. Cum autem non poteſt, non dicitur, niſi ęquiuoce, quare principatus eſt aliqua operatio in quam cum poterit, maxime dicetur principatus, cum autem non poterit, non dicetur niſi ęquiuoce: operationes autem principatus ſunt conſiliari de aliquibus, iudicare & præcipere, maxime autem operatio principatus eſt præcipere, præcipere enim maxime pertinet ad principatum, dicit igitur maxime & ſimpliciter, vt eſt dicere, illi debent dici principatus, quibus competunt iſti actus, conſiliari, iudicare, & præcipere. Et ille principatus maxime dicitur principatus, cui cõpetit præcipere, quia iſte eſt actus præcipuus ipſius principat⁹. Deinde cum dicit.

d ¶ Tangit diſtinctionem principatus in ordine ad Rempublicam, & primo tangit quę circa principatus faciunt difficultatem, & quæ non. Secundo proſequitur de illis quæ faciunt difficultatem, ibi. {In magnis, &c.} In prima dicit, ꝙ vtrum principatus dicatur ſecundum vnum modum vel plures, & ſecundum diuerſas rationes, non multum facit ad propoſitum, quia iudicium non ſit de altercatione q̃ ſit de nominibus, ſed pertinet ad aliud negociũ, ſcilicet ad metaphyſicum: conſideratio enim de diſtinctione vocabulorum eſt negocium intellectuale, ſed qui principatus, & quales sũt neceſſarii, & quare, & quot in ciuitate ſi debeat eſſe ciuitas, & qui & quales non sũt neceſſarii, tamen expediunt ad bonam Rempub. hoc magis facit ad propoſitum, & magis dubitabit aliquis de iſtis & circa omnem Rempub. & paruas ciuitates. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur de illis quæ faciunt difficultatem, & diuiditur in duas. In prima oſtendit, in quibus ciuitatibus expedit vnum principatũ in plures diuidi, & in quibus non. Secundo mouet circa hoc dubitationes, ibi {Congruit autem.} Prima in duas. In prima oſtendit, quòd in magnis ciuitatib⁹ non expedit vnum principatum in plures diuidi. In ſecunda, quòd in paruis non expedit, ibi. {In paruis autem, &c.} In prima dicit, quòd in magnis ciuitatib⁹ congruit & expediẽs eſt vnum principatũ ordinari ad vnum opus & non ad plures, ſed contingit eſſe multos principantes in talibus ciuitatibus, & ratio huius eſt duplex. Prima eſt, quia in magnis ciuitatibus multi ſunt ciues digni principari, & expediens eſt, quòd quidam multo tempore dimittantur in principatu, alios ſemel expedit principari: hoc autem non contingeret, ſi vnus teneret multos principatus, quare in magnis ciuitatibus non expedit vnum plures principatus tenere. Alia ratio eſt, quia vnum opus melius perficitur ab vno adhibente curam circa illud, quàm ſi circa multa intendens diſtraheretur, quare melius eſt vnum principatum committere vni, quàm plures. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, ꝙ in paruis ciuitatibus expedit vnũ plures principat⁹ tenere, & diuidit in tres. In prima facit qđ dictũ eſt. In ſecunda reſpõdet obiectioni, q̃ poſſet fieri, ibi. {Indigẽt aũt aliquãdo.} In tertia oñdit ex quo poteſt dignoſci quos principatus cõgruat cõiungere in vnũ, & quos non, ibi. {Si igitur habeamus.} In prima dicit ꝙ in paruis ciuitatibus oportet vnum plures

c Maxime autẽ, vt ſimpliciter ẽ dicere, principatus dicẽdũ hos, quibus cum attribuitur cõſiliari de aliquibus, & iudicare, & ꝑcipere, & maxime hæc: præcipere.n. magis principatuũ eſt.

d Sed hæ differunt ad oportunitates quidẽ nihil, vt eſt dicere, non.n. vmquã iudiciũ fuit altercantiũ de nomine, habent autẽ quoddã aliud ĩtellectuale negocium. Quales aũt principatus, & quot neceſſarii, ſi erit ciuitas & quales neceſſarii quidẽ, non opportuni aũt ad ſtudioſam politiam magis vtiq; quis dubitat ad omnem politiã, & etiam ad paruas ciuitates.

e In magnis.n. vtique cõtingit & oportet vnũ ordinari ad vnũ opus, multoſque.n. cõtingit ire ad principatum pp multos eſſe ciues, vt ſit hos quidẽ intermittere multo tẽpore, hos autẽ ſemel principari. Et melius vnũquodq; opus ſortitur cura circa vnũ intenta, quàm circa multa.

f In paruis aũt neceſſe cõgregare in paucos multos principat⁹: pp paucitatẽ.n. hominum non

*Maxime uero, ut ſimpliciter dicamus, illi ſunt magiſtratus appellandi, quibus datum eſt deliberare de quibuſdam, & ſtatuere, & iubere, & maxime hoc extremum. Nam iubere imperioſius eſt.*

*Verum iſta quantum ad uſum nihil differunt, ut ita dixerim. Nõdum .n. determinata eſt huiuſmodi de nomine controuerſia. Habet autem quandam aliam intellectiuam conſiderationem. Sed quales magiſtratus, & quot neceſſarii ſunt ciuitati, & quales neceſſarii quidem, inutiles uero ad bonam Republi. gubernationem, magis utique quiſpiam dubitabit. Et ad omnem Rẽpub. et præſertim ad paruas ciuitates.*

*Nam in magnis quidem licet & debent ſinguli magiſtratus ad ſingula opera deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerendos, & alios cum intermiſſione magna temporis, alios ſemel dumtaxat gerunt. Meliuſque ſingula curantur, quàm ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.*

*Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre. Nã cũ ſit paucitas hominũ, nõ*

principatus tenere, & ratio huius eſt, quia in paruis ciuitatibus ſunt pauci ciues, & ideo propter paucitatem ipſorum, non poſſunt eſſe plures principantes, quare oportet vnum principatus plures tenere, & contingit in talibus ciuitatibus, ꝙ ſucceſſiue iterum principantur. Deinde cum dicit,

facile eſt in principatibus multos eſſe. Qui enim erunt qui hos ſucceſſiue ſuſcipiunt iterum.

g Indigent aũt aliquando eiſdẽ principatibus & legibus paruæ cum magnis. Verũtamen quidẽ indigent ſæpe eiſdẽ, aliis aũt in multo tẽpore hoc accidit, propter quod quidẽ nihil prohibet multas curas ſimul p̃cipere: non .n. impediunt, & ad paucitatem hominũ neceſſariũ principatꝰ, velut Obeliſcolychnia facere,

h Si igit̃ habeamus dicere quot neceſſariũ exiſtere omni ciuitati, & quot non, neceſſariũ quidẽ oportet autẽ exiſtere, facile autem quis ſciens hoc colligit quales principatus congruit cõgregare in vnũ principatum.

i Congruit autẽ & hoc, non latere quales oportet ſecundũ locum principatus de multis curare, & qualium vbique vnũ principatũ eſſe dominum, puta boni ornatus eſſe, vtrũ in foro quidem fori præfectũ, alium autem in alio loco vel vbiq; eundem, & vtrum ſecundũ rem oportet differre vel ſecũdum homines. Dico autẽ puta vnum boni ornatus, vel puerorum aliũ & mulierũ. Et ſecundũ politias autẽ, vtrum differt ſecundũ vnãquãque etiã genus principatuum, vel nihil, puta ĩ Democratia, & Oligarchia, & Ariſtocratia, & monarchia, vtrũ idem ſint principatus quidem domini, nõ ex æqualibus, neque ex ſimilibus, ſed alii in aliis, puta ĩ Ariſtocratiis quidẽ ex eruditis. In Oligarchiis aũt ex diuitibus. In Democratiis vero ex liberis.

k Aut exiſtũt quidem quidam exiſtentes, & ſecundum has differentias principatuum. Eſt autem vbi conferunt idem, & vbi

*facile eſt multos in magiſtratibus eſſe. Qui nam poſtea forent ſucceſſores horum?*

*Indigent quandoque magiſtratibus eiſdem & legibus paruæ magnæque ciuitates, niſi quod hæ quidem ſæpe indigent eiſdem. His uero multo tempore intermiſſo id accidit. Quapropter nihil prohibet multa ſimul his demandare, non enim ſe impediunt. Et propter hominum paucitatem neceſſarii ſunt magiſtratus quidam quaſi luminaria obeliſcis impoſita.*

*Si ergo dicere poſſumus quot neceſſarii ſunt omni ciuitati, & quot non neceſſarii quidem, ſed opportuni, facile quis ſciens iſta, coniungat quot coniungere congruat in ciuium magiſtratu.*

*Debet etiam hoc non latuiſſe quales conueniant ſecundum locum magiſtratus plurium curam habere, & qualium ubique unum magiſtratum poteſtatem habere, ceu honeſtatis. Vtrum in foro præfectum annonæ, & alium alibi, aut ubique eundem. Et utrum ſecundum negocia partiendum eſt an ſecundum perſonas. Dico autẽ ceu utrum curam honeſtatis, alium puerorum & alium mulierum, & in Rebuſpub. utrum differant ſecundum unamquamque & magiſtratuum genus, uel nihil, ceu in populari ſtatu & paucorum gubernatione & optimatũ & monarchia, utrum iidem ſunt magiſtratus poteſtatem habentes, ſed nõ ex æqualibus aut ſimilibus, ſed alii in aliis, ueluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis. In paucorum autẽ potentia ex opulentis. In populari ſtatu, ex ingenuis.*

*Vel exiſtant quidã ſecũdũ iſtas differẽtias magiſtratuũ, et alicubi cõferat eoſdẽ eſſe, alicubi diuerſos, alicubi.n.*

g ¶ Reſpondet obiectioni, quæ poſſet fieri, aliqs enim poſſet dicere: ſi in magnis ciuitatibus oportet vnum principantem vnum principatum tenere, in paruis vnum plures, non erit idem principatus ſecundum rationem in magnis ciuitatibus & paruis, iterum poſſet dici, ꝙ non expedit in paruis ciuitatibus vnum principatus plures tenere, quia regimen vnius impediret curam alterius, minus enim poteſt eſſe intentus circa plures q̃ circa vnum, iſta duo remouet, & dicit ꝙ paruæ ciuitates aliquando indigent eiſdem principantibus ſecundum ſpeciem, quibus indigent magnę, ſed in hoc eſt differentia, quòd in magnis ciuitatibus frequenter ſunt idẽ prĩcipatus & principantes propter multos eſſe ciues in ciuitate, in paruis autem non niſi in multo tempore. In paruis enim propter paucos eſſe ciues nõ poſſunt multi eſſe principantes, & propter hoc oportet vnum multo tempore principari & tenere principatꝰ multos, non enim omnes principatus impediunt ſeinuicem, ita quòd propter curam vnius impeditur cura alterius, ſicut plura luminaria vni obeliſco impoſita, non ſe impediũt: non ſecus ergo plures principatus vni iniuncti non ſe impediunt, tales autem ſunt principatus propinqui exiſtentes natura, qui vel ordinantur ad vnum finem vel ad propinquos, ſicut eſt principatus qui habet curam honeſtatis puerorũ & mulierum. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat ex quo poteſt dignoſci quos principatus congruit demandare in vnũ, & quos non, dicens, ꝙ ſi ſciamus quos principatus neceſſarium eſt eſſe in ciuitate, & quos non eſt neceſſarium, & tamen expedit eſſe, de facili ſciemus quos principatus, & quales expedit congregare in vnum principatum, & quos, & quales non. Deinde cum dicit.

i ¶ Inquirit quos principatus oportet vniri in vnum, & quos oportet diuidi in plures per comparationem ad loca, & homines & Reſpubl. & primo mouet dubitationes circa hoc. Secundo ſoluit eas, ibi. {Aut exiſtunt quidem.} In prima dicit, quòd non debet ciuem latere qui principes poſſunt habere curam de diuerſis ſecundum diuerſitatem locorum, & quorum & qualiũ oportet vbique eſſe vnum principem, Verbi gratia. Contingit aliquam curam habere honeſtatis in foro, & in alia parte ciuitatis & extra, modo eſt dubitatio, vtrum curans honeſtatem in foro ſit præfectus fori, & alius ſit princeps honeſtatis in alia parte ciuitatis, ita quòd ſecundum diuerſitatem locorum diuerſificentur principes, quamuis principatus honeſtatis ſit vnius rationis, aut ſit vnus princeps honeſtatis & in foro & in omni alio loco. Secunda quæſtio eſt, vtrũ principatus debeant diſtingui ſecũdum rem vel ſecundum hominem, ideſt ſecundũ illud ad qđ per ſe inſpicitur in dirigendo, vel ſecundum multitudinem hominum qui debẽt dirigi per illum, verbi gratia, vtrum ſit idem principatus ornatus puerorum & mulierum, aut non. Tertia quęſtio eſt, vtrum principatus diſtinguantur ſecundũ diſtinctionem Rerũpublicarum, ſicut verbi gratia; vtrum in ſtatu populari paucorum & optimatum, & monarchia regali ſint idem principatus vel alii genere vel ſpecie non exiſtentes ex æqualibus, nec ex ſimilibus, vel ſint diuerſi ĩ diuerſis Rebuſpubl. vt in ſtatu optimatum virtuoſi, in ſtatu populari liberi, in ſtatu paucorum diuites. Deinde cum dicit.

k ¶ Soluit dubitationes iſtas, & primo ſoluit eas. Secundo addit ad ſolutionem quiddam, ibi. {Non ſolum.} Circa primum intelligendum eſt, quòd principatus diſtinguit̃, ſicut alia naturalia, ſcilicet & ſecundum formã & ſecũdum materiam. Forma vero principatus virtus aliqua vel potentia eſt: eſt enim principatus poteſtas quædam vel virtus, virtus autem attenditur in ordine ad finem, ergo ſecundum diſtinctionem finis diſtinguuntur principatus, finis autem principatus duplex eſt, quidam ſcilicet eſt remotus, quidam vero propinquus: remotus, ſicut finis Reipubli. ad quem ordinantur vltimo omnes principatus, & maxime & immediate principalis, principatus propinquus eſt ſicut finis ducatus exercitus victoria, iudicii iudicare de ſubortis. Diſtinguitur igitur principatus primo ſecundum diſtinctionem finis remoti: cum igitur fines Rerumpubli. ſint diuerſi, principatus diuerſarum Rerumpubli. erunt diuerſi, & ſicut Reſpubli. omnes attributionem habent ad vnam primam, ſic principatus Rerumpubli. poſteriorum ad principatum in Republi. prima & ſimpliciter dicta, attributionem habent, & per hoc ſoluitur tertia quæſtio cum quærebatur,



differunt propter hoc, hic quidem enim cõgruit magnos, hic eſſe paruos eoſdem.

l Non ſolũ, ſed & ſingulares quidem ſunt, velut qui præconſulũ hic enim non Democratiis. Cõſilium autẽ Democraticũ, oportet enim quidem eſſe aliquid tale, cui cura erit populi præconſiliari, quatenus non vacans erit, ii autẽ cum pauci numero ſint, præconſules autẽ paucos neceſſarium eſſe multitudine. Quare Oligarchicũ, ſed vbi ambo idẽ principatus, præcõſules inſtituũtur ſuper conſiliarios. Conſiliarius quidem enim Demoticum, præconſul autem Oligarchicũ.

m Doſſoluitur autẽ & conſilii potẽtia in talibus Democratiis, in quibus ipſe propter cõueniẽs tractat de omnibus, hoc autem accidere conſueuit quando penuria aliqua fuerit, vel merces conuocatis. Vacantes .n. colligũtur ſæpe, & omnia ipſi iudicãt.

n Pueronomus autẽ & mulieronomus, & ſiquis alius principãs dominus eſt talis curæ, Ariſtocraticum, Democraticum autẽ non. Quomodo enim poſſibile prohibere exire eas quæ egenorum, neque Oligarchicum, deliciantur enim quæ Oligarchizãtium. Sed de iis quidem in tantum dictum ſit nunc.

## LECTIO XIIII.

Circa inſtitutiones autẽ principatuum, tentandum a principio pertranſire.

*congruit magnos eſſe, alicubi paruos eoſdem magiſtratus.*

*Verumtamen ſunt aliqui proprii, ceu eorum qui ante deliberant. Hæc enim poteſtas non eſt popularis, conſilium uero populare, oportet enim eſſe aliquid tale, cui cura ſit populum conſilio præuenire, ne ocioſus ſit. Hi autem ſi pauci ſunt numero, paucorũ potentia eſt. Eſt autem neceſſe ut illi ſint pauci, qui ante deliberant, itaque paucorum potentia eſt. Sed ubi ſunt ambo hi magiſtratus, illi qui ante deliberant conſiliarios conſtituunt. Conſiliarius enim popularis. Qui uero ante uenit in conſulendo & deliberando paucorum potentiæ.*

*Diſſoluitur etiam poteſtas conſilii in huiuſmodi gubernationibus, in quibus populus ipſe conueniens de omnibus conſtituit. Hoc autem accidere cõſueuit, cum eſt utilitas quædam, aut merces conſtituta, his qui in concionẽ conueniunt, ocioſi enim conueniunt p̃ ſæpe, & de cunctis ipſi ſtatuunt.*

*Qui autem puerorum curam habent, & qui mulierum, & ſiquis alter eſt, qui poteſtatem habet, et curam huiuſmodi, optimatum id eſt, & non populare. Fieri enim non poteſt, ut prohibere pauperum mulieres alterius ſit quàm paucorum potentiæ, cum mulieres ipſorum in delitiis uiuant. Sed de his quidẽ eatenus dixiſſe nũc ſatis ſit.*

## *LECTIO XIIII.*

*De conſtituendis autem magiſtratibus conandum eſt ita tranſigere.*

quærebatur, vtrum principatus diſtingueretur ſecundũ diſtinctionem Rerumpub. Apparet enim ꝙ ſic, ſecundum diſtinctionem finis vltimi. Finis autem propinquus ciuitatis diuerſus eſt in qualibet Repub. ſicut ducatus exercitus victoria, iudicii iudicare. Secundum vero diſtinctionẽ huius finis diſtinguitur principatus, & hoc dupliciter, vno modo ſecũdum diſtinctionẽ ipſius finis ſecundũ ſe, & ſic diuerſi ſunt prĩcipatus ducatus exercitus & iudicii: alio mõ diſtinguitur principatus per hoc ꝙ homines diuerſimode ſe habent ad finem illum, ita ꝙ finis poteſt eſſe vnus ſecundum rẽ, ſed quia homines aliter ſe habẽt ad illum finem principatus diſtinguitur, ſicut eſt principatus ornatꝰ mulierũ, puerorum & virorum. Quàmuis enim finis iſtorum ſit vnus, tamen quia aliter ſe habet puer ad iſtum finem quàm mulier & quàm vir adultus, ideo alius eſt principatus ornatus mulierum, alius puerorum, & adultorum, & per hoc ſoluitur ſecunda quæſtio, cũ quærebatur, vtrũ diſtinctio principatꝰ eſſet ſecundum homines, vel rem, quia & eſt ſecundum rem vt quando diſtinguitur ſecundum diſtinctionẽ finis propinqui ſecundum ſe, & ſecundum homines, quando homines diuerſimode ſe habent ad finem principatꝰ. Secundo vero diſtinguitur principatus ſecundum materiam, vt ſecundum diuerſitatem locorum & hominum: poſſunt .n. loca eſſe ita diſtantia ꝙ vnus homo non poſſet regere, & tunc vnus principatus diuiditur in plures. Iterum ſi ſit magna multitudo ciuium, quæ non poſſit dirigi per vnum, oportet principatum vnum ſecundum ſpeciem diſtingui in plures, ſi autem loca ſint propinqua, & pauci ſint homines tunc plures principatus vniuntur in vnum. Similiter contingit aliquando diuerſos principatus ſecundum rem, maxime eos quorum eſt vnus finis ſecundum rem, diuerſus tamen ſecundũ diuerſum modum ſe habendi ad ipſum, propter paucitatem hominum & propinquitatem locorum coniungi, ſicut contingit eundem habere curam boni ornatus virorum & puerorũ & mulierum, aliquando contingit contrarium propter cauſas contrarias, & per hoc ſoluitur prima quæſtio cum quærebatur, vtrum principatus diſtingueretur ſecundum diuerſitatem locorum, quoniam aliquando ſic, aliquando non, & hæc omnia innuit Philoſophus breuiter dicens, ꝙ ſecundum diuerſitatem iſtorũ ſcilicet locorum, hominum, & rei, & Rerumpu. eſt diuerſitas principatuum. Contingit enim aliquando ꝙ diuerſi principatus congregantur in vnum, aliquãdo vnus diuiditur in plures, quia contingit in aliquibus ciuitatibus multos eſſe ciues & loca diſtantia, ita ꝙ vnus non poſſet regere, & vnus principatus diuiditur in plures, ſicut principatus boni ornatus, & p̃pter multitudinem ciuium & diſtãtiam locorum diſtinguitur in plures: in aliquibus vero contingit paucos eſſe ciues & loca non eſſe diſtantia ſed propinqua, & tunc plures principatus vniuntur in vnum, quia idem ſufficiens eſt regere diuerſos principatus. Deinde cum dicit.

l ¶ Adiungit prædictis quædam, & primo adiungit ꝙ ſunt quidam principatus ſingulares quibuſdam Rebuſpu. Secundo adiũgit de principatu puerorum, ibi. {Puerorum &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictum ẽ. In ſecunda oſtendit, ꝙ conſilium in populari ſtatu quoddã eſt, ibi. {Diſſoluitur autem, &c.} In prima dicit ꝙ non ſolũ diſtinguitur vel vnitur principatus ſecundũ loca; vt vnus diuidatur in duo, & duo in vnum congregẽtur, ſed quidam ſunt prĩcipatus ſingulares, q reperiuntur in quibuſdam Rebuſpublicis, & non in aliis, ſicut principatus præconſulentium eſt in paucorum ſtatu non in populari, ſed conſilium inuenitur in populari ſtatu, quia oportet in populari ſtatu eẽ aliquos, qui conſilientur de eis q̃ ſunt populi. Populus enim deficit a ratione vt in pluribꝰ, vniuerſaliter enim in ciuitate oportet eẽ aliquid conſiliatiuũ qđ dirigat, & curet vt populus nõ vacet & inſoleſcat, & ſi ſint multi populare eſt, ſi autem pauci eſt paucorum potentia, non ſunt autem in populari ſtatu, ſed in paucorum præconſules, quia præconſules ſũt pauci & diuites, & iõ in paucorũ ſtatu ſũt, vbi autem ſunt ambo principatus, ſcilicet præconſulum & conſiliantium, conſules ſunt ſupra conſiliarios, cõſiliarius autem eſt, vt dictum ẽ, ſtatus popularis, ſed præconſul eſt paucorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat, ꝙ in quadam potentia populari non eſt conſilium, & dicit ꝙ principatus conſiliatiuus in quibuſdam a popularibus ſtatibus amouetur ſeu deſtruitur, ſicut in illis in quibus totus populus, cum conuenit, tractat de omnibus: hoc autem fit quando conuenit totus populus & omnes tractant de omnibus, maxime quando ordinatur damnum vocatis ſi non veniũt, & merces ſi veniunt: cum enim ſic vocantur conueniunt, & de omnibus iudicant. Deinde cum dicit.

n ¶ Adiungit de principatu puerorum & mulierum, quod eſt optimatũ potentiæ vel ciuilis, & dicit ꝙ principatus puerorũ & mulierũ, & ſi ſit alius talis principatus, optimatũ potẽtiæ eſt nõ popularis, quia popularis ſtatus non p̃hibet mulieres pauperũ exire ad negociationes, ſed præcipit: optimatũ aũt ſtatus prohibet, nec talis principatus eſt paucorũ, quia mulieres paucorũ delicioſe viuunt, & ideo nolunt ſequi rationis motũ, & conſequẽter recapitulat dicens, ꝙ de his intantũ determinatum ſit.

## LECTIO XIIII.

Poſtquam Philoſophus de diſtinctione principatuũ determinauit, declarat de modo inſtitutionis ipſorum, & diuiditur in duas. In prima præmittit intẽtionẽ ſuam, In ſecunda proſequitur, ibi. {Sunt aũt.} In

In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de diſtinctione principatuum, conandum eſt pertranſire de modo inſtitutionis ipſorum, & hoc a principio. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & primo declarat qualiter conuenit principatus inſtitui, ponendo quaſdam diuiſiones. Secundo oſtendit qui modi cui Reipu. conueniunt ibi. {Harum autem duæ.} Prima in duas. In prima ponit diſtinctionem vnam. Secundo ſubdiuidit mēbra, ibi. {Vniuſcuiuſque autem.} In prima dicit, quòd tria ſunt differentia ſecūdum rationem, quibus diuiſis & combinatis, poſſint omnes modi inſtitutionis principatuū accipi. Iſtorum autem triū vnum eſt qui ſunt inſtituentes principatum. Secundum eſt ex quibus inſtituitur princeps. Tertium ē modus ſecundū quē inſtituitur. Deinde cum dicit.

c ¶ Subdiuidit qđlibet iſtorum; & primo facit hoc. Secundo tangit diuerſas cōbinationes diuidentium, vt habeatur numerus modorum, ibi {Rurſus autem.} In prima dicit, q̄ iſtorum ſunt tres differentiæ, vel tres diuiſiones, ita quòd vniuſcuiuſque ſit vna; aut enim inſtituentes ſunt omnes ciues aut quidam, & hæc eſt prima differentia. Secūda eſt quòd aut inſtituunt ex omnibus aut ex aliquibus determinatis ſecundum aliquam dignitatem vel ſecundum genus vel ſecundum virtutem, vel ſecundum aliquem alium modum, ſicut accidit in ciuitate Megarę, in qua inſtituūtur principātes ex cōdeſcēdētibus ad populū, hoc eſt, ex illis qui condeſcendebant populo in ciuitate, & ex illis qui ſimul pugnabant cum populo contra impugnantes & grauantes eos. Tertia differentia eſt quòd inſtituentes aut inſtituūt ſorte aut electione. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit combinationes diuerſas vt habeatur numerus modorum, & dicit iterum quòd iſta tria combinari poſſunt adinuicem. Vnde per alia diuidendum, & exponit quæ ſunt illa tria dicens. Dico autem, ideſt expono, quia aut omnes inſtituunt, aut quidam, & aut ex omnibus, aut ex aliquibus; aut ex electione aut ex ſorte, & quodlibet iſtorum quatuor habet differentias quibus diuiditur, quia ſi omnes inſtituunt, aut ex omnibus, aut ex quibuſdam: ſi ex omnibus, aut ſorte, & ſic eſt vnū membrum, aut electione, & ſic ſecundum, aut diuiſim, & ſic tertium, aut coniunctim, & ſic quartum. Dico autem diuiſim, ſicut ſi ſecundum tribus inſtituantur & populos diuerſos & ſocietates, ita q̄ modo inſtituantur ex vna tribu; deinde ex alia,

b Sunt autem differentię in tribus terminis, quibus cōpoſitis, neceſſarium omnes acceptos eē modos. Eſt autē trium horum vnum quidē qui ſunt inſtituentes principatus, ſecundum autē ex quibus, reliquū aūt quomō.

c Vniuſcuiuſque autē horum trium ſunt tres differentiæ, aut enim omnes ciues inſtituunt, aut quidā, aut ex omnibus, aut ex aliquibus determinatis, puta vel honorabilitate, vel gn̄re, vel virtute, vel tali aliquo alio, ſicut in Megaris ex cōdeſcendētibus & cōpugnātibus ad populū, & hoc aut electiōe aut ſorte.

d Rurſum hæc combinata. Dico aūt hos quidem quidam, hos autem oēs, & hos quidē ex omnibus, hos autē ex aliquibus, & hos quidē electione, hos autem ſorte. Horum aūt vniuſcuiuſq; differentiæ erūt modi quatuor, aut .n. omnes ex omnib' electione, aut omnes ex omnibus ſorte, & aut ex omnibus ſimul; aut diuiſim, puta ſecundū tribus & populos & ſocietates, donec vtique pertranſeat per oēs ciuiles, aut ſemp ex ſimul omnibus, & aut hoc quidē ſic, hoc autē illo modo. Rurſum ſi quidā inſtituētes, aut ex omnib' electione, aut ex omnibus ſorte, aut ex quibuſdam electione, aut ex quibuſdā ſorte, aut hoc quidē ſic, hoc aūt illo modo. Dico aūt hoc quidē ex omnib' electione, hoc aūt ſorte. Quare duodecim modi fiūt exceptis duab' cōbinationib'.

e Harum aūt duæ quidē inſtitutiones Democticę, ſecundū omnia ex omnib' electiōe vel ſorte fieri, aut ambarū, hos quidē ſorte, hos aūt electiōe principatuū.

f Non omnes autē ſimul quidē inſtituere ex ſimul omnibus, vel ex quibuſdā, aut ſorte, aut ele-

*Conſiſtunt autem differentiæ in tribus diffinitionibus, quibus compoſitis, neceſſe eſt omnes modos eſſe comprehenſos. Vnum ex tribus eſt, qui ſint illi qui magiſtratus conſtituant. Alterum, ex quibus conſtituantur. Tertiū, per quem modum.*

G *Cuiuſcumque uero iſtorum ſunt differentiæ tres. Aut enim ciues omnes conſtituunt, aut quidam. Et uel ex omnibus, uel ex quibuſdam determinatis ceu per cenſum, uel per genus, uel p̄ uirtutem, uel per aliud quiddam tale, quale apud Megarenſes, ex his qui una cum populo ad bella coniuncti redierunt, & hoc aut per electionem, aut per ſortem.*

*Rurſus autem hæc ſimul conduplicata. Dico autem hæc, ceu quoſdam aliqui, quoſdam omnes. Et quidam ex*
H *omnibus, & quidam ex quibuſdam. Et quidam electione, quidam ſorte. Vniuſcuiuſque iſtorum differentiæ modi erunt quatuor. Aut enim omnes ex omnibus per electionem, aut omnes ex omnibus per ſortem. Et uel ex cunctis, uel quaſi diuiſim per tribus, & conuentus & ſocietates, quouſque trāſeat per uniuerſos ciues, aut ſemper ex omnibus, & partim ſic, partim illo modo. Rurſus uero ſi pauci ſunt illi qui conſtituunt magiſtratus, aut ex omnibus per electionem, aut ex omnibus p̄*
I *ſortem, aut ex quibuſdam per electionem, aut ex quibuſdam per ſortem, uel partim iſto modo, partim illo. Dico autem, quædam ex omnibus per electionem, quædam per ſortem, atq; ita duodecim modi efficiuntur, ſeorſum duobus conduplicatis.*

*Horum autem duæ conſtitutiones ſunt populares, hoc eſt omnes ex omnibus electione, uel ſorte, uel partim ſorte, partim electione.*

K *At enim non omnes ſimul, ſed ex omnibus conſtituere, uel ex quibuſdā ſorte, uel electione, uel utroque modo.*

F & ſimiliter diſcurrendo p̄ omnes partes ciuitatis. Coniunctim vero ita q̄ ſemper ex omnibus ſimul ſumptis inſtituatur, aut alios quidem ſic, alios autem alio modo, puta quoſdam ex omnibus coniunctis, quoſdam autem ex omnibus diuiſis, & ſic ſūt ſex membra, ſi autem quidam ſunt inſtituentes habemus alia ſex mēbra, quia aut inſtituunt ex omnibus, aut quibuſdam: & ſi ex omnibus, aut ſorte, aut electione, & ſic duo mēbra habemus, ſi ex quibuſdam, aut ex quibuſdam vel ſorte aut electione, & ſunt alia duo, aut quoſdam inſtituunt ex omnibus ſorte, quoſdam autē alios electione, & ſic habem' alia duo mēbra, & ſic in vniuerſo habemus duodecim membra, ducendo membra primę diuiſionis in membra aliarum duarum, prętermittendo duas combinationes, hoc eſt non ducendo membra tertiæ in membra ſecundę. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qui modi cui Reipu. cōueniunt & diuiditur in partes quinque. In prima oſtendit q̄ modi cōueniunt populari ſtatui. In ſecūda qui Reipubl. ibi. {Non omnes autem, &c.} In Tertia q̄ paucorum ſtatui, ibi. {Et quoſdam ex omnibus.} In Quarta qui optimatum potentiæ, ibi. {Sed hos quidē.} In Quinta adhuc q̄s paucorū potētiæ, ibi. {Quoſdam autem ex quibuſdā.} In prima dicit q̄ iſtarum combinationū quæ dictę ſunt, duæ pertinent ad popularem ſtatum, ſcilicet, omnes principatus inſtituere ex omnib' ſorte, vel etiam electione, vel etiam ſi aſſumūtur omnes ex omnibus cōiunctim vel diuiſim, vel per ſortē vel per electionem, hoc enim maxime pertinet vbi multitudo dominatur, hoc autem eſt popularis ſtatus. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qui modi ſunt Reipublicæ, & dicit quòd non omnes inſtituere ex omnibus ſimul vel quibuſdam, ſed omnes ſimul & diuiſim per tribus, & officia ex omnibus & diuiſim, & hoc vel per ſortem vel per electionem, aut ſecundum iſtos modos aliquos ex omnibus vel quibuſdam, vt aliquos per ſortem ex omnibus, alios per electionem ciuile eſt, quia Reſpubl. eſt mixta ex paucorum & populari ſtatu: inſtituere autem ex quibuſdam paucorum eſt, inſtituere vero ex omnibus populare eſt, & ideo inſtituere ex omnibus vel quibuſdam ciuile eſt, & exponit quod dixerat. {Vtroque modo.} Dicens, dico autem & expono vtroque modo, ideſt quoſdam accipi ex omnibus diuiſim, vel quibuſdam per ſortem vel per electionem. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit



g ¶ Oſtendit qui modi ſunt paucorum potentiæ, & dicit quòd A quoſdam inſtituere ex omnibus vel per ſortem, vel per electionem, vel inſtituere aliquos ex omnibus ſecundum vtrumq; modum, vt ſcilicet aliqui inſtituantur per electionem, aliqui per ſortem, paucorum potentia eſt magis, nam paucorum potentia eſt aliquos paucos principari, & hoc eſt iſto modo. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtēdit qui modi ſunt ciuiles optimatum, ideſt Reipublicæ mixtæ cū optimatum ſtatu; & dicit quòd aliquos inſtituere ex omnibus, aliquos ex quibuſdā, ſed iſtos eligere per electionem, illos per ſortem eſt Reipublicæ mixtæ cum ſtatu optimatum. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit adhuc qui modus eſt paucorum potentiæ, & dicit, quòd inſtituere quoſdam ex quibuſdam paucorum potentiæ eſt, quia paucorum potentia eſt paucos principari & eligere quoſdam ex quibuſdam per ſortē facta electione nō eo modo quo fit ī alijs, quia hic ad paucos diuites inſpicitur, & inſtitui quoſdam ex quibuſdam ſecundum ambos modos eligendi, vt quidā inſtituuntur ſorte, quidā electione eſt paucorum potentia, ſed inſtituere quoſdam ex oībus ſimul, non eſt paucorum potentia, ſed inſtituere ex quibuſdam, ſicut virtuoſis per electionē optimatum eſt. Deinde cum dicit.

k ¶ Recolligit determinata, remittēs de conſideratione aliorum propoſitorū prius ad ſequentia, & dicit quòd modi eorum qui circa principatus, ideſt modi aſſumendi principatus tot ſunt, quot dicti ſunt, & ſic diuiduntur principatus ſecūdum diſtinctionem Rerumpublicarum, quæ autem quibus principantibus expediāt & qualiter oportet eos inſtitui, poſterius ſimul erit manifeſtū, cū erit manifeſtū de potētijs ipſorum, & exponit q̄d vocat potētiā principatus dicēs, q̄ potētia principatus dicitur, vt quæ eſt domina prouentuū & regionis. Iſtæ .n. duæ potentiæ ſpecie differūt, ſicut potentia ducatus exercitus, & potentia quæ eſt domina contractuum, qui circa forum ſunt.

### LECTIO XV.

POſtquam Philoſophus determinauit de conſiliatiuo & principatu, determinat de iudicatiuo, & diuiditur in duas. In prima pręmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {Sunt autem &c.} In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de conſiliatiuo & principatu, dicendum eſt de tertio prius propoſitorum, ſcilicet de iudicatiuo & iudicio, & accipiendi ſunt modi iudicij & iudicatiui, ſecundum quòd prius accepti ſunt modi aliorū ſcilicet principatus & conſiliatiui. Circa iudicium autem tria ſunt conſideranda, in quibus conſiſtit diuerſitas iudicij; ſcilicet ex quibus ſumēdi ſunt, ſecundum eſt a quibus; tertium eſt qualiter aſſumendi ſunt, & exponit ex quib' ſunt aſſumendi, vtrū ex omnibus, aut quibuſdam; de quibus, quot ſcilicet ſunt ſpecies iudicii, qualiter autem, vtrum inſtitui debeant electione vel ſorte; & primo videndū eſt quot ſunt ſpecies iudiciorū. Deinde cū dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit ſpecies iudiciorum. In ſecūda oſtendit quibus modis inſtituuntur, ibi. {Neceſſe itaque &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda excludit quædam a conſideratione ſua ibi. {Sed de his quidem &c.} In prima dicit, quòd ſpecies iudiciorum in vniuerſali octo ſunt. Vna eſt correctiua ſecundum quam tranſgredientes legem puniūtur. Alia eſt punitiua eius qui peccat cōtra aliquid communium, puta cōtra aliquam perſonam publicam. Alia eſt ſecūdum quam puniuntur qui deliquerunt contra totam Rempublicam. Quarta eſt, quæ eſt communis & principibus, & idiotis, & q̄buſcūq;, quæ eſt damnorum, & iniuriarum illatarum iudicatiua, de quibus eſt altercatio. Quinta ſpecies eſt, de contractibus paruis & magnis. Alia vero eſt pręter hanc iudicatiua homicidiorum, de peregrinis, ideſt de eis quæ ad peregrinos pertinent. Illa vero ſpecies quæ eſt iudicatiua homicidiorum, ſiue ſint ijdem iudices iudicantes & exequentes, ſiue ſint alij, vel ſic, ſiue ſint ijdem iudices ſecundum vnam Rempublicam, ſiue ſint diuerſi ſecundum aliam & aliam Rempublicam, ſpecies aliquas habet. Vna eſt quæ eſt iudicatiua homicidij facti ex præmeditatione & deliberatione, & voluntarie ponendo inſidias. Secunda eſt iudicatiua homicidij perpetrati & confeſſi, allegatur tamen, quòd iuſte factum eſt, & ſuper hoc eſt altercatio, vtrum iuſte vel iniuſte factum eſt. Quarta ſpecies eſt, quę eſt iudicatiua eorum, quę feruntur, ideſt ponuntur in deſcenſu homicidij, ideſt in reatu, hoc eſt, quæ eſt iudicatiua eorum quibus imponuntur homicidia ab aliquibus, ſed hoc ipſis fugientibus, hoc eſt negantibus: talibus enim ſolet aliquādo indici

ctione, aut ambarū, aut hos quidem ex omnibus hos aūt ex quibuſdam amborū. Dico aūt amborum, hos quidē ſorte, hos autem electione politicum.

g Et quoſdā ex oib', hos q̄dē electione inſtituere, hos ſorte, aut amborū, hos q̄dē ſorte, hos aūt electiōe, oligarchicū, magis oligarchicū autē q̄d ex ambobus.

h Sed hos quidem ex omnib', hos autem ex quibuſdam, politicū ariſtocratice, aut hos quidem electione, hos autē ſorte.

i Quoſdā autē ex quibuſdā oligarchicū, & quoſdā ex quibuſdā ſorte, nō factū aūt ſimiliter, & quoſdā ex q̄buſdā amborum, quoſdā aūt ex ſimilib' oībus nō oligarchicū ex quibuſdā aūt electione omnes, ariſtocraticum.

k Modi quidē igitur eorū, quæ circa principatus, tot numero ſunt, & diuiſi ſunt ſecundum politias ſic. q̄ aūt quib' expediāt, & q̄uo oportet fieri inſtitutiōes ſimul cum potētijs principatuū quæ ſunt, erit manifeſtum. Dico autem potentiam principatus velut eam quæ domina prouentuum, & dominā cuſtodiæ, alia enim ſpecies potentiæ velut ducatus exercitus, & dominæ eorū qui circa forum contractuum.

### LECTIO XV.

REliquum autem trium dicere q̄d iudicatiuū de prętorijs, ſumendū autem & horum modos ſecundum eadem hypotheſim. Eſt autem differentia prætoriū in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quo modo. Dico autē ex quibus quidem, vtrū ex quibus omnibus, aut ex quibuſdā, de quibus autem quot ſpecies prætoriorū, q̄uo aūt vtrū ſorte, aut electione, prius igitur diuidāt, quot ſpecies prætoriorum.

b Sunt autē numero octo, vna quidem correctiua, alia autem

*Aut partim ex omnib', partim ex quibuſdam utroque modo. Dico autē utroque modo, partim ſorte, partim electione, illius ſpeciei eſt, quæ appellatur Reſpublica.*

*Quoſdam uero ex omnibus conſtituere, partim electione, partim ſorte, paucorum potentiæ eſt, multoque*
B *magis ſi ex ambobus.*

*Sed quoſdam ex omnibus, quoſdam ex quibuſdam, ciuile optimatum eſt, vel quoſdam electione, quoſdam ſorte.*

*Quoſdam vero ex quibuſdam, paucorum potentiæ, etiam ſi per ſortem fiat, uel non fiat, & quoſdam ex quibuſdam vtroque modo, quoſdam autem ex omnibus, & ex quibuſdam omnes per electionem optimatum.*

C *Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt, & diſtinguuntur ita ſecundum Rerumpublicarum formas. Qui autem quibus conducant, & quomodo conſtitutiones eorum faciendæ ſint, vna cum poteſtatibus magiſtratuum, & qui ſint, manifeſtum erit. Dico autem poteſtatem magiſtratus, ceu circa redditus auctoritatem habere, & circa cuſtodiam. Alia enim poteſtatis ſpecies, quemadmodum circa bel-*
D *lum, & circa contractus forenſes.*

### *LECTIO XV.*

*REliquum ex tribus eſt, de iudicius dicere. Capiendi vero ſunt iſtorum modi per eandem viam. Eſt enim differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico autem ex quibus vtrum ex omnibus, uel ex quibuſdam, de quibus quot ſpecies iudiciorum. Quomodo utrum per ſortem, uel per electionem. Primo igi-*
E *tur diſtinguamus, quot ſint iudiciorum ſpecies.*

*Sunt autem octo. Vnum, rationes repoſcere. Alterum, ſi publice quis*

indici duellũ vel purgatio per iudiciũ ignis, vel aquæ, vt ꝙ accuſatus accipiat ignitũ ferrũ manu nuda, & ſi vratur iudicetur reus, ſi nõ, abſoluatur, vel ꝙ ligatis manibus & pedibus ponatur in aqua magna, & ſiquidẽ euadat, abſoluat̃, ſi nõ, reputet̃ reus fuiſſe, ſicut dicitur Athenis, ꝙ iudex cõpulit deſcẽdere in puteo quendã ad purgãdũ forte ſe ſuper homicidio. Iſtud autẽ eſt irrationabile, quia hoc eſt cõmittere ſe fortunę & iudicio diuino, & ideo raro fit, nũc hominibus magis vtentibus ratione, minus autẽ in magnis ciuitatib⁹ vbi plures ſũt ſapiẽtes. Septima ſpecies iudicij eſt, quæ ẽ iudicatiua de diſceptatione peregrinorũ, & iſta eſt duplex. Quædã quę eſt iudicatiua controuerſiæ, quæ eſt inter peregrinos adinuicẽ. Alia ẽ iudicatiua de diſceptatione quæ eſt inter peregrinos extraneos & ciues. Adhuc præter iſtas ſpecies iudicij eſt vna alia q̃ eſt octaua, & eſt illa, quæ eſt iudicatiua de paruis cõmutationib⁹, quæ ſunt circa minima, & quaſi pũctualia, vt de his, quæ ſũt quinq; drachmarũ, & de his, quæ parum plus valent: de omnibus. n. talibus oportet fieri iudiciũ, nec debẽt reduci in multitudinẽ iudiciũ pp paruitatem earum, ſed in aliquem vnũ determinatum. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quędã a cõſideratione ſua, & dicit quòd de iſtis, & de ſpeciebus iudicatiuis homicidiorũ, & de illis qui iudicãt de diſceptatione peregrinorum dimittatur ad pręſens, ſed de ſpeciebus iudicij pertinentibus ad Rẽpublicam dicendum eſt, quia ſi iſta nõ bene fiunt, accidunt ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum, de talibus autem per quæ poſſunt contingere ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum pertinet ad ciuem determinare. Deinde cum dicit.

d ¶ Tãgit modos inſtituẽdi iudiciũ & diuidit in duas. In prĩa tãgit modos inſtituẽdi iudiciũ. In ſecũda oñdit q modi cui reipu. cõueniũt, ibi. {Horũ aũt.} In prima dicit, ꝙ neceſſe ẽ oẽs iudicare, aut quoſdam,

ſi oẽs, aut de oĩbus, aut de quibuſdã: ſi de omnibus, aut de omnibus per electionẽ, aut de omnibus per ſortem, aut de omnibus hæc quidem ſorte, alia vero electione: ſi omnes iudicent de quibuſdam, aut iudicabunt de quibuſdã ſorte, aut electione: de quibuſdam, hęc quidem per ſortem, alia per electionem, & ſic ſunt quatuor modi ſi omnes iudicent, ſimiliter erũt quatuor modi ſubdiuidẽdo aliud membrum. Adhuc ſi quidam iudicant, aut iudicant de omnibus, aut de quibuſdam, ſi iudicant de omnibus, aut iudicant ſorte de omnibus, aut per electionem, aut de omnib⁹ hęc iudicant ſorte, alia autem electione. Si autem iudicent de quibuſdam, aut ſorte iudicant de quibuſdam, aut electione, aut de quibuſdã quidam ſorte, quidã electione, & ſic ſunt alij quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum, ſcilicet vt quidam iudicant, & hoc breuiter innuit, cum dicit, vel quædam iudicia ſcilicet omnibus, vel quibuſdã ex ſortitis & electis. Vlterius concludit, ꝙ iſti modi conſimiles ſũt modis dictis pri⁹ de inſtitutione principatus. Iterũ ſi iſta fuerint cõbinata erunt alij modi. Vt ſi dicamus quòd iudicantes ſunt, aut ex omnibus, aut ex quibuſdam, & hoc ſecundum alterum modũ eligendi, ſcilicet ſorte & electione, vt ſi dicamus, quòd iudicia aut ſunt ex omnibus, aut quibuſdam, & ſi ex omnibus, aut ſorte, aut electione, aut ex omnibus, hi quidem electiõe, alij vero ſorte: & ſi ex quibuſdam aut ſorte, aut electione, aut ex quibuſdam quidem ſorte, ex quibuſdam vero electione, & tunc concludit, quòd tot contingit eſſe modos iudiciorum. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtẽdit qui modi Reipublicæ conueniunt, & dicit, ꝙ primi quatuor. ſ. oẽs de oĩbus conueniũt ſtatui populari. Secũdi quatuor paucorũ potẽtiæ ſunt. ſ. qcũq; ex quibuſdã de oĩb⁹. Tertij quatuor optimatibus conueniunt & Rebuſpu. ſ. ꝙ iudicia partim ſunt ex omnibus, partim ex quibuſdam.

ſiquis iniuſte leſerit aliq̃d cõmuniũ, alia quęcũq; ĩ politiã ferũt, quarta & principibus, & idiotis quicũq; de damnificatiõibus altercãtur, quinta de proprijs cõmutationibus & habẽtibus magnitudinẽ, & pp hoc qđ homicidiale & qđ peregrinũ. Homicidialis quidẽ igit̃ ſpecies, ſiue inter eoſdem iudices, ſiue int. r alios, ſed de ijs quæ ex præmeditatiõe & de inuolũtarijs, & quæcũq; cõfitẽtur quidẽ, altercãtur autẽ de iuſto. Quartũ autẽ quæcũq; fugientibus in deſcenſu ferũtur homicidia, velut Athenis dicit̃, & qđ in puteũ cõpulit iudex. Accidit autẽ talia in p̃ſenti tẽpore pauca, & in magnis ciuitatibus, Peregrinalis autẽ, vnum quidẽ extraneis ad extraneos, aliud, extraneis ad ipſos. Adhuc aũt præter oĩa hæc de paruis cõmutationibus quæcũq; pũctalia & quinq; dragmarum & paulo amplioris. Oportet. n. & de ijs fieri iudicium, non incidunt autem in iudicium multitudinem.

c Sed de ijs q̃dẽ dimittat̃, & de homicidialib⁹, & de peregrinalib⁹. De politijs aũt dicam⁹ de q̃bus non factis bene, ſeditiones fiunt & politiarum motus.

d Neceſſe itaq; aut oẽs de oĩb⁹ iudicare, diuiſis electiõe, aut ſorte. Aut oẽs de oĩb⁹, ij q̃dẽ ſorte, ij ãt electiõe. Aut de q̃buſdã eiſdẽ, hos q̃dẽ ſorte, hos aũt electione. Iſti quidẽ igit̃ modi quatuor numero, tot aũt, & alteri qui ſm̃ partẽ. Rurſũ. n. ex q̃buſdã & iudicãtes de oĩb⁹ electiõe, aut ex q̃buſdã de oĩb⁹ ſorte, aut hoc q̃dẽ ſorte, hoc ãt electiõe, aut q̃dã p̃toria de eiſdẽ ex ſortialib⁹ & electis. Iſti q̃dẽ igit̃ ſicut dicti fuerũt modi dictis. Adhuc aũt eadẽ cõbinata, dico aũt puta, ij q̃dẽ ex oĩb⁹, ij aũt ex q̃buſdã, ij ãt ex ambob⁹, velut ſi p̃torij eſſent, ij q̃dẽ ex oĩb⁹, ii aũt ex q̃buſdã, & aut ſorte, aut electiõe, aut ambobus. Quot quidem igitur cõtingit eẽ modis p̃toria, dictũ ẽ.

e Horũ aũt, prĩa q̃dẽ demotica q̃cũq; ex oĩb⁹, aut de oĩb⁹, ſecunda aũt oligarchica q̃cũq; ex quibuſdã de oĩb⁹, tertia aũt ariſtocratica & politica, q̃cũq; ii quidẽ ex oĩb⁹, ij autẽ ex quibuſdã.

*cui iniuriatus ſit. Aliud, quot ad ſtatum ciuitatis pertinent. Quartum, & magiſtratibus & priuatis hominibus, quæcumque circa pœnas verſantur. Quintum de priuatis contractibus, & habentibus magnitudinem. Ac præterea de homicidiis, & de peregrinis.*

G *Homicidii rurſus ſpecies, ſiue in ipſis iudiciis, ſiue in aliis, ex prouidentia fecerit, vel inuitus, & quotcumque conſitemur quidem facta, ſed de iure controuerſiam facimus. Et quot pro homicidio exulantibus, circa reditum ſtatuuntur, vt Athenis dicitur, & in Pheatti iudicium. Contingunt autem talia, & in omni tempore pauca, & in magnis ciuitatibus: de peregrinis autem vna pars eſt, ſi peregrinus contra peregrinum agat. Altera, ſi peregrinus contra ciuem. Eſt inſuper vltra hæc*

H *omnia de paruis rebus cognitio, quæ drachmas quinque, aut non excedant, aut parum. Oportet enim de his ius dici, nec incidit in iudiciorum multitudinem.*

*Sed omittamus de his, & de homicidiis, & de peregrinis. Dicamus autem de ciuilibus, in quibus, ſi non recte iudicetur, ſeditiones gignuntur, ac Rerumpublicarum motus.*

*Neceſſe eſt enim, uel omnes de om-*

I *nibus ſupradictis iudicare, electione, vel ſorte, uel omnes de omnibus, partim ſorte, partim electione, uel de quibuſdã eorũ aliquos partim ſorte, partim electione aſſumptos. Hi ergo modi ſunt quatuor, totidẽ alteri qui ſecũdum partẽ. Rurſus. n. ex quibus, & qui iudicãt de oĩbus p̃ electionẽ, aut ex q̃bus de oĩbus p̃ ſortẽ, uel partim ſorte, partim electione, vel quædã iudicia ex eiſdẽ, ex ſortitis & electis. Iſti ergo, ut dictũ eſt, ſunt modi in p̃dictis. Inſuper ea-*

K *dẽ cõduplicata, ut quædã ex omnibus, quædam ex quibuſdam, quædã ex utriſque, ceu ſi eiuſdem iudicii eſſent alii ex omnibus, alii ex quibuſdam, & uel per ſortem, uel per electionem, uel ex ambobus. Quot igitur modi iudiciorum eſſe poſſint, dictum eſt.*

*Horũ autẽ, prima popularia ſunt q̃cumq; ex oĩbus, uel de oĩbus. Secũda uero paucorum potentiæ quæcumque ex quibuſdã de omnibus. Tertia optimatum & ciuilia, quæcumque partim ex omnibus, partim ex quibuſdam.*





# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVINTVS,

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquam Philoſophus determinauit de Rebuſpublicis oſtendendo quid eſt, & de differentijs eius, & in vniuerſali & in particulari. In iſto Quinto libro determinat de principijs ſaluantibus & corrumpentibus Rempublicam, & diuiditur in partes duas. In prima dat intentionem ſuam continuando dicta dicendis. In ſecunda proſequitur cum dicit. { Oportet autẽ &c.} In prima dicit, quòd poſt illa quæ determinata ſunt prius, conſequenter dicendũ eſt ex quibus corrumpũtur Reſpublica, & ex quot, & ex qualibus, & quę ſint corruptiones, & correctiões cuiuſque Reipublicæ, & ex qualibus & quibus Rebuſpu. ad quales fit tranſmutatio. aliquando enim vna Reſpublica trãſmutatur in aliã, & ideo videndum eſt a quali ad qualem contingit fieri trãſmutationẽ. Item dicẽdum eſt de ſaluatiõe cuiuſq; Reipub. qualiter ſcilicet ſaluatur vnaquæque, & in vniuerſali & in particulari. Itẽ dicendum eſt per q̃ maxime habet ſaluari quęlibet: de omnibus enim alijs quæ propoſuimus dicere, in principio fere dictum eſt, & dicit fere, quia ſuperius fecit mentionem de inſtitutione principatus, ſed non determinauit de ipſa ad plenũ, ſed determinabit in ſequenti libro, ſcilicet in Sexto. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in duas. In prima p̃ſequitur de ſaluatione & corruptione Rerumpublicarum ſecundum intentionem ſuam. In ſecunda circa hoc reprobat opinionẽ Platonis in fine huius Quinti cũ dicit. {In Republica &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas corruptionis & ſaluationis Rerumpu. proprie dictarũ, ſcilicet in quibus plures principantur. In ſecunda determinat cauſas corruptionis & ſaluationis monarchiarum, ſicut tyrannicæ & regalis, ibi. {Reſtat autem &c.} Prima in duas. In prima determinat

Lectio. 8.

cauſas corruptionis Rerumpu. in quibus principantur plures.

Lectio. 7.

Secũdo determinat de cauſis ſaluationis, ibi. { De ſaluatiõe &c.}

B Prima in duas. Primo dat radicale principium corruptionis Rerumpublicarum. Secundo determinat cauſas & principia corruptionis proxima magis, ibi. {Sunt autem &c.} Prima in duas. In prima declarat quæ eſt radix corruptionis Rerumpu. & quomodo tranſmutantur. In ſecunda reſumit cauſam illam vt addat, ibi. {Vbique. n. &c.} Prima ĩ duas. In prima oſtendit quod eſt radicale principium corruptionis. In ſecũda oſtendit quot modis tranſmutantur, ibi. { Propter quod &c.} Adhuc prima ĩ duas. In prima præmittit quiddam. Secundo ex illo concludit cauſam primam corruptionis Rerũpublicarum, ibi. { Et propter hãc cauſam &c.} In prima dicit, quòd ad videndum cauſam corruptionis Rerumpublicarum, oportet primo accipere pro principio, quòd Rerumpublicarum, quædam ſunt rectæ, quædam autem non, & quòd omnes intendũt aliquod iuſtum & æquale ſecũdum proportionem. Et ratio huius eſt, qa omnes intendũt ſaluationem. Reſpu. autẽ ſaluari non poteſt ſine coniunctione, nec coniunctio fieri poteſt niſi reddatur æquale, hoc autem iuſtum eſt. ergo omnes intendunt iuſtum & æquale. Peccant tamẽ multi in determinando illud iuſtum. Quidam enim male determinant ipſum, populus enim putat, quòd ſi ſint aliqui æquales in quocũq;, ꝙ ſint æquales ſimpliciter, & quòd æqualiter debent recipere, & quia omnes ciues ſunt liberi, & ęquales ſimpliciter dicit eos eſſe. Paucorum vero potentia putat, quòd ſi ſint inæquales in aliquo, quòd ſint inæquales ſimpliciter, & inæqualiter debeant recipere illos ſcilicet qui ſunt inæquales in diuitijs, putant inæquales eſſe ſimpliciter & inæqualiter debere recipere de bonis cõmunibus, ſed non oportet, quòd inæquales in diuitijs ſint inæquales ſimpliciter, nec æquales in libertate ſint æquales ſimpliciter, quia diuitiæ & libertas non ſunt bona hominis ſecundum quòd homo. Manifeſtum igitur eſt, quòd omnes intendũt æquale, & dicit quòd vlterius

### LECTIO I.

DE alijs quidẽ igitur quæ pręeligimus, fere dictũ eſt de omnibus, ex quib⁹ autem tranſmutantur politiæ, & ex quot, & ex qualib⁹, & quæ ſint vniuſcuiuſq; politiæ correctiones, & ex qualibus ad quales maxime referuntur, adhuc autẽ ſaluatiões q̃ ſint vniuſcuiuſque & cõiter & ſigillatim. Adhuc aũt per quæ vtiq; maxime ſaluabit̃ politiarũ vnaquæq;, cõſiderandum conſequẽter dictis.

b Oportet aũt primo ſuſcipere principiũ, quia multæ factæ ſũt politiæ, oĩbus quidẽ cõfitentib⁹ quod iuſtum, & qđ ſecundũ proportionẽ æquale. Adhuc autem peccantibus, ſicut dictum eſt & prius. Demos quidẽ. n. factus eſt ex eo quòd eſt æquales in quocũq; exiſtentes, putare ſimpliciter æquales eſſe. Quia. n. liberi, ſimiliter oẽs, ſimpliciter æquales eſſe putant. Oligarchia autẽ ex eo quòd eſt inæquales in quacumq; exiſtentes, exiſtimare totaliter eſſe inæquales, ſecundum ſubſtantiam. n. inęquales, ſimpliciter inæquales exiſtimant eſſe. Deinde quidẽ ij tamquã æquales exiſtẽtes, oĩbus æqualib⁹ volũt participare, ij aũt tãquã inæquales exiſtentes, ſupergredi q̃runt, quod enim plus, inæquale. Habent quidem igitur politiæ omnes aliquid iuſtum, vitiatæ autem ſunt ſimpliciter.

### *LECTIO I.*

*DE aliis quidem omnibus, de quibus dicere propoſuim⁹, fere dictum eſt. Ex quibus autem mutantur Reſpublica, & quot ea ſint, & qualia, & quænam ſint ſingularum Rerumpublicarũ corruptiones, & labes, & ex qualibus in qua-*

C *les maxime mutantur. Præterea, quæ remedia generaliter, & ſpecialiter cuiuſque, & per quæ maxime conſeruari poſſit vnaquæque Reſpublica, conſiderandum deinceps erit.*

*Oportet autem prius illud principium aſſumere, quòd plures ſunt formæ Reipublicæ. Et in his confitentur quidem omnes iuſtitiam, & conuenientem æquitatem. Sed aberrant ab ea, vt eſt ante dictum. Nam popu-*

D *lus conſtat ex his, qui cum ſint ſecundum quid pares, putant ſe ſimpliciter pares. Paucorum vero potentia, ex his qui cum præſtent aliqua re, ſe in cunctis præſtare arbitrantur. Opibus enim ſuperantes, ſimpliciter exiſtimant ſe ſuperare. Deinde uero illi quaſi pares exiſtentes, in cunctis dignum putant ſe parem portionem habere. Hi autem quaſi ſuperiores ſint, maiora ſibi competere arbitrantur.*

E *Maius enim inæquale. Habent vero omnes aliquid iuſtum, ſed ſimpliciter aberrant.*

F vlterius accipiunt, quòd ſi ſint æquales aliqui, quòd debent recipere ęqualitèr de communibus bonis, & cum omnes ſint liberi ęqualiter ſecundum populares ſtatus, debent omnes recipere de bonis communibus æqualiter, quaſi paralogizantes ęquales æqualiter debent recipere de bonis communibus, ſed liberi ſũt non habent potentiam, nec putant ſe habere iuſtã cauſam, ideo non mouent. Sed ſi iſta concurrerent, quòd haberet cauſam iuſtam & potentiam, & non eſſet detrimentum boni cõmunis, mouerent ſeditionem rationabiliter, & peccarent ſi non mouerent. Deinde cum dicit.

æquales. ergo ęqualiter debent recipere. Sed manifeſtum eſt, quòd hic eſt defectus ſecũdum quid & ſimpliciter. Non enim ſequitur, ſunt æquales in aliquo, ſcilicet libertate. ergo ſũt ſimpliciter æquales. Paucorum vero potẽtia dicit, quòd cum ipſi ſint alijs inæquales, quia excellentes eos debent recipere plus & præponendi ſunt in plus accipiendo. Quod enim plus eſt, inæquale eſt. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd omnes iſtę Reſpublicæ aliquid iuſtũ intendunt. ſed vitiatæ ſunt ſimpliciter. Deinde cum dicit.

c ¶ Concludit ex dictis primam radicem & primũ principiũ corruptionis Reipublicæ & ſeditionis. Et primo facit hoc. Secũdo adiungit aliud prĩcipium, ibi. {Sunt autem &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit qui ſunt in ciuitate, qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem, & tamen nõ faciunt, ibi. {Omnium aũt &c.} In prima dicit, quòd cum vnuſquiſque ſecundum vnam dignitatem debeat recipere de bonis communibus, quando nõ recipiunt ſecundum ꝙ exiſtimãt ſe dignos, faciũt ſeditionem in ciuitate, & mutãt rẽpublicam: ex hoc. n. quod non recipiunt ſecundum exiſtimationem quam habẽt de ſe, videtur eis, ꝙ fiat eis iniuſtum, & ꝙ contemnantur. Iſta aũt cauſa ſunt diſſenſiõis. Deĩde cũ dicit.

c Et propter hanc cauſam, quã do non ſecundum exiſtimationem, quam forte vtrique participẽt politia, ſeditiões faciunt.

*Et ob eam cauſam, quando non pro opinione ſua, vtrique reportent de Republica, ſeditiones concitant.*

d Omnium autẽ iuſtiſsime quidem vtiq; ſeditiones facerent, minime autem hoc agunt qui ſecundum virtutem differunt. Maxime enim rationabile inæquales ſimpliciter eſſe hos ſolum.

G *Omnium vero iuſtiſſime hoc facerent qui uirtute præcellunt, qui tamen minime omnium id faciunt. Nam hi ſimpliciter rationabile eſt, vt ſoli præferantur.*

e Sunt aũt qdã q̃ ſm̃ genus excellẽtes, nõ dignificãt ęqualib⁹ ſeipſos pp inæqualitatẽ hãc. Nobiles. n. eſſe vidẽtur quib⁹ exiſtũt progenitorum virtus & diuitiæ. Principia qdẽ igitur, vt eſt dicere, hæc & fontes ſeditionũ ſunt, vnde ſeditiones mouent.

*Sunt autem quidam, qui præſtantes genere, plus habere ſe dignos putant. Videntur nobiles eſſe illi, quorum maiores uirtute & diuitiis præditi fuere. Hinc principia & fontes, ut ita dixerim, ſeditionum oriuntur.*

f Propter quod & trãſmutationes fiunt dupliciter. Quandoq; quidem enim ad politiam, vt ex inſtituta aliam conſtituant, velut ex democratia, oligarchiã, aut democratiam. Ex oligarchia, aut politiam, & ariſtocratiam ex ijs, aut has ex illis.

H *Quapropter & mutationes merito fiunt, quandoque ex præſenti ſtatu ad alium, ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, uel ad popularem ex paucis, uel ad Rempublicam & optimatem ex illis, uel ad illas ex iſtis.*

g Qm̃ autẽ, neque ad conſtitutã politiã, ſed inſtitutionẽ quidẽ eligunt eandem, per ipſos autẽ eſſe volunt hanc, velut oligarchiam & monarchiam.

*Quandoque præſentem gubernandi formam non quærunt mutare, ſed in ea permanentes pro ſe illam ſuſcipiunt, ut paucorum potentiam, uel*

I *monarchiam.*

h Adhuc de eo quod eſt magis & minus, velut oligarchiam exiſtentem ad magis oligarchizari, vel ad minus ad democratiã exiſtentem ad magis Democratizari, vel ad minus, ſimiliter etiam & in reliqs politijs, vt aut intendantur aut remittantur.

*Inſuper circa magis & minus, ceu uel paucorum potentiam exiſtentem, magis extendere, uel cohercere, uel popularem ſtatum ampliare, uel reſtringere. Eodemque modo de aliis ſpeciebus ampliandis, uel reſtringendis.*

i. Adhuc ad partem aliquam politiæ mouere, puta principatum aliquẽ inſtituere, vel deſtruere,

K *Vel in aliqua parte Reipublicæ mouenda, ceu magiſtratum quemdam de nouo inducere, uel remouere, ut apud*

e ¶ Adiungit aliud principiũ corruptionis Reipublicæ, & dicit, quòd ſunt alij qui excellentes alios in nobilitate, credũt excedere illos ſimpliciter, & ideo reputant ſe dignos maioribus. Tales autem vidẽtur eſſe illi, qui habẽt diuitias & virtutem a progenitoribus, & iõ ſi non recipiãt de bonis cõmunibus ſecũdum exiſtimationẽ, quam habent de ſeipſis, mouent diſſenſionem, & tunc contingit quòd principia & fontes ſeditionum, p quæ mouentur ciuitates ſunt iſta, ſed iſtud principium reducitur ad primum. Eſt enim radix ſeditionis excellentia in nobilitate per hoc ꝙ tales nõ recipiũt ſm̃ exiſtimationem ſuã. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat, quot modis fit trãſmutatio Reipublicæ, & diuidit in quatuor, ſecundum quòd ponit quatuor modos. Secunda, ibi. {Quoniã autẽ &c.} Tertia ibi. {Adhuc de eo &c.} Quarta ibi. {Adhuc ad partẽ &c.} In prima dicit, ꝙ propter hoc quod contingit fieri ſeditionẽ in Republica, cõtingit Rempublicã mutari. Primo quidem quando fit trãſmutatio a Republica, vna ad aliam diuerſam, vt quando ex Repu. inſtituta, fit tranſmutatio ad aliã: vt ex populari gubernatione, adminiſtratio paucorum conſtituatur, aut econuerſo, vel ex illis ad Rẽpublicã & optimatũ ſtatum, vel econtra. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem in ciuitate, & tamen non mouent. Et dicit, quòd inter omnes iuſtiſſime poſſunt mouere ſeditionem in ciuitate, quàmuis nõ faciunt virtuoſi excellentes alios ſecundum virtutem. Et ratio huius eſt, qa illi qui ſunt ſimpliciter inęquales, ſi non recipiant ſecundum illam inæqualitatem, iniuſtum fit ſimpliciter eis, ſed virtuoſi ſunt ſimpliciter inæquales reſpectu aliorum ipſos excedentes ſecundum virtutem. ergo ſi non recipiant ſecundum illam inæqualitatem iniuſtum fit eis. Et cum excedant in eo quod eſt bonum ſimpliciter, iuſtiſſime poſſunt mouere diſſenſionem, ſed non faciunt propter duas cauſas. Prima eſt, quia frequenter contingit propter diſſenſionem detrimentum boni cõmunis. Sapiens autem vt plurimum plus diligit bonum commune quàm propriũ, & ideo non facit diſſenſionem. Secunda ratio eſt, quia ad hoc quòd aliquis debeat mouere ſeditionem in ciuitate, oportet ꝙ habeat iuſtam cauſam & potentiam, ſed virtuoſi vt frequenter

g ¶ Ponit ſecundum modum & dicit, ꝙ aliquando tranſmutatur Reſpublica in aliam Rempublicam, ſed manet eadem, & eligunt eandem habere inſtitutionem & ordinationem Reipublicę, ſed principantes mutant & volunt eãdem Rempu. regere & obſeruare per ſeipſos, vel per amicos ſuos, ſicut in paucorum potentia & monarchia regali, manente eadem Repu. volunt eã ſeruari & regi per alios, & ideo mutant eos. Similiter eſt in monarchia ipſa remanẽte aliã conſtituũt quãdoq;. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiũ modũ & dicit, ꝙ iterũ fit trãſmutatio Reipub. nõ ꝙ Reſpu. trãſmutet̃ in aliã, nec etiã quãtũ ad principat⁹ p ſe, ſed fit qa eadẽ Reſp. mutat̃ in eãdẽ magis intẽſam vel remiſſam, ſicut paucorũ ſtatus trãſmutat̃ in paucorũ ſtatũ, magis intenſum vel remiſſum, vel popularis ſtatus in popularẽ ſtatum magis, vel minus intẽſum. Sil̃r eſt ĩ alijs Rebuſp. vt fiat trãſmutatio Reip. eiuſdẽ in eandẽ ſm̃ intenſionẽ & remiſſionẽ. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit quartum modum & dicit, quòd quarto fit tranſmutatio



ratio Reipu. ſecundum partem, vt quando vnus principatus deſtruitur & alius inſtituitur, ſicut dicitur factum fuiſſe in Lacedęmonia, quòd Liſander conatus fuit diſſoluere regnum. Et ſimiliter alius nomine Pauſanias, qui rex fuit, conatus fuit deſtruere principatum Ephororum, ſecundum quem alius habet poteſtatem conuocandi multitudinem. Cõſimiliter fuit in ciuitate, quæ dicitur Epidamnum, fuit tranſmutata Reſpub. ſecũdum partem. In illa enim ciuitate erat alius principatus, illi vero amouerunt eũ, & fecerunt principatum ſenatorum. Videntes enim, ꝙ multi erant amatores illius principatus, mutauerunt ipſum in ſenatores. Propter qđ ſtatuerunt etiam apud Elienſes, ꝙ principatus omnes eligerentur in communi. Vñ neceſſe erat omnes principatus, qui poteſtatem habebãt & dignitatem in Repu. concurrere quando magiſtratus creabatur, & ibi eligere vt minor fra⁹ fieret. Ille autem principatus, qui fuit amotus paucorum potentiæ erat, & erat vnus prĩceps in illa Republica, non plures. Deinde cum dicit.

k ¶ Reſumit cauſam ſeditionis vt addat, & primo tangit cauſam ſeditionis. Secundo exponit qđdam dictum, ibi. {Eſt enim duplex &c.} In prima dicit, quòd vbique fit ſeditio propter inęqualitatem, & nõ ſolum in æqualibus ſecundum aliquid eſt æquale proportione, puta diues & pauper inæquales ſunt ſecundum ſubſtantiam, tamen contingit eis fieri ęquale ſecundum proportionem, ſimiliter magis & minus virtuoſos, ſed etiam eis qui ſunt inæquales contingit fieri inæquales ſecundum proportionem, puta ſi quis ſit dignior alijs ſecũdum virtutẽ, dignũ eſt eum regem eſſe, ſed non perpetuum, quia forte non tantum excedit dignitas eius in virtute dignitatẽ aliorum, quantum honor perpetuo regnandi excedit honorem aliorum, & ideo eis inæqualis contingit fieri inæquale ſecundũ proportionem. Vniuerſaliter igitur exiſtimantes ſe debere æquale & non habentes, ſeditiones mouent in Repub. Et eſt intelligendum, quòd immediatum principium ipſorum agibiliũ eſt electio. Electio autẽ eſt habitus præconſiliatiuus. Ad conſiliũ aũt requirit̃ intellect⁹ practicus quare intellect⁹ practic⁹ eſt principiũ agibiliũ. Principiũ aũt intellectus practici eſt volũtas recti finis, & ideo adhuc principiũ agibiliũ eſt appetitus recti finis. Volũtas vero recti finis præſupponit intellectũ ſpeculatiuũ, & ideo

A intellectus ſpeculatiuus cauſa eſt & principium agibilium. Et quantum ad hoc dixit prius, quòd exiſtimare, principium eſt ſeditionis, principium vero intellectus eſt intelligibile, & hoc eſt inæqualitas. Secundum hoc dicit hic, ꝙ inæqualitas eſt cauſa ſeditionis. Deinde cum dicit.

ſicut in Lacedæmonia, aiunt quidem Lyſandrum conatum fuiſſe diſſoluere regnum, & Pauſaniã regem Euphoriam, & in Epidamno autem tranſmutata fuit politia ſecundum partem, pro Philarchis enim conſilium fecerũt. Apud ęliẽſes aũt in prętorio eorũ neceſſe eſt, adhuc quis politeumate ire principat⁹, cũ eligitur aliqũis principatus. Oligarchicum autem & princeps vnus in hac politia.

*Lacedæmonios ferunt Lyſandrum tentaſſe regiam poteſtatem tollere. Et Pauſaniam regem Ephoros, & Epidamni mutata eſt Reſpublica in parte, cum per tribuum præfectis ſenatores creauerunt. Apud Eliænſes vero neceſſarium eſt illorum etiam qui*

B *verſantur in Republica dignitates inuadere, quando creatur magiſtratus aliquis. Paucorum autem potentiæ erat in hac Republica, quòd vnus ſolus ad magiſtratum ſumebatur.*

k Vbique enim propter inæquale ſeditio, nõ ſolum inæqualibus exiſtit proportionale, perpetuum enim regnũ inæquale, ſi ſit in æqualibus. Totaliter enim æquale quærentes, ſeditiones faciunt.

*Vbique enim propter inæqualitatem oritur ſeditio, diſparibus tamen non exiſtit proportio. Perpetua enim poteſtas regia iniqua foret, ſi eſſet in paribus, omnino enim quærentes æquum, in ſeditiones incidunt.*

C

l Eſt enim duplex qđ æquale, hoc quidem enim numero, hoc autem ſecundum dignitatẽ eſt. Dico autem numero quidem multitudine, aut magnitudine idem & æquale, ſecundum dignitatem autem quod ratione, vt puta excedunt ſecundum numerũ quidem ęquali, tria duo, & hoc vnum, ratione autẽ quatuor duo, & hoc vnum, æqualis enim pars duo ipſorũ quatuor, & vnũ duorũ, ambo. n. dimidiũ.

*At enim duplex eſt æquum, vnum numero. alterum dignitate. Numero quidem, ceu multitudine, ac magnitudine, idem & æquum. Dignitate autem dico id, quod eſt ſecundum rationem, ceu tria excedunt duo, ſecundum æqualem numerum, & hoc in vno. Dico autem quatuor excedere duo, & hoc in vno, æqua enim pars duo ex quatuor, & vnum ex duobus, ambo enim medietates.*

D

m Confitẽtes aũt ſimpliciter eſſe iuſtum quod ſecundũ dignitatẽ, differũt, ſicut dictũ eſt prius, ij quidem, quia ſi ſecundum aliquid æquales ſint, æquales totaliter eſſe putant, ij autẽ, quia ſecundũ aliquid inęquales, oĩbus inæqualibus dignificãt ſe ipſos.

*Fatentes autem ſimpliciter eſſe iuſtum id quod eſt ſecundum dignitatem, contendunt, vt prius dictum eſt. Alii quia ſi in aliquo ſint pares, ſe penitus pares exiſtimant. Alij quia ſi in aliquo præſtant, in cunctis ſe ſuperare arbitrantur.*

n Propter quod, & maxime duæ fiunt politiæ, demos, & oligarchia, nobilitas enim & virtus in paucis, hæc autem in pluribus. Nobiles enim & boni nuſquam centum, egeni autem in multis locis.

E *Quamobrem duæ præcipue fiunt gubernãdi formæ. Populus. ſ. & paucorũ potentia. Nobilitatẽ. n. ac virtutẽ in verbis quidẽ oẽs ferè vſurpant. At enim qui reuera nobiles, ac boni ſint, nuſquam centum reperiuntur. Diuites autem multis in locis.*

l ¶ Eponit quod dixit, ſcilicet ęquale, & primo facit hoc. Secundo aſſignat diuerſitatem inter quędã dicta, ibi. {Confitentes autem &c.} Circa primum intelligẽdũ eſt, quòd proportio eſt habitudo duarum quantitatum ad inuicem. Proportionalitas vero eſt habitudo proportionum, quæ conſiſtit in quatuor terminis, vel ſecundum rem, vel ſecundum rationem, huiuſmodi autem proportionis æqualitas, vel ſimilitudo attenditur vel ſecundum æqualitatem quantitatis, vel ſecundũ ęqualitatem dignitatis, vel ſimilitudinis. Et hoc eſt qđ dicit, quòd æquale dupliciter dicitur. Vno modo æquale dicit̃ numero. Alio modo ſecundum dignitatem, & exponit quòd æquale numero dicit̃ æquale ſecũdum magnitudinem, vel ſecũdum multitudinem. Secundum dignitatẽ æquale dicitur æquale ſecundum proportionẽ ſimilitudinis. Et declarat per exempla æquale ſecundũ quantitatem, vt ſicut ſe habent duo ad vnum, ſic tria ad duo. Exceſſus enim vtrobique ęqualis eſt. Aequalitas vero ſecundum dignitatem, vt ſi dicamus: ſicut quatuor ad duo, ſic duo ad vnum, ſicut enim duo ſũt medietas de quatuor, ſic vnum eſt medietas duorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit diuerſitatem inter quædã dicta. Dixit enim quòd omnes volunt æquale ſecundum dignitatem popularis ſtatus & paucorum, dicit ꝙ differenter, & primo facit hoc. Secundo infert correlarium, ibi. {Propter quod &c.} In prima dicit, quòd omnes confitentur, quòd iuſtum eſt ſecundum dignitatem, ſed differunt quia popularis ſtatus fautores dicunt, quòd ſi ſint aliq. æquales ſecundum aliquid, puta ſecundum libertatem, quòd ſimpliciter ſunt æquales, & quòd æqualiter debent recipere, paucorum ſtatus fautores. Etiam dicunt, quòd ſi aliqui ſunt inæquales ſecundum aliquid, puta ſecundum diuitias, quòd ſunt ſimpliciter inæquales & digniores, & ſecundum hoc inæqualiter recipere. Deinde cum dicit.

n ¶ Infert correlarium, & primo facit hoc. Secundo probat, ꝙ ſtatus populares & paucorum ſunt male ordinati, ibi. {Simpliciter.

citer vero &c. } In prima dicit, quòd propter hoc, quòd fautores ſtatus popularis volunt æquale, fautores vero paucorum inæquale, vnde ſtatus popularis & paucorum ſunt duæ Reſpublicæ maxime diſtinctæ. Nobilitas enim, ideſt inclinatio ad virtutẽ, & virtus in paucis reperiuntur, ſed paupertas in pluribus. Nobiles enim virtuoſi vix alicubi centum inueniũtur. Pauperes autem in pluribus locis, & ideo Reſpublicæ vt frequenter, vel ſunt paucorum, vel ſunt populares. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit, quòd ambæ ſunt malæ ordinatæ, & primo facit hoc. Secundo oſtendit, quòd ſtatus popularis ſit ſecurior ibi. { Attamen ſecurior &c. } In prima dicit, ꝙ vtraque Reſpublica male ordinata eſt, ſcilicet ſtatus popularis in qua attenditur ęqualitas ſecundum libertatem, & ſtatus paucorum, in quo eſt æqualitas ſecundum diuitias, ex eo quod accidit, ꝙ nulla iſtarum manſiua eſt. Et ratio huius eſt. Impoſſibile eſt enim ex eo quòd in principio corruptũ & inordinatum eſt, ĩ fine non accidere malum. iſtæ autem inordinatæ ſunt. Quãuis igitur in principio videatur modica inordinatio, tamen in fine magna & malum apparet. Tale autem non poteſt eſſe manſiuũ, & ideo vtraque Reſpublica, non poteſt eſſe manſiua, & quia vtraque vitiata & inordinata eſt, ad hoc quòd ſint magis manſiuæ, oportet quòd vtraque quandoq; vtatur æqualitate ſecundum proportionem arithmeticã, in qua intenditur æqualitas exceſſus, vt ſicut tria ad duo, ita duo ad vnum, & quãdoque æqualitate ſecundum proportionem geometricam, in qua attenditur æqualitas, vt ſicut ſe habent quatuor ad duo, ſic duo ad vnũ. Deinde cum dicit.

o Simpliciter autem omnino ſecundum vtramlibet æqualitatem ordinatum eſſe, prauũ, manifeſtum autem ex eo quod accidit, nulla enim ex talibus politijs manſiua manifeſta eſt, huius autem cauſa, quia impoſsibile a primo, & eo quod in principio vitiato, nõ occurrere in fine malum aliquod, propter quod oportet hoc quidem arithmetica æqualitate vti, hoc autem ea quæ ſecundum dignitatem.

p Attamen ſecurior magis, & minus ſeditioſa democratia q̃ oligarchia. In oligarchijs quidẽ enim fiunt duæ, quæ adinuicẽ ſeditio, & adhuc quæ ad populũ. In democratijs autẽ quæ ad oligarchiam ſolum, ipſi autem populo ad ſe ipſum quod & dignũ dicere, non fit ſeditio.

q Adhuc autem quæ ex medijs politia propinquior populo, quàm quæ paucorum, quæ quidem eſt ſecuriſsima talium politiarum.

## LECTIO II.

QVoniam autem conſideramus ex quibus ſeditiones fiunt & tranſmutationes circa politias, ſumẽdum vniuerſaliter prima principia & cauſas ipſorum. Sunt autem fere (vt eſt dicere) tres numero quas determinandum ſecundũ ſe typo primum, oportet enim accipere qualiter ſe habentes ſeditiones mouent, & quorũ gratia, & tertio quæ principia fuerint ciuilium turbationum & ſeditionum adinuicem.

b Eius quidem igitur quod eſt ipſos ſe habere aliqualiter ad tranſmutationem, cauſam vniuerſaliter maxime ponendum,

p ¶ Oſtendit, quòd ſtatus popularis ſit magis ſecurus & minus ſeditioſus, & diuiditur in duas ſecundum quòd oſtendit hoc per duas rationes: ſecunda, ibi. { Adhuc autem &c. } In prima dicit, quòd quamuis ſtatus paucorum & multorum ſint male ordinati, tamen ſtatus popularis eſt ſecurior & minus ſeditioſus quàm paucorum. Et ratio huius eſt, quia illa Reſpublica magis eſt ſecura, in qua fiunt pauciores ſeditiones, ſed in ſtatu populari ſunt pauciores quàm in ſtatu paucorũ, quia in ſtatu paucorum ſunt duæ ſeditiones. Vna diuitum inter ſe, alia pauperum ad diuites. In ſtatu populari vero vna ſeditio eſt, ſcilicet diuitum ad pauperes. Pauperũ aũt inter ſe nõ eſt ſeditio, q̃ ſit digna reputatiõe, qa inter ſe magis conueniunt q̃ cũ diuitibus. Deinde cum dicit.

F q ¶ Ponit ſecundam rationem & dicit, quòd iterum manifeſtũ eſt, quòd ſtatus popularis eſt ſecurior, quia Reſpublica quę eſt ex medijs, propinquior eſt populari ſtatui, quàm paucorum ſtatui, in quo pauci dominantur, ſed Reſpublica media ſecuriſſima inter tales Reſpublicas quæ declinant ab optima, ſed illa q̃ propinquior eſt, ſecuriſſime ſecurior ẽ quàm paucorum potentia.

*Simpliciter vero omnino ſecundum alterutra ſtatuere æqualitatem, improbum eſt. Patet autem ex eo quod contingit, nulla enim huiuſmodi Rerumpublicarum recipit ſtabilitatem. Cauſa vero huius, quia impoſſibile eſt ex primo errore in principio commiſſo, non euenire ad extremum aliquid* G *mali. Quare opus eſt partim arithmetica æquitate vti, partim ea quæ eſt ſecundum dignitatem.*

*Verumtamen tutior eſt, ac minus ſeditioni ſubiacet popularis gubernatio quàm paucorum, nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur ſeditiones. Vna inter ſeipſos, alia ad populum. In gubernationibus autem populi, vna tantum ſeditio fit ad paucorum* H *potentiam. Ipſis vero inter ſe q̃d quidem dignum dictu ſit, non accidit ſeditio populi.*

*Inſuper mediocrium hominum gubernatio propinquior eſt populari gubernationi, quàm illi quæ paucorum, quæ quidem eſt magis tuta, quàm aliqua huiuſmodi Rerumpublicarum.*

## *LECTIO II.*

*CVm uero conſideremus quibus de cauſis ſeditiones,* I *mutationeſque Rerumpublicarum euenerint, capienda ſunt primo vniuerſaliter principia & cauſæ earum. Sunt autem ferè tria, de quibus ipſis primo ſuccincte determinandum eſt. Videre enim oportet quemadmodum diſpoſiti ad ſeditiones deueniunt, & quarum rerum gratia, & tertio quæ ſint initia ciuilium turbationum, ac ſeditionum inter ciues.*

K *Quòd quidem igitur diſponantur ad res nouas appetendas illa eſt potiſſima cauſa de qua iam diximus, quia alij pares eſſe uolunt his qui plus poſ-*

## LECTIO II.

POſtquam Philoſophus poſuit primam radicem, & primum principiũ corruptionis Rerumpublicarum, & modos quibus trãſmutãtur, determinat cauſas vniuerſaliter hui⁹ corruptionis & tranſmutationis, & diuiditur in duas. In prima determinat cauſas corruptionis Rerumpu. in vniuerſali, non deſcendendo ad aliquã Rempub. In ſecunda determĩat cauſas corruptionis ſecundum vnamquamque Rempublicam ibi. { Secundum vnãquãq; &c. } Lectio. 4
Prima diuiditur in tres In prima determinat cauſas tranſmutationis Rerumpublicarum. Secundo declarat terminũ huius tranſmutationis declarando quæ Reſpublica in quam tranſmutatur, ibi. { Sunt etiam &c. } In tertia declarat qualiter maxime fiat huiuſmodi tranſmutatio, ibi. { Mouetur quoque &c. } Prima in duas. In prima p̃mittit intentum ſuũ. In ſecunda proſequitur, ibi. { Eius quidẽ &c. } In prima dicit, quoniam intẽtio noſtra eſt cõſiderare ex quibus fiunt ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum, accipienda ſunt primo in vniuerſali prĩcipia & cauſæ trãſmutationis & corruptionis Rerumpublicarum. Sunt autem tres cauſæ & tria prĩcipia fere, vt eſt dicere, tranſmutationis ipſarum, de quibus conſiderare oportet ſuccincte. Primo ergo oportet conſiderare qualiter homines ſe habentes mouent ſeditiones & tranſmutant Reſpublicas. Secundo propter quem finem hoc faciant. Tertio quæ ſint principia per quę diſponuntur ad mouendum diſſenſiones & ſeditiones in Republica. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in tres. In prima oſtendit qualiter ſe habentes mouent ſeditiones & turbationes. Secundo propter quem finem hoc faciunt, ibi. { De quibus autem &c. } Tertio quæ ſunt cauſæ & principia, & quot, & per quæ diſponũtur ad faciendum ſeditiones, ibi. { Cauſæ autem &c. } In prima dicit, quòd cauſa eius quod eſt homines aliqualiter ſe habere ad

faciendum



faciendum ſeditionem & turbationem eſt illa, de qua dictum, A eſt prius, quòd aliqui homines ex hocquod appetunt æquale, ſi non credant ſe habere æquale ſed minus, cum tamen ſint æquales vel exiſtiment ſe ęquales eſſe illis, qui plus receperunt, mouent ſeditionem. Alij autẽ volunt habere inæquale & plus exiſtimantes ſe inæquales alijs eſſe & excedere alios. Si autẽ exiſtiment ſe habere non plus, ſed ęquale vel minus mouẽt ſeditionem. Qualiter igitur ſe habẽtes mouẽt ſeditiões exiſtimãtes ſe minus habere quàm credãt ſe debere habere, ſed cõtingit iſta. ſ. plus & æquale appetere iuſte & iniuſte. Si.n. dignus eſt habere ęquale habens in ſe bonũ virtutis & ſimpliciter ęquale alijs, iuſte poteſt appetere. Si autem non eſt dign⁹ iniuſte appetit, ſimiliter poteſt aliquis appetere plus & inæquale, iuſte & iniuſte. Iuſte ſiquidem excellat alios in his, q̃ ſunt bona ſimpliciter. Si autem non excellat iniuſte appetit, quia illi qui minus recipiunt vt ſint alijs æquales in recipiẽdo ſeditiones faciunt, & illi qui ſunt æquales in accipiendo, vt plus accipiant diſſenſiones faciunt. Hoc autem eſt iniuſtum, & tunc concludit dicens, quòd qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones dictum eſt. Et eſt intelligendũ, ꝙ illa æqualitas attenditur ſecũdũ dignitatẽ eius q̃d eſt bonũ hominis ſecũdum ꝙ homo. Bonum autem hominis duplex eſt. Quoddã enim eſt bonum hominis intrinſecum, & iſtud diuiditur, quia quoddam bonum ſecundum partem inferiorem, ſicut ſanitas, robur. Aliud ſecundũ partem ſuperiorem, ſicut ſcientia, virtus, & huiuſmodi, & iſta sũt bona ſimpliciter. Alia sũt bona hominis exteriora, ſicut diuitię & honor, iſta vero ſunt bona ſecũdum quid, & ideo dignitas hominis ſimpliciter non debet attendi ſecundum dignitatem iſtorum bonorum, ſed ſecundum dignitatem bonorum ſimpliciter, & ideo quia in paucorum ſtatu attenditur æqualitas ſecundum iſta bona ſecundum quid, non conſideratur iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ideo propter iſta non mouetur iuſte ſeditio, ſi non recipiat plus qui excedit in iſtis. Sed ille qui non recipit æquale ſecundum dignitatem boni ſimpliciter, ſi ſit bonus iuſte poteſt mouere. In populari vero ſtatu conſideratur libertas, vt ſcilicet non ſeruiat aliquis alij ſecundum corpus vel in rebus: Iſta autem non eſt bonum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ideo quia in iſta Republica attenditur æqualitas ſecundum libertatem iſtam per quam non conſideratur iniuſtum ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Qualiter igitur ſe habẽtes hoĩes. i. qualiter diſpoſiti mouẽt ſeditiones dictũ eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat propter quem finem faciunt diſſenſionem. Et eſt intelligendum, quòd quidam eſt finis ſecundum veritatem, ſicut eſt bonum animæ. Alius finis eſt ſecũdum apparentiam, ſicut eſt bonum corporis. Decet igitur hominem in operatione ſua intẽ-

de qua iã exſtitimus dicẽtes. Ij qdẽ.n. æqualitatẽ appetẽtes, ſeditiões mouẽt, ſi putãt min⁹ habere, æquales exiſtẽtes ſupergrediẽtibus, ij aũt in æqualitatẽ & exceſſum, ſi exiſtimãt in æquales exiſtẽtes nõ plus habere, ſed æquale vel minus: hæc aũt eſt q̃dẽ appetere iuſte. Eſt aũt & iniuſte, minores.n exiſtẽtes, vt ęquales ſint, ſeditiões faciũt, & æquales exiſtentes, vt maiores. Qualiter quidem igitur ſe habentes ſeditiones faciunt, dictum eſt.

c De quibus aũt diſsident, ſunt lucrũ, & honor, & contraria ijs, etenim dehonorationem fugiẽtes, & damnum vel pro ſeipſis, vel pro amicis, ſeditiones faciũt in ciuitatibus.

d Cauſæ autẽ & principia motuũ, vñ ipſi diſponunt̃ dicto modo, & de dictis, ſunt quidẽ vt numero ſeptẽ exiſtẽtes, ſunt aũt vt plures quorũ quidẽ duo ſunt eadẽ dictis, ſed non eodẽ modo, propter lucrũ.n. & ꝓpter honorẽ exacerbantur ad inuicẽ, vt nõ obtineant ſibi ipſis, ſicut dictũ eſt prius, ſed alios videntes, hos quidẽ iuſte, hos aũt iniuſte plus habẽtes in his. Adhuc ꝓpter iniuriã, propter timorẽ, propter exceſſum, propter deſpectionẽ, propter excreſcentiam, propter proportionẽ. Adhuc autẽ alio modo propter verecundiã, propter paruipenſionẽ, propter paruitatem, ꝓꝑ diſsimilitudinem.

e Horum autem iniuria quidẽ & lucrum quam habeant poten

A dere finem ſimpliciter vel ſecundum apparentiam. Et bonũ corporis eſt lucrum, bonum autẽ animæ eſt honor. Dicit igitur, ꝙ illa pro quibus, hoc eſt propter quæ faciunt diſſenſionem, ſunt duo, ſcilicet lucrum, vt ſub lucro omnia bona ſecundum quid ſiue corporis contineantur. Aliud eſt honor, vt ſub honore omnia bona ſimpliciter, quæ ſunt bona animæ compræhendantur. Faciunt ſimiliter ſeditionem propter contraria iſtorum, vt propter damnum & inhonorationem. Propter dãnum, qa eiuſdem rationis eſt appetere lucrum & fugere damnum. Propter inhonorationẽ, quia eiuſdem rationis eſt appetere honorem & fugere ſuũ oppoſitum. Sed quia amicus eſt velut alter, ideo adiungit ꝙ faciunt ſeditionẽ ꝓpter honorem proprium, & damnum proprium vel amicorum ſuorum. Deinde cum dicit.

*ſunt, & niſi hoc fit, non acquieſcunt. Alii uero ſe præſtare dignos putantes, indigne ferunt niſi plus habeant. Hæc autem quandoque iuſte capiuntur, quandoque iniuſte. Inferiores quidem ut pares ſint, res nouas exoptant, & pares qui ſunt, vt præſtent. Quemadmodum igitur di-* B *ſpoſiti ſint, qui res nouas quærunt, dictum eſt.*

*Res autem pro quibus contendunt, ſunt lucrum & honor, atque his contraria. Dedecus enim & damnum vel ipſorum, uel amicorum fugientes, ſeditiones agunt.*

C *Cauſæ uero ac principia motus vnde ipſi ita diſponuntur, & pro his de quibus diximus, ſunt ut ſeptem, ſunt etiam plura, quorum duo ſunt eadem cum illis, quæ dicta ſunt, non tamen eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem irritantur inuicem, non ut acquirant ſibiipſis, ſed quia uident alios partim iniuſte, partim iuſte plus habere. Inſuper propter contumeliam, propter mœtum, propter præponentiam, propter con-* D *temptum, propter incrementum exceſſuum, & alio modo propter uerecundiam, propter negligentiam, propter puſillanimitatem, propter imparitatem.*

*Ex quibus contumelia, & lucrum quam habeant uim, & quot cauſæ,*

d ¶ Declarat, q̃ ſunt principia, per quæ diſponuntur ad faciendum diſſenſionem & ſeditionem, & diuiditur in duas. Primo declarat cauſas per quas diſponuntur ad ſeditionem. In ſecunda declarat qualiter inchoatę exinde de facili inualeſcũt, ibi. { Fiunt quidem igitur &c. } Prima in duas. Primo enumerat cauſas illas. Secũdo proſequitur, ibi. { Horum autẽ &c. } In prima dicit, quòd prĩcipia & cauſæ trãſmutationũ Rerũpu. per quas diſponũtur ad faciẽdum ſeditionem, & de dictis. i. propter dicta. ſ. lucrũ & honorẽ, ſunt ſeptẽ numero, vno modo: alio modo plures. Si enim enumerentur cauſę, quæ diſponuntur ad occultam diſſenſionem, cuius eſt ſeditio, eſt enim ſeditio occulta diſſenſio, ſic ſunt ſeptem numero. Si autem iſtæ enumerẽtur, & illæ quæ diſponunt ad manifeſtam diſſenſionem, ſic ſunt E plures. Prima vero principia diſpoſitiua ad ſeditionẽ ſunt duo prædicta, honor, & lucrum, ſed non ſicut dictum eſt prius. Honor enim & lucrum poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum quòd intenduntur ab aliquo, & ſic habent rationem finis, & ſic dicebat prius, quòd ea propter quæ finaliter faciunt ſeditionem, ſunt honor & lucrum & oppoſita iſtorum. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundũ quòd aliquis videt iſta in alio, & tunc quia videt lucrum & honorem, & vnum habere iuſte, alium non, triſtatur: non quia velint habere, ſed quia iniuſte de eis habet aliquis plus quàm deberet. Sunt igitur duo principia per quæ mouent ſeditionem, ſcilicet honor & lucrum. Sunt alia etiam, ſcilicet iniuria, timor, exceſſus, contemptus, excellentia præter proportionem, propter iſta diſponuntur ad manifeſtam diſſenſionem, ſcilicet verecundiam, paruipenſionem, puſillitatẽ, impuritatem, vel negligentiam. Propter enim iſta mouent ſeditiones. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur de iſtis, declarans qualiter iſta diſponunt ad ſeditionem, & primo proſequitur de illis quę diſponunt indifferenter ad occultam & manifeſtam diſſenſionem. Secundo de illis

quæ

tiam & qualiter cauſa fere ſunt manifeſtum. Iniuriãtibus enim ijs qui in principatibus & ſupergredientibus, ſeditiones mouẽt & ad inuicem, & ad politias dãtes poteſtatem, ſuperacceptio autem fit qñq; quidẽ a proprijs, quandoque autẽ a cõmunibus.

G f Palam autem & honor, & q̃d poteſt, & quomodo cauſa ſeditionis. Etenim ipſi inhonorati, & alios videntes honoratos, ſeditiones faciunt. Hęc autem iniuſte quidem fiunt, quando præter dignitatem, aut honorantur aliqui, aut inhonorantur. Iuſte autem, quando ſecundum dignitatem.

H g Propter exceſſum autẽ, quando aliquis potentia maior aut vnus, aut plures, aut penes ciuitatem & potentiam politeumatis. Ex talibus enim fieri cõſueuit monarchia vel potẽtat⁹, propter quod alicubi conſueuerunt relegare, velut in Argo & Athenis, quàmuis melius a prĩcipio, qualiter non viderunt tãtum excedentes, quam poſtquam permiſerunt fieri, ſanare poſterius.

I h Propter timorem autem ſeditiones mouent, & qui iniuſta fecerunt, timentes ne dent vindictam, & qui iniuſta paſſuri, volentes præuenire antequam iniuſta patiantur, ſicut in Rhodo conuenerunt inſignes cõtra populum propter ſententias quæ ſuperferebantur.

K i Propter deſpectionem & ſeditiones mouent & inſurgunt, velut in oligarchijs, quando plures fuerint qui non participant politia. Valentiores enim putãt eſſe, & in democratijs opulenti contemnentes eos qui ſine ordine & ſine principatu, velut in

*fere eſt manifeſtum. Superbia enim & auaritia eorum, qui gubernant, homines prouocant contra ſe, & contra ſtatum eius Reipublicæ quæ iſta fieri patiatur. Auaritia vero quandoque ex priuatis rebus fit, quandoque ex publicis.*

*De honore etiam clarum eſt, & quid valeat, & quomodo cauſa ſit contendendi. Ipſi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, ſeditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuſte quidem fiunt, cum præter dignitatem honorantur quidam, vel inhonorantur. Iuſte vero cum ſecundum dignitatem.*

*Propter præpotentiam autem, quãdo quis maior ſit & potentior, vel vnus vel plures, quàm ſecundum dignitatem Reipublicæ. Conſueuit enim ex talibus fieri vnius dominatio, vel gubernatio violenta. Quapropter quibuſdam in locis, oſtraciſmo utuntur, ceu Argis & Athenis. Atqui melius erat ab initio prouidere, ne in huiuſmodi potentiam augeri homines permitterentur, quàm poſt contra auctos, remedium quærere.*

*Propter mœtum enim ad ſeditionẽ deueniunt, qui pœnas formidant, ob maleficia commiſſa, & hi contra quos paratur violentia, præuenire uolentes priusquàm malum patiantur, ut apud Rhodum nobilitas contra plebem inſurrexit, mœtu iudiciorum, quæ ſibi parabantur.*

*Propter contemptum uero ad ſeditiones deueniunt, ceu in paucorum potentia, quando plures ſunt illi, qui a Republica excluduntur. Potentiores enim ſe putant, & in populari ſtatu opulenti contemnentes inordinationem & incuriam eorum, qui Rempublicã gubernant, ceu apud Thebanos*

quę diſponunt ad manifeſtam principaliter, ibi. {Tranſmutantur autem &c.} Prima in duas. Primo declarat qualiter iniuria & lucrum diſponunt ad ſeditionem. Secundo declarat de alijs, ibi. {Palam autem & honor &c.} In prima dicit, quam potentiam habeant, & qualiter ſunt cauſa ſeditionis honor & lucrum fere manifeſtum eſt. Contingit enim prĩcipantes iniuriari ciuib⁹ & excellere eoſdem honoribus vel lucro, propter quod ciues mouent ſeditionem & cõtra principem, & contra Rẽpublicam. Cõtra prĩcipem, quia iniuriã fecit & excellit iniuſte. Contra Rempublicam, quia per Rẽpublicam poteſtatẽ habet, & quòd ſic dominatiua moueãt ſeditionem, manifeſtũ eſt, quia cũ princeps accipit bona ſubditorum, voluntatem habet ad accipiendum. Alij habent contrarias voluntates. ergo diſſident voluntate, ſed diſſenſio voluntatum radix eſt ſeditionis propter iniuriam, igitur & lucra mouent ſeditiones. Et dicit vlterius, q̃ principes poſſunt pl⁹ accipere quàm oportet, vel de bonis cõmunibus, vel de bonis proprijs ſubditorum, & vtroque modo faciunt iniuriam ſubditis. Et eſt intelligendum, quòd lucrum & iniuria, quãdoque idem ſunt ſubiecto & differunt ratione, nam illud idẽ quod eſt lucrum reſpectu vnius qui plus accepit, iniuria eſt reſpectu alterius, ſcilicet a quo accepit. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat de alijs, & diuiditur in quinque. Primo declarat de honore qualiter diſponit ad ſeditionem. Secundo de exceſſu, ibi. {Propter exceſſum autẽ &c.} Tertio de timore, ibi. {Propter timorẽ autem &c.} Quarto de contemptu, ibi. {Propter deſpectionem enim ad ſeditiones &c.} Quinto de excreſcentia præter proportionem, ibi. {Fiunt autem & propter excreſcentiã &c.} In prima dicit, quòd manifeſtum eſt quam potentiam habeat, & qualiter eſt cauſa ſeditionis honor. Cum enim aliqui non honorantur videntes alios honoratos faciunt ſeditiones, tunc .n. diſſident voluntates. Hoc autem eſt radix ſeditionis. Poteſt autem honorari aliquis & iuſte & iniuſte, & appetere honorem ſimiliter iuſte & iniuſte. Si enim aliqui honorentur pręter dignitatem vel inhonorentur, iniuſtum eſt, & ſi appetat honorem, præter dignitatem, iniuſte appetit, ſi autem hoc fiat ſecundum dignitatem, iuſtum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, qualiter propter exceſſum faciunt ſeditionem, &

F dicit, quòd aliquando propter exceſſum faciunt ſeditionem, quãdo enim aliquis maior eſt in potentia, ſiue vnus, ſiue plures potentiam habeant in ciuitate, vel in Republica faciunt ſeditionem. Ex talibus enim contingit quandoque fieri monarchiam, quod patet, quia vnuſquiſque inclinatur ad ſui excellentiam. Cum ergo eſt aliq̃s talis, q̃ excellit alios in potentia, vel in amicis, vel diuitijs conatur Rempublicam mutare in monarchiam, aut ſi nõ fiat monarchia fit quandoque potentatus, ĩ quo dominantur diuites valde & potentes non ſecundum legem, ſed ſecundum ſuas voluntates. Et propter hoc in quibuſdam ciuitatibus relegabant tales excellentes, ſicut fiebat in Argis & Athenis, & tamen melius fuiſſet a principio ordinaſſe, quòd nullus eſſet in ciuitate qui tãtum excederet, & vſque ad quem terminum poſſet excedere quàm poſtquam dimiſerunt relegare, ſicut in medicinalib⁹, melius eſt a principio præuidere, ne morbus aliquis excreſcat quàm poſtquam exceſſerit vel excreuerit ipſum expellere & curare. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat, qualiter propter timorẽ fit ſeditio in ciuitate, & dicit, quòd propter timorem faciũt ſeditiones, quando enim aliqui fecerunt iniurias timentes, q̃ puniantur & vindicta fiat de eis mouet ſeditionem, vt per ſeditionẽ motam poſſint euadere vt non puniantur. Similiter ſi aliqui ſint paſſuri iniuſta, vel timeant ſe paſſuros propter aliquam cauſam antequam patiantur volentes pręuenire, mouent ſeditionẽ & turbant Rempublicam, antequam ſuſtineãt iniurias, ſicut contigit fieri in Rhodo inſula. Diuites enim cõuenerunt cõtra populum timentes ſententias, quæ debebant dari contra eos, & turbauerunt Rempub. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat, qualiter propter contemptum diſponuntur ad ſeditionem & dicit, quòd propter contemptum faciunt ſeditionẽ & inſurgunt. Manifeſtum eſt enim, quòd quilibet vult aliquid reputari, & ideo ſi contemnatur mouet ſeditionem, ſicut fit in paucorum & populari potentia, quia in paucorum in qua plures ſunt, qui non participant principatu, illi qui ſunt diuites & tenent principatum contemnunt alios, qui non principantur, & ideo incitant alios ad diſſenſiones, propter quòd faciunt ſeditiones contra diuites & permutant Rempublicã. Similiter eſt in populari ſtatu, illi qui ſunt ditiores contemnunt minores, q

ſunt



Thebis poſt eã quę in Oenophitis pugnam male politizãtibus democratia corrupta eſt, & quę Megareorum propter victorum inordinationem & defectũ principatus. Et in Syracuſis ante tyrannidem Gelonis, & in Rhodo populus ante inſurrectionẽ.

B k Fiunt autem & propter excreſcentiã quæ propter proportionem tranſmutationes politiarum, ſicut enim corpus ex partibus componitur, & oportet augeri proportionaliter vt maneat commenſuratio, ſi aũt non, corrumpitur, quando pes quidem quatuor cubitorum, aliud autem corpus duorum palmorum, aliquando autem vtiq; & in alterius animalis formam tranſmutabitur, ſi non ſolum ſecundũ quantitatẽ, ſed & ſm̃ quale creſcat p̃ter proportionẽ. Sic & ciuitas cõponitur ex partib⁹, quarum ſæpe latet aliqua excreſcens, velut egenorũ multitudo in democratijs & politijs.

C l Accidit autem aliquãdo hoc, & propter fortunas, velut in Tarento victis, & pereuntibus multis inſignibus ab Iapygijs paulo poſterius a Medis, democratia facta eſt ex politia, & in Argo ijs qui in ſeptima pereuntibus a Cleomene Lacedæmone, compulſi amittere vernaculorum aliquos. Et in Athenis infortunatis in campo inſigues pauciores facti ſunt, quia militabant ſupputati ſub Laconico bello. Accidit autem hoc & in democratijs, minus autẽ, pluribus enim egenis factis, vel ſubſtantijs augmentatis tranſmutantur in oligarchias & potentatus.

D m Tranſmutantur autem & politiæ, & ſine ſeditione propter verecundiam, ſicut in Hærea. Ex eligibilibus enim propter hoc fecerunt ſortiales, quia eligebant verecundiam paſſos.

*poſt pugnam in Oenophytis commiſſam mala gubernatione popularis ſtatus interiit. Et in Megarenſibus cum per inordinationem & negligentiam ſuperati ſunt. Et Syracuſis, ante Gelonis tyrannidem, & Rhodi populus, antequam contra inſurgeretur.*

*Fiunt etiam propter incrementum mutationes Rerumpublicarum. Vt enim corpus ex partibus ſuis conſtat, & oportet eas ſimul pro modo quamque ſuo creſcere, vt conuenientia permaneat, ac niſi hoc fiat, corrumpitur, ceu quãdo pes quatuor cubitorum ſit, cæterum vero corpus duarum palmarum longitudinem habeat, interdum vero & in alterius animalis figuram tranſiret, ſi non ſolum quantitate, verum etiam qualitate immoderatum fieret incrementum, ita & ciuitas ex partibus conſtat, quarum interdum aliqua pars paulatim ſubcreſcit, ceu egenorum hominum multitudo in popularibus gubernationibus, & Rebuſpublicis.*

*Contingit vero quandoque id per fortunam, velut apud Tarentum cum ſuperati prælio ab Iapigenſibus, nobilitatis magnam partẽ amiſiſſent. Fuit autem id prælium paulopoſt id tempus, quo Medi Græciam inuaſerunt, ad popularem ſtatũ ex Republica eſt facta mutatio. Et Argiui poſt cædem ſuorum in Eudoma a Cleomone Sparciata factam, coacti ſunt inquilinos quoſdam ad Rempublicam recipere. Et Athenis cum terra male pugnaretur aduerſus Lacedæmonios nobilitas attenuata eſt, cum ex deſcripto ſubmittere ſe ad bellum cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationib⁹, rarius tamẽ, pluribus .n.*

E *diuitibus exiſtentibus, uel diuitiis in pluribus auctis, mutatio fit in paucorum potentiam.*

*Mutantur etiam Reſpu. abſq; ſeditione propter uerecundiam, ut in Heræa. Cum .n. per electionẽ ſumere magiſtratus ſolerent, poſtea ſortiti ſunt, ex eo quòd electiones eorum in homines turpes, pudendoſque cadebant.*

A ſunt vel videntur eſſe ſine ratione & ordine, ſicut indignos principatu, propter quod ipſi incitantur ad diſſentiendum, ſicut accidit in Thebis poſt prælium quod habuerunt in Oenophytis cum dominaretur populus exceſſit & male gubernabat, fecerũt diuites ſeditionem & mutauerunt popularem illum ſtatum. Similiter ĩ ciuitate Megarenſium cum exiſſent ad prælium contigit, quòd populus principabatur & inordinate, & ideo fecerunt diuites ſeditionem. Similiter accidit in Syracuſis antequam tyrãnizaret Gelo, & ĩ Rhodo inſula populus dominabatur antequã inſurgerent diuites, & quia diuites cõtemnebant eos, inſurrexerunt & fecerunt ſeditionem & mutauerunt Rempublicam. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat, qualiter propter excreſcẽtiam præter proportionem faciunt ſeditionem, & diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictũ eſt. In ſecunda declarat, q̃ hæc excreſcentia fit a fortuna quandoque ibi. {Accidit autẽ aliquando &c.} In prima dicit, q̃ propter excreſcentiam, quæ præter proportionem fit, fiunt quãdoque ſeditiones & corruptiones Rerũpub. vt ſi diuites ſuperexcreſcãt, vel virtuoſi vel pauperes, contingit fieri tranſmutationem ipſarũ. Et hoc apparet, quia ſicut corpus componitur ex partibus pluribus, ſic ciuitas compoſita eſt ex partib⁹. Nunc ita eſt, q̃ oportet corpus animalis cõpoſitũ augeri ſm̃ proportionẽ, vt maneat recta proportio membrorum & commẽſuratio. Si autem non augeãtur partes proportionaliter, corrumpitur animal. Si enim pes tantum augeatur quòd ſit quatuor cubitorũ, & reſiduum ſit duorũ palmorum, corrũpitur proportio debita. Si autẽ animal creſcat improportionabiliter & ſecundum quãtitatem, & ſecundum virtutem vel qualitatem, tranſmutabitur in formã alterius animalis. Similiter accidit in ciuitate, componitur enim ex partibus, & ideo ſi debeat ſaluari oportet eam componi ex partibus commenſuratis adinuicem. Aliquando autem excedit multitudo ſicut in populari ſtatu, & in Repu. & tunc componitur paucorum ſtatus, & fit popularis vel Reſpublica Aliquando eſt excreſcentia non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum qualitatem, ſicut quando ſunt aliqui diuites valde excellentes in potẽtia, & tunc corrumpitur popularis ſtatus, & fit paucorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quòd hæc excreſcentia fit aliquando a fortuna, & dicit quòd huiuſmodi excreſcentia accidit, quandoque a fortuna, ſicut accidit ĩ Tarento. Cum enim illi exiſſent ad præliũ & multi nobiles, & diuites fuiſſent interfecti a Iapigenſibus, facta eſt ex populari ſtatu paucorum potẽtia, & ſic a fortuna & præter intentionem excreuit populus & mutauit Rẽpublicã. Idem etiam accidit Argiuis, cum enim fuiſſent interfecti illi, qui erant in ciuitate Eudoma a Cleomone ſparciata, compulſi ſunt p̃pter paucitatem inhabitantium in ciuitatem recipere aliquos inquilinos ad Rempublicam ſuam, qui poſtmodum excreuerũt & facta fuit Reſpublica popularis. Similiter accidit Athenis, cum diuites fuiſſent infortunati, & occubuiſſent multi ĩ prælio, pauci fuerũt diuites, quia mortui fuerunt. Similiter accidit in popularibus, ſed minus quàm in gubernatione paucorum. Cum enim ſint plures egeni, contingit quòd plures ditẽtur, & tunc augmentatis diuitijs trãſmutant popularem ſtatum in paucorum gubernationem & potẽtatus, in quibus plures diuites principantur non ſecundum legem. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat, quæ ſunt cauſæ tranſmutationis Reipublicæ ſine ſeditione occulta. Et diuiditur in partes quatuor. In prima declarat qualiter propter verecundiã fit ſeditio & trãſmutatio Reipublicę. Secundo qualiter p̃pter paruipenſionẽ, ibi. {Et propter paruipenſionẽ &c.} Tertio qualiter p̃pter cõtemptum eius q̃d eſt paruum, ibi. {Adhuc p̃p &c.} Quarto qualiter p̃p diſſenſionẽ, ibi. {Seditionale autẽ &c.} In prima dicit, quòd Reſpu. aliquando tranſmutantur ſine ſeditione, hoc eſt ſine occulta diſſenſione, & hoc propter verecundiam, ſicut accidit in Herea ciuitate. Contigit enim in illa ciuitate, quòd aliqui qui commiſerant aliqua turpia vnde paſſi fuerant verecundiam, eligebantur ad principatum ab aliquibus. Alij vero nolentes ſuſtinere, quòd iſti infames principarentur, ſeditionẽ



fecerunt,

fecerunt, & instituerunt quòd principatus qui prius fiebant per ſortem, fierent per electionem, & ſic propter verecundiam, quam aliqui paſſi fuerant, fuit facta ſeditio & tranſmutatio Reipublicę. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quomodo propter paruipenſionem fit ſeditio & tranſmutatio Reipu. Et dicit quòd propter paruipenſionē, quandoque fit mutatio Reipublicę & ſeditio, vt quando aſſumitur aliquis ad pricipatum principalē, qui nō diligit ipſum, ſed paruipendit. Tūc enim accidit, ꝙ iſte q paruipendit principatum mutat Rempublicā, ſicut in Horeo ciuitate contigit, quòd eligerunt Heraclodorum in principem. Iſte autē nō diligebat Rempublicam eorum, & ideo mutauit ſtatum paucorum, qui erat in illa ciuitate, & inſtituit Rempublicam, & popularem ſtatū. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat propter contemptū eius quod eſt penes puſillitatem mutatur Reſpublica. Et exponit quid vocant puſillitatem, & dicit quòd penes puſillitatem eſt quando aliqua parua tranſgreſſio negligit, ſimiliter & alia. Contingit enim ex omnibꝰ iſtis fieri magnam trāſgreſſionē, quæ a principio non erat manifeſta, & propter talem magnam tranſgreſſionem, quę ex multis paruis neglectis cauſata eſt, cōtingit mutari Rempublicam, ſicut dicit accidiſſe apud Ambraciotas. Apud eos enim vna honorabilitas parū reputabat, & multæ paruæ negligebātur quaſi parum, vel nihil differrent, aut eſſent propinqua, & ideo accidit tandem in illa ciuitate, quòd nulli prīcipabantur, ſecundū honorabilitatē aliq̄, & tunc paucorū ſtatus, in quo principātur inſignes & honorabiles, mutatus eſt ī ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat, qualiter propter diſſimilitudinē mutatur Reſpu. Et diuiditur in tres. In prima oſdit qualiter pp diſſimilitudinē diſponūtur ad ſeditionē. Secūdo accidētaliter declarat qui mouēt ſeditiones in populari ſtatu & paucorū, maxime ex dicta cauſa, ibi. {Seditionē aūt mouēt &c.} Tertio ponit cām accidentalē magis ſeditionis, ibi. {Seditiones aūt ſuſtinēt &c.} Prima in duas. In prima ponit qualiter diſponunt ad ſeditionē p ſimilitudinē. Secūdo manifeſtat p exēpla, ibi. {Propter qđ &c.} In pria

n Et propter paruipenſionem, quando permittunt principatus intrare nō amicos politiæ, ſicut in Horeo diſſoluta fuit oligarchia principium facto Heracleodoro, qui ex oligarchia politiā, & democratiam inſtituit.

*Et propter negligentiam, quando ſinunt ad ſummas poteſtates eos aſſumi, qui non ſunt amici ſtatus eorum. Per quem quidem modum apud Horeum euerſa eſt paucorum gubernatio per Heraclodorū, q magiſtratū nactus, gubernationē ciuitatis ex paucorū potētia ad popularē ſtatū traduxit.*

G

o Adhuc propter id qđ penes paruum, dico autem penes paruum, quia ſæpe latet magna facta tranſgreſsio legitimorū, qn̄ negligunt quod paruū, ſicut in Ambracia, paruum erat honorabilitas, tandem autem nullius principabantur tamquam propinquū, ſi vel nihil differēs ab eo quod nihil, id quod paruum.

*Inſuper propter puſillitatem. Dico autem puſillitatem, quando latet paulatim ſubcreſcens Reipublicæ mutatio, quæ ad magnitudinem latenter euadit, ſi negligatur, quemadmodum apud Ambraciotas a paruo cenſu priꝰ erant magiſtratus, tandem uero a nullo fuerunt, quaſi nihil aut prope, foret inter parum & nihil.*

p Seditionale autem, & quod non eiuſdem tribus, donec vtique ſimul ſpirauerunt, ſicut enim neque ex quacumque multitudine ciuitas fit, ita neque in quocumque tempore.

H

*Seditiones quoque concitat peregrinitas, donec in eandem ſimul conſpirationem deuenerit. Vt enim non ex quauis multitudine cōſtituitur ciuitas, ita etiam neque in quouis tempore.*

q Propter quod quicumque iā cohabitatores ſuſceperint, vel ſuperuenientes, plurimi ſeditione diuiſi ſunt, velut cum Terzenijs Achæi cohabitauerunt Sibarim, deinde Achaici plures facti eiecerunt Trezenios. Vnde odium accidit Sibaritis. Et in Thurijs Sibaritę ijs, qui ibi cohabitauerunt, exigentes enim plus habere tamquam ſua regione, exciderunt. Et Bizantinis aduenæ inſidiantes deprædati exciderunt per pugnam. Et Antiſæi, profugas de Chio proijcientes per pugnam eiecerunt. Zanclei autem Samios ſuſcipiētes exciderunt ipſi. Et Apoloniatæ qui in Euxino Ponto aduenas ſuper inducentes, ſeditiones paſsi ſunt. Et Syracuſani poſt tyrānica extraneos & merces portantes ciues cum feciſſent, ſeditiones paſsi ſunt, & ad pugnam deuenerunt. Et Amphipolitæ ſuſcipientes Chalcideorum expulſos, exciderūt ab ijs plurimi ipſorum.

*Quapropter, quicumque adhuc inquilinos ſuſceperunt, uel aduenas, omnes ferè ſeditionibus iactati ſunt, ceu apud Sibarim und cum Træzeniis incoluerunt Achæi. Poſtea maiorem in numerum creſcentes Achæi Træzenios pepulerunt, vnde pollutio illa* I *exorta eſt Sybaritis, & in Thuriis idē fecerunt Sybaritæ contra eos qui illos receperant, nam plus habere volentes quaſi de ſuis agris pulſi ſunt, & apud Byzantium peregrini in oppreſſionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulſi ſunt, & Antiſsæi exules ex Chio ſuſceptos, tandem armis deicere coacti ſunt. Zanclei uero qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Apolloniatæ qui ſunt in Ponto, incolis receptis, ſeditione agitati ſunt.* K *Et Syracuſani poſt tyrannos expulſos, cum hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prælium inciderunt, Et Amphipolitæ receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tandem ab illis ſunt ferè omnes.*

F dicit, ꝙ alia cā ſeditionis eſt diſſimilitudo, cū.n. inhabitauerint ciuitatem illi qui nō habent eoſdem mores, nec conſuetudines mouent ſeditiones, niſi multo tempore conſpirauerint, vel vixerint ſimul. Primum apparet, quia illi qui habent diuerſos mores inclinantur ad diuerſos fines. Ex hoc aūt ſequitur diuiſio voluntatis, hoc autem eſt cauſa diſſenſionis, quare manifeſtum eſt, ꝙ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis. Secūdo apparet, quia ſi illi qui habēt diuerſos mores ſimul vixerint, contingit quòd vnus trahit alium, & in fine habent eoſdem mores, & inclinantur ad eūdem finem, & tūc nō mutant Rempu. Eſt igitur manifeſtum, ꝙ donec ſimul vixerint multo tempore mouebūt ſeditiones illi, qui habent diuerſos mores. Sicut.n. ciuitas non fit ex quibuſcumque, ſed ex ſimilibus, ita non fit in quocumque tempore, ſed qn̄ vixerint ciues ſimul, & iam inclinātur ad eoſdē mores. Deinde cū dicit.

q Manifeſtat qđ dictū eſt per ſeptē exēpla, & dicit, ꝙ quia diſſimilitudo cauſa ē ſeditionis, accidit ꝙ illæ ciuitates, quæ extraneos indifferēter receperūt, plures paſſæ ſunt ſeditiones & diuiſiones, ſicut accidit in quadā ciuitate quam vocāt Sibarim. In illa enim ciuitate habitabāt Træzenij, iſti vero receperunt Acheos, cum autem eſſent augmētati, eiecerunt Træzenios, & ex hoc tunc fuit odiū inter Sibaritas q eiecti fuerāt, & Thurios, qui eos receperant, cū.n. plus exigerent, eo ꝙ regio eſſet ſua, eiecti fuerūt ab Sibaritis. Ponit ſecūdum exemplū & dicit, quòd ſimiliter accidit Bizantijs. Cum enim iſti recepiſſent extraneos, iſti inſidiati ſunt Bizantijs, & depredauerūt eos, qui Bizantij, re cognita, eos prælio & armis expulerunt. Ponit tertium exemplum & dicit, quòd ſimiliter accidit in alia ciuitate, quòd Antiſſei profugos & extraneos ex Chio receperunt in ſua ciuitate, & tandem facta fuit ſeditio inter ipſos, & eiecti ſunt extranei. Tunc ponit quartum exemplum & dicit, quòd Zanclei receperunt Samios in ſua ciuitate, & poſtmodum facta ſeditione inter ipſos, ipſi expulſi fuerunt a ciuitate. Tunc ponit quintum exemplum & dicit, Apolloniatæ ciuitatem inhabitantes iuxta Pontum, cum recepiſſent extraneos paſſi ſunt ſeditionem.

Tunc



Tunc ponit ſextum exemplum & dicit, quòd Syracuſani cū expuliſſent tyrannos a ciuitate, receperunt extraneos, & eos qui portant merces & fecerunt eos ciues, ſeditio facta fuit eis & venerunt ad pugnam. Tunc ponit vltimum exemplum & dicit, quòd Amphipolitę cum recepiſſent Calcidenſium colonos, ſeditiōe facta inter eos plurimi Amphipolitarū mortui ſunt, & expulſi ab alijs. Ex omnibus iſtis nō plus vult habere, niſi ꝙ diſſimilitudo cā eſt ſeditionis & deſtructionis Reipublicę. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat, qui mouent ſeditiões in populari ſtatu & paucorum ex dicta cauſa. Et dicit quòd in paucorum potentia facit ſeditiones populus. Populus enim credit ſe debere recipere æquale, qa oēs ſunt æquales in libertate. Diuites autem totū habent vel plus, & iō populus exiſtimans ſe iniuſta ſuſtinere mouet ſeditiones. In ſtatu autem populari ſeditiones mouent diuites, quia in ſtatu populari recipiūt ęquale. Exiſtimant autem plus ſe debere recipere, cum ſint excellentiores, & ideo mouēt ſeditiones cōtra populum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Tangit cauſam ſeditionis accidentalem magis, & dicit ꝙ in aliquibus ciuitatibus fiunt ſeditiones propter diſpoſitionē loci. Contingit enim quòd regio nō eſt bene diſpoſita, ad hoc quòd ciuitas ſit vna, ſed magis alia & alia. Vnitas autē ordinis in finem facit ciuitatem vnam, & ideo illud qđ diſponit ad hoc requiritur ad vnitatem ciuitatis. Facit autem ad hoc bona diſpoſitio loci. Si igitur locus non eſt bene diſpoſitus, ad hoc quòd ſit ciuitas, vna fit ſeditio, ſicut accidit Clazomenijs. Illi enim qui inhabitabant in Chytro, q̄ eſt vna pars ciuitatis, erant contra illos, qui habitabāt in inſula ſcilicet ī alia parte ciuitatis, & volebant facere diuerſas Reſpublicas, & ciuitatem principalem in ſua parte. Similiter Colophonij, & Notij ad inuicem paſſi ſunt ſeditiones propter malam diſpoſitionem loci. Similiter Athenis non ſunt bene diſpoſiti ad vnam Rempublicam, quia illi qui ſunt in ſuburbio, videlicet in Pirheo extra muros ciuitatis populares ſunt magis quàm illi, qui habitant in vrbe, quæ eſt locus magis munitus vbi ſunt fortalitia. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd diuerſitas facit ad diuiſionem & ſeditionem in ciuitate. Sicut enim in bello, paruus foſſarum tranſitus, & quæcumque modica apertura diſtrahit exercitum, A vel aciem, & ordinem eius interrumpit, ita omnis diuerſitas & diſſimilitudo in ciuitate facit ſeditiones. Sed conſiderandum eſt, quòd diſſimilitudo quæ maxime cauſat ſeditionem eſt diſſimilitudo virtutis & malitiæ, quia inclinant ſtatim in diuerſos fines. Poſt hæc autem diuitiæ & paupertas, & ſic vlterius alia diſſimilitudo ſecundum alia aliqua, quæ poteſt attēdi inter multa. Sed hæc eſt differentia, quòd quędam magis, quædam minus faciunt ſeditiones, ſub iſto vero membro continetur cauſa, quæ iam dicta eſt.

r Seditiones autem mouent in oligarchijs quidem qui multi, tamquam iniuſta ſuſtinentes, quia nō participant æqualibus, ſicut dictum eſt prius, æquales exiſtentes, in democratijs aūt qui inſignes, quia participāt æqualibus nō æquales exiſtentes.

*Seditionem autem concitant in paucorum quidem potentia, multitudo indigne ferens, quòd cum ipſi ſint pares non pariter honorantur. In populari vero ſtatu, nobilitas quòd par fiat cæteris, cum ipſi ſint præſtantiores.*

B

ſ Seditiones autem ſuſtinēt aliquando ciuitates, & propter loca, quando non bene apte habet regio ad hoc quòd ſit vna ciuitas velut in Clazomeniis q in Chytro ad eos qui in inſula. Et Colophonij & Notij, & Athenis non ſimiliter ſunt, ſed magis demotici ſunt qui inhabitant ſuburbium quàm qui municipium, ſicut enim in bellis penetrationes aperturarum etiam valde paruarum diſtrahunt acies, ita videtur omnis diuerſitas facere diſsidionem, maximum quidē igitur forte diſsidentia virtus & malitia. Deinde diuitiæ & paupertas, & ſic vtique altera magis quàm altera, quarum vna eſt, quæ dicta eſt.

*Incidunt etiam quandoque in ſeditionem ciuitates, propter ſitum, quando talis eſt locus, vt non ad vnam eandemque gubernationem ſit aptus, vt Clazomæniis accidit, qui in Chytro habitant contra eos, qui habitant in inſula, & Colophoniis erga Notios. Athenis quoque non eodem modo, ſed multo magis populares ſunt, qui ī Pirhæo habitant, quàm qui in vrbe. Vt enim in præliis tranſitus foſſarum, etiam ſi ad modum paruæ ſint, interrumpunt* C *ordines militum, ita & in ciuitate diſſidentia omnis videtur diſiunctionem facere. Maxime forſan diſſident virtus & vitium. Deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis quàm alia, quarum vna eſt illa, de qua diximus.*

## LECTIO III.

Fiunt quidem igitur ſeditiones nō de paruis, ſed ex paruis, ſeditiones autem faciunt de magnis. Maxime autem & paruę inualeſcunt, quando inter dominos fiunt, velut accidit in Syracuſis in antiquis temporibus, tranſmutata enim fuit politia ex duobus iuuenibus diſsidentibus in principatibus qui erant circa amoroſam cauſam, altero enim abſente, leno quidam exiſtens amicum ipſius finxit. Rurſum autem ille huię indignatus eſt, vxorē ipſius perſuaſit tāquā ipſū venire. Vñ coaſſumētes eos q in politeumate, diuiſerūt omnes.

## LECTIO III.

D *Oriuntur autem ſeditiones nō pro paruis rebus, ſed ex paruis ad magna perueniunt. Maxime vero etiam paruæ corroborantur, quando in principalibus fiunt, vt contingit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcentes qui in magiſtratu conſtituti, ſimultatem inter ſe habuerunt ex amatoria cauſa. Altero enim abſente, alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. At ille reuerſus cum id grauiter ferret, vxorem illius habere ſtuduit, ex hoc omnes qui verſabantur in Republica diuerſo fauore ſe diuiſerunt.*

b Propter qđ qdē ſubditos vereri oportet talia, & diſſoluere

E *Quamobrem ab iſtis principiis cauendum eſt diligenter, ac diſſoluendæ*

## LECTIO III.

Poſtquam Philoſophus declarauit qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones, & quæ ſunt diſponentia, declarat qualiter ſeditiones inchoatæ a paruis inualeſcunt multum. Et diuiditur in duas ſecundū quòd tāgit duas cauſas huius. Secunda ibi, {Totaliter autem &c.} Prima in duas. In prima tangit cauſam illam. In ſecunda dat remedium cōtra illam, ibi. {Propter quod. &c.} In prima dicit, quòd ſeditiones nō fiunt de paruis, ſed de magnis, fiunt autem ex paruis, quia incipiūt ex paruis. Paruæ autem ſeditiones & diſſenſiones inualeſcūt citius, quando fiunt inter dominos habētes poteſtatem in ciuitate, ſicut accidit antiquitus in ciuitate Syracuſanorum. Contigit enim, quòd Reſpublica illorum fuit mutata propter diſſenſionem duorū iuuenum, qui principantes diſſiderūt propter amoris cauſam. Accidit enim cum vnus eſſet extra ciuitatē, quòd alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. Cum autem alter veniſſet indignatus eſt, & ſtuduit habere vxorem alterius. Cum autem ille iſtud ſciret, mota eſt diſſenſio inter illos, & coaſſociātes ſibi ciues, diuiſerūt oēs in duas partes. Sic igit̄ manifeſtū eſt, ꝙ parua diſſenſio, multū inualeſcit, qn̄ fit inter diuites habentes poteſtatem in ciuitate. Deinde cum dicit.

b ¶ Tāgit remediū cōtra hoc. Et dicit, ꝙ pp hoc ꝙ parua diſſēſio inter dominos multum inualeſcit, oportet ꝙ ſubditi talia timeāt multū, & ꝙ diſſenſiōes inter diuites diſſoluāt & trahāt ad cōcordiā, qa diſſenſio q̄ accidit inter maiores & principātes eſt peccatū in principio. Principium autem eſt dimidiū totius, quia principium continet ſe & principatum virtute, & ideo reſiſtendum eſt peccato in principio. Nam peccatum in principio proportio-

proportionaliter ſe habet ad ea peccata, quæ fiunt in partibus principalibus animalium. Videmus autem quòd modica facta diuerſitate in parte principali in animali.ſ.in corde, magna fit diuerſitas in alijs partibus. Similiter modica exiſtente diuerſitate in ſemine, fit magna diuerſitas in eo quod fit ex ſemine, quia ex modica differentia calidi & frigidi cauſatur differentia maris & fœminæ. Similiter facta modica tranſpoſitione in gubernaculo nauis, tota nauis tranſmutatur, quare ſic erat in Repu. ꝙ paruum peccatū in principio & parua diſſenſio multum inualeſcit. Deinde cū dicit.

c ¶ Tangit ſecundã cauſam & declarat, quòd diſſenſiones inſignium multum inualeſcunt. Et primo proponit. Secundo manifeſtat per exempla, ibi.{Velut in Heſtiea &c.} In prima dicit, quòd non ſolū diſſenſiones principantium multum, & cito inualeſcunt, immo vniuerſaliter diſſenſiones diuitū, ex quo enim diuites sūt potentiam habent. Et manifeſtum eſt, ꝙ indignantur ſi non fiat eis ſecundum ꝙ exiſtimant ſe excellere alios, & faciunt diſſenſiones & totã ciuitatem ponunt in diſſenſione. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat per exempla, & diuidit in quinq; ſecūdū ꝙ declarat per quinq; exē pla. Secunda ibi. {Et in Delphis &c.} Tertia ibi, {Circa Mitilenem autē &c.} Quarta ibi. {Et Phoceis &c.} Quinta ibi. {Fuit aūt trāſmutata &c.} In prima dicit, ita dictum eſt, ꝙ diſſenſiones diuitū multum inualeſcunt, ſicut accidit ĩ Heſtiæa ciuitate. Cōtingit.n. ꝙ duo fratres diſſiderent de paterna hæreditate, cū vnus non haberet de diuitijs, & de theſauro, quem acquiſiuit pater, coaſſumpſit ſibi populares, alius diuites. Et fuit diuiſa ciuitas in duas partes, & facta fuit magna diſſēſio. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundū exemplum & dicit. ſimiliter accidit ĩ Delphis, ꝙ quidã habuit quandã puellã in cura ſua, quæ cura fuit principiū oīum diſſenſionū, quæ poſtmodū cōtigerunt. Vnus enim deſponſauit illam, poſtmodū conſulit quendam ſacerdotem augurem, vtrū expediret ei accipere eam in vxorem, qui conſuluit ꝙ non acciperet, tunc iſtẽ timẽs propter dictum auguris, ſcilicet infortuniū aliqđ, cū veniret ad ſponſam non accepit, ſed receſſit. Amici vero videntes hoc, ſicut illi, quibus facta fuerat iniuria, eo ſacrificante, ſacrum aliquid clam iniecerūt. Deinde accuſauerūt eū ꝙ male ſacra tractaſſet, vnde tamquã ſacrilegū capite damnari fecerunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertiū exemplum & dicit, ꝙ circa Mitylenem ciuitatem facta fuit diſſenſio inter aliquos propter diuiſionem hæreditatū quæ fuit principium multorū malorū, quæ poſtmodum contigerunt. Et fuit principium belli, quod fuit inter ipſos & Athenienſes, in quo prælio quidã dux, nomine Paches accepit ciuitatem ipſorum Athenienſiū. Accidit enim, ꝙ Timophanes opulentus vita functus, reliquit duas filias ſuperſtites. Quidam autẽ Doxandrus eas dari concupiuit filijs ſuis in vxores, quod cū aſſequi non potuiſſet, perſuaſit Athenienſibus, apud quos hoſpes publice erat, vt bellum ſuſciperēt cōtra Mitylenas. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartum exemplum & dicit, quòd apud Phocenſes quidã fuerunt ex hæreditati, ex quo facta fuit ſeditio inter Mnaſeã patrē Mneſonis, & Euthycratē patrē Onomarchi. Hæc autem diſſenſio fuit principium belli Phocenſibus, illius inquam belli, quod ſacrū appellauerūt. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quintū exēplū & dicit, ꝙ ĩ Epidãno ciuitate traſmutata fuit Reſp. ꝑꝑ diſſenſionē, q̃ fuit facta ꝑꝑ nuptias quaſdã. Cū.n. quidam deſpōſaſſet quandã, quidã fecerunt ſibi iniuriam, & facta fuit diſſenſio. Poſtmodū cōtigit, ꝙ pater deſponſati factus fuit vnꝰ de principibus, & tunc accepit alios, qui erãt extra Rempublicã, & infenſi ſtatui coniungens eos ſibi, trãſmutauit Rempubli. Deinde cum dicit.

præſidū & potentū diſſenſiones, in principio enim fit peccatum, principium autem dicitur eſſe dimidium totius. Quare & qđ in principio paruum peccatū, proportionale eſt ad ea quæ in alijs partibus.

*ſtatim ſunt eorum diſcordiæ, qui multum in Republica poßunt, in principio enim peccatur. Principium autem dicitur eſſe dimidium totius, itaque paruum in principio erratum, correſpondens eſt ad alias partes.*

G

c Totaliter autem inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt & totam ciuitatem.

*Omnino enim excellentium virorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem.*

d Velut in Heſtiæa accidit poſt medica, duobus fratribus de paterna hereditate diſsidentibus, pauperior quidem enim tamquam non proferente alio ſubſtantiam, neque theſaurum, quem inuenit pater, adduxit populares. Alius autem habens ſubſtantiam multam, opulētos.

*Vt contigit apud Heſtiæam poſt popularem ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patrimonii contendentibus, unus eorum qui erat pauperior, quaſi non exhibente altero fratre bona omnia, neque theſaurum quẽ pater inuenerat proferente, quærebatur, ac populum in ſuos fauores pertraxerat. Alter vero qui diuitiis pollebat, locupletes ſibi aſciuerat.*

H

e Et in Delphis, differētia quæ facta eſt ex cura, fuit principium omnium ſeditionum poſteriorum. Hic quidem enim auguratus quodam ſymptoma, vt venit ad ſponſam, non accipiens, abſceſsit, hi autem tamquam iniuriam paſsi iniecerunt ſacrarum rerum ſacrificatorem, & deinde tamquam ſacrorum violatorem interfecerunt.

*Et in Delphis ex fauore partium cōtentione exorta principium fuit ſeditionum omnium, quæ poſtea fuerunt in ea ciuitate ſecutæ. Hic enim cum ſibi triſte augurium incidißet, ut uenit ad ſponſam, ſuſcipere illam noluit. Parentes vero puellæ quaſi ſpreti atque contempti, ſacrorum quiddam, eo ſacrificante iniecerunt, atque vt ſacrilegum accuſantes, capite damnari fecerunt.*

I

f Circa Mitylenam autem ex hæreditatibꝰ diſſenſione facta, multorum fuit principium malorum, & belli quod aduerſus Athenienſes in quo Pachus cępit ciuitatem ipſorum. Tymophane enim egenorum quodam relinquente duas filias Doxander coartatus, & non accipiens, filijs ſuis incepit ſeditionem, & Athenienſes exacerbauit aduena exiſtens ciuitatis.

*Mytilenæ quoq; ſeditio ex hæreditate exorta, magnorū malorū fuit origo. Indeq; bellū Athenienſibus cōtra Mitylenєos ſuſceptum, in quo vrbs eorum, a Pachete duce, capta fuit. Timophane.n. quodam opulento homine vita functo. cum duæ filiæ ſuperſtites fuiſſent, Doxandrus quidam dari illas filiis ſuis in matrimoniū cōcupiuit, quod cum aſſequi nō potuiſſet, alios ſibi prælatos dolens, res nouas moliri aggreſſus, Athenienſibus quibus erat publice hoſpes, bellum ſuſcipere perſuaſit.*

K

g Et Phoceis ex hæreditatione facta ſeditione circa Mneſeam patrem Mnaſonis & circa Eutycratem Onomarchi, ſeditio hæc principium fuit ſacri belli Phoceis.

*Et apud Phocenſes ſeditio exorta eſt ex hæreditate inter Mnaſeã Mneſonis patrem, & Euthycratem Onomarchi, hæc ſeditio Phocenſibus initium fuit eius belli, quod ſacrum appellauerunt.*

h Fuit autem transmutata & in Epidamno politia ex nuptialibus. Cum deſponſaſſet enim quidã filiam, & læſiſſet ipſum, deſponſati pater factus principantiū, alter cōprehendit eos q extra politiã, tãquàm deluſus.

*Mutatus eſt etiam Epidamni ciuitatis ſtatus ex nuptiis. Deſponderat.n. quis filiam. Cum uero pater ſponſi magiſtratum gerens, illi mulctã irrogaſſet, quaſi deſpectus, omnes qui præſenti ciuitatis ſtatui infenſi erant, per factionem ad ſe recepit.*



i ¶ Cum declarauit quòd Reſpublicæ tranſmutentur, declarat in quid tranſmutantur, & primo proponit. Secundo manifeſtat ibi. {Vt apud &c.} In prima dicit quòd Reſpu. tranſmutantur in paucorum ſtatum & popularem, ex eo quod aliquod collegiū, vel aliqua pars ciuitatis famam vel augmentum maiorem in modum conſecuta eſt. Ob hanc enim cauſã contingit quòd ſi regebat quòd intendat magis & fortior fiat eius ſtatus, & ſic mutatur a debiliori ad fortiorē. Si vero non regebat contingit, ꝙ iuſta fama & potentia regere incipiat, & ab vna Republica ad aliam fit tranſmutatio. Deinde cū dicit.

k ¶ Manifeſtat per exēpla, & ponit ſex, in quibus declaratur qualiter Reſpublica mutata eſt in Remp. aliam, vel in eandem magis vel minus intenſam, & dicit quòd bene dictum eſt ꝙ fit mutatio Reipublicæ in Rempublicam, ſicut accidit Athenis. Cum enim conſiliū Athenienſium quod erat in Ariopago, q̃ eſt pars excellentior ciuitatis illius tēpore belli Perſarum famam cōſecutum fuiſſet, formam Reipu. auxit, & fuit facta Reſpu. eorum fortior. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecūdum exemplum, dicens ꝙ multitudo naualis Athenis cum fuiſſet cauſa cuiuſdam victoriæ circa Salaminam fortiter pugnando, & fuiſſent cauſa ſaluationis principatus & ob eam victoriam acquiſiuiſſet potentiam maris ciuitati propter ſtatum populi magis fortem. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiū exēplum, in quo declaratur quòd Reſpublica mutatur in Rēpublicam, & dicit ꝙ in Argo cōtigit ꝙ inſignes & potentes cū eligerentur ad prælium contra Lacedæmonios cōmiſſo prælio apud Mantineam vrbem magnã famã conſecuti ſunt, & ob hanc cauſam conati fuerunt deſtruere popularē ſtatum & cōuertere in paucorū potentiam, & ſic Reſpublica mutabatur in aliam Rempublicam. Deinde; cum dicit.

n ¶ Ponit quartum exemplū, in quo idē probatur, & dicit quòd in ciuitate Syracuſanorum cum factum fuiſſet prælium inter eos & Athenienſes & obtinuiſſent, cuius victoriæ cauſa populus fuit, Rempublicã mutauit in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit quintum exemplum, & dicit quòd in Calcide ciuitate populus vna cum diuitibus quendam tyrannum interfeciſſet, ſtatim adheſit Reipublicæ dimittens priorem Rempublicam. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſextum exēplum, & dicit ꝙ in Ambracia cum populus eieciſſet Periãdrum qui tyrannizabat apud eos ſimul cum alijs diuitibꝰ q contrarij erant ipſi in populo, inſtituit Rempub. ſibi conuenientē. ſ. ſtatū popularem dimittēs priorē. Deinde cū dicit.

q ¶ Concludit vnã regulam vniuerſalē, dicens quòd vniuerſaliter hoc debet eſſe manifeſtum & nō debet latere, ꝙ quicumque propter potētiã aliquid præclarū fecerūt, ſiue ſint idiotæ, ſiue prīcipes, ſiue ſint tribus aliquæ, ſiue tota vna pars, ſiue qualiſcumque multitudo moueret ſeditionem, aut.n. qui inuident eis qui honorãtur ĩ ciuitate mouēt & faciunt ſeditionē, aut illi qui excellūt, & magnum aliquid fecerunt propter potentiam nolunt manere cum equalibus & eis conformari. Ex hoc enim quòd magnum fecerunt inclinantur ad magna, q bus reputant ſe dignos. Ideo nolunt remanere cum æqualibus, vnde ſi potentiã habeant ſeditionē faciūt. Deinde cū dicit.

r ¶ Declarat qñ maxime mouētur Reſpubli. & dicit quòd tunc maxime tranſmutantur Reſpublicæ quando duæ partes quę videntur eſſe contrariæ, ſicut diuites & populus æquãtur in potentia vel fere. Medij autē nulli ſunt, aut valde pauci, quia tūc quęlibet pars reputat ſe fortiorem alia, & nititur repellere aliam. Et ſi contingit vnam partem ſuperare aliã inſtituit Rempublicã quæ ſibi videtur. Si autē vna pars quęcūq; ſit illa excedat aliã in multo manifeſte, illa pars quæ excedıtur nolēs perire ſubijcitur parti quæ valentior eſt, nec mouet ſeditionē cōtra illam. Et propter hoc manifeſtum eſt, quòd illi qui excedunt alios in virtute, non mouent ſeditionem, quia pauci ſunt reſpectu multitu-

A

i Tranſmutantur autem & in oligarchiam, & in demum, & in politiam, ex eo quod eſt approbari aliquid vel augeri, vel principatum, vel partem ciuitatis.

*Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari ſtatu, & ĩ ea quæ appellatur Reſpublica ex eo quòd aliquod collegium, uel aliqua pars ciuitatis famam ſit, vel augmentum maiorem in modum conſecuta.*

B

k Velut in Ariopago conſilium bene complacens in Medicis videbatur fortiorem facere politiam.

*Vt apud Athenienſes Ariopagi cōſilium per tempora belli Perſarum, famam conſecutum, ſeueriorem Reipu. gubernandi formã videtur feciße.*

l Et rurſus naualis turba facta cauſa victoriæ circa Salaminã, & per hanc præſulatus propter eam quæ in mari potentiam democratiam fortiorem fecit.

*Et rurſus naualis turba, quòd cauſa uictoriæ Salaminenſi bello fuiße uidebatur, & ob eam uictoriam principatum maris acquiſiſſe ciuitati, popularem ſtatum magis aſſeruit.*

m Et in Argo inſignes acceptati circa eam quæ in Mantinea pugnam ad Lacedæmonios, conati ſunt diſſoluere demum.

C

*Et apud Argiuos nobilitas, quòd in prælio contra Lacedæmonios apud Mantineam urbem commißo, magnam famam conſecuta erat, popularem ſtatum delere tentauit.*

n Et in Syracuſis populus cum eſſet cauſa victoriæ belli, quód ad Athenienſes, ex politia in democratiã trãſmutatio facta eſt.

*Et apud Syracuſanos multitudo urbana, quòd cauſa uictoriæ belli aduerſus Athenienſes uidebatur fuiße, Rēpu. mutauit ad popularem ſtatum.*

o Et in Chalcide populus cum inſignibus Foxum tyrannum perimens, ſtatim habebat politiam.

*Et apud Chalcidenſes quod ſimul cum nobilitate ad opprimendum Phoxum tyrannum plebs inſurrexißet, ſtatim Reipublicæ gubernationem ſuſcepit.*

p Et in Ambracia rurſum ſimiliter, populus conijciens Periandrum tyrannum ijs qui infeſti erant, in ſeipſo cōſtituit politiã.

D

*Et apud Ambraciam eodem modo, populus una cum aggreßoribus, Periandro tyrãno expulſo, in ſeipſum gubernationem conuertit.*

q Et vniuerſaliter etiam oportet hoc non latere, quòd qui potentiæ cauſa facti, & idiotę, & principatus, & tribus, & totaliter pars, & qualiſcumque multitudo ſeditionem mouent, aut enim qui ijs honoratis inuident inchoant ſeditionem, aut iſti propter exceſſum nō volunt manere in æqualibus.

*Et omnino hoc latere non oportet, quòd qui potentiæ cauſa fuerunt, ſiue priuati homines, ſiue collegia publica: ſiue tribus: ſiue & pars aliqua ciuitatis, ſiue quæcunque multitudo, ſeditionem commouent: Aut enim qui honori illorum inuident, ſeditionem faciunt: Aut ipſi propter præualentiam partē habere cum cæteris non acquieſcunt.*

E

r Mouentur aūt politiæ, & quãdo quæ videntur eſſe contrariæ partes ciuitatis ęquantur inuicē, velut diuites & populus, medium autē ſit nullum, aut valde paruū: ſi.n. multum excedat alterutra partium ad manifeſte valentius, reliqua non vult periclitari: propter quod, & qui ſecundum virtutem differunt, nō

*Mouetur quoque reſp. quando partes illæ ciuitatis quæ cōtrariæ uidentur eſſe, parificantur: ceu diuites et plebs. Medium aūt parum, aut nihil oīno ſit. Si.n. quæuis pars, ita robuſta fiat, ut ad illam quæ prædominabatur proxime accedat, non tollerat poſtbac diſcrimina ſubire. Quapropter & qui uirtute præcellunt, nullam (ut ita dixerim,) faciunt ſeditionem, pauci uero*

multitudinis. Et tunc concludit, quòd vniuerſaliter principia & cauſæ ſeditionum, & tranſmutationum Rerumpublicarum ſecundum hunc modum fiunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat, quomodo & qualiter diſſidentes mouent Reſpublicas, & dicit, quòd quandoq; mouent Reſpu. & tranſmutant ꝑ violentiam, quandoq; per fallaciam & aſtutiam. Per violentiā dupliciter. Vno modo in principio. ſ. inferendo violentiā, quòd Rempu. quam inſtituunt teneant. Alio modo cogendo poſterius nō in principio, quandoque. n. in principio ſuadent per aſtutias talē vel talem Rempu. & decipientes ciues tranſmutant Rempu. illis nolentibus. Et item in fine ſi nolunt reſilire, faciunt eis violētiā & cogunt eos tenere Rempu. iam inſtitutā, ſicut accidit ī quadringētis qui deceperūt populum dicentes ei, ꝙ rex daret pecuniam ad pręliandum contra Lacedæmonios, & populus hoc audito noluit, & & inſtituit Rempu. quā iſti inſtituerunt. Poſtmodum videns, quòd mentiti fuerūt, volens contradicere, illi conati fuerunt tenere eandē & obſeruare, facientes violētiam populo. Aliqñ autem contingit, ꝙ in principio ſuadent & recipiunt Rempu. & poſtmodum quòd eām obſeruant & ſuadent illis perſuaſis principantur illis volentibus. Et tunc recapitulat, quòd ſimpliciter, hoc eſt vniuerſaliter ſecundum dicta contingit fieri mutationes omniū Rerumpublicarum.

LECTIO IIII.

POſtquam Philoſophus declarauit cauſas & principia ſeditionis & tranſmutationis Rerumpub. in vniuerſali, in quibus plures principantur, in parte iſta incipit determinare in ſpeciali cauſas & pricipia ſeditiōis & trāſmutationis ipſarū. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat cauſas ſeditionis & trāſmutationis ſtatus popularis. Secundo paucorū ibi. {Oligarchię aūt &c.} Tertio ſtat⁹ optimatū ibi. {In Ariſtocratijs aūt &c.} Prima in duas. In prima proponit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur ibi. {Democratiæ quidē igitur &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquàm determinatū eſt de cauſis & principijs ſeditionis & tranſmutationis Rerūpu. in vli, cōſiderandū eſt in ſpeciali quæ ſunt accidentia ſm quę fit tranſmutatio & ſeditio ſm vnamquamq; ſpeciem Reipu. pertinentes & F conſiderantes ſecūdū vnāquāq; in ſpeciali. Deinde cum dicit.

Lectio ſeq.

Lectio. 6.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit cauſam propter quā popularis ſtatus tranſmutatur abſolute. In ſecunda tangit cauſam vel modum tranſmutationis, ibi. {Trāſmutantur ex prima &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit in quam Rempu. antiquitus magis fiebat trāſmutatio ibi. {In antiqs aūt &c.} Pria in tres. In prima ponit cām trāſmutationis popularis ſtatus. In ſecūda manifeſtat ꝑ exēpla ibi. {Et hoc in multis &c.} In tertia reddit cām cuiuſdā dicti ibi. {Et in Rhodo &c.} In pria dicit, ꝙ populares ſtatus maxime trāſmutanť, & patiunť, ſeditiones ꝑꝑ malitiā eorū q duces ſunt ī populo. Iſti. n. ꝑꝑ malitiā vel impudētiam coadiuuant diuites, hoc aūt pōt fieri dupliciter. Vno mō calumniādo eos. Eſt autē calumnia falſi criminis impoſitio. Et qñq; diciť alienæ rei vſurpatio ꝑꝑ falſi criminis impoſitionē. Qñ igiť iſti duces imponūt falſa crimia diuitibus, diuites coadunantur inter ſe, & quamuis diuites eſſent ſeparati & fortaſſis inimici, ꝑꝑ tñ calumniā coadunātur, quia timor cōis congregat & adunat eos, qui valde ſunt ſeparati. Et rō huius ēſt, quia timor eſt triſtitia, vel turbatio ꝑꝑ fantaſiā futuri mali, & ideo ille qui timet inquirit vias, ꝑ quas poſſit vitare malū opinatū futurū: ſi ergo eſtimet, ꝙ hoc faciet ſi coniungat ſe cū inimico, cōiungit ſe cū illo. Eſt tñ intelligendū ꝙ ſi motus timoris minor fuerit q̄ motus inimicitię, nō coniungeť cū inimico, ſi aūt maior coniungetur cū eo ad repellēdū, ſemp. n. ſequitur motū maiorem. Quare manifeſtū eſt ꝙ diuites cōiungunt ſeinuicem, & adunati & coniuncti, inſurgunt contra multitudinem & opprimunt eam & tranſmutant Rempublicam. Alio modo coadiuuant duces populi diuites procurando quòd multitudo grauetur a diuitibus, vt multitudo grauata, ab ipſis inducta ducibus, inſurgat contra diuites, & tunc diuites timentes opprimi a multitudine coadunātur & inſurgunt contra multitudinem & tranſmutant Rempublicam. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat per exēpla, & diuiditur in quinq; ſecūdū ꝙ maninifeſtat ꝑ quinq; exēpla. Secūda ibi. {Et in Rhodo &c.} Tertia ibi. {Diſſolutus eſt autem & in Heraclea &c.} Quarta ibi. Nec

faciunt ſeditionē, vt eſt dicere, pauci. n fiūt ad multos. Vniuerſaliter quidē igitur circa omnes politias principia & cauſæ, ſeditionum & tranſmutationum, hunc modum habent.

ſ Mouent autem politias quandoq; quidem per violētiā, qñq; G autem per fallaciam: per violentiam quidem, aut mox a principio, aut poſterius cogentes Etenim fallacia duplex, qui quidē enim cum deceperint primo voluntariorum tranſmutant politiam. Deinde poſterius violētia detinent inuoluntariorum velut in trecentis qui populum deceperunt dicentes regem daturum pecunias ad bellum aduerſum Lacedemonios, & cum mētiti fuiſſent, conabantur retinere politiam. Aliquando autem a principio cum perſuaſerint, & poſterius iterum perſuaſis ipſis voluntarijs principantur, ſimiliter quidem igitur circa omnes politias ex dictis accidit fieri tranſmutationes,

LECTIO IIII.

SEcundum vnamquamque autem ſpeciem politiæ ex ijs partientes, accidentia conſiderare oportet.

b Democratiæ quidē igitur maxime tranſmutātur propter demagogorum impudentiam, ij quidē. n. ſeorſum calumniantes habentes ſubſtantias, coadunāt ipſos, congregat enim & ſeparatiſsimos communis timor. Hi autem communiter multitudinem inducentes.

c Et hoc in multis, videbit vtique aliquis factum. Etenim in Coodemocratia tranſmutata fuit demagogis factis malis. Inſignes enim coaduuati ſunt.

*ſunt, alii vero permulti. Vniuerſaliter ergo in cunctis Rebuſpubl. initia cauſæque ſeditionum ac mutationum in hunc modum fiunt,*

*Mutatur autem Reſpublica, quandoque per vim, quādoque per dolum. Per vim autem, aut ſtatim, aut poſtea compellendo. Nam & fraus duplex eſt. Nonnumquam enim decepti ab initio ſua demum ſponte recipiunt alium gubernandi modum. Deinde poſtea violenter conſeruant, vt accidit, cum quadringenti illi Atheni enſium Rempublicam ſuſceperunt. Affirmātes enim quòd Perſarum rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios ſubminiſtraret, ac in eo mentiti,* H *nihilominus poſtea vi retinere gubernationem conati ſunt. Interdum autem ab initio perſuadentes, ac poſtea rurſum perſuaſis ſponte ac volentibus retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa omnes Reſpublicas ex his quæ dicta ſunt, contingit mutationes fieri.*

*LECTIO IIII.*

I *SEd oportet in unaquaq; ſpecie Rerumpublicarum hoc idem conſiderare.*

*Popularis ergo ſtatus maxime recipit mutationes propter eorum hominum perfidiam, qui ſunt quaſi Duces in populo. Hi enim priuatim egregium quemque calumniando, conſpirare eos ſimul compellunt. Cogit enim in vnum communis mœtus etiam eos qui prius erant inimiciſſimi, publice uero multitudinem irritant.*

K *Et hoc fere ubiq; in hūc modū fieri videm⁹. Nā & apud Choū popularis ſtatus interiit ob prauitatē eorū q populū ducebāt. Nobilitas. n. conſpiratione facta, regimē ciuitatis arripuit.*



{Nec multo diſſimiliter &c.} Quinta ibi. {Diſſolutus eſt autē & in Hereaclea &c.} In prima dicit, ꝙ ſi aliquis conſideret, videbit in multis quòd popularis ſtatus tranſmutatur propter malitiam ducum populi, nam in ciuitate quæ dicitur Chous popularis ſtatus fuit tranſmutatus propter malitiam ipſorum, diuites enim coadunati fuerunt & inſurrexerunt contra multitudinem, & tranſmutauerunt Rempublicam. Deinde cū dicit.

d ¶ Ponit ſecundū exemplum, & dicit quòd in Rhodo inſula duces populi qui ordinati erant ad tractandum de ſtipendijs exoluendis, quibus debebantur, prohibuerunt ne redderentur huiuſmodi ſtipendia militibus claſſis, cum eis deberentur, ipſi autem coniūcti inſimul propter metum iudicij & iniurias prædictas, compulſi ſunt diſſoluere popularem ſtatū eorū. Deinde cū dicit.

e ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd in ciuitate quæ dicitur Heraclea ſtat⁹ popularis fuit corruptus poſt receſſum ipſorū diuitum propter ipſos duces populi, quia diuites ꝑpter iniurias illatas receſſerunt a ciuitate, deinde coadunauerunt ſe, & coadunati ſuperuenientes deſtruxerunt ſtatum popularem & inſtituerunt aliam Rempu. Deinde cū dicit.

f ¶ Ponit quartum exemplum, & dicit quòd in ciuitate Megareorum, popularis ſtatus fuit corruptus propter malitiam ducum populi: quia duces volentes habere pecunias a diuitibus per bonorum publicationem eiecerunt multos diuites, & hoc donec fuerunt multi exules facti. Diuites autem poſtmodū coadunati fuerunt, & venientes cōtra ciuitatem impugnauerunt eam & deuicerunt, & tunc corrumpētes popularē, inſtituerunt paucorum ſtatum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quintum exemplum, & dicit quòd iſtud idem accidit apud Cumas. Ab illa. n. ciuitate fuit expulſus quidam nomine Traſimacus a ducibus populi, poſtmodū iſte inſurrexit cōtra multitudinē, & deuicit & mutauit Rempu. Deinde cum dicit.

h ¶ Aſſignat cauſam cuiuſdā dicti, dixit. n. ꝙ duces populi mo A uēt multitudinē cōtra diuites, declarat ꝑꝑ quā cauſam hoc faciūt, & dicit ꝙ fere in oībus alijs apparebit, ſi aliqs cōſideret, ꝙ trāſmutať popularis ſtatus, hoc modo. ſ. ꝑꝑ malitiā ducū populi: illi. n. mouēt multitudinē cōtra diuites, vel vt dona habeāt a diuitibus ꝑꝑ iniuſtitiā, vt. ſ. diuites ꝑꝑ iniuriā moueantur ad redimendū vexationē ſuā, vel a multitudine odiēte ipſos diuites, & tūc cōtingit ꝙ diuites propter iſtā iniuriā coadunētur. Quandoq; autē hoc faciunt, vt poſſeſſiones ſint æquales, vt ꝑ hoc de poſſeſſiōibus diuitum poſſint aliquid habere, vel vt eorū redditus muneribus publicis ſubijciantur. Quandoque autem imponūt crimina diuitibus, vt ꝑ hoc relegentur a ciuitate, & a poplo cōfiſcētur poſſeſſiones ipſorum. Sicut enim dictū fuit ſuperius, iſti duces populi adulatores ſunt, & ideo faciunt ea quę placēt multitudini, propter qđ multū lucrū afferūt. Deinde cū dicit.

i ¶ Declarat in quā Rempu. magis antiquitus fiebat trāſmutatio popularis ſtatus, quoniam in tyrānidē, & primo proponit. Secundo probat cum dicit. {Cauſa autem &c.} In prima dicit, quòd in antiquis temporibus, qñ dux populi erat dux exercitus, popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrannidem, vt frequentius, quia fere plurimi antiquorum qui fuerant tyranni, ex ducibus populi facti ſunt. Deinde cum dicit.

k ¶ Aſſignat tres rationes eius quod propoſitum eſt, & ſecundum hoc diuiditur ī tres. Secūda ibi. {Fiebant autem tyrannides &c.} Tertia ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit, ꝙ cā quare antiquitus trāſmutabant in tyrānidē & modo non, eſt, quia antiquitus duces populi aſſumebātur ex militantibus, iſti. n. erāt magis diſcreti & facūdi q̄ alij, qa exercitati, & quia rhetoricam habebāt. Hoīes aūt nō erāt cōmuniter potētes loq, qa nec cōiter habebatur rethorica, & iō illū q magis erat facūdus & diſcretus, & exercitatus in bello eligebant in principem. Ille autē ſolus principans poſtmodum tyrannizabat, & ſic mutabatur popularis ſtatus in tyrannidem, ſed modo non ſic eſt, quia rhetorica augmentata

d Et in Rhodo demagogi tractantes ſtipendia, acquiſierunt, & prohibebant reddere quæ debebantur trierarchis. Ij autem propter illatas iniurias coacti ſunt coadunari diſſoluere demum.

e Diſſolutus eſt autem, & in Heraclea demus poſt migrationem mox propter demagogos. Inſignes enim iniuſta paſsi ab ipſis ſeceſſerunt. Deinde coadunati qui ſeceſſerant, & ſuperuenientes, diſſoluerunt demum. B

f Conſimiliter autem & in Megaris diſſoluta eſt democratia. Demagogi enim vt pecunias haberēt de populari, eiecerūt multos inſignium, donec multos facerent fugientes. Ij autem deſcendentes oppugnantes populum, vicerunt & inſtituerunt oligarchiam.

g Euenit autem idem & circa Cumam in democratia quam diſſoluit Traſimacus.

h Fere autē, & in alijs videbit vtiq; aliquis cōſiderans trāſmutationes hoc modo ſe habentes. Quandoq; quidē. n. vt dona habeant iniuſta facientes, inſignes coadunant, vel ſubſtātias æque partiales facientes, vel redditus ſacrificijs. Quandoq; autem criminantes vt habeant depopulari poſſeſsiones diuitum. D

i In antiquis autem quando erat idem Demagogus, erat & dux exercitus, in tyrannidem fiebat tranſmutatio, fere enim plurimi antiquorū tyrannorū ex demagogis facti ſunt. E

k Cauſa autem quare tunc quidem fiebat, nunc autem non, quia tunc quidem demagogi erant ex militantibus. Nondum enim erant diſſerti loqui. Nunc autem rethorica augumentata, qui poſſunt loqui fiunt Demagogi, propter in experientiam autem bellicorum, non ſuperponuntur, niſi alicubi aliquid breue fiat tale.

*Et apud Rhodū, impoſitis. n. pecuniis, q̄ cōductis militib⁹ ſoluerētur, potētes qdā in populo pro ſe eas retinebāt, erat; ī pedimēto quo min⁹ ea redderētur ꝑfectis triremiū. Præfecti aūt claſſis cū pecunias nō haberēt, ac nihilomin⁹ nauigare ex lege cogerētur, ueriti pœnā iudicii, cōſpirationē inierunt ad popularem ſtatum euertendum.*

*Apud Heracleā quoq; popul⁹ oppreſſus eſt ea de cauſa, potētes. n. quidā in populo illatis iniuriis, nobilitatē expulerūt, illi vero poſtmodum conſpirantes, & in vnum conuenientes, in vrbem reuerſi populum oppreſſerunt.*

*Nec multo diſſimiliter apud Megarenſes popularis ſtatus interiit, ductores enim populi quo pecunias per bonorum publicationē haberent, multos e nobilitate pepulerant, vt tandem* C *facta ſit permagna exulum multitudo, Exules ergo in vnum conuenientes, prælio ſuperarūt, oppreſſoq; populo, paucorum potentiam conſtituerunt.*

*Contingit hoc idem apud Cumas in populari ſtatu quem deſtruxit Traſimachus.*

*Et apud alios fere quis inſpiciat eodem modo contigiſſe, interdum enim vt gratificentur iniuriantes nobilitatem conſpirare faciunt, vel patrimonia diuidentes, vel redditus muneribus publicis ſubiicientes. Interdum vero calumniantes, ut bona opulentorum publicari faciant.*

*Vetuſtis quidem temporibus, quando idem erat potens in populo, ac belli dux, popularis Reſpublica in tyrannidem mutabatur. Et profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti ſunt.*

*Cauſa uero cur tunc fierent, non autem nunc, illa eſt, quod tunc qui in populo maxime poterant ex his qui bello gerendo perficiebantur, nondum enim dicendi peritiam habebant. Nunc autem rhetorica arte ſuperueniente, qui dicendi facultatem habent populos ducunt quidem, ſed quia imperiti ſunt Rerumpublicarum, tyrannidem inuadere non audent, ni ſicubi parum aliquid tale incidit.*

augmentata eſt, & multi nouerunt eam, & ideo quicumque poſſunt loqui & diſcreti ſunt, fiunt duces populi, ſed quia nõ exercitati ſunt in bellicis, non audent inuadere principatum, ita vt aliquis ſolus principetur, niſi accidat, quòd ſit aliquis diſcretus & facundus præ alijs & exercitatus in bellicis. Deinde cũ dicit. F

l ¶ Ponit ſecũdam rationem, & dicit, ꝙ antiquitus plures erant tyrãnides quàm modo. Et ratio erat, quia magni principatus committebantur vni, ille autem trahebat dominium ad ſe, & principabatur ſolus tyrannizãs, ſicut accidit in Mileto ciuitate, quòd cuidam ſuit commiſſus principatus qui multorũ & magnorum dominium habebat, poſtmodum ſolus princi pans tyrannizauit. Quare igitur plures erant antiquitus tyrannides quàm modo, & Reſpub. tranſmutabatur in illam, quę vt plures accidebat, ideo vt popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrãnidem. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiam rationem, & dicit ꝙ iterum manifeſtum eſt, quòd antiquitus tranſmutabatur popularis ſtatus in tyrãnidem, quia ciuitates non nõ erãt multum magnæ, immo populus habitabat ĩ agris occupatus circa agriculturam, & ideo parum curabat de bono communi. Vnde illos qui erant magis ſagaces & meliores in populo, qm̃ bellicoſi exiſtebant, populus præficiebat, & principabantur tyrannice. Tyrannizabant autem, quia credebatur eis a vulgo, & cauſa huius erat, quia ꝑſuadebãt pauperibus contra diuites. Efficax autem ꝑſuaſio erat inimicitia, quam prætendebat contra ipſos diuites. Odio enim habere inimicũ alicuius, facit ipſum bene credibilem illi, ſicut accidit Athenis, quòd quidam nomine Piſiſtratus fecit ſeditiones contra Pediacos. Et Megaris Theagenes ſic nominatus a gñe, & occidit iuxta quendã fluuiũ pecora diuitũ Megareorũ, & cepit illos qui paſcebãt pecora illa, & ex hoc beniuolus fuit populo. Similiter Dionyſius accuſauit quendã nomine Daphnæum, & ſimiliter diuites, & ex hoc reputatus eſt dignus principari principatu tyrannico, factus credibilis populo & reputatus fidelis, tum quia popularis erat, tum quia videbatur inimicitiam habere ad diuites. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat, quomodo ex vna ſpecie popularis ſtatus fiat trãſmutatio in aliam, & primo tangit modum. Secundo remedium, ibi. { Remedium autem &c. } In prima dicit, quòd ex populari ſtatu, patria in qua principantur aliqui liberi, tranſmutatio fit in popularem ſtatum nouum, in quo tota multitudo dominatᷣ ſecundum ſententiam, non ſecundum leges, & non principatur aliquis ſecundum aliquam honorabilitatem. Fit autẽ tranſmutatio iſto modo. Cum enim populus in tali Repu. poteſtatẽ habeat in electione, duces populi qui principari intendunt, ſua decreta proponunt, ꝙ multitudo debeat prĩcipari, quia melior ẽ quàm aliqui de multitudine, & ideo melius eſt principari totam multitudinem, quàm aliquos. Populus autem libẽter audit iſtã allegationẽ, & ideo inſtituit, ꝙ tota multitudo principetur ſecundũ legẽ, & dicitur iſta popularis ſtatus nouus. Deinde cum dicit.

l Fiebant autẽ tyrannides pri⁹, magis quàm nunc, & quia magni principatus committebantur aliquibus, ſicut in Mileto ex prytannea, multorum enim & magnorum erat dominus prytannus.

G m Adhuc autem, quia non magnæ erant tunc ciuitates, ſed in agris habitabat populus, occupatus exiſtens operibus, optimates populi, quando bellicoſi erant, tyrannide pręferebantur. Omnes autem hoc faciebãt crediti a vulgo, perſuaſio autem erat inimicitia ad diuites, velut Athenis Piſiſtratus ſeditionem mouit aduerſus Pediacos, & Teagenes in Megaris diuitum pecora occidens, capiens iuſta H fluuium paſcentes, & Dionyſius accuſãs Daphnæum & diuites dignificatus eſt tyrannide propter inimicitiam, creditus tamquàm popularis exiſtens.

n Tranſmutantur autem & ex prima democratia in maxime nouam, vbi enim eligibiles quidem principatus, non autem ab honorabilitatibus, eligit autem populus. Demagogi qui ſtudent principari, ad hoc inſiſtunt vt I populus ſit dominus legum.

o Remedium autem, vt nõ fiat velut minus fiat, tribus ferre principes, ſed non omnem populum. Democratiarum quidem igitur trãſmutationes omnes ferè fiũt propter has cauſas.

*Tyrannides certe frequentius fiebant prius quàm nunc, & propter magnas poteſtates quibuſdam cõmiſſas, ceu Mileti ex conſulatu, multarum enim ac magnarum rerum poteſtatẽ habebat conſul.*

*Ac etiam ob id, quia tunc urbes nõ erant magnæ, ſed rure homines habitabant, ocium agentes, præterquam ab agris. Qui autem patroni erant in populis cum uiri militares eſſent, tyrannidem inuadebant, idque agebant omnes præſtita ſibi prius fide a populo, quæ acquirebatur ex inimicitia aduerſus opulentos, ut Athenis Piſiſtratus per factionem contra Pediacos ſuſceptam, & Megaris Theagenes, armentis opulentorum occiſis, quæ iuxta flumen repererat paſcentia. Et Dionyſius accuſans Daphnæum & diuites, meruit tyrannidem Syracuſis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis ſibi fide a populo præſtita, quaſi popularis eſſet.*

*Mutantur etiam Reſpu. ex conſueta gubernatione in ultimam ſpeciem popularitatis. Cum enim per electionem ſunt magiſtratus, non tamen a cenſu. Eligit autem populus ambientes populum, magiſtratuum gratia, eò rem deducunt, ut ſit populus dominus etiam legum.*

*Remedium autem ne hoc omnino fiat, uel ut minus fiat, illud eſt, ut tribus quidem magiſtratum eligant, non populus uniuerſus. Popularium igitur ſtatuum mutationes ferè omnes ꝑ has fiunt cauſas.*

o ¶ Tangit remediũ contra iſtum modũ tranſmutandi popularem ſtatũ, quia iſta ſpecies in quam fit talis tranſmutatio peſſima eſt, & dicit ꝙ remediũ ne fiat huiuſmodi popularis ſtat⁹ vel vt minus fiat, eſt ſuſtinere & procurare, ꝙ vna tribus eligat, ita ꝙ vna tribus modo eligat, deinde alia, & ſic deinceps, & non tota multitudo. Minor enim eſt vna tribus quàm tota multitudo, & ideo melius eſt eligere tribus quàm totã multitudinẽ. Dicebat enĩ ſuperius Philoſoph⁹ quòd totã multitudinẽ eligere contingit dupliciter. Vno modo diuiſim, vt modo vna tribus, deinde alia, ita ꝙ oẽs partes obtineant electionẽ diuiſim. Alio modo coniunctim: & quia primum poteſt haberi accipiendũ eſt magis. Et cõcludit ꝙ ꝓpter iſtas cauſas fere fiunt oẽs tranſmutatiões ſtat⁹ popularis.

## LECTIO V.

K Oligarchiæ autem tranſmutãtur, maxime propter duos modos maniſeſtiſsimos.

## *LECTIO V.*

*Paucorum autem gubernationes mutantur per duos maxime modos manifeſtiſſimos.*

## LECTIO V.

Poſtquam determinauit Philoſophus cauſas ſeditionis & tranſmutationis ſtatus popularis, in parte iſta determĩat cauſas tranſmutationis, & ſeditionis ſtatus paucorum in particulari, & diuiditur in partes duas. In prima tãgit modos, quibus trãſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda recapitulat, ibi. { Oligarchiæ quidem igitur &c. } prima in duas. In prima ponit modos per ſe, quibus tranſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda ponit vnum modum accidentalem, ibi. { Fiunt autem &c. } Prima in duas. In prima proponit, quòd duo ſunt modi quibus tranſmutatur. In ſecunda proſequitur, ibi. { Vnũ quidem ſi iniuſta &c. } In prima dicit quòd ſtatus paucorum, tranſmutantur ſecundũ duos modos, qui ſunt valde manifeſti, tranſmutantur enim propter diſſenſiones diuitum inter ſe, & propter diſſenſionem pauperum ad diuites. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſe-



b ¶ Proſequitur & primo primum. Secundo ſecundum, ibi. { Habet autem } In prima dicit ꝙ propter vnum tranſmutatur ſtatus paucorũ, ſcilicet ſi diuites principantes opprimant multitudinem iniuſta faciendo, cum enim grauatur multitudo, inſurgit contra diuites & expellit eos, & ſic corrumpit ſtatũ paucorum. Quæcumq; enim ſit multitudo, ſi præſens & vnanimis ſit ſufficiens eſt ad expulſionem diuitum, & corruptionẽ ſtatus paucorum, & maxime ſi populus vnum ex paucorum numero eligat, & ducem faciat, ſicut factũ fuit in Naxo, vbi Ligdam⁹ aſſumptus fuit in Præſidem ex paucorum ſtatu, qui poſt modum tyrãnizauit ſuper illos Naxeos. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitᷣ aliũ modum, qui eſt propter ſeditionem diuitum inter ſe, & diuiditur in ſeptem ſecũdum ꝙ ſunt ſeptem modi. Secunda, ibi. { Trãſmutata autem fuit &c. } Tertia ibi. { Mouentur aũt Oligarchis &c. } Quarta ibi. { Adhuc autẽ, &c. } Quĩta ibi. { Diſſoluuntur autẽ &c. } Sexta ibi. { Fiunt etiã &c. } Septima, ibi. { Multę autem &c. } In prima dicit, ꝙ prĩcipatus paucorũ potentię patitur ſeditionem ab aliis diuitibus. Contingit enim quandoque ꝙ illi diuites qui nõ ſunt in principatu corrũpãt Rempu. Et hoc accidit quando illi qui principãtur ſunt pauci, ſicut accidit ĩ Maſſalia, & in Hiſtro & in Heraclea, & in q. buſdam aliis ciuitatibus. Contingit enim in illis ꝙ illi diuites qui non principabantur exiuerunt ciuitatem, vel propter iniuriam illatã eis, vel propter inuidiam, & erant extra ciuitatẽ donec poſſent tranſmutare antiquiores fratrum principantes & poſtmodum iuniores, ſimiliter enĩ pater & filius nõ prĩcipabantur, ſed pater tantum vel filius tantum, nec duo fratres ſimul, ſed vnus tantum, videlicet antiquior, & maxime accidebat in illis ciuitatibus, in quibus paucorum patricia illuſtrior erat, & ſic accidit in Hiſtro, vbi propter diſſenſionem diuitum ex prædictis cauſis exortam, mutatus eſt ſtatus paucorum in popularem, & ſimiliter in Heraclea a paucioribus ad ſexcentos propter eandem cauſam tranſmutatus eſt. Deinde cum dicit.

b Vnum quidẽ ſi iniuſta agant in multitudinẽ. Omnis.n. fit ꝓ- ſes ſufficiens. Maxime aũt quãdo ex ipſa Oligarchia accidit fieri præſidẽ, ſicut in Naxo Lygdamus, qui & poſterius tyrannizauit ſuper Naxios.

c Habet aũt & qui ex aliis principatus ſeditionis differentias. B Quandoq; quidem.n. ex ipſis diuitibus non exiſtentibus aũt in principatibus fit diſſolutio, qñ pauci valde fiũt qui in honoribus, velut in Maſſalia & in Iſtro, & in Heraclea, & in aliis ciuitab⁹ accidit. Qui.n. non participabant principatibus euacuabant donec tranſmutarent ſeniores prius factũ, poſterius autem minores iterum. Non.n. principãtur alicubi quidẽ ſimul pater & filius, Alicubi autẽ ſenior & iu- C nior frater, Et in eo quidẽ magis politica facta fuit Oligarchia. In Iſtro autẽ ad demũ remiſſa fuit. In Heraclea autẽ ex paucioribus ad ſexcẽtos venit.

d Tranſmutata autẽ fuit & in Gnido Oligarchia ipſis inſignibus ſeditionẽ facientibus ad ſe ipſos pp paucos participare, & ſicut dictũ eſt, ſi pater filiũ non participare, neque ſi plures fratres, ſed aut ſeniſſimũ. Inſurgẽs enim populus ſeditionẽ agenti- D bus, & accipiens præſidẽ ex inſignibus, inualeſcẽs obtinuit. Debile.n. quod ſeditione diuiſum, & in Erythres autẽ in Oligarchia reginarum in antiquis temporibus, quãuis bene curam habẽtibus iis qui ĩ politia, tamen pp a paucis regi indignatus populus, tranſmutauit politiam.

e Mouentur autem Oligarchiæ ex ipſis & propter contentionẽ demagogizantium.

f Eſt.n. Demagogia dupliciter. Hæc quidẽ inter ipſos paucos. Inſit.n. Demagogus & ſi omnino pauci ſunt, velut in triginta Athenis qui circa Chariclea habuerunt triginta demagogizantes, & in trecẽtis qui circa Phry

A *Vnum ſi iniuriis afficiant multitudinem, quilibet enim patronus ſufficit, & maxime ſi ex numero paucorũ dux aliquis exiſtat, quemadmodum in Naxo Lygdamus, qui tyrannidem poſtea inuaſit.*

*Habet autem etiam ex aliis initium ſeditionis differentias. Quandoque enim ab ipſis opulentis qui magiſtratibus non honorantur, magiſtratibus fit diſſolutio, cum perpauci ſint illi, qui dignitates uſurpant, ut in Maſſalienſibus, & in Hiſtro, & apud Heracleã, & in aliis ciuitatibus accidit, Homines enim ab honoribus, excluſi res nouas moliri non ceſſant, quoad ipſi quoque honorentur: primo quidem ſeniores ex fratribus, deinde iuniores, quibuſdam enim locis non ſimul ad Rempub. gubernandam recipiuntur filius & pater. Alicubi uero frater ſenior ac iunior, & ibi paucorum potentia ciuilior eſt; in Hiſtro autem ad popularem recidit, apud Heracleam uero, a paucioribus ad ſexcentos.*

*Mutata eſt etiam Gnidi paucorum potentia, ſeditione inter nobilitatem ipſam coorta, ex eo quòd pars eorum ab honoribus excludebatur. Siquidem pater filium impediebat, & frater fratrẽ nec niſi qui ſenior foret, honorabatur. Inſurgens enim populus per illorum diſcordiam, ac ducem nactus, ex ipſa nobilitate peruicit, imbecillis enim aduerſa pars erat, & apud Erythrienſes in paucorum gubernatione regiarum urbium antiquis temporibus, licet diligenter curarent qui in gubernatione illarum uerſabantur, tamen quia per pauci erant, non tulit populus, ſed Rempub. mutauit.*

*Mutantur etiam paucorum gubernationes ex ſeipſis propter factiones ipſorum, qui plus poſſe apud populũ uolunt.* E

*Hoc autem dupliciter fit. Quandoque enim ſibi aſciſcunt & coniungunt alios ex ipſo numero paucorum, ut Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringentis Phrynicus. Quandoque uero ipſi qui ſunt ex paucorum numero, uendicãt ſibi plebem*

d ¶ Ponit ſecundum modum & dicit, ꝙ in Gnido ciuitate trãſmutata fuit paucorum potentia propter hoc, ꝙ diuites inter ſe fecerunt diſſenſionem. Cum enim pauci eſſent principantes & plures diuites non principantes, fecerunt ſeditionem. Cum.n. pater principaretur & filius non poſſet, mouebat ſeditionem filius contra patrem: iterum cum plures fratres non poſſint principari, ſed ſenior minor mouit ſeditionem aduerſus fratrẽ ſeniorem. Ipſis autẽ diſſentientibus, multitudo grauata propter eorum ſeditionẽ inſurrexit contra illos, & obtinuit, & aſſumpſit ſibi in principem vnum ex illis: cũ enim diuites ſint diuiſi nõ poſſunt obtinere contra multitudinem, nam quod diuiſum eſt propter ſeditionem debile ẽ: omnis enim virt⁹ diuiſa minor eſt ſeipſa vnita, ſimiliter & apud Erithrienſes cũ eſſet ſtatus paucorũ regiarum vrbium antiquitus, quãuis principantes bene regerent illos, qui erant in Repub. tum quia pauci erant, populus indignat⁹ inſurrexit & tranſmutauit Rẽpubli. paucorum. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertium modum, & primo ponit ipſum. Secundo manifeſtat ipſum ibi { Eſt enim Demagogia dupliciter, &c. } In prima dicit ꝙ iterum tranſmutantur paucorum ſtatus quaſi ex ſeipſis a principio intrinſeco, ſcilicet propter diſſenſionem & contemptionem ipſorum, qui & plus poſſe volunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Diſtinguit duos modos, quibus præpotentes mutant ſuũ regimen, ideſt paucorum potentiã. In prima dicit, ꝙ hoc qd̃ dictum eſt, ꝙ ſcilicet potentes propter factiones mutẽt gubernationem paucorum duobus modis fit. Vno modo, quando prædicti potentes adiungunt ſibi alios ex ipſo numero paucorum, quia ſic per huiuſmodi diuiſionem mutant Rempub. ſicut Caricles Athenis fecit, cum eſſent triginta potentes, & Phrynicus cum eſſent quadringenti, ſic enim eos diuidens mutauit eorum ſtatum. Alio modo quando pauci præpotentes cõciliant ſibi plebem, ſicut contigit in Lariſſa ciuitate. In illa.n. principantes habentes cuſtodiam ciuium, quia eligebantur a populo, & colendo plebem regebant ipſam, ſimiliter in aliis

gubernatio-

gubernationibus paucorum in quibus ipſi potentes, qui poſsũt gerere magiſtratum non eligunt ſeipſos ad magiſtratus : ſed permittitur ciuibus electio, vel plebi : ita tamen ꝙ ſecundum magnos cenſus vel ex determinato alio genere fiat electio: vt Abydis, & ſimiliter ipſi qui rempu. gubernant non iudicant: ſed hoc permittunt plebi eã colendo. Vt igitur eorum ſuffragia promereri poſſent : cum & electio & iudicia ad plebem ſpectent, nimium fauẽtes populo rempu. mutabũt : videlicet ex paucorũ potentia in popularem, vt apud Heracleam cõtigit quæ eſt in Ponto. Deinde cũ dicit.

g ¶ Ponit quartum modũ: & diuiditur in tres. In prima ponit modum illum. In ſecunda oſtendit quando maxime corrumpitur paucorum ſtatus ibi. {Fiũt ẽt &c.} Tertio quæ paucorũ potentia non de facili corrumpitur ibi. {Concors autẽ &c.} In prima dicit: quòd paucorum ſtatus contingit corrũpi ex ſe, quãdo ſunt aliqui diuites principãtes, & principat⁹ reducitur ad pauciores : ita ꝙ pauciores principentur quàm prius, tunc enim diuites qui expelluntur a principatu, videntes ſe contemni, volentes magis æquale & proportionale quàm quod alijs ſint ſubiecti, conuocant populum in auxiliũ, & tunc tranſmutant rempublicã. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quãdo maxime corrũpitur ſtatus, & dicit ꝙ contingit ſtatum paucorum tranſmutari, maxime ſcilicet quando diuites cõſumpſerũt bona ſua viuẽdo impudice & inhoneſte. Cum enim aſſueuerunt viuere delitioſe conſumẽtes propria, nõ habẽtes diuitias, appetunt vndecunq; habere eas, vt poſsint cõtinuare delitias aſſuetas. Credunt autẽ ſe poſſe habere diuitias: ſi turbent rempub. & ideo quærunt & procurant innouare rempu. & tunc cõtingit ꝙ iſti præferãtur & principentur tyrannizantes, quia enim cõſumpſerunt bona ſua viuendo voluptuoſe cum alijs, contingit ꝙ habeant amicos: amantur enim maxime liberales viuẽdo & expẽdẽdo. Et iõ contingit cũ turbãt Rẽpu. ꝙ habeãt amicos fautores & pręficiũtur, ſi aũt nõ poſſint præfici in tyrannum, procurant & diſponunt ꝙ alius ſit princeps, vt per hoc acquirentes amicitiam illius, poſſint habere quid expendant: ſicut accidit in ciuitate Syracuſanorum. Hipparinus enim cum conſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet præfici in principem, procurauit ꝙ Dionyſius tyrannizaret: Et in ciuitate quæ dicitur Amphipolis, quidam cui nomen erat Cleotinus calcidiẽtes aduenas induxit & mouit ſeditionẽ cõtra diuites: ſimiliter in Egina ciuitate, cũ quidã mouiſſet cauſam contra Charetem, cum conſumpſiſſet bona ſua, conatus eſt tranſmutare rempub. propter eandem cauſam, vt ſcilicet poſſet habere diuitias ex quib⁹ delitioſe uiueret, conãtur ergo iſti tranſmutare rempub. ſecundum hunc modum, vt mox poſſint, & ſi non poſſunt præfici in tyrannos, nec procurare aliquem aliũ : furantur, & rapiunt bona communia, & ideo faciunt ſeditiones vel iſti, vel iſti q pugnant contra illos fures & raptores, ex quo contingit mutare rempub. ſicut accidit in Apollonia, quę eſt in Põto, ibi enim cum quidam cõſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet præfici in tyrannũ, nec procurare ꝙ alius eſſet, incepit rapere & furari bona communia, & tunc mota fuit ſeditio in ciuitate. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtẽdit, qui paucorum ſtatus non de facili corrumpitur, & dicit ꝙ ille ſtatus paucorum non de facili corrumpitur, in quo diuites ſunt concordes ex ſe, & bene utũtur omnibus quæ ſunt reipu. vnoquoque ſecundum gradum ſuum. Signum autẽ dicit eſſe rempub. quæ erat in ciuitate quæ dicebatur Pharſalum, illi enim qui ibi dominabantur pauci erant, & multorum erant domini, vnde bene vtẽtes ſeipſis vnicuique attribuebant qđ proportionabile erat, qa tales vniuntur in voluntate finis, & in voluntate eorum, quæ ſunt ad finem & vnũ finem intendunt, & ea quæ ſunt ad illum finem. Rempub. aũt taliũ nõ eſt facile corrũpere, & dicit ex ſeipſa, qa ab exteriori agẽte põt corrumpi. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit quintum modum, & diuiditur in duas. In prima ponit modum illum. In ſecunda declarat quando fit tranſmutatio paucorum potentiæ ſecundum hunc modum, & alios magis ibi. { Fit autem tranſmutatio } In prima dicit quòd contingit aliquando paucorum ſtatum tranſmutari, quando fit tranſmutatio a ſtatu paucorum aſſueto ad alium magis communem & paucorum. Hoc autem contingit quando ſunt pauci principantes,

nichum eodẽ modo, aut quando turbã demagogizant qui in Oligarchia ſunt, velut in Lariſſa ciuiũ cuſtodes ꝓpter eligere ipſos vulgus demagogizabãt & in quibuſcunq; Oligarchiis nõ iſti eligũt principatus ex qbus principes ſũt, ſed principat⁹ qdẽ ex honorabilitatibus magnis ſunt ac in ſocietatibus, eligunt autẽ qui ad arma, vel popul⁹, qđ quidẽ in Abydo accidit & vbi prætoria non ex politeumate ſint. Demagogizantes aũt aduerſus iudicia tranſmutant politiam, quod quidẽ & in Heraclea quæ in Ponto, factum fuit.

g Adhuc autem, quãdo aliqui ad pauciores trahunt Oligarchiam. Qui enim quærũt quod ęquale, coguntur inducere populum adiutorem.

h Fiunt autem tranſmutationes Oligarchiæ & cum conſumpſerit propria uiuentes impudice, etenim qui tales innouare q̃runt, & aut tirãnyde prefer ũtur ipſi, aut diſponunt alium, ſicut Ipparinus Dionyſiũ in Syracuſis, & in Amphipoli, cui nomen erat Cleotinus aduenas Chalcideorũ induxit, & cũ veniſſent, ſeditioſe mouit ipſos aduerſus diuites, & in Aegina qui actionem ad Charetam egit conatus eſt tranſmutare politiam ꝓpter talem cauſam. Quandocunque quidẽ igitur mox conatur mouere aliqd, quandoq; aũt furantur cõmunia: vnde ad ipſos ſeditiones agũt, aut iſti, aut qui pugnant aduerſus iſtos fures, qđ quidem accidit in Appollonia, ea quæ in Ponto.

i Concors aũt Oligarchia non facile corruptibilis ex ſe ipſa, ſignum aũt quæ in Pharſalo politia. Illi .n. pauci exiſtentes multorum domini ſunt, quia vtuntur ſe ipſis bene,

k Diſſoluuntur autem & quãdo in oligarchia alteram oligarchiã inducunt, hæc autẽ eſt quã do toto politeumate pauco exiſtente, maximis principatibus non participant qui pauci omnes, quod quidem in Elide accidit aliquando, politia enim per paucos exiſtente ſenum, pauci omnino fiebant, propter perpetuos eſſe nonaginta exiſtentes & propter electionem poteſtatiuam eſſe & ſimilem ei quæ in Lacedæmonia ſenum.

*ut apud Lariſſam nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio magiſtratus illius, qui cuſtodia Reipub. uocabatur, & in quibuſcumque gubernationibus paucorum, non illi ipſi eligunt ad magiſtratus, qui & gerere illos poſſunt, ſed ex cenſibus* G *magnis tribuuntur, uel ex aliquo corpore. Electio tamen eorum per ciues fit, uel per plebem, ut Abydi, & ubi iudicia non ſunt ex his, qui Rempubl. gubernant colendo plebem, quo eorũ ſuffragia promereantur, Rempub. mutant, ut apud Heracleam contigit, quæ eſt in Ponto.*

*Quod idem accidit quando in gubernatione paucorum quidam exiſtentes, ad pauciores etiam Rempub. trahunt. Pares enim cæteris eſſe quærentes,* H *compelluntur populum in ſui auxilium adhibere.*

*Fiunt etiam mutationes in gubernatione paucorum, quando prodigaliter uiuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonia conſumpſerunt, optant .n. res nouas huiuſmodi homines, Tyrannidemque uel ſibiipſis, uel alteri affectant, quemadmodum Hipparinus Dionyſium Siracuſis, & Amphipoli Cleotimus, Chalcidenſes colonos ſuperinduxit, & cum ueniſſent ſeditionẽ* I *cum illis contra diuites fecit, & in Egina qui negocium illud Chareti Athenienſi confecerat, res nouas molitus eſt, propter huiuſmodi cauſam. Hi ergo homines conſumptis patrimoniis, aut res nouas commouent, aut Rempub. furtis expilant. Itaque ſeditiones aut ab ipſis, aut ab illis concitantur, qui eorum furta nõ tollerant, ut Apolloniæ, quæ eſt in Ponto accidit.*

*Concors uero ſi ſit paucorum gubernatio ex ſeipſa non facile interiit,* K *huius ſignum eſt apud Pharſalum urbem Reipu. ſtatus, pauci ſiquidem in ea ciuitate gubernatores multorũ ſunt domini, qui ipſi inter ſe recte ac debito more ſe gerunt.*

*Euertuntur etiam quando in paucorum gubernatione aliam paucorum gubernationem efficiunt, id eſt, quando eorum ad quos pertinet gubernatio Reipu. qui pauci ſunt ſelectio quædã fit: neque habilitas eſt oĩbus ad maximos magiſtratus dignitateſq; poſſe aſſumi. Qđ apud Elidẽ vrbẽ quãdoq; contigit, nam cũ paucorũ eſſet gubernatio Reipub. admodũ pauci eorũ ad* B *ſenatoriũ ordinẽ, quæ erat ꝑpetua dignitas, peruenire poterant, ob id quod erat potentium hic ordo, ac perſimilis Lacedæmoniorum ſenatui.*



principantes, & ſint alii viri diuites & inſignes, qui non partici- A pant principatibus. Videntes enim quòd nõ attingunt ad principatum, reputant ſe contemptos : & ideo mouent ſeditionem, & reducunt illum paucorum ſtatum ad communiorem magis, in quo plures diuites quàm prius principantur, ſicut accidit in Elide ciuitate, Reſpu. enim ipſorũ regebatur per paucos. Cuius ratio poterat eſſe, qa illi qui erant principaliores in Reipu. regimine, erant tantum nonaginta, & principatus eorum perpetuus erat. Et iterum aliquo decedente, alii habebant poteſtatem aliũ eligendi. Vnde frequentius eligebant amicos & notos, ſicut fiebat in Repu. Lacedæmoniorũ, de qua dictum eſt in Secundo huius, propter ꝙ alii videntes ſe contemptos, mouerunt ſeditionem, & mutauerunt Remp. in magis communem ſtatum paucorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quando fit magis traſmutatio, & primo declarat quòd fit tempore belli. Secundo quòd fit tempore pacis, ibi (In pace autem.) In prima dicit ꝙ tranſmutatur paucorũ ſtatus tempore belli, & tempore pacis: & tempore belli ꝓpter hoc quòd diuites diffidunt de multitudine. Multitudo enim inuidet diuitibus, & reputat ſe contemni propter hoc quòd nõ reputatur ab eis. Ipſi autem contempti odiũt eos. Vnde rationabiliter hoc præſentientes, diffidunt de eis, & tamen oportet quòd ipſi militantes contra aduerſarios vtantur multitudine habente potentiam. Cogitant etiã quòd quemcumque multitudo eleuauerit in principem ſibi dans poteſtatem eidẽ, ille principabiť, ſicut accidit ĩ Corintho quòd multitudo inſurrexit & aſsũpſit ſibi vnum tyrannum cui nomen erat Timophanes, & iſte fuit princeps illorũ. Si autem plures aſsũpſerit, iſti magis erũt domini, & facili⁹ maiorem habentes poteſtatem, & quia diuites timent iſta tradunt dominium Reipub. multitudini, ne totum amittant, propter enim bellum oportet eos vti multitudine, poſſet enim contingere ꝙ aduerſarii præualerent & quòd amitterent poſſeſſiones ſuas. Deinde cũ dicit.

m ¶ Declarat, qualiter corrumpitur tempore pacis, & dicit ꝙ tempore pacis corrumpitur paucorum ſtatus propter diffidentiam diuitum adinuicem : quia enim diuites diffidunt de ſe inuicem, muniunt ſe ponendo cuſtodiam multam in munitionibus contra inuicem, & tunc contingit quòd populus grauatus propter diſſenſionem ipſorum inſurgit contra ipſos, & contingit ꝙ aſſumit vnum, & ille fit princeps, & dominus diuitum & populi, ſicut in Lariſſa ciuitate accidit in principatu Aleuadẽſium: & circa Abydũ ſocietatem in ciuitatibus, quarũ vna fuit eorũ q dicunt Iphiadi, dicti a loco illo, vel regione diſſentiẽtibus diuitibus inſurrexit populus, & fecit vnum præſidem. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit ſextum modũ. Et dicit quòd fiũt ſeditiones, & trãſmutationes paucorũ potẽtiæ propter hoc, quòd illi qui principãtur circumueniũt alios, cũ enim populus videt ſe deceptũ a diuitibus, indignať, & mouetur cõtra ipſos faciens ſeditionẽ, & contingit ꝙ tranſmutet Rempu. illã. Similiter fit tranſmutatio ꝑꝑ diſſenſiones quę fiũt ꝑꝑ nuptias, vel iudicia: ꝑꝑ diſſenſiones quidem, quæ in nuptiis fiunt, de quibus dictũ eſt pri⁹, ꝙ cum quidã deſpõſaſſet quandam nolens eã accipere, ductus conſilio cuiuſdã contigit ꝙ ſeditio facta fuit. Similiter paucorum potentia quæ erat in Eretria ciuitate Diagoras princeps equeſtrium diſſoluit ꝑꝑ iniuriam ſibi illatam circa nuptias. Similiter ĩ ciuitate Heraclea facta fuit ſeditio ꝑꝑ ſententiã datam a iudice contra quendam. Similiter Thebis fuit ſeditio ꝓpter quoddam iudiciũ adulterii. Et quãuis iſte iuſte mouerẽtur, tamen mouebãtur ſeditionaliter per ſeditionem faciendo violentiam, ſicut & ĩ Heraclea ciuitate, q dam moti fuerũt cõtra quendam, cui nomen erat Euectio. Et quamuis iuſte mouerentur, tamẽ ſeditionaliter mouebantur. Similiter in Thebis ciuitate quidã moti fuerunt circa Archiũ quendã, contendebant .n. cum inimicis & volebant inimici ipſorum, ꝙ ligaretur in foro, & quàmuis iſti mouerentur iuſte, tamen mouebantur ſeditionaliter. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit ſeptimum modum. Et dicit ꝙ aliquando corrumpitur ſtatus paucorum, quia valde dominatiuus eſt, & principantes

l Fit autem tranſmutatio Oligarchiarum & in bello & in pace. In bello quidem propter diſcredentiam ad populum, militibus coactis vti, cuicumque .n. manus iniecerũt, iſte ſępe fit tyrannus, ſicut in Corintho Timophanes, ſi autem plures iſti amplius acquirunt potẽtatum. qui autem hoc formidant tradunt multitudini politiæ, quia compelluntur populo vti.

m In pace autem propter diſcredentiam adinuicem immittunt cuſtodiã militibus & principante Meſidio qui aliquando fit dominus amborũ, quod quidem accidit in Lariſſa in principatu Aloadorum circa Samum & in Abydo in ſodalitatib⁹ quarum vna erat quæ Iphiadæ.

n Fiunt autem & ſeditiones & ex circunueniri alios ab alijs ipſorum qui in Oligarchia, & ex diſſidere penes nuptias vel ſentẽtias, puta ex nuptiali quidẽ cauſa, quæ pri⁹ dictæ, & Oligarchiã quæ in Eretria equeſtrium Diagoras diſſoluit iiuſta paſſus circa nuptias. Ex iudicio autẽ prætorii quæ in Eraclea ſeditio facta fuit, & in Thebis ex cã adulterii, iuſte quidem, ſeditionaliter autem facientibus punitio- E nem, iis quidem in Eraclea contra Euritionem, iis autẽ qui in Thebis contra Archiũ, vicerũt .n. ipſos inimici, quare exceperunt in foro in Cyphone.

o Multæ autem & propter valde deſpoticas eſſe Oligarchias

*Fit autẽ mutatio gubernationis paucorum, & in bello & in pace. In bello quidem, quòd populo diffidentes cõducto milite uti compelluntur, & qui illis præficitur ſæpe tyrannus euadit, ut Corinth. Timophanes, quod ſi plures præficiuntur ipſi ſibi potentiam parant. Interdum uero iſta formidantes* C *qui regunt populum, recipiunt ad Reipub. communionem, quoniam neceſſitas cogit populo uti.*

*In pace autem propter diffidentiã quam inter ſe habent conductis militibus cuſtodiam tradunt, præficiuntque illis uirum aliquem, qui ad neutram partem magis inclinare uideatur. At iſte ſæpe fit dominus partis utriuſque, quod accidit in Lariſſa urbe Aleuadẽſibus Rempub. apud Samum tenentibus, & apud Abydum tempore ſoda-* D *litatum, quarum una erat Iphiadi.*

*Oriuntur etiam ſeditiones per excluſionem aliorum ab aliis factam, eorum ipſorum, qui ſunt in paucorum gubernatione, quando de nuptiis, uel de iudiciis concertant, quemadmodum de nuptiis ſupra diximus. Et in Eretria paucorum gubernatio equitum ſublata eſt per Diagoram, qui affectus iniuria fuerat ex nuptiis. Ex iudicio autem apud Heracleã ſeditio extitit, & Thebis ob adulterii iudicium. Atqui utroq; in loco nõ iniuſta fuerat accu-* E *ſatio, ſed ꝑ factionem pœna nimis exaſperata, apud Heracleã quidem aduerſus Euectionẽ. Thebis uero aduerſus Archiũ, quem inimici peruincentes, in foro ligari, ac ceruicem eius anulo ferreo includi fecerunt.*

*Sepe etiam paucorum gubernationes diſſolutæ fuerunt ob nimiam domi-*

pantes domini, quia enim volunt vti ſubditis, ſicut ſeruis, contingit eos contriſtari & inſurgunt contra eos & aſſumentes ſibi vnum ex illis expellunt alios & corrumpunt paucorum potentiam, ſicut corrupta fuit paucorum potentia, quę fuit in Gnido & illa quæ erat in Chio, quia principantes volebant vti eis ſicut ſeruis, propter quòd inſurrexerunt, & mutauerunt Rempublicã. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat, qualiter corrumpitur ſtatus paucorum per accidens. Et dicit quòd ſtatus paucorum, & Reſpub. transmutantur quandoq; ab euẽtu, & ſecundum accidens. Et hoc contingit, quando illi qui principantur principatu conſiliatiuo vel iudicatiuo, ſecundũ aliquam honorabilitatem determinatam principantur, puta cum determinatur quantitas diuitiarũ, quam habentes licitum eſt attingere ad principatum. Contingit enim aliquando, vbi determinata eſt & ſtatuta honorabilitas ſecundum quam principãtur & in ſtatu paucorum pauci, & in Repub. medii, poſtmodum multos vel omnes venire ad illam honorabilitatem, & hoc exiſtente fælicitate, vel propter pacem, vel propter aliã bonam fortunam, ita vt omnes digni ſint omnibus principatibus, omnibus autem principantibus fit ſtatus popularis, quare transmutatur ſtatus paucorum in popularem ab euentu. Similiter eſt de Republica. Hæc autem transmutatio quandoque fit paulatim & latenter, quandoque autem celeriter. Deinde cum dicit.

q ¶ Recapitulat, & dicit ꝙ propter iſtas cauſas quæ dictæ sũt, paucorum ſtatus trãſmutantur, & ſuſtinẽt ſeditiones. Vlterius dicit ꝙ ſtatus popularis transmutatur ĩ ſtatum paucorũ, quãdoque vero econtrario. Aliquando vero non eſt transmutatio Reipub. in aliam Rẽpubl. ſecundum genus, ſed ſecundum ſpeciem aliam, vel modum illius, velut quãdo ſtatus popularis in quo dominatur aliquis ſecundum leges transmutatur in illum in quo dominatur tota multitudo, vel aliqui ſecundum ſententias & voluntates, non ſecundum leges. Similiter ſe habet de paucorum potentia.

ab iis qui in politia contriſtatis diſſolutæ ſunt, ſicut quæ in Gnido & quæ in Chio Oligarchia.

p Fiunt autẽ & ab euentu tranſmutationes, & vocatæ politiæ, & Oligarchiarũ, in quibuſcumque ab honorabilitate conſiliãtur & iudicant & principatibus principantur. Sępe.n. primo ſtatuta honorabilitas ad præſentia tẽpora vt participent in Oligarchia quidẽ pauci, in politia aũt medii facilitate facta ꝑꝑ pacem vel ꝑꝑ aliã aliquam bonam fortunã accidit eaſdẽ poſſeſſiones fieri dignas multiplicata honorabilitate, vt oẽs omnibus participent, quandoq; quidẽ paulatine & ſecundũ modicum facta H transmutatione & latẽter, quãdoque autem & celerius.

q Oligarchiæ quidẽ igitur tranſmutãtur & ſeditiones ſuſtinẽt propter tales cauſas. Totaliter autem & Democratiæ & Oligarchię tranſeunt, aliquando nõ in cõtrarias politias, ſed in eas quę in eodẽ genere, puta ex legibus Democraticis & Oligarchicis ĩ eas q̃ dominæ, & ex iis in illas.

## LECTIO VI.

I

IN Ariſtocratiis autem fiunt ſeditiones hæ quidem propter paucos participare honoribus, qđ quidem dictum eſt mouere & Oligarchias propter Ariſtocratiã eſſe aliqualiter Oligarchiam. In ambabus enim pauci qui principantur non tamen propter idẽ pauci, quoniã videtur propter hoc & Ariſtocratia Oligarchia eſſe, maxime autem hoc accide K re neceſſariũ quando fuerit multitudo aſtutorum tamquam ſimilis ſm̃ virtutẽ, velut in Lacedæmonia qui dicebãtur Partheniæ, ex ſimilibus erant, quos deprędãtes cum inſidiati fuiſſent emiſerunt Tarentũ inhabitare.

*nationem, non probantibus quibuſdã ex ipſis qui gubernabant huiuſmodi exceſſum, ut accidit his qui apud Gnidum & apud Chium per paucorũ potentiam gubernabant.*

*Fiunt etiam caſu mutationes illis, quæ uocantur Reſpub. & gubernationes paucorum, ubicumque a cenſu ſumuntur ad deliberandum, & iudicandum, & ad cæteros magiſtratus. Sæpe enim conſtitutus primo cenſus ad præſens tempus, ut participent, in paucorum quidem gubernatione pauci, in Repub. uero medii fælicitate aliqua ſuperueniente, uel per pacem uel per aliam cauſam, contingit eaſdem poſſeſſiones multo maioris prætii fieri, itaque omnes efficiuntur habiles ad cunctos Reipub. gradus, dignitateſque ſuſcipiendas. Idque contingit interdum ſenſim & latenter, interdum celerius.*

*Paucorũ igitur gubernationes mutantur & ſeditionem recipiunt per huiuſmodi cauſas, omnino autem & popularis ſtatus, & paucorum potentiæ conuertuntur. Interdum non in contrarias ſpecies ſed in eas quæ ſunt proprii generis, ceu ex inſtitutis popularibus & paucorum, in ipſa propria, & ex illis rurſus in iſta.*

## *LECTIO VI.*

*IN optimatibus autem ſeditiones fiunt. Interdum quidem ex eo ꝙ pauci ſint bonorum participes, quod in paucorũ gubernatione diximus ſeditionem mouere. Nam & optimatum gubernatio, quodam modo paucorum eſt. In utraque enim pauci gubernant. Non tamẽ propter idem pauci, cum uideatur propterea optimatũ gubernatio eſſe paucorum, maxime uero id accidere neceſſe eſt, quando ſit multitudo aliter ſentientium, quaſi ſimilis ſecũdum uirtutẽ, uelut apud Lacedæmonios hi qui Partheniæ nuncupabantur. Ex ſimilibus enim erant, quos deprahenſos res nouas moliri in Coloniam Tarentum miſere.*

F

## LECTIO VI.

POſtquàm Philoſophus determinauit cauſas ſeditionis & transmutationis ſtatus popularis & paucorũ, nunc determinat cauſas ſeditionis & transmutationis optimarum & Reipub. diſtinctæ contra alias. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda concludit quiddam commune omnibus, ibi. Omnes autẽ ſoluunt &c.} adhuc prima in duas. In prima aſſignat cauſas huiuſmodi transmutationis. In ſecunda declarat propter quã cauſam quandoque latẽt huiuſmodi transmutationes, ibi.{ Maxime autem latẽt &c.} prima in duas, quia duo erant modi optimatum, vnꝰ ſimplex, alter mixtus. Primo declarat cauſas & prĩcipia ſeditionis, & transmutationis ſimplicis ſtatus optimatum. Secundo mixti & cum hoc Reipub. ibi. Soluitur autem maxime &c.} Prima in quinque ſecundũ, quòd ponit quinque modos quibus fit ſeditio, & transmutatio ſimplicis ſtatus optimatum. Secunda, ibi.{ Aut quando aliqui &c.} Tertia, ibi {Aut quando virilis &c.} Quarta ibi.} Adhuc autem quando.} Qinta ibi. { Adhuc ſi quis magnus &c.} In prima dicit, quòd in ſtatu optimatum fiunt ſeditiones quãdoque, qa pauci ſunt honorati & principãtes principatu, quod quidem mouebat ſeditionẽ, vt dictũ eſt in ſtatu paucorum, ſtatus optimatum aliqualiter eſt ſtatus paucorũ. Eſt autem ſtatus paucorũ, quia ĩ vtraque pauci principantur: non tamen propter eandem dignitatem pauci ſunt principantes in vtraque, quia in paucorũ ſtatu ꝑpter hoc pauci ſunt principantes: quia principãtur propter diuitias. Pauci autem ſunt diuites, in ſtatu optimatum autem principantur propter virtutem, pauci autem virtuoſi ſunt, id eo vtrobique pauci ſunt principantes. Contingit autem maxime huiuſmodi fieri ſeditiones, quando ſunt multi aſtuti, & quaſi ſimiles virtuoſis, quia enim aſtuti ſunt, poſſunt inuenire diuerſas vias ad malum finem, propter quod ſciunt & poſſunt mouere ſeditiones, ſicut accidit in Lacedæmonia, quidam enim dicti Partheniæ, ideſt, honeſti, ſimiles exiſtentes virtuoſis propter apparentiam temperantiæ, quia non participabant principatu, procurauerũt ſeditionem,



ſeditionem, quod alii aduertentes, eos comprehendentes relegauerunt a ciuitate, mittentes eos in Coloniam Tarentum, & ibi inhabitarunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundum modum dicens, ꝙ aliquando contingit fieri ſeditionem, quando aliqui magni & non minus virtuoſi q̃ principãtes inhonorantur a principantibus aliis inhonorationibus non decentibus eos. Indignati enim mouẽt ſeditionem, ſicut Lyſander cum eſſet magnus & non minor q̃ alii prĩcipantes, cum inhonoraretur a regnantibꝰ mouit ſeditionẽ. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit tertiũ modum. Et dicit, ꝙ iterum fit ſeditio in ſtatu optimatum & trãſmutatio quando eſt aliquis virilis & prudens, qui ſecundum ſuam eſtimationem non participat principatu. Talis enim reputans ſe contemptũ mouet ſeditionem, ſicut Cynadon, qui cũ eſſet ſubditus Ageſilao, virilis exiſtens, ordinauit ꝙ inſurrectio fieret cõtra Sparciatas, & hoc modo eos opprimere tentauit.

d ¶ Ponit quartum modum dicens, ꝙ aliquando fit ſeditio in ſtatu optimatum qñ aliqui ſunt valde pauperes, alii valde diuites. Tunc enim contingit ꝙ pauperes inuidẽtes diuitibꝰ, mouent ſeditionem contra illos, & hoc maxime fit tempore belli, propter quod contingit fieri vt frequẽtius ſeditionẽ, ſicut accidit ĩ Lacedæmonia ſub bello contra Meſſinenſes. Pauperes enim tribulati, ꝓpter paupertatem ex bello contingentem mouerunt ſeditionẽ contra diuites, & voluerunt regionem facere æqualem. Hoc autem dicit eſſe manifeſtũ ex dicto Thirtei poetæ, qui hoc dixit in poeſi dicta bona diuiſio. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit quintum modum, & dicit ꝙ ſi ſit aliquis magnus, vel ſecundum genus, vel ſecundum diuitias, vel virtutem, & poſſit, & adhuc aptus ſit fieri maior, & non habeat monarchiã, mouet ſeditionem. Cum enim iſte ſit magnus & potens & reputet ſe maiorem aliis, ſi non principetur, reputat ſe contemptũ, & tunc mouet ſeditionem, ſicut accidit in Lacedęmonia, Pauſanias.n. qui fuerat dux belli aduerſus Medos, & Hanno apud Carthaginenſes cum eſſent magni, & non principarentur, mouerunt ſeditionem. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat cauſas & principia ſeditionis & transmutationis optimatum Reipub. mixtæ, & cum hoc Reipub. Et diuiditur in duas, ſecundum ꝙ aſſignat duos modos. Secunda, ibi. {Adhuc autem &c.} Prima in duas. In prima tangit modum illum. In ſecunda oſtendit in quam Rempub. maxime fit huiuſmodi transmutatio, ibi. { Totaliter autem, &c.} Adhuc prima in duas. In prima tangit cauſam ſecundum quam habet fieri ſeditio ſecundum iſtum modum. Secundo manifeſtat illam, ibi. {Principium enim &c.} In prima dicit, ꝙ corrumpuntur Reſpub. & etiam optimatũ ſtatus propter tranſgreſſionem iuſtitię quæ eſt in Republ. Et ratio huius eſt, quia Reſpu. ſaluatur propter mutuã communicationem, ſecũdum aliquam ꝓportionem. Huiuſmodi autem communicatio ſecundum ꝓportionem iuſtitia ẽ, quare Reſpub. ſaluatur iuſtitia exiſtẽte. Si ergo fiat transgreſſio, corrumpitur. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat cauſam iſtam, & dicit, ꝙ cauſa & principium quare fit tranſgreſſio iuſti in optimatũ ſtatum, & in Repu. eſt, quia nõ bene mixtæ ſunt ex illis, ex quibus natæ ſunt miſceri, puta Reſpu. non eſt bene mixta ex potentia paucorum, & populari ex quibus componitur. Optimatum vero non eſt bene mixta ex prædictis ſcilicet, paucorũ ſtatu & populari, & cum hoc ex virtute. Maxime autem declinant a iuſto quando non bene mixtæ & proportionatæ sũt quãtum ad duo iſtorum. Dico autẽ iſta duo, paucorũ, & popularem, Reſpub. n. ſunt maxime ex iſtis duabus mixtæ, ſimiliter & multę optimatum. In hoc enim differunt Reſp. ab optimatũ ſtatu, quia Reſpu. ſunt mixtæ tantum ex duobus prædictis, optimatũ ſtatus autem ex eiſdem & ex virtute, quamuis quædã magis ex illis duobus. Et propter hoc ꝙ Reſpub. & optimatum gubernationes ſunt mixtæ ex iſtis, & magis inclinantur ad vnum q̃ ad aliud, manifeſtũ ꝙ quædam ſunt manſiuæ magis, quædam minus. Illæ enim q̃ melius mixtæ ſunt, magis continuari poſſunt q̃ quæ minus. Sicut enim in naturalibus mixtum ex aliquibus, quanto meliꝰ mixtum eſt, tanto plus conſeruatur in eſſe, & quanto peius mixtum eſt & magis inclinatur ad alterum miſcibilium, tanto minus, ſic eſt in Rebuſpub. Illæ enim quæ benę mixtę ſunt, manſiuæ ſunt magis, & quæ malæ, minus. Illas autem Reſpu. quæ declinant ad ſtatum paucorum, vocant aliqui optimatum ſtatum, quia in vtraque ſit diſtributio principatus ſecundum excellentiam & dignitatem aliquam virtutis & nobilitatis, & in vtriſque pauci principantur. Et ideo illæ, quæ inclinant ad ſtatus paucorum, dicuntur ſtatus optimatum, illæ Reſpu. quæ declinant ad multitudinem, Reſpub. cõmuni nomine dicuntur.

A

b Aut quando aliqui inhonorantur magni exiſtentes & nullo minores ſecundum virtutem ab aliquibus honoratioribus, velut Lyſander a regibus.

c Aut quãdo virilis aliquis exiſtens non participat honoribus velut Cinadon qui ſub Ageſilao B ſtatuit inſurrectionem in Spartiatas.

d Adhuc quando ii quidẽ egẽt valde, ii autem abundant, & maxime hoc fit in bellis. Accidit autem hoc & in Lacedæmonia ſub Meſenaico bello. Palam autem hoc ex Tyrtei poeſi vocata eunomia. Tribulati enĩ quidem propter bellum, voluerunt æque partialem facere regionem.

e Adhuc ſiquis magnus fuerit, C & potens adhuc maior eſſe vt monarchizet, ſicut in Lacedæmonia videt̃ Pauſanias qui fuerat dux exercitus in medio bello, & in Carchedone Annon.

f Soluuntur autem maxime politię & Ariſtocratiæ, propter eã quæ in ipſa politia iuſti tranſgreſſionem.

g Principiũ enim id quod eſt, non eſſe mixta bene. In politia quidem Democratiã & Oligar D chiam, in Ariſtocratia autẽ hæc & virtutem, maxime autem ipſa duo. Dico autem duo demũ, & Oligarchiam, hæc autem politiæ tentant miſceri, & multæ vocatarum Ariſtocratiarũ, differunt enim a nominatis politiis Ariſtocratię hoc, & propter hoc ſunt hæ quidem minus, hæ autem magis manſiuæ ipſarum. Declinantes enim magis ad Oligarchiam Ariſtocratias vocant, eas autem quæ ad multitudinẽ E politias. Propter quod quidem ſecuriores tales aliis ſunt. Valẽtius enim quod plus & magis

*Vel quando aliqui inhonorantur cum ſint magni, & nihilo inferiores uirtute quàm illi qui honores capiunt, quemadmodum Lyſander a regibus.*

*Vel quando uir fortis et magni animi non ſit particeps honorum, quemadmodum Cinadon ille, qui coniuratione facta ꝑ Ageſilai tempora, Sparciatas opprimere tentauit.*

*Præterea, cum alii paupertate nimis præmuntur, alii diuitiis abundant, quod maxime in bello contingit, & accidit hoc Lacedæmoniis Meſſinenſi bello. Oſtendit hoc etiam Tyrtæus poeta in illo carmine quod inſcribitur Bona diuiſio. Exhauſti enim quidam per id bellum, ac pauperes facti cenſebãt agros æqua portione ciuibus eſſe diuidendos.*

*Inſuper ſiquis magnus, & potens etiam maior fieri, ac ſolus dominari uelit, ut apud Lacedæmonios uidetur Pauſanias ille feciſſe, qui dux belli aduerſus Medos fuit, & apud Carthaginenſes, Hanno.*

*Diſſoluuntur autem maxime & Reſpub. & optimatum gubernationes, propter tranſgreſſionem iuſtitiæ in ſe ipſis factam.*

*Huius autem origo eſt, non bene temperatam ſimul eſſe ac permixtã, in Repu. quidem, popularem gubernationem & paucorum. In optimatibus uero iſta ſimul atque uirtutem maxime illa duo, popularem dico atque paucorum. Hæc enim & Reſpu. conãtur miſcere, & multæ illarũ quæ optimates uocantur. Differunt enim optimates ab illis, quæ appellantur Reſpubl. in hoc, & ob id ſunt aliæ earum minus, aliæ magis durabiles. Illas enim quæ magis declinant ad paucorum potentiam, optimates appellant, illas uero quæ ad multitudinem, Reſpu. uocant. Quapropter tutiores ſunt iſtæ quàm aliæ. Fortius enim eſt id quod plus poteſt, ac magis acquieſcunt,*

Ex quo manifeſtum eſt ꝙ Reſpub. communi nomine nominata ſecurior eſt q̃ ſtatus paucorum & q̃ ſtatus optimatum. Et aſſignat duplicem rationem, vna eſt, quia in Repu. multitudo dominatur, ſed in ſtatu paucorum & optimatum, pauci: plus autẽ poteſt multitudo q̃ pauci, & fortior eſt, & ideo magis poſſunt conſeruari q̃ aliæ.

Alia ratio eſt, quia in Repub. magis fit diſtributio bonorum, & principatuum ſecundum æqualitatẽ q̃ in aliis. In aliis .n. fit diſtributio ſecundum excellentiã quãdam. Homines autẽ communiter plus appetunt æquale, & iõ amant plus homines cõmuniter Rempu. q̃ alias, ex quo ſequitur ꝙ plus conſeruatur, & ſecurior eſt q̃ aliæ. Si autem aliqui abundent vel in diuitiis, vel in aliis, ſi Reſpu. ad exceſſum inclinet, ſicut ſtatꝰ paucorum ad exceſſum diuitiarum, & ſtatus optimatũ aliqui ad exceſſum generoſitatis, tunc ſequẽtes motum iſtius exceſſus, faciliter iniuriabuntur, volentes ſuperare alios, & tũc fit trãſgreſſio iuſti, qđ erat probandum. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtẽdit, in quas Reſpu. fit tranſmutatio earũdem magis. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda manifeſtat dictum per exemplum, ibi. {Accidit autem &c.} In prima dicit ꝙ Reſpub. totaliter aliquãdo tranſmutatur in illam ad quam declinat magis, vtriſq; augentibus quod ſuum eſt, hoc ẽ impetu volentium tranſmutare Rempu. augente inclinationem Reipu. & inclinationẽ Reipub. augentem impetum volentium trãſmutare, ſicut Reſpu. declinat ad ſtatũ popularem, & quandoque in illã tranſmutatur. Similiter ſtatus optimatum ad paucorum ſtatum declinat & in illam tranſmutatur. Si enim in ſtatu optimatum mixto diuites excedant, & fiat diſtributio ſecundum excellentiam diuitiarum, fit ſtatus paucorum. Quandoque vero tranſmutatur in contrarium, ſicut ſtatus optimatum ad popularem, & Reſpub. ad ſtatum paucorum. Cum enim ſtatus optimatum declinet ad ſtatum paucorum, ſi diuites excedant, tunc pauperes videntes ſe grauatos & iniuſta ſuſtinentes, inſurgunt contra eoſdem, & tranſmutant ſtatum optimatum in ſtatum popularem trahentes ad ſe. Similiter Reſpub. tranſmutatur in ſtatum paucorum, quandoque vero in ſtatum popularem. Sola enim illa bene manſiua eſt, in qua obſeruatur æquale ſecundum dignitatem, & traditur vnicuique quod ſuum eſt. Si igitur in Repub. communi nomine dicta, plus attribuatur pauperibus q̃ diuitibus, & diuitibus non attribuatur ſecundum ſuam dignitatem, inſurgunt diuites contra Rempub. & tranſmutant eam in ſtatũ paucorum. Deinde cum dicit.

amant æquale habentes, qui autem in abundantiis, ſi politia det exceſſum, iniuriari quærunt & ſupergredi.

h Totaliter autẽ ad quodcũq; vtique declinauerit politia ad hæc tranſit, vtriſque quod ſuum augentibus, velut politia quidẽ G ad demum, Ariſtocratia autem ad Oligarchiam, vel ad contraria, velut Ariſtocratia quidẽ ad demum, tamquam enim iniuſta patientes trahunt in contrariũ qui magis egent, politiæ autem ad Oligarchiã, ſolum enim mãſiuum quod ſecundum dignitatem æquale & id quod eſt habere quæ ipſorum.

i Accidit autem quod dictum eſt, in Thuriis. Quia quidem.n. H ab ãpliori honorabilitate erãt principatus ad vnius trãſiuit & ad principatiua plura, quia quidem enim regionem totam inſignes poſſidebãt præter legẽ, politia .n. magis Oligarchia erat. Quare poterant ſupergredi, populus autem exercitatus in bello factus fuit valẽtior donec dimitterent regionem quicumq; plus erant habentes.

K Adhuc, quia oẽs Ariſtocraticæ politiæ ſunt Oligarchicæ, magis plus occupant qui inſi- I gnes, velut in Lacedæmonia ad paucos ſubſtãtiæ deueniunt, & licet facere quodcumque voluerint inſignibus magis, & curare de quocumque volunt.

l Propter quod & Locrorũ ciuitas periit ex ea quę ad Dionyſium cura ſingulari, quod in Democratia non vtique fieret, neque vtique in Ariſtocratia bene mixta.

*æquum habentes. Qui uero diuitiis abundant, ſi Reſpub. excellentiam eis tribuat, contumelia cæteros afficere pergunt, nec per habentes conquieſcunt.*

*Penitus enim ad quamcumque ſpeciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam tranſmutatur, utriſque ſuum augentibus, uelut Reſpub. ad populum, optimates ad paucorum potẽtiam, uel in contraria, ceu optimatum gubernatio in popularem, tamquam enim iniuriam patientes, in contrarium trahunt qui magis ſunt inopes, Reſpub. uero in paucorum potentiam tranſmutantur. Solum enim ſtabile eſt ſecundum dignitatem æquum, & habere ſua quæ ſunt.*

*Contingit uero id, quod modo diximus in Thuriis. Quod enim a maiore H cenſu erant magiſtratus, in minorem facta eſt mutatio, & in plures gubernationes. Et quia agros totos poſſidebat nobilitas contra legem, Nam gubernatio eius ciuitatis erat ipſorum, ita quę plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potentior effectus, quàm illorum cuſtodes, nobilitatem compulit agros, qui contra legem tenebantur dimittere.*

*Inſuper quia omnes optimatum ſpecies ad paucorum potentiam declinãt I nobilitas in illis plus habet, uelut apud Lacedæmonios, opes, & diuitiæ in paucis ſunt, ac magnam licentiam habet nobilitas faciendi quodlibet, & cui uelut gratificandi.*

*Quæ cauſa fuit ut Locrorum ciuitas interiret propter Dionyſii clientelas, quod non contigiſſet in populari ſtatu, neque in ea optimatum gubernatione, quæ optime mixta & temperata eſſet.*

F i ¶ Manifeſtat quoddam dictum per exemplum, ꝙ ſcilicet Reſpu. tranſeat ad Rempu. ad quam declinat. Et dicit, ꝙ illud qđ dictum eſt accidit in Thuriis ciuitate. In illa enim fiebat diſtributio principatus ſecundum quandam honorabilitatem generis vel diuitiarum magnam, ita ꝙ pauci attingebant ad ipſum, & poſtmodum contigit ꝙ mutata fuit, & plures erant principantes, & ꝙ non fiebat diſtributio principatus ſecundum tã tam honorabilitatẽ, ſed ſecundum minorem. Cum inſignes, & diuites principarẽtur, Reſpu. erat magis paucorũ, & ideo poterat facere exceſſum. Poſtmodum cũ populus eſſet exercitatus in bello factus fuit potentior & valentior, & inſurrexit contra illos inſignes & principãtes, & maiores habẽs diuitias, & compellens eos dimittere regionẽ, mutauit Rempub. in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit ſecundũ modum ſeditionis & tranſmutationis ſtatus optimatũ. Et primo ponit illum modum. Secundo manifeſtat per quoddam exemplum, ibi. {Propter quod & Locrorum &c.} In prima dicit, ꝙ iterum fit ſeditio & tranſmutatio ĩ ſtatu optimatũ, quia omnis ſtatꝰ optimatum mixtus, magis eſt ſtatu paucorũ, & ideo diuites plus habent de bonis cõmunibus quàm pauperes. Cauſa autem quare in ſtatu optimatum plus attribuatur diuitibus eſt, quia in ſtatu optimatum diſtributio honorũ, ſecundum dignitatẽ virtutis fit, ita ꝙ qui plus participant virtute plus recipiunt đ bonis communibus, ſed diuites plus attingunt ad virtutẽ, vel videntur attingere q̃ pauperes. Habent.n. K illud per cuius defectum egeni iniuriantur, ſcilicet diuitias. Et ideo in ſtatu optimatum plus recipiunt diuites q̃ pauperes. Sicut accidit in Lacedæmonia. In illa enim ciuitate pauci fuerũt diuites & habentes ſubſtantias & attingentes ad principatum, in Repub. etiam illa licet facere inſignibus quicquid volunt, & curare de quocumque voluerunt. Ex hoc enim ꝙ egeni vidẽt diuites plus recipere de bonis communibus q̃ ipſi recipiunt, inuident, & contriſtantur, & inſurgunt contra eos, & contingit ꝙ mutent Rempu. & ſic ſtatus optimatum mixtus mutatur in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

l ¶ Manifeſtat per quoddam exemplum. Et dicit ꝙ propter hoc contigit ꝙ ciuitas Locrorum deſtructa fuit. In ciuitate enĩ ipſorũ diuites plus recipiebant q̃ pauperes, & ex hoc mota fuit ſeditio in ciuitate, & inſurrexit multitudo contra diuites, & aſſumens ſibi in principem Dionyſium trãſmutauit ſtatum optimatum. Poſtmodum ille tyrannizauit, ex quo ciuitas illa deſtructa fuit, hoc autem non contingeret in ſtatu populari; & optimatum



optimatum bene mixto. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſtatus optimatum mixtus ex hoc corrumpitur ꝙ diuites plus recipiunt q̃ pauperes. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat propter quam cauſam latent tranſmutationes ſtatus optimatum & Reipu. Et primo ponit rationes. Secundo manifeſtat per exemplum, ibi. {Accidit autem hoc.} In prima dicit ꝙ tranſmutationes ſtatus optimatum vel ipſi ſtatꝰ optimatum cum trãſmutantur maxime latent, quia paulatim & ſecundum modica corrũpitur quod fuit dictum prius, vbi dictum fuit de cauſa tranſmutationis cuiuslibet Reipu. vniuerſaliter. Tranſgreſſio enim eius quod ẽ modicum, cauſa eſt trãſmutationis, quia quando fit tranſgreſſio ſecundum modicum ab eo quod exigitur ad Remp, quia modicum eſt non curatur. Item cum trãſgreſſio ſecundũ aliud modicum fit, negligitur. Sic autem procedendo paulatim permittant maiores motus negligendo quouſque moueant totã Rempu. Sicut enim videmus in actibus moralibus ꝙ vnus actus inclinat ad conſimilẽ actum, & exercitium inducit inclinationem ad conſimiles actus, ſic eſt in Rebuſpu. ꝙ quando prætermittitur illud quod eſt neceſſarium ad Rempu. iſte defectus inclinat ad conſimilem actum. Et ſic tandem per proceſſũ cõtinuum inducitur tãta inclinatio ad cõtrarium Reipub. qđ corrumpitur, quia igitur ſecundum modica fit iſta corruptio & paulatim non apparet. Deinde cum dicit.

n ¶ Manifeſtat qđ dictum eſt per exemplum. Et dicit, ꝙ Reſpu. Thuriorum per hunc modum deſtructa fuit, paulatim ſcilicet, & ſecundũ modica. Nam cum ibi eſſet lex ꝙ nullꝰ poſſet tenere præturam niſi per quinque annos, contigit ꝙ quidam facti fuerunt bellicoſi & fortes & beniuoli multitudini deputatæ ad cuſtodiam, contemnentes autem vtilitates ciuitatis, & credentes ꝙ poſſent cum multitudine obtinere quod volebant, conati ſunt deſtruere iſtam legem, & ſuaſerunt multitudini ꝙ iidem poſſent tenere ducatum exercitus per totam vitam. Conſiliarii autem principantes habentes poteſtatem ſuper inſtitutione legum & deſtructione, cum mouerentur ad contradicendum, finaliter tamen perſuaſi ſunt iſtud concedere, & conſiderauerunt ꝙ circa alias partes Reipub. de cætero nihil immutarent. Poſtmodum conatriſti fuerunt de- A ſtruere aliam legem, & perſuaſerunt multitudini cui erant beniuoli. Cum autem principantes vellent reſiſtere non potuerunt, immo totus ordo Reipub. paulatim & ſecundum modica corruptus eſt & tranſmutatus in potentatum paucorum, & dominium eorum qui conati fuerunt inſoleſcere a Repub. inexiſtente prius, & deſtruere ipſam. Deinde cum dicit.

m Maxime autẽ latent Ariſtocratiæ tranſmutantes eo ꝙ ſoluantur paulatim, quod quidem dictũ eſt in prioribus vniuerſaliter de omnibꝰ politiis, quod cã tranſmutationũ eſt & quod modicũ. Quando.n. ſecundum aliquid eorũ quę ad politiam prolabuntur, poſt hæc & aliud paulo maius facilius mouẽt, donec vtiq; moueãt totũ mundum.

n Accidit aũt hoc & in politia Thuriorũ; lege .n. exiſtente per quinque annos ducatũ exercitꝰ obtinere, quidam virorũ bellicoſi facti & apud multitudinẽ cuſtodiarũ accepti, deſpiciẽtes ea quæ in rebus, & putantes facile obtinere, hanc legẽ ſoluere conati ſunt, primo vt liceret continue eoſdẽ ducatũ exercitus obtinere, videntes populũ ordinãtem ipſos prompte. Qui aũt ſuper hoc inſtituti erant principũ vocati conſiliarii, cũ impetũ feciſſent primo ad contrariandũ, perſuaſi ſunt exiſtimantes cum hanc mouiſſent legẽ ſinere aliã politiã. Poſterius aũt volentes ꝓhibere, aliis motis, nõ adhuc plus faciebant aliquid, ſed trãſmutatus eſt ordo totus politiæ ad potentatum eorũ qui conati fuerant inſoleſcere.

o Omnes aũt ſoluuntur quãdoque quidẽ ex ſe ipſis, quandoq; autem ab extrinſeco, qñ contraria politia fuerit vel prope vel lõge quidẽ, habens autem potentiam, Quod quidem accidit in Atheniẽſibꝰ & Lacedæmoniis: Athenienſes quidem.n. vbique oligarchias. Lacedæmonii aũt demos diſſipabant. Vnde quidem igitur trãſmutationes fiũt politiarũ & ſeditiones, dictum eſt ferè,

*Maxime uero latent optimatum gubernationes paulatim ſeſe diſſoluentes, quod quidem dictum eſt prius uniuerſaliter de omnibus Rebuſpu. idque inter cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. Quando enim omittũt aliquid ex his, quæ ad Rempu. pertinent, ac deinde aliud paulo maius, fa- B cilius mouent, quouſq; totam mouẽat Reipub. formam.*

*Quod in Thuriis accidit. Cum .n. legem haberent, per quam non niſi intermiſſo quinquennio, præturam gerere licebat, iuniores quidam rei militaris periti, & apud multitudinem famam habentes, cum cæteros, qui in rebus gerendis uerſabantur, ſpernerent ac faciliter ſe conſecuturos arbitrarentur, legem totam illam tollere aggreſſi ſunt, lata altera lege, ut liceret con- C tinue eoſdem prætores eſſe. At enim magiſtratus qui præerat ſuffragiis, appellabantur uero Conſultores, commoti prius ad reſiſtendum, tamen poſtea deſtiterunt putãtes, quàmuis hac una lege ſoluta, tamen cæteras eſſe permãſuras. Poſtea uero prohibere uolentes ne alia mouerentur, nihil proficere ualuerunt, ſed mutata eſt eorum Reſpu. in potentiam eorum qui nouas res aggrediebantur.*

*Diſſoluuntur uero cunctæ Reſpub. D interdum per ſeipſas, interdum per externam cauſam, quando contraria gubernatio ſit, uel prope, uel longe quidem, ſed admodum potens. Quod quidem contigit Athenienſibus & Lacedæmoniis. Athenienſes enim ubiq; potentiam paucorum, Lacedæmonii uero ubique popularem ſtatum euertebant. Vnde igitur Rerumpub. mutationes ſeditioneſque exoriantur, ferè dictum eſt.*

o ¶ Cõcludit quiddam vniuerſale quãtum ad omnes Reſp. Et dicit ꝙ omnes Reſpu. corrumpuntur vel ex ſeipſis propter diſſenſionem ciuium vel ab aliqua cauſa extrinſeca. Quando enim eſt Reſpu. contraria extra vel prope ciuitatem vel longe, quæ potentiã habet ſupra ciuitatem illam, corrumpit iſtã propter contrarietatem. Vnum enim cõtrarium natum ẽ diſſoluere aliud. Sicut accidit apud Atheniẽſes & Lacedæmonios. Cum enim Athenienſes haberent Rempu. popularem, vbique deſtruebant ſtatum paucorum & mutabant in ſtatum popularem. Et Lacedæmonii cum ſtatũ paucorum haberent, vbique corrumpebãt ſtatum popularem, & mutabant in ſtatũ paucorum. Et tunc recapitulat dicens, ꝙ vnde fiunt tranſmutationes & corruptiones Rerumpub. ferè dictum eſt.

## LECTIO VII.

De ſaluatione autem cõmuniter, & ſingillatim vniuſcuiuſque politiæ, habitum eſt dicere.

E

## LECTIO VII.

*De conſeruatione autem earũ & communiter, & ſeorſum de uniuſcuiuſq;, conſequẽs eſt ut dicamus.*

## LECTIO VII.

Poſtquàm Philoſophus declarauit cauſas, & principia corruptionis & tranſmutationis Rerumpub. & in vniuerſali & in particulari, determinat in vniuerſali & in particulari cauſas & elementa ꝑ quæ ſaluantur. Et primo dat intẽtum ſuũ. Secũdo proſequitur, ibi. {Primo quidem igitur &c.} Eſt autẽ intelligendum, ꝙ in dando elementa, per quæ ſaluantur Reſp. non procedit ſicut ꝓceſſit ſuperius in dando cauſas deſtructionis earum, quia ſuperius primo dedit cauſas corruptionis & tranſmutationis Rerumpub. in vniuerſali. Secũdo in particulari ſecundum vnamquamque Rempub. diuiſim. Sed hic ſic non faciet, ſed ſimul dat elementa per quæ ſaluatur vnaqueq; Reſpu. in generali & in particulari. Dans igitur intentionem ſuam dicit, ꝙ poſtquam determinatũ eſt de cauſis & principiis tranſmutationis vniuſcuiuſq; Reipu. in vniuerſali & particulari, conſequenter determinandum eſt de ſaluatione vniuſcuiuſq; Reipu. determinando quę ſunt elementa & in vniuerſali & in particulari per quæ ſaluantur. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur.

a ¶ Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit vnde poſſunt accipi elementa per quæ ſaluantur Reſpu. Secundo accipit ipſa, ibi. {In bene autem temperatis &c.} In prima dicit ꝙ primo iſtud manifeſtum eſt, ꝙ ſi habemus quæ ſunt cauſę & principia per quæ corrumpuntur Reſpu. habemus quę ſunt cauſæ & principia ꝑ quæ ſaluantur. Et ratio huius eſt, quia cōtrariorum contraria ſunt principia. Sed corruptio & ſaluatio ſunt contraria, ergo habet contraria principia. Si ergo habemus quæ ſunt principia tranſmutationis, & corruptionis Rerumpub. habemꝰ q̄ ſunt principia ſaluationis, quoniam contraria. Deinde cum dicit.

c ¶ Accipit huiuſmodi principia & eſt intelligendum, ꝙ Reſpub. poteſt corrumpi vel deſtrui corruptione propinqua vel remota. Et ſecundū hoc diuiditur ī duas. In prima dat elemēta quæ præſeruāt Rēpubl. a corruptione remota magis. Secūdo dat elementa quæ præſeruāt eam a corruptione propinqua magis, ibi. {Saluantur autem &c.} Circa primam intelligēdum ꝙ Reſpub. poteſt corrumpi corruptione remota tripliciter. Primo propter neglıgētiam eius qđ paruum eſt. Secundo propter perſuaſionē adulatorum. Tertio propter malum modum ordinis Reipu. Et ſecundum hoc diuiditur pars iſta in tres. In prima dat elementa per quæ ſaluātur a corruptione, q̄ eſt per negligentiam eius quod eſt paruū. Secūdo illa per quæ ſaluatur a corruptione quę eſt per adulationem. Tertio illa ꝑ quę ſaluatur ab ea q̄ eſt propter malū ordinem. Et incipit ſecunda, ibi. {Deinde non credere &c.} Tertia, ibi. {Adhuc autem videre &c.} In prima dicit, ꝙ in omnibus Rebuſp. bene mixtis hoc oportet obſeruari, ꝙ non fiat trāſgreſſio in aliquo, & maxime ꝙ non fiat ſecundum hoc quod eſt modicum. Aliquando enim contingit, ꝙ ſubintrat talis ſeditio quæ fit ſecundum modica, & latet propter eius paucitatem vel non curatur. Et ſi negliguntur huiuſmodi pręuaricationes, facient vnam magnam pręuaricationem quæ corrumpet Rempubl. Sicut enim paruæ expenſæ frequenter factæ corrumpunt totam ſubſtantiā alicuius, ſic paruæ & modicæ præuaricationes frequenter factæ corrumpunt totam Rempu. Huiuſmodi autem corruptio latet ſæpe, quia non fit ſimul & ſecundum magna, ſed fit paulatim, & ſecundum modica, mens enim quandoque paralogizatur, huiuſmodi enim paruæ præuaricationes paralogizantur ipſum, ſicut quædam oratio ſophiſtica. Arguit enim ſic penes ſeipſum: Si vnaqueque præuaricatio parua eſt, & omnes paruæ ſunt, ſed iſtud verum eſt vno modo. alio modo non eſt verum, quia totum & omnia ſimul ſumpta, non ſunt parua, ſed diuiſim ſumpta parua ſunt. Dicendum eſt igitur, ꝙ li omnes poteſt teneri collectiue vel diuiſiue, ſi diuiſiue vera ē: omnes enim præuaricationes diuiſim ſūptæ paruæ ſunt, ſi collectiue, falſum eſt, omnes enim coniunctæ non ſunt paruū quid, ſed magnum. Et tunc concludit ꝙ vnum elementum ē, vt caueatur ne fiat aliqua tranſgreſſio vel præuaricatio. Deinde cum dicit.

F

b Primo quidē igitur palā, ꝙ ſiquidē habemus per quę corrūpuntur politiæ, habemus & per quę ſaluantur, contrariorum.n. cōtraria ſunt factiua. Corruptio autē, ſaluationi contrarium.

*Illud ergo ante omnia patet: quòd ſi ſciamus per quæ corrumpuntur Reſpub. ſcimus etiam per quæ conſeruantur. Contrariorum enim contrarii effectus. Corruptioni autem, conſeruatio eſt contraria.*

c In bene autē temperatis quidē igitur politiis, ſicut aliud aliquid oportet obſeruare, vt nihil præuaricentur & maxime quod paruum ſerpere, latet.n. ſubintrans præuaricatio, ſicut ſubſtātias paruę expenſæ conſumunt ſæpe factæ. Latet autem ſeditio, quia nō ſimul tota fit: paralogizatur.n. mēs ab ipſis, ſicut ſophiſtica oratio, ſi vnūquodq; paruū, & omnia. Hoc autē eſt quidem vt ſic, ē autē vt nō: totū.n. & omnia, non paruū, ſed cōponitur ex paruis. Vnā quidē igitur cuſtodiā, ad hoc principium oportet facere.

G *In illis igitur Rebuſp. quæ laudabiliter permixtæ, ac temperatæ ſunt, illud eſt diligenter obſeruandum, ne quid ex legibus inſtitutiſque moueatur: maximeque ab eo cauendū quod paulatim repit. latet enim corruptio: quia non tota ſimul fit, decipiturque mens ab illis: ut ſophiſtica illa ratio: ſi unumquodque puſillum, & omnia, hoc autem eſt, ut ſic, & eſt ut non. Totum enim & omnia, non puſillū. ſed compoſita ex puſillis. Vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium, eſt* H *opponenda.*

d Deinde non credere iis qui ſophiſmatis gr̄a ad multitudinem applicantur. Arguuntur enim ab operibus, qualia autem dicimus politiarū ſophiſmata, priꝰ dictum eſt.

*Deinde non confidere his: qui finguntur quodammodo, & adumbrātur ad populum. Reprobantur enim ex ipſis operibus, Qualia uero dicamus Reipubl. figmenta, ſuperius eſt oſtenſum.*

e Adhuc autē videre quòd quędam manent non ſolum Ariſtocratiæ ſed Oligarchiæ, non propterea quòd firmę ſunt politiæ, ſed quia bene vtuntur ij qui in principatibus fiunt & iis quę extra politiam & iis quæ in politeumate, non iniuſta facientes in eos quidem qui non participāt, & introducendo principales eorum ipſorum in politiam, & amatores quidem honoris non iniuriando ī inhonoratione, & multos in lucro ad ſe ipſos autem, & ad principantes in vtendo inuicem demotice. Quod enim in multitudine quærunt ęquale qui demotici. Hoc in ſimilibus, non ſolum iuſtum, ſed expediens eſt.

*Intueri licet quaſdam Reſpub. durare, non ſolum ex optimatibus, uerū etiam ex paucorum potentiis, nō quia* I *per ſe ipſæ ſtabiles ſint: ſed quia hi qui gubernant, recte ſe gerunt, tam erga eos qui ſunt extra Rempu. quàm erga eos qui in Reipubl. gubernatione uerſantur. Erga eos quidē qui non participes ſunt gubernationis, non afficiendo ipſos iniuriis, ac præſtantiores ipſorū ad participationē Reip. recipiēdo, cupidoſque honoris non deprimendo: neq; multitudinē ſuis cōmodis fraudando. Erga illos uero, qui ſocii in gubernanda Repub. ſunt, humane inuicem populariter ſe gerendo.* K *Aequalitas enim illa quæ in populari ſtatu affectatur. ea in ſimilibus, non ſolum iuſta eſt, uerumetiam utilis.*

d ¶ Ponit documētum quod pręſeruat a corruptiōe quæ fit per ſuaſionem adulatorum. Adulatores enim ſuadent multitudini quæ placēt illi, & non ſuadent ꝓpter bonum multitudinis, ſed propter bonum ſuum. Vnde cōtingit ꝙ talia quandoque ſuadent ex q̄bus corrumpitur Reſpu. & ideo dicit Philoſophus, ꝙ deinde cauendum eſt ne aliquis credat adulatoribus qui coniungūt ſe multitudini gratia ſophiſmatis, hoc eſt vt decipiant. Quòd autē iſtis non ſit credendum apparet, nā ex operibus poſſunt argui. Secundum autem qđ dicit philoſophus decimo Ethicorum, de his quę ſunt in paſſionibꝰ & actionibus ſermones minus ſunt credibiles operibus. Et ideo ſi ſuadeant aliquid & faciunt contrarium, magis credendum eſt operibus ipſorum q̄ perſuaſionibus. Quæ autem & qualia ſunt per quæ apparenter adulatores decipiūt, dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertium elementum, quod ꝑſeruat a corruptione quæ eſt propter inordinationem, vel in ſeipſis, vel in aliis, & primo ꝓponit quoddam manifeſtum contingens in multis. Secundo ex illo concludit elementum ſuum, ibi. {Propter quod ſi plures &c.} In prima dicit, ꝙ iterum manifeſtum eſt & poteſt videri, ꝙ quædam Reſpub. manſiuę ſunt, non quia ſint recte ordinatæ ſicut ſtatus optimatum ſimplex, ſed quia principantes bene vtuntur, & his quę ſunt in Repub. & his quæ ſunt extra. His autem quæ ſunt ſub Repub. non faciendo iniuſtitiam cōtra illos qui ſunt extra Rempub. & in uocando ad Rempubl. eos qui ſunt principaliores & meliores in multitudine, & non faciendo iniuriam quæ ē per dehonorationem his qui ſunt ambitioſi honoris, vocando etiam populares ad officia & actus, in quibus poſſint lucrari & in bene ſe habendo adinuicē & populariter, ita ꝙ principātes æqualiter



æqualiter inter ſe recipiunt. Sicut enim populares quærunt qđ æquale & iuſtum eſt in Repu. illa, ſic non ſolum iuſtum ſed expediens eſt, principantes in ſtatu paucorum æqualiter recipere & quando iſta contingunt, dato ꝙ Reſpub. non ſit recte ordinata, manſiua eſt multum. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit elementum ſuum, & dicit, ꝙ propter hoc ꝙ ſimiles debent æqualiter recipere, ſi plures ſint ſimiles & æquales in Repu. plura ſunt introducenda, quæ in ſtatu populari ſtatuta ſunt, & ordinata. Verbi gratia. Lege ſtatutum ē in ſtatu populari, ꝙ principatus ſint breues, puta ſex menſiū vel alicuius parui tēporis, & non amplioris, & iſtud accipiendum eſt, ſi ſint plures ſimiles in Repub. Et rationem eius duplicem aſſignat. Prima eſt, ꝙ vbi ſunt ſimiles oportet æqualiter recipere, ergo vt omnes poſſint attingere ad principatum oportet accipere legem illam, ſic enim omnes poterūt attingere ad principatum, quia ex quo non durabit principatus niſi per ſex mēſes, multi poterunt ſuccedere in eo. Hoc autem quòd ſimiles æqualiter recipiunt, populare eſt, & ideo in Repu. in qua ſunt plures ſimiles, aliqua popularia ordinanda ſunt: propter quod in talibus, in quibus ſunt multi ſimiles fiunt duces populi, ſicut dictum eſt prius. Alia ratio eſt, quia ſi ſtatuatur ꝙ principatus non duret niſi ꝑ ſex menſes, tunc ſtatus paucorū & optimatum minus incident in potentiam, ideſt in aliam ſpeciē ſtatus paucorum, in quo valde pauci principantur, diuites valde, & non ſecundum legem. Et ratio eſt, quia nō eſt facile aliquem conſimiliter malignari in pauco tempore, & in multo, quoniam in ſtatu paucorum & populi, propter hoc fiunt tyrannides. Quia autem in vtraque aſſumuntur illi qui excellunt alios tyrannizantes, ſicut in ſtatu populari, duces populi, in ſtatu paucorum, potentes valde, aut quia illi qui habent principatus excellentes, multo tempore principantur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit principia per quæ ſaluantur Reſpub. a corruptione propinqua, & primo ponit vnum cōmune. Secundo ponit plura ſpecialia, ibi. {Adhuc inſignium contentiones &c.} In prima dicit, ꝙ non ſolum ſaluantur Reſpubl. quia ſunt remotę a principiis corrumpentibus ipſas, ſed etiam quandoque ſaluantur, quia ſunt prope, & hoc quia qui timent de tranſmutatione Reipub. tenent eam quantum poſſunt, & ideo principantes qui curam habent de Repub. oportet ordinare & præparare timores, vt poſſint conſeruare Rempub. & nihil corrumpatur eorum quæ ad Rempub. ordinantur, ſicut debet ordinare propter

f Propter quod ſi plures ſint in politeumate, multa expediunt demoticorū lege ſtatutorū, velut ſex menſiū principatus eſſe, vt oēs qui ſimiles participent, ē.n. ſicut demus iam qui ſimiles, ꝓp quod & in iis fiunt demagogi ſæpe, ſicut dictū eſt prius, deinde minus in potentatus incidunt Oligarchię & Ariſtocratię: non.n. ſimiliter facile malignari pauco tēpore principantes & multo. Quoniā propter hoc in Oligarchiis & Democratiis fiūt tyrannides, aut.n. qui maximi in vtraque præferuntur tyrannide, ii quidem demagogi, ii autē potentes, aut qui maximos habent principatus, quādo multo tempore principantur.

*Quamobrem ſi plures ſint in gubernatione Reipub. conſtituti, eis per multa popularium inſtitutorū utilia ſunt ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, ut omnes qui ſimiles ſunt, adipiſci ualeant. Sunt.n. tamquam populus quidam illi qui inter ſe pares ac ſimiles ſunt, itaq; in illis frequenter exiſtunt, uelut duces quidā populi, ut prius diximus.* B *Deinde minus in potentias incidunt, paucorū gubernationes & optimates. Non.n. ſimiliter facile eſt latere malē agentē in breui tempore magiſtratus, & in longo, nam ob hoc in paucorum gubernationibus & popularibus tyrannides fiunt, Aut.n. hi qui maximi ſunt in utraque, tyrannidem inuadunt, hic ductores populi, ibi potētes. Vel qui maximos gerunt magiſtratus, quando longo tempore durant.*

g Saluantur autē politiæ non ſolum ꝓp longe eſſe a corrumpentibus, ſed aliquando & quia prope, timētes enim per manus habent magis politiā. Quare oportet eos qui de politia ſollicitantur timores præparare vt cōſeruent & non diſſoluant, quemadmodum nocturnam cuſtodiam. politiæ obſeruationem & quod longe, prope facere.

C *Conſeruantur autē Reſpu. non ſolū ex eo quia procul ſint a periculis, uerum etiā interdū quia propinquæ ſunt. Homines.n. formidantes, uigilantius intendunt ad Reipu. cuſtodiam, Itaq; oportet eos qui Rempub. ſaluam eſſe uolunt, formidines quaſdam parare, ut caueant, neque diſſoluant, quaſi nocturnam quandam cuſtodiam, Reipu. obſeruationem, & quod longe abeſt, propinquum facere.*

h Adhuc inſigniū contentiones & ſeditiones & per leges oportet tentare cauere, & eos qui extra contentionē ſunt antequam cōprehendantur, & ipſi tanquā quod in principio fit malū cognoſcere, ſit non cuiuſcumque, ſed politici viri.

*Etiam nobilium contentiones ſeditioneſque per leges quoque oportet cu-* D *ſtodire conari, & qui extra contentiones ſunt eos ante capere, tāquam malum ab initio exoriens cognoſcere, non cuiuſuis ſit, ſed ciuilis uiri.*

i Ad eam autē quę per honorabilitatem fit tranſmutationē ex Oligarchia & politia, cū acciderit hoc, manentibus quidē eiſdē honorabilitatibus, abundantia

*Ad mutationes uero quæ propter cenſum fiunt ex paucorum potentia, atque ex Rep. quando contingit hoc manentibus eiuſdem cenſibus, aut pecuniarum copia facta, utile in Republ.*

A obſeruationem Reipub. vt ciuitas cuſtodiatur de nocte, & præfingere quod illud quod longe eſt, ſit prope, vt ꝙ inimici ſint prope, & debet præcipere ꝙ ſint parati ad arma, quia ciues & etiam populares videntes talia, timebunt, & obſeruabunt melius Rempublicam. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit documēta ſpecialia. Et eſt intelligendū ꝙ Reſpu. corrūpitur aliquando propter honores, vel inhonorationes, aliquando ꝓp inſolentias ciuium, aliq̄n propter lucrū vel dānum, aliquando ꝓp impotentiam, aliq̄n corrumpitur ꝓp ineruditionem & inaſſuefactionem. Et ſm̄ hoc iſta pars diuidiť in quinq;. In prima ponit documenta q̄ præſeruant a corruptione, quę fit ꝓp honores vel inhonorationes. In ſecūda ponit documentum qđ ꝑſeruat a corruptione quæ fit ꝓp inſolētias ciuium ibi. {Qm̄ autē & ꝓp proprias.} In tertia ponit documentū per quod præſeruatur Reſpu. a corruptione quæ fit ꝓp damnum & lucrum, ibi. {Maximū autē.} In quarta ponit documentū quod præſeruat a corruptione quæ eſt ꝓp impotentiam, ibi. {Et quod ſæpe dictū eſt.} Quinto ponit documentū quod ꝑſeruat a corruptione quæ accidit ꝓp ineruditionem & inaſſuefactionē, ibi. {Et maxime quidē tentare.} Prima in tres, quia Reſpu. pōt tripliciter corrumpi. ꝓp honores & inhonorationes. Primo ꝓpter contentionem eorū qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secundo ꝓp diſtributionem honorū. Tertio ꝓp intentum honoris præter proportionem, & ſecūdum hoc diuiditur ī tres. In prima ponit documentū qđ præſeruat E a corruptione q̄ fit ꝓpter contentionem eorum qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secundo ponit documētum quod præſeruat a corruptione quæ fit propter diſtributionem honorum, ibi. {Ad eam autem.} Tertio ponit documentum quod præſeruat a corruptione quæ fit propter incrementum honoris præter proportionem, ibi. {Commune.} In prima dicit quòd cum Reſpu. aliquando corrumpatur propter contentionem inſignium: & eorū qui ſunt honorabiles, cauendū eſt per leges & ꝑ alia ſtatuta ne accidant tales contētiones; & ſi acciderint, curandū eſt qualiter poſſint ſedari. Similiter cauendū eſt, ꝙ illi qui nō ſunt in contētione nō ponātur in ipſa. Iſta.n. eſt principiū multorū magnorū malorū. Ad ciuem autem pertinet cognoſcere malum in principio nō ad quencunq. alium, & idō in principio ciues debent obuiare huic cōtentioni: quia ſecundū ꝙ dictū eſt ſuperius, contentiones diuitū valde de facili inualeſcunt. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ſecundum documentum quod pręſeruat a corruptione quę fit propter diſtributionem honorum, & diuiditur in duas.

duas. In prima ponit elementum. In ſecunda tangit inconueniens quod accidit propter defectum huius, ex quo apparet ratio dicti, ibi. {In Oligarchiis enim.} In prima intelligendum, ꝙ Reſpub. omnis in principio inſtituta fuit in aliquo ordine, vt ꝙ principatus duret per annum vel biennium, ꝙ habentes tantas diuitias vel tantum honorati attingant ad principatū, vel aliud huiuſmodi. Contingit autem recedere ab iſto ordine vel ſecundum exceſſum vel ſecundum defectum, remanente tamen illa Republi. Dicit igitur ꝙ cum in Repub. aliquando fiat tranſmutatio ꝓpter honorabilitatē, ſicut in ſtatu paucorum & Repub. ſecūdum intenſionem & remiſſionem, & hoc manente eadem Repub. expedit conſiderare ordinē, qui nūc eſt in ciuitate conferendo ad ſtatū in quo Reſpubli. fuit inſtituta a principio, puta ſi in aliqua fuit inſtitutum in principio, ꝙ principatus duraret per annum: conſiderare ad iſtud tempus, in maiorib⁹ autem ad triennium vel ad quinque annos. Et tunc conſiderandum eſt, ſi exceſſus ab illo quod fuit a principio inſtitut⁹ ſit multiplex, & ſi defectus ſit ſubmultiplex, & ſiquidem receſſus ſit multiplex remittendus eſt, & ſi ſit defectus intendendus eſt ſecundum ꝓportionem debitam ſecundum primā inſtitutionem lege poſita ꝙ liceat intendere & remittere honorabilitates quādo videbitur faciendum. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit incōueniens quod accidit propter defectum huiuſmodi, & dicit ꝙ vbi ita fiat ſicut dictū eſt in ſtatu paucorū & Rebuſp. continget Rempu. tranſmutari in paucorum potentiam: & paucorū potentiā in magis remiſſam ī ſpeciem illam quæ dicitur potentatus, in qua principantur valde diuites & ſecundum ſententias proprias, non ſecundum legem quæ peſſima eſt, & hoc ſi fiat exceſſus ſecundum ſuperabundātiam; ſi autem fiat remiſſio ex Repub. fiet ſtatus popularis, ex paucorum vero, Reſpub. vel popularis ſtatus. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit elementum quod præſeruat a corruptione quę eſt propter incrementum honoris pręter proportionem: & diuiditur in duas. In prima ponit documentum. In ſecūda adiungit aliud ſecundum documentum, quod præſeruat a corruptione quæ eſt propter exceſſum potentiæ, ibi. {Et maxime quidē.} In prima dicit ꝙ iſtud eſt cōmune in ſtatu populari, & paucorum & vniuer-

F ſaliter in omni Repub. ad ſaluationem, ꝙ non permittatur aliquis creſcere ſecundū aliquā dignitatem præter proportionem: vel dignitate, ſed dādi ſunt parui honores ſm̄ multū tēpus magis quàm magni valde & ſecundū breue tēpus. Et rō huius eſt: quia ciuitates propter huiuſmodi excellentias pręter proportionem corrumpuntur. Iterum non omnes poſſunt ferre bonam fortunam hoc enim eſt virtuoſi: ſicut enim dicit Philoſophus in quarto Ethi. Sine virtute nō eſt facile ferre moderate bonas fortunas. Et iō ſi dentur alicui non virtuoſo honores præter ꝓportionem ad alios & ad dignitatem ipſius: grauabit eos, & deſtruent ciuitatem. Si autem nō fiat ita ſemper: ſed dentur alicui a caſu, vel propter aliquam cauſam tales honores, & ſimul: non ſimul auferēdi ſunt omnes: ſed paulatim, & ſecundū modica, paulatim .n. adimentes nihil videbit ſibi adimere, modica n. parum reputātur. Deinde cū dicit.

m ¶ Ponit documētum quod præſeruat a corrupione quę eſt propter exceſſum potentiæ, propter ſimilitudinem ad præcedens, & dicit ꝙ maxime ordinandum eſt a legib⁹ vel alio quocumque conuenienti, ꝙ nullus fiat multum excellens pręter proportionem in potentia, nec amicorū, nec pecuniarum, tales enim potentiæ de facili ſicut dictum eſt in tertio huius, poſſent corrumpere ciuitatem, ſi autem non ſic ordinetur ſemper: ſed contingat aliquē vel aliquos excedere alios in potentia, tūc ordinandum eſt, ꝙ habeat manſionē diuiſam a ciuitate, qa tunc minus poterit grauare ciuitatem. Deinde cum dicit.

n ¶ Tangit documētum quod præſeruat a corruptione quę fit propter inſolētias ciuitatis. Et quia exultatio & elatio propiquæ ſunt inſolentiæ quæ eſt ab elatione, adiungit elementum contra exultationem & elationem, ibi. {Et quod iocundū.} In prima intelligendū eſt, ꝙ vita vno modo dicitur anima quę eſt principiū operationis, ſm̄ ꝙ dicimus anima & vita ſunt idem, alio modo dicitur vita operatio, cuius anima eſt per ſe principiū. Tertio modo dicitur cōuerſatio in qua aliquis aſſuetus eſt, & quæ delectat ipſum, & ſic accipit hic Philoſophus vitā & dicit, cū ciues inſoleſcant & declinent a Repu. propter proprias vitas, oportet ordinare quendā principatum qui conſideret quis inſolenter viuit in ciuitate, & nociuus eſt ad Rempublicam, ſicut ſunt illi, qui multum expendunt in ciuitate

aūt honorabilitatis facta expedit honorabilitatis cōis multitudinē cōſiderare ad præteriēs. In quibuſcumq; quidē ciuitatibus honorantur ſm̄ annum, ſm̄ hoc tēpus: in maioribus aūt per trienniū aut quinquenniū, & ſi ſit multiplex vel ſubmultiplex prioris in quo honorationes inſtitutæ fuerunt politiæ, legem & honorabilitates intēdere vel remittere, ſiquidē excedāt intendentes ſecundū multiplicationē, ſi aūt deficiāt remittētes, & minorē facietēs honorationē

G

k In Oligarchiis .n. & politiis non facientibus quidem ſic, hic quidem Oligarchiā, hic aūt potentatū fieri accidit. Illo autem modo ex politia quidem Democratiam, ex Oligarchia aūt politiam vel demum.

H

l Cōe autē & in demo & in Oligarchia, & in monarchia, & in oī politia, neq; creſcerē valde multum pręter cōmenſurationem, ſed magis tentare paruos & multi tēporis dare honores quā breuiter magnos. Corrumpuntur .n. & non omnis viri ferre bonā fortunā, ſi aūt nō, neq; cū ſimul multos totos dederint auferre rurſum ſimul totos, ſed gradatī.

I

m Et maxime quidem tentare legibus, ſic ordinare, vt null⁹ fiat multū excedens potentia neq; amicorum neq; pecuniarum, ſi aūt non, ſequeſtratas facere ſtationes ipſorum.

n Quoniam autem & propter proprias vitas inſoleſcūt, oportet facere principatum quendā qui conſideret viuentes nociue ad politiā, in Democratia quidem ad Democratiam, in Oligarchia autem ad Oligarchiam: ſimiliter autem & in vnaquaq; aliarum politiarum.

*eſt conſiderare uniuerſum totius ciuitatis cenſum, ac præſens tēpus ad præteritum conferre, nam in quibuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim, in maioribus uero per trienniū, aut quinquennium, & ſi ſit multiplicatus, ac multo maior factus quàm prius erat, illæ ſecundum quē ſtatuta fuerat Reipub. gubernandæ habilitas, lege prouidere, ut cenſus, uel augeatur, uel relaxetur, ſiquidem excedat, reſtringatur ſecundum multiplicationem, ſi uero deficiat, relaxetur ac minor fiat cenſus taxatio.*

*In paucorum enim gubernationibus & in Rebuſpub. niſi hoc fiat, hic paucorum gubernatio, ibi potentia illa nimia inſurget, illo autem modo ex Repub. quidem popularis ſtatus, ex paucorum uero gubernatione Reſpu. aut populus.*

*Commune autem eſt & in populari, & in paucorum gubernatione, & in omni Repu. neque augere nimium quemquam ſupra modum, ſed magis conari paruos, & longi temporis honores præbere, quàm confeſtim magnos, corrumpuntur enim, nec cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre. Quòd ſi accumulate dati ſint alicui honores, non ſunt ſimul omnes poſtea auferendi, ſed paulatim.*

*Maxime uero lege ita prouidere, conandum eſt, ut nemini ſit exceſſiua potentia, neque amicorum neque pecuniarum. Quòd ſi ita contingat per abſentiam remouendæ ſunt huiuſmodi hominum clientelæ.*

*Cum uero ex priuata etiam uita res nouæ oriantur, magiſtratus conſtituēdus eſt quidam, qui ſit quaſi in ſpecula, ad mores ciuiū intuendos, ne quis ita uiuat, ut Reipublicæ nocere poſſit,*

K

*in populari quidem ſtatu, ne aliene uiuat a popularitate, in paucorum autē potentia, ne aliene a natura eius gubernationis, eodemque modo de aliis ſpeciebus Rerumpublicarum.*



ciuitate & neſcitur vnde habeant, vtputa in ſtatu populari qui nocui ſint, ſimiliter etiam in ſtatu paucorum, & ſic de aliis Rebuſpublicis. Si enim tales dimittantur, erit detrimentum ciuitatis. Cum enim nimis expendant cum ſubſtantia eorum finita ſit, oportebit eos iniuriari & accipere ab aliis. Deinde cū dicit.

o ¶ Adiungit aliud documentum contra exultationem & elationem & dicit, ꝙ cum per exultationē & elationem accidāt diſſenſiones in ciuitate & inſolentiæ, diligenti remedio prouidendum diuiſim, & ſigillatim obſeruādum eſt, ſi enim dimittantur qualitercumque ſe habere vt voluerint in huiuſmodi ludis & exultationibus, fiēt ad Reipub. bonum ciues inſolentes, & bona ſua expendent ſecundū ꝙ non oportet. Vnde accidet ꝙ oportebit accipere vndecūque, & propter hoc cauendum eſt qualiter fiant. Eſt autem remedium ad hoc, ꝙ ſemper in huiuſmodi actionibus & elationibus accipiantur partes oppoſitæ, & virtuoſi ponantur cū multitudine, vt per virtutem multitudinis exceſſus reprimatur. Similiter ponendi ſunt pauperes cū diuitibus, vt exceſſus eorum adinuicē reprimatur. Et ſi multitudo miſceatur cū diuitibus, adiungendi ſunt medii. Et ſi vna pars vellet excedere, alia pars cum mediis reprimet eā, per hoc enim deſtrūūtur ſeditiones, quæ fiunt propter inęqualitatem, quia ſi diuites velint excedere, egeni turbantur contriſtātes, & ſeditionē procurant, per medios autem iſtud ſæpe ſedatur. Deinde cum dicit.

p ¶ Tangit elemētum quod præſeruat a corruptione quæ ē propter damnum & lucrum, & diuiditur in duas partes. In prima ponit elemēta ſpecialia præſeruantia a corruptione quæ eſt propter damnum & lucrum. In ſecunda ponit documentū magis generale, ibi. {Simpliciter autem quæcūq; in legibus &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtēdit quot exiguntur ad perfectionem principatus ratione cuiuſdam dicti, ibi. {Tria autem quædam oportet.} Prima in duas. In prima ponit elementum generale quantum ad omnes Reſp. In ſecunda ponit elementa particularia quantum ad quaſdam determinate, ibi. {Oportet autem in Democratiis.} Prima in duas. In prima ponit documentum. In ſecunda manifeſtat, ibi. {Hoc autem maxime in Oligarchiis &c.} In prima dicit ꝙ documentum maximum in omni Republica ad ſaluandum ipſam eſt ordinare & videre, ne principatus ſit lucratiuus, quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo ꝙ principatus non vendatur, qa ſi venderetur, tunc qui plus haberet in pecuniis, plus haberet de principatu, quod eſt inconueniens. Alio modo poteſt ſic exponi, ꝙ principatus non ſit lucratiuus, hoc eſt ꝙ principans ex principatu non lucretur. Deinde cum dicit.

A

q ¶ Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in paucorum & populari ſtatu, & ideo primo oſtendit ꝙ huiuſmodi documentū ſit vtile. Secundo qualiter poteſt fieri ꝙ principatus non ſit lucratiuus, ibi. {Et vbi non furentur.} Prima in duas. Primo manifeſtat ex vtilitate quę ſequitur ī paucorum ſtatu. Secundo ex vtilitate quæ ſequitur in populari & optimatum ſtatu, ibi. {Singulariter autem eſt.} In prima dicit ꝙ iſtud documentum maxime expedit in paucorū ſtatu, quia ſi diuites prīcipantur & nihil lucrentur propter principatum, tunc populares ſi excludantur a principatu non indignabuntur nec triſtabūtur, immo gaudebunt ſi permittantur vacare circa propria negocia. Si autē credant ꝙ ex principatu lucrētur aliqua furantes bona, triſtabuntur propter duo. Primo, quia non participabunt principatū, & tunc reputabūt ſe inhonoratos. Secundo, quia nō habebunt lucrum ſicut alii, & tunc mouebunt ſeditiones contra diuites. Quare manifeſtum eſt, quòd expedit multum in paucorum ſtatu ordinare principantes ex principatu nihil lucrari. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in optimatū, & populari ſtatu: & diuiditur in duas ſecundum duas vtilitates: quas ponit. Secunda, ibi. {Quare accidit &c.} In prima dicit, quòd ſi iſtud ſtatuatur, ſcilicet ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu, cōtingit eandem Rempub. ſimul eſſe optimatum, & popularem, ſi enim hoc ſtatutum fuerit & inſignes & diuites & populares habebunt ea quæ volunt habere, hoc autem pertinet ad popularem ſtatum, ſcilicet quòd omnibus liceat principari. Quod autem inſignes principentur, pertinet ad optimatum ſtaaum. Iſta autem contingent ſi nihil lucrentur ex principatu; quia pauperibus licebit principari: ſed nolunt eo quòd non eſt lucrum: ſed magis volunt vacare circa propria negocia. Sed diuites poterunt principari: quia non indigent bonis communibus: nec propter curam propriam poterunt impediri. Quare manifeſtum eſt, quòd vtrique habebunt quæ volunt: his autē ſic ſe habentibus bene ſimul ſaluantur popularis & optimatum ſtatus. Quare manifeſtum eſt: quòd expedit ordinare ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Ponit ſecundam vtilitatem & dicit, ꝙ ſi ita ordinentur quòd nihil lucrētur diuites ex principatu, accidet, ꝙ egeni erunt diuites, quia poterūt curare de propriis. Inſignes autē non ſubiicientur deterioribus. Hoc autem maxime appetunt iſti, ſcilicet non

o Et quod iocundū aūt ciuitatis ſigillatim obſeruare ꝑp eaſdem cauſas, huius aūt remediū ſuper oppoſitis partibus firmare actiones & principatus. Dico aūt opponi Epiices multitudini, egenos aūt opulentis, & tētare cōmiſcere egenorum multitudinē & eam quę diuitū, vel quod medium augere. Hoc .n. diſſoluit eas quæ ꝑp inæqualitatem ſeditiones.

B

p Maximum aūt in omni politia & legibus & alia prouiſione ſic ordinari, vt non ſit principatus lucrari.

q Hoc aūt maxime in Oligarchiis oportet ſeruare, non .n. ſic indignantur coherciti ab eo qđ eſt principari multi. Immo gaudent, ſiquis ſinit circa ꝓpria vacare, quare ſi putauerint principantes furari cōia, tunc ambo contriſtantur .ſ. honoribus non participare & lucris.

C

r Singulariter aūt contingit ſimul eſſe Democratiā & Ariſtocratiam ſi hoc inſtituerit aliqs, contingit .n. & inſignes & multitudinē vtroſque habere quæ volunt. Licere quidem .n. ſcilicet omnibus principari, Democraticum. Inſignes aūt eſſe in principatibus, Ariſtocraticū, hoc autem erit cū non ſit lucrari a principatibus: egeni .n. non volent principari, eo ꝙ nullū ſit lucrū, ſed circa propria eē magis, opulenti aūt poterunt ꝑp nullo cōmuniū indigere.

D

ſ Quare accidit egenis quidē fieri opulētos ꝑp immorari circa opera, inſignibus aūt, non ſubici quibuſcumque.

E

*Et ſi quid exultet, elatumque ſit in ciuitate, per partes obſeruare propter eaſdem cauſas: cuius remedium eſt ſemper contrariis partibus magiſtratus & res agendas committere. Contrarias partes uoco, ceu præſtantes uiros multitudini: et diuites pauperibus. Conandumque eſt uel admiſcere pauperes cum diuitibus: uel medios augere: hi enim diſſoluent ſeditiones ob imparitatem procedentes.*

*Maximum uero illud eſt in omni Republica & legibus & cætera omni diligentia conſtituendum: ne ex magiſtratibus lucra proueniant.*

*Id autem maxime in paucorum gubernatione eſt obſeruandum. Leuius enim ferunt populi qui ab Republica excluduntur. Quinimmo gaudent, quòd ſua agere non impediuntur. At ſi exiſtiment eos qui magiſtratus gerunt ex Republica ditari, duplicem capiunt moleſtiam: & quòd ab honore excluduntur, & quòd a lucro.*

*Vnice uero etiam contingit ſimul exiſtere popularem ſtatum: et optimatum, ſi ita quis inſtituat; foret enim, ut & nobiles & plebei haberent quæ utriq; uellēt, licere enim omnibus Rempublicam gerere, populare eſt, magiſtratus uero a nobilibus obtineri, optimatum. Hoc autem accidit quando ex magiſtratibus nō proueniūt lucra. Pauperes enim magiſtratus non uolent, ſi nil inſit lucri: ſed potius ſuis rebus propriis intendere. Diuites autem quia non indigent ex Republica lucrari, magiſtratus gerent.*

*Atque ita continget, egens quidem ditari ob operam rebus ſuis impenſam: nobilibus uero, non ſubiici cuicunque.*

ſubiici, illi vero diuites fieri, quare erit pax & concordia in ciuitate, hæc autem ſunt cauſa ſalutis ciuitatis, quare manifeſtũ eſt quòd expedit ſic ordinari, ꝙ nihil lucrentur ex ipſo principatu. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat qualiter contingit fieri principatus non lucratiuos per duo documēta, & dicit ꝙ ne principantes furentur bona communia, ordinandum eſt, ꝙ communis pecunia tradatur ĩ præſentia omnium ciuium, & ꝙ habeantur reſcripta ſiue literæ ſuper his quæ reponētur apud ſocietates vel contubernia, vel aliquas tribus, ſic enim non poterũt furari de bonis communibus. Secundum documentũ eſt, ꝙ loco lucri ordinentur honores qui fiant eis, & reuerentiæ, puta ſi veniat ad ciuitatem ꝙ recipiatur cum magna reuerentia & ſolennitate & alia huiuſmodi, ſic enim minus apperēt bona communia. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit elementa particularia per q̃ ſaluantur popularis, & paucorum ſtatus a corruptione quæ eſt a diuitibus propter damnum, & primo ponit illa documenta. Secundo declarat quod expedit vtriſq; ſcilicet populari, & paucorum ſtatui, ibi. {Expedit autē.} Prima in duas. Primo ponit documentum quantum ad popularem ſtatum. Secundo quantum ad paucorum, ibi. {In Oligarchia autē.} In prima dicit, quòd vt ſaluetur popolaris ſtatus, oportet nō ſolum ꝙ poſſeſſiones non ſint æquales, ſed plus habeant diuites q̃ pauperes, imo etiam de fructibus oportet ꝙ non ſint æquales, ſed ꝙ plus participēt diuites, quia aliter diuites mouebunt ſeditionem, & contingere poterit quod corrumpetur Reſpublica: quod patet in quibuſdã Rebuſpub. Sed iſtud magis eſt ordinandum ꝙ nullus faciat expenſas & oblationes ſumptuoſas & non vtiles, puta choreas & ludos, & aliȩ tales expenſæ debent prohiberi in ciuitate & conſimiles, quia nō ſunt vtiles, imo ſunt nociuæ. Deinde cum dicit.

x ¶ Ponit documentum quantum ad paucorum ſtatũ, & oſtēdit quid oportet facere ne pauperes moueantur contra diuites, & dicit ꝙ in paucorum ſtatu oportet principantes habere multam curam de pauperibus, & eſt expediens, vt dentur eis principatus, ex quibus poſſint aliqua habere. Et ſi aliquis diues iniuriatus fuerit alicui pauperi magis puniatur quàm ſi alicui diuiti, ſic enim non facient pauperes ſeditiones contra diuites. Iterum oportet ordinare quòd hæreditates, perpetuo diſtri-

F buantur & ſecundum genus non ſecundum dominationem, & ad tempus. Et oportet ordinare ꝙ vnus non habeat plures hæreditates q̃ vnam. Et ratio huius eſt, quia ſic poſſeſſiones erunt magis æquales, quod appetũt populares, & plures pauperes poterunt ad abundantiam neceſſariorum pertingere, & ſi ſic fiat, ſaluabitur magis paucorum ſtatus. Deinde cum dicit.

t Et vbi non furentur quæ cōia traditio fiat pecuniarũ præſentibus omnib⁹ ciuib⁹, & reſcripta penes fraternitates, & cōtubernia, & tribus reponantur. Eius aũt quod eſt ſine lucro principari oportet eſſe honores lege ſtatutos, lege approbatis.

*Ad hoc autem ut non ſurripiantur pecuniæ publicæ editio fiat pecuniarũ ciuibus omnibus præſentibus, & deſcriptæ per ſocietates, & ordines & tribus deponantur. Quod uero magiſtratus ſint abſque lucro, ſtatuendi p legem ſunt honores his qui optime ſe geſſerint.*

G

u Oportet aũt in Democratiis quidē opulentis parcere non ſolũ in non faciendo poſſeſſiones ęquæ partiales, ſed neque fruct⁹; quod in quibuſdã politiarũ latet factũ. Melius aũt & prohibere volētes oblationes facere ſũptuoſas quidem nō vtiles, puta chorigias quidem & lampadarchias & quæcũque aliȩ tales.

*Oportet autem in populari ſtatu, diuitibus parcere, ac non modo poſſeſſiones eorum non auferre, ſed ne fructus quidem earum, quod in quibuſdam ciuitatibus imprudenter fit. Melius etiam eſt uolentibus prohibere, ut munera illa ſubeant quæ ſint magni ſumptus, ac nullius utilitatis, ceu choros exhibere, & ludos, & cætera huiuſmodi munera.*

x In Oligarchia aũt egenorũ facere curam multã, & principat⁹ a quibus receptiones iis tribuere, & ſiquis opulentorũ iniuriatus fuerit iſtis, maiores increpationes eſſe, quàm ſi ſibi ipſis. Et hæreditates non ſecundũ dationem eſſe, ſed ſecundũ genus, neque plures quàm vnam eũdem hæreditare, ſic.n. vtiq; æqualiores ſubſtantiȩ erunt, & egenorũ vtique plures ad abundantiam pertingent.

H *In paucorum uero gubernatione, cura eſt pauperũ ſuſcipienda diligenter, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta iſtis tradenda, & ſiquis diuitũ eos contumelia affecerit, maior pœna eſt conſtituenda, quàm ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſſio in hæreditatibus per cognationem ſit, non per donationem, nec ualeat quiſquam plures hæreditates capere, ſed unam ſolummodo, per hunc enim modum magis æquales erunt facultates, & egenorũ permulti ad abundantiam traducentur.*

I

y Expedit aũt & in Democratia & in Oligarchia aliorum vel æqualitatē, vel poſſeſſionem dare iis qui minus cōicant politia hac, in Democratia quidē opulentis, ĩ Oligarchia aũt egenis, excepto, quicũque principatus ſunt domini politiæ. Hoc autē iis qui ex politia cōmittere ſolis vel pluribus.

*Vtile eſt etiam in populari ſtatu, et in paucorum gubernatione, aliorum uel æqualitatem uel præſtantiam tribuere his, qui minus participant Rep. In populari quidem, diuitibus, in paucorum uero gubernatione, egenis. Exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius auctoritaſque Reipu. conſiſtit, hi enim ſolis his, qui ſunt ex Repub. committi debent.*

z Tria aũt quædã oportet habere futuros principari principales pricipat⁹, primo quidē amorem ad conſiſtentem politiam, deinde potētiam maximorum

K *Tria uero debent habere illi, qui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum, ut ament præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, ut habeant potentiam maximam ad ea exequenda*

y ¶ Oſtendit quid expedit communiter in vtraque Republ. & dicit ꝙ hoc expedit ĩ populari & paucorum ſtatu, quod ſi bona aliquorum per ſententiã alicuius magiſtratus in communi diſtribui debent, diſtribuantur illa pl⁹ illis, qui non attingunt ad Rempub. in populari ſtatu quidē diuitibus, in paucorum vero ſtatu pauperibus. Verumtamē ſi magiſtratus ſint in quibus ſit plurimum auctoritatis, non debent diſtribui illis q non attingunt ad pricipatum in populari ſtatu, ſcilicet diuitib⁹, ſed debet attribui diuitibus in paucorum multitudine in populari, ſed in omnibus aliis iſtud habet veritatem, ꝙ quæ veniũt ad commune, debent diſtribui his qui attingunt ad Rempu, ſic enim optime ſaluabitur vtraque Reſpubl. Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat quæ requiruntur ad perfectionem principantis in principali principatu, & primo facit hoc. Secundo mouet quaſdam dubitationes, ibi. {Habet autem dubitationē.} In prima dicit, ꝙ debentem perfecte pricipari principali pricipatu, tria oportet habere. Primum eſt amor principatus, oportet enim ſi perfecte debeat principari ꝙ diligat principatũ. Et ratio huius eſt, q͂a perfecte principans debet habere prudētiam, quia prudentia eſt recta ratio agibilium. Princeps autē cũ hēat regere alios, oportet ꝙ habeat rectam rationē de agibilibus. Quare oportet ꝙ habeat prudentiã perfectam. Sed prudentiam non poteſt habere niſi habeat appetitum rectum ad finē, hoc autem non pōt eſſe niſi diligat finē, & ea quæ ſunt ad finem, ſecundum ꝙ huiuſmodi principatus principiũ eſt eorum quȩ ordinantur ad finem Reipub. Quare manifeſtum eſt, ꝙ bene principantem oportet habere amorem ad principatum & Rempub. Secundo oportet, ꝙ habeat potentiam reſpectu operum principantis, quæ maxima ſunt. Et hoc patet, princeps enim habet dirigere in finem Reipub. ſubditos, inter autem ſubditos quidam ſunt bene perſuaſibiles ratione, & quantum ad tales non eſt opus coactione, alii autem ſunt, quibus non de facili ſuadetur a ratione, ſed ſunt



ſunt inobedientes & inſolentes, & pro talibus indiget potentia coactiua: cohercere autem & punire non poteſt niſi habeat potentiam, quare manifeſtum eſt, quòd oportet quòd habeat potentiam. Tertio oportet quòd habeat virtutem, & hoc apparet ex dictis, oportet enim principantem habere prudentiam, hoc autem non eſt niſi habeat appetitũ rectũ. Sed rectitudo appetitus eſt per virtutē moralem. Quare oportet quòd habeat virtutem & iuſtitiam ſecũdum quamlibet Rempu. In qualibet enim Repu. intenditur æquale ſecundũ aliquam dignitatem propriam ei, & ideo in vnaquaque Repu. oportet eſſe iuſtitiã ſecundum illam Rēpub. Et dico ſecundũ illam Rempu, quia non eſt eadem iuſtitia ſecundum vnamquamque. Et hoc apparet, ratio enim habitus ex obiecto ſumitur, obiectum vero iuſtitiæ iuſtũ eſt; ergo ratio iuſtitiæ ſumitur ex ratione iuſti. Sed iuſtum non eſt idem ſecundum vnamquamque politiam, ſed ſunt diuerſæ differentiæ eius, ergo iuſtitia nō erit eadem ſecũdum vnã quamque Rempubl. ſed erunt diuerſȩ differentiæ illius. Deinde cum dicit.

aa ¶ Mouet dubitationes, & diuiditur in duas ſecundum ꝙ mouet duas. Secunda, ibi. {Dubitabit autem vbique &c.} Prima in duas. In prima mouet dubitationem. In ſecunda ſoluit, ibi. {Videtur autem oportere, &c.} In prima dicit, ꝙ dubitationem habet, ſi vnus & idem non habeat iſta omnia, ſed vnus habeat vnũ tantum, alius aliud cui attribuetur principatus, verbi gratia, ſi ſit vnus qui habeat potentiam militarem, ſed ſit ſine virtute nequam & Reipu. inimicus, alius autem qui ſit virtuoſus & diligat Rempub. impotens autem, cui attribuetur principatus? vtrũ ei qui habet potentiam militarem, ſed eſt ſine virtute & nequitioſus, & non diligat principatum aut ei qui virtutem habet & diligit principatum, ſed non eſt militaris? Deinde cum dicit.

bb ¶ Soluit iſtam dubitationem, & dicit ꝙ in electione principis oportet cōſiderare ad duo, ſcilicet, ad illud quo plus poſſunt ciues attingere ad finem principatus. Et ad illud quo minus. Et ratio huius eſt, quia principatus rationem ſumit ex fine, & ea quæ ſunt ad finem, rationem ſumunt ex fine. Et ideo ille eſt aſſumendus in principem, qui habet illud ſecundum qđ poſſunt magis pertingere ad finem Reipub. Et propter hoc in militia ſiue ducatu exercitus, magis conſiderandum eſt ad experientiam q̃ ad virtutem. Quia per experientiam in armis, poſſunt magis pertingere ad finem Reipu. q̃ per virtutem. Virtuoſi autem minus experti ſunt vt frequenter in talibus, ſunt tamē meliores multum. Et ideo ad talem principatũ magis debet eli-

A gi ille qui habet experientiam cum ſola prudentia imperfecta, q̃ ille qui habet virtutem perfectam, & non habet experientiã. Sed in cuſtodia ſiue in regimine ciuitatis & in adminiſtratione ærarii, debet eligi ille qui habet virtutem, quia in tali principatu, requiritur magis virtus q̃ experientia quam multi habent. Scientia autem eſt cōmunis omnib⁹, oportet enim ꝙ habeant ſcientiam principes, & in ducatu exercitus, & in regimine ciuitatis, aliter enim non poſſunt dirigere in finem intētum ea quæ ſunt ad finē. Deinde cum dicit.

cc ¶ Mouet ſecundam dubitationem. Et primo mouet eã. Secundo ſoluit, ibi. {An quia &c.} In prima dicit, ꝙ dubitabit aliquis ſiquis diligat Rempu, & potentiã habeat ad quod neceſſaria eſt virtus. Nō enim videtur ꝙ ſit neceſſaria, quia per alia duo .ſ. potentiam & amorem, videtur ꝙ poſſint fieri ea quæcumque expediunt ad principatum. Deinde cum dicit.

dd ¶ Soluit dubitationem, & dicit ꝙ cũ potētia & amore ad principatum requiritur virt⁹ ſi debeat bene & perfecte regi, quia habentes potentiam ciuilem & amorem Reipu. contingit eſſe ſicut incontinentes, hoc eſt ſic eē diſpoſitos ad Remp. ſicut incontinens eſt ad ſeipſum, ergo ſicut erat de incontinente, ſic eſt de iſtis. Nunc autē ſic eſt ꝙ incontinens quãuis habeat rectum iudicium & ſcientiam de agibilibus, & amorē ſui, nihilominus tamen proſequitur cōcupiſcentias & mot⁹ paſſionum. Et ſic nō proficit ei ſciētia quã habet de agibilibus. Sic igitur erit de iſtis ꝙ quàmuis diligant principatum, & habeant potentiã, quia

E tamen non habent virtutem, per quã regulēt ſuas operationes, deficient & male ſe habebunt in principatu. Deinde cũ dicit.

ee ¶ Dat vnum documentum generale. Et dicit, quòd ſimpliciter illa de quibus ſunt leges quæ conferunt ad Rempubli. ſaluant Rempub. Leges enim ſunt de conferentibus ad Rempubli. talia vero ſaluant eam, & ideo de quibuſcumque ſunt leges ſaluant Rempub. Deinde cum dicit.

ff ¶ Poſtquam Philoſophus poſuit elementum per quod ſaluatur Reſpub. a corruptione quæ eſt propter lucrum, nunc ponit elementum per quod ſaluatur a corruptione quæ eſt propter impotentiam. Et primo ponit elementum. Secundo adiungit aliud circa hoc propter conuenientiã, ibi. {Pręter hæc &c.} In prima dicit, quòd maximum & efficaciſſimum documētum ad ſaluandam Rempub. eſt procurare, vt pars illa quæ diligit, & vult ſaluationē Reipub. ſit valentior & potentior, q̃ alia quæ non vult nec diligit, ſic enim ſemper vel quàm maxime durabit Reſpub. Deinde cum dicit.

:operum principatus, tertio aũt virtutem & iuſtitiã in vnaquaq; politia eã quæ ad politiam, ſi.n. non idē iuſtum ſecundum omnes politias, neceſſe & iuſtitiæ eſſe differentias.

*quæ magiſtratus requirit. Tertium, ut habeant uirtutem & iuſtitiam, in unaquaque Repub. ad ipſam Rempub. niſi enim iuſtum idem ſit in cunctis Rebuſpub. neceſſe foret & iuſtitiæ eſſe differentias.*

aa Habet autē dubitationē qñ non acciderit hæc oĩa circa eundem, qũo oportet facere diuiſionem, puta ſi militaris quidē aliquis fuerit, nequã autē & nō politię amicus, alius autē iuſtus & amicus qualiter oportet fieri electionem.

B *Habet autem dubitationem, quando hæc omnia nō concurrunt in eodē, quemadmodum ſumere oportet, ceu ſi ſit quidam aptus ad rem militarem. Sit autem ille idem improbus, nec Rei publ. amator. Alter uero iuſtus & amator, ſed ad rem militarē non aptus cuius facienda ſit electio.*

bb Videtur aũt oportere reſpicere ad duo quo plus participãt omnes, & quo minus, pp quod in militia quidē ad experientiã magis virtute, minus.n. militia participant. Epiicia aũt plus. In cuſtodia aũt & cameratione cōtrarium: ampliori.n. virtute indiget quam qualem multi habent. Scientia autem communis omnibus.

*Videtur inſpiciendum eſſe ad duo, cuius magis participent omnes, & cuius minus. Quapropter in re militari quidem, ad peritiam magis quàm ad probitatem eſt reſpiciendum, pauciores enim ſunt rei militaris periti, plures uero probitatis. Contra uero, in cuſtodia & adminiſtratione ærarii. Plus enim probitatis requirit, quàm quantum habeant multi, ſcientia uero huius communis eſt omnibus.*

C

cc Dubitabit aũt vtiq; aliquis, ſi potentia extiterit politiæ, & amor, quid opus eſt virtute, facient enim quæ expediunt per ipſa duo.

*Dubitari etiam poteſt, ſi potentia abſit Reipub. & amicitia, quid opus eſt uirtute, ſufficiunt enim illa duo ad Reipub. utilitatem.*

dd Aut quæ cōtingit eos q hæc duo habēt incōtinētes eſſe, quare quemadmodũ & ipſis non ſeruiunt ſcientes & amantes ipſas, ſic & ad cōmune nihil prohibet quoſdam ſe habere.

D *An quia fieri poteſt ut duo illa habentes ſint intemperati? itaque ut ſibiipſis non obtemperant ſcientes, & amantes ſeipſos, ſic etiam erga Rempub. nihil uetat ita ſe habere quoſdã.*

ee Simpliciter aũt quæcumque in legibus vt conferentia dicimus politiis, omnia hęc ſaluant politias.

*Simpliciter autem, quæcumque in legibus prodeſſe diximus, cuncta illa Rempub. ſeruant.*

ff Et quod ſæpe dictũ eſt maximum elementũ, vt valentior ſit multitudo quȩ vult politiã quã quæ non vult.

*Et quod ſæpe iam diximus, maximum fundamentum eſt cuſtodire, ut potentior ſit ea pars, quæ Remp. ſaluã eſſe uelit, quàm illa quæ nolit.*

F gg ¶ Adiungit circa hoc aliud documentum contra receſſum a medio. Circa quod duo facit. Primo ponit elementum. Secū do ex hoc concludit aliud, quod ſpeciale eſt in populari ſtatu, ibi. {Peccant autem & cætera.} Prima in tres. In prima ponit documentum. Secundo aſſignat rationem, cum dicit. { Multa enim &c.} Tertio cū dicit, { Propter hoc &c.} concludit elementum declaratū. In prima dicit ꝙ pręter omnia elementa quæ dicta ſunt, oportet non latere, ſcilicet quid eſt medium & proportionale, per quod ſaluatur Reſp. vt conſeruetur, & nō fiat trāſgreſſio ab eo; receſſus enim ab huiuſmodi medio cauſa eſt tranſgreſſionis factæ in pluribus. Deinde cum dicit.

hh ¶ Aſſignat rationem documenti, & dicit ꝙ bene oportet ſaluare medium, qa videmus quòd multa quæ apparent eſſe popularia, corrumpunt popularem ſtatum propter hoc, ꝙ recedunt a medio. Similiter multa ſunt q corrumpunt paucorum ſtatum quę videntur eſſe paucorū. Qui autem credunt eſſe virtutis opus intendere quantumcū que ea quæ videntur ſaluare vnamquamque Rempubl. puta credentes opus virtutis popularis eſſe quātumcumque intēdere popularia, & paucorum ſtatui intēdere facientia ad ſtatū paucorū, omnia quātumcumque declinant a medio ſecundū exceſſum, & corrūpunt volentes ſaluare. Sicut enim eſt in partibus corporis, ſic eſt in Repub. Sic autem eſt in partibꝰ corporis, quòd eſt aliqua determinata cōmenſuratio partium ſecundum quam partes pulcherrime ſe habent. Sicut naris quæ ſi parum tranſgreſſa eſt ad ſimū vel aquilinū, adhuc pulchra eſt & gratioſa in aſpectu, ſi tamen plꝰ declinet ad exceſſum vel defectum, primo contingit declinare a media ratione, in qua manet forma naris. Finaliter autem tantum contingit declinare ꝙ non cōtingit remanere formā naris propter excellentiam vel defectū. Eodem modo ſe habet in aliis partibus corporis. Similiter ſe habet circa alias Reſpub. contingit enim popularem & paucorum ſtatum eſſe in ordine optimo ſecundum illas Reſpubl. ſi autem aliquis declinet vel ſecundum intenſionem vel ſecundū remiſſionem, faciet Rempub. peiorem. Tandem autem poterit intendere vel remittere quòd corrumpet ipſam omnino. Et ſic manifeſtum eſt, quòd ad ſaluationem Reipub. oportet conſiderare quid eſt mediū, in quo ſaluatur Reſpubl. Deinde cum dicit.

ii ¶ Concludit elementum iam declaratum, & dicit, propter hoc quòd quædam popularia corrū punt ſtatum popularem, & quędam ad ſtatum paucorum ꝑtinentia corrumpūt paucorum ſtatum, oportet legislatorem, & ciuem non ignorare quæ & qualia pertinentia ad ſtatū paucorum euertant ſtatum paucorum, & popularia popularem. Nulla enim iſtarum poteſt eſſe ſine diuitibus & ſine pauperibus. Sunt enim de integritate Reipublic. multitudo & diuitię: propter quod ſi aliquis voluerit adæquare ſubſtātias omnino & ita omnes æqualiter eſſe diuites, non remanebit eadē Reſpub. ſed corrumpetur. Et ſic manifeſtum eſt, quòd illi q procedunt excedendo legibus ad hoc ducentibus transmutāt & corrūpunt Rēpu. Deinde cum dicit.

kk ¶ Ponit elemētum ſpeciale ad ſaluandum popularem & paucorum ſtatum & dicit ꝙ adhuc manifeſtū eſt ꝙ in paucorū & populari ſtatu eſt error. In populari quidem peccant ductores populi, ī ſtatu populari. ſ. in quo tota multitudo velut monarchia quadam dominatur, non ſecūdum legem, ductores enim pugnantes cōtra diuites diuidunt ciuitatē in duo, adulantes enim multitudini mouent eam cōtra diuites, hoc autē non eſt faciendum ſi debeat popularis ſtatus ſaluari, ſed multitudo pro diuitibꝰ debet videri facere qđ volunt. Sic.n. ſaluari poterunt. In paucorū ſtatu, ſimiliter peccat paucorū potētia, opprimens multitudinē, ex quo contingit corruptio paucorum ſtatus. Et ideo ſi debeat ſaluari, oportet paucorum potentiam videri facere pro populo, & facere iuramenta contraria eis quæ faciunt, conſueuerunt

gg Præter aūt omnia hæc, oportet non latere qđ vtiq; latet trāſgreſſas politias quod medium.

hh Multa.n.eorum quæ videntur demotica ſoluūt democratias & Oligarchicorum Oligarchias, qui aūt putāt hāc eſſe vnā virtutem trahunt ad exceſſum, ignorātes quemadmodū naris eſt tranſgreſſa quidē rectitudinē eā quæ pulcherrima ad aquilinum vel ſimū, ſed tamē adhuc pulchra & gratiā habēs ad aſpectum, non tamen ſi intendat aliquis adhuc magis ad exceſſum primo quidē abiiciet mediocritatem partis, finaliter aūt ita qđ neq; narem faciet apparere ꝑꝑ excellentiam & defectū contrariorū. Eodem aūt modo habet & de aliis partibus, accidit itaque hoc & circa alias politias. Etenim Oligarchiā & Democratiam eſt, vt habetur ſufficienter non ex exiſtēte optimo ordine, ſi aūt aliqs intēdat magis vtrāque ipſarum, primo quidem deteriorem faciet politiam, tandē autem neque politiam.

ii Propter hoc oportet nō ignorare legislatorē & politicū qualia ſaluāt demoticum & qualia corrūpunt Democratiā: & qualia Oligarchiā, neutrum .n. ipſarum continget eſſe & ꝑmanere ſine diuitibus & ſine multitudine, ſed qñ æqualitas facta fuerit. ſubſtantię, aliā neceſſe eſſe hanc politiam, quare corrumpentes iis quæ ſecundum exceſſum legibus, corrumpunt politiam.

kk Peccant autē in Democratiis & in Oligarchiis, & ī Democratiis qdē demagogi vbi multitudo domina legū, dominos .n. faciunt ſuper ciuitatē pugnantes cū diuitibus, oportet autem contrariū ſemper videri dicere pro diuitibus, in Oligarchiis autem pro populo Oligarchicos. Et iurare contra q̄ nunc iurent Oligarchicos, nunc quidem .n. in quibuſdā iurāt: & populo malignus ero, & conſulam quodcū que habebo malū, oportet autē & exiſtimare & ſimulare cōtrariū inſinuantes in iuramētis qđ non iniuſte agat in populum.

*Præter hæc autem omnia latere nō oportet, quod modo latet eas Reſpublicas, quæ tranſgrediuntur medium.*

*Multa enim quæ popularia videntur, popularem ſtatum diſſoluunt. Multa etiam quæ paucorum eſſe videntur, diſſoluunt paucorum gubernationem.* G *Qui vero exiſtimant hanc eſſe vnam virtutem, trahunt ad exceſſum, ignorantes, quòd quemadmodum naſus excedit rectitudinem laudabilem, ad aquilinum eſſe uel ſimum, ſed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. At ſiquis magis trahat ad exceſſum, primo quidem abiicit congruentem menſuram partis, tandem uero ita diſponitur, ut non naſus appareat propter excellentiam, ac defectum contrariorum. Eodem modo, & de aliis partibus. Contingit autem hoc* H *& circa alias gubernationes. Nam paucorum quidem potentiam, & popularem ſufficienter ſe habere contingit. Et ſi tranſgrediantur ab optimo ſtatu, quòd ſiquis intendat magis, vtramque earum deteriorem primam faciet, tandem uero, neque Rempublicam eſſe.*

*Quapropter id non ignorari oportet a legis conditore, ac ciuili homine, qualia popularium ſeruent populi ſtatum, & qualia paucorum apparentia,* I *euertant paucorum gubernationem. Nulla enim iſtarum uidetur ſtare poſſe abſque opulentis & multitudine, ſed quando adæquatio fiat facultatum, aliam neceſſe eſt eſſe Rempublicam. Itaque diſſoluentes leges quæ ſunt circa excellētiā, diſſoluunt Reſpublicas.*

*Aberrant uero & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem, ductores populi, ut multitudinē dominam legum efficiant. Ob id.n. faciunt ſemper ciuitatem opulentis* K *repugnantem. At oportebat cōtrarium uideri ſemper dicere pro opulentis. In paucorum uero gubernatione, pro populo, eos qui Rempu. gubernant, & contraria iurare quàm nunc iurent. In quibuſdam enim ciuitatibus nunc iurant: Populum odio habebo, & conſilio annitar, ut male habeat. Expedit autem ſimulare ac fingere cōtrarium, atque ita iuramentum concipere, non afficiam populum iniuriis.*



A conſueuerunt enim paucorum ſtatus potentiæ cum inſtituuntur in principatibus iurando dicere. Iuro quòd populum odio habebo, & conſilio annitar vt male habeat. Similiter in populari ſtatu, iurat populus, malignus ero diuitibus & conſulam quę illi mala eſſe ſciam. Hoc autem non eſt faciendum. Sed oportet opinari contrarium eſſe faciendum, & inſinuare in iuramento, quòd potētes paucorum nō facient iniuſtum populo. Et populus debet iurare, quòd non iniuſtę aget contra diuites. Deinde cum dicit.

ll ¶ Ponit elementum quod vniuerſaliter ſaluat Rempub. a corruptione quæ eſt propter ineruditionem & inaſſuefactionem. Et primo facit hoc. Secundo reprobat quoddam obſeruatum in populari ſtatu, ibi. {In Democratiis autem &c.} In prima dicit quòd inter omnia elementa maximum & efficaciſſimum ad ſaluandam Rempub. quod, modo omnes negligunt eſt, ſcilicet erudiri in legibus & in eis quæ ordinantur ad Rempub. & aſſuefieri in illis. Ratio autem quare oportet aſſuefieri in illis eſt, quia illa in quibꝰ homines ſunt aſſueti, delectabilia ſunt eis & magis placent, & magis diliguntur. Quæ autem magis diliguntur, magis ſaluantur. Si igitur aſſueti fuerint homines in his quæ ſunt Reipub. plus diligēt & delectabuntur in illis, & ſic conſeruabunt eam. Si autem non aſſueti & eruditi fuerint in Repub. & in legibus ſignificantibus ordinem Reipub. puta ſi degentes in paucorum ſtatu non fuerint aſſueti & eruditi legibus paucorum, & populares legibus ſtatus popularis, nulla vtilitas erit eis ex legibus, bonis & glorioſis exiſtentibus. Sic enim continget eſſe in tali ciuitate, in qua ſunt leges optimæ, & tamen ciues non ſunt aſſuefacti in illis, ſicut eſt in incontinente. Sic autem eſt in incontinente, quòd quamuis habeat rectum iudicium rationis aliquo modo, quia tamen ſequitur impetum paſſionum, non ꝑficit ſibi rectitudo rationis. Similiter in propoſito, quamuis ciuitas habeat bonas leges, ſi tamen non ſunt ciues aſſueti & eruditi in illis, non proficient eis, quia non operabuntur ſecundū illas. Sunt autem erudiendi & aſſueſcere debent non in illis ad quæ ſi poſſunt pertingere delectabuntur tam pauci potentes, quàm populares, ſed in illis in quibus eruditi poterunt obſeruare Rempub. vt populares in illis per quæ poterunt viuere populares & ſeruare popularem ſtatum. Paucorum potentes in illis per quæ poterunt obſeruare paucorum ſtatum, & viuere ſecundum illum. Nunc autem in ciuitatibus accidit cōtrarium, quia in paucorum ſtatu, filii diuitum nutriti ſunt in deliciis, & inclinantur ad eas, & in illis delectantur. Pauperes autem aſſueti ſunt in laborioſis. Propter quod manifeſtum eſt, quòd filii diuitum & pauperum volunt & poſſunt & magis viuere inſolenter quantum ad Rempub. Propter quod manifeſtum eſt, quòd in talibus non ſunt erudiendi. Deinde cum dicit.

mm ¶ Remouet errorem ſpecialiter accidentem in populari ſtatu. Et diuiditur in duas. In prima ꝑponit ipſum & tangit rationem eius. In ſecunda remouet ibi. { Hoc autem prauum &c. } In prima dicit, quòd in populari ſtatu obſeruatur aliquod quod videtur populare, ſcilicet quòd contrarium eſt ei quod confert ad Rempublicam, quòd vnuſquiſque viuat ſecundum quod voluerit. Et ratio huius eſt, quia male diffiniunt liberum. Sunt enim duo ſecundum quæ diffinitus eſt popularis ſtatus, ſcilicet poteſtas & libertas, vt ſcilicet multitudo dominetur & ſecundum libertatem. Illud enim iuſtum dicitur quod eſt æquale. Aequale autem videtur illud in ſtatu populari eſſe, quod videtur multitudini. Liberum autem dicunt, quòd aliquis faciat quicquid voluerit. Propter quod in populari ſtatu quilibet viuit ſecundum quòd vult, & ſecundum quòd poſſibile eſt ei, & ſecundum quòd plus abundat, vt dixit Euripides. Deinde cum dicit.

nn ¶ Remouet iſtū errorem, & dicit ꝙ non eſt opinandum ſeruitutem eſſe viuere ſecundum Rempub. immo libertatē & ſalutem. Et ratio huius eſt, quia ſecūdum quòd vult Philoſophus. Liberum eſt quod ē cauſa ſui, vel in genere cauſæ agentis vel finalis. Vnumquodque autem maxime dicitur illud quod eſt principale in eo. In homine vero principale eſt intellectus. Et ideo homo eſt maxime intellectus, vel operatur ſecundum intellectum, ergo homo maxime dicitur liber cum operatur ſecundum intellectum & rationem, & ad bonum ſui ſecundum intellectum & rationem. Cum autem viuit ſecundum Rempub., operatur ſecundum rationem, ergo viuere ſecundum Rempublicam non eſt eſſe in ſeruitute, ſed libertate magis. Et tunc recapitulat & dicit, ꝙ principia ex quibus corrumpuntur & trāſmutantur Reſpu. & principia ex quibus ſaluātur, & manſiuæ ſunt tot, quot dictæ ſunt ſimpliciter, vt eſt dicere, qđ dicit ꝑꝑ principia ſaluātia & corrūpentia monarchias de qbus dicet iam.

ll Maximum autē omnium dictorum ad permanēdū politias quod nunc negligunt omnes .ſ. erudiri ad politias, profectus.n. nullus vtiliſſimarum legū & cō glorificatarum ab omnibus politizantibus, ſi non erunt aſſueti & eruditi in politia, ſiquidē leges demoticæ demoticaliter: ſi autem oligarchicæ oligarchicaliter, quæ quidē eſt in viro incontinentia, eſt & in ciuitate: ē autem erudiri ad politiam non hæc facere quibus gaudent Oligarchizantes & Democratiā volentes, ſed quibus poterunt, ii q bus Oligarchizare, ii autē Democratizare, nunc autē in Oligarchiis quidē principantium filii deliciantur, qui aūt egenorū fiūt exercitati & laborioſi. Quare & volunt magis & poſſunt inſoleſcere.

mm In Democratiis autē quæ maxime videntꝰ eſſe Democraticæ contrariū conferentis conſiſtit. Cauſa autē huius, quia male diffiniunt qđ liberū, duo.n. ſunt quibus videtur Democratia diffinita eſſe in id qđ populus eſſe dominū, & libertate, qđ quidē .n. iuſte, æquale videtur eē: ęquale aūt quodcumq; videatur multitudini hoc eſſe dominans, liberum aūt & æquale quodcūq; noluit quis facere, quare viuere in talibus Democratiis vnuſquiſq; non vult, & ad quod abūdat, vt ait Euripides.

nn Hoc autem prauum, non.n. oportet putare ſeruitutem eſſe viuere ad politiam, ſed ſalutem. Ex quibus quidem ergo politiæ tranſmutantur & corrumpuntur & per quæ ſaluantur & permanent, vt ſimpliciter eſt dicere, tot ſunt.

*Maximum autem omnium quæ dicta ſunt ad Reipu. ſtabilitatem eſt id quod nunc parui faciunt omnes erudiri ad Reipub. diſciplinam. Nil enim proſunt utiliſſimæ leges quæ a gubernatoribus decernuntur: niſi moribus inſtituti, & diſciplina imbuti homines fuerint, ſi leges populares, populari* B *ter, ſi paucorum potentiæ, ad hanc ipſam gubernationem. Nam ſi eſt in uno intemperantia, eſt etiam in ciuitate, diſciplina autem Reipubl eſt non ea facere per quæ lætentur pauci potētes, aut populares: ſed ꝑquæ ualeāt illi quidem paucorum gubernationē tenere, hi uero popularem: nunc autem in paucorum potentia gubernatorum filii delitiis intendunt. Tenuiorum autem filii, Gymnaſiis laboribuſque exercentur: itaque, & uolunt magis,* C *& poſſunt res nouas moliri.*

*In populari uero ſtatu, qui maxime uidetur eſſe popularis, contra quā utile ſit conſtitutum eſt, huius rei cauſa eſt, quòd male diffiniunt libertatem. Duo ſunt enim quibus popularis ſtatus diffinitur: poteſtate ſumma populi, ac libertate. Iuſtum autem & æquum uidetur eſſe. Aequum uero quodcunque uideatur multitudini id eſſe ſtabilitum. Liberum autem & æquum quodcunque uelit quis facere:* D *ita quòd uiuit unuſquiſque ut uult, in huius populari ſtatu: & ad quod gliſcit, ut ait Euripides.*

*Sed hoc eſt prauum. Non enim putandum eſt eſſe ſeruitutem, uiuere ad formam Reipublicæ, ſed ſalutem. Ex quibus igitur mutantur Reſpublic. & corrumpuntur: & per quæ ſeruantur, & permanent, ut ſimpliciter dicamus: tot & talia ſunt.*

E

## LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus determinauit cauſas & principia corruptionis & ſaluationis Rerumpu. in quibus plures dominantur, determinat cauſas & principia corruptionis & ſaluationis in quibus vnus dominatur, ſicut ſunt monarchiæ. Et diuiditur in duas. In prima determinat quæ ſunt cauſæ & principia corruptionis & ſaluationis Rerumpublicarum monarchiarum. In ſecunda oſtendit, quę illarum eſt minoris durationis, ibi. {Atqui omnium &c.} Prima in duas. In prima præmittit intentum ſuũ. In ſecunda proſequitur, ibi. {Exiſtit autẽ generatio, &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatũ eſt quæ ſunt principia ſaluationis & corruptionis Rerumpublicarum in quibus plures dominantur, reſtat conſequenter conſiderandũ de monarchia, quæ ſcilicet ſunt cauſæ & principia ex quibus corrũpitur, & quæ ſunt prĩcipia & cauſæ ex quibus nata eſt ſaluari. Illa autem quæ accidũt circa monarchiã regalem & tyrannidem, ſunt ſimilia eis q̃ dicta ſunt de aliis Rebuſpublicis. Nam regnum congruit ſtatui optimatum. Sicut.n. aſſumitur princeps ſecundum virtutem in ſtatu optimatum, ſic in regno: tyrannis autem componitur ex ſtatu paucorum vltimo, qui eſt peſſim⁹ inter omnes paucorũ ſtatus, & populari ſtatu vltimo, qui ſimiliter peſſim⁹ eſt inter omnes populares ſtatus, propter quod tyrannis ipſa multũ nociua eſt ſubditis, cum ſit compoſita ex duobus malis, & habeat peccata & trãſgreſſiones vtriuſque illarum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in duas. In prima p̃mittit quiddam de iſtis monarchiis, quarum quædam dicta ſunt prius. In ſecunda proſequitur de cauſis corruptionis & ſaluationis ipſarũ, cum dicit. {Sicut igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex quibus componitur vtraque monarchia. Secundo declarat quoddam dictum de tyrannide, ibi. {Quòd autem tyrannis &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit quid intenditur in vtraque, cum dicit. {Tyrãnis autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima declarat ex quibus componitur ex vtraque monarchia, vt appareat ex quibus corrumpitur & ſaluatur. In ſecunda declarat quoddam dictum, ibi. {Sicut autẽ diximus &c.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit ex quibus componitur regnum. In ſecunda ex quibus

F tyrannis, ibi. {Tyrannis vero &c.} In prima dicit, ꝙ vtraque monarchia ex contrariis generatur. Regnum enim factum eſt propter auxilium bonorum contra multitudinem, ne multitudo grauaret ipſos ſtudioſos, & aſſumitur rex ex virtuoſis excedens ſecundum virtutem, vel in opere virtutis, vel aſſumitur ſecundum nobilitatẽ generis, ne iſti grauẽtur a multitudine. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ex q̃bus generatur tyrannis. Et primo ex quibus nunc generatur. Secundo ex quibus generabatur antiquitus, ibi. {Quæ autem ante &c.} Dicit igitur, ꝙ tyrannus aſſũptus eſt a populo, & ex populo & multitudine cõtra diuites, & inſignes ne populus moleſtetur a diuitibus, hoc autem manifeſtum eſt ex his q̃ contigerunt. Plures enim tyranni, vt eſt dicere; facti sũt ex his qui erãt ductores populi quibus multum credebat populus eo quòd libenter imponebant crimina diuitibus calumniantes eoſdem, huiuſmodi autẽ tyrannides augmentatis ciuitatibus factæ fuerunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ex q̃bus generabat̃ prius. Et primo facit hoc. Secundo facilem modum generationis ipſius ex prædictis tangit, ibi. {Omnibus enim inerat modis, &c.} In prima dicit, ꝙ antiquitus tyrannides quę factæ fuerunt ante iſtas, quædam factę fuerunt ex regibus qui leges & conſuetudines paternas in quibus nutriti fuerant tranſgrediebantur, & qui magis volebant principari principatu dominatiuo qui ẽ domini ad ſeruum, volentes vti ſubditis tamquã ſeruis. Contigit enim, ꝙ aliquis ſecundum hunc modum exiſtẽs incepit tyrannizare, & opprimere ſubditos, & ſic ex rege factus fuit tyrannus. Aliquando autẽ fuit facta tyrannis ex eis, quia electi fuerant ad principatus excellentiores & potentiores, antiquitus populus inſtituit multos principantes & perſpectores populi ſiue rectores, Ex iſtis aũt contingebat aliquos magis ꝑuerſos trahere ad ſe dominiũ ciuitatis, & tyrannizare. Aliquando etiã facta fuit tyrannis ex paucorũ potentia viris eligẽribus vnum potentẽ ad principatus maximos, qui poſtmodum tyrannizabat. Omnibus iſtis modis fiebat antiquitus tyrannis. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit facilem modũ generationis ipſius tyrãnidis. Et dicit, ꝙ huiuſmodi tyrannides de facili poterãt fieri ex prędictis, quia potentiam habebant. Quidam enim principabantur prĩcipatu regali. Et manifeſtum eſt, ꝙ tales potentiam habebant propter

## LECTIO VIII.

REſtat autẽ ſuperuenire de monarchia ex quib⁹ corrũpitur & per quæ ſaluari nata eſt, ferè aũt conſimilia dictis circa politias, ſunt & q̃ accidunt circa regna, & tyrannides: regnum.n. ſecundum Ariſtocratiam eſt, tyrannis aũt ex Oligarchia extrema componiẽ & democratia, propter qđ vtique & maxime nociua ſubditis eſt veluti ex duabus malis compoſita, & tranſgreſſiones & peccata habens, quæ ab ambabus politiis.

b Exiſtit autẽ generatio mox ex contrariis vtriq; monarchiarum. Regnum quidem enim ad auxilium quod a populo Epiicis factum ẽ, & inſtituitur Rex vnus Epiicorum ſecundum exceſſum virtutis, vel actionũ quæ a virtute, vel ſecundũ exceſſum talis generis.

c Tyrannus autẽ ex populo, & multitudine ad inſignes, quatenus populus nihil moleſtet ab ipſis. Manifeſtũ aũt ex iis quę acciderunt: ferè.n. plurimi tyrãnorum facti fuerũt ex demagogis, vbi eſt dicere credibiles facti ex contrariari inſignibus, hæc quidem enim hoc modo conſtituerunt tyrannides iam ciuitatib⁹ augmentatis.

d Quæ aũt ante iſtas, ex regib⁹ tranſgredientibus patria & magis deſpoticũ principatũ appetentibus. Hæ autẽ ex electis ad principales principat⁹; antiquitus.n. populi inſtituerunt multi tpis conditores populi & ꝓſpectores, Hæ autẽ ex Oligarchiis eligentibus vnũ aliquẽ dominũ ad maximos principatus.

e Omnibus.n. inerat modis iis ad efficere de facili, ſi ſolum vo

## LECTIO VIII.

*REſtat nunc uidere de unius gubernatiõe ex quibus corrumpatur, & per quæ ſeruari ualeat. Ferè autem ſimilia ac propinqua ſunt illis, quæ diximus ſupra de cæteris gubernationibus, illa quæ*

G *circa regnum & circa tyrannidem cõtingunt. Nam regia quidem poteſtas, optimatum gubernationi reſpondet, tyrannis autem ex paucorum potentia illa poſtrema, & ex populari componitur. Quapropter pernitioſiſſima eſt his, qui ſub ea ſunt, utpote ex duobus compoſita malis, & tranſgreſſiones et delicta continens, quæ ex ambabus illis proueniunt.*

*Exiſtitque generatio ſtatim ex contrariis utique iſtarum. Nam regia po-*

H *teſtas pro tutela præſtantium uirorũ contra populum reperta eſt, & fit rex ex præſtantibus, per excellentiam uirtutis, uel rerum geſtarum, quæ ſint a uirtute, uel per excellentiam huiuſmodi generis.*

*Tyrannis uero originẽ habet a populo, ac multitudine contra nobilitatem, ut populus iniuriam ab illis non patiatur. Patet hoc ex ipſis his, quæ contigerunt. Ferè enim tyranni, ut plurimum, facti ſunt ex ducibus populorum, fidem adepti ab initio propter ca-*

I *lumnias contra nobilitatem factas, tyrannides igitur aliæ in hunc modum conſtitutæ ſunt, ciuitatibus iam adauctis.*

*Aliæ prius ex regibus tranſgrediẽtibus, patria iura, & affectantibus magis dominari. Aliæ ex electis ad principales magiſtratus, Antiquitus enim populi conſtituebant diuturniores adminiſtrationes et procurationes. Aliæ ex paucorum potentia eligẽtium unũ aliquem ad maximos magiſtratus.*

K

*Omnibus iſtis modis facultas fuit ꝑficiendi, ſi modo uoluerit, per poten-*



propter quod de facili poterant fieri tyranni. Alij autem principabantur principatu qui eſt ſecũdum aliquam honorabilitatẽ Tales etiam potentiam habebant, ideo de facili poterant tyrannizare. Et exemplificat. Quidam enim qui dicebatur Phidon apud Argum fuit tyrannus, & quidam alij ſimiliter principãtes ex principatu regali. Illi autem qui tyrannizauerunt circa Ioniam & Phalaris aſſumpti fuerũt ex ſtatu paucorum principatibus honorabilibus. Sed Panetius q̃ tyrãnizauit in Leuntinis, & Cypſellus q̃ in Corintho, & Piſiſtratus qui Athenis, & Dionyſius qui Syracuſis, & alij qui eodem modo fuerunt tyranni, fuerunt pri⁹ duces ex fauore populorum. Iſti enim potentiam habebãt. Quare manifeſtũ eſt, quòd facile fuit iſtos eſſe tyrannos, propter potẽtiam quam habebant. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat quoddã dictum. Dixerat.n. ꝙ regnum eſt inſtitutum ſecundum ſtatũ optimatũ, hoc probatur. Et prĩo facit hoc. Secundo oſtendit qđ eſt officiũ regis, ibi. {Vult enim rex &c.} In prima dicit quòd ſicut dictum eſt pri⁹. Regnum eſt inſtitutum ſecundum ſtatũ optimatum. Et hoc apparet, quia inſtitutum eſt ſecundum dignitatẽ vel virtutis, vel generis, vel propter beneficium impenſum regioni, vel propter iſta ſimul, & potentiam. Et hoc apparet, quia omnes antiqui reges, vt ita dicatur, cum feciſſent aliquod beneficium ciuitati, vel genti regionis, vel qui potentes fuerant beneficiare iſtum honorem receperũt, quòd aſſumpti fuerũt in regem, quidam enim, ſicut Codrus qui præliat⁹ fuit contra aduerſarios ciuitatis, & prohibuit ne ſerui eſſet illis, factus fuit rex. Alij autem quia liberauerunt a ſeruitute, ſicut Cyrus fact⁹ fuit rex Perſarum, quia liberauit a ſeruitute regis Caldeorum. Alij quia ciuitatem conſtituerunt. Alij qui acquiſiuerunt regionem, ſicut reges Lacedęmoniorum, & Macedonum & Moloſſorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quod eſt officium regis. Et dicit, quòd officium regis eſt eſſe cuſtodem iuſtitię. Et vult cuſtos eſſe iuſti. Et ideo recurrere ad regem eſt recurrere ad iuſtum animatum. Et hoc apparet, quia rex intendit bonum commune cuſtodire & ſeruare. Hæc autem non poteſt niſi ſit cuſtos iuſti. Et ideo officium ſuũ eſt, vt ſit cuſtos iuſti, ita ꝙ habentes poſſeſſiones & diuitias nullam iniuſtitiam patiantur a non habentibus. Nec populus ſuſtineat aliquam iniuriam a diuitibus. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quis eſt finis in vtraque monarchia ex quo apparet vna differentia inter ipſas. Et primo oſtẽdit quid vtraque intendit. Secundo manifeſtat per effectus, ibi. {Propter quod ſupgreſſionum &c.} In prima dicit, quòd tyrannus non intendit bonum commune, ſed intẽdit propriũ. Et ratio huius eſt, q̃a tyrannus intẽdit delectationẽ ſecundum ſenſum, & ideo appetit illud per quod exiſtimat ſe habere eam, hoc autẽ eſt ſuperexceſſus pecuniarum, propter quod intendit pecunias acquirere, credit enim per pecunias habere omnia, rex autem intendit bonum commune. Illum enim dicimus regẽ qui principatur propter bonum multitudinis, Talem autem oportet eſſe virtuoſum, & ita nolle iniuriari ſubditis. Oportet ipſum eſſe diuitem, ne aliquid iniuſte accipere a ſubditis compellatur. Deinde cũ dicit.

i ¶ Manifeſtat qđ dictũ eſt ꝑ effectus. Et dicit quòd ꝓpter hoc quòd tyrannus appetit delectationes, ꝑ quas appetit pecunias, manifeſtum eſt quòd exceſſus inſuper accipiendo pecunias tyrannici ſunt. Intẽdunt.n. tyrãni bonũ proprium non commune, ſed ſupergreſſiones honorum regales ſunt magis. Et ratio huius eſt. Quia rex debet eſſe excellens ſecundum virtutem. Excellentiæ vero virtutis debet̃ excellentia honoris. Et ideo ad regem pertinet habere excellentes honores, & magis ſupergreſſionem honorum quàm pecuniarum. Econtrario autem eſt in tyranno, & ꝓpter hoc idẽ etiam cuſtodia regalis eſt ciuilis, ſed tyrãnica eſt ꝑ extraneos. Et ratio huius eſt, q̃a rex dominatur ſubditis illis volẽtibus. Et ideo cõfidit de ipſis, propter quod cuſtoditur ab eis, tyrannus autem cum opprimat eos dominatur eis illis nolentibus, & ideo nõ confidit in eis, ꝓpter quod cuſtoditur ab extraneis. Poſſet etiam aliter introduci illa pars. Tyrannus autem, vt diceret, quòd intendit aſſignare differentias inter regnum & tyrannidem, & diuiditur in tres; propter tres differentias quas ponit. Deinde cum dicit.

k ¶ Manifeſtat quoddam dictum de tyrannide, prius enim dictum fuit quòd cõponitur ex duobus malis: hoc declarat. Et primo declarat quæ mala habet ex ſtatu paucorum. Secundo quæ mala

luiſſent ꝓ potẽtiã præexiſtere: iis quidẽ regalis principatus, iis aũt eã quę honoris. Phidõ quidẽ circa Argũ & alij tyrãni cõſtiterunt regno exiſtente, qui autem circa Ioniam, & Phalaris ex honoribus. Panetius autẽ in Leontinis & Cypſelus in Corintho, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius in Syracuſis, & alij eodem modo ex dæmagogis.

f Sicut diximus enim, regnum inſtitutum fuit ſecundum ariſtocratiam, ſecundum dignitatem enim eſt, vel ſecundum genus, vel ſecundum beneficium, vel ſecundum hæc & potentiam, omnes enim cum beneficiaſſent, vel potentes beneficiare ciuitates, vel gentes, adepti ſunt honorẽ hunc, ij quidem ſecundum bellum prohibentes ſeruire: ſicut Chodrus, ij autem liberantes, ſicut Cyrus, vel cum inſtituiſſent regionem, ſicut Lacedæmoniorum reges, & Macedonum, & Moloſſorum.

g Vult enim Rex eſſe cuſtos, vt quidem qui poſsident ſubſtantias nihil iniuſtum patiantur: populus autem nullam ſuſtineat iniuriam.

h Tyrannis autem, ſicut dictum eſt, ſæpe autem nihil commune reſpicit niſi ꝓpriæ vtilitatis gratia. Eſt autem intentio tyranni ca quidem, quod delectabile, regalis autem, quod bonum,

i Propter quod & ſupergreſsionum, quæ quidem pecuniarum, tyrannycæ, quæ autem ad honorem, regales magis. Et cuſtodia, regalis quidem, ciuilis, tyrannica autem per extraneos.

k Quòd autem tyrãnis habeat mala, & quæ democratiæ, & quæ oligarchiæ, manifeſtum, ex oligarchia quidẽ, eo quòd finis ſit diuitiæ, ſic enim ſolũ & permanere neceſſarium cuſtodiam & delitias, & multitudini nihil cre

*tiam ſibi præexiſtentem, uel ex regia poteſtate, uel ex honoribus a populo exhibitis, ceu Phidon apud Argos, & alii alibi regiam poteſtatem habentes, tyranni ſunt facti. Circa Ioniam uero tyranni & Phalaris ex honorib⁹. Panetius quoque in Leuntinis, & Cypſellus Corinthi, & Piſiſtratus Athe-*

B *nis, & Dionyſius Syracuſis, & alii eodem modo ex fauore populorum apud quos multum poterant.*

*Vt ergo diximus, regia poteſtas inſtituta eſt ſecundum optimatum gubernationem, Eſt enim ſecundum dignitatem, uel per uirtutem propriam uel generis, uel per beneficia collata, uel per iſta ſimul, ac potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates genteſque contulerunt, uel qui eam facultatem habuerunt, ut conferre ualerent, hoc honore potiti ſunt.*

C *Alii bello conſeruatis populis, ne in ſeruitutem deuenirent, quemadmodũ Codrus, alii a ſeruitute liberatis, ut Cyrus, alii quòd condidißent vrbem, vel quòd regionem acquiſiſſent, quemadmodum Lacedæmoniorum, & Macedonum, & Moloſſorum reges.*

*Vult autem rex eße cuſtos, ut qui diuitias habent nihil iniuſtum patiantur. Nec etiam populus afficiatur contumeliis.*

D *Tyrannus autem, ut ſæpe iam diximus, ad nullam cõmunem reſpicit vtilitatem, niſi gratia proprii commodi. Eſt autem obiectum tyranni, quod placeat, Regis, quod honeſtum ſit.*

*Quamobrem, & illa in quibus plus habent ſunt, tyrannis quidem, pecuniæ. Regibus autem, honores. Et cuſtodia regi a ciuibus ſuis eſt, tyranno autem, a peregrinis.*

*Quòd uero tyrannis contineat illa*

E *mala, quæ ſunt & popularis gubernationis, & paucorum potentiæ manifeſtum eſt. Ex paucorum quidem potentia finem eſſe diuitias. Per has enim ſolas neceße eſt permanere, ut cõductos retineat cuſtodes, ut ſumptus*

mala habet ex ſtatu populari, ibi. {Ex democratia autem &c.} In prima dicit quod manifeſtum eſt, quòd tyrannis accipit mala, quæ ſunt in ſtatu paucorum & multitudinis. Ex ſtatu paucorũ mala hæc habet, quia ſicut finis ſtatus paucorum ſunt diuitiæ, ſic etiam in tyrannide. Sicut enim dominans in ſtatu paucorum finaliter intendit diuitias, ſic tyrannus. Itẽ tyrannus eſt ſicut ſolus ſine amicis, ſicut dominãs ĩ ſtatu paucorum. Iſti enim q̃a opprimunt multitudinem odio habẽtur, & ideo ſunt ſoli ſine amicis, ſic tyrannus ſolus eſt, quia nõ habet amicos. Item ſicut oportet dominãtes in paucis habere cuſtodiam, quia multos inimicos habent, & ſunt ſine amicis, ſic oportet tyrãnum cuſtodiam habere, & quia hoc non poteſt ſine diuitijs, ideo intendit diuitias. Item oportet ipſum non credere multitudini ſicut potentatus paucorum, cũ enim odio habeatur à multitudine, non confidit in ipſa, & ideo non credit eidem, & propter hoc prohibet multitudinem non habere arma ſicut potentes paucorum, ne poſſit inſurgere contra ipſum. Item habet turbam ſuſpectã, & ideo expellit eos a munitionibus & ponit extraneos in eiſdẽ. Itẽ cõpellit eos morari ĩ domo, & non habere ſocietatem adinuicem, ne poſſint machinari aliquid contra ipſum. Iſta igitur omnia mala communia ſunt potẽtiæ paucorum & tyrannidis. Cõſequẽter cũ dicit.

l ¶ Oſtendit, quæ mala habet ex populari ſtatu, & dicit ꝙ ex populari ſtatu habet iſta mala, ſcilicet impugnare diuites, & inſignes interficere, & hoc manifeſte & occulte, vtroque enim modo tyrãnus perſequit̃ inſignes, & habet ex ſtatu populari pugnare & relegare eos tamquam illos qui machinantur & inſidias præparant contra principatum. A diuitibus enim & inſignibus fiunt machinationes, & procurantur diſſenſiones, quandoque a quibuſdam, quia volunt principari. A quibuſdam vero, quia procurant forte aliquos alios principari non volentes ſibi obtinere principatum. Vnde tyranni, multum quandoq; eos perſequentur. Vnde Periander dedit conſilium Thraſibulo tyranno qualiter principatus ſuus duraret, habuit in conſilio ab eodem ſicut dictum fuit in Tertio huius, oportunum eſſe excedentes ſpicas euellere, per quod innuebatur quòd diuites & & inſignes oportet interimere.

F

dere, propter quod & ablationem faciunt armorum, & ſuſpectam habere turbam, & a munitione repellere, & demorari in domo, commune eſt ambarum & Oligarchiæ & tyrannidis.

G l Ex Democratia autem, & oppugnare inſignes & corrumpere occulte & manifeſte, & fugare, tamquam contra machinantes & impeditores aduerſus principatus, ex ijs enim accidit fieri & inſidias, ijs quidem principari volentibus, vnde & Periandri ad Thaſibulum conſilium fuit, excedentium ſpicarum euulſio, quaſi opportunũ ſit ſemper excedentes perimere.

H

## LECTIO IX.

SIcut igitur fere dictum eſt tranſmutationũ ipſa principia oportet putare circa politias eſſe & circa monarchias. Propter iniuſtitiam enim & propter timorem & propter contemptum multi ſubditorum inſurgunt aduerſus monarchias, iniuſtitiæ autem maxime propter iniuriam, aliquando autem & propter propriorũ ſpoliationem, ſunt autem & fines ijdem, quemadmodum ibi & circa tyrannides, & circa regna. Magnitudo enim diuitiarum, & honoris exiſtit monarchis quæ deſiderant omnes. I

b Inſurrectionum autem, hæ quidem ad corpus fiunt principantium, hæ autem ad principatum, quæ quidem igitur propter contumeliam ad corpus, contumelia autẽ exiſtente multarum partium quælibet ipſarũ fit cauſa iræ. Iratorum autem fere plurimi punitionis gratia inſurgunt, ſed non excellentiæ. K

*faciat in educando, vt populo ſuo in nulla parte confidat. Itaque arma ciuibus ſuis adimere, ac multitudinem populi conculcare, ac ex vrbe pellere, & uacuam habitatoribus ciuitatem reddere, communia ſunt paucorum potentiæ & tyrannidis.*

*Ex populari autem habet, uexare nobilitatem, clamque euertere, & aperte in exilium pellere, tamquam aduerſarios, & machinatores contra potentiam ſuam, ex his enim & conſilia aduerſus eos iniri contingit, alius dominationem affectantibus, aliis ſeruitutem fugientibus. Vnde Periandri conſilium Thraſybulo datum, ſupereminentes ſpicas decerpere, tamquam oportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere.*

## LECTIO IX.

*VT igitur fere dictum eſt, eadem principia mutationum ſunt exiſtimanda, & in Rebuſpublicis, & in unius gubernatione. Per contumeliam enim, & per mœtum, & per contemptum, inſurgunt plerique ſubiectorum aduerſus dominantes. Iniuriæ uero maxime per contumeliam, nonnumquam, & per ablationem rerum fiunt. Sunt autem & fines ibi tales, quales ſunt circa tyrannides & regna. Opes enim & honores qui in tyrannis regibuſque maximi conſpiciuntur, affectant omnes.*

*Inſurgunt autem, quandoque in corpus dominantis, quandoque in ipſam dominationem. Quando enim per contumeliam adducuntnr homines ad inſurgendum, impetus fit in corpus. Cumque ſint contumeliæ partes plures, unaquæque illarum concitat ad iram. Iraſcentium uero plurimi ultionis cauſa impetum faciunt, non cauſa potentiæ.*

## LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus præmiſit quædam de monarchia, proſequitur de cauſis & principijs corrumpentibus & ſaluantibus ipſas, & primo de corrumpentibus. Secundo de ſaluantibus, ibi. {Saluãtur autem &c.} Lectio. II. Prima in duas. In prima determinat de principijs corrumpentibus ipſas in vniuerſali. Secundo determinat de principijs corrũpentibus in ſpeciali, ibi. {Corrumpuntur autem &c.} Prima ĩ duas. In prima proponit principia corruptionis in vniuerſali. Secundo proſequitur in ſpeciali magis, ibi. {Inſurrectionum autem &c.} In prima dicit, quòd ſicut dictum eſt prius, principia fere tranſmutationis & corruptionis Rerumpublicarum eadem ſunt cũ principijs tranſmutationis & corruptionis monarchiarum, nam regnum eſt ſecũdum ſtatum optimatum, & ideo quę ſũt principia corruptionis ſtatus optimatũ, ſunt principia corruptionis monarchiæ regalis. Tyrannis. n. eſt ſecundum ſtatum paucorum & popularem vltimũ, & ideo quę corrumpũt illos, corrumpunt tyrannidem, Principia autẽ corrumpẽtia monarchias ſunt tria: contumelia, metus, & contemptus. Propter enim contumeliam, & timorem, & contẽptum inſurgunt ſubditi contra monarchas. Sunt autem aliquando contumeliæ propter iniuriam, quæ ſcilicet eſt in ꝑſona, aliquando vero ſunt per ſubtractionem bonorũ propriorum. Itẽ monarchiarum & Rerumpublicarum prędictarum prius ſunt ijdem fines. Sicut enim intenduntur diuitiarũ multitudo, & magnitudo in illis, ſic intẽditur magnitudo diuitiarum in tyrannide, & magnitudo honoris in regno. Iſta autem omnia appetunt, & ideo aliquando fit iniuria propter corruptionem iſtorum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur de iſtis cauſis & principijs corruptionis monarchiarum, & primo proſequitur de illis quæ ſunt principia corruptionis per ſe. Secundo adiungit vnum principium per accidens, ibi. {Eorum autem &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas inſurrectionis. In ſecunda oſtendit, qui maxime inſurgunt propter tales cauſas, ibi. {Maxime autem &c.} Lectio ſeq. Prima in tres. In prima declarat qualiter aliquando fiunt inſurrectiones contra monarchas propter iniuſtitiam. Secundo qualiter propter timorem, ibi. {Similiter autem &c.} Tertio qualiter propter



propter contemptum ibi. {Hoc autem propter.} Prima in duas. Primo enim declarat quòd aliquando fit inſurrectio contra monarchiam propter iniuriã quæ eſt contumelia. Secundo quòd propter afflictionem corporis, ibi {Multi autem propter.} Prima in duas. In prima proponẽs diſtinctionem inſurrectionis, aſſignat rationẽ quare contumelia affecti inſurgunt in corpus. In ſecunda declarat per exempla ibi. {Velut Piſiſtratidarum.} In prima dicit, quòd aliquando inſurrectiones fiunt in monarchiis in corpus principantium, aliquando contra principatum: & quæ fiunt propter contumeliã fiunt contra corpus. Et hoc patet: quia cum ſint multæ partes contumeliæ. quælibet eſt inductiua iræ, vt apparet ſecundo Rhetoricæ. Irati autem ferè mouẽtur propter punitionem perſonalem magis q̃ propter depoſitionẽ a principatu: & ideo manifeſtũ eſt quòd inſurrectiones quæ fiunt per contumeliam, ſunt in corpus, non contra principatum. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat ꝑ exẽpla, & primo de contumelia in perſonã coniunctam qualiter ſit cauſa inſurrectionis in corpus monarchię. Secundo de cõtumelia ĩ perſonam propriam, ibi. {Multæ autem.} Primum declarat per quinque exempla: & ſecundũ hoc habet quinque partes. Secunda, ibi. {Inſidiati autem ſũt Periandro.} Tertia, ibi. {Quæ autem Philippi.} Quarta ibi. {Et quę Amintæ.} Quinta, ibi. {Et quæ Eunuchi &c. In prima dicit, ita dictum eſt, quòd fit inſurrectio cõtra perſonam coniunctam monarchæ: ſicut fuit inſurrectio cõtra filios Piſiſtrati: nam cum cõtumeliam intuliſſẽt ſorori Armodii: & vlterius ipſum Armodium compellaſſent, Armodius propter ſororis contumeliam, & Ariſtogiton propter Armodium contra illos inſurrexerunt. Et ſic patet quòd facta fuit inſurrectio propter contumeliam in perſonam cõiunctam. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit ſecundũ exemplum & dicit, quòd quidam qui habitabant in Ambracia inſidiati ſunt cuĩdam, qui dicebatur Periander: quia iſte Periander cum quadam vice biberet cum filiis illorum; dixit illis pueris, ſi erant pręgnantes ex ipſo: ipſe enim forte abutebatur eis: & ideo innuebat quòd illis pueris fuiſſet abuſus: & ideo quærebat, ſi ex ipſo erant prægnantes: tunc alii mori propter contumeliam puerorum, inſurrexerũt contra Periandrum. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit: quòd inſurrectio quæ fuit contra Philippum regem Macedoniæ, facta a quodam A qui dicebatur Pauſanias, facta fuit, quia Philippus permiſit Pauſaniam contumeliam pati a quodam Attalo, qui erat coniunctus eidem Philippo vel conſanguinitate, vel officio. Fuit autem iſte Philippus rex Macedoniæ, pater Alexandri magni. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit quartum exemplũ, & dicit ꝙ Amyntas occiſus eſt a Darda quia iactaret ſe in illius ætatem, & ſtatum eius irrideret quod erat paſſus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quintum exemplũ & dicit, ꝙ Euahoras Cyprius inſurrexit contra Eunuchum regem: quia eius filiam in concubinam elegerat, & interfecit illũ. Sic igit̃ apparet ex iſtis quòd contumelia facta in perſonã coniunctã, cauſa eſt inſurrectionis contra perſonam monarchæ. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat, ꝙ cõtumelia facta in perſonam propriam, cã eſt inſurrectionis cõtra perſonam monarchæ. Et primo proponit. Secundo probat per exempla ibi. {Velut & q̃ Cratęi &c.} Adhuc ſecunda diuiditur in quatuor ſecundum quòd declarat per quatuor exẽpla. Secunda, ibi. Cũ inſurrexit autẽ &c.} Tertia, ibi {Paron autem.} Quarta, ibi. {Adamas autem.} In prima dicit, ꝙ multæ inſurrectiones factæ ſunt contra monarchas: quia faciebant contra contumeliam vel verecundiam in perſona alicuius. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat & dicit, ita dictũ, eſt ꝑꝑ contumeliam factam in perſonam propriã fiunt inſurrectiones: ſicut fuit facta inſurrectio Cratęi contra Archelaũ. Iſte enim Archelaus grauiter ſe habebat, ad Cratæum colloquendo & conuerſando. Cauſa enim quam prætendebat: & ſi vt ſufficiens proponebatur: minor tamen fuit: & occaſionalis magis ſcilicet, quia Archelaus cum promiſiſſet Cratęo dare vnam de filiabus ſuis: nullam voluit dare: ſed filiam primogenitam poſt bellum, quod habuit contra Syriam, & Arabiam dedit cuidam regi qui dicebatur Cleuias, Filiam minorem dedit filio Amintę: credens quod cum ille eſſet filius Cleopatræ, non eſſet aduerſaturus. Iſta enim cauſa inſurrectionis prætendebatur: ſed cauſa principalis, & principium inimicitiæ, & ſeparationis ab eo fuit: quia volebat eum ad concubitum inducere. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit ſecundũ exemplum: & dicit quòd Hellanocrates Lariſſæus inſurrexit contra eundem Archelaum propter cauſam eandem. Cum enim ſicut promiſerat eum non deduceret, & abuteretur ętate ipſius: credidit quòd hoc faceret propter con-

c Velut Piſiſtratidarum quidem propter propulſaſſe Armodij ſororem & illuſiſſe Armodio, Armodius quidem enim propter ſororem, Ariſtogiton autem propter Armodium.

d Inſidiati ſunt autem Periandro ei qui in Ambracia tyrãno, B quia ſimul bibens ipſe cum pueris interrogauit ipſe, ſi iam ex ipſo prægnantes ſunt.

e Quæ autem Philippi a Pauſania, quia permiſit contumeliã pati ipſum ſub Attalo.

f Et quæ Amintæ parui Hypoderda, quia inſultauit ad ſtaturam ipſius.

g Et quę Eunuchi Euagoræ Cyprio, quia enim mulier recuſauit filium ipſius, occidit tamquàm contumeliam paſſus. C

h Multæ autem inſurrectiones factę ſunt, & propterea quod aliqui monarcharum in corpus verecundiam fecerunt.

i Velut, & quæ Cratæi ad Archelaum, ſemper enim grauiter ſe habebat ad colloquium, quare ſufficiens & minor fuit occaſio propterea quod filiarum nullam dedit cum promiſiſſet ipſi, ſed priorem quidem detinens a bello aduerſus Siriam, D & Arabeum dedit regi Elibeas. iuniorem autem filio Amintæ exiſtimans ſic vtique illum nihil differre, & eum qui ex Cleopatra, ſed ab alienationis principium extitit grauiter ferre ad veneream gratiam.

k Cum inſurrexit autẽ & Ellanocrates Lariſſæus propter eandem cauſam, tamquàm enim vtens ſtatura ipſius non deduxit ſpondens propter contumeliã, E & non propter amatiuam concupiſcentiam, putauit eſſe factam colloqutionem.

*Quale fuit illud filiorum Piſiſtrati, ob contumeliam enim ſorori Armodii illatam, & ipſum Armodium compellatum, impetus in eos factus eſt, ab Armodio quidem propter ſororẽ. ab Ariſtogitone autem, propter Armodium.*

*Aduerſus Periandrum quoq; Ambraciæ tyrannum inſidiæ factæ ſunt, ex eo quia in potu, quem amabat puerum interrogauit, an adhuc ex ſe prægnans eſſet.*

*Philippus uero a Pauſania occiſus eſt, quia non ulciſcebatur contumeliam ſibi factam ab Attalo.*

*Et Amyntas paruus a Darda, quia iactaret ſe in illius ætate abuſum eſſe.*

*Et Eunuchus ab Euagora Cyprio, quòd enim mulierem elegerat eius filiam: quaſi contumelia affectus eum necauit.*

*Plurimæ uero inuaſiones factæ ſunt ex eo: quia in corpus uerecundiam intuliſſent.*

*Qualis fuit inuaſio illa Cratæi aduerſus Archelaum, ſemper enim moleſta illi fuerat conſuetudo eius. Itaque parua etiam occaſio ſufficiens fuit, uel quia filiarum nullam ſibi dederat, cum ſe daturum promiſiſſet: ſed primam occupatus bello aduerſus Siriam, & Arrabæum tradidit regi Elibeæ. Alteram uero filiam minorem natu filio Amyntæ coningauit, exiſtimans per hunc modum minime ſibi fore aduerſaturum ex Cleopatra genitum: ſed in indignationis principium extitit, quòd grauiter ferebat ſe ad libidinis gratiam haberi*

*Fuit una cum illo a patrem dãdam Hellanocrates Lariſſæus ob eandem cauſam. Quod enim abuſus ætate illius, non ut promiſerat, deducebat: ob contumeliam id fieri ratus eſt, non ob amorem.*

ꝑꝑter contumeliam,& non propter amicitiam,& ideo inſurrexit contra eundem. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd Pharon, & Heraclides inſurrexerunt contra Aenij Cotyn & inferentes ſupplicium patri interfecerunt eum. Et hoc fuit propter contumeliã eis factã a filio illius. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit quartũ exemplum, & dicit ꝙ Adamas receſsit a Coty monarcha,q̃a cũ eſſet puer,ille Cotys caſtrauit eum, & tũc Adamas propter iniuriam quam paſſus fuerat, inſurrexit contra illum. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quòd quandoque fit inſurrectio propter afflictionem in corpore, & diuiditur in partes duas. In prima proponit. In ſecũda manifeſtat cum dicit. {Vt Megacles.&c.} In prima dicit, quòd multi qui afflicti fuerant in corporibus ſuſtinentes percuſſiones, vel vulnera, inſurgentes contra ipſum monarcham deſtruxerunt, ſiue interfecerunt. Alij autem paſſi iniuriam propter talem afflictionem, inuaſerunt principatum & potentatum. Deinde cum dicit.

o ¶ Manifeſtat q̃d dixit & diuiditur in tres, ſecundum quòd manifeſtat ꝑ tria exẽpla. Secunda, ibi. {Et poſterius &c.} Tertia, ibi. {Et ſurrectionis Archelai &c.} In prima dicit, ita dictũ eſt quòd fiunt inſurrectiones propter afflictionẽ. Sicut enim in Mitilenæ inſula Megacles inſurrexit contra quoſdam conuicinos ſuos & circũſtantes, propter hoc quòd manus iniecerunt in eũ clauis pulſantes, & verberãtes eundem, propter q̃d cum amicis ſuis interfecit eos. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundũ exemplũ & dicit, ꝙ poſtmodum, cum Simerdes a Pentilone fuiſſet verberatus, & cęſus ab vxore eius euaſiſſet, inſurrexit contra illum, & interfecit eum. Deinde cum dicit.

q ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd Dechamnicus fuit dux, & cauſa principalis inſurrectionis, quæ fuit facta contra Archelaum, & fuit primus exacerbans, & commouens illos qui inſurrexerunt in ipſum. Cauſa autem iræ quare alij inſurrexerunt, & ipſe inſur- F rexit, fuit, quia Archelaus tradidit eum flagellandum Euripidi poetæ, qui contra ipſum iratus infremuit, quia Dechamnicus dixit, quòd os habebat fœtidum, propter hoc motus Euripides flegellauit Dechamnicum, quod fuit cauſa irę. Propter quod inſurrexit ipſe contra Archelaum. Sic igitur multi inſurrexerũt propter tales cauſas, & quidam ipſorũ interfecti ſunt, alij graues inſidias & turbationes paſſi ſunt. Deinde cum dicit.

l Paron autem, & Heraclides Aenii Cotin perimerunt, patri ſupplicium inferentes.

*Paron vero & Heraclides Aenii Cotym peremerunt patri mactantes.*

m Adamas autem diſceſsit a Cotyo, quia puer exiſtens exciſus fuit ab ipſo, tamquam iniuriam paſſus.

*Adamas uero a Coty rebellauit, quaſi contumelia affectus, quòd ab eo in pueritia exectus eſſet.*

G

n Multi autẽ, & propterea q̃d in corpus afflicti fuerunt percuſſionibus irati, ij quidem deſtruxerunt, hi autẽ aggreſsi ſunt tãquàm iniuriã paſsi, & ea q̃ circa principat⁹ & regales potẽtat⁹.

*Multi etiam ob verberatum corpus, vel inter fecerunt ira percití, vel impetum fecerunt, quaſi contumelia affecti, & contra homines in poteſtate conſtitutos, & contra reges.*

o Velut in Megacles Pẽtalidas circunſtantes & verberãtes Corynes inſurgens cum amicis peremit.

*Vt Megacles apud Mitylenem magiſtratus circumeuntes, & clauis pulſantes cũ amicis aggreſſus interfecit.*

H

p Et poſterius Smerdes Penthilum cũ plagas accepiſſet, & ab vxore extractus, peremit.

*Et poſtea Smerdes verberibus cæſus, & a muliere tractus Pentilon interemit.*

q Et inſurrectiõis Archelai Decamnichus dux fuit exacerbans inſurgentes primus, cauſa autẽ iræ, quia ipſum tradidit flagellandum Euripidi poetæ. Euripides autem infremuit cum dixiſſet ipſe aliquid aduerſus fetorem oris, & alij autẽ multi propter tales cauſas, ij quidem perempti ſunt, ij autem inſidias paſsi ſunt.

*Archilei uero necis princeps fuit Dechamnichus. Is enim primus cæteros aggreſſores commouit, & irritauit. Cauſa vero fuit irarum, quòd illum Archelaus Euripidi poetæ verberandum tradidiſſet. Erat vero infenſus illi Euripides, ob maledictum in ipſius inſuauitatem oris iactatum. Et alii complures tali de cauſa, vel interfecti ſunt, vel in periculum inſidiari venerunt.*

I

r Similiter autem, & propter timorẽ, vnũ enim aliquid erat hoc cauſarum, ſicut politias & monarchias, velut Xerxen Artapanes timens criminationem, quæ circa Darium, quia ſuſpendit cum non iuſsiſſet Xerſes. Sed putans indulgeri tamquàm non memorantem propter cœnam.

*Similiter quoque propter mœtum, hæc enim vna ex cauſis eſt, vt in Republica, ſic etiam in unius gubernatione, ceu Xerxem Artapanes mœtuens calumniam de Dario, quòd eum ſuſpendiſſet Xerxe non iubente, ſed putans illi ueniam eſſe datam propter cœnam quaſi ab ignoſcente.*

K

ſ Hoc autem propter contemptum, ſicut Sardanapalum videns quidam percutientem ſe cum mulieribus, ſi vere hoc fabulantes dicunt, ſi autem non de illo, ſed de alio erit vtique hoc verũ. Et Dionyſio poſteriori Dion inſurrexit propter deſpectionem videns ciues ſic ſe habentes, & ipſum ſemp ebriũ.

*Aliæ uero propter contemptum, ut uidens quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres penſa diuidentem, ſi modo hæc fabula uera fuit, & ſi non in illo, attamen hoc in alio uerum eſſet. Et Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, quòd eum contemnebat, conſpiciens ipſum Dionyſium ſemper ebrium, & ciues Syracuſanos ita ſe habere.*

t Et amicorum autem quidam inſurgunt propter deſpectionẽ,

*Amicorum etiam quidam inſurgunt propter contemptum. Ob fidem*

r ¶ Declarat, quòd aliquando fit inſurrectio propter timorẽ, & dicit quòd ſicut fit inſurrectio propter iniuriam, ſic aliquãdo fit propter timorem. Timor enim eſt vna de numero cauſarum inſurrectiõis, ſicut iniuria contra monarchas, ſicut Artapanes voluit repellere Xerxem a principatu monarchico, quia timebat ipſum propter crimen q̃d cõmiſerat contra Darium, quia ſuſpenderat quendam notum ei⁹, quàmuis Xerxes non præcepiſſet, ſed credebat quòd indulgeret eidem non memorans factum poſt comeſtionem, ſed cũ recoluiſſet & voluiſſet punire ipſum, timens punitionem inſurrexit contra eum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, quòd aliquando fit inſurrectio propter contemptum, & primo facit hoc in vniuerſali. Secundo oſtendit quòd amici etiam, quandoque propter contemptum inſurgunt, ibi. {Amicorum autem quidem &c.} Dicit igitur primo, ꝙ fiunt inſurrectiones, aliquãdo propter cõtemptum, ſicut quidam videns Sardanapallum deditum voluptatibus & comeſſationibus, ſemper ludentem cum mulieribus in palatio, nũquàm exeuntem ad prælia, nec exercentẽ ſe in venationib⁹. Si verum eſt hoc de ipſo, ſicut dicunt fabulantes. Si autẽ nõ eſt verũ de illo, tñ de aliquo alio poterit eſſe hoc uerũ, inſurrexit contra illũ. Similiter Dion inſurrexit contra Dionyſiũ q̃ poſterius tyrãnizauit, quia deſpexit eũ videns ipſum ſemper ebrium & voluptuoſum. & videns ꝙ ciues ipſum contẽnebant. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat, quòd amici propter deſpectum aliquando inſurgunt contra amicos, quia contemnunt eos, quia enim confidunt



dunt de ipſis, & familiares ſunt eis: contẽnunt eos quãdoque credentes quòd obliuiſcantur iniuriæ illatæ propter amicitiam. Nimia enim familiaritas parit contemptũ. Et quia credunt poſſe obtinere principatum, & quia contemnunt, inſurgunt contemnentes periculum: vnde de facili inuadunt: tum quia ſperant obtinere: tum quia potentiã habent, non timẽtes periculum, tum quia cõtemnunt; ſicut duces exercitus aliquãdo monarchas inuadunt propter cauſam iſtam: ſicut Cyrus cõtemneris modum viuendi Aſtyagis turpem & inhoneſtum, & potentiam quæ inutilis erat ad prælia, videns ipſum delitioſe viuere, & pręter rationem, inſurrexit contra ipſum. Similiter autem, & Seuthes dux exercit⁹ de Thracia ꝓuincia, receſſit ab Amadoco propter eandem cauſam: & inſurrexit contra ipm̃. Sunt etiam alii qui propter plura iſtorũ inſurgunt: & quia cõtemnunt & propter lucrum; ſicut Ariobarzanem Mithridates. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat qui maxime inſurgunt ꝑpter tales cauſas: & dicit quòd maxime qui naturaliter audaces ſunt, ſicut illi in quibus eſt abundantia caloris & ſpiritus & potentiam habẽt, & facti ſunt duces exercit⁹ à monarchis. Inclinatio enim ad opera virilia, ſiue ad audaciam, & potentiam, reddunt hominem audacem in actu; & propter iſta duo quaſi exiſtimantes ſe præualere, inſurgunt.

LECTIO X.

POſtquam Philoſophus poſuit principia ꝑ ſe corruptionis monarchiarum: conſequenter adiungit vnũ principium eius per accidens, & primo ponit cauſam iſtam ſiue principiũ. Secundo oſtendit ꝙ

propter confidere enim contemnunt, tamquàm oblituri, & putantes poſſe obtinere principatum, modo quodam propter contemnere inſurgunt, tãquam potentes enim & contemnentes periculum propter potentiam inuadunt de facili, ſicut ducentes exercitus monarchis, ſicut Cyrus Aſtyagi, & vitam contemnentes & potentiam, propter potentiam quidem inoperoſam fuiſſe, ipſum autem delitiari. Et Seuthis thrax Amadoco exiſtens dux exercitus. Ij autem & propter plura horum inſurgunt, vt & deſpicientes, & propter lucrũ, ſicut Ariobarzani Mitridates.

A *enim eis adhibitam ſpernunt, tamquam facultatem habentes clam moliendi, & putantes ſe dominationem obtinere poſſe quodammodo per contemptum inuadunt. Tamquam enim potentes, & contemnentes periculum, propter ſuam potentiam, faciliter inſurgunt, vt duces quidam exercituum aduerſus principes ſuos, quemadmodum Cyrus contra Aſtyagem, cuius & vitam, & potentiam contemnebat, cernẽs, & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitiis uitam a-* B *gere. Et Seuthes Thracius cum eſſet dux exercitus Amadoci. Quidam uero huius plurimum gratia inſurgunt, ceu propter contemptum, & propter lucrum, uelut contra Ariobarzanem Mithridates.*

v Maxime autem propter hãc cauſam inuadunt, qui quidem natura audaces & honorem habent bellicum a monarchis, virilitas enim potentiam habens audax eſt, propter quas ambas tamquam de facili præualituri faciunt inſurrectiones.

*Maxime uero propter hanc cauſam inſurgunt hi, qui ſunt natura ſuperbi, & honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes & principes, Fortitudo enim potentiam habẽs, ſuperbia eſt, per quas ambas quaſi fa-* C *ciliter ſuperaturi eos aggrediuntur.*

LECTIO X.

EOrum autem qui propter amorem honoris inſurgunt, eſt alius modus cauſæ præter dictos prius, non enim ſicut quidam tyrannos inuadunt vidẽtes lucra magna & honores magnos exiſtentes ipſis, ſic & eorum qui propter amorem honoris inſurgunt vnuſquiſque præelegit periclitari, ſed illi quidem propter dictã cauſam, ij autem ac ſi vtique aliqua alia fieret actio ſingularis, & propter quam nominati fierent & noti, ſic & monarchas inuadunt non poſsidere volentes monarchiam ſed gloriam.

*LECTIO X.*

*EOrum uero qui ob honoris cupiditatem inſurgunt, alius modus eſt cauſæ ultra iam dictos. Non enim, ut quidam, tyrannos inuadunt, ſpe magnorum commodorum, magnorumque bonorum quos in illis cernunt, inducti; ſic & qui ob honoris cupiditatem eos ag-* D *grediuntur. Sed illi quidem, ut ea ſibi arripiant quæ in tyrannis admirabantur, hi autem ut ex re geſta memorabili atque egregia, famam ac celebritatem nominis conſequantur, non dominationem acquirere uolentes, ſed gloriam.*

b Sed tamen paucíſsimi numero ſunt propter hãc cauſam impetum facientes, ſupponi enim oportet nihil curare de eo quo eſt ſaluari, ſi non debeat præualere in actione, quibus aſſequi quidem oportet Dionis extimationem, non facile autẽ ipſam adeſſe multis, ille enim cum paucis militauit aduerſus Dionyſiũ ſic habere dicẽs, ꝙ vbicũq; poſsit procedere ſufficiens ſibi tantũ participare actionis, veluti, ſicut modicũ inuaſiſſet terræ, mox accideret mori, huic, bene habere ſibi mortem.

*Sunt tamen perpauci, qui ob hanc cauſam moueantur. Conſtituendum eſt enim, ſibi uiuendum* E *non eſſe, niſi rem confecerint, quibus adeſſe oportet Dionis propoſitum, non facile quidem fieri in multis. Ille enim cum paucis militibus contra Dionyſium profectus ait, quantumcumque progredi poſſet, ſatis id ſibi foret, ut ſi uel parum terræ illius inuaſiſſet, pulchrum iam ſibi mori exiſtimaret.*

pauci inſurgunt propter illam, ibi. {Sed tamen pauciſſimi.} In prima dicit, ꝙ aliqui vno mõ inſurgũt propter appetitũ honoris. Alio modo inſurgunt q̃nq; quàm ſint modi prius dicti ſecundum quos aliqui inſurgunt. Sunt enim aliqui qui propter amorem honoris qualibuſcunque inſurgunt: facientes ſeditionem, nõ ſicut alii qui inuadũt eos: vt obtineant diuitias & honores magnos, quos vident eos habere; conueniunt tamen in hoc hi & illi, quòd exponũt ſe periculo & eligunt periclitari: ſed propter aliam & aliã cauſam; quidam ſcilicet propter hoc vt obtineãt diuitias aut principatũ; aut vtrũq;. Alia autem vt faciant aliquam actionem ſingularem, & notabilem: propter quam nominati ſint apud alios; non curantes nec principatũ nec diuitias. Deinde cũ dicit.

b ¶ Oſtendit quòd pauciſſimi inſurgunt propter talem cauſã: & dicit quòd quàmuis aliqui inſurgunt contra monarchiam propter appetitũ huiuſmodi honoris, pauciſſimi tñ ſunt, quoniã talis qui impetum facit contra monarchiam ſi debeat præualere, oportet quòd non timeat mortem; & ſic exiſtimet ſicut exiſtimabat Dionyſ. cum inſurrexit contra Dionyſium; ſed hoc non eſt facile multis. Ille enim Dionyſ. cum paucis militibus inuaſit & inſurrexit cõtra Dionyſium: & dicebat quod quomodocunque poſſet procedere contra illum, hoc ſufficiebat ſibi, ſi tãtum faceret quòd terram inuaderet, & Dionyſium; & ſi poſtmodum mors ſibi accideret, bene erat ſibi, non curans nec timẽs de ipã. Sed iſtud difficile eſt: & pauci ſunt ſic negligentes vitam propriam, & contemnentes mortem. Propter quod manifeſtum ẽ, quòd pauci ſunt qui inuadãt monarchiam ꝑpter

pter appetitum huiuſmodi honoris. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat cauſas & principia corruptionis monarchiarũ in ſpeciali, & primo tyrannidis. Secundo regnum, ibi, { Regnũ autem &c.} Prima in duas. In prima tangit modos quibus corrumpitur. In ſecunda tangit cauſas propter quas maxime corrumpitur, ibi. { Duabus autem &c. } Prima in duas ſecundũ quòd tãgit duos modos corruptionis tyrannidis. Primus modus eſt a cauſa extrinſeca, ſecundus ab intrinſeca. Secundus, ibi. { Aliquando autẽ ex ſeipſa &c. } In prima dicit, quòd tyrannis vno modo corrumpitur, ſicut quælibet alia Reſpublica a cauſa extrinſeca, vt ſi fuerit aliqua Reſpublica potẽtior cõtraria, propinqua illi, tunc enim illa valentior, quia contraria eſt iſti, ipſam corrumpet. Non enim poteſt dici, quòd per conſilium poterit ꝓcauere ne corrumpatur, quia ad bene cõſiliandum requiritur appetitus recti finis. Conſiliari enim eſt de his quæ ſunt ad finem, & recte conſiliari de his quæ ſunt ad rectum finem. Sed tyrannus non habet rectum finem, nec appetitum rectum, immo electio, ſiue appetitus ipſius eſt cõtrari⁹ recto fini, & ideo non poterit reſiſtere alteri Reipublicæ ꝓpter conſilium, cum alia ſit potẽtior. Omnes enim volentes aliquid agere, ſi habeant potentiam, agunt quæ volunt, & ideo alia Reſpublica contraria & valẽtior corrumpet iſtam. Tyrannidi autem contrariaſ popularis ſtatus, ſicut dixit Heſiodus, per accidens, ſicut figulus cõtrarius eſt figulo. Non enim eſt figulus per ſe contrarius figulo, immo eſt ſibi ſimilis, ſed per accidens inquantum vnus impedit bonũ alterius ſcilicet lucrum, ſic popularis ſtatus contrarius eſt tyrãnidi, non per ſe, ſed inquantum vna impedit aliam, vltima enim ſpecies eius peſſima eſt, quę eſt quædam tyrannis, ſicut patet ex Quarto huius, ſed regnum & optimatum ſtatus per ſe contrarij ſunt, intendunt enim diuerſos fines, quia vnus corrumpit alium. Propter quod contingit, quòd Lacedæmonij multas tyrannides corruperunt, quia potentiores erant, ſimiliter Syracuſani quamdiu habuerunt bonã Rempublicam habebant enim optimatum. Deinde cum dicit.

d ¶ Tangit ſecundum modum corruptionis, & dicit quòd aliquando corrumpitũr tyrannis non a cauſa extrinſeca ſed intrinſeca, contingit enim quòd tyrannus habeat quandoque aliquos familiares qui attingunt aliquo modo ad principatum & participant honoribus. Quando igitur tales faciunt ſeditionem, contingit quòd corrumpitur tyrannis, ſicut contigit circa tyrannidem Gelonis prius, poſterius autem circa eam quæ Dionyſij. Familiares enim Gelonis inſurrexerunt contra ipſum, & expulerunt eum. Similiter & quidam contra Dionyſium. Seditio autem quæ fuit facta contra Gelonẽ fuit facta a Thraſibulo qui frater fuit Hieronis, qui filium Gelonis abducẽs ab eo quod eſt ſecundũ rationẽ traducebat per illecebras & voluptates, vt ſic contemptibilis fieret populo quod repelleretur a principatu, & ipſe Thraſibulus principaretur. Cum igitur congregaſſet familiares & amicos, cauens ne diſſolueretur tyrãnis, ſed ipſe tyrannizaret, conſiderantes tempus conueniens, ipſum Gelonem, & omnes amicos ipſius expulerunt & remanſit Thraſibulus ſolus: contra Dionyſiũ inſurrexit Dion, qui curam habebat de Republica, erat enim familiaris eidem, & aſſumens ſibi populũ in auxilium, inſurrexit contra ipſum, & expulit eum & interfecit. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit cauſas ꝓpter quas maxime corrumpitur, & primo tãgit cauſas iſtas ſecundum ſe & abſolute. Secundo concludit cauſas corruptionis eiuſdem in cõparatione ad Reſpublicas intẽſas, ſcilicet paucorum & popularis ſtat⁹, ibi. { Vt autẽ in ſumma &c. } In prima tangit illas cauſas. In ſecunda tãgit quãdam aliã quæ reducitur ad vnam illarum, ibi. { Partẽ autem quandam &c. } In prima dicit, ꝙ cũ ſint duæ cauſę propter quas aliqui maxime inſurgunt contra tyrannum, ſcilicet, odium, & contẽptus. Odium debetur tyranno magis per ſe. Et ratio huius eſt, quia ille qui principatur melioribus ſe, & præter vtilitatem ipſorum, & cum hoc intendit bonum proprium, ſolum odio habetur ab illis, talis eſt tyrãnus. Principatur enim tyrannus melioribus ſe, quia virtuoſis, & non intendit niſi bonum propriũ, & ideo tyranno debetur odium. De contemptu autem adiungit, quòd propter contemptum multoties corrumpitur tyrannis.

c Corrumpitur autem tyrãnis, vno quidem modo ſicut aliarũ politiarum vnaquæque ab extrinſeco, ſi contraria aliqua ſit politia valentior, conſiliari quidem enim palã quòd exiſtit propter contrarietatem electionis.
G Quæ autem volunt potentes agunt omnes, contrariæ autem politiæ, demos quidem tyrannidi ſecundum Heſiodum, ſicut Figulus figulo, Etenim democratia vltima tyrannis eſt, regnum autẽ & ariſtocratia propter cõtrarietatem politiæ: propter quod Lacedæmonij plurimas diſſoluerunt tyrannides & Syracuſani pro tẽpore quo politizabant bene.

d Aliquando autem ex ſe ipſa, quando qui participant ſeditiones fecerunt, ſicut qui circa Gelonem, & nunc quæ eorum, quæ circa Dionyſium. Quæ quidem Gelonis Thraſybulo Hieronis fratre filium Gelonis abducente, & ad delectationes excitante, vt ipſe principaretur, familiaribus autem congregatis, ne tyrannis omnino diſſolueretur, ſed Thraſybulus, congregati autem ipſorum, tamquàm tempus habentes, eiecerunt omnes ipſos, Dionyſium autem Dion aggreſſus curator exiſtens & aſſumens populum, illum eiiciens peremit.

e Duabus autem exiſtentibus cauſis propter quas maxime inſurgunt contra tyrannides, ſcilicet, odio, & contemptu, alterum quidẽ horum oportet exiſtere tyrannis, ſcilicet odium, ex contemptu autem fiunt multæ diſſolutionum, ſignum autẽ, Eorum quidem enim qui acquiſierunt plurimi conſeruauerũt principatus, qui autem ſuſcepe runt mox, vt eſt dicere, peremit omnes. Fruitiue enim viuẽtes facile contemptiui fiunt, & multas opportunitates dant inſurgentibus.

*Corrumpuntur autem tyrannides, vno quidem modo, vt vnaquæque aliarum Rerumpublicarum ab extra, ſi aliqua ſit contraria Reſpublica robuſtior, nam voluntas quidem aderit, propter contrarietatem electionis: quæ autem volunt, omnes efficiunt, modo poſſint. Contrariæ uero ſunt gubernationes, populus quidem tyrannidi ſecundum Heſiodum, ut figulo figulus, nam gubernatio populi illa poſtrema, tyrannis eſt. Regia uero poteſtas, & optimatum gubernatio, propter contrarietatem gubernandi. Quapropter Lacedæmonii multas euerterunt tyrãnides, & Syracuſani per id tempus, quo Reſpublica eorum recte gubernabatur.*

H *Alio autem modo corrumpuntur cum in ſeipſis ſeditionem habent, quẽadmodum circa Gelonem factum eſt, & nunc circa Dionyſium. Gelonis enim filium Thraſybulus Hieronis frater per illecebras & voluptates traducebat, ut ipſe dominaretur. Domeſtici uero ac neceſſarii per factionem repugnabant, ut non tyrannis omnino ſolueretur, ſed Thraſybulus. Verum alii inter hæc conſpirantes eam occaſionem nacti, ipſos omnes pepulerunt. Dionyſium autem Dion, contra eum*
I *copiis ductis, cum eſſet affinis, ſuſcepto populo illum pepulit, ipſe uero interfectus eſt.*

*Cumque duæ ſint cauſæ propter quas maxime contra tyrannos inſurgitur, odium ſcilicet & contemptus, odium quidem exiſtat oportet in tyrannos, ex contemptu autem plurimæ fiunt euerſiones, huius uero ſignum fuerit, quòd plerique eorum qui do-*
K *minationes adepti ſunt, eas uſque ad extremum conſeruauerunt, ſed qui ab illis ſuſceperunt, confeſtim (ut ita dixerim) perierunt omnes. In uoluptatibus enim uiuentes, efficiuntur facile contemnendi, ac multas præbent occaſiones opprimendi ſui.*



nis. Et huius ſignum eſt, quia illi qui acquiſierunt principatũ per virtutem & induſtriam propriam, magis conſeruauerunt principatum, quia tales qui acquiſierunt bellicoſi fuerunt, tales autem non ſunt contemptibiles. Sed illi qui receperunt tyrannidem ab alio ſtatim admiſerunt, & propter principatum mortui ſunt, quia enim viuebant delectabiliter vacantes commeſſationibus & venereis, contemptibiles erant, & quia vacabant delitijs dabant multas oportunitates & occaſiones inſurgẽdi alijs, tum qꝛ oportet quòd ponãt ſe quandoq; in poteſtatẽ mulierum, tum quia inebriati ſunt ſępe, & per cõſequẽs impotentes facti. Deinde cum dicit.

f ¶ Tangit aliam cauſam quam reducit ad odium, & eſt illa cauſa ira, & habet duas partes. In prima reducit iram ad odiũ. In ſecunda aſſignat duas differentias inter iram & odium, ibi. { Sępe autẽ &c. }. Dicit igitur primo, quòd ira pars ẽ odij, hoc eſt corruptio q̃ fit propter iram, aliquo modo fit ꝓpter odium, vt non oporteat ipsã ponere cauſam diſtinctã. Eſt.n. ira appetitus recontriſtationis, & ideo manifeſtum eſt quòd iratus vult malũ alij, hoc autem pertinet ad odium. Vnde ira aliquo modo eſt cauſa earũdem actionũ, quarum eſt cauſa odiũ. Deinde cũ dicit.

g ¶ Aſſignat duas differentias inter irã & odium, & dicit ꝙ frequenter ira eſt magis operoſa, hoc eſt, plus operatur quàm odium. Irati enim cũ maiori impetu & robuſtius inſurgunt q̃ habentes odium. Et ratio huius eſt, quia paſſio iræ eſt ſine ratiocinatione. Iratus enim, & ſi audiat aliqualiter rationem, imperfecte tamen audit. Bene enim audit iratus quòd vindicta eſt accipienda, ſed qualiter accipiẽda nõ audit. Vnde ſimilis eſt famulo qui imperfecte audit mandatũ domini, propter quod contingit, quòd male exequatur quandoque. Similiter eſt de irato. Imperfecte enim audit rationem, & ideo male exequitur vindictam. Vnde furioſus videtur propter iniuriam, & quamuis ira ſit magis operoſa, tamen odium magis nocet. Secunda differentia eſt, quòd ira eſt cum triſtitia, & ideo non de facili iratus poteſt ratiocinari, propter enim motum paſſionis non poteſt, ſed odium eſt ſine triſtitia, & ideo eſt cum ratiocinatione. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit cauſas corruptionis tyrannidis in comparatione ad Reſpu. intenſas ſcilicet paucorũ & popularis ſtatus. Et dicit, quòd vt in ſumma dicamus quot diximus principia & cauſas corruptionis paucorum ſtatus intemperate, quæ eſt vltima ſpecies ipſius & popularis ſtatus vltimæ, tot ſunt cauſæ & principia tyrannidis, quia iſtę Reſpu. ſ. paucorum vltima & popularis ſunt tyrãnides quædam differentes tantum ſecundum hoc, quòd in his tyrannizant plures, in illa autem vnus. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat cauſas & principia corruptionis regni. Et primo regni abſolute & ſecundum ſe. Secundo regni quod procedit ſecundum genus, ibi. { Regnũ aũt &c } Prima in duas. In prima tangit ex quibus minime corrũpitur regnum. In ſecunda oſtendit quibus modis corrumpitur, ibi. { Corrumpitur &c. } In prima dicit, quòd regnum ab extrinſecis nõ corrumpitur. Et ratio huius eſt, qꝛ rex principatur bonis & ſecundum virtutem ſubditis volentibus. Talis autem Reſpu. nõ corrumpitur ab extrinſecis. Et propter hoc regnum multo tempore durat. Ex ſe autem multis modis corrumpitũ. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit, quibus modis corrumpatur ex ſe. Et primo facit hoc. Secundo oſtẽdit quare nunc non fiunt multa regna, ibi. { Non fiunt &c. } In prima dicit, quòd regnum ab extrinſeco duobus modis corrumpitur. Vno modo, quãdo illi qui attingunt ad principatum, & ſunt principes regni faciunt ſeditionem. Contingit enim talibus faciẽtibus ſeditionem, ꝙ propter potentiam, quam habent expellant regem a principatu & mutent monarchiã in aliam Rẽpub. Alio modo corrumpitur, quãdo rex vult principari tyrannice, ſicut qñ vult eſſe dominus pluriũ q̃ debeat eſſe ipſis nolẽtibus, & præter legem. Tunc enim cõtingit, quòd ſubditi inſurgunt contra eundem, & ipſum expellant & mutent Rempublicam in aliam. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, quare non fiunt modo plura regna. Et dicit, quòd modo non fiunt plura regna, & ſi fiãt ſunt magis monarchiæ tyrannicæ quàm regna. Et huius aſſignat duplicem rationem. Prima eſt, ꝙ regnum debet eſſe principatus voluntarius, principatũ enim ſubditis nolẽtibus q principatũ in principatu regio, & regẽ oportet eſſe dominũ maiorũ in Ciuitate vel regno. Difficile eſt autẽ vnũ inuenire qui volẽtibus pluribus principetur, & qui ſit dignus

f Partem autem quandam iræ & odij oportet ponere, modo enim quodam earumdem actionum cauſa fit.

g Sępe autem & magis operoſa quàm odium, robuſtius enim inſurgunt, propterea quod non
B vtitur ratiocinatione paſsio, maxime autem ſignificat furoribus aſſequi propter iniuriam, propter quam cauſam Piſiſtratidarum deſtructa eſt tyrannis, & multæ aliarum, ſed magis odium: ira quidem, n. cũ triſtitia adeſt, quare nõ facile ratiocinari, inimicitia autẽ ſine triſtitia.

h Vt autem in ſumma eſt dicere quotcumque cauſas diximus oligarchiæ intemperatæ & vltimæ, & democratiæ extremæ tot
C & tyrannidis ponendum, etenim hæ exiſtunt entes diuiſibiles tyrannides.

i Regnum autem ab extrinſecis quidem minime corrumpitur, propter quod & multi temporis eſt, ex ſe ipſo autem plurimæ corruptiones accidunt.

k Corrumpitur autem ſecundum duos modos, vno quidem ſeditionem facientibus ijs, qui
D participant regno, alio autem modo magis tyrannice tentantibus gubernare, quando exegerunt eſſe domini plurium & præter legem.

l Non fiunt autem regna nunc, ſed ſi fiant, monarchiæ & tyrannides magis, propter regnum quidem eſſe voluntarium principatum, dominium autem maiorum, & propter multos eſſe ſimiles, & nullum differentem
E tantum vt correſpondeat ad magnitudinem & dignitatem principatus, quare propter hoc quidem non permanent volũtarij, ſi autem per fraudem principatur aliquis vel per violentiam, iam hic videtur tyrannis eſſe.

*Particulam vero quandam odii debemus iram exiſtimare: nam quodammodo earundem rerum cauſa exiſtit.*

*Et eſt interdum ira efficacior quàm odium, vehementius enim inſurgunt, quia perturbatio illa non vtitur ratio-*
B *ne. Maxime vero contingit, vt ira deferantur, qui contumelia fuerint affecti, per quam quidem cauſam, & Piſiſtratidarum deleta eſt tyrannis, & multæ aliarum, ſed odium magis ratione vtitur. Nam ira cum dolore fit, quare non facile ratione vtitur, odium vero ſine dolore.*

*Vt autem ſummatim dicamus, quotcumque cauſas diximus paucorum potentiæ, illius poſtremæ & nimiæ, ac popularis gubernationis extremæ, to-*
C *tidem & tyrannidis cauſas eſſe ponendum eſt. Nam & hæ ſunt tyrannides quædam.*

*Regnum autem ab his quæ extra ſunt minime corrumpitur, quapropter diuturnius eſt. Ex ſe autem ipſo, vt plurimum, euerti contingit.*

*Corrumpitur autem duobus modis. Vno modo ſi ſeditio oriatur inter eos qui participes ſunt regni. Alio modo*
D *ſi tyrannice gubernare pergant, volentes eſſe domini plurium, & contra legem.*

*Non fiunt nunc amplius regna, ſed ſi qua fiunt, monarchiæ & tyrannides magis ſunt, ob id, quia regnum ſpontanea gubernatio eſt, ac maiorum proprie. At plurimi pares ſunt, neque uſque adeo præcellentes, vt ad magnitudinem dignitatemque hu-*
E *ius gradus ſe poſſint attollere. Atque ex eo fit vt ſponte illi non pareatur. Quòd ſi deceptione quis, aut vi damnetur, iam apparet hanc eſſe tyrannidem.*

digꝫ nus dominus eſſe maiorum. Et ideo non ſunt plura regna. Secunda ratio eſt, quia quæ eſt proportio dignitatis & honoris regis ad dignitatem & honorem ſubditorum, eadem debet eſſe proportio virtutis principantis ad virtutem ſubditorum. Nunc autem dignitas & honor regalis multum excellit dignitatem ſubditorum. Igitur virtus regis debet excedere virtutẽ omnium vel pluriũ, talem autem inueniri non eſt poſſibile, vel nimis eſt difficile. Et ideo ſi aliquis aſſumatur in regem, nõ principabitur volentibus ſubditis. ergo non multo tempore principabitur. Si autem aliquis per fraudem vel violenter principetur, non eſt rex, ſed tyrannus, quia non principatur ſubditis volentibus. Deinde cũ dicit.

m ¶ Aſsignat cauſam corruptionis regnorum ſecundũ genus & dicit, quòd regnorum ſecundũ genus, cauſæ & principia corruptionis ſunt eadem cum his quæ dicta ſunt ſuperius, & quæ iam dicentur. Prima eſt, quia multi de facili fiunt contẽptibiles. Contingit enim quòd poſt patrem ſequitur filius, qui omnibus cõtemptibilis eſt propter inhoneſtatem vitę. Ex hoc autem inſurgunt ſubditi & expellunt eum & mutant Rempublicam. Secũda cauſa eſt, quia nõ habet rex tantam potentiam quãta eſt potentia tyrannica: ſufficiens ad puniendũ malos, ſed contingit ipſum regem pati iniuriam. Vbi autem iſta contingunt de facili corrumpitur regnum, quia ſubditis nolẽtibus ipſum principari, ſtatim non eſt rex, ſed tyrannus. Tyrannus enim dominus eſt ſubditorũ nolentium ipſum eſſe dominum. Et tunc recapitulat & dicit, quòd monarchiæ propter iſtas cauſas, & alias ſimiles corrumpũtur.

m In iis autem quæ ſecundum genꝰ regnis ponere oportet cauſam corruptionis cum iis quę dicta ſunt, & quod eſt fieri multos contemptibiles facile, & hoc, qđ eſt potentiam non poſsidentes tyrãnicam ſed regalẽ honorem iniuriari: facilis enim fieret diſſolutio, non volentibus enim mox non erit Rex, ſed tyrannus non volentium, corrumpuntur ergo moanrchiæ propter has & alias tales cauſas.

*In regnis autem illis, in quibus ſucceditur per genus, ponendum eſt corruptionis eſſe cauſam, vltra illas quæ ſupra ſunt dicta, quòd plerumque contemnendi homines ſuccedunt in regnum, Et quòd cum non habeant potentiam tyrannicam, ſed regiam, ſuperbiunt.* G *Eſt enim facilis deiectio regis, ſi enim nolint, ſtatim non erit rex. At enim tyrannus etiam nolentium eſt. Corrumpuntur ergo gubernationes vnius per has, & huiuſmodi alias cauſas.*

## LECTIO XI.

SAluãtur autem palam, vt ſimpliciter quidẽ eſt dicere, ex contrariis.

b Vt autem ſecundum vnumquodque eo quod ẽ regna quidẽ ducere ad moderatius, quanto enim pauciorum fuerint domini, ampliori tẽpore neceſſarium manere omnium principatum, ipſi enim, & fiunt minus deſpotici, & moribus æqui magis & a ſubditis inuidetur eis minus.

c Propter hęc enim & circa Moloſſos multo tempore regnum permanſit, & quod Lacedæmoniorum, propterea quod a principio in duas partes diuiſus fuit principatus, & rurſum Theopompo moderante, & in aliis & inſtituente ephororum principatum, a poteſtate enim auferens auxit tempore regnũ, quare modo quodam fecit non minus ſed maius ipſum, qđ quidem, & ad vxorem reſpondiſſe dicunt ipſum, quæ dixerat ſi nihil verecũdatur minus regnum tradens filijs quàm a patre accepit, non oportet hoc dicere: trado enim diuturnius.

d Tyrannides autem ſaluantur ſecundum duos modos cõtrariiſsimos, quorum alter eſt qui traditus eſt, & ſm̃ quem diſpenſant plurimi tyrannorũ princi-

## LECTIO XI.

*SEruantur autem ſimpliciter loquendo ex contrariis.*

H *Singulariter autem loquendo, per deductionem illarum ad mediocrem modum. Quanto enim magis reſtringitur poteſtas omnis, tanto maiori tempore neceſſe eſt eam durare, nam & ipſi qui regunt minus ſuperbiunt, magiſque moderati fiunt. Et illi qui reguntur inuident minus.*

*Propter hoc enim, & apud Moloſſos, longo tempore durauerunt reges. Et apud Lacedæmonios, quòd* I *ab initio ſtatim in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas. Et poſt Theapompus ad mediocritatem magis illam deducens, Ephoros ſuperaddidit, poteſtate quidem minuens, ſed tempore augens regiam auctoritatem, ut faceret eam quodammodo, non minorem, ſed maiorem, ut ad uxorem reſpondiſſe ferunt dicentem, an non erubeſceret, quòd filiis minorem poteſtatem regiam derelinqueret quàm a parẽtibus ipſe accepiſſet?* K *non profecto inquit, nam relinquo eis multo durabiliorem.*

*Tyrannides vero ſeruantur duobus modis inter ſe contrariiſſimis, quorum alter eſt is, quem per ſucceſſionem traditum plurimi tyrannorum obſeruant. Horum autem multa conſtituiſſe fe-*

## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus determinauit de principijs corrumpentibus monarchias, determinat de principijs ſaluantibus ipſas. Et primo in generali. Secũdo in ſpeciali, ibi. {Vt autẽ ſecundũ vnũquodq; &c.} In prima dicit, ꝙ monarchiæ vt ſimpliciter eſt dicere ſaluantur ex cõtrarijs qbus corrũpunt. Cõtrariorũ. n. extranea ſunt prin- F cipia. Corruptio & ſaluatio Reipublicæ ſunt contraria. ergo ex contrarijs principijs fiunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat in ſpeciali de principijs ſaluantibus ipſas. Et primo de ſaluãtibus monarchiã regalẽ. Secũdo de ſaluantibus tyrannidẽ, ibi. {Tyrãnides aũt &c.} In prima intelligẽdũ, ꝙ regnũ eſt optima Reſpũ. & optime ordinata. Et ideo ex ratione ſua maxime ſaluabilis ẽ, pp qđ Philoſophus non tangit niſi vnũ modũ ſaluãdi regnũ. Et primo tãgit ipſũ. Secundo manifeſtat, ibi. {Propter hoc enim &c.} Dicit igit, quòd regnum ſaluat per hoc, ꝙ principatus trahitur ad mediocritatẽ ſecundum vnumquodq;, qđ pertinet ad ipſum, vt ſi aliquid pertineat ad regẽ qui dominus eſt omnium, & in oĩbus principatur in quo videant grauari ſubditi, ꝙ multũ illis diſpliceat illud tẽperare, aut illis remittere. Quanto enim pauciorũ erit dominus, tanto durabilior erit principatus, qa quanto erit pauciorũ dominus tanto minus dominatiue principabitur, & ſic de paucioribus iudicabit, & plures attingent ad principatum, & habebunt quod competit eis ſecundum dignitatem, & tunc videbitur eſſe æqualis ſubditis. Sic autem rege ſe habente, minus ei ſubditi inuidebunt, & ſic ſe habentibus, principabitur ſubditis volentibus, hoc autem facit principatum durabiliorem. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat qđ dictũ eſt per exemplũ. Et dicit quòd propter iſtã cauſam circa Moloſſos regnum multum durauit. Similiter autem & regnum Lacedæmoniorum: a principio. n. diuiſerunt principatũ in duas partes, & ſic moderauerũt eũ, ſimiliter Theopompus q̃ poſterius ibi regnauit, conſeqũter moderauit principatũ. Cũ. n. eſſet dñs oĩum inſtituit principatũ Ephororũ, tradens ipſum alijs quaſi auferens a ſua poteſtate. Ex quo fecit regnũ ſuũ aliquo modo maius, & durabilius multo, pp quod reſpondiſſe dicitur vxori ſuę cum argueret eum dicens, ſi non verecundabatur, ꝙ regnũ minus traderet filijs ſuis quàm recipiſſet a progenitoribus, dixit, ꝙ hoc nõ debebat dicere, quia quamuis non traderet eis æqualem ſecundum poteſtatem, tradebat tamẽ diutius, quod videtur eſſe melius. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de principijs ſaluãtibꝰ tyrãnidẽ, tyrãnis. n. q̃a de rõne ſua inordinata eſt, eſt de facili corruptibilis. Et ideo dat

elementa



elementa plura quibus ſaluari poteſt, ſaluatur autem duobus A modis. Vno modo intendendo ipſam. Secundo remittendo, & ſecundum hoc diuiditur in duas. In prima proſequitur modum ſecundum quem ſaluatur per intenſionem. Secundo modum q̃ eſt per remiſſionem, ibi. {Alter autem &c.} Prima in duas. In prima ponit vnũ modum ſecundum quẽ ſaluatur intendendo abſolute. Secundo in comparatione ad regnum, ibi. {Regnum quidem &c.} Prima in tres, quia tyrannis tripliciter intenditur. Vno modo faciendo ſubditos ignorantes. Secundo incognitos. Tertio pauperes. Et ideo diuiditur in tres. In prima ponit modos ſecundum quos fiunt ignorantes. Secundo, modos per quos fiunt incognitos, ibi. {Et omnia facere &c.} Tertio, modos qbus fiũt pauperes, ibi. {Et pauperes facere &c.} In prima dicit ꝙ tyrannis duobꝰ modis valde cõtrarijs ſaluatur. Quorum vnus eſt ſecundum intenſioné, alius ſecũdum remiſſionem. Et alter iſtorum dictus eſt prius ſecundũ quẽ tyranni diſpenſant vt cõmuniter, ſiue regũt principatũ tyrannicũ. Periander autẽ vt dicit, multa talia inſtituit ex quibus intenditur tyrannis, & multa talia poſſunt accipi a Perſis. Fuerunt autẽ, & aliqua data antiquitus ad ſaluationẽ tyrannidis. Quorum vnum fuit excellentes in potẽtia vel diuitijs interimere, q̃a tales per potentiam quam habẽt poſſunt inſurgere contra tyrannũ. Iterũ interficere ſapientes, tales. n. per ſapientiam ſuam poſsũt inuenire vias ad expellendum tyrãnidem. Iterum ad ſaluationem tyrannidis expedit non permittere communicationes, nec ſodalitatem ſiue ſocietatem, ne inter ſe vniantur per amicitiam. Ex hoc enim facilius poſſent inſurgere contra tyrannum. Iterum non permittere diſciplinam, & quæcumque poſſunt inducere ſapientiam, ſed omnia vitare, quia tales poſſunt inuenire vias diuerſas ad inſurgendum contra ipſum & expellendum eum, propter quod cauenda ſunt omnia illa, ex quibus fiunt ſapientes vel ſapientia actiua, vel ſpeculatiua, vel etiam illa ex quibus fit perſuaſio & ipſi perſuaſiui. Et ideo nec ſcholas, nec alias collectiones, per quas contingit vacare circa ſapientiam permittendum eſt. Sapientes enim ad magna inclinantur, & ideo magnanimi ſunt, & tales de facili inſurgunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit modos quibus fiunt incogniti. Et diuiditur in quinque, ſecundum quòd tangit quinque. Secunda, ibi. {Et præfectos &c.} Tertia ibi. {Et deprehendere &c.} Quarta ibi. {Et ne lateant &c.} Quinta ibi. {Et criminari inuicem &c.} In prima dicit, ꝙ ad ſaluandum tyrannidem oportet ordinare & facere ex quibus ſubditi maxime inter ſe adinuicem erunt ignoti, quia mutua notitia facit, quòd magis credunt ſibi adinuicem. Ex hoc autem quòd credunt ſibi adinuicem facilius vniuntur & potentius inſurgunt. Et ideo ordinanda ſunt talia per quæ maxime ſint ignoti. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit, ꝙ ſecundo ad ſaluationem tyrannidis expedit facere quòd præpoſiti & ſeruientes ſint manifeſti in locis, in quibus debent ſubditi congregari & circa ianuas ciuitatis vel ſubditorum vt videant & ſentiant q̃d dicunt vel agũt ſubditi. Sic enim magis erit manifeſtum q̃d faciunt, & minus poterunt machinari cõtra tyrannum minus inuicem credentes. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertium modum. Et dicit, ꝙ oportet ad ſaluationem tyrannidis ordinare ꝙ ſi ſubditi aliqua malefaciãt, aut in aliquo inſoleſcant & deuient ab eo qđ eſt ordinatum a tyranno, etiam modicũ deprehendere eos a ſeruientibus ordinatis ad hoc, ſimiliter ordinare alia q̃cũque & barbara, & perſica ſunt tyrannica. Omnia enim talia poſſunt idẽ ſ. ſaluare tyrannidem. Ex hoc. n. quod ſubditi erunt occupati in aliquibus timentes magis, minus poterunt inſurgere. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ tentandum eſt vt nõ lateant quæcumq; dicunt & faciunt ſubditi, ſed diligenter attẽdere quecumq;, & ſic facere ſicut fecerunt circa Syracuſanos tyranni. Ordinauerunt enim quoſdã qui dicebantur deductores, quos miſit Hieron qui audirent & inquirerent quæ dicerẽt & facerẽt ſubditi, ſic ſimiliter ordinãdi ſunt aliq̃ q̃ vbi fuerit aliqua cõgregatio audiãt q̃ dicunt ibi & fiũt. Sic. n. illi qui cõgregabuntur propter timoré minus cõfident de ſeipſis, & per cõſequens nihil machinabũtur, aut ſi cõfidant de ſe, minus poterũt latere, & vlterius poterit magis caueri. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit quintũ modũ. Et dicit ꝙ ad ſaluandã tyrãnidé, oportet ꝙ tyrãnus procuret, ꝙ ſubditi imponant ſibi inuicẽ crimina & turbẽt ſeipſos, vt amicus amicũ, & populꝰ cõtra diuites, & diuites inter ſe diſſentiãt, ſic. n. minꝰ poterũt inſurgere pp eorũ diuiſionem. Omnis. n. virtus diuiſa minor eſt. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit modos quibus fiunt pauperes. Et diuiditur in quatuor ſecundũ ꝙ ponit quatuor modos. Secunda ibi. {Et occupati &c.} Tertia ibi. {Omnia. n. hæc &c.} Quarta ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit quòd ad ſaluationem tyrannidis, oportet facere ſubditos pauperes, ſic enim minus poterũt inſurgere

patum, horum autem multa aiunt inſtituiſſe Periandrum Corinthiũ: multa enim talia eſt accipere & a principatu Perſarũ. Sunt autem & olim dicta ad ſaluationem vt poſsibile eſt tyrannidis excellentes perimere, & ſapientes deſtruere, & neque cõmunicationes ſinere, neque ſodalitatem, neque diſciplinam, neque aliud nihil tale, ſed omnia cauere. Vnde conſueuerunt fieri duæ ſapientiæ & perſuaſio, & neque ſcholas, neque alias collectiones permittere fieri vacatiuas.

e Et omnia facere ex quibus quàm maxime ignoti inuicem erunt omnes, notitia enim fidem facit magis ad inuicem.

f Et præfectos populi ſemp palam eſſe, commorari circa ianuas, ſic enim minime latebit quid agunt.

g Et deprehendere ſi aſſuefiant modicum ſemper ſeruientes & alia quæcumque talia Perſica & barbara tyrannica ſunt, omnia enim idem poſſunt.

h Et tentare non latere quęcũque extiterit quis dicẽs vel agẽs ſubditorum, ſed eſſe attentos velut circa Syracuſanos vocati podagogides, & auribus audientes, quos miſit Hieron vbi fuerit aliqua congregatio & collectio, confident enim minus timentes tales, & ſi confidant, latebunt minus.

i Et criminari inuicem, & turbare, & amicos cum amicis, & populum cum inſignibus, & diuites cum ſe ipſis.

k Et pauperes facere ſubditos tyrannicum, quatenus neq; cuſtodia alatur.

*runt Periandrum corinthium. Multa etiam ex gubernatione Perſarum eſt aſſumere, ſunt autem hæc illa pernitioſa quæ ſupra retulimus omni conatu a tyrannis fieri, quo dominationem retineant, veluti potentiores decerpere, & ſapientes perimere. Et* B *neque comeſſationes permittere, neque ſodalitates, neque diſciplinam, neque aliud quicquam tale, ſed omnia cauere, vnde conſueuerint oriri inter ciues intelligentia & fides. Et neque ſcholas, neque conuentus aliquos ſcholaſticos fieri concedere.*

*Et omnia facere ex quibus ciues inter ſe quàm maxime incogniti ſint. Cognitio enim fidem generat inter ipſos.*

C *Et ſatellites eius apparere ſemper ac verſari foris, quo minus latere poſſit quid quiſque agat.*

*Aſſueſcantque animum ſubmittere per ſeruitutem continuam, & alia quæcumque talia Perſica & barbara, tyrannidis ſunt, cuncta enim idem valent.*

*Et ne lateant conari quæcumque quis dixerit, aut fecerit, ſed eſſe exploratores,* D *quemadmodum Syracuſis hi qui deductores nuncupabantur, & auricularii, quos ſubmittebat Hieron, vbicumque foret congregatio aliqua, vel conuerſatio. Minus enim audent, qui talia formidant, & ſi audeant, minus latere poſſunt.*

*Calumniari quoque inuicem, & collidere amicos cum amicis, & plebem cum nobilitate, & diuites inter ſeipſos.*

*Et ſubditos ad paupertatem redigere* E *tyrannicæ eſt prauitatis, vt neque ſumptus fiat in cuſtodia.*

contra tyrannum. Facere autem pauperes ſubditos, & ſi contingat multipliciter, contingit tamen ad præſens quadrupliciter. Primo non dando expenſas cuſtodibus ciuitatis de bonis communibus, ſed eos compellere ad ſoluendum ex toto. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit, ꝙ ordinandum eſt, ꝙ ſubditi ſint occupati circa opera quotidiana, vt ſic occupati nõ poſſint machinari, vel non ſint vacantes ad machinandum aliquid cõtra tyrannũ. Sicut habemus exẽplum de tyrannidibus quæ fuerunt circa Aegyptũ, vbi ſubditi compellebantur occupari circa opera quotidiana. Sicut apparet de filijs Iſrael, quos occupabant circa lutũ & lateres. Similiter donaria Cypſellidarũ, ſimiliter edificatio olympi q̃ fuit facta a Piſiſtratide, ſimiliter opera eorum quæ erant de Samo inſula quę erant magnifica. Omnia enim iſta poſſunt idẽ facere ſcilicet, ꝙ ſubditi non poſſint vacare ad machinandum aliquid contra tyrannũ. Ex quo. n. ſunt occupati circa opera talia, non poſſunt tractare qualiter expellant tyrannum. Item poſſunt facere penuriam & paupertatem ſubditorum, ex quo enim cõpelluntur apponere ad ædificia facienda, & occupari circa talia, oportet eos depauperari. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertium modum. Et dicit, ꝙ procuranda ſunt vectigalia, hoc eſt exactiones multæ & magnę, ſic enim cito poterunt depauperari ſubditi, ſicut factum fuit in Syracuſis. Ibi enim Dionyſius qui principabatur tantas procurauit exactiones, quòd omnes diuitiæ ſubditorum venerunt ad ipſum in quinque annis. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit quartum modum. Et dicit, ꝙ ad ſaluationem tyrãnidis tyrannus debet procurare bella inter ſubditos, vel etiam ad extraneos, ita ꝙ nõ poſſint vacare ad aliquid tractandum contra tyrannum, & magis timentes. Sic etiam erunt indigentes præſide, & tunc plura poterit exigere ab eiſdem. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit aliũ modũ per quẽ ſaluaẽ tyrãnis in cõparatione ad alias Reſpu. & ad alia quędã. Et diuiditur in quatuor. In prima

F ponit modũ per quẽ ſaluaẽ in cõparatione ad regnũ. In ſecunda ponit modũ per quẽ ſaluaẽ in cõparatione ad popularẽ ſtatũ, ibi. {Et adhuc quæ fiũt &c.} In tertia ponit aliũ modũ in cõparatione ad liberũ & venerabilẽ, ibi. {Et nullo gaudere &c.} In quarto ponit aliũ modũ in cõparatione ad ciues & extraneos, ibi. {Et condiuturnari &c.}

l Et occupati circa quotidiana non vacantes ſint ad machinandum, exemplum autem huius, tyrannides quæ circa Egyptum & anathemata Cypſelidarum, & Olympij ædificatio a Piſiſtratidibus, & eorum quę de Samo opera multi imperij.

*Et illi quotidianis moleſtiis occupati, vacare non poſſunt ad conſilia contra tyrannos ineunda. Exemplum huiuſmodi ſunt Pyramides Aegypti, & donaris Cypſellidarum, & Olympi edificatio a Piſiſtratidis facta. Polycratis opera circa Samum.*

G

m Omnia enim hæc poſſunt idem, ſcilicet non vacationem & penuriam ſubditorum, & illatio vectigalium, velut in Syracuſis, in quinque enim annis ſub Dionyſio ſubſtantiam omnem inferri accidit.

*Hæc. n. oĩa fuerũt inſtituta ad ociũ & quietem populorũ tollendã, & ad inducendã paupertatẽ per tributorum penſionẽ, vt etiã Syracuſis factum eſt, Dionyſio enim eam ciuitatem tenente, contingit Syracuſanos in quinq; annorum tempore cunctas facultates ſuas in ſoluendis tributis conſumpſiſſe.*

n Adhuc autem & bellorum procurator tyrannus, vt vtique ſine vacatione ſint & permaneant in indigentia pręſidis exiſtentes.

*Studet etiam bellum concitare tyrannus, vt negociis occupentur ciues, & indigentia Ducis continuo detineantur.*

H

o Regnum quidẽ ſaluatur per amicos, tyrannicum autem maxime diſcredere amicis, tamquam volentibus quidem omnibus, potentibus autem ijs maxime.

*Et regnum quidem per amicos ſaluatur, tyranni autem eſt maxime amicis diffidere, quaſi velint omnes, poſſint autem maxime amici eum ſubuertere.*

p Et adhuc quæ circa democratiam fiunt vltimam, tyrannica ſunt omnia. Et Ginecocratia circa domos vt enuncient contra viros, & ſeruorum remiſsio propter eandem cauſam. neq; enim machinant ſerui & mulieres cõtra tyrannos, gaudentes quia neceſſarium beniuolos eſſe & tyrannidibus & democratijs.

I

*Et quæ fiunt circa vltimam popularem gubernationem, tyrannica ſunt omnia, vt potentia mulierum domi, quo reuelent virorum ſecreta, & manumiſſio ſeruorum eadem de cauſa. Non enim inſidiantur ſerui & mulieres tyranno, & ſi proſpere degant, neceſſe eſt beniuolos fore, & erga tyrannidem, & erga popularem ſtatu.*

q Etenim demus vult eſſe monarch⁹, ꝑꝑ qđ & adulator apud vtraſque eſt honoratus, apud demos quidem demagogus: eſt. n. demagogus demi adulator, apud tyrãnos aũt qui humiliter colloquuntur, quod quidem eſt opus adulatiõis. Etenim ꝑꝑ hoc Ponirophilon. i. malorũ amicus eſt tyrannus, adulatione. n. recipientes gaudent, hoc autẽ nullus vtiq; faciet ſenſum habens liberum, ſed amant qui Epijces ſi non adulentur, & oportuni maligni ad maligua, clauo. n. clauus, ſicut Prouerbium.

K

*Nam & populus domin⁹ eſſe uult. Ex quo fit, ut adulatores apud utroſque in honore habeantur. Eſt enim qui populum colit & ducit, populi adulator, tyrannorum uero qui aſſentando conuerſatur, quod eſt opus adulatoris. Nam propter hoc prauos amicos habent tyranni, quod adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret qui mentem haberet libero homine dignam, ſed amant boni uiri, uel non adulantur, & utiles praui ad praua. Clauus enim clauo, ut dictat Prouerbium.*

In prima dicit, ꝙ regnũ ſaluatur per amicos. Subditi. n. diligũt regem & volunt eũ principari, hoc autẽ ſaluat regnũ. Et ideo ſaluatur regnũ per amicos, tyrannus autẽ ad ſaluandũ tyrannidẽ, non debet confidere in amicis. Et ratio huius eſt, quia amici potentes ſunt: ex hoc enim, quòd amici ſunt aliqui prĩcipis, potentes ſunt. Item inclinantur & volũt principari omnibus. Et ideo non debet cõfidere in eis ſi debeat ſaluare tyrãnidẽ. Deĩde cũ dicit.

p ¶ Ponit aliũ modũ in cõparatione ad ſtatũ popularem. Et primo ponit ipſum. Secundo aſſignat rationẽ cuiuſdã dicti, ibi. {Etenĩ dem⁹ vult &c.} In prima dicit quòd ad ſaluandum tyrannidẽ, tyrannus debet ordinare ea q̃ ſunt circa popularẽ ſtatũ vltimum q̃ peſſimus eſt omnium. Omnia. n. illa tyrannica ſunt, vt mulierũ potentiæ corã populo, coram quo permiſſum eſt eis proponere contra viros quę voluerint. Et manumiſſio ſeruorum contra ciues. Mulieres enim quaſi ſunt medietas ciuitatis. Ipſæ autem & ſerui nõ machinãtur aliquid cõtra tyrãnũ. Nam gaudent ſerui de manumiſſione. Mulieres vero ſuper libertate pręd̄icta. oportet. n. eos eſſe beniuolos & tyrannidibus & popularib⁹. Et propter hoc nõ inſurgunt de facili. Deĩde cũ dicit.

q ¶ Reddit cauſam cuiuſdam dicti. Dixerat enim quòd in tyrannide ordinãda ſunt illa, quæ fiunt in populari ſtatu. Vltimo, huius reddit cauſam. Et dicit ꝙ propter hoc debet tyrannus ordinare quæ ſunt in populari ſtatu vltimo, quia popularis ſtatus vltimus eſt ſicut monarchia, totus enim populus dominatur ſicut vnus monarcha. Vnde adulatores inueniuntur & in populari ſtatu vltimo, & apud tyrannos, & honorantur ab eis. In populari ſtatu quidem, populares ductores populi. Ductor enim, adulator in populari



ſtatu eſt, quia dicĩt quæ placent populo. Apud tyrannos autem honorantur, quia humiliter loquuntur. Hoc autem pertinet ad adulatorem, humiliter enim loquendo & deijciendo ſe credunt placere, propter hoc etiam tyrannus eſt amicus malorum, quia recepit adulatores & congaudet ijſdem, tales autem ſecundum ſe mali ſunt. Sed nullus qui habet ſenſum liberum, hoc eſt qui inclinationẽ habet ad virtutem hoc faciet, ſed diligit virtuoſos, & eos qui nõ adulantur, qui ſecundum ſe boni exiſtentes opportunitatem quandam habent ad reprimendum malignitatem adulatoris, qui ſecundum quod huiuſmodi malignus eſt, quoniam ſicut in prouerbio dicĩ, Clauus clauo retũditur. diligunt igitur bonos odientes adulatores, vt per eos reprimant malitiam adulatorum. Deinde cũ dicit.

r ¶ Ponit alium modum in comparatione ad liberum & venerabilem. Et dicit, quòd tyrannus non debet congaudere libero & venerabili ſiue virtuoſo, quia tyrãnus vult eſſe ſolus dominus. Venerabilis. n. & liber contrarij ſunt illi, nec poſſunt ſuſtinere excellẽtiã quam habet pręter rationẽ, nec tyrãnidem quam exercet principando dominatiue: ꝑꝑ qđ odiunt tyranni liberos & venerabiles tamquàm diſſoluẽtes eorũ principatũ. Deĩde cũ dicit.

ſ ¶ Ponit aliũ modũ in cõparatione ad ciues & extraneos. Et dicit quòd tyrannus magis debet conuiuere & aſſueſcere diuturnis comeſſationibus cum extraneis, quàm cũ ciuibus, tãquàm ciues ſint aduerſarij, extranei vero non. Iſta igitur & ſimilia ſunt tyrannica & ſaluãt principatũ. Nec aliquid malignitatis deficit in talibus, ſed omnẽ malignitatem & iniquitatẽ continẽt, ſicut mala ſecundũ ſeipſa bona, tamẽ ad ſaluationẽ tyrãnidis, in quo inuit ꝙ nõ ſunt faciẽda ſimpliciter homini, ſed ei qui voluerit ſaluare tyrannidem quæ ſecũdum ſe mala eſt. Deinde cum dicit.

t ¶ Reducit iſtos modos omnes ad tres, & primo facit hoc. Secundo recolligit illos, ibi. {Ad quos &c. In prima dicit, ꝙ om-

r Et nullo gaudere venerabili, neq; libero, tyrannicum, ipſum enim eſſe ſolum vult tyrannus, qui autẽ cõtra, venerabilis & liberabilis aufert excellentiam, & quod deſpoticum tyrannidis, odiunt igitur quemadmodum diſſoluentes principatum, & vti conuiuijs.

*Nullo quidem honeſto, nulloque libero delectari tyrannicum eſt. Se enim ſolum eſſe talem putat tyrannus. Qui autem ſubditorum vel honeſtati ſtudent vel libertati, minuere excellentiam & præeminentiam tyranni videntur. Oderunt ergo illos tyranni, tamquàm euerſores poteſtatis ſuæ.*

B

ſ Et condiuturnari extraneis magis quàm ciuilibus, tyrannicum, tamquàm hos quidem aduerſarios, hos autem non contrariantes. Hęc & talia, tyrannica quidem & ſaluatiua principatus, nihil autem deficit magis malignitatis.

*Peregrinos etiam in conuiuia, & familiarẽ vſum magis recipere quàm ciues, tyrannorum eſt, quaſi illos quidem habeant hoſtes, hos uero non aduerſantes. Hæc & huiuſmodi a tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis.*

C

t Sunt aũt, vt eſt dicere, oĩa hæc comprehenſa tribus ſpeciebus, cõiecturat. n. tyrannus tria, vnũ quidẽ vt modica ſapiant ſubditi, nulli. n. vtiq; puſillanimus inſidiabitur, ſecundum autem vt diſcredant inuicem, non diſſoluitur enim prius tyrannus antequam credant aliqui ſibi ipſis, propter quod & epijceis aduerſantur tamquam nociuis ad principatum, non ſolum propterea quod non volunt ſubici deſpotice, ſed & quia fideles ſunt ſibi ipſis & alijs, & quia nõ produnt, neque ſe ipſos, neque alios. Tertium autem negociorum impoſsibilitas, nullus enim manum mittit ad impoſsibilia, quare neque tyrannidem diſſoluere non exiſtentę potentia.

*Sunt autem, ut ita dixerim, hæc omnia tribus ſpeciebus comprehenſa. Tria enim coniectat tyrannus. Vnum ut animos imminuat ciuium. Nemo enim parui animi contra tyrannum inſurgit. Secundum, ut ciues inter ſe diffidentes reddat. Non euertitur enim tyrannus, niſi ciuium aliqui inter ſe fidem habeant. Quapropter & bonos uiros proſequitur quaſi peſtiferos, & aduerſarios dominationi ſuæ. Non ſolum quia non acquieſcunt in ſeruitute uiuere, uerum etiam, quia fides eis, & inter ſe, & ab aliis plurima adhibetur, neque accuſant alios, neque ipſi inter ſe accuſantur. Tertium impotentiam agendi. Nemo enim ſibi impoſſibilia aggreditur, itaque neque tyrannidem tollere, ſi potentia deſit.*

D

v Ad quos quidem igitur reducuntur volita tyrannorum iſti tres exiſtunt entes: omnes. n. vtique reducet quis tyrannica ad has hypotheſes, hoc quidem vt non credant inuicem, hoc autẽ vt non poſsint, hoc vt parum ſapiant. Vnus quidem igitur modus per quem fit ſaluatio tyrannidibus, talis eſt.

*Ad quos ergo fines referantur tyrannorum conſilia, tres iſti ſunt. Ad has enim ſuppoſitiones tyrannica redigi poßunt uniuerſa, partim ne confidant inter ſe ciues, partim ut potentia eis deſit, partim ut puſillanimes efficiantur. Vnus ergo modus, quo utuntur tyranni, talis eſt.*

E

## LECTIO XII.

ALius autem vt ex cõtrario dictis habet curã, eſt autem accipere ipſum ex corruptione regnorum, ſicut enim vnus mod⁹ corruptionis,

## LECTIO XII.

*ALter uero modus contrarius iſtis quæ dicta ſunt, diligentiã facit. Eſt aũt depræhendere ipſum ex regnorũ corruptiõe. Vt enim regni mod⁹ corruptiõis unus eſt,*

nia iſta ſub tribus ſpeciebus vt eſt dicere comprehenduntur, qa tyrannus tria conſiderat ad ſaluandum principatum ſuum. Primum eſt vt ſubditi ſint ignorantes & pauca ſcientes. Cuius ratio eſt, quia nullus puſillanimis inſidiatur alicui. Et ideo ne ſubditi inſidientur ei, conſiderat qualiter ſubditi ſint ignorantes. Ignorantia. n. puſillanimes facit. Magnanimũ. n. oportet habere ſcientiam magnorum & arduorum, eſt enim virtus qua aliquis inclinaẽ ad magna & ardua ſimpliciter decentia ipſum. Secundum eſt, quòd ignoti ſint ſibi inuicem ſubditi. Et ratio huius eſt, quia tyrannis non prius diſſoluitur quàm credãt ſibi inuicem. Et propter hoc tyrannus cõtrarius eſt virtuoſis, quia nociui ſunt ad principatum tyrannicum, non ſolum quia nolunt ſubijci tyranno dominatiue, ſed quia ſunt ſibijpſis fideles & alijs conciuibus, nec manifeſtant ea quæ volunt facere vel ipſi, vel alij conciues eorum contra tyrannos. Tertium eſt, quòd reddat eos impotentes faciẽdo eos pauperes. Et ratio huius eſt, qa nullus manum mittit ad illa q̃ credit eſſe impoſſibilia, & ideo manifeſtum eſt, quòd non diſſoluetur tyrannis ſi ſubditi non habeãt potentiam. Deinde cum dicit.

v ¶ Recolligit modos iſtos, & dicit ꝙ iſti ſunt tres modi ad quos reducuntur omnia quæ placẽt & volunt tyranni. Si. n. aliq̃s cõſideret, reduceret oĩa tyrannica ad iſtas tres hypotheſes, quarum vna eſt, vt non credãt ſibi inuicem, alia vt ſint impotentes, alia vt parũ ſciãt ſubditi. Vnus igitur modus per quem ſaluatur tyrãnis eſt iſte qui eſt intendẽdo tyrannidem.

## LECTIO XII.

POſtquàm Philoſophus poſuit vnũ modũ ſaluationis tyrannidis qui eſt ꝑ intenſionẽ, ponit aliũ modũ q̃ eſt ꝑ remiſſionẽ. Et primo in generali oñdit q̃o per hmõi remiſſionẽ ſaluaẽ. Secũdo ĩ particulari ibi. {Primũ enim &c.} In prima dicit, quòd alius eſt modus ſaluandi tyrannidẽ cõtrarius modis dictis prius, nam modi dicti prius ſaluant tyrannidẽ intẽdẽdo ipſam.

Iſte autem modus per remiſſionem, iſtum autem modum contingit accipere per ſimilitudinem ad corruptionem regnorum, quia ſicut vno modo regnum corrũpitur per hoc quòd accedit ad tyrannidem declinando a rectitudine rationis, ſic ſaluatur tyrannis per hoc, quòd accedit ad regnum, & ad illud quod eſt ſecundum rationem. F

Ex ſe enim regnum ſaluabile eſt, & ideo expedit ad ſaluandũ tyrannidem remittere ipſam, & accedere ad regnum ſeruando & retinendo principatum vnius ſcilicet vt ipſe ſolus principetur non quidem ipſis volentibus, ſed nolentibus, ſicut plures faciunt & nõ prætendat velle principari ipſis volentibus. Nam hoc prætendere, eſt prætendere ꝙ ipſe nolit tyrannizare. Et iſtud quòd .ſ. ſolus ſit princeps & tyrannus accipiendum eſt ſicut ſuppoſitio aliorum. Hæc quidem facienda ſunt ſecundum veritaté ad ſaluandum tyrannidé, alia autem ſimulãda vt videantur ſaltem regalia quàmuis non ſint. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit in particulari qualiter ſaluatur p remiſſioné, & primo facit hoc. Secũdo recolligit q̃dã dicta excuſando ſe ab vlteriori conſideratiõe, ibi. {Superfluum &c.} Prima in duas. In prima oſtendit qualiter tyrannis ſaluatur per remiſſionem, cum ciuitas nõ eſt diuiſa. In ſecunda eſt diuiſa, ibi. {Quoniam autem &c.} Prima ĩ quatuor. In prima declarat qualiter ſaluatur per remiſſionem &c.} Primo quo ad pecunias. Secũdo qualiter quo ad conuerſationes, ibi. {Et oportet autem &c.} Tertio qualiter quo ad honores, ibi. {Verumtamé &c.} Quarto qualiter quo ad demiſſionem a principatu, ibi. {Si vero &c.} Circa pecunias eſt conſiderare tria .ſ. conſumptionem, ratiocinationem, receptionem, & ſecũdum hoc diuiditur in tres. In prima declarat quid obſeruandum eſt quo ad expenſas rationabiles. Secundo quo ad ratiocinationem cum dicit. {Rationem &c.} Tertio oſtendit quid circa receptionem, ibi. {Deinde redditus.} In prima dicit quòd ad ſaluandum Rempublicã tyrannicam, oportet, ꝙ tyrannus ſic ſe habeat vt videatur habere curam de communi, & quòd non expendat ea quæ accipit a ſubditis gratis, & in ſuperfluuis, vt in talibus quæ contriſtant ſubditos, vt quando accipiunt a ſubditis laborantibus & operantibus aſſidue & poſtmodum abundanter dant meretricibus & extraneis, & quos habent ſibi ſæpe familiares, artificibus, hiſtrionibus: qñ .n. ſic facit tyrãnus, odio habeẽ a ſubditis & facilius ĩ ſurgũt cõtra ipſum, & ideo cauendũ eſt, ꝙ nõ expendat bona, quæ accipit a ſubditis in illis quæ moleſtãt ipſos. Deinde cum dicit.

regni facere magis tyrannicum principatum, ſic tyrannidis ſaluatio facere ipſum magis regalem, vnius ſeruantem ſolum potentiam, vt principetur non ſolum volentibus, ſed & nolentibus, prætendens enim & hoc prætendit & tyrannizare, ſed hæc quidem ſicut ſuppoſitionem oportet manere, alia autem hæc quidem facere, hæc autem videri ſimulantem quod regale bene. G

b Primo quidem, vt videatur curare communia, neque expendat gratuita talia, in quibus multitudines moleſte ferant, quando ab ipſis quidem accipiunt operantibus & laborantibus aſsidue, dant autem meretricibus & extraneis, & artificibus copioſe. H

c Rationemque reddat acceptorum & expenſarum, quod quidem iam fecerunt quidam tyrannorum: ſic enim vtique quod diſpenſans, œconomus, ſed non tyrãnus eſſe videbitur.

d Non oportet autem timere, ne forte deficiat pecunijs, dominus exiſtens ciuitatibus, ſed extorribus tyrannis a domo, & expedit hoc magis, quàm delinquere cum congregauerint. Minus enim vtique qui ſeruant inſilient rebus. Sunt autem tyrannorum qui ſeruant terribiliores egredictibus a populo q̃ ciuib⁹, ij quidem enim peregrinantur, hi autem ſubſiſtunt. I

e Deinde introitus oportet videri colligere diſpenſationis gratia, & ſi aliquando oportunum fuerit vti ad bellicas opportunitates. Vniuerſaliter aũt K

*gubernationem ipſam regiam magis reducere ad tyrannicam, ita tyrannidis conſeruatio eſt ad regiam gubernationem magis eam referre, unum ſolummodo cuſtodientem, vt potentiam retineat per quam non modo volentibus, uerum etiam nolentibus, dominari poſſit, nam ſi hanc abiiciat ſimul abiicit & tyrannum eſſe. Sed hoc, tamquam ſuppoſitionem quandam manere oportet, Cætera vero partim facere, partim quam optime ſimulare vt regia gubernatio videatur.*

*Primum enim videri communium commodorum curam habere, non effundentem largitiones tantas, ut ciues moleſte ferant, quando quidem ab illis capitur operantibus, ac laborantibus in ſua tenuitate. Donant uero ſcortis, & peregrinis, & hiſtrionibus effuſe.*

*Rationem reddentem eorum quæ acceperit & expenderit, quod iam factum eſt a quibuſdam tyrannis, ſic enim adminiſtrans, non tyrannus videbitur, ſed legitimus gubernator.*

*Nec erit ei formidandum, ne quandoque ſibi deſint pecuniæ, cum ſit dominus ciuitatis, ſed diſpergentibus tyrannis ex propria domo, & prodeſt hoc magis quàm relinquere congregatas, minus enim cuſtodes ipſi contra tyrannum inſurgerent, ſunt autem formidabiliores abſentibus tyrannis qui cuſtodiunt, quàm ciues, nam illi quidem ſimul abſunt, hi autem remanent.*

*Deinde redditus & impenſas apparere oportet, cum gratia diligentis adminiſtrationis, tum etiam, vt ſi quando foret opus, illis vti poſſit ad belli neceſſitates, omninoque ſeipſum præbere*

c ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt quantũ ad ratiocinationẽ, & primo facit hoc. Secundo remouet dubiũ, ibi {Nec erit ei &c.} In prima dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ ſaluet tyrannidẽ & videatur habere curã de cõmuni bono, oportet ipſum reddere rationẽ de acceptis & expenſis factis, quod fecerunt quidam tyranni, vnde diuturniorem fecerunt principatum ſuum. Et ratio huius eſt, qa ille qui ſic diſpenſabit & reget Rempub. videbitur eſſe œconomus quidam, ideſt diſpenſator, videbitur enim laborare propter bonum commune & non videbitur tyrannus. Deinde cum dicit.

d ¶ Remouet dubiũ ſiue reſpondet obiectioni. Diceret .n. aliquis ꝙ ſi tyrãnus reddat rationem de expenſis, deficiet ei pecunia. Remouet hoc & dicit, ꝙ non oportet tyrannum timere, ne pecuniæ & diuitiæ deficiant, omnia enim quæ ſunt ĩ ciuitate, ad vſus & vtilitates cõ es ſunt eius, cum ſit dominus ciuitatis. Cuius ratio eſt, qa bona exteriora ſunt propter bona animæ & corporis, & bona corporis propter bona animę, & iſta omnia ſunt propter bonum commune ciuitatis: & ideo illius ſunt quodammodo bona ſubditorũ, cui⁹ eſt ordinare omne in finẽ ciuitatis, ſed eius qui dominus eſt ciuitatis eſt ordinare bona exteriora in finem ciuitatis, propter quod ei⁹ ſunt omnia. Et ideo non eſt timẽdum tyranno, quòd deficiat ſibi pecunia, quia poterit accipere a ſubditis, ſecundum tamen quòd ordinari habet in finem ciuitatis, ſed illi timendum eſt magis qui accipit a domibus ſubditorũ pręter rationem. Ex hoc enim odio habetur a ſubditis, & ideo timere debet, ꝙ inſurgant contra ipſum. Vnde magis expedit ipſis ſcilicet dimittere diuitias in domibus ſubditorum, & vti eis ad bonum commune cum neceſſe fuerit, quàm omnino admittere eas congregatas in domo propria, quod fiet ſi inſurgant in eum, cum enim apud ciues fuerit pecunia & nõ extorſerit eam tyrannus, minus inſilient contra ipſum, tunc tyrãni etiã qa accipiũt a ſubditis & ſeruãt penes ſe, magis timent ab illis qui ægrediuntur cũ eis, & cõmilitãt eis quaſi ꝓpinqui eis quàm ciuibus, qa primi cũ peregrinãtur ei extra ciuitaté: ciues autẽ magis reſident in ea, & ideo magis poſſunt inſurgere & dirimere theſaurum. Conſequenter cum dicit.

e ¶ Tangit quid obſeruandum eſt circa receptionem pecuniarum & dicit, quòd tyrannus debet redditus & oblationes gratis factas fideliter colligere vt diſpenſet illa, & ſi aliquando oportunum fuerit expendere illa in prelio; & vniuerſaliter debet ſe exhibere tamquam cuſtodem, & camerarium ciuitatis



ciuitatis & bonorum communium non ſicut propriorum, ſic enim minus odio habebitur & erunt magis contenti. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qualiter tyrannis ſaluatur in comparatione: & primo in comparatione ad ad ciues. Secundo cum dicit. {Contrarium faciendum.} In comparatione ad totã ciuitatẽ, & diuina. Adhuc circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſaluatur per comparationem bene ſe habens quantum ad actus exteriores. Secũdo cum dicit. {Et circa voluptates} qualiter quantum ad delectationes. Circa primum adhuc duo facit. Primo facit quod dictum eſt quantum ad pſonam propriã. Secundo cum dicit. {Eodemque modo} quantum ad coniunctam. Adhuc primo oſtendit quid obſeruandum eſt ad tyrannidis ſaluationẽ quãtum ad geſtus exteriores. Secundo cum dicit. {Inſuper non} quantum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia vel iniuſtitia. In prima parte duo tangit. Primum eſt, quòd expedit tyranno ad ſaluandum tyrannidem, quòd non appareat ſubditis ſęuus, ſiue credulis, & ratio huius eſt: quia ex hoc quòd apparet ſubditis ſęuus reddit ſe odioſũ eis: ex hoc autem facilius inſurgunt in eum: ſed debet ſe reddere reuerẽdum propter excellẽtiam alicui⁹ boni excellentis, reuerentia enim debetur bono excellenti, & ſi nõ habeat illud bonum excellens debet ſimulare ſe habere illud. Secundum eſt quod tãgit, & ſequitur ex primo, ꝙ debet ſe reddere talem, ꝙ ſi ſubditi obuient ei, ꝙ non timeant eum timore ſeruili; ſed magis reuereantur. Non timeant quidem: quia ſi timerent eum haberent eum odio, reuereantur autẽ: eſt enim reuerentia triſtitia propter apparentem ingloriationem, ex hoc enim quòd aliquis obuiat alicui: & ille habet bonum in quo deficit, reueretur: quia non habet illud, aut non illo modo. Et iõ tyrãnus debet ſe reddere talem quòd videatur ſubditis ipſos excellere in aliquo bono excellenti: in quo ipſi deficiunt ex quo reuereatur. Tamen talem ſe ſic reddere non eſt facile quin ſequitur contemptus: ſi quidem nõ reddit ſe timendum. De facili enim contemnitur qui non timetur: & ideo ſi velit non terribilis videri & cum hoc non contemni, debet laborare ad virtutes & opera ipſa quæ reddunt hominem non contemptibilem propter excellentiam ſuam: & ſi non poteſt habere omnes virtutes & actus eorum; ſaltem laboret ad virtutem ciuilem quæ videtur præcipua, & ſi non habeat eam ſecundum veritatem, faciat quòd opinentur ipſum habere eam: quamuis enim hoc non ſit A in ſe bonum, adhoc tamen bonum eſt, vt non ſit facile contemptibilis. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt quantum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia, & iniuſtitia: & dicit quòd tyrannus ſic ſe debet habere quòd non videatur alicui inferre iniuriam: nec iuueni nec iuuẽculæ, & quod non ſolum ipſe in perſona propria: ſed quòd nullus qui eſt circa ipſũ iniurietur aliis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt quantum ad perſonam cõiunctã, & dicit quòd tyrannus ſic debet facere, quòd vxor ſua ſit familiaris vxorib⁹ ſubditorum: quia propter iniuriam illatam vxoribus multæ tyrannides deſtructæ ſunt, & ideo debet procurare quòd vxor ſua ſit amica familiaris vxorib⁹ ſubditorum, ſic enim habebit quaſi medietatem ciuitatis: quia mulieres cum pueris fere ſunt medietas eius ſicut dixit in Secundo. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt ei quantum ad delectationes corporales: & dicit quòd circa delectationes corporales debet contrarium facere q̃ faciant nunc quidam tyranni. Sũt enim quidã qui non ſolum volunt proſequi huiuſmodi delectationes etiam multis diebus: ſed volunt videri ab alijs proſequi, eaſdem tamquã ſint beati & felices ꝑpter ipſas & reputentur ab aliis tales: & ex hoc habeantur in admiratiõe apud eos ſed debet magis, aut moderatus eſſe circa eas: aut ſi non ſic, tñ debet ſe talem exhibere, quòd videatur fugere eas: quia ille qui ſobrius eſt in perſequẽdo huiuſmodi, non de facili inuaditur nec contemnitur ſed ille qui eſt ebrioſus inuaſibilis eſt de facili, & de facili contemnitur. Ille etiam qui vigilat circa actus virtutum, non de facili inuaditur: nec contemptibilis eſt: ſed ille qui dormit hoc eſt qui non operatur ſecundum virtutem de facili inuaditur, & contemnitur. Qui enim operatur ſecundum virtutem: reputatur aliquid magnum propter virtutem quam omnes reputant, & boni, & mali quamuis ſecundum maius & minus. Qui autem reputatur magnus: is non inuaditur de facili nec contemnitur: nullus enim contemnit quem reputat, qui autem inordinate operatur: econtrario ſe habet. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt in cõparatione ad totã ciuitaté & diuina, & primo qd in cõparatione ad totã ciuitaté. Secũdo cum dicit. {Videri etiã oportet &c.} quid in cõparatione ad diuina. In prima dicit, ꝙ ad ſaluandũ tyrãnidem faciendũ eſt cõtrariũ eis q̃ dicta ſunt prius .ſ. quòd tyrãnus debet præparare, & ornare

exhibere ſe ipſum cuſtodem & camerarium, tamquam communium, ſed non tamquam propriorum.

f Et videri non ſæuus, ſed reuerendus. Adhuc autem talem, vt non timeant occurentes, ſed magis verecundentur: hoc tamen adipiſci non facile, non exiſtentem facile contemptibilem. Propter quod oportet, & ſi non aliarum virtutum curã habeat, tamen politicæ, & opinionem efficere de ſe ipſo talem. B

g Adhuc aũt non ſolũ ipſum videri, nullũ ſubditorũ iniuriantẽ, neq; iuuenẽ, neq; iuuenculã, ſed neque alium vllum eorum qui circa ipſum. C

h Similiter autem & habere vxores familiares ad eas quæ aliorum, tamquàm & propter vxorum iniurias, multæ tyrannides perierunt.

i Et circa fruitiões corporales contrarium facere, quàm nunc quidam tyrannorum faciũt, nõ ſolum .n. mox diluculo hoc faciunt & cõtinue multis diebus, ſed etiam videri alijs volunt hoc operãtes, vt tamquam felices & beatos admirẽtur, ſed maxime quidẽ moderatos eſſe talibus, ſi autem non, tunc videri alijs diffugere, neque enim facile inuaſibilis, neque facile contemptibilis qui ſobrius, ſed qui ebrius, neque qui vigil, ſed dormiens. D

k Contrariumque faciendum olim dictis ferè oĩbus, præparare enim oportet & ornare ciuitatẽ, tamquam procuratorẽ exiſtentem, & non tyrannum. E

*cuſtodem & quæſtorem, non vt ſuarum pecuniarum, ſed ut communium, & publicarum.*

*Et videri velle non aſperum, ſed cum grauitate honeſtum, & talem vt eum non timeant obuii, ſed magis reuereantur. Hoc autem non facile eſt eum aſſequi qui foret contemnendus. Quapropter opus eſt, vt ſi non aliarum virtutum, at ſaltem ciuilis eum curam habere, ac talem de ſeipſo opinionem afferre.*

*Inſuper non ſolum ipſum uideri, nulli protinus ciuium contumeliam facere, ſed etiam neminem illorum qui circa eum ſunt.*

*Eodemque modo ſe habere mulieres ſuas erga cæteras mulieres. Nam & per contumelias mulierum permultæ iam tyrannides perierunt.*

*Et circa uoluptates corporis, contrarium facere quàm nunc faciant quidã tyranni, non ſolum enim ſtatim ab aurora id agunt, conuiuanturque per dies plures, uerum etiam apparere uolunt aliis, quòd ita faciant, ut tamquam felices beatoſque admirentur, ſed in talibus maxima erit moderatio adhibenda, uel ſaltem uideri illa fugere, non enim faciliter inuadi poteſt, nec faciliter contemni qui ſobrius ſit, ſed qui ebrius, neque qui uigilet, ſed qui dormiat.*

*Contrariumque agendum eſt ſupradictorum ferè omnium. Corroboranda enim & ornanda ciuitas eſt ab eo, tamquam a curatore, ac non tyranno.*

ornare ciuitatem ſcilicet faciendo turres & muros & ædes & habitacula & alia huiuſmodi communia, & ordinando ciues tamquam ſit procurator ciuitatis, & non tyrannus: ſic enim beniuolus apparebit & non tyrannus. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt in ordine ad Deum, & dicit quòd ad ſaluationem tyrãnidis tyrannus in his quæ ad religionem, & cultum diuinũ pertinent ſtudioſe, & reuerenter ſe debet habere, & tãto magis differenter ab alijs, quanto magis excellit, cuius ratio eſt, quia ſi ſubditi exiſtimẽt principantem religioſum & deicolam eſſe, non timebunt male pati ab ipſo. A diuino.n. nullus expectat malum per ſe & minus inclinabuntur inſidiãtes opinantes ipſum deũ eſſe ſibi propitium & propugnatorem pro eo contra machinantes in eum. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtẽdit quid obſeruandum eſt quantum ad diſtributionem honoris, & diuiditur in quatuor ſecundũ ꝙ quatuor tãgit. Secunda ibi. {Et tales quidẽ.} Tertia, ibi. {Cõis autem.} Quarta ibi. {Si aliqd.} In prima dicit quod oportet tyrannum eſſe ſapientem, vt ſciat cõſiderare finem, & dignitatem hominis vel ſaltem vt videatur eſſe probus & ſine improbitate: & oportet quòd bonos, & virtuoſos ciues quantum ad actus aliquarum virtutum honoret: & ſic vt putent ſe magis honorari ab eo quàm a conciuibus propriis: quia ſic maxime erit beniuolus ſubditis. Deinde cum dicit,

n ¶ Tangit ſecundum & dicit, quòd ad beniuolentiam maiorem honores debent diſtribui per ipſum; ſed ſupplicia debent infligi per alios principes & iudicia. Deinde cum dicit,

o ¶ Tangit tertium dicens: quòd ad cuſtodiam communem omnis monarchiæ multum expediens eſt nullum virum facere magnum valde aut in potentia, aut diuitiis, Magnus enim exiſtens in potentia aut in diuitijs facilius inſurget. Si autẽ oportet facere, magis expedit facere plures. Vix enim erunt vnanimes & vnus iuuabit contra alterum. Deinde cum dicit.

p ¶ Tangit quartum, & dicit, quòd ſi oportet facere aliquem F magnum ſecundum potentiam, non debet facere illum, quia audax eſt ſecundum morem & inclinatur ad audaciam: quia talis eſt maxime inuaſiuus ẽm omnes actiones, & iõ qa inclinatur ad magna cũ haberet potentiã de facili inſurgeret. Deinde cũ dicit.

q ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt in demiſſione a principatu vel honore: & dicit quòd ſi oporteat aliquem dimittere a potentatu, gradatim debet deponi, vt nõ primo auferatur ei poteſtas tota; ſed pars aliqua, deĩde alia vſque quo totam amiſerit: quia minus contriſtabit illum, & per conſequens minus inſurget & poterit minus inſurgere auferens ſecundum paruum: qa quod paruum eſt, reputatur vt nihil. Si autem totum ſimul vellet auferre, multũ contriſtaretur & poſſet inſurgere. Deinde cum dicit,

r ¶ Oſtẽdit quid maxime obſeruandum quãtum ad iniurias, & prĩo quòd omnes iniuriæ ſunt cauendæ. Secundo cum dicit. Inuadentium autẽ} quorum ſunt maxime cauendę. In prĩma dicit quòd tyrannus volens ſaluare tyrãnidem, omnem iniuriam debet prohibere, & nullam facere. Præcipue autem duas debet vitare ne faciat eas. Prima eſt flagellatio corporis, & alia eſt iniuria, quæ eſt ſecundum ætatem ſcilicet inhonoratio. Flagellationem quidem corporis, quia iſta ſeruilis eſt, ciues autem liberi volunt eſſe: & ideo ſi iniuriaretur eis flagellando, poſſent inſurgere. Iniuriam puæ eſt ẽm ætatem non debet facere: ſed exhibere maximam reuerentiam ſenibus ẽm virtutem & amatoribus honorum: quia vnuſquiſque grauiter fert iniuriam circa illud qđ multum diligit: quia amatores pecuniarũ grauiter ferunt, quòd pecunia ipſorum diminuatur, & amatores honori grauiter ferunt ſi inhonorentur vel ſi non reddantur eis honores debiti, & virtuoſi eodem mõ: propter quod ſimiliter oportet, ꝙ ipſe honoret virtuoſos & amatores honoris, vt ſi inferat eis ſuplicia & inhonorationẽ oportet ꝙ videatur, hoc facere propter bonum pacis, & non propter paruipenſionẽ, & correptiones per verba, vel increpationes quæ ſolent fieri ad aliquos facere ad virtuoſos, & ſenes ſecundum ætatẽ, non ꝓpter oſtenſio-

l Adhuc autem quæ ad Deos videri ſemper in ſtudio habẽtem differenter, minus enim timẽt pati aliquid iniquum a talibus, ſi deicolam putant eſſe principẽ & curare de Dijs, & machinantur minus, tamquam habeant propugnatores etiam Deos.

m Oportet autem ſine inſipientia videri talem, bonoſque circa aliquid factos honorare, ita vt putentur numquam honorari magis a ciuibus ſuæ legis exiſtentibus.

n Et tales quidem honores diſtribuere ipſum. Supplicia autem per alios Principes, & pretoria.

o Communis autem cuſtodia omnis monarchiæ, nullum virũ facere magnum, ſed ſiquidem plures, ſeruabunt enim inuicẽ.

p Si aliquid forte oporteat facere magnum, nequaquam ſecundum morem audacem, maxime enim inuaſiuus talis mos penes omnes actiones.

q Et ſi a potentatu aliquem videatur dimittere, gradatim hoc agere, & non totam ſimul auferre poteſtatem.

r Adhuc autem omnem quidẽ iniuriam cohibere, præcipue autem duas, eam. ſ. quæ in corpus flagellationẽ, & eam quæ in ętatem. Maxime aũt hãc faciendũ reuerentiã, circa amatores honoris, eã quidẽ. n. quæ ad pecunias minorationẽ, amatores pecuniarũ ferũt grauiter, eã autẽ quæ ad inhonorationẽ, amatores honoris, & epijces hominũ; propter quod quidẽ. n. vti oportet talibus, aut ſupplicia videri facientem patrię, & nõ propter paruipenſionę. Eas aũt quæ ad ætatem collocutiones, propter amatiuas cauſas, ſed non propter poteſtatem, totaliter enim reputatas inhonorationes redimere maioribus honoribus.

*Videri etiam oportet ipſum erga religionem deorum affici vehementer, minus enim formidabunt populi, ne quid contra iuſtitiam fiat, ſi religioni deditum illum exiſtimabant, ac deorum timorem habere; minuſque contra illum audebunt inſurgere, quaſi deos habeat propitios, & fauentes.*

G *Verumtamen oportet ſine improbitate talem videri, atque eos uiros qui aliqua in re laudabiliter ſe geſſerint, honorare, ita ut non exiſtiment unquam ſe magis honorari a ciuibus is in libertate degentibus potuiſſe.*

*Hos autem honores ipſemet tribuere debet tyrannus. Pœnas uero & animaduerſiones per alios infligere, per magiſtratus uidelicet & iudicia.*

H *Communis uero cuſtodia omnis dominationis unius, eſt neminem unum præ cæteris magnum fecere, ſed plures, nam ſe inuicem cuſtodient.*

*Quòd ſi quem extollere oporteat, non tamen eum qui ſit moribus audax, nam huiuſmodi homines aptiſſimi ſunt ad inuadendum circa res oẽs.*

I *Si uero cuiuſquam potentia minuenda eſt, modice ac non uno ſimul impetu, omnis poteſtas eſt auferenda.*

*Inſuper ab omni contumelia abſtinendum, præcipue tamen a duabus, ne in corpus flagris, ne ue in ætatem libidine inſultet, Maximeque id cauendum in illis hominibus, qui honorem magnifaciunt. Nam in pecunias illatam iniuriam auari homines grauiter ferunt, in honorem uero illatam, & qui boni ſunt uiri, & qui honorem* K *magnifaciunt, permoleſte patiuntur. Quapropter, aut non huiuſmodi hominum opera utendum eſt, aut animaduerſiones in illos patrio more, ac ſine ulla contumelia ſunt faciendæ. In ætatem uero ex amore ſit conuerſatio, non ex licentia. Denique hoc dedecoris impenſione maiorum honorũ eſt redimendum.*



nem poteſtatis: ſed propter amorem, vt videatur eos diligere, & ſi alicui fierent, aliquæ inhonorationes huiuſmodi, debẽt poſtmodum ei exhiberi maiores honores ad mitigationem ipſorum, Deinde cum dicit.

ſ ¶ Oſtendit quorum iniuriæ ſunt maxime cauendæ, & dicit quòd iniuriæ illorũ, qui inclinãtur ad inuadẽdum perſonam principis maxĩe ſunt cauendę: nam iſti sũt maxime terribiles, & contra ipſos oportet exhibere maiorẽ cuſtodiam, qui non curant de vita ſua ſi poſſint principem interficere. Et ideo maxime ſunt cauendi ne iniuria fiat eis, vel illis quorum curam gerunt. Si.n. fiat eis aliqua exacerbatio non parcunt inuadentes per furorem. Sicut enim dixit Heraclit⁹. Difficile eſt pugnare cõtra furioſum: quia talis pro precio paruo ponit animam, ſiue vitam. Deinde cum dicit.

t ¶ Oſtendit quid faciendum eſt ſi ciuitas fuerit diuiſa, & dicit, quòd cum ciuitas conſtituta ſit ex duobus, ſcilicet, ex pauperibus, & diuitibus, oportet iſtos, & illos ſaluari propter principatum: ita quòd tyrannus nec iſtis, nec illis iniuriam faciat. Et debet cauere ne inuicem iniurientur. Meliores autem debet aſſumere ad principatum. Si enim ita fieret, non oporter tyrannum manumittere ſeruos: nec auferre arma a ſubditis. Si enim vna pars velit inſurgere contra ipſũ: alia pars cum principe ſufficiẽs erit ad repellendum ipſam ſi fuerint diuiſi. Deinde cum dicit.

u ¶ Recolligit quædam dicta excuſãs ſe ab vlteriori conſideratione: & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Præterea ægregios viros per familiaritatem ſibi &c.} adiungit quædam. In prima dicit quòd diſcurrere per ſingula quæ faciunt ad ſaluationem tirannidis ſuperfluum eſt: ſed aliquis per rationem poterit diſcurrere. Eſt enim manifeſtũ, quòd oportet principatum non eſſe tyrannicum: ſed tamquam patremfamilias. Et quòd videatur regalis ſubditis, A & non gratia ſui ipſius principari ciuitati: & potius oſtendere ſe procuratorem & tenere ſtatum mediocrium non excellentium. Deinde cum dicit.

x ¶ Adiungit quædam, & primo adiungit vnum quantum ad inſignes. Secundo cũ dicit. {Adhuc aũt.} quantum ad ipſum tyrannum. In prima dicit quòd debet tyrannus eſſe affabilis inſignibus & magnis viris in ciuitate: multitudinem autem debet retinere in obſequio per gratiam: ſic enim principatus nõ ſolum erit pulchrior & magis amabilis, ſcilicet, ſi melioribus principetur & nõ humilibus, nec odio habebitur princeps, nec perſeuerabit in timore, immo principatus erit durabilior. Deinde cum dicit.

y ¶ Adiungit aliud quantum ad tyrannũ, & dicit quod tyrannus ad ſaluationẽ tyrãnidis ſeipſum debet diſponere bene principaliter ſecundum mores & ſecundum virtutem, & magis debet ſeipſum facere ſemibonũ q̃ malignũ & ſemi malignũ q̃ malignũ, & ſi non ſm̃ virtutẽ: tñ ſm̃ apparentiam: quanto enim erit minus malus vel ſecundum virtutem vel ſecundum apparentiam, tanto minus odiẽt ipſum, Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat quę iſtarum rerumpub. ſunt breuis durationis per ſe: & quæ nõ, & primo ꝓponit. Secundo ꝓbat ibi. {Plurimo.n. tempore.} In prima dicit, ꝙ inter Reſpub. minoris per ſe duratiõis ſunt paucorum ſtatus ſecundũ vltimam ſpeciem & tyrãnis. Et ratio huius eſt: quia plus recedunt a regno quod per ſe diuturnius eſt & ſunt præter voluntates ſubditorum, Tales autem Reſpu. minoris temporis ſunt quàm aliæ. Deinde cum dicit.

aa ¶ Probat & primo oſtendit qđ quędam iſtarum ſunt durationis longæ propter dictas cauſas. Secundo oſtendit propoſitũ ſcilicet, quòd quædam ſunt breuis duratiõis, ibi. {Reliquarum autẽ.} Prima in tres ſecundum quod deducit in tribus quæ fuerunt longæ durationis propter dictas cauſas. Secunda, ibi.

ſ Inuadentium autem, ad corporis differentiam, hi maxime terribiles, & indigent ampliori cuſtodia, quicumque non eligunt acquirere viuere cum peremerint, propter quod maxime vereri oportet putantes iniuriam pati, aut ipſos, aut eos, quorum curantes exiſtunt, non parcunt enim ſibi ipſis, qui propter furorem inuadunt ſicut & Heraclitus dixit, dicens, difficile eſſe cum furore pugnare, animæ enim prætium fieri.

t Quoniam autẽ ciuitates, ex duabus partibus cõſtitutæ sũt, ex egenis hominibus & opulentis, maxime quidem vtroſque oportet exiſtimare ſaluari, propter principatum, & alios ab alijs iniuſtum pati nihil. Quicumque autem fuerint valentiores; hos proprios facere maxime prĩcipatus, quod ſi hoc extiterit rebus, neque ſeruorum liberationem, facere tyrannum, neque armorum ablationem, ſufficiens enim altera pars appoſita ad potentiam, vt valentiores ſint inſurgentibus.

v Superfluum autẽ dicere per ſingula talium. Intentio.n. manifeſta, quia oportet non tyrannicum, ſed œconomum & regalem videri eſſe ſubditis, & non ſuum curantem, ſed procuratorem, & mediocritates vitæ perſequi non excellentias.

x Adhuc autem inſignes quidẽ affari, multos autem demagogizare, ex his enim neceſſarium non ſolum principatum eſſe pulchriorem & magis zelabilem, quàm quod meliores principentur, & non humilẽ, neque odio habitum, & timore perſeuerare, ſed & principatum eſſe durabiliorem.

y Adhuc autem ipſum diſponere ſecundum morem, vel bene ad virtutem, vel ſemibonum exiſtentem, & non malignum, ſed ſemimalignum.

z Equidem omnibus malis politijs, paucioris temporis ſunt oligarchia, & tyrannis.

aa Plurimo enim tempore fuit, quæ circa Sicyonẽ tyrãnis, quæ

*Eorum autem qui ad vim inferendam contra corpus tyranni inſurgunt, illi ſunt formidandi & cauendi, qui ita diſpoſiti ſunt, vt amplius viuere nõ curent, cum occiderint. Quapropter maxime cauendum eſt ab his, qui vel ſeipſos, vel eos quos habebant cariſſimos, contumelia affectos putant,* B *ſine vlla enim cura propriæ ſalutis irruunt, qui per indignationem & iram aggrediuntur, quemadmodum & Heraclitus inquit, durum eſſe dicens, pugnare aduerſus iram, vita enim id emi.*

C *Cum vero ciuitates ex duabus conſtiterint partibus, ex inopibus ſcilicet, & opulentis, maxime quidem de vtriuſque partis ſalute cogitandum eſt ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicumque tamen eorum ſint potentiores, hi præcipue ſunt a gubernatione vendicandi, ac velut proprii efficiendi, nam ſi hoc extiterit, neque ſeruorum liberationem facere compelletur tyrannus, neque arma adimere. Altera namque pars tyranni potentiæ adiuncta, ſufficiens erit ad ſuperandum eos, qui contra inſurgere vellent.*

D *Superfluum autem, particulariter dicere de omnibus iſtis. Intentio enim manifeſta eſt, quòd oportet non tyrannicum, ſed tamquam patremfamilias, & regem eſſe putari ab illis, qui ſub eo ſunt, nec pro ſe capientem, ſed pro communis utilitatis tutela & cura, & mediocritates in uita ſequi, non & exceſſus.*

*Præterea egregios viros per familiaritatem ſibi coniungere, plebẽ uero, ac multitudinẽ per fauorẽ & gratiã in obſequio retinere: ex his.n. neceſſe ẽ, nõ ſolũ dominationẽ eius eſſe pulchriorẽ, & optabiliorẽ, ex eo qa melioribus* E *imperet, & nõ abiectis, neq; afflictis, neq; ex eo quod ipſe, neq; odio ſit, neque formidetur, uerum etiam ex eo qđ longiorem, ac durabiliorem eius dominationem fore contingat.*

*Inſuper moribus talem eſſe, ut uel recte ſe habeat ad uirtutem, uel ſemibonus quidam ſit, & non malus, ſed ſemimalus.*

*Atqui omnium gubernationũ breuiſſime durare ſolent paucorum potentia & tyrannis.*

*Quippe illa quæ plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorum, qui*

Orthagori puerorum, & ipſius Orthagori, permanſit enim ipſa annis centum, huius autẽ cauſa, quia ſubditis vtebantur moderate, & multis legibus ſeruiebant, & quia bellicoſus fuit Cliſtenes, non fuit facile contemptibilis, & quantum ad multa, curis demagogizabat. Dicitur igitur Cliſtenes, reſpondentem de victoria, ipſum quomodo coronauit. Quidam autem aiunt, eſſe imaginem eius qui iudicauit ſic ſtatuã quæ in foro ſedet. Aiunt autem & Piſiſtratum aliquando ſuſtinuiſſe ſententiam, cum eſſet vocatus ad Ariopagũ.

bb Secunda autem circa Corinthum quæ Cypſelidorum, etenim hæc perſeuerauit annis ſeptuaginta tribus, & menſibus ſex. Cypſellus quidem tyrannizauit annis triginta, Periander autem quadragintaquatuor, Pſammiticus autẽ qui Gordię annis tribus. Cauſæ autem eædem, & huius, Cypſellus quidem enim Demagogus erat, & a principio permanſit ſine armorum cuſtodia. Periander autem fuit quidem tyrannicus, ſed bellicoſus.

cc Tertia autem quæ Piſiſtraticorum Athenis, non fuit vero continua, bis enim fuit Piſiſtratus tyrannizans, ita vt & in annis triginta tribus, decem & ſeptem annis tyrannizarit, pueri autem decem & octo, quare omnes anni fuerunt triginta & quinque.

dd Reliquarum autem, quæ circa Hieronem & Gelonem, circa Syracuſas, non autem permanſit ipſas multis annis, ſed omnes duobus deficientibus de viginti. Gelon quidem enim ſeptem annis tyrannizauit, octauo vitam finiuit, decem autem Hieron, Thraſibulus autem vndecimo menſe excidit. Multæ autem tyrannides, pauci temporis fuerunt omnes penitus. Quæ quidem igitur circa politias, & quæ circa monarchias, ex quibus corrumpuntur & iterum ſaluantur, ferè dictum eſt de omnibus.

F *apud Sicyonios tyrannidem habuere ad centeſimum uſque annum peruenit. Durationis uero cauſa fuit, quód mediocritate quadam erga ſubditos utebantur, multaque legibus ſeruientes agebant, & qui aptus rei militari fuit Cliſthenes non facile contemnendus habebatur. Plurimum uero conuerſatione & uſu familiari fauorem, & gratiam hominum acquirebant. Fertur enim Cliſthenes coronaſſe iudicem qui uictoriæ illius contradixerat.* G *Aiunt quidam huius iudicis ſtatuam eſſe illam, quæ in foro ſedet. Piſiſtratus, quoque fertur aliquando apud conſilium Ariopagi citatus, iudicium ſubiiſſe.*

*Secunda uero apud Corinthum Cypſellidarum tyrannis, nam ea durauit annis tribus & ſeptuaginta, & menſibus ſex. Cypſellus enim ipſe tyrannidem exercuit annis triginta. Periandrus uero quadragintaquatuor. Pſammetius autem Gordii, annis tribus.* H *Cauſa vero durationis eadem fuit. Cum enim popularis eſſet Cypſellus, ac gratia apud multitudinem præualeret, ſine ulla corporis cuſtodia in dominatione perſeuerauit. Periander autem eius filius magis tyrannice ſe geſſit, ſed uir erat bello egregius.*

*Tertia Piſiſtratidarum Athenis. Hæc autem non fuit continua, bis enim tyrannide pulſus fuit Piſiſtratus. Itaque ex annis trigintatribus, ſolum annis ſeptem & decem tyrannidem exercuit,* I *filii uero eius annis decem & octo, atque ita omnes ſimul anni fuerunt quinque & triginta.*

*Ex reliquis uero illa quæ apud Syracuſas fuit Hieronis & Gelonis, ſed non longa fuit hæc, annis enim non amplius quàm duodeuiginti durauit. Gelon enim ſeptem annis cum tyrannidem exercuiſſet, octauo defunctus eſt. Hieron autem decem. Thraſybulus uero menſe decimo excidit. Cæterarum uero tyrannidum pleræque* K *breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur ſint tam circa gubernationes plurium quàm circa gubernationem vnius ſolius, per quæ & corrumpantur illæ, & ſeruentur, ferè dictum eſt.*

{ Secunda autẽ &c. } Tertia ibi. { Tertia autem &c. } In prima dicit, ꝙ tyrannis quæ fuit circa Sicyone ciuitatem multo tempore durauit, vbi tyrannizauit Orthagoras & filij eius. Durauit .n. centũ annis. Et rõ huius fuit, q̃a moderate ſe habuerunt ad ſubditos, & ſm̃ aliquas leges diſponebant tyrannidem, & ſeruiebant ſubditis. Cliſthenes enim qui fuit illius Orthagorę quia fuit bellicoſus non fuit contemptibilis & ducebat populũ cum fauore in multis. Et ideo quia iſte moderate vtebatur ſubditis diu tyrannizauit, & intãtum moderauit tyrannidem vtens legibus quibuſdam & inordinatione ſapientum, quód quandoque de proprijs factis ſubibat iudicium ſeniorum ſicut & alij, & ſuſtinebat ſentẽtias, & ideo dicunt adhuc in ciuitate illa, quomodo Cliſthenes coronauit iudicem q. victoriæ eius contradixit, quia cum requireretur in iudicio de victoria, reſpondit, ſicut quicumque alius de ſubditis nõ velut tyrannus. Dixerunt autem quidã ſtatuã, quæ eſt in foro eſſe imaginem iſtius iudicis, qui iudicauit, quem coronandum iudicauit. Dicitur etiã quód Piſiſtratus, cũ tyrannizaret, cum vocaretur ad Ariopagum, vbi reddebãtur ſententiæ, ſentẽtiã ſuſtinuit, & iõ tyrãnizauit longo tempore. Deinde cum dicit.

bb ¶ Tangit ſecundam, & dicit ꝙ ſecunda tyrannis quæ multum durauit fuit circa Corinthum quæ fuit Cypſellidarum ſic dictorum a genere. Iſta enim durauit ſeptuagintatribus annis, & ſex menſibus: quia Cypſellus tyrãnizauit triginta annis. Periãder quadragintaquatuor, imperfectis tamẽ. Pſammetius qui dicitur Gordii filius tribus annis ſimiliter imperfectis. Et eſt intelligendum ꝙ ſex mẽſes pro vno anno accipiebant. Cauſæ aũt, quare vña durauit eędem ſunt cũ prædictis. Cypſellus enim ductor populi erat: & in principio non fecit cuſtodiã armorum. Periander aũt fuit tyrann⁹: ſed fuit valde bellicoſus: & ideo non fuit contemptibilis. Deinde cum dicit.

cc ¶ Tangit tertiam, & dicit ꝙ tertia tyrãnis quæ multũ durauit fuit Piſiſtratidarũ Athenis. Iſta autẽ non fuit cõtinua: q̃a Piſiſtratus bis tyrãnizauit ibidẽ. Ex triginta trib⁹ enim annis ipſe ſeptẽ, & decẽ primo tyrãnizauit. Filii vero eius conſequenter tyrãnizauerũt decem & octo: & ſic ſũt in vniuerſo quinq; & triginta anni, quibus durauit illa tyrãnis. Deinde cum dicit.

dd ¶ Oſtendit propoſitũ principale, ſcilicet quæ Reſpu. tyrannicæ fuerunt minoris durationis: & dicit, ꝙ illa tyrannis qua Hierõ, & Gelon tyrannizauerunt in Syracuſis nõ fuit multum diuturna, nõ enim durauerunt niſi in 18. annis, quia Gelon 7. annis tyrannizauit, in 8. mortuus eſt. Hieron vero x. annis ſolum. Thraſybulus 9. menſes mortu⁹ eſt, multæ etiam aliæ tyrannides pauci tẽporis fuerũt, quia tyrannis contra naturam eſt, quæ autem contra naturam ſunt per ſe breuis durationis ſunt. Et tunc recapitulat, & dicit quód quæ ſint principia & cauſę quibus corrũpãtur Reſpu. & monarchiæ. & iterum q̃ ſint principia ex q̃bus ſaluentur, ferè dictũ eſt.

## LECTIO XIII.

POſtquàm Philoſophus determinauit de ſaluatione, & corruptione Reſp. ſm̃ intẽtionem propriã, hic intendit reprobare opinionem Platõis de corruptione earundem: & circa hoc primo p̃mittens intẽtionẽ ſuã, innuit opinionẽ eius. Secundo cũ dicit. Tãquam natura, approbat eã ĩ quodam bñdicto. Tertio cũ dicit. { Sed hęc quidem &c. } improbat in male dictis.

## LECTIO XIII.

IN politia autem dicitur quidem de tranſmutationibus a Socrate, non

## LECTIO XIII.

*IN Republica vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur, nec tamen re*

Circa



tamen dicitur bene. Optimæ enim politiæ, & primæ exiſtentis non dicit trãſmutationem proprie, ait enim cauſam eſſe id qđ eſt, non manere aliquid, ſed in aliqua periodo trãſmutari, principium autem eſſe horum, quorum epitritus, fundus quinario coniugatus, duas harmonias exhibet, dicens, quando numerus diagrammatis huius, ſolidus fuerit.

b Tamquam natura quandoque producente & meliores, & peiores diſciplina, hoc ipſum dicens forte non male. Contingit enim eſſe aliquos, quos diſciplinari & fieri ſtudioſos viros impoſſibile eſt.

c Sed hæc quidem vtique erit propria tranſmutatio eius, quę ab illo dicitur optima politia,

*ecte. Illius enim Reipublicæ quæ eſt optima, atque prima, mutatio nulla propria aſſignatur. Inquit enim, cauſam eſſe mutationis, quia ſic natura comparatum ſit, ut nihil permaneat, ſed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. Eſſe vero principium* B *horum inquit, quorum ſeſquitertius quinario coniugatur fundus duas exhibet harmonias. Inquiens quando numerus diagrammatis huius, efficiatur ſolidus,*

*Vtpote natura producente prauos & meliores diſciplina. Hoc ergo forſan inquit non male, fieri enim poteſt vt ſint aliqui, quos diſciplina inſtitui, ac bonos fieri viros, impoſſibile eſt.*

*Sed hæc non propria mutatio foret* C *illius Reipublicæ quam optimam eſſe uult, magis quàm aliorum omnium,*

A Circa primũ eſt intelligendum, ꝙ opinio Platonis de corruptione Rerumpu. non eſt bene cognita a nobis, Tum quia non venit ad nos per libros eiuſdem, nec expoſitorum eius. Tum quia dicta Ariſto. hic de ea obſcura ſunt valde propter breuitatem ipſorum. Vnde magis videtur eam ſupponere quaſi manifeſtam tẽpore ſuo q̃ expreſſe ponere, exceptis quibuſdam paucis. Sed ex ſuppoſitionibus q̃buſdam Platonis in aliis & ex illis breuibus quæ hic ponit Ariſto. & obſcuris, & ex ipſa reprobatione poterit aliqualiter videri opinio prædicta ipſius. Poſuit autẽ Plato ſicut ex aliis apparet, ꝙ ipſum vnũ ſit ſubſtantia eorum quæ dicuntur non diſtinguens inter vnũ quod eſt principium numeri, & vnum qđ eſt ſubſtantiale. Et quia ex replicatione vnius quod eſt principium numeri cauſatur numerus, conceſſit ꝙ ex replicatione vnius ſubſtantialis cauſetur numer⁹. Ex replicatione aũt ſubſtantiæ non generatur niſi ſubſtantia, & ideo conceſſit ſubſtantiam eorum quæ ex pluribus ſunt, eſſe numerum quendam, & formas eorum ſubſtantiales eſſe numeros quoſdam, ſicut formam hominis, leonis, cæli, & etiã animæ. In numeris autem primo inuenitur proportio, quę eſt certa habitudo vnius quantitatis ad aliam. Proportionum autem numeralium quædã ſunt temperatæ magis, in quibus extrema magis accedunt ad naturam vnius, quædam autẽ intemperatæ magis, ſicut ſexquialtera magis temperata eſt q̃ ſexquiſexta vel ſexquiſeptima, vel dupla, vel tripla, & ideo ſubſtantias entium compoſitorum poſuit conſiſtere in quadam proportione numerali principiorum ex quibus ſunt, ſed quorumdam intemperata magis, quorumdam autem in intemperata, quorumdam autem in mediis. Et quia Reſpub. ex pluribus componitur ſicut ex materia, eſt enim ordo inhabitantium ciuitatem ad per ſe ſufficientiam vitæ, ideo poſuit rationem eius conſiſtere in proportione aliqua, cuiuſdam quidem in ea quæ maxime temperata eſt quã dixit eſſe optimam & maxime vnam, vt apparuit ex Secũdo huius, alterius autem in intemperata valde, quam dixit eſſe peſſimam, mediarum autem in mediis, quarum quæ magis accedunt ad temperatam primam, meliores ſunt, quæ autem ad intemperatam, peiores. Secundo aliud principium poſuit, ꝙ in entibus compoſitis ex pluribus, illud quod magis vnum eſt, minus ex ſe eſt corruptibile, tum quia magis accedit ad ſecundum ſe vnum ſeparatum, quod eſt ex ſeipſo, eſt incorruptibile, tum quia etiã quod magis eſt vnum, magis eſt ens in actu ſecundum quod huiuſmodi, quia vnum & ens conuertuntur, & quod magis eſt ens in actu, minus eſt ens in potentia ex ſe, & quod minus eſt in potentia ex ſe, minus eſt corruptibile: propter quod Rempub. primam & optimam quę maxime vna eſt, poſuit minime corruptibilem ex ſeipſa. Tertio poſuit ꝙ omnia quæ fiunt hic ſecũdum naturam, reducuntur in ſuperioribus in aliquam figuram cæleſtem, ita ꝙ cum incipit ſenſibilis generatio figuræ in cælo per motum ſtellarum, incipit tranſmutatio ad ſubſtantiam generãdam hic, & cũ generata eſt figura prædicta, generatum eſt ens naturale ab illa, & cum incipit receſſus ſtellarum a prędicta figura, ſimiliter incipit hic declinatio ſequentis figuram illa diſpoſitione naturali. Et cum corrupta eſt figura, corruptum eſt & illud, ita vt profectus & defectus rei naturalis menſuratur ſecundum quantitatem acceſſus ſtellarum ad figuram determinatam, & receſſus ab eadem. Et quantitas iſtius motus celeſtis in ordine ad rem naturalem dicitur periodus eius naturalis. Et quia tẽpus acceſſus & receſſus ſtellarum, ſecundum naturam ſunt æqualia, quia vniformiter mouentur, ideo tempus profectus ſeu generationis rei eſt æquale tẽpori defectus ſeu corruptionis eiuſdem. quamuis multoties in maiori accidit corrumpi q̃ generari, vel econtrario propter inæqualitatem materiæ, ſicut Ariſto. dicit ſecundo de Generatione. Corruptio autem rei quæ accidit ſecundum declinationẽ a prædicta figura cęleſti dicitur corruptio ſecundum tempus a Philoſopho, quia igitur Reſpub. eſt aliquid cauſatum, hic dixit eam cauſari ab aliqua figura cæleſti, & corrumpi per receſſum ab ea in quodam periodo tẽporis determinato. Et ſic poſuit optimam Rempub. corrumpi in eam, quæ Lacedæmoniorum, quæ fuit quædã ſpecies ſtatus optimatum non in aliam. De tyrannide autem non dixit ſi corrumpitur, an non, nec ſi corrumpitur, quomodo corrumpatur, nec potuit rationabiliter dicere. Poſuit etiam ꝙ in ſtatu paucorum fiebat tranſmutatio ex optimatum ſtatu ſeu populari, vel aliis huiuſmodi, quia principantes erant amatores pecuniarum. Et pecunioſi facti principantur aliis ꝓpter pecuniam cogentes eos ſeruire ad vtilitatem propriam. Hæc igitur vt videtur eſt opinio Platonis in ſumma, quam recitat & reprobat Philoſophus dicens, ꝙ de tranſmutationibus Rerumpub. dictum eſt a Socrate ideſt, a Platone introducente Socratem loquentẽ in Repub. ſua non tamen ſecundum rationem, & bene. Dixit enim ꝙ cum multæ Reſpub. eſſent & altera earum eſſet optima illius optimæ & primæ ſimpliciter ſecundum naturam non eſſe tranſmutationem proprie ideſt ex ſe minime eſſe corruptibilẽ, quia prima & optima Reſpub. maxime eſt vna ſecũdum ipſum, illud autem quod maxime vnum eſt, minime ex ſe eſt corruptibile, ſicut dictum eſt prius. Dixit tamen corruptionem eius eẽ per accidens & ab alio, cuius cauſam dicit eſſe, quia nihil eorũ quæ ſunt hic compoſita ex pluribus ex ſe natum eſt manere cõtinue. Sed neceſſe eſt tranſmutari in aliqua periodo determinata, hoc eſt in aliqua quantitate motus cæleſtis menſurantis du- D rationem ipſius, ſicut dictum eſt prius, principium autem eſſe & permanentiæ illarum Rerumpub. quarum fundus, ideſt ſubſtãtia ſuper quam fundantur omnia accidentia eſt epitritus, ideſt numerus continens proportionem ſexquitertiam quę inuenitur primo inter quatuor & tria, quæ aggregata faciunt ſeptem coniunctus quinario, qui continet proportionem ſexquialterã, quæ primo reperitur inter tria & duo ex quibus aggregatum, puta ex 7. & 5. ſ. 12. continet duas prædictas harmonias ſexquialteram & ſexquitertiam dixit eſſe cauſam per ſe, quia numerus huiuſmodi diagrammatis, ideſt figurationis ſolidus eſt. Conſtat enim ex ductu vnius ſui lateris in alterum, puta tria in quatuor entia autem illa quorum ſubſtantia eſt numerus aliquis ſolidus ſunt maioris durationis. Et non vult aliud dicere vt videtur niſi ꝙ Reſpub. illa cuius ſubſtantia eſt duodenarius numerus continens proportionem ſexquialteram & ſexquitertiam, quę magis ad vnitatẽ videntur accedere ſolidus exiſtens, eſt maioris du- E rationis, quia numerus iſte ſolidus eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Approbat ipſam in quodã bene dicto dicens, ꝙ Plato dixit quaſdam Reſpub. eſſe maioris durationis propter cauſam prędictam, ac ſi natura producens eas in eſſe produceret quaſdã prauas & quaſdam meliores ſecundum diſciplinam, hoc ipſum dicens forte non male. Contingit enim eſſe aliquos gubernantes, quos ex natiuitate & figura cæleſti in hora natiuitatis impoſſibile, hoc eſt difficile eſt fieri ſtudioſos & bonos. Sunt enim aliqui qui ex diſpoſitione naturali quam acquirunt ex figura cæleſti in principio inclinantur ad turpia & ea quæ præter rationem ſunt. Alii autem qui ex diſpoſitione naturali inclinantur ad honeſta & ea quæ ſecundum rationem. Talem enim inclinationem ad honeſta vel turpia cauſari ex figura cæleſti neceſſe ẽ dicere, quamuis neceſſitatem non imponat in his, quæ operantur ſecundum intellectum. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat eam in male dictis. Et primo quantum ad ea q̃ dixit de corruptione optimæ Reipub. Secundo quantum ad ea quæ de corruptione quorumdam aliarum, cum dicit. { Adhuc autem tyrannidis, &c. } Circa primum primo reprobat eam

quantum

F quantum ad hoc ꝙ dixit ipſius non eſſe tranſmutationem proprie. Secundo cum dicit. {Adhuc autem &c.} quantum ad terminum tranſmutationis. In prima parte dicit, ꝙ non bene dixit non eius eſſe tranſmutationem proprie, ſed per tranſmutationem figurę cæleſtis in periodo determinata. Hæc enim tranſmutatio cauſata a motu cœli quæ ē omniũ eorum quæ fiunt natura, & per tẽpus ſaltem ſecundum accidens, inquantum tẽpus eſt menſura motus qui facit diſtare quod eſt, vt dicitur quarto Phyſicorum propter qđ dicit omnia quæ fiunt hic naturaliter tranſmutari, & illa quæ ſimul incęperunt tranſmutari, & illa quæ non ſimul, ſimul corrumpi. Sicut ſi aliqua facta fuerunt in die p̃cedente tropicũ, hoc eſt conuerſionem ſolis a ſignis meridionalibus, ad ſeptẽtrionalia, vel econtrario, ſimul terminantur, & finiuntur, magis eſt propria optimæ Reipub. quàm aliarum. Iſtud enim qđ ſimpliciter generat̃, ſimpliciter corrumpitur, & quod ſecundũ quid generatur, ſecũdum quid corrumpitur, ſicut apparet ex primo de Generatione. Vnde ſubſtantiæ cuius eſt generatio ſimpliciter, eſt corruptio ſimpliciter. Et accidentis cuius eſt generatio ſecundum quid, eſt corruptio ſecundum quid. Reip. autem optimę primę eſt ſimpliciter generatio, quia cum generatio ſit vna in eẽ eius, magis erit generatio quæ magis eſt ens in gñrabilibus dico. Optima autem, & prima ĩ genere Rerumpub. maxime eſt ens. Ergo ipſius erit corruptio & magis quàm aliarum. Sed iſtud quod concludit ratio iſta, ſtat cum dicto Platonis qui dixit, ꝙ Reſpub. optima & prima ex ſe minime eſt corruptibilis, quia maxime vna & actu incorruptibilis eſt & corrumpitur ab alio, & illa corruptio eius eſt corruptio ſimpliciter, quia entis ſimpliciter, quod concludit ratio Ariſto. Et ideo ſecundum rem non reprobat ipſum, ſed ad illos, qui intelligerent Platonem dixiſſe Reipub. primæ non eſſe corruptionem ſimpliciter, decipi per ęquiuocationem huius termini proprie, quod vno modo ſignificat illud quod ſimpliciter eſt. Alio autem modo illud quod eſt ex ſe, in qua ſignificatione hic vtebatur ipſe. Deinde cum dicit.

d ¶ Reprobat eam quantum ad terminum tranſmutationis dicens, ꝙ adhuc quærendum eſt a Platone, propter quam cauſã ex optima Repub. fit tranſmutatio ſecundum eum in eam quæ Lacedæmoniorum, quæ fuit quædam ſpecies ſtatus optimatum ſicut apparuit ex Quarto, propinqua optimę. Nos enim videm⁹ ad ſenſum ꝙ ſæpius tranſmutatio fit in contrariam Rempub: q̃ in propinquam, ſicut a regno in tyrannidem. Eadem autem ratio eſt de tranſmutationibus aliarum conſequentium ſecũdum ipſum. Dixit enim ꝙ ex Repub. Lacedęmoniorum fit tranſmutatio in paucorum potentiam, ſicut in propinquiorem ei, & ex iſta in popularem ex qua in tyrannidem, ſicut in peſſimam & vltimã, & tamen nos videmus econtrario fieri ſępius tranſmutationem ex ſtatu populari in paucorum q̃ in tyrannidem. Et eſt intelligendum, ꝙ ſi Plato ĩtellexit optimam Rempu. corrumpi in eam quæ p̱pinqua eſt ei natura, & ſimiliter conſequẽtes in propinquiores eis, ſolum, falſum intellexit, & procedit dictum Ariſtot. contra eum. Si autẽ non intellexit ſolum, ſed quod facilius, verum dixit, nec Ariſtoteles hoc improbat, immo dicit in ſecundo de Generatione, ꝙ in habentibus ſymbolũ facilior eſt tranſitus. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat quantum ad alias. Et primo q̃a non dixit nec potuit bene dicere d̃ corruptione tyrannidis. Secundo cum dicit. {Inconueniens autem.} Quia nõ dixit de tranſmutatione paucorum potentiæ in alias vel aliarũ in ipſum. In prima parte dicit, ꝙ adhuc Socrates ſeu Plato nõ determinauit ſi tyrãnidis eſt aliqua tranſmutatio, vel non eſt. Et ſi eſt, propter quã cauſam & in quã Rẽpub. eſt. Et cauſa huius eſt, quia non facile poſſet illud dicere ſecũdum rationem, quia nõ eſt determinatum, nec determinatur ab eo bene ſuppoſitis dictis ipſius, quoniam ſecundum ipſum, ſi corrumpat̃ tyrannis, oportet eã corrumpi naturaliter in primã & optimam. Quia ſic erit circulus quidam in corruptionibus ipſarum, puta ſi optima corrumpatur in ſtatum optimatum, & hæc in Repub, quæ in ſtatu paucorum, & iſta in ſtatum popularem quæ in tyrannidem, & tyrannis in optimam per conſequens. Sed nos videmus ꝙ non ſic tranſmutatur tyrãnis in optimam ſemper, ſed tranſmutatur quandoque tyrannis in tyrannidem, ſicut illa, quæ eſt apud Sicionios ex Mironis in eam quæ eſt Cliſtenis. Tranſmutatur etiam quandoque in paucorum potentiam, ſicut in Calcide tyrannis quæ Antileontis tranſmutata fuit in eam. Item in ſtatum popularem ſicut illa quæ fuit Gelonis in Syracuſis. Et in optimatum, ſicut illa, quæ fuit Charilai apud Lacedæmonios. Et econtrario ex paucorũ potentia tranſmutatio facta in tyrannidem, ſicut in Sicilia plurimæ antiquæ paucorum gubernationes tranſmutatæ ſunt, ſicut in Leontinis in tyrannidem Panetii. Et in ciuitate, quæ dicitur

magis quàm aliarum omnium, & eorũ quæ fiũt omniũ & per tẽpus, per quod dicit omnia trãſmutari, & quæ non ſimul incępe runt fieri, ſimul tranſmutantur, velut ſi die priori ante tropicũ facta fuerunt ſimul trãſmutant̃.

G d Adhuc aũt p̱p quam cauſam ex hac in eam quæ Lacedæmoniorũ fit trãſmutatio, ſepius.n. in contrariã trãſmutãtur oẽs politiæ quàm in eã quæ prope. Eadẽ autẽ ratio, & de alijs trãſmutationibus, ex Lacedæmoniẽſi enim, ait, tranſmutantur in oligarchiam. Ex hac autẽ in democratiam: in tyrannidem autẽ ex democratia, & quidem etiam econtrario tranſmutantur, puta ex demo in oligarchiam, & magis quàm in monarchiam.

H e Adhuc autem tyrannidis nõ dicit, neq; ſi erit tranſmutatio, neq; ſi non erit, propter quam cauſam, & in qualem politiam. Huius autem cauſa, quia non facile vtiq; haberet dicere. Indeterminatũ, n, quoniã & ſecundũ illũ oportet, & in primã & optimam, ſic.n. vtiq; fieret cõtinuũ & circulus, ſed trãſmutatur, & in tyrannidem tyrannis, ſicut q̃ Sicyonis, ex eã quę Myronis in eam quæ Cliſtenis, & in oligarchiam, ſicut quæ in Chalcide, q̃ Antileontis, & in democratiã, ſicut quæ Gelonis in Syracuſis, & in ariſtocratiã, ſicut quæ in Carilai, in Lacedæmonia, & in Carchedone, & in tyrannidem trãſmutatio fit ex oligarchia, ſicut in Sicilia, ferè plurimæ antiquarum in Leontinis in tyrannidẽ Panetij, & in Gela, eã quæ Cleãdri, & in Rhegio in eam quæ Anaxilai, & in alijs ciuitatibus multis ſimiliter.

*& uniuerſorum quæ fiunt, & ex tempore, per quod inquit omnia mutari, & ex eo quia quæ non ſimul incipiunt ſimulque mutantur. ceu, ſi pridie mutationis facta eßent ſimul forte mutarentur.*

*Præterea quam ob cauſam ex illa tranſit ad Lacedæmoniorum Rempu. Sæpe enim in contraria tranſeunt Reſpub. omnes, quàm in ea quæ ſint propinqua. Eadem ratio eſt de aliis quoque mutationibus. Ex Laconica enim inquit mutatio fit ad paucorum potentiam. Ex iſta uero, ad popularem ſtatum ex illo rurſus ad tyrannidem. At qui & contrario mutantur ceu ex populari, in paucorum potentiam. Et magis quidem quàm in tyrannidem.*

Tex.cõ.25.

*Præterea tyrãnidis utrum mutatio ſit, uel non ſit, nil dicit, propter quam cauſam nec in quam Reipub. ſpeciem tranſit. Huius uero cauſa eſt, quòd nõ faciliter dicere ualebat. Infinitum .n. Nam ſecundum eum oportebat in primam & optimam, ſic enim utique fieret continuo circulus. Sed mutatur in tyrannidem tyrannis, ut ea quæ apud Sicyonios ex Mironis tyrãnide in Cliſthenis. Et in paucorum potentiam, ut illa quæ in Chalcide fuit Antileontis.* I *Et in popularem ſtatum, ut illa, quæ Gelonis fuit Syracuſis. Et in optimates ut illa quæ Charilai apud Lacedæmonios, & Carthaginenſes Et in tyrannidem fit mutatio ex paucorum potentia, ut in Sicilia, plurimæ uetuſtarum, in Leontinis in Panetii tyrannidem, & apud Gelam in Cleandri, & apud Rhegium in Anaxilai, & in aliis compluribus ciuitatibus eodem modo.*

K



citur Gela, in illam quæ Cleandri. Et in Rhegio, quę eſt ciuitas Calabrię, in eam quæ Anaxilai. Similiter autẽ ſe habet in aliis ciuitatibus multis. Deinde cum dicit.

f ¶ Reprobat opinionem eius quantum ad hoc quod dixit de tranſmutatione paucorum potentiæ, in paucorum potentiam, Et primo reprobat cauſam ipſam trãſmutationis quã poſuit. Secundo cum dicit. {In multiſq; Oligarchiis &c.} propter inſufficientiam. Cauſã autem improbat per tres rationes, quarũ ſecũdam ponit cum dicit. {In multiſq;.} Tertiam cum dicit. {Incõueniens enim eſt dicere &c.} In prima parte dicit, ꝙ inconueniens eſt credere & dicere ꝙ tranſmutatio fiat in paucorum potentiam ex aliis, puta ex ſtatu populari vel optimatũ, vel huiuſmodi, quia principantes ſunt amatores pecuniarũ. Et ideo acquirentes vndecumque & qualitercumq; pecunioſi fiunt. Pecunioſi autem facti eſtimantes quaſi ſe habere omnia, & præcellere omnes faciunt ſe dominos per potentiã pecuniarum, & non magis propter hoc, quia excedentes in ſubſtãtiis, puta diuites exiſtimant non iuſtum eſſe ſeipſos & pauperes qui nihil poſſidẽt habere æquale de honoribus & bonis cõmunibus, ſed ipſos debere plus habere ſecundum præeminẽtiam diuitiarum propriarum ad eas quæ pauperum. Et eſt intelligendum ꝙ cauſa quam aſſignat Ariſt. huius tranſmutationis, puta non eſtimare eos, & pauperes nõ habere æquale, eſt cauſa proxima ipſi⁹. Cauſa autem quam aſſignauit Socrates ẽ magis cauſa remota & prima. Ex abundantia enim diuitiarum cõcipiunt eſtimationem prædictam, ad quam ſequitur voluntas tranſmutationis Reipub. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ adhuc multæ ſunt potentiæ paucorum, in quibus non licet ſuperexcedentem acquirere pecuniam, ſed ſunt leges aliquæ prohibentes excedere quãtitatem determinatam, & tamen tranſmutatio ad eas fuit facta, ergo non per acquiſitionem pecuniæ, & hoc eſt intelligendum cum tranſmutatur vnus paucorum ſtatus in aliũ. Item in Carthagine regnantes in populari ſtatu, efficiuntur multi pecunioſi, & tamen non tranſmutantur in paucorum ſtatum, ſed in aliã Rempubli. magis, ergo abundantia pecuniæ non fuit proxima cauſa & per ſe tranſmutationis in paucorum ſtatum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ irrationabile eſt ciuitatem quæ regitur ſecundum paucorum potentiã habere duas ciuitates, hoc eſt duas communicationes ciuium, vnam videlicet diuitum, & aliam pauperum quę ſibiinuicem contrariantur A non enim eſt ratio, quare hoc magis inueniatur in iſta q̃ in Lacedęmonia quæ fuit optimatum potentia quædam, vel in quacumque alia Republica, vbi non omnes habent æquales poſſeſſiones ſeu diuitias, vel vbi omnes non ſunt ęqualiter boni viri, & ideo ſi in vna non eſt principium corruptionis, nec in aliis. Videmus autẽ, quòd nullo facto pauperiore, q̃ prius eſſet ex paucorũ ſtatu fit trãſmutatio in ſtatũ popularem, ſi pauperes ſint plures & potentiores. Et econtrario nullo facto ditiori fit tranſmutatio ex populari Repub. in paucorum, ſi opulẽti ſint potentiores q̃ multitudo egenorum, & adhibeant curam ad tranſmutandum Rẽpub, alii autem negligant. Quare proxima cauſa tranſmutationis in paucorũ ſtatu ex populari, nõ eſt ob hoc ipſum ꝙ principantes ſint facti magis pecunioſi. Deinde cum dicit.

i ¶ Reprobat ipſũ propter inſufficiẽtiã cauſæ. Et primo ex hoc ꝙ cum ſint multæ cauſæ p̃dictæ tranſmutationis, vnam tãtum aſſignauit. Secũdo cum dicit. {Pluribus autẽ, &c.} Quia cum plures ſint paucorum ſtatus & populares, tantum aſſignauit vnam cauſam omnium. In prima parte dicit, ꝙ adhuc cum multæ exiſtant cauſæ, & principia tranſmutationis popularis ſtatus in paucorum potentiam, & econtrario, nõ dixit niſi vnam tantũ, quia videlicet vſurarii, hoc ẽ diuites præter rationem ſecundum prodigalitatem expẽdentes propria, efficiuntur pauperes, & deinde volentes ditari, corrumpunt Rempub. hoc autem, dicit ac ſi omnes vel plures eſſent æqualiter diuites a principio, hoc autem falſum ẽ, E ſed magis videtur eſſe cauſa vna, ꝙ quando aliqui magni & præſidentes in ciuitate perdunt ſubſtantias & volunt eas innouare, trahunt ad ſe Rempub. tranſmutantes, vt ex hoc ditentur. Et tunc fit tranſmutatio non magis in popularem Rempub. quàm in quamcumque aliam. Quando autem aliqui communium & popularium ditantur, nihil fit dirum per quod Reſpub. tranſmutetur, vt frequentius, quia non ſunt ita magnanimi. Adhuc autem & ſi reputent ſe dignos honoribus & non participent ipſis, & ſi iniuſtum reputent ſe pati in rebus vel iniurias in perſonis, ſeditiones mouent in ciuitate, & tranſmutant Rempublicam, ſicut dictum eſt prius. Item quamuis non conſumpſerint ſubſtantiam ſeu diuitias, aliquando tranſmutant ipſum propter hoc quòd reputant ſibi licere facere quodcumque voluerint. Cuius cauſam dixit Plato eſſe eam quæ libera eſt, hoc eſt ipſam libertatem. Inſufficienter enim aſſignauit cauſam tranſmutationis prædictarum Rerumpublicarum. Deinde cum dicit.

f Inconueniens aũt & putare in Oligarchiam p̱p hoc tranſmutari, quia amatores pecuniarũ & pecunioſi, qui in principatibus, ſed non quia qui multum excedunt in ſubſtantiis non iuſtũ putant æqualem participare p̱ ciuitatem eos qui nihil poſſident cum his, qui poſſident.

B g In multiſque Oligarchiis nõ licet pecunioſum fieri, ſed leges ſunt prohibentes. In Carchedone autem democratizantes pecunioſi ſunt, & ſic tranſmutatæ fuerunt.

h Inconueniens .n. eſt dicere, duas ciuitates eſſe eam quæ Oligarchia diuitum & pauperum. Quid.n. hæc magis q̃ Lacedęmonica paſſa eſt, vel quæcumq; alia, vbi non oẽs poſſident ęqualia, vel non oẽs ſimiliter erũt boni viri, nullo aũt pauperiori facto q̃ prius nihil minus tranſmutantur in demũ ex Oligarchia, ſi fiant plures qui egeni, & ex demo in Oligarchiam, ſi valẽtius fuit ꝙ opulẽtum, q̃ multitudo: & ii quidem non curent, ii autẽ adhibeant intellectum,

C i Multiſque exiſtentibus cauſis per quæ fiunt tranſmutationes non dicit, ſed vnã, quia prodigi facti vſurarii fiũt pauperes, vt a principio diuitibus exiſtentib⁹ omnibus aut plurimis, hoc aũt eſt falſum. Sed quando quidam præſidum perdiderunt ſubſtantias, innouant, quando aũt aliorum, nihil fit dirũ, & tranſmutãtur nihil magis numq̃ in demũ q̃ in aliã politiam. Adhuc autẽ, & ſi honoribus non participãt, & ſi iniuſta patiantur, vel iniurias, ſeditiones faciunt & tranſ-

*Abſurdum etiam putare in paucorum potentia ideo tranſire, quia homines cupidi & pecuniarum ſtudioſi in magiſtratibus uerſentur, ac non quia plurimi diuitiis ſuperabundantes, non iuſtum exiſtimant par habere in ciuitate eos, qui non habent facultates, & eos qui habent.*

*In multiſque paucorum potentiis, non licet pecunias quærere, ſed leges ſunt prohibentes, Et apud Carthaginem quæ populariter gubernatur, pecuniis ſtudent, nec tamen adhuc mutati ſunt.*

*Abſurdum etiam dicere eſſet duas ciuitates ſub paucorum gubernatione, opulentorum & inopum. Quid enim aliud huic, quàm Laconicæ accidit, uel alteri cuicumque, ubi non omnes æqualia poſſideant, aut non omnes æqualiter ſunt boni uiri? Nullo autem pauperiore facto, nihilominus ex pau corum tranſmutantur gubernatione ad popularem ſtatum, ſi plures ſint inopes. Et ex populari in paucorum potentiam, ſi potentiores ſint opulenti, quàm multitudo. Et alteri negligant, alteri intendant.*

D *Cumque plures ſint cauſæ ex quibus mutationes fiunt, eas non dicit, ſed unam ſolum quòd prodigaliter uiuentes, uſuris confecti, pauperes efficiuntur. Quaſi uero fuerint omnes ab initio diuites, uel plurimi eorum, ſed hoc falſum. At quando ipſorum potentium quidam patrimonia conſumpſerint, res nouas moliuntur. Quando autem alii, nihil graue accidit, & mutantur nihilo magis in popularem ſtatum, quàm in aliam ſpeciem gubernationis. Inſuper uero, & ſi honores una cum aliis non capiant, ſi iniurias inferant, ſi contumeliis afficiant,*

k ¶ Reprobat

k ¶ Reprobat ex eo ꝙ cum ſint multę, aſſignauit cauſam ſicut vnius tantum dicens, ꝙ inſufficienter dixit Socrates, q̃a pluribus exiſtentibus ſpeciebus ſtatus popularis & paucorum, ſicut dictum eſt prius in Quarto, aſſignauit cauſas earum tanquã vtraque earum eſſet vna ſecundum ſpeciē

mutant politias & ſi non conſumpſerit ſubſtantiam, propter licere ſibi quodcumque voluerunt facere, cuius cauſam, eam quæ valde libera, eſſe dicit.

k Pluribus aũt exiſtentibus Oligarchiis, & Democratiis, tamquam vna exiſtente vtraque, dicit tranſmutationes Socrates.

F *ſeditiones oriuntur, & mutationes in Republica. Fiunt etiam, ſi nulla diſſipatio patrimonii interceſſerit, ex eo quòd liceat quicquid uolunt efficere, cuius rei cauſam eſſe ferunt, nimiam libertatem.*

*Cumque plures ſint paucorum, plures etiam populi gubernationes, tamquam utraque una ſit, mutationes aſſignat Socrates.*

& ſpecies earum adinuicem non differrent, hoc autem falſum eſt. Hæ enim diuerſæ ſunt & ſpecies diuerſas habent, quare & cauſas diuerſas. Diuerſorũ enim oportet eſſe diuerſas cauſas proprias aliquo modo. Et in hoc terminatur intentio Ariſtotelis in hoc Quinto.

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER SEXTVS,

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de principiis, & cauſis corrumpentibus & ſaluantibus Reſpub. & in vniuerſali & in particulari, intendit nunc oſtendere ex quibus & quomodo ſunt inſtituendę, & primo declarat ex quibus & quomodo inſtituendæ ſunt Reſpubl. tranſgreſſæ, & in ſecũda parte ex quibus & quomodo Reſpubl. optima & recta ĩ principio ſeptimi, ibi. {De Politia optima} Reſpub. autem tranſgreſſæ erant tres. Paucorum, Popularis & tyrannis, inter quas Tyrannis peſſima eſt nec alicui expedit ſimpliciter, q̃a nihil malignitatis ei deficit, ſicut dicebatur in Quinto. Et ideo de ipſa nõ determinat ex quibus & quomodo ſit inſtituenda. Vnde tantũ in iſto ſexto intẽdit determinare, qualiter aliæ duę ſint inſtituendæ, & diuiditur in duas, quoniam in prima parte premittit intentionem ſuã, & ordinem conſiderandi. In ſecunda cũ dicit. {Hipoteſis quidem igitur.} Proſequitur. Circa primũ duo facit, quoniã primo dat intentionem ſuam. Secundo dat ordinem conſiderandi cum dicit. {Et primo de Democratia.} Circa primum duo facit. Primo enim continuans ſe quædam dicta recolligendo, dat intentionem ſuam in vniuerſali. Secundo cum dicit. {Qualis quidem igitur Democratia.} In particulari. Circa primum duo facit. Primo recolligit quædam determinata prius. Secundo cũ dicit. {Quoniam autem fuerunt.} tangit quæ reſtant conſideranda in vniuerſali. In prima dicit. In præcedentibus, puta in fine quinti huius determinatum eſt, quæ & quot ſpecies differẽtiæ ſunt eius quod conſiliatur in Repub. & etiam eius quod dominatur ſimpliciter, & etiam ipſorum principantium vniuerſaliter, & etiam iudiciorum, qui reddunt ſententias diſceptantibus. Iterum etiam dictum eſt quę iſtarum cui Reipu. conueniunt principaliter, quia non omnia omnibus competunt. Iterum etiam dictum eſt ex quibus & qualibus cauſis & principiis & quomodo ſe habentibus contingit ſaluari & corrumpi Reſp. & in vniuerſali & in particulari. Deinde cum dicit.

Lectio I.

Lect. ſeq.

### LECTIO I.

Vot quidẽ igitur differentiæ, & quæ eius q̃d conſiliatiuum & dominãs politiæ, & eius qui circa prĩcipatus ordinis & de prætoriis, & qualia ad qualẽ politiã coordinata ſunt. Adhuc autẽ de corruptione & ſaluatione politiarum, ex qualibus fit, & pp quas cauſas, dictum eſt prius.

b Quoniam aũt fuerũt ſpecies plures Democratiæ exiſtẽtes, & aliarũ ſimiliter politiarũ, ſimulque de illis, ſiquid reſiduũ, non deterius cõſiderare & modũ cõgruũ & conferentẽ aſſignare ad vnamquãq;. Adhuc aũt & collectiones ipſorũ dictorũ omni modorũ conſiderandum.

c Hęc enim combinata faciũt politias variari, vt Ariſtocratiæ ſint oligarchiæ, & politiæ ſint magis democratiæ. Dico autẽ

### LECTIO I.

H *Vot igitur ſunt differentiæ, & quales, eius quod deliberandum habet poteſtatem, & in quo ſumma Reipub. conſiſtit, & circa magiſtratuum ordinationem circa iudicia, & qualia ad qualem ordinentur Rempub. & præterea de corruptionibus & conſeruationibus Rerũpub. ex quibus proueniant, & quas ob cauſas, dictum eſt prius.*

I *Sed cum plures ſint ſpecies popularis, & ſimiliter aliarum gubernationum, de illis ſiquid reſtat, non peius fuerit conſiderare, ac ſimul unicuique earum proprium & conuenientem modum reddere, ac præterea conſiderare coniunctiones ſimul ipſorum modorum.*

K *Nam eorum coniunctio parit Rerumpub. uarietatem, ut & optimatũ gubernationes ad paucorum declinãt potentiam, & Reſpu. magis popula-*

b ¶ Tangit in vniuerſali quædam quæ reſtant conſideranda & diuiditur in duas. In prima tangit illa. In ſecũda reddit cauſam cuiuſdã dicti cũ dicit. {Hæc enim cõbinata} In prima dicit, ꝙ quia plures ſũt ſpecies Reipub. ſicut dictum eſt prius, puta popularis & paucorum, & ſic de aliis. Adhuc etiam plures ſunt ſpecies popularis & plures etiã aliarum Rerumpubl. de quibus aliqua conſiderata ſunt prius ſi aliquid remanſerit d̃ illis non conſideratũ & non declaratum, & quod minus expediens eſt cognoſcere, conſiderandũ eſt nũc de illo, puta de inſtitutione ſecundũ vnã quamque ſpeciem. Item conſiderandus eſt modus, qui congruit vnicuique illarum, & confert ad conſequutionem finis vniuſcuiuſque: adhuc autẽ & commixtiones modorũ Rerumpub. Deinde cum dicit.

c ¶ Reddit cauſam cuiuſdam dicti immediate. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ ſunt quædam partes materiales in habentibus materiam, quæ non pertinent ad ſpeciem, ſicut aurum vel cuprum non pertinent ad ſpeciem circuli. Alia autem ſunt quæ pertinent ad ipſam, ſicut carnes & oſſa ad ſpeciem animalis vel hominis, & quia tales partes ad ſpeciem pertinent, ideo ſecundum diuerſitatem iſtarum accidit diuerſificari ſpeciem, in Repub. ſunt quædam partes ſic non pertinentes ad Rempub. ſicut iſte homo vel ille, vel hoc officium vel illud, quædam autem ſecundum ſpeciem, ſicut principans & conſiliatiuum iudicium, & ſic de aliis, & ideo ſecundum diſtinctionem iſtorum diuerſificantur ſpecies Reipub. Contingit autem commixtiones vel cõbinationes iſtarum fieri, puta ꝙ accipiatur conſiliatiuum vnius & iudicium alterius, & ſic de aliis, & ſecũdum hoc contingit diuerſimode miſceri Reſpu. Et hoc eſt q̃d ipſe dicit, ꝙ conſiderandæ ſunt combinationes partium pertinentium ad ſpeciem diuerſarum Rerumpub. Iſtæ enim partes diuerſimode combinatæ faciunt diuerſitatem Rerumpub. ita quòd illę quæ ſũt optimatum ſecundũ aliquid videntur eſſe paucorum, ſecundũ aliquid quidem & illæ quæ ſunt Reſpub. ſecundum aliquid videantur populares ſecundum aliud. Dico autem exponendo p̃ dictas combinatiões quæ reſtant conſiderandæ, & ab aliis ſũt omiſſę, vt ſi in aliqua Repub. vel in aliqua ciuitate conſilium & ea quæ pertinent ad electionem principũ accipiantur ex paucorum ſtatu; id autẽ quod pertinet ad iudicia ex optimatum ſtatu, aut ea quę ſunt circa iudicia, aut etiã circa conſiliũ ex paucorum ſtatu, ea vero quæ ad electionem p̃tinẽt ex optimatum, aut ſecundum aliquẽ alium modum talem quo nunc accipiãtur omnia quæ cõueniũt vni Reipub. ex propriis eius, ſed ex his quæ cõueniunt aliis vel aliis. Secundum enim diuerſitatẽ iſtorum contingit diuerſimode miſceri Reſpub. Deinde cum dicit.

d ¶ In ſpeciali magis dat intentionem. Et primo recolligit iterum quædam determinata prius. Secundo cũ dicit. {Attamen oportet.} Declarat quæ reſtant determinanda nunc in ſpeciali. Primo igitur dicit, ꝙ in præcedentibus, puta in Quarto dictum eſt, qualis ſpecies ſtatus popularis, quali multitudini cõueniat, & qualis ſpecies paucorum, quali multitudini inſigniũ conueniat, & ſimiliter de reliquis Rebuſpub. dictũ eſt quæ cui vel qualibus conueniat, non enim quælibet cuilibet expedit, ſicut nec quodlibet genus fiſtulæ cuilibet fiſtulatori, ſed determinatum determinato. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit quę ſunt conſideranda nunc dicens, ꝙ quamuis iſta conſiderata ſint, tamen oportet manifeſtari non ſolum qualis Reſpub. cui multitudini conueniat, ſed etiam qualiter & ex quibus & quomodo vnaquæque illarum ſit inſtituenda, & ideo de hac pertractandum eſt nunc breuiter. Conſequenter cũ dicit.



cõbinationes quas oportet quidem conſiderare, non ſunt autẽ conſideratæ nunc, puta ſi quòd quidẽ conſilians, & ꝙ circa electionẽ principatuum Oligarchice fuerit inſtitutum: quæ autem circa p̃toria ariſtocratice, aut hoc quidẽ & quod circa conſilians oligarchice. Ariſtocratice autem ꝙ circa electiones prĩcipatuũ, aut ſecundum aliquem alium modũ non omnia cõponantur quę politiæ cõueniẽtia.

d Qualis quidẽ igitur democratia ad qualẽ congruit ciuitatem, ſimiliter aũt & qualis oligarchiarũ, quali multitudini, & reliquarũ aũt politiarũ q̀uid q̃bus expediat dictũ eſt prius.

e Attamen oportet fieri palã, non ſolũ qualis harũ politiarũ, ſit optima ciuitatibus, ſed & qualiter oportet inſtituere, & has, & alias, pertractemus breuiter.

f Et primo de Democratia dicamus, ſimul enim & de oppoſita politia manifeſtum, hæc autẽ eſt, quam quidam vocant Oligarchiam.

g Sumendũ aũt ad hanc methodũ, omnia quæ demotica, & q̃ videntur democratiis aſſequi.

h Ex his .n. compoſitis Democratiæ ſpecies fieri accidit, & democratias plures vna eſſe, & differentes: duæ .n. ſunt cauſæ, propter quas Democratiæ ſunt plures, primo quidẽ, quæ dicta eſt prius, quia diuerſi populi, fit .n. hæc quidẽ agricola multitudo, hæc autẽ banauſum & mercenarium, quorũ primo aſſumpto cũ ſecundo, & tertio rurſum cum ambobus, non ſolũ differt in fieri meliorem & deteriorẽ democratiam, ſed ex eo quod non eãdem: ſecunda autẽ de qua nunc dicimus: quæ .n. Democratiis

*res exiſtant. Dico autem coniunctiones, quas conſiderare oportet, & nũc uſque conſideratæ nõ ſunt, ceu ſi pars illa quæ in deliberando uerſatur, & ea quæ circa electiones magiſtratuum ita inſtituta ſit, ut conferat paucorum potentiæ. Et circa deliberandum illo modo, circa electiones uero, ad optimatum gubernationem magis declinet, uel per alium quendam modum non omnia inſtituta ſunt Reipublicæ congruentia.*

A

B

*Qualis igitur popularis, quali cõgruat ciuitati, & qualis paucorum potentia, quali multitudini, & aliarum gubernationum, quæ quibus cõferant dictum eſt prius.*

C *Verumtamen oportet fieri manifeſtum non ſolum quænam iſtarum gubernationum optima ſit ciuitatibus, ſed etiam quomodo conſtituendæ ſint & iſtæ, & aliæ, breuiter eſt explicandũ.*

*Et primo de populari dicemus. Nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit. Hæc eſt autem quam uocant quidam paucorum potentiam.*

*Capienda ſunt autem ad hanc diſciplinam cuncta popularia, & quæ uidentur popularium eſſe ſequentia.*

D

*Ex his enim ſimul poſitis, reſultant ſpecies gubernationis popularis, & plures eſſe eas, quàm unam & differentes continget. Duæ ſunt cauſæ per quas plures exiſtunt populares. Primum, illa quæ dicta fuit, quia inter populos differentia eſt: ſunt enim alii agricolæ, alii opifices, alii miniſtri, quorum primi a ſecundis, & tertii ab utriſque non in eo modo differunt, ꝙ melior aut deterior popularis ſtatus, uerumetiam in eo, quòd non idem ſit. Secunda uero cauſa eſt, de qua nunc dicimus. Quæ enim popularem ſtatum ſequuntur, ac uidentur eſſe pro-*

E

f ¶ Dat ordinem conſiderandi, & diuiditur in duo, quoniam primo tangit ꝙ de populari ſtatu primo eſt conſiderandum. Secundo cum dicit. {Sumendũ autem.} Oſtendit quo ordine ſit conſiderandum de ea. In prima dicit, ꝙ primo conſiderandum eſt ex quibus & quo modo inſtituendus ſit popularis ſtatus. Simul enim quãtum ad vnitatem tractatus conſequenter manifeſtum erit de Repu. quæ opponitur illi, quam vocant paucorum potentiam. Poſt hęc autem in ſequenti tractatu dicemus de optima. Deinde cũ dicit.

g ¶ Tangit ordinẽ conſiderandi de populari ſtatu, quod facit primo. Secundo cum dicit. {Ex his enim.} Aſſignat rationem ordinis. In prima dicit, ꝙ in cõſiderando ex quibus & qualibus inſtituenda eſt Reſpu. accipiẽda ſunt illa quæ ſunt ſicut principia & hypotheſes & omnia q̃ aſſequuntur, ſicut p̃prietates vel accidentia ipſi, deinde determinandũ eſt, ex quibus & qualibus inſtituatur. Deinde cum dicit.

h ¶ Aſſignat rationem propoſiti ordinis, & diuidit in duas ſecundum ꝙ duas rationes aſſignat, & incipit ſecunda, ibi. {Oportunum aũt.} In prima dicit, ꝙ bene dictum eſt, ꝙ p̃ri conſiderandum eſt p̃prietates & accidentia popularis ſtatus, quoniam ex diuerſa compoſitione iſtorũ contingit fieri plures modos popularis Repub. differentes a ſeinuicem, & etiam ſpecies plures, propter enim duas cauſas contingit eſſe plures ſpecies ipſius, quarum vna dicta eſt prius, ſ. diuerſitas multitudinis, Reſpub. enim diuerſificantur ſecundum diuerſitatẽ eius ꝙ principatur in eis: multitudo autem in populari Repu. principatur, & ideo ſecũdum diuerſitatẽ multitudinis contingit eam diuerſificari. Eſt enim quædam multitudo agricolarum, alia autem opificum, & tertia miniſtrorum quæ mercedem accipit pro labore, in quibus ſi agricolarũ multitudo accipiatur cum ſecunda, puta cum opificibus ſeorſum, & iterum tertia multitudo, puta miniſtrorum cum duabus aliis ſeorſum facient populares ſtatus differentes, non tamen ſecundum melius & deterius, ſed etiam ſecundum ſpeciem, quoniam iſta combinatio & illa diuerſum ordinem multitudinis ad finẽ faciunt, & diuerſitas multitudinis in ordine ad finem diuerſitatem inducit ſecundum ſpeciem popularis Reipub. Alia autem

cauſa

cauſa eſt, de qua diximus nunc, quoniam in popularibus potentijs ſunt quædam hypotheſes & accidētia propria diuerſa, quæ diuerſimode compoſita diuerſas reſpub. populares inducunt, puta ſi in aliqua accipiantur plura, in alia autem pauciora, in alia autem omnia, iſta enim diuerſificant eas, ſicut apparebit conſequenter. Deinde cum dicit.

i ¶ Aſſignat ſecundam rationem dicēs, ꝙ expediens eſt conſiderare principia & proprietates popularis ſtatus ad inſtituēdam vnamquamque ſpeciem ipſius ad votum, & ad hoc vt aliquid dirigatur in ea, cognoſcere.n. principia & proprietates alicuius operabilis, principiū eſt ad operandum illud & dirigendum in eo. illi autem, qui reſpu. quæſierunt inſtituere, volētes congregare omnia conuenientia rei pub. ad inſtituēdum vnamquamque peccant, ſicut dictum eſt in Quinto huiꝰ, vbi dictum eſt quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia reſpu. Quædam enim reſpub. cōgregant omnia conuenientia ad ſuppoſitiones, quędam autē vel plura, quędā pauciora, ſicut iam dictū eſt prius. Nunc autē conſequenter dicamus exigentias vel proprietates conuenientes & conſuetudines & ea quæ appetunt ſicut fines, vel ea quę ſunt ad fines popularis ſtatus.

aſſequuntur, & videntur eſſe ꝓpria politiæ huius, ſimul poſita, faciūt Democratias alias, huic quidē.n. pauciora, huic aūt aſſequunt plura, huic aūt oīa hæc.

*pria ipſius, coniuncta ſimul faciunt uarietatem, nam alicui pauciora conſequentia ſunt, alicui plura, alicui omnia.*

i Opportunum aūt vnumquodque ipſorū cognoſcere ad inſtituendum, quamcūq; ipſarū aliquis extiterit volens, & ad directiones. Quærūt quidem enim qui politias inſtituūt, omnia cōuenientia ad hypotheſim congregare, peccant autē hoc faciētes, quemadmodū in iis, quę circa corruptiones & ſaluationes politiarū dictum eſt prius, nunc aūt exigentias & mores, & quæ appetunt dicamus.

*Vtile uero horum ſingula cognoſcere, & ad conſtituendum quam uelit quis, & ad corrigendum. Quærunt enim qui Rempub. inſtituunt, cuncta, quæ illi propria & conuenientia ſint in unum colligere ad propoſitum ſuū, ſed aberrant dum hoc faciunt, ut ſupra dictum eſt a nobis, ubi de corruptionibus & conſeruationibus Rerum pub. tractauimus, nunc autem dignitates & mores, & quæ flagitent, dicemus.*

## LECTIO II.

Hypotheſis quidē igitur Democraticæ politiæ libertas, hoc enim dicere conſueuerūt, tamquam in ſola hac politia participātes libertate: hoc.n. cōiectare aiunt omnem Democratiam.

b Libertatis aūt vnum quidem in parte ſubiici & prīcipari, etenim iuſtū Democraticum eſt, habere ęquale ſecūdū numerum, ſed non ſecundū dignitatē. Huius autē exiſtentis iuſti multitudinem neceſſariū eſſe dominam & quodcumq; videatur pluribꝰ hunc eſſe finem, & hoc eſt quod iuſtum. Aiunt.n. oportere ęquale habere vnumquemque ciuiū. Quare in Democratiis accidit magis eſſe dominos egenos diuitibus, plures enim ſunt. Dominans autem quod pluribus viſum.

## *LECTIO II.*

*Propoſitum igitur popularis Reipub. eſt libertas, hoc enim dicere conſueuerunt, quaſi in hanc ſolummodo Rempub. libertatem quærentes. Ad hanc enim reſpicere dicunt omnem popularem ſtatum.*

*Libertatis uero ipſius pars una in eo conſiſtit, ut per uices imperent & pareant. Nam iuſtum populare, eſt æquum habere ſecundum numerum, non ſecundum dignitatem. Ex quo fit ut ſecundum hoc iuſtum, multitudo ex neceſſitate dominetur, & quicquid decreuerit populus, id eſſe ratum, & id eſſe iuſtum. Aiunt enim oportere, ut unuſquiſque ciuium æquum habeat, atque ita contingit in popularibus gubernationibꝰ, inopes plus poſſe, quàm opulentos, plures enim ſunt, & id obtinent, quod pluribus uideatur.*

LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus præmiſit intētionem ſuam, proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Quoniā primo oſtēdit ex quibus & quomodo inſtituātur popularis ſtatus & paucorum. In ſecunda cum dicit. (Conſequens autem eſt &c.) determinat de principantibus pertinentibus ad huiuſmodi reſpu. Circa primum duo facit. Primo oſtēdit ex quibus, & quomodo inſtituatur ſtatus popularis. Secundo cum dicit. (Fere autem &c.) ex quibus paucorum ſtatus ſibi oppoſitus. Circa primum duo facit. Primo præmittit ſuppoſitiones & conditiones popularis ſtatus. Secundo cum dicit. (Democratijs autem. &c.) determinat ex quibus, & quomodo eſt inſtituenda. Circa primum, primo facit, quod dictum eſt. Secūdo cum dicit. (Quod maxime videtur &c.) mouet dubitationem. Circa primum duo facit. Quoniam in prima præmittit quaſdam ſuppoſitiones ſtatus popularis. Secundo cum dicit. (Talibus autem præſuppoſitis &c.) concludit multas conditiones ipſius. Circa primum duo facit. Quoniam primo præmittit vnam ſuppoſitionem primam & principalem. Secundo cum dicit. (Libertatis autem &c.) ſubdiuidit eam in duas. In prima igitur dicit, ꝙ vna & principalis ſuppoſitio ſtatus popularis eſt libertas, quod probat ex communi dicto aliorū, quia ſicut omnes conſueuerunt dicere, ac ſi ſolum in iſta repu. ciues participarent libertate. Dicunt enim, quòd omnes in ſtatu populari intendunt libertatem aliqualiter. Si igitur dictum commune veritatem habet, oportet libertatem eſſe ſuppoſitionem in ipſa. Et eſt intelligendum, quòd libertas dicitur, quæ aliquid poteſt ex propria voluntate mouere ſe, & ad finem ſibi poſitum, quod apparet, quia liber eſt ſecundum Philoſophum, qui eſt ſuiipſius cauſa, vel in ratione mouentis, in quantum ex propria voluntate mouetur & ex propria ratione, vel etiam inquantū mouetur vel agit gratia finis proprij non ad finem alteriꝰ. Accipitur etiā libertas pro ipſa operatione vel actu, quo aliquis dicitur a ſe moueri vel agi ad finem proprium. Hoc autem ſiue illo ſiue hoc modo ſumatur, aliqui habent ex naturali diſpoſitione, & tales ſunt liberi natura, ſicut dicebatur in primo huius. Aliqui autē habent hoc ex ordine reipub. ꝙ nō generatur ab alio, quàm a ſe, nec ad finem alterius, ſed ex ſe, & ad finem reipu. Et ſic appropriāt ſibi popularis ſtatus fautores libertatem. Conſequenter cum dicit.

Lect. 7.
Lect. 6.
Lect. 4.

b ¶ Subdiuidit & ponit quoſdam effectus ipſius. Et diuiditur in duas ſecūdum duos effectus quos ponit, vel ſecundum duo membra in quæ diuidit. ſecunda ibi. (Vnum quidem igitur &c.) In prima dicit, quòd vna pars libertatis vel vnus effectus in populari ſtatu eſt nullum ſimpliciter ſubiici vel principari, ſed omnes ſecundum partem, ita quòd quilibet ſecundum aliquod tempus ſubiiciatur, ſecūdum aliud principet, aut principetur vno principatu particulari, & ſubiiciatur alij. Ratio autem huius eſt, quoniam iuſtum populare eſt omnes habere de honoribus, vel bonis communibus ſecundum æqualitatē quantitatis, non ſecundum dignitatem perſonæ, vel æqualitatem proportionis, ſed tantum pauper, quantum diues, tantum idiota, quantum ſtudioſus. Cum autem cuiuslibet iuſti oporteat eſſe aliquem inſtitutorem & cōſeruatorem, & hoc ſit illud quod principale eſt in multitudine ciuili, cum multitudo popularis ſit principalis in populari ſtatu, neceſſe eſt in ea multitudinem eſſe dominam huius iuſti popularis. Et quia finis in multitudine ciuili eſt illud quod intendit principans, & iuſtum, quod conſiderat in ordine ad finem, manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt illud eſſe finem in populari ſtatu, & iuſtum quod videtur multitudini. Dictum autem eſt prius omnes debere habere æquale ſecundum quantitatem, & quia multitudo eſt domina iuſti, & ſimpliciter principatur in ea, & ipſa eſt maior egenorum q̃ diuitū, accidit egenos magis principari in tali Repub. q̃ diuites, quia dominans



c Vnum quidē igitur libertatis ſignum, hoc ꝙ terminum politiæ ponunt oēs qui demotici, vnum aūt viuere, vt vult quis. Hoc.n. opus libertatis eſſe aiūt, ſiquidē ſeruientis ipſum viuere non vt vult. Et Democratiæ quidē igitur terminus iſte ſecūdus.

*Vnum igitur libertatis ſignum hoc eſt, quòd ponunt omnes populares Reipub. finem. Alterum uero, uiuere ut quiſque uelit. Hoc enim aiunt opus eſſe libertatis, ſiquidem ſerui eſt uiuere non ut uult. Hic eſt igitur ſecundus popularis Reipub finis.*

d Hinc aūt venit id quod eſt nō ſubiici, maxime aūt ſub nullo, ij autē non, ſecundū partem, & facit hac ad libertatem eā quæ ſecundum æquale.

*Hinc profectum eſt, nemini potiſſimum ſubeſſe uelle. Quòd ſi hoc nō datur, at ſaltem per uices ſubeſſe ac præeſſe, idque pertinet ad libertatem quæ eſt ſecundum æquum.*

e Talibus aūt ſuppoſitis, & tali exiſtente principatu, talia demotica .ſ. eligere principatus omnes ex omnibus, principari oēs quidē ſuper vnumquemq;, vnūquemque autem in parte ſuper omnes ſortiales eſſe principatꝰ, vel omnes, vel quicūq; non indigent experientia & arte, non ab honorabilitate aliqua eſſe principatus, aut q̃ paruiſſima.

*His præſuppoſitis, ac tali exiſtente principio popularia huiuſmodi ſunt ſumi ad magiſtratus omnes ex omnibus, ac præeſſe omnes unicuique, & unumquemque uiciſſim omnibus per ſortem tribuere magiſtratus, uel omnes penitus, uel illos ſaltem, qui non imperitia indigent & arte, a nullo cēſu eſſe magiſtratus, uel ſaltem a minimo.*

f Non bis eundē principari aut raro, aut paucis, exceptis iis q̃ penes bellū, pauci temporis eē principatus iis q̃ penes vel omnes, vel quaſcumq; contingit. Iudicare omnes vel ex omnibꝰ, & de omnibus, vel de plurimis, & de maximis & de principaliſſimis, puta de correctionibus & de politia, & de propriis commutationibus.

*Non niſi ſemel eundem magiſtratum ab aliquo geri poſſe, uel perraro, & paucos, exceptis his qui uerſantur in bello, parui temporis eſſe magiſtratus, uel omnes, uel quot recipiunt, iudicare omnes, & ex omnibus, & de omnibus, uel de plurimis, & maximis & principaliſſimis, puta de corrigendo, & de Repub. & de priuatis contractibus.*

g Congregationem eſſe dominam omniū, principatum autē nullum nullius, aut q̃ pauciſſimorū, aut maximorū dominā.

*Et concionem eſſe omnium dominā magiſtratum uero nullius, aut dominam eſſe concionem rerum maximarum, magiſtratum uero minimarum.*

dominans eſt, quod videtur pluribus. Egeni autem ſunt plures quàm diuites, quia igitur neceſſe eſt aliquos principari, non poſſunt autem omnes ſimul principari, neceſſe eſt omnes in parte principari, & ſubiici. Vnus igitur effectus vel ſignum libertatis eſt, quod dictum eſt, quem omnes in populari ſtatu ponunt, ſicut terminum & finem in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit ſecundū effectum vel ſignum. Et primo ponit ipſum. Secundo cum dicit. {Hinc autem venit &c.} Infert primum ex iſto. In prima dicit, ꝙ aliud ſignum vel effectus libertatis eſt viuere ſecundum voluntatē, ita ꝙ vnuſquiſq; operetur ſecundū motum propriæ voluntatis non coactus ab aliquo, nec determinatus ad aliud determinate operandum. Hoc enim eſt ſecundum ꝙ dicunt operatio libertatis, qđ apparet, quia opus ſeruitutis eſt viuere, vel operari, non ſecundum voluntatem propriam, ſed ſecundum alterius libitum, vel votum, non ad finē proprium, ſed ad finem alterius, ergo ꝑ oppoſitū opus libertatis eſt operari ſecūdum voluntatem, & ad finem proprium. Iſte igitur eſt ſecundus terminus, quem ponunt populares in ſua Repub. Deinde cum dicit.

d ¶ Infert primum ex ſecundo dicens, ꝙ ex iſto effectu qui eſt operari, vt vult aliquis, ſequitur primꝰ effectus, ſcilicet non velle ſubiici, aut ſimpliciter ſub nullo eſſe, ſi poſſibile eſſet, ſed quia hoc non eſt poſſibile, ſubiici ſcilicet, & prīcipari, omnes ſimpliciter expedit ſubiici & principari ſecundum partē, & ſic ſubiici & principari facit ad libertatem, quæ attenditur in hoc, vel quantum ad hoc, quòd omnes ſunt æquales. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prædictis multas proprietates popularis ſtatus. Et diuiditur in duas. In prima ponit eas. In ſecunda recolligit cum dicit. {Communia quidem &c.} Circa primum tria facit. Quoniam primo ponit conditiones vel proprietates quæ attenduntur circa aſſumptionem principatus, & eorū qui principantur, & ex quibus, & quando. Secundo cum dicit. {Deinde præmiare &c.} Illas quæ attenduntur quantum ad remunerationem principantium. Tertio cū dicit. {Præterea &c.} Quæ attenduntur quantum ad conditiones eorum qui ſunt in hac Repub. Circa primum facit duo. Quoniam primo tangit conditiones pertinentes ad aſſumptionem principatus, ſcilicet tempus & poteſtatem. Secundo cum dicit. {Principatuum autem, &c.} Tangit quis debet eſſe maximus principatus in hac Repu. Circa primum primo tangit eas, quæ pertinent ad aſſumptionem principatus. Secundo cum dicit. {Non bis eundem &c.} Eas quæ pertinent ad durationem principatus. Tertio cum dicit. {Congrationem eſſe dominam &c.} Eam quæ pertinet ad potentiam eius. Circa primum tangit quatuor conditiones. Dicens primo, ꝙ prædictis ſuppoſitis in populari ſtatu, & multitudine principante in eadem, neceſſe eſt has conditiones quæ ſequuntur obſeruari in ea. Primo quidem, omnis principatus tam maiores q̃ minores eligere, ideſt accipere ex omnibus indifferenter, non conſiderando ad dignitatem aliquam, ſic enim omnes magis habebunt quoddā æquale quod eſt iuſtum in eo. Secundo omnes principari ſuper vnumquemque, hoc eſt omnes coniunctim, ſup vnumquemque diuiſim, & iterum vnumquemque diuiſim, cū acceptus fuerit ī aliq & alio principatu, diuiſim ſuper omnes. Sic enim omnes principabuntur & ſubiicientur ſecundū partem, id autem eſt effectus libertatis primus. Tertio principatus eligi per ſortem, vel vniuerſaliter omnes, vel ſaltem illos, in quibus non indigetur multa ſapiētia & prudentia, puta ducatum exercitus vel conſilium. Tales.n. non expedit eligi ſorte. Contingeret.n. ad tales principatus aſſumi idiotam quēcumque, quod eſſet periculoſum Reipu. Quarto principatus aſſumi, nō ab aliqua excellentia, vel dignitate virtutis, vel diuitiarum, aut ſaltem a minima, quod dicit propter primam ſpeciem popularis ſtatus, in qua aſſumuntur ad principatum ab aliqua dignitate diuitiarum vel virtutis, ſicut apparuit in Quarto, ſic enim magis æquales erunt, & minus ſubiicientur. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit conditiones duas pertinentes ad durationem principatus, dicēs primo ꝙ in Repub. hac, expediens eſt, eundem bis non principari in aliquo principatu, vel raro, & in paucis principari, ſic enim plures poterunt attingere ad principatum, præterquam in ducatu exercitus, in quo periculoſa eſt mutatio frequens, propter experientiam longam, quæ exigitur in illo. Secundo expedit paruæ in eadem, & breuis durationis eſſe principatus, vel ſimpliciter omnes, vel illos ſaltem, qui habent iudicare de omnibus caſibus, quantum ad omnes ciues, vel ſaltem de pluribus, vel de maximis, & principaliſſimis, ſicut de correctione principatuū aliorum, & de ordine Reipub. & de commutationibus regulandis ſecundum legem iuſtitiæ. Expedit autē principatus eſſe breuis temporis, ſi poſſibile ſit, vt plures attingere poſſint ad eos, & principari ſecundum partem. Maxime autem hoc expedit in magnis, ne nimis ditati inſurgant contra multitudinem tyrannizantes. Deinde cum dicit.

g ¶ Tangit conditionem pertinentem ad potentiam. Dicens ꝙ expediens eſt in huiuſmodi Repub. congregationem multitudinis eſſe dominam ſimpliciter omnium in hac Repub. Principatus autem expedit habere nullius dominium ſi poſſibile ſit, aut ſaltem paucorum, & nullo modo maximorū. Sic enim magis ſaluabitur æqualitas multitudinis, ſi enim principatus dominarentur ſimpliciter, aut in magnis excederent alios præter proportionem, & æqualitatem, quæ in ipſa intenditur. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat

h ¶ Manifeſtat quis principatus magis neceſſarius eſt in ipſa. Dicens ꝙ principatus maxime neceſſarius in populari ſtatu eſt illud, quod vocatur conſilium, quod habet poteſtatem deliberandi de magnis & arduis. Cuius ratio eſt, quia multitudo popularis, quæ in ipſa dominatur, vt in pluribus, imprudens eſt & ſine virtute, & ideo ſequitur impetum voluntatis in operationibus ſuis, quare ſi debeat recte agere, oportet habere dirigens & regulam, hoc autem eſt conſilium, & ideo cõſilium maxime neceſſarium eſt in ſtatu populari, p̄terquã in illa, in qua laborantes in cõmunibus, præmium accipiunt magnum. Hæc enim multitudo remouet potẽtiam huius principatus, & reducit ad ſe omnia iudicia & deliberationes propter preciũ, ſicut dictum fuit in p̄cedentibus in quarto huius. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit conditionem quæ pertinet ad retributionem, dicẽs ꝙ poſt ea quæ dicta ſunt, expediens eſt remunerari omnes venientes ad congregationes, vt libentius veniant, & ad iudicia vt plures iudicent, & firmior ſit ſententia, & principatus, vt fidelius & magis laborent, & hoc dicunt ſi poſſibile eſt ciuitati. Si autem non eſt poſſibile omnes remunerari, ſaltem oportet premiare principat⁹ & iudicia & conſilia, & cõgregationes maximas, & precipuas, & principatus cum quib⁹ neceſſe eſt alios plures ciuitatis conuiuare. Tales enim principatus nullus acciperet propter magnitudinem expenſarum, niſi bene præmiaretur, ſicut ẽ dux exercitus. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit proprietatem quę pertinet ad conditionem gubernantium. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {In principatibus autem &c.} Reſumit quandam conditionem dictã pri⁹ de principatu, vt aliquid addat. In prima dicit, quoniam ſtatus paucorum & popularis ſunt Reſpub. adinuicem contrariæ quodammodo, & contrariorum ſunt contrariæ proprietates, oportet eas proprietates habere contrarias. Cum igitur in paucorũ ſtatu gubernantes determinentur per nobilitatem generis, & p̄ diuitias, & per virtutem, neceſſe eſt, ꝙ gubernantes in populari ſtatu determinentur per contraria, puta per ignobilitatem generis, paupertatem & ignorantiam, ſeu per ſordidum opificiũ, ita ꝙ ſicut in paucorum ſtatu ſunt principantes nobiles & diuites & virtuoſi, ſic in ſtatu populari viles & pauperes & inordinati. Deinde cum dicit.

l ¶ Reſumit quandam proprietatem dictam prius de principatu, & adiungit alias dicens primo, ꝙ expedit in populari ſtatu nullum eſſe principatum durationis perpetuæ. Si enim eſſet F aliquis perpetuus, pauciores poſſent attingere ad ipſum, & habere æquale & populare, & iterum poſſent ditari improportionabiliter & per diuitias, & potentiam tyrannizare. Adiungit autem ꝙ ſi aliquis principatus deuiet vel declinet ab eo, quod ordinatum eſt in antiqua lege ipſorum, amoueatur ab eo potentia vel principatus ſecundum legis ordinationem: iterum ſi fuerint aliqui principatus eligibiles, expedit mutare modũ aſſumptionis eorum, & facere ꝙ accipiantur ſorte, ſic enim magis aſſumentur ex quibuſcumque. Sed hoc eſt intelligendũ de illis principatibus in quibus non indigetur prudentia magna, & experientia, ſicut eſt conſilium & ducatus exercitus, tales enim oportet eligere conſiderãdo ad dignitates prædictas, ſicut prius dixit Philoſophus. Deinde cum dicit.

m ¶ Recolligit dicta addendo cauſam dicens, ꝙ ea quæ dicta ſunt, ſunt quædã communes proprietates popularis ſtat⁹. Omnes autem huiuſmodi proprietates q̃ videntur eſſe popularis ſtatus, & ordinatio populi in ipſo, ſequuntur ex diffinitione iuſti popularis prius poſita, quæ eſt omnes habere æquale ſecundum quantitatem, non ſecũdum dignitatem aliquam: æquale enim ſecundum quantitatem eſt non magis principari diuites quàm pauperes, nec virtuoſos quàm idiotas, nec aliquos ſolitarios eſſe dominos, ſed omnes æqualiter ſecundum numerum, ſi enim hoc modo ſe habeãt, exiſtimabunt ſe habere ſecundum æqualitatem, & etiam libertatẽ.

h Principatuum aũt, maxime demoticum conſilium, vbi non mercedes de factis omnibus, ii .n. auferunt, & huius principat⁹ potentiã, ad ſe ipſum enim reducit iudicia omnia populus abũdans precio, ſicut dictũ fuit pri⁹ in methodo, quæ ante hanc.

i Deinde præmiare, maxime q̃dem oẽs, congregationem, prætoria, & principatus, ſi aũt non principatus & prætoria, & cõſilia, & cõgregationes præcipuas aut principatuũ neceſſe conuiuari cum inuicem.

k Adhuc autẽ, qm̃ Oligarchia, & genere, & diuitiis, & diſciplina determinatur, quæ d̃motica, videtur cõtraria horũ eſſe, ignobilitate, paupertate, banauſia. H

l In principatibus aũt, nullum perpetuũ eſſe, ſi aũt aliquis deficiat ex antiqua trãſmutatione, tunc circũtollere potẽtiã ipſius & ex eligibilib⁹ ſorciales facere.

m Cõmunia quidẽ democratiæ hæc ſunt, accidit autẽ ex iuſto confeſſo eſſe democratico, hoc autẽ eſt æquale habere omnes ſecundũ numerũ. Quæ maxime videntur eſſe democratia & demus, æquale .n. nihil magis I principari egenos q̃ diuites, neque dominos eſſe ſolos, ſed oẽs ex æquo ſecundũ numerum. Sic .n. vtiq; putabunt exiſtere æqualitatẽ ciuitati & libertatem.

*Inter magiſtratus autem populariſſimum eſt conſilium, ubi non omnibus eſt mercedis facultas. Nam tunc quidem adimunt, & huius magiſtratus potentiam. Ad ſe enim reducit iudicia cuncta populus, mercede abundans, ut diximus ſupra, ubi de hac parte tractauimus.* G

*Deinde mercedem capere, potiſſimum quidem omnes, concionem, iudicia, magiſtratus, uel ſaltem magiſtratus & iudicia, & conſilium, & conciones principales, uel eos magiſtratus, quos neceſſe eſt in eadem ſimul eſſe commeſſatione.*

*Præterea cum paucorum gubernatio genere, & diuitiis, & eruditione diffiniatur, uidentur quæ popularitatis ſunt, contraria eſſe, ignobilitas, inopia, ſordidum opificium.*

*Præterea poteſtatem nullam perpetuam eſſe, quòd ſi reliqua ſit aliqua ex antiqua mutatione illius, auferre potentiam, & ex electione ad ſortem reducere.*

*Hæc igitur omnia cõia ſunt gubernationum populariũ. Contingunt aũt ex eo iuſto, quod fatentur eſſe populare, hoc eſt æquũ habere omnes ſecundum numerũ. Quod maxime uidetur eẽ popularis ſtatus & populi. Aequũ eſt .n. cum nihil magis gubernant diuites quàm pauperes, nec ſoli poteſtatẽ habent, ſed omnes ex æquo ſecundum numerum. Sic .n. demum exiſtimant paritatem in Repub. eſſe ac libertatem.*

## LECTIO III.

Quod aũt poſt hoc dubitatur, quomodo habebũt qđ æquale, vtrum oportet honorabilitates diuide- K re ipſis mille, eas quę quingentorum, & ipſos mille æquale poſſe quingentis, aut non ſic oportet poni in ijs æqualitatẽ, ſed diuidere quidẽ ſic. Deinde ex quingentis æquales accipientem, & ex mille hos dominos eſſe diuiſionum & prætoriorũ. Vtrùm igitur hæc quæ ſm̃ multitudinẽ B honorabilitatum politia, iuſtiſſima ſm̃ democticum iuſtum, aut magis quæ ſm̃ multitudinem?

*L E C T I O III.*

*Sed quæritur poſt hæc, quemadmodum habebunt æquũ, utrum oportet partiri in mille eos cenſus qui ſunt quingentorum, & mille æqualiter poſſe quingẽtis, uel non, ſic ponere oportet iſtam paritatem uel partiri quidem ſic. Deinde ex quingentis pares accipientem, & ex mille hos poteſtatem habere partitionum & iudiciorum. Vtrum igitur Reſpub. iſta iuſtiſſima eſt ſecundum populare iuſtum, uel magis illa quæ ſecundum multitudinem?*

## LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus præmiſit ſuppoſitiones & cõditiones popularis ſtatus, in parte iſta mouet quandam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo enim mouet eam. Secundo, circa eius diſſolutionẽ tangit opinionem quorumdam & reprobat, ibi. {Aiunt enim Demotici &c.} In tertia cum dicit. {Quę igitur vtique.} Soluit eam ſecundum intentionem ſuam. In prima igitur mouet dubitationem, quæ oritur ex præcedentibus. Dixerat enim, ꝙ ſi omnes æqualiter principentur non magis diues q̃ pauper in populari ſtatu habebunt ſecundum æqualitatem & libertatem, dicit igitur ꝙ illud quod dubitationem habet ex præcedentibus eſt hoc, quomodo ſcilicet cum in qualibet ciuitate vel Repub. etiam populari ſtatu ſint diuites & pauperes, habebunt tam hi q̃ illi illud, quod eſt æquale & iuſtum, vtrum .ſ. in diſtribuẽdis onoribus



honoribus tantum oporteat diſtribuere vel dare mille pauperibus quantum quingentis diuitibus, & ipſos mille tantam habere poteſtatem in tractatibus communibus, quantã habent quingenti diuites, aut non ſecundum hunc modum, ſed accipiendo mille pauperes ex vna parte & quingentos ex alia diuidendo ſecundum modum prędictum, vlterius ex quingentis diuitibus accipere aliquos paucos per electionem, deinde ex mille pauperibus aliquos, ſimiliter paucos qui in eadem proportione ſe habeant ad ipſos mille, de quibus eliguntur, ſicut illi pauci q̃ accipiuntur ex iſtis quingentis ad illos quingentos, & iſti ſimul congregati ſint domini in diuidendo bona communia, in iudicando & eligẽdo. Eſt igitur dubitatio, vtrum aliquod iſtorũ iuſtũ & æquale in Repub. populari, aut nonnulla iſtorum, ſed magis omnia attribuere maiori multitudini, ita ꝙ multitudo maior ſit omnium domina. Deinde cum dicit.

b ¶ Tangit quorũdam opinionem primo. Secundo cum dicit. {Habent autem ambo &c.} Reprobat vtramque. In prima dicit ꝙ de iſta dubitatione aliter videtur popularibus, aliter dominantibus in paucis. Populares .n. dicunt illud eſſe iuſtum & æquale ſimpliciter, quod videtur pluribus, multitudo enim principatur in tali Repu. & ideo iuſtum attenditur p̄ comparationẽ ad ipſam, ſicut dicebatur prius: in paucorũ potentia autem, illud dicunt eſſe iuſtum ſimpliciter quod videtur habentibus ampliores diuitias. Dicũt enim debere omnia determinari ſecũdum habitudinẽ ad diuitias, quæ ſunt pricipale in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat vtrãque. Et primo ſecundum l. Secundo cum dicit: {Si autẽ quodcumque &c.} Primũ. In prima dicit ꝙ vtraque iſtorum quæ dicta ſunt, inæqualitatem quandam habẽt in re, & iniuſtitiã in comparatione ad finem. Si enim illud ẽ iuſtum fieri in ciuitate quod videtur diuitibus paucis exiſtentibus, tunc ſequitur Rempub. conuerti in tyrannidem. Cuius ratio eſt, qm̃ ſi illud eſt iuſtum quod videtur ditioribus, & opor- A tet omnia ſecundum quantitatem diuitiarum determinari, tũc ſi vnus habeat ampliorem ſubſtantiam q̃ alii, iuſtum erit quod videtur huic ſoli, & omnia oportet determinari ſecundum volũtatem eius, & per conſequens ipſum ſolum principari ſecundũ voluntatem eius. Hoc autem eſt tyrannis, ſi igitur omnia oporteat determinari ſecundum iudicium diuitum, Reſpub. conuertetur in tyrannidẽ. Deinde cũ dicit.

d ¶ Improbat primum dicens, ꝙ ſi illud eſſet iuſtum, qđ videtur pluribus, & oportet ſequi iudiciũ plurium, cum plures habeant potentiam maiorem, & etiam ſequãtur impetum voluntatis in iudicando conuertentur ad opera iniuſtitię, diripentes ea quę ſunt diuitum paucorum exiſtentium, ſicut dictũ eſt in Quarto prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſſoluit eã ſecundum intentionẽ ſuam primo. Secundo cum dicit. {Sed de æquali &c.} Remouet obiectionem quæ poſſet fieri. In prima dicit reſumendo dubitationem & dando intentũ in determinando eam dicens, ꝙ ex diffinitione vel determinatione iuſti ſiue æqualis, quam ponunt vtriq; accipiendum eſt, quę ſit ęqualitas ſiue iuſtitia, quam intẽdũt ſecundũ quam oportet diſtribuere ſingula. Cõueniunt enim in hoc vtrique quod iuſtum eſt eſſe illud dominans & principans in Repu. quod videtur pluribus partibus Reipu. Hoc .n. ſupponatur, non tamen ſimpliciter, ſed cum determinatione quadam. Duæ enim ſunt partes ex quib⁹ ciuitas de neceſſitate componitur, ſcilicet, diuites & pauperes, quod igitur videbitur iſtis & illis ſimul conſentientibus, vt pluribus, non dico totius multitudinis, ſed pluribus de diuitibus, & pluribus de pauperibus, hoc ſit principans, & fiat in tota Repub. Si autẽ contingat ꝙ contrarientur adinuicem, ita ꝙ non omnib⁹ diuitibus idem videat, ſed quibuſdam vnũ, quibuſdam aliud, ſimiliter nec omnibus pauperibus, ſed quibuſdã vnũ, quibuſdã aliud, Verbi gratia. Si ponamus ꝙ ſint decẽ diuites & viginti pauperes, vnũ aũt videatur faciendũ ſex diuitibus & quinque pauperibus adiunctis ei⁹.

b Aiunt .n. demotici, hoc iuſtũ quodcunq; uideat̃ ampliori ſubſtantiæ, ſecundum multitudinẽ enim ſubſtantiæ aiunt oportere iudicari.

c Habent aũt ambo inæqualitatẽ & iniuſtitiã. Si quidem .n. quodcũq; qui pauci, tyrannis, etenim ſi vn⁹ habeat plura alijs C diuitibus, ſm̃ Oligarchicum iuſtũ, principari ſolum iuſtum.

d Si autẽ quodcunq; qui plures ſm̃ numerum, iniuſta agent depopulantes quæ diuitum & paucorum, ſicut dictum eſt prius.

e Quæ igitur utiq; erit æqualitas quã confitentur utriq;, conſiderandum ex quibus iuſtis determinant. Dicunt .n. ꝙ quodcũque uidebitur pluribus ciuium, D hoc oportet eſſe dominans. Sit itaq; hæc non cã tamẽ omnino, ſed qm̃ duæ partes exiſtunt, ex quibus ciuitas, diuites & pauperes, quodcunq; utriſq; uideat̃, uel pluribus, hoc ſit quod dominans, ſi aũt cõtraria uideantur quodcũq; qui plures, & quorũ honorabilitas amplior, puta ſi ij quidẽ decem, ij aũt uiginti. Videbatur aũt diuitũ quidẽ ipſis ſex, pauperiorũ aũt ipſis quĩdecim. Adiungant̃ aũt pauperi E bus quidẽ diuitũ quatuor, diuitibus aũt pauperũ quinq;, quorũcunq; igitur honorabilitas excedit, ſimul numeratis utriſque hoc dominans utriſq;. Si aũt æquales euenerint, cõmunẽ hanc putandum eſſe dubitationẽ, ſicut nunc ſi diuiſa in duo congregatio fiat, uel prętorium, aut .n. ſortiendum, aut aliquid aliud tale faciendum.

*Aiunt enim populares id eſſe iuſtum quod uidetur utique pluribus. Potẽtes uero, quod uidetur his qui pl⁹ poſſident. Pro multitudine enim facultatum aiunt eſſe ſtatuendum.*

*Sed habent hæc utraque imparitatem & iniuſtitiam. Si enim quod pauci, tyrannis eſt, nam ſi unus habeat plura quàm alii opulenti, ſecundum paucorum iuſtum, is ſolus dignus eſt qui gubernet.*

*Si uero quod plures ſecundum numerum, iniuriabuntur, publicantes bona opulentorum ac paucorum, ut ſuperius dictum eſt.*

*Quæ igitur ſit æqualitas quam ambo profitentur, conſiderandum eſt ex his, quæ utrique diffiniunt iuſta. Inquiunt enim, quicquid uidetur maiori parti ciuium, id oportere eſſe ratum. Sit quidem hoc, attamen non penitus, ſed cum duæ partes ſint ex quibus ciuitas conſtat, diuites ſcilicet & pauperes, quod ambabus uideatur, aut pluribus id ratum ſit. Quòd ſi contraria uideantur, quod pluribus & habentibus maiorem cenſum, puta ſi alii decem, alii uiginti, uideatur autem diuitum ſex, pauperũ uero quindecim: accidant uero pauperibus quatuor diuitum, diuitibus autem quinque pauperum, quorumcumque cenſus exuperat, connumeratis ambobus, utriſque id ratum ſit, quòd ſi forſan æquales eſſe contigerit, communem eſſe hanc ambiguitatem, putandum eſt, ut nunc accidit, ſi utrinque paria ſuffragia cõcionis ſint, aut pares in iudicio ſententiæ. Nam aut ſorte dirimendum eſt, aut aliud quiddam huiuſmodi agendum.*

Oppoſitum autem videatur quindecim pauperibus & quatuor diuitibus, tunc iuſtum determinandum erit non ſecundum prædictum modum, ſed ſecundum aliquam excellentiam aliam vel virtutis vel deſiderii ad bonum commune. Et tunc illud quod videbitur parti, quæ excellit ſecundum illud collatione facta iuſtum erit. Si autem æquales inueniātur, puta in virtute, tunc ſmanet dubitatio eadem, ſi debentes iudicare in iudicio ſint diuiſi in duas partes, ita ꝙ nō inueniatur excellentia, quorum ſententiæ ſtādū erit, & tunc in vtroq; iſtorum aut determinandum eſt ſorte cui illorum ſit, aut alio aliquo accidente ſimili ſorti. Deinde cum dicit.

f ¶ Remouet obiectionem quæ poſſet fieri: diceret enim aliquis, ꝙ electio principatus & diſtributio bonorum communium, maxima ſunt in ciuitate, maxima autem committere ſorti & viæ per quam cōtingit accipi deteriorem, inconueniens eſt: ergo inconueniēs videtur quod dictum eſt, ꝙ vbi non inuenitur præeminentia ſit ſortiendum, hoc intendens remouere dicit, ꝙ cum difficillimum ſit inuenire æqualitatem quid ſit iuſtum & æquale in caſibus prædictis & determinare ſecūdum rationem rectā, tamen melius eſt per ſortem dirimere controuerſias q̄ permittere ꝙ ſoli diuites principentur: ſemper.n. de duobus malis minus malum præeligendum eſt, malum eſt aūt ſorti committere & ſolos diuites principari, minus aūt malum eſt ſorti committere q̄ diuites principari, quia pauperes quos quandoque contingit per ſortem principari, magis volunt communiter iuſtitiam & æqualitatem q̄ diuites. Diuites enim ex ipſa abundantia diuitiarum inclinantur ad contumeliam & elationem, & ad alia iniurioſa, & ideo nihil curant de iuſtitia, propter quod ſi oporteat alterum ipſorum eligi, magis eſt eligendum committere ſorti q̄ permittere diuites ſolos principari in ſtatu populari.

f Sed de æquali quidē & iuſto, quāuis ſit ualde difficile inuenire ueritatem, de ipſis tamen facilius ſortiori, quàm ꝑmittere potentes ſupergredi: ſemper .n. quærunt quod iuſtū, & quod æquale qui minores, præeminentes autem nihil curant.

G

## LECTIO IIII.

Democratijs aūt exiſtentibus quatuor, optima quidē quæ prima ordine, quemadmodū dictum eſt in ſermonibus qui ante hos. Eſt aūt & antiquiſsima omniū hæc. Dico autē primā, ſicut ſiquis diſtinguant populos, optimus .n. populus qui terræ cultiuus eſt.

b Quare & facere cōtingit democratiam, ubi uiuit multitudo ab agricultura uel paſcuis.

c Propter quidem .n. quòd nō multam ſubſtātiam habet neq; uacans, ut non ſæpe congregationes faciat. Propterea aūt ꝙ non habent neceſſaria, circa opera immorant, & aliena nō cōcupiſcūt, ſed delectabili⁹ ē ipſis laborare quàm politizare & prīcipari, ubicūq; nō fuerint acceptationes magnæ à principātib⁹.

*Sed de æquo & iuſto, quamquam ſit admodum difficile in illis reperire ueritatem, tamen facilius eſt ſortiri, quàm perſuadere his qui plus habere poſſunt. Semper enim, qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quærunt, ſed qui plus poſſunt, iſta non curant.*

## *LECTIO IIII.*

*Cum uero quatuor ſint gubernationes populares, optima eſt illa, quam primo gradu poſuimus, ut ſuperioribus libris dictum eſt. Eadem quoque antiquiſsima omnium. Dico autem primam ſecundum diſtinctionem populorum. Nam optimus populus eſt ille, qui ex agricolis conſtat.*

H *Itaque et popularis ſtatus effici datur, ubi multitudo uiuit ab agricultura, uel paſcuo.*

*Negotioſa quidem, quia nondum multum habet, ex quo fit, ut raro cōcionem agant. Cum enim laborandum ſit illis circa neceſſaria ad uictū, operibus diſtinentur ſuis, & aliena non appetunt, dulciuſque illis eſt opus facere, quàm in Repub. uerſari, niſi magna in gubernando ſint emolumenta ſuſcepturi. Plerique enim magis lucrum appetunt, quàm honorem.*

## LECTIO IIII.

Poſtquàm Philoſophus præmiſit hypotheſes & proprietates ſtatus popularis, intendit hic determinare ex quibus & quomodo ſpecies ipſius inſtituantur. Et diuiditur in duas, qm̄ in prima parte oſtendit ex quibus, & qūo inſtituitur optima Reſpub. popularis. In ſecunda cū dicit. {Quomodo ergo &c.} Ex quibus & quomodo aliæ. Prima in duas. Qm̄ primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Vbi aūt & accidit &c.} Oſtendit vbi facile eſt eam inſtituere. Prima diuiditur in partes tres. Qm̄ in prima parte dicit ex quibus eſt optima Reſpub. popularis. In ſecunda cū dicit. {Ad inſtituendum aūt &c.} Declarat quibus legibus firmanda & inſtruenda. In tertia cum dicit. {Poſt agricolam aūt &c.} Declarat qualiter aliæ multitudines populares ſe habent ad illam, ex qua inſtituitur optima Reſpub. popularis. In prima duo facit. Qm̄ in prima parte declarat ex quibus eſt optima Reſpub. popularis. In ſecunda cum dicit. {Propter quidem.n.&c.} Probat quoddam ſuppoſitum. In prima primo facit quod dictū eſt. In ſecunda cū dicit. {Quare & facere &c.} Concludit corollariū. In prima dicit cū ſint quatuor ſpecies ſtatus popularis, optima eſt quæ eſt prima ſm ordinem inter illas, ſicut dictum eſt prius.

F Optima.n. Reſpub. ſimpliciter regnum eſt, in qua vnus principatur, deinde ſtatus optimatū, in quo pauci virtuoſi. Deinde aūt Reſpub. in qua adhuc plures bellicoſi. Deinde autē hæc ſpecies popularis ſtatus, in qua plures agriculturam colentes principantur. Deinde aūt aliæ ſpecies ipſius plus & plus deficientes ab ea, ſicut dictū eſt ī Quarto huius. Iſta aūt eſt antiquiſſima omniū ſtatuū popularium, & antiquior multitudo, & magis naturalis eſt agricultiua. Dixit aūt ipſam primā eſſe, quia eſt ex prima multitudine & optimo populo, cuiuſmodi eſt terræcultiu⁹, ſiquis ſupponat diſtinctionem multitudinis popularis in terræcultiuam & nō terræcultiuam, & cōſiſtit virtus rationis ſuæ ī hoc, Optima & prima Reſpub. popularis eſt ex optima & prima multitudine populari, optima autem & prima multitudo eſt terræcultiua, ergo prima & optima eſt Reſpub. popularis ex multitudine agricultiua. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit corollarium dicens, ꝙ quia optimus populus eſt agricultiuus, ideo de facili contingit fieri optimam Rēpub. popularem, vbi eſt talis populi multitudo, ex optima .n. materia bene diſpoſita cōtingit fieri optimum compoſitū, & in his quæ fiunt natura, & in his quę fiunt arte. Deinde cum dicit.

I c ¶ Probat quod ſuppoſuit.ſ.ꝙ multitudo agricultiua ſit optimus populus. Et primo facit hoc. Secundo cū dicit. {Quod quidem igitur &c.} Concludit concluſionē principaliter intentā. Primum probat ex tribus, & ſm hoc poteſt diuidi ī tres partes. Primo.n. probat, ꝙ agricultiua multitudo eſt optima, quia non eſt machinatiua. Secundo cū dicit. {Propterea autem &c.} Quia non eſt concupiſcitiua. Tertio cū dicit. {Adhuc aūt quod domini ſunt &c} Quia non eſt ambitioſa. In prima parte dicit, ꝙ multitudo agricultiua, quia non habet diuitias multas, nō multum poteſt vacare ab operationibus exterioribus, ſed neceſſe eſt intendere ad culturā terræ ex qua ſuſtentatur, & ad alia neceſſaria, & quia nō poteſt vacare ab exterioribus, non appetit facere congregationes, & ideo minus machinari poteſt. Solent enim in congregationibus propter mutuam collocutionem & adinuicem confidentiam machinari, inueniendo vias & modos inK ſurgendi contra diuites, aut principantes, & quia minus machinatiua eſt, melior eſt ad politizandum. Secundo cum dicit. {Cum enim laborandum ſit illis circa neceſſaria, &c.} Probat quòd eſt optima, quia non eſt concupiſcitiua, dicens quòd huiuſmodi multitudo propter hoc quòd non habet neceſſaria ad bene viuendum, neceſſe habet intendere circa exteriora opera exterius in regione, & quia operationibus exterioribus intendunt, minus concupiſcunt aliena. Habitantes enim exterius in regione, intendentes propriis operibus, non percipiunt diuitias & bona principantiū, & quia non aduertunt minus concupiſcunt, imo magis delectabile eſt eis intendere negociationi circa propria q̄ intromittere ſe de Repub. aut principatu, etiā vbi tunc non contingit multū lucrari in principatu vel Repu. multitudo.n. popularis magis intendit & appetit lucrū proprium q̄ honorē. Hoc .n. eſt eis magis neceſſariū & ſignū eius, quod dictum eſt, eſt qm̄ multi tales antiquitus tyrannides crudeles ſuſtinuerunt, & ſtatus paucorum potentatus, & adhuc etiam multi ſuſtinent, cum non prohibentur ab operibus propriis,

nec



nec multum aufertur de ſubſtantia eorum, ſic enim intendentes propriis operibus, quidam eorum faciliter fiunt diuites, alii vero non egentes, & quia ſic aliena non concupiſcunt, meliores ſunt ad gubernandum, quia minus inſurgunt & minus rapiunt aut furantur, hoc enim erat vna cauſa corruptionis Rerumpu. determinata ī Quinto huius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat idem ꝓpter hoc ꝙ non eſt ambitioſa. Et primo facit hoc. Secundo cōcludit corrolariū cū dicit. {Quapropter vtile eſt.} In prima parte dicit, ꝙ ſi huiuſmodi multitudo habeat aliquem appetitum honoris ꝙ neceſſe eſt, quia homines naturaliter honorem appetunt, vt apparet ſecūdo Rhetoricę, appetitui eorū ſatiſfit per hoc quòd in quibuſdā Rebuſpub. popularibus dominium habet in eligendo & corrigendo principatus, quod eſt maximum. In aliis autem popularibus ſtatibus, quamuis nō attingant ad electionem principatuum, cum principatus per partes, hoc eſt particulares eligibiles ſūt ex omnibus indifferenter, ſicut in Mantinea, vbi hoc ſeruabatur. In aliis autem poteſtatem habet huiuſmodi multitudo ſuper conſilium Reipu. quod ordinat de omnibus, & hoc ipſum quòd dominiū habet ſup ipſum conſilium multis eſt ſufficiens ad ſupplendū appetitum prædictū, & eſt opinandum, ꝙ iſta quę dicta ſunt ſcilicet multitudinē habere poteſtatem in eligendo & corrigendo principatus, & ipſos attingere ad aliquos principatus minores, & habere dominium ſuper conſilium, eſt ſicut quidā ornatus, & bona diſpoſitio ſtatus popularis, ſicut fuit in ciuitate Mantinea prædicta. Deinde cum dicit.

e ¶ Cōcludit ad manifeſtationem eius, quod dictū eſt, quoddam correlarium primo. Secundo cum dicit. {Neceſſe autem politizantes &c.} Aſſignat rationē eius. Primo ergo dicit, ꝙ quia ea quæ dicta ſūt, ſunt ornatus quidā ſtatus popularis & bona diſpoſitio. Diſpoſitio expediens eſt in prædicta ſpecie ſtatus popularis, & conſueuit obſeruari in ea agricultiuam multitudinem habere poteſtatem ſuper electione

A principatus & correctione, & iudicare cum errauerint & principatus maiores eligi ab ea ex eis qui habent honorabilitates maiores vel virtutum vel diuitiarum, vel ex maioribus ſecundum nobilitatem, aut non eligi per eos qui habent tales honorabilitates magnas, ſed eos qui poſſunt intendere non coacti propter indigentiam circa neceſſaria vacare. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem huius dicti primo. Secundo cum dicit. {Itaque neceſſe eſt.} Infert correlarium ex ipſa. In prima parte dicit, ꝙ ſi hoc obſeruetur qđ dictū eſt, neceſſe erit in tali Repu. optime gubernare, ex hoc.n. multæ vtilitates contingent in Repu. Primo quidem ex parte principis, ſic.n. magiſtratus per meliores regentur, cum aſſumuntur ab aliqua honorabilitate, iterum ex parte populi contingit populum conſiſtere & non inſurgere, nec etiam inuidere excellentibus viris & inſignibus ſufficiet hæc ordinatio, ſi enim principatus āſſumantur ab honorabilibus non ſubiiciētur deterioribus ipſis, ſi quidem eos nō contingat principari iterum principantes magis iuſte principabuntur conſiderātes, ꝙ ſunt alii in Repu. qui poſſunt corrigere eorū delicta ſi iniuſte egerint. Hoc.n. expediens eſt in tali ſtatu populari corrigere & ſuſpēdere delictum principantiū, ita ꝙ non liceat eis facere quodcumque videbitur ipſis. Habens enim poteſtatē agendi quodcumque videbitur ei, non habet potentiam obſeruandi ſm rationem exceſſus, qui ſunt in vnoquoq; hominū. Deinde cum dicit.

g ¶ Ex iſtis concludit correlariū dicens, ꝙ ex his quæ dicta ſunt ſi obſeruentur, neceſſarium eſt accidere in Repu. maxime ꝑfectum ſcilicet, bonos & iuſtos principari, & non delinquere, timentes punitionē & correctionē & multitudinē, nihil minus habere q̄ debeat, ē.n. domina maiorū. Deīde cū dicit.

h ¶ Concludit concluſionē prīcipaliter intentā, dicēs ꝙ manifeſtū eſt ex dictis, ꝙ hæc ſpecies ſtatus popularis q̄ dicta eſt, optima eſt, & ꝓꝑ quam cauſam, qm̄ propter hoc ꝙ populus ex quo cōſtituitur optimus eſt. Deinde cū dicit.

Qui multi.n. magis appetūt lucrum & honorē. Signum autē, etenim antiquas tyrannides ſuſtinuerunt, & Oligarchicas ſuſtinent, ſiquis ipſos operari non ꝓhibeat, neq; auferat aliquid. Celeriter.n. ii quidem ditantur ipſorum, ii aūt non egent.

d Adhuc aūt, quòd domini ſūt eligendi, & corrigendi, ſupplet indigentiā ſi quid ambitiōis habent, qm̄ apud quoſdā demos, quāuis non participent electione principatuū, ſed quidam eligibiles ſm̄ partem ex omnibus ſicut & in Mantinea. Eius aūt qđ eſt cōſiliari domini ſint ſufficiēter hoc multis, & oportet putare, etiā hoc ſchema eſſe quoddā democratiæ, ſicut in Mantinea aliquando erat.

e Propter quod vtique & expediēs eſt prius dictæ democratiæ & exiſtere conſueuit eligere quidem principat⁹, & corrigere & iudicare oēs, principari aūt maximis electos, & ab honorabilitatibus maioribus: a maioribus aūt ab honorabilitatibus quidē nullum, ſed eos qui poſſunt.

f Neceſſe aūt politizātes ſic politizare bene, prīcipatus.n. ſemper meliores erunt populo conſulente, & epiiceis nō inuidēte, & epiiceis & inſignibus ſufficere hunc ordinē, ſubicientur .n. nō ſub aliis deterioribus, & prīcipabūtur iuſte, propter ꝙ correctionū ſint alii domini, ſuſpendere.n & non omnem licere facere quodcumq; videatur expediens, poteſtas.n. agendi quodcumq; voluerit aliquis non pōt ſeruare ꝙ in vnoquoque hominum tribuale.

g Quare neceſſariū accidere, quod quidē eſt maximi profectus in politiis, principari epiiceis impeccabiles exiſtentes, nihil minorata multitudine.

h Quòd quidē igitur hęc democratiarū ſit optima manifeſtū, & ꝓꝑ quā cauſam, quia ꝓꝑ qualem quendam eſſe populum.

*Signum huius eſt quòd tyranndes antiquitus pertulerunt, & nunc paucorum potentiam perferunt, modo ſuā rem agere illis permittatur, neque diripiantur quæ habent. Cito namque alii eorum diuites efficiuntur, alii egere deſiſtunt.*

B

*Præterea, ſi qua cupido honorū cis ineſt, facile adimpletur per poteſtatē quam in concionibus habent creandi magiſtratus, & corrigendi delicta. Nam in quibuſdā ciuitatibus, & ſi nō eligit populus magiſtratus, ſed quidā per partes deputati ex omnibus, ut apud Mantineā, tamen ſatis eſſe putant, quòd conſulendi deliberandique habent poteſtatē, ac putandum eſt hāc eſſe tamquam formam aliquam popularis gubernationis, ut fuit quandoq;*

C *apud Mantineam.*

*Quapropter utile eſt prius dictæ populari gubernationi, & ita conſuetudo fuit, eligere quidem magiſtratus & corrigere, & iudicare omnes, magiſtratus autem maximos geri per eos, qui electi ſint & a cenſibus maioribus maiores, uel a cenſibus, nullum, ſed per eos qui poſſunt.*

*Neceſſe eſt autem cum ita gubernatur Reſpub. eam bene gubernari,* D *nam magiſtratus ſemper ab optimis gerentur, populo ita uolente, neque præſtantioribus inuidente, nobilibus autem ipſis & præſtantibus hic gradus ſufficiet, non enim ſubirunt aliis deterioribus. Ipſi uero magiſtratus gerent iuſte, quia pœnam formidabunt, quoniam corrigere ad alios pertinet, compeſci enim ac non licere facere quicquid quis uelit, utile eſt, nam licētia agendi quod quiſque uelit, cuſtodire non poteſt ingenitam unicuique hominum prauitatem.*

E

*Itaque neceſſe eſt illud euenire, quod optimum eſt in Rebuſpublicis, ut magiſtratus a præſtantioribus gerantur, ſine ulla populi diminutione.*

*Quòd igitur hæc popularium gubernationum eſt optima, patet, & qua de cauſa, quia ob talem aliquem eſſe populum.*

i ¶ Declarat quibus legibus vtendum eſt ad conſiſtentiam ipſius, & diuiditur in partes quatuor ſecundum quatuor leges, quas dicit expedire ad conſiſtentiam ipſius: ſecunda ibi. {Erat & quem dicunt antiquitus &c.} Tertia cum dicit. {Eſt autem, &c.} Quarto ibi. {*Hunc autem oportet &c.*} In prima dicit, ꝙ ad inſtituendum populum agricultiuum in populari ſtatu prædicto, ſunt vtiles quædam leges apud antiquos quoſdam poſitæ. Prima quidem eſt non licere poſſidere aliquem in ciuitate quantumcumq; quãtitatem terræ, ſed ſecundum menſurã determinatam, nam ſi liceret poſſidere quãtamcumque poſſent acquirere, & ditarentur nimis, & non remaneret popul⁹ agricola, aut ſi permittatur habere quantamcumque menſurã terræ, non tamen in loco propinquo municipio ciuitatis, ſed in remoto magis, hoc enim modo neceſſe haberet magis habitare in loco remoto a ciuitate quàm in ipſa, & minus poſſet machinari & nocere, Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit ſecundã legem & dicit, ꝙ antiquitus ſtatutũ fuit in multis ciuitatibus & lege ordinatum ꝙ aliquid quod ad propoſitum expedit, ſcilicet, non licere vendere vel alienare primas ſortes quas acceperunt a progenitorib⁹, ſicut filiis iſrael non licebat ſecundũ legem alienare ſimpliciter hæreditates, ſed tantum obligare ad tempus ſic enim per alienationẽ poſſeſſionum aliqui nõ efficiebantur pauperes, nec aliis per acquiſitionem ditiores præter proportionẽ. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertiam dicens, ꝙ eſt quædã alia lex quam dicunt fuiſſe Oxyli legiſlatoris, quæ eandem potentiam habet cum præcedenti, ſcilicet nõ mutuare aliquid ſuper portionem terræ quam aliquis habet, nec etiam ipſam poſſe obligare, & eſt eadem ratio iſtius legis & præcedentis, niſi ꝙ iſta magis reſtringit q̃ illa, illa enim prohibet alienationem terræ ſimpliciter in qua transfertur dominium, iſta autem obligationem retento dominio etiam. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit quartam dicens, ꝙ adhuc oportet populum agricolam dirigere ſecundum legem & ſtatuta Aphytalorum, ideſt illius gentis, ipſa enim vtilis eſt ad hoc, illi enim quamuis multi exiſterent & haberent paucam terram, omnes erant agricultores; illi enim ſi haberent terras vel poſſeſſiones vltra determinatam menſuram in lege, dabãt ad precium vel ad cenſum pau-

F peribus, vel minus habentibus non totam, ſed diuidentes eas ſecundum aliquas partes, & retinebant ſibi quantum determinatum erat a lege, reſiduum tradentes ſecundum dictum modũ vt ſic etiam pauperes per terram acceptam ad cenſum, aliqualiter venirent ad aliquem exceſſum diuitiarũ. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat qualiter multitudines populares aliæ ſe habẽt ad iſtam, & diuiditur in duas. In prima declarat ꝙ multitudo paſtoralis melior eſt poſt iſtam. In ſecunda cum dicit. {Aliæ aũt omnes &c.} Declarat ꝙ omnes aliæ deteriores ſunt ipſa. In prima parte dicit ꝙ optima multitudo popularis poſt agricultiuam eſt illa, quæ eſt ex paſtoribus viuentibus ex pecudibus. In multis enim conſimiliter ſe habet ad agricultiuã, ſicut enim illa neceſſe habet immorari extra ciuitatem circa agricultiuam, ſic iſta circa cuſtodiam & procurationẽ animaliũ. Item iſta multitudo eſt magis exercitata in actionibus bellicis ſecundũ habitus, ſunt .n. exercitati in cuſtodiendo a lupis, & latronibus. Item corpora habent bene diſpoſita, & ſunt fortes ſecundũ corp⁹ aſſuefacti frigoribus, & exercitati circa venationes: tales aũt bene diſpoſiti ſunt ad actus bellicos, vnde Vegetius in Libro de re militari dicit meliores milites eligendos eſſe ex venatoribus & carnificibus & fabris malleatorib⁹. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat, ꝙ aliæ multitudines deteriores ſunt multo, iſta aũt diuiditur in duas ſecũdum ꝙ hoc probat ꝑ duas rationes. Quarum ſecũdã ponit cũ dicit. {Adhuc aũt.} In prima dicit ꝙ oẽs aliæ multitudines popularis ſtatus, puta mercenariorum in ſuis operationibus, & forenſis, q̃ negociatur circa forum venalium & vilium perſonarũ, quæ locat opera ſua mercede, ſunt multo deteriores his quæ dictæ ſunt; parum .n. participant de vita, quę eſt ſecundũ rationem, & nullę operationes eorum ſecundũ ꝙ huiuſmodi ſunt exercitantes ad virtutem. Contrarium autẽ inuenitur in prædictis multitudinibus, quare iſtæ ſunt multo deteriores illis. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ præter illud quod dictum eſt, multitudo forenſis & mercenaria, quę circa municipiũ ciuitatis moratur, vt in pluribus volunt facere congregationes, in quibus colligationes & conſpirationes faciunt contra principem, & etiam peruerſe ſententiant, propter hoc quod ab ipſis congrega-

i Ad inſtituendum aũt populũ agricolã, aliquæ legum apud antiquos poſitarũ antiquitus, vtiles oẽs, aut totaliter non licere poſſidere ampliorem terrã mẽſura quadam, aut ab aliquo loco ad municipium & ciuitatẽ.

K Erat autẽ antiquitus in multis ciuitatibus lege ſtatutum neque licere vendere primas ſortes.

l Eſt aũt & quem dicunt Oxyli legẽ eſſe tale aliquid potens nõ mutuare ad aliquam partẽ terræ exiſtentis vnicuique.

m Nunc aũt oportet dirigere, & lege Aphytolorũ, ad id enim quod dicimus, eſt vtile. Illi .n. quidem exiſtentes multi, poſſidentes aũt terram paucam, tamen oẽs terrã colũt: apprecian tur.n. non totas poſſeſſiones, ſed ſecundum tantas partes diuidẽtes, vt habeant excedere preciis etiam pauperes.

n Poſt agricolam aũt multitudinem optimus populus eſt, vbi paſtores ſunt & viuunt ex pecoribus. Multa.n. habet conſimiliter agriculturæ & actionibus ad bellica maxime iſti exercitati ſunt ſecũdũ habitus, & vtiles ſũt corpora, & potentes venari.

o Aliæ autẽ omnes multitudines fere ex quib⁹ reliquæ democratiæ cõſiſtunt, multo deteriores iis, vita.n. praua, & nullum opus cũ virtute eorum quæ tractat multitudo, & quę banauſorum, & quæ forenſium hominũ, & quæ mercenaria.

p Adhuc aũt, propterea ꝙ circa forũ & circa municipiũ conuerſantur, omne tale genus, vt ẽ dicere, facile congregationes facit. Qui aũt terræ cultores, propterea ꝙ diſperſi ſunt ꝑ regionem, neque concurrunt, neq; ſimiliter indigent ſynodo hac.

*Ad conſtituendum autem populũ agricolam, tum leges quædam antiquitus apud multos latæ utiliſſimæ ſunt, tum illud uniuerſaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri, quàm menſuram certam, uel ab aliquo loco ad oppidum & ciuitatem.*

G *Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, non licere uenditionem facere bonorum primæ hæreditatis.*

*Eſt etiam lex, quam dicunt Oxyli fuiſſe, ne liceat cuiquam fœnerari ſuper aliqua fundi parte, quam quis haberet.*

*Dirigere etiam id oportet Aphytalorum lege, eſt enim utilis ad id quod dicimus, illi enim quamquam ſint per* H *multi, poſſideant autem exiguam regionem, tamen omnes agricolæ ſunt, quoniam precia conſtituunt, non totarum poſſeſſionum, ſed per tales partes diuidentes, ut etiam pauperes faciliter eas preciis ſuperare poſſint.*

*Poſt agricolarum multitudinem, optimus eſt populus, ubi paſtores sũt & uiuunt ex animalibus. In multis uero hæc cum agricultura conuenientiã habet, utrique enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiones, utiliſſi-* I *mi ſunt ac potentes ſub diuo conſiſtere.*

*Cæteræ uero multitudines quaſi omnes, ex quibus alii ſtatus populares conſtant, multo quàm hi deteriores ſunt. Nam opificum quidem ac forenſium, & mercenariorum, uilis eſt uita, nullumq; uirtutis opus eorum quæ tractat multitudo.*

*Et inſuper, quia huiuſmodi genus hominum circa forum urbemq; ut ita* K *dixerim, aſſidue hæret, faciliter conciones agitat. At agricolæ quia ſparſim habitant per agros, neque in unũ cocunt faciliter, neque ſimiliter indigent huiuſmodi congregatione.*



congregationibus lucrum recipiunt. Iſta autem ſunt corruptiua Reipub. & ideo peiores ſunt ad gubernandum, terræ cultores autem qui habitacula habent diſperſa per regiones iuxta terras quas excolunt, non conueniunt libenter ad huiuſmodi cõgregationes, quia per hoc retardarentur ab operibus neceſſariis, nec indigent, ſimiliter hac congregatione, propter hoc ꝙ magis habent ad vitam neceſſaria curare. Deinde cũ dicit.

q ¶ Concludit ex præcedentibus, vbi contingit fieri bonã Rempub. popularẽ. Et primo facit hoc. Secundo concludit documẽtum cum dicit. {Quare oportet.} Dicit igitur primo, ꝙ ſi in aliquo loco regio ſic ſit diſpoſita, aut terra cultiua multum remota ſit a municipio ciuitatis, facile eſt in illa ciuitatẽ bonum ſtatum popularem facere & inſtituere. Cuius ratio eſt, quia multitudo agricolarum cogitur ædificare in locis magis remotis a ciuitate & habitare in illis, propter quod raro venient ad congregationes, & ideo contra principantes non machinabuntur, & ipſi principantes in pace principabũtur. Deinde cum dicit.

r ¶ Concludit documentum quaſi ad remotionem obiectionis quæ poſſet fieri. Diceret enim aliqs ꝙ quamuis agricolæ non multum curent venire ad congregationes propter cauſã prædictam, forenſis tamen multitudo, & mercenaria nolẽt frequenter facere congregationes, & incidet inconueniens cõtra prædicta, quaſi ad huius remotionẽ dicit, ꝙ ſi turba forenſis, & mercenaria ſæpe velit congregari, expedit ordinari per legem vel tenere per conſuetudinem non facere congregationes aliquas, in quibus habeant poteſtatem de magnis non vocatis illis, qui habitant extra ciuitatem in regione, ex hoc enim ſequuntur duo commoda. Primum, ꝙ pauciores erunt congregationes, illi enim non ſæpe conuenire poſſunt propter remotionem & neceſſaria. Secundo quia iſti minus malitioſi ſunt & meliores vt frequentius reprimunt aliqualiter malitiam & aſtutiam forenſis multitudinis.

LECTIO V.

POſtquàm Philoſophus declarauit, ex quibus & quomodo inſtituenda eſt optima Reſpub. popularis, declarat ex quibus & quomodo ſunt inſtituendę alię ſpecies ipſius deteriores vel inordinatiores, & circa hoc duo facit. Primo enim breuiter tangit ex quibus, & quomodo inſtituantur prædictæ ſpecies. In ſecunda cum dicit. {Vltimam autem &c.} Inſiſtit circa vltimam & inordinatiſſimam. In prima parte dicit, ꝙ ex prædictis manifeſtum eſt quomodo inſtituenda ſit optima Reſpu. popularis, quantum ad bonã ordinationem & primam ſecundum naturam. Ex quo poteſt eſſe manifeſtum, quomodo aliæ ſpecies ipſius ſint inſtituendæ, ſi.n.

A optima Reſpub. popularis ex multitudine optima inſtituendã eſt, & ſecundum ordinationem optimam ſibi conuenientem, cum alię deficiant ab ipſa, quædam minus, & quædam plus, manifeſtum eſt ꝙ oportet tranſgrediẽdo & a bona multitudine deteriorem accipiendo multitudinem, & a recta ordinatione permittendo maiorem inordinationem ſecũdum plus & minus, ita ꝙ minus inordinata Reſpu. popularis poſt primã ſit ex multitudine minus inordinata, & magis inordinata, ex magis inordinata, & maxime inordinata, putã vltima ex maxime ĩordinata, ſic enim differunt ſpecies ſtatus popularis ſecundum, ꝙ apparuit in Quarto huius. Deinde cum dicit.

b ¶ Inſiſtit circa vltimam, & primo tangit ꝙ non eſt bene manſiua de ſe. Secundo cum dicit. {Ad firmãdum autem &c.} Declarat ex quibus maxime cõtingit eã firmare. In prima dicit, ꝙ vltima ſpecies popularis ſtatus non poteſt bene ſuſtineri a tota ciuitate, puta a diuitibus & pauperibus, nobilib⁹ & ignobilibus, niſi ſit bene ordinata legibus, & conſuetudinibus cõuenientibus ei. Et ratio huius eſt, quia in hac Repub. populari tota multitudo, quæcumque ſit in ciuitate principatur ſicut aliquis vnus, & ſecundum ꝙ ei videtur. Nunc autẽ huiuſmodi multitudo quantũ ad maiorem ſui partem imprudens eſt & inordinata, & in operib⁹ ſuis ſequitur impetum mag s q̃ rationem, propter qđ opprimunt maiores & corrumpunt iudicia, ex quo contingit corruptio Reipub. Quæ aũt ſunt quæ poſſunt corrũpere hanc Rempu. & etiam alias Reſpu. in vniuerſali & in particulari dicta ſunt prius pro maiori parte fere, dicit aũt fere, quia poſſunt eſſe aliqua, q̃ prius nõ tangebãtur. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtendit per quæ contingit firmare hmõi Rempu. Et diuiditur in partes duas, qm̃ primo docet per quæ contingit eã firmare E intendendo ipſam. Secundo cũ dicit. {Eſt autem opus.} Per quę contingit eã firmari remittẽdo. Circa primũ ponit quatuor obſeruanda, per quæ contingit eã firmare intendendo. Eẽm ponit cũ dicit. {Adhuc aũt & talia.} Tertiũ cum dicit. {Adhuc aũt tyrannica.} Quartũ cum dicit. {Et viuere vt quis vult &c.} Circa primũ ponit primo documentũ illud. Secundo cũ dicit. {Conſueuerũt quidẽ igitur &c.} docet ipſum moderari. In prima dicit, ꝙ principes in hac Repu. populari ad faciendũ eã firmiorẽ, & ad faciendũ multitudinẽ popularẽ valde potentem, conſueuerunt coadiungere plurimos extraneos, & aliquando aliquos qui non ſunt legitimi ciues, ſed ſpurii, qui ſunt ex alterutro ciue patre vel matre. hoc.n. conueniens eſt huic Reipu. pluribus enim adiunctis Reipub. fortior eſt multitudo, fortior autem exiſtens magis poteſt reprimere exceſſus diuitum & volentium tyrannizare. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat qualiter moderãdum eſt iſtud documentũ, quia non quocumq; modo obſeruatum expedit dicens, ꝙ ductores

q Vbi autem & accidit regionẽ poſitionẽ habere talem, vt regio multũ a ciuitate ſemota ſit, facile & democratiã facere bonã & politiã. Cogitur.n. multitudo ĩ agris facere habitacula.

r Quare oportet, & ſi hæc turba forenſis ſit, non facere in democraticis congregationib⁹ ſine multitudine quæ ꝑ regionẽ.

LECTIO V.

QVomodo quidẽ igitur oportet ĩſtituere optimam & primã democratiam dictũ eſt. Manifeſtum autẽ & quomodo alias. Conſequent r.n. oportet tranſgredi, & deteriorem ſemper multitudinem ſeparare.

b Vltimam autẽ propterea ꝙ omnes cõmunicant, neq; ferre eſt omnis ciuitatis, neq; facile permanere non bene cõpoſitã egib⁹ & cõſuetudinibus. Quę aũt accidit corrũpere, & hanc & alias politias, dicta ſunt prius plurima fere.

c Ad firmandũ autem hanc democratiã & faciendum populũ impotentẽ, conſueuerunt præſides aſſumere q̃ plurimos, & facere ciues nõ ſolũ legitimos, ſed ſpurios, & eos qui ex vtrocũq; ciue. Dico aũt, puta ex patre vel matre, omne.n. conueniens magis tali populo.

d Conſueuerunt quidem igitur demagogi ĩſtituere ſic, oportet tamẽ aſſumere donec vtiq; excedat multitudo inſigniorũ & mediorũ, & nõ vltra hoc ꝓcedere.

*Quibus uero contingit ſitũ regionis talẽ eſſe, ut longe diſtent ab urbe, in his facile eſt popularẽ ſtatum laudabilẽ conſtituere, ac Rempub. ui enim ipſa compellitur multitudo quaſi colonias, per agros efficere.*

B *Quare & ſi forenſis turba ſit, tamen conciones in populari ſtatu non faciet abſque multitudine illa, quæ per agros habitat.*

*LECTIO V.*

*QVomodo ergo conſtituenda ſit optima illa, ac prima popularis gubernatio, dictum eſt: patet etiam quomodo aliæ, ſubſequenter enim eſt deſcendendum, & deterior ſemper multitudo ſeparanda.*

*Poſtremam uero ſpeciẽ, quia omnis multitudo ad illã recipitur, neq; cu-* C *iuſcumq; ciuitatis eſt eam perferre, neque facile permanere eã, niſi legibus, & moribus bene ſtabilitam. A quibus uero labefactari contingat, & hanc, & alias Reſpu. fere dictum eſt prius in plurimis.*

*Sed ad conſtituendã hanc popularem gubernationẽ, & ad populũ roborandũ, conſueuerunt præſidentes recipere cõplures, ac ciues efficere, non ſolum legitimos, uerũ etiam ſpurios ex quouis ciue, ideſt ſiue ex patre ſiue ex matre, omne enim hoc, huic populo* D *magis conueniens eſt.*

*Conſueuerunt igitur hi qui populos ducunt, ita conſtituere, oportet tamen id facere quo ad exuperet nobilium mediorumque multitudo, neque ultra progredi, nam ſi tranſcendunt,*

populi conſueuerunt facere, ſicut dictum eſt, hoc tamen aliqualiter expedit, aliqualiter autem non, quandiu enim poteſtas diuitum & nobilium & mediorum inter diuites & pauperes excedit poteſtatem ipſius multitudinis, expedit adiungere extraneos vſquequo potentia multitudinis excedat, ſed vltra hoc notabiliter adiungere q̃ plurimos, non ſimpliciter expedit propter duo. Primo, quia ſi numerus aduenarum excedat multũ, accidit Rempublicã magis inordinatam eſſe, quia extranei adiuncti aut imprudẽtes ſunt & ſine virtute, vt in pluribus, aut non aſſuefacti in ordine Reipublicæ, & ideo ipſis habitis additur quidẽ ad potentiã & ad indiſcretionem. Exceſſus autem potentiæ ſine diſcretione Rempubl. corrumpit. Secundo, quia cum multi extranei adiunguntur turbantur nobiles & inſignes & magis grauiter ſuſtinent Rempub. propter hoc ꝙ deteriores ipſis aſſumuntur ad dominiũ Reipublicæ, & hæc fuit cauſa ſeditionis, factæ in Repub. Cyrenenſium, ſcilicet, notabilis multitudo multitudini aſſumptorum ad Rempubl. ſi enim pauci adiuncti fuiſſent, non eſſẽt ita notabiles, nec ita curarent. Paruum .n. malũ negligitur, quia illud quod eſt paruũ reputatur quaſi nihil, quia propriũ ineſt ei, aut quia omnino non cognoſcitur, magnum autem magis eſt manifeſtũ, propter quod magis curatur. Deinde cum dicit.

Excedentes .n. inordinatiorem faciũt politiam, & inſignes exacerbant magis ad grauiter ſuſferre democratiã. Quod quidem euenit fieri cauſam ſeditionis circa Cyrenem, paucũ quidẽ .n. malũ negligitur, multũ aũt factum magis in oculis eſt.

*turbatiorem efficiunt Rempublicam, ac nobilitatem exaſperando magis irritant, quæ cauſa ſeditionis fuit apud Cyrenem. Paruum enim inconueniẽs conniuendo tranſitur, magnum uero in oculis hæret.*

G

e Adhuc aũt & talia inſtituta ſunt oportuna ad democratiã talẽ, uelut Cliſthenes Athenis uſus fuit uolens augere Democratiã, & circa Cyrenem qui demũ inſtituebãt. Tribus .n. aliæ faciẽdæ plures & fraternitates & in proprijs ſacris, colligendum in pauca & cõmunia, & oĩa ſophiſticãdũ, ut utiq; quã maxime ꝑmiſceãtur oẽs inuicẽ. Cõſuetudines aũt cõiũgant quę priores.

*Inſuper, talia conſtituta, utilia ſunt ad popularem ſtatum hmõi, & ad populi corroborationẽ, qualia Cliſthenes Athenis factitauit, quo populi gubernationẽ augeret, & apud Cyrenẽ qui populum conſtituerunt. Tribus enim aliæ conſtituendæ ſunt plures, & ſodalitates priuatorũ ſacrorum redigendæ ſunt ad pauca, & publica, & cuncta diligenter excogitanda, quo quàm maxime oẽs ſimul admiſceantur, familiaritates, conuerſationeſque primæ diſiungantur.*

H

f Adhuc aũt & tyrannica inſtituta, demotica videntur oĩa, dico aũt, puta anarchia ſeruorũ. Hæc aũt vtique erit vſque ad aliquid expediens, & mulierum & puerorum.

*Præterea, tyrannica machinamenta omnia uidentur eſſe popularia, ceu licentia ſeruorum, & mulierum, & puerorum.*

g Et viuere vt quis vult diſſimulare, multum .n. erit politię tali auxiliãs, delectabilius .n. multis viuere inordinate, q̃ tẽperate.

*Vt ſine ullo mœtu uiuant, ut uelint, permulti enim huiuiuſmodi ſtatum ciuitatis amabant, cum pleriſque dulcius ſit diſſolute uiuere, quàm modeſte.*

I

h Eſt aũt opus legiſlatoris, & volentiũ conſiſtere talem quandam politiã, non inſtituere maximum opus, neque ſolum vnũ, ſed vt ſaluetur magis. Vno .n.

*Eſt autem opus legis poſitoris, & eorum qui uolunt ſtatum aliquem talẽ conſiſtere, nam ut cõſtituatur talis ſtatus, non magnum negocium eſt, neque ſolum, ſed magis ut ſeruetur.*

e ¶ Ponit ſecundum documentum dicens, ꝙ præter hæc inſtituta vel ſtatuta quę Cliſthenes inſtituit Athenienſibus ad agendum vel fortificandum ſtatum popularem ipſorum ſunt conuenientia ad firmandum prædictam Rempub. ſimiliter & illa quæ inſtituerunt popularis Reipub. conditores circa Cyrenem. Vnum quidem eorum eſt, ꝙ aliquę tribus de nouo faciendæ ſunt in ciuitate per aliquorum eiuſdem generis receptionẽ, & inexiſtentes augmentandæ ſunt per coniugia. Secundum vero ꝙ fraternitates & ſocietates circa aliqua particularia & propria plures exiſtentes reducendę ſunt in paucas & communes magis, ita vt ſint pauciores ſecundum numerum ſocietates, plurium autem hominum, & ſic omnia ſunt excogitanda, vt omnes adinuicem in ciuitate ſint permixti, vel ſecundum tribus quod fit per coniugia vel per ſodalitates, quod fit vel per conuerſationes vel congregationes communes: ſic enim magis adinuicem erunt vnici per dilectionem, & per conſequens fortiores, quia omnis virtus coniuncta fortior eſt ſeipſa diuiſa, tamen hoc faciendo obſeruandum eſt, ꝙ eædem leges & conſuetudines obſeruentur nunc & prius: ſi enim mutatis tribubus & ſodalitatibus mutarentur leges & conſuetudines, neceſſe eſſet Rempublicam mutari, quia leges & conſuetudines in Republica inſtituẽdæ ſunt ſecundum ordinem ad Rempub. ſicut dicebatur prius in Tertio Libro. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertium dicens, ꝙ cum his ſtatuta tyrannorum videntur eſſe vtilia ad ſtatum popularem huiuſmodi, quia iſte ſtatus eſt ſicut quædam tyrannis, ſicut licentia ſeruorum, hoc eſt

F principatus ſuper ſeruos, ſimiliter principatus ſuper mulieres, & ſuper pueros coram quibus competat actio ſeruis contra dominos, & mulieribus contra viros, & pueris contra parentes, iſta enim inſtituunt tyranni, vt per hoc magis habeant beniuolentiam puerorum, mulierum, & ſeruorum, quæ ſunt magna pars ciuitatis, & per eandem rationẽ hoc expediens eſt in prædicta populari Republica. Sed intelligendum ꝙ hoc vtile eſt vſque ad aliquid, nõ autem quantum ad omnia, inſtituere .n. principatꝰ prædictos coram quibus competat actio mulieribus, ſeruis, & pueris, quantum ad omnia quæ poſſent proponere contra viros dominos & parentes inconueniens eſt & diuidere ciuitatem, tamen inſtituere aliquos principatus coram quibus competat actio contra prędictos, tamen quantum ad pauca, & magna non eſt inconueniens in iſta Repub. quamuis ſimpliciter inconueniens ſit, & malum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartum dicẽs, ꝙ adhuc ad firmandum ſtatum popularem talem vtile eſt, ꝙ principantes ĩ ea diſſimulent viuere ſubditorum vt volunt, non puniendo malas actiones omnes voluntarias, hoc enim multum auxiliatur tali Reipubl. quia multis delectabilius eſt inordinate viuere quàm temperate & ſecundum virtutem. Homines .n. vt in pluribus a ratione recta deficiũt. Ad defectionem autẽ rationis ſequitur viuere præter rationem & ordinem, pauci autẽ ſequuntur rationem rectam, & ideo pauci temperate aſſueſcũt viuere, multi autem inordinate, & ideo delectabilius eſt pluribꝰ inordinate viuere, quia magis aſſueſcunt, & ideo magis diligunt Rempu. in qua permittuntur in delectationibus viuere. Et eſt notandum ꝙ non dicit Philoſophus ꝙ præcipiendũ ſit in iſta Repub. quantũcumq; ſit male ordinata viuere vt quis voluerit, nec etiã permittendum cũ ſcitum fuerit, ſed diſſimulandum qđ minus eſt. In nulla .n. ſocietate hominũ ſi debet manere, præcipiendum eſt hoc, nec permittendũ vſquequaq; & paſſim, ſed diſſimulandũ quandoque ꝑꝑ qualitatem perſonę, vel alicuius alterius circumſtantiarũ, & ideo rationabiliter dixit Cõmentator ſuper ſexto Ethicorũ, illum non eſſe verum legiſlatorẽ, ſed corruptorem magis, qui tales delectationes ſequendas lege ſtatuit vel permiſit paſſim, ſicut fecit Machometus, ꝑꝑ quod in breui tẽpore adheſerunt legi ipſius multi, quia delectabilius fuit eis viuere inordinate q̃ ſecundum ordinem. Deinde cum dicit.

K

h ¶ Docet ex quibus firmanda eſt per remiſſionẽ magis, & circa hoc primo tangit prěeminentiã huius viæ ad pręcedentẽ. Secundo cum dicit. {Qui aũt demagogi.} Ponit documenta. In prima dicit ꝙ ad legiſlatorem, & ad eos qui volunt permanere Rempub. iſtam talem qualẽ pertinet non multũ laborare inſtituendo magnũ opus, neque ſolũ, ideſt nullũ, intendendo eã, ſed magis pertinet ad eos laborare vt ſaluetur plurimo tpe, non .n. difficile eſt Rempu. qualitercumq; ordinatã permanere pauco tẽpore vno vel paucis diebus, ſed difficillimũ eſt ipſam manere multo



multo tempore, & ideo oportet reducere ad memoriam quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia Reſpublicas, de quibus conſideratum eſt in Quinto, & per ea tentare quomodo ſaluetur Reſpublica, fugientes ea quæ corrumpunt ipſam, & inſtituentes leges & conſuetudines non ſcriptas & ſcriptas, in quibus compræhenduntur illa quæ ſaluent eandem, & nõ debet aliquis credere, quòd illud ſtatutum ſit magis populare vel paucorum potentiæ, quod magis facit ciuitatẽ populariter viuere vel ſecundum ſtatũ paucorum, ſed illa quæ faciunt eam permanere plurimo tempore, ſicut Philoſophꝰ ſcripſit prius in Quinto, vbi dixit multa eorum, quæ vidẽtur popularia ſoluũt populares ſtatus & paucorum: ſi igitur illa expeditiora ſunt per quæ magis contingit ſaluari ſtatum popularem, talia autẽ sũt remittentia vel quæ attenduntur ſecundum remiſſionem. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit documẽta, quæ attenduntur penes remiſſionẽ ipſius, & circa hoc primo ponit documentum ſumptum ex diſtributione communium acceptorum ex condemnatione. Secundo cũ dicit. {Adhuc autem eas.} Ponit documentũ aliud ſumptum ex his quæ ſunt attendenda circa publicas vindictas Tertio cum dicit. {Quoniam autem vltimæ &c.} Ponit alia quæ accipiuntur ex his quæ circa congregationes, & iudicia ſunt ſeruanda. In prima dicit, quòd illi q ſunt ductores populi qui intendunt habere gratiã ipſius, multa inſtituunt in ſtatu populari faciendo in iudiciis ad vtilitatẽ pauperum apparentem & damum diuitum, puta quòd illa quę obueniunt ex condemnatione aliquorũ diſtribuantur multitudini pauperum, propter quod contingit multitudinem male quandoque ſententiare propter dilectionem pecuniæ, & ideo oportet illum qui habet cordi ſaluationem popularis ſtatus, obuiando contrarium intendere & ordinare lege vel ſtatuto, quòd nihil eorum quæ confiſcantur ex bonis condemnatorum diſtribuatur multitudini, ſed dedicetur Deo & fiat ſacrum. Ex hoc enim continget, ꝙ iniũſta volentes agere, non minus dubitabunt q̃ ſi deberent diſtribui multitudini, æqualia enim amittẽt modo vtroque, & iterum multitudo minus corrumpet iudicia & ſententias circa ea, circa quæ iudicatura eſt, non ſperans inde lucrum aliquod accipere. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit documentum quod ſumitur ex his quæ obſeruanda ſunt circa publicas vindictas. Circa quod eſt intelligendum ꝙ cum pœnæ quantitas debeat reſpondere quantitati delicti ſecundum legem iuſtitiæ, delictorum autem quædam ſunt occulta, quædam autem manifeſta & publica, oportet pœnam aliquã

aut duobus aut tribus diebus nõ difficile manere politizãtes qualitercumque: ꝑꝑ quod oportet de quibus conſideratũ eſt prius quæ ſaluationes, & correctiones politiarum, ex iis tentare facere firmitatẽ, verentes quidẽ corrumpentia, ponentes autẽ tales leges & non ſcriptas & ſcriptas, quæ cõprehendent maxime ſaluantia politias & nõ putare hoc eſſe demoticũ, neque oligarchicum quod faciet ciuitatẽ q̃ maxime democratizari neque oligarchizari, ſed qđ plurimo tpe.

*uno enim, uel duobus, uel tribus diebus permanere, quomodocumq; gubernantibus haud difficile eſt. Quapropter opus eſt ex his, quas ſupra retulimus conſeruationibus, & corruptelis Rerumpublicarum, cautelam aſſumere, cauendo illa quæ corruptiua ſunt, ac leges tales ponendo, & ſine ſcripto, quæ & ſcriptas conſeruationes ſtatus maxime comprehendant, neque putare id eſſe populare, neque paucorum potentiæ, quod efficiat ciuitatem, maxime a multis, uel a paucis gubernari, ſed quòd quàm plurimum tempus.*

B

i Qui aũt demagogi gratioſi, populis multa democratizãt ꝑ prętoria, ꝑꝑ quod oportet, ad hæc contra agere eos qui cordi habent politiã, lege ſtatuentes nihil eſſe publicũ, eorum quę cõdemnantur & feruntur ad cõe, ſed ſacrum. Qui quidem .n. iniuſta agunt, nihil minus verẽtes erunt, damnificabunt .n. ſimiliter: turba aũt, minus corrũpet ſententias de iis qui iudicãtur, cum nihil debeat accipere.

*At nunc hi qui ſunt potentes in populis, gratificantes multitudini, multa populariter agunt, per publicationes bonorum in iudiciis factas, quare oportet eos, qui curam ſalutis habent Reipub. contra moliri, leges ponendo, ut damnatorum bona, ſacra ſint & nõ in publicum, ſed in ſacrum referantur. Hæc enim lex nihilominus iniurias cõpeſcet, nam pœna eadem erit. Populus autem minus cupide damnabit, cũ nihil ſit utilitatis ex damnatione ſuſcepturus.*

C

k Adhuc aũt eas quæ fiunt publicas vindictas, q̃ pauciſſimas ſemꝑ facere, magnis damnis ꝓhibentes eos qui vane ſcribunt, non .n. populares, ſed inſignes conſueuerunt inducere. Oportet aũt politiæ, omnes ciues maxime quidẽ beniuolos eſſe, ſi autem non, numquam vt aduerſarios putare dominos.

*Inſuꝑ, publicas accuſationes quàm rariſſimas facere, magna pœna conſtituta aduerſus eos qui falſo accuſarint, non enim populares in iudicium uocare conſueuerunt, ſed nobiles: oportet autem erga ſtatum Reipub. quantum fieri poteſt, omnes reddere beniuolos, quod ſi id fieri nequeat, ſaltem conari ne hoſtes exiſtiment eos, qui gubernant.*

D

l Quoniã aũt vltimę democratiæ multorũ hominũ ſunt, & difficile congregari ſine mercede, hoc aũt vbi redditus nõ exiſtũt ẽtes aduerſariũ inſignibꝰ, ab illa

*Cũ uero poſtremæ illæ ſpecies gubernationum popularium in multitudine conſiſtant, ac difficile ſit ut concionibus uacare poſſint, ſine alicuius mercedis ſuſceptione, hoc autem*

E

A do eſſe occultam, aliquando autem manifeſtam, occultorũ ſcilicet occultam, & publicorum publicam, homines autem naturaliter magis verentur publicam, contingit autem quandoque ꝙ in ſtatu populari multitudo pro minori & occulto delicto inducit publicam pœnam, ex quo contingit inimicitias fieri inter ciues, & hoc eſt quod prohibet Philoſophus in hoc documento di. ꝙ expedit ad ſaluationem Reipub. publicas vindictas cauere, puta fuſtigationem & eiectionem a Repub. vel ad minus valde paucas facere, prohibendo eos qui tales faciunt vel ſcribunt timore magni damni, tales enim vindictas publicas magis aſſueuerũt populares ĩdicere cõtra inſignes q̃ contra populares, ꝑꝑ quod periculoſiores ſunt, vnde dicit Philoſophus, quia ſunt principia magnæ diſſenſionis, quia ſecundũ Philoſophũ in Quinto huius, totaliter inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt, & totam ciuitatem, & prius dixerat de diſſenſione dominorum loquens, ꝙ oportet ſubditos vereri & diſſoluere præſidia & potentum diſſenſiones, expedit enim in Repub. ciues omnes ſi poſſibile eſt, beniuolos eſſe, ſi autẽ nõ eſt poſſibile adminus cauere ꝙ numquam ſint aduerſarii illis q debent dominari ſubditis, facere autẽ tales publicas vĩdictas multas, principium eſt maliuolentiæ, & ideo vitandæ ſunt. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit documẽta ſumpta ex his, quę accidunt circa congregationes & iudicia, & circa hoc primo facit quod dictũ eſt. Secundo cum dicit. {Tali autem quodam modo &c.} Inducit exempla ad manifeſtationem quorũdam dictorum. Circa primũ declarat primo qualiter ſe habendum eſt quantum ad congregationẽ & iudicia, vbi non exiſtunt redditus. Secundo cum dicit. {Vbi autem ſunt redditus non facere &c.} Qualiter ſe habendũ eſt vbi exiſtunt. In prima parte ipſe dicit ꝙ vltima ſpecies popularis ſtatus, de qua nunc eſt ſermo, eſt multorũ hominum, quoniam ipſi omnes cõicant & difficile eſt omnes congregari ſine mercede, multos .n. & pauperes congregari ſine mercede difficile eſt, mercedẽ autem dare omnibus vbi redditus non ſunt, non poteſt eſſe ſine præiudicio diuitum. Neceſſe eſt enim mercedem tribuere ex his quæ inferuntur ab illis, vel quæ accipiuntur ab eis depauperando eos, & ex hoc fiunt mala iudicia malorũ, propter quæ deſtructę ſunt multæ Reſpu. populares, oportet in populari ſtatu, in quo non ſunt redditus communes, q̃ pauciſſimas & tantũ neceſſarias facere cõgregationes, & iudicia fieri quidem ex multis, ſed paucis diebus, & iſtud quidem expedit ꝑꝑ duo: ſi enim fiant paucæ congregationes, pauciora expendentur in ipſis, & diuites non timebunt

paucas expenſas, quàmuis ipſi non accipiunt, ſed pauperes tantum. Secundo, quia multo melius ſi conueniant multi & inſignes & pauperes iudicabunt ſecundum legem iuſtitiæ, plures autem poterunt conuenire ſi paucę fiant congregationes & pauca iudicia, diuites enim vbi non lucrentur nec honorem reportant, nolunt dimittere propria multis diebus, vel ſępe, pauco autem tempore magis ſuſtinent. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat quomodo ſe habendum eſt vbi redditus exiſtunt, & primo quid cauendum eſt. Secundo cum dicit. {Sed oportet eum.} Quid ſit obſeruandum. In prima dicit ꝙ in ſtatu populari vbi redditus ſunt, cauendũ eſt ne fiat illud quod ductores populi vel procuratores in ea cõſueuerunt facere. Illa enim quæ obueniunt diuerſis temporibus, cũ obuenerint diſtribuũt multitudini per partes, & ipſi ſic accipientes de facili conſumunt & ſtatim indigent, hoc enim tale auxilium eſt iſtis, ſicut lagena perforata pauperibus, quicquid enim paulatim immittitur ex vna parte, effunditur ex alia, nec vnquam hoc modo contingit eam repleri. Deinde cum dicit.

n ¶ Tangit quid eſt obſeruandum magis, & primo facit hoc. Secundo tangit vias per quas cõtingit deuenire ad illud cum dicit. {Artificiãdum igitur &c.} In prima dicit, quòd ita dictũ eſt, quòd non oportet facere ſicut ductores populi faciũt, ſed oportet cum quis habet curam popularis ſtatus prouidere qualiter multitudo popularis pauperũ abũdet vel nõ egeat, egeſtas enim ipſius facit eam eſſe prauam, difficile eſt enim indigẽtem exiſtentem operari bene, ſicut dicitur primo Ethicorũ, & ideo laborandum eſt multum, qualiter ſint abundantes continue. Deinde cum dicit.

o ¶ Tangit vias aliquas per quas contingit eos fieri diuites, & diuiditur ſecundũ tres vias quas tangit, & incipit ſecũda pars ibi. {Maxime autem &c.} Tertia ibi. {Et ſi non omnibus &c.} In prima dicit quòd expediens eſt ad vitandum indigentiam in ſtatu populari, congregare in aliqua quantitate notabili ea quę obueniunt ex redditibus communibus, & tunc ſimul pauperibus diſtribuere ſecundum aliquas magnas partes ſimul, vt vnuſquiſque de multitudine ſi poteſt fieri tantum accipiat ſimul, ꝙ poſſit ſibi acquirere fundiculum aliquem, hoc eſt paruam menſuram terræ ex qua vlterius lucrari poſſit, hoc enim expedit diuitibus, quia non grauantur per hoc, & etiam pauperibꝰ magis quàm ſi ſecundũ prauas partes, & ſæpe reciperent quod nunc obſeruant ductores populi ſecundum quod dictum ẽ prius. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundã di. ꝙ ſi hoc non poteſt fieri commode, ſaltem dãdæ ſunt eis occaſiones inducentes eos ad negociationes & agriculturam, vt ſic ex altero iſtorũ vel ex vtroque ditentur. Deinde cũ dicit.

q ¶ Ponit tertiam dicens quòd ſi non ẽ poſſibile ſingulis diuitibus aliquid inferre ad diſtribuendum pauperibus, ſaltẽ expedit ipſos immittere aliquam quantitatem pecuniæ, vel ſecundum tribus vel ſecundum fraternitates, vel ſecundum aliquam aliam talẽ collectionem ad diſtribuendum pauperibꝰ in congregationibus neceſſariis, & vt libentius hæc faciant tollendę ſunt expenſæ ſuperuacuæ, quas ſolent facere diuites puta expenſę conuiuiorũ, & oblationum vanarum. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat per exemplum prædicta, & primo per exemplum Carthaginenſium. Secundo cum dicit. {Bene autẽ habet &c.} Per exemplum Tharentinorũ. In prima parte dicit ꝙ Carthaginẽſes bene politizãtes acquiſiuerunt amicitiã populi ſecundum modum prædictum, ſemper enim inſignes & diuites accipiebãt aliquos de pauperibus deſtinantes eos ad negocia domuum ſuarũ procuranda, & mercedem dantes faciebant eos diuites. Iterum inſignes magis gratioſi & magis ſecũdum intellectum agẽtes, aſſumebãt pauperes dantes eis occaſiones aliquas, per quas pꝛouocabantur ad operationes, ex quibus ditabantur. Deinde cum dicit.

tione.n. & depopulatione neceſſarium fieri, & prætoria malorũ quæ multas iã Democratias euerterunt. Vbi quidẽ igitur redditus nõ exiſtunt entes, oportet facere congregationes paucas, & prætoria, multorũ quidẽ, paucis aũt diebus, hoc enim facit, & ad non timere diuites expenſas, ſed diuites quidẽ non accipiant prętoriale, pauperes aũt, facit aũt & ad iudicare ſententias multo melius. Diuites enim multis quidẽ diebus non volũt a propriis abeſſe, breui autem tempore volunt.

m Vbi autem ſunt redditus nõ facere quod nunc demagogi faciunt, obuenientia enim diſtribuunt, accipiũt autem ſimul, & rurſum indigent eiſdem, perforata enim lagena eſt tale auxilium pauperibus.

n Sed oportet vere demoticũ prouidere, qualiter multitudo non valde egens ſit, hæc.n. cauſa eius quòd eſt prauam eſſe Democratiam.

o Artificiandũ igitur, qualiter abundantia fiat diuturna. Quoniam autem expedit hoc etiã diuitibus, quę quidẽ a redditibus ſiũt congregantes ſimul tota oportet diſtribuere pauperibus.

p Maxime aũt ſiquis poteſt tãtum congregans quantũ ad fundiculi acquiſitionẽ, ſi autem nõ ad occaſionẽ negociationis & agriculturæ.

q Et ſi non omnibus poſſibile, ſaltem ſm̃ tribus vel ſecundum partem aliquã alteram in parte diſtribuere. In hoc autẽ ad neceſſarios ſynodos diuites inferre mercedem reſpuentes vanas oblationes.

r Tali aũt quodam modo Carchedonii politizantes, amicum acquiſierunt populũ. Semper.n. aliquos de populo emittẽtes ad negocia domus, faciũt diuites. Gratioſorum autẽ & intellectũ habentiũ inſigniũ eſt & aſſumẽtes pauperes, occaſiones quidẽ dãtes pꝛouocare ad operationes.

*niſi redditus habeat ciuitas, maxime inimicum eſt præſtantibus uiris, nam ex tributo & publicatione bonorum, & ex iudiciorum improbitate, neceſſe eſt prouenire quòd multas iam popularium Reſpub. ſubuertit, ubi ergo publici redditus non ſunt, facere oportet conciones raras, & iudicia magna quidem, ſed paucis diebus duratura. Hoc autem confert ad illud quod non formidabunt impenſas opulenti, ſi diuites non capient mercedem iudicii, ſed pauperes. Confert etiam ad recte iudicandum multo magis. Nam qui magna patrimonia habent, multis diebus abeſſe nolunt, a rebus ſuis. Modicum uero abeſſe tempus, nõ moleſte ferũt.*

*Vbi uero ſunt redditus publici, non id facere quod nunc magni quidam in populo faciunt. Superflua enim diuidunt, ac ſimul capiunt, moxque rurſus indigent eiſdem. Eſt enim pauperibus, ceu uas perforatum, huiuſmodi emolumentum.*

*Sed oportet eum qui uere popularis ſit, uidere ne multitudo paupertie nimia prematur. Nam egeſtas prauam reddit populi gubernationem.*

*Conandum eſt igitur ingenioſe, ut abundantia aſſit diuturna. Nam id prodeſt etiam diuitibus. Congregantes uero illa quæ ex redditibus proueniunt, ſimul omnia ægenis tribuere oportet.*

*Præſertim ſiquis poſſit tantum congregare, quantum ſat eſt ad agelli cõparationem, uel ſaltem ad facultatem negociandi, & agrum colendi.*

*Et ſi non omnibus poſſibile, at ſecũdum tribus aut partem aliquam id facere. In hoc autem ad neceſſarios cõuentus mercedem diuites conferre cupidos inanium munerum.*

*Per talem aliquem modum Carthaginenſes gubernantes, amicum retinent populum. Semper enim quoſdã a populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciunt. Gratioſorum uero ac mentem habentium nobilium, eſt ſuſcipere ægenos, & occaſionem præbentes conuertere ad res agendas.*



ſ ¶ Ponit ſecundum exemplum dicens, quòd adhuc expedit ad ſaluandum ſtatum popularem imitari Tharentinos. Principantes enim inter eos diuites exiſtentes iumenta, & fructũ poſſeſſionum ſuarum faciebant communem multitudini dominium retinentes per actum liberalitatis, & ſecundum hoc fecerunt multitudinem pauperũ beniuolam ſibi, iterum oẽs principatus duplices inſtituebant, alteros aſſignatos per electiones, alteros autem per ſortem, per ſortẽ quidẽ aliquos, vt pauperes participarent, per electionem autẽ vt meliores poſſent accipere qui melius regerent Remp. Continget autẽ hoc facere & de diuerſis principatibus vnum accipere ſorte, reliquum electione, & etiam in eodem vnũ principatum ſic, aliũ autem illo modo, &. tunc recapitulat dicens, ꝙ quomodo oportet inſtituere ſtatum popularem, & ex quibus, & qualiter firmare maxime, infirmum circa illas dictum eſt.

LECTIO VI.

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit ex quibus & quomodo inſtituenda eſt Reſpu. popularis, nunc oſtẽdit ex quibus & quomodo inſtituẽda eſt Reſpu. paucorum, & primo circa hoc dans intentionem dicit, ꝙ oſtenſo ex quibus & quomodo inſtituenda eſt Reſpu. popularis, manifeſtũ eſt fere quomodo inſtituendæ ſunt Reſpu. paucorũ. Ferè autẽ dicit propter aliqua quæ ſunt propria Reipu. paucorum: cum enim ſpecies ſtatus paucorum quodãmodo cõtrarientur ſpeciebus ſtatꝰ popularis, & cõtraria ex cõtrarijs inſtituuntur & contrario modo: oportet vnãquamque ſpeciem ſtatus paucorum ex his inſtitui quæ contrariãtur illis ex quibus componitur contraria Reſpu. popularis, & modo contrario illi. Deinde cũ dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo declarat ex quibus & quomodo optima Reſpu. paucorum eſt inſtituenda. Deinde cum dicit. {Similiter autem &c.} Ex quibus & quomodo ſpecies cõſequentes. In prima parte dicit, quòd ſpeciem ſtatus paucorum quę reputatur maxime temperata inſtituenda eſt modo conſequenter, hęc autem ſpecies ſtatus paucorũ eſt propinqua ei quę vocatur Reſpu. nomine communi, in qua principantur habentes arma & dignitatem aliquam diuitiarum, ſicut dictum eſt in Quarto etiam, & in qua honorabilitates, quæ attenduntur penes diuitias diſtinguuntur in maiores & minores: ſunt enim quidam habentes maiores diuitias, quidam minores. Similiter principatuum ſunt quidam magis neceſſarij & minores, quidam autem principaliores & maiores, minores autem habentes diuitias inter ipſos participant principantibus magis neceſſarijs, & maiores principalioribus, & licitum eſt in ipſa omnes habentes aliquam dignitatem diuitiarum attingere ad Rempu. Ad inſtituẽdũ igitur iſtã oportet inducere tantam multitudinẽ habentium honorabilitatem diuitiarum determinatam, vt cum ipſa ſint potentiores his qui non participant Repu. & vniuerſaliter oportet iſtam multitudinem aſſumi ex meliori populo: melior enim ſtatus paucorum ex meliori populo habente diuitias inſtituit, ſicut in omnibꝰ alijs ex melioribus fit melius. Deinde cũ dicit.

c ¶ Declarat & qualiter, & quomodo inſtituuntur aliæ, & primo tangit modum inſtituẽdi omnes in vniuerſali: Secũdo cũ dicit. {Oppoſitæ vltimæ &c.} Inſiſtit circa vltimã & peſſime ordinatã. In prima parte eſt intelligendum, quòd ſpecies ſtatus paucorum quatuor conſequenter ſe habent ſecundum ordinem. Prima.n. eſt ex ampliori multitudine & minori honorabilitate diuitiarum, & magis ſecũdum rationem & legem ordinatam, ſequens autem ex pauciori multitudine & maiori abundantia diuitiarũ & minus vtens legibus. Tertia autẽ adhuc ex minori & ampliori multitudĩe diuitiarum, vltima aũt & peſſima ex quàm pauciſſima multitudine, & maxima honorabilitate, & ideo non recta legibus, ſed voluntate principantium, & ideo conſequens ſemper attenditur reſpectu antecedentis. Dicit igitur ꝙ ſimiliter ſpeciẽ Reipu. paucorum conſequentem poſt primã & conſequentẽ poſt illam vſque ad vltimam, oportet inſtituere per intentionem eius quod obſeruatur in inſtitutione pręcedẽtis, vt v.g. ſi prima ex multitudine magna & parua honorabilitate diuitiarum inſtituitur, ſequens ex minori multitudine & maiori honorabilitate, & ſic vſque ad vltimam incluſiue, quę inſtituitur ex quàm pauciſſima multitudine paucorum & maxima honorabilitate diuitiarum. Deinde cum dicit.

d ¶ Inſiſtit circa vltimam & peſſimam, & circa hoc primo oſtẽdit quòd indiget multa cautela. Secundo cum dicit. {Democratias quidem igitur &c.} Oſtendit quomodo contingit ipſam firmari melius. Circa primum primo proponit. Secundo cũ dicit, {Sicut

ſ Bene habet autem imitari, & Tarentinorum principatum, illi enim cõmunia facientes poſſeſſa pauperibus ad vſum, beniuolam inſtituunt multitudinẽ. Adhuc autem principatus omnes duplices fecerunt, hos quidem eligibiles, hos autem ſortiales, ſortiales quidem vt populus ipſis participet, eligibiles autem, vt politizarent melius. Eſt autem hoc facere, & de eodem principatu, partientes, hos quidem ſortiales, hos autem eligibiles. Quomodo quidem igitur oportet democratias inſtituere, dictum eſt.

LECTIO VI.

Ferè autem & circa Oligarchias, quomodo oportet, manifeſtum ex ijs, ex contrarijs enim vnamquamque oligarchiam oportet colligere, ad contrariam democratiam.

b Reputantem bene temperatam quidẽ maxime oligarchiarũ & primã, hæc aũt eſt quæ propinqua vocatę politię, qua oportet honorabilitates diuidere, has quidẽ minores, has aũt maiores faciẽtes. Minores quidẽ a quibus participabũt neceſſarijs principatibus. Maiores aũt a quibus principalioribus habenti q honorabilitatem licere participare politia; tantã populi multitudinem introducentes per honorabilitatem, cum qua valentiores erunt ijs, qui non participant. Semper autem oportet aſſumere ex meliori populo cõmunicantes.

c Similiter autem & communicantes, ſimiliter & conſequentem oligarchiam intendentes oportet parum inſtituere.

d Oppoſitę vltimæ democratiæ ei quæ maxime poteſtatiua &

*Recte quoque ſe habet Tarentinorum exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes communia ad pauperum vſum, beniuolam per hunc modum ſibi plebem conſtituunt. Magiſtratus inſuper omnes duplices faciunt, vt ſint alii per electionem, alii per ſortem. Quo enim populus capiat, per ſortem. Quo autem melius gubernentur, per electionem. Eſt autem hoc facere etiam in vno eodemque magiſtratu, vt alii ſorte, alii electione ad eum gerendum aſſumantur. Quemadmodum ergo oporteat gubernationes multitudinis inſtituere, dictum eſt.*

*LECTIO VI.*

*De paucorum quoque gubernationibus quomodo agendum ſit, patet ferè ex eiſdem. Nam per contrarium agendum eſt in omni paucorum gubernatione ad oppoſitam ſibi popularis gubernationis ſpeciem.*

*Reputando meram illam ac ſummam cæterarum gubernationem paucorum, & primam. Hæc autem eſt propinqua illi, quæ Reſpublica nuncupatur, in qua oportet cenſus diuidere & alios minores, & alios maiores facere. Minores quidem a quibus neceſſarii magiſtratus capiantur. Maiores uero, a quibus capiantur hi magiſtratus, qui ſunt principaliores, & qui tantum adepti fuerint cenſum, habiles ſint ad Rempublicam gerendã, afferente populo tantam multitudinẽ per ipſum cenſum, vt cum illa potentiores ſint qui gubernant Rempublicã quàm illi q non gubernãt. Semper enim ex meliori populo capiẽdi ſunt illi, qui ad ſocietatẽ Reipu. capiuntur.*

*Similiter autem, in ea gubernatione paucorum, quæ ſequitur, intendentes, parumper eſt inſtituendum.*

*In ea uero quæ oppoſita eſt extremæ popularitati, quæ eſt paucorum*

maxime tyrannica oligarchiarum, quanto quidem peſſima, tãto ampliori cautela opus eſt.

e Sicut enim corpora, quæ bene diſponuntur ad ſanitatem, & naues quæ bene ſe habẽt nautis ad nauigationẽ, ſuſtinent plura peccata vt non corrumpãtur propter ipſa, quę autẽ ægrotantia ſe habent corporũ & nauiũ reſolutæ & nautas prauos ſortitæ, neq; praua poſſunt ferre peccata. Ita & politiarum peſſimæ plurima indigent cautela.

f Democratias quidẽ igitur totaliter multitudo hominum ſaluat, hæc.n. opponitur ad iuſtum id, quod ſecũdum dignitatem: oligarchiã autẽ palam quod e contrario a bona ordinatione oportet ſortiri ſaluationem.

g Quoniam autẽ quatuor quidem ſunt maxime partes multitudinis, agricultiua, banauſa, forenſis, mercenaria, quatuor autem quæ oportuna ad bellum, equeſtre, armatiuum, nudum, nauticum, vbi enim accidit regionem equitabilẽ eſſe, hic quidem bene aptę habet inſtituere oligarchiam fortem, ſalus, n. habitantibus per hanc potentiam eſt, nutrituræ autem equorum magnas ſubſtantias poſſidentiũ ſunt, vbi autem armatiuam, conſequẽtem oligarchiã, quod enim armatiuum eſt, diuitum magis quàm egenorum.

h Nuda autem potentia & nautica popularis omnino hęc quidẽ, nũc quidẽ igitur vbi eſt talis magna multitudo, cum diſſenſerint agonizant deterius, oportet aũt ad hoc remediũ accipere, à ducibus exercitus bellicis qui combinent ad equeſtrẽ potentiã & armatiuã eam quæ congruit nudorum. Hac aũt præualent in diſſenſionibus diuitibus populares: nudi.n. exiſtentes & ad equeſtrem & armatam agonizant facile, ex ijs quidem igitur conſiſtere hanc potentiam, ſibi ipſis eſt conſtituere.

*potentia, tyrannidi perſimilis, quanto deterrima eſt, tanto maiori opus eſt cuſtodia.*

*Vt enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatem, & nauigia bene inſtructa ad nauigandum, multos ferunt errores, nec ob eos ſuccumbunt, valetudi-* G *naria autem corpora, & nauigia parum firma, nautiſque inſtructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores. Ita Rerumpublicarum, hæ quæ deterrimæ ſunt, plurima indigent cuſtodia.*

*Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino ſeruantur. Hoc enim opponitur ad illud iuſtum, quod eſt ſecundum dignitatem. Paucorum vero potentium contra, videlicet per rectam ordinatio-* H *nem oportet aſſequi firmitatem.*

*Cum vero ſint multitudinis potiſſimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negociatores, mercenarii. Quatuor etiam vtiles ad bellum, equites, pedites, grauis armaturæ, expediti leuis, & turba naualis. Vbi contingit regionem eſſe ad equitatum aptam, ibi locum habet aptiſſimum paucorum potentia, illa ſumma. Nam conſeruatio habitatorum ab equitibus prouenit. Equos vero nutrire, eorum eſt, qui magnas habeant facultates. Vbi au-* I *tem regio ad peditatum eſt apta, alteram ſpeciem affectat paucorum potentiæ. Nam grauis armatura, diuitum eſt magis quàm pauperum.*

*Expediti autem leuis armaturæ, & nautica turba a plebe eſt omnis. Nũc autem vbi talis turba multa eſt, quando ſeditio fit, deterius certant. Sed oportet huius medicinam capere a belli ducibus, qui ad equitum ac peditum robur, expeditos leuis armaturæ ſolent coniungere, & cum his ſuperant* K *populi in ſeditionibus opulentos. Nã leues & expediti, contra equites & contra grauis armaturæ pedites, facile pugnant. Inſtituere igitur ex his potentiam iſtam, contra ſeipſos eſt inſtituere.*

{ Sicut enim corpora &c. } probat. In prima parte dicit, ꝙ illa ſpecies ſtatus paucorum opponitur vltimæ ſpeciei ſtatus popularis, quæ maxime eſt poteſtatiua & etiam tyrannica, quia in ipſa totus populus, tota multitudo velut vnus tyrannus principatur, tanto indiget ampliori cautela, quanto ipſa eſt peſſima omnium. Conſequenter cum dicit.

e ¶ Declarat hoc ꝑ ſimile, & in his quæ fiunt arte, & in his q̃ fiũt natura, quæ ſunt nobis magis nota dicens, ꝙ ſicut corpora animalium quæ bene diſpoſita ſunt ad ſanitatẽ propter bonam adinuicem primorum compoſitionem vel proportionem, & naues quę bene cõpaginatæ ſunt in ordine ad nauigationem poſſunt ſuſtinere plures errores, vt puta ictus vel paſſiões ab extrinſecis, ita vt nõ de facili corrumpãtur ꝓp illa. Illa autem corpora animalium quæ male diſpoſita ſunt propter malam diſpoſitionẽ humorum, & naues non bene compaginatæ, ſed quaſi reſolutæ habentes prauos nautas, non poſſunt etiam ſuſtinere modicos errores, immo corpora animalium talium a modicis paſſionibus corrumpuntur; naues vero huiuſmodi ad modicũ impulſum venti vel vndę, vel ictum rupis franguntur, ita eſt & de Rebuſpub. illæ q̃ optime ordinatę sũt ſecundum rationem multos impulſus & magnos ſuſtinere poſſunt. Male autem ordinatæ a modicis corrumpuntur, & ideo maiori indigent cautela; ciuitatẽ.n. oportet intelligere compoſitam ex pluribus adinuicẽ ordinatis, ſicut animal ex pluribus membris, & nauem ex pluribus lignis. Deĩde cũ dicit.

f ¶ Docet ex quibus contingit eam firmari, melius, & primo in generali. Secundo cũ dicit. { Quoniam autem &c. } In ſpeciali. In prima parte dicit, quòd Reſpu. populares tyrannicæ & peſſime ordinatæ ſaluãtur propter multitudinem hominum gubernantium in eis, talis enim multitudo potentiam quandam habet, propter enim multitudinem iſtã opponitur iuſto ſecundum dignitatem, ita vt per potentiam eius ſuppeditetur huiuſmodi iuſtum ſecundum rationem in ipſa, ſtatus autem paucorũ ei oppoſiti qui potentatus dicuntur, & ſunt tyrannice, non ſaluantur per potentiam multitudinis, quia talem non habent, & ideo oportet ꝙ econtrario ſaluetur propter F bonam ordinationem ſecundum rationem & iuſti ſaluationem. Deinde cum dicit.

g ¶ Docet in ſpeciali ex quibus firmatur, & primo declarat ex quibus contingit fieri fortem paucorum ſtatum & minus fortẽ. Secundo cum dicit. { Appoſitionem autem fieri &c. } Ponit elementa ad firmãdum ipſã, adhuc circa primum duo facit, quoniam primo declarat ex quibus contingit cõſtituere magis fortem ſtatum paucorũ & conſequentem. Secundo cũ dicit. { Nuda aũt potentia &c. } Ponit ex quibus minus fortem, & magis inordinatam. In prima parte ad declarandum intentum præmittit diſtinctionem multitudinis in ciuitate, & dicit ꝙ quamuis ſint plures partes multitudinis, ſicut tactum eſt prius, maxime inueniũtur quatuor ad quas aliæ reducuntur, puta agricultiua, ad quam reducatur paſcualis, naualis, & illa quæ circa forum negociatur, & mercenaria, ad quam reducuntur viles artifices. Iterum quatuor ſunt modi hominum qui bene diſpoſiti ſunt ad bellũ, puta equites qui pugnant in equis, & pedites qui bene armati pugnant & nautæ qui in nauibus pugnant, & expediti, leues armaturas habentes, vbi igitur accidit eſſe regionem, in qua ſunt multi bellantes in equis ſecũdum artem contingit fortẽ ſtatum paucorum facere, maxime ſi fuerint vnanimes inter ſe, cuius ratio eſt, q̃ ſtatui paucorum inſidiatur potentia multitudinis, ab ipſa autem poteſt ſaluari ꝑ potentiam equeſtrẽ, quæ præualet in armis, & iterum nutriturę equorũ ſunt factiuæ diuitiarum, & ideo pertinẽt ad eos qui habent ſubſtantias magnas, cuiuſmodi ſunt in ſtatu paucorum, vbi autẽ eſt multitudo vtentium armis ad pedes & ad defenſionem, ad impugnationem contingit facere fortem ſtatum paucorũ poſt primam, quæ dicta eſt, habere enim multitudinem taliũ armorũ & vſum eorũ magis pertinet ad diuites, quàm ad egenos, qui diuites dominantur in ſtatu paucorum. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat quæ eſt multitudo, ex qua non contingit fieri fortem ſtatum paucorum, & primo facit hoc. Secundo tangit remedia per quæ contingit illam melius ordinari ad fortem ſtatũ paucorum cum dicit. { Oportet autem &c. } In prima dicit, quòd potentia



i Oportet autem diuiſa ætate, & ijs quidem exiſtentibus ſenioribus, ijs autem iuuenibus. Adhuc exiſtentes iuuenes ipſorum filios, doceri leues & nudas operatiões, ſequeſtratos aũt ex pueris, Athletas eſſe ipſos operum.

k Appoſitionem autẽ fieri multitudini politeumatis, vel quẽadmodum dictum eſt prius, ijs qui honorabilitatem habent, vel ſicut Thebanis abſtinẽtibus per tempus aliquod a banauſis operibus, vel ſicut in Maſſalia diſcretionem facientes dignorum qui in politeumate, & eorum quæ extra ciuitatem.

l Adhuc autẽ & principatibus præcipuis, quos oportet eos, qui in politia, obtinere, opus eſt apponere oblationes, vt voluntarius populus non participet, & compaſſionem habeat ad principes tamquam principantes, multum precium dantes principatus.

m Congruit autẽ ſacrificia immittentes facere magnifica & præparare aliquid communiũ vt ijs quæ circa conuiuationes participans populus & ciuitatẽ videns ornatam, hæc quidem ſurſum ſuſpenſis, hæc autem ædificijs, gaudens videat manentem politiam. Accidet autem & inſignibus eſſe memoralia expenſarum.

n Sed hoc nunc qui circa oligarchias non faciunt ſed contrarium, acceptiones enim quæ-

*Sed oportet diuiſis ætatibus, cum alii ſeniores, alii iuniores exiſtant. In iuuenili adhuc ætate conſtitutos filios ſuos erudire ad leues & expeditas operationes. Delectos quidem ex pueris, Athletas eſſe ipſos operationum.*

B *Conceſſio autem Reipublicæ populo facienda eſt, vel cum ad cenſum peruenerint, ut dictum eſt prius, uel vt faciunt Thebani, cum certum tempus a mercatura, & huiuſmodi exercitiis deſtiterint, vel vt apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſint, ad Rempublicam recipi, & qui excludi.*

*Præterea dignitatibus his, quæ ſunt principaliſſimæ, quas ſuſcipere* C *oportet eos qui in Reipublicæ gubernatione verſantur, adiungenda ſunt onera publica, ut populus ſponte ſua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt, utpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluentibus.*

*Congruit autem cũ huiuſmodi magiſtratus ineunt, & ſacra magnificentiſſime facere, & publica quædam ædificia ad vſum populi conſtituere, vt multitudo cernens urbem ornari, tum* D *muneribus erga deos, tum ædibus ad uſum publicum, libenter aſpiciat præſentem ſtatum ciuitatis. Continget etiam præſtantibus uiris hæc eſſe monumenta ſuæ largitatis.*

*Sed hoc non fit nunc per eos homines qui magni ſunt in paucorum potentia, ſed contrarium. Lucrum enim*

potentia multitudinis, quæ non vtitur armis, ſed ordinatur ad leues operationes, puta ad curſum, ad aſcenſum murorum, & naualis, quæ in aqua pugnat, omnino ſunt populares non paucorum, tales autem propter defectum virtutis & rationis ſequũtur impetum, & ideo vbi eſt multa multitudo talium, ſi diſſenſionem habeant ad ſuperiores, pugnant, cõtendẽtes deterius cõtra eoſdem, & ideo non bene ordinabiles ſunt ad ſtatũ paucorum. Secũdo cum dicit. { Oportet autem &c. } tangit remedia. Primo vnum. Secundo cum dicit. { Oportet autẽ &c. } aliud. In prima dicit, quòd contra inordinationem & malitiam prædictę multitudinis oportet duces exercitus adducere remedium, videlicet adiungendo ad equeſtrem multitudinem, & etiam ad pedeſtrem, vtentem tamen armis tantũ de multitudine expeditorum quantum eis congruit, & nõ plus, vt videlicet ad tantã multitudinem equeſtrium apponatur tãta multitudo expeditorum quanta eſt eis neceſſaria ad finem, ſic tamen quòd non præualeat in potentia & non ſit maior. Similiter autẽ & ad armatiuam, ratio autẽ quare expedit talem multitudinẽ ordinari bene in exercitu eſt, quia nos videmus, quòd popularis multitudo quãdo diſſentit a diuitibus, ꝑualet contra eos propter virtutem expeditorum, quia expediti faciles exiſtẽtes, faciliter inſurgũt cõtra equeſtres, & etiã contra pedeſtres armatos, quia ipſi diuites ſunt & oppreſſiui ſuipſius, & ideo expedit paucorum potentiæ diuitibus retinere ſibijpſis hanc potẽtiam expeditorum contra populares, & eos conſtituere & ordinare ſic, vt per beniuolentiam & bonam ordinationem cum eiſdem expeditis præualeant contra eos. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ſecundum remedium, quod etiam eſt ad declarationem dicti, dicens quòd adhuc expedit paucorum ſtatui ad bonã ordinationem expeditorum diſtinguere ſecundum ætates, videlicet in iuniores & ſeniores ipſorum, & iuniores filios ipſorum exercere ad curſum, ſaltum, aſcenſum, vlterius autem magis prouectos & fortiores conſtituere Athletas ad opera facienda, puta vel ad onera portanda, vel ad duellum, vel ad aliquod aliud tale, & ex hoc ſequuntur duo. Primo quòd beniuolentiam expeditorum habebunt quaſi habentes curam & ſollicitudinem de bona ordinatione ipſorum, aliud autem, quia ipſi iuuenes magis exercitati erunt in eis, quæ expediunt ſtatui paucorum. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit elementa ad ſaluandum potentatum paucorum, & primo ponit huiuſmodi elemẽta. Secũdo cũ dicit. { Sed hoc &c. } tangit dicta non obſeruari nũc in paucorum ſtatibus. In prima ponit vnum elementum. Secundo cum dicit. { Adhuc autẽ &c. } ponit. Tertio cum dicit. { Congruit autem ſacrificia &c. } ponit aliud. In prima dicit, quòd ad ſaluandum potentatum paucorũ A expedit aliquos de popularibus apponi Reipublicæ, vtputa de his qui aliquam honorabilitatem habent diuitiarum, vel ſicut fiebat Thebis, puta, quòd nullus accipiebatur ad Rempublicã ipſorum qui non abſtinuiſſet a foro venalium per decennium, ſicut dicebatur prius in Quarto, vel ſicut obſeruabant in Maſſilia quadam alia ciuitate, qui diſtinguebant inter dignitatẽ eorum qui attingebãt ad Rempublicã, & eorum qui nõ participabant, & ſi inueniebant aliquos non participantes digniores vel æque dignos quibuſdam, qui participabant, aſſumebãt ipſos vel aliquos ex eis, per talẽ enim appoſitionem popularium ipſi Reipublicę magis diligunt ipſam, & ideo magis nituntur eam ſaluare, hoc tamen eſt obſeruandum ſicut dicebatur prius, quòd non aſſumatẽ magna multitudo taliũ, poſſunt enim in ordinatione facere paucorum potentiam, ſed tanta, vt cum ipſa valentiores ſint reliqua multitudine regionis. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundum elementum dicens, quòd expediens eſt eos qui aſſumuntur ad præcipuos & honorabiliores principatus in tali Republica facere oblationes denariorum magnorum vel Deo, vel cõmunitati, ex hoc.n. ſequuntur duæ vtilitates: vna quòd populares non affectabũt principatus propter magnitudinem denariorum, & ideo magis quieti erunt, alia quia multum compatientur principantibus videntes eos multa expendere in eis, pauperes enim diuitias maximum bonũ reputãt, ex quo ſequiẽ maior quietatio ipſorũ. Deinde cũ dicit.

m ¶ Ponit tertium dicens, quòd adhuc expedit aſſumendos ad principatum ſacrificia magnifica facere & magnitudinem expenſarum, & facere aliquod conuiuium magnum toti ciuitati, vt ſi populus participans conuiuio, & videns ciuitatem bene diſpoſitam & ornatam, & ſecundum ædificia communia & propria, & etiam multa ſeorſum poſita & dedicata ad honorẽ Dei gaudeat, & per cõſequẽs velit manere Rempublicam & iterũ magnitudo expenſarum expediens eſt inſignibus ſicut memoriale, & ad diffuſionem famæ, ſicut enim dicit Ariſto. in quarto Ethicorum, amantur maxime liberales omnium aliorum qui alijs præſtant virtutibus, vtiles enim ſunt & proſunt dando, propter quod magis diffunditur fama hominis per actum dationis liberalis. Conſequenter cum dicit.

n ¶ Tangit cõtrariũ eſſe in cõſuetudine modernorũ dicẽs, ꝙ ea quæ dicta ſunt nõ obſeruãt moderni, q. regũt in paucorũ Repub. vel inſignes, nõ.n. quærũt bonam famã magis, aut etiã honores, ſed magis extorſiones pecuniarũ calumnioſæ, ſeu qualitercũq;, ꝓpter hoc modernæ Reſp. paucorũ sũt prauæ Reſp. populares, in qb⁹ q̃riẽ magis extorſio pecuniæ, q̃ honor, & tũc recapitulat dicẽs, ꝙ ex qb⁹, & qũo cõtingit bene firmare ſtatus populares, & paucorum, male ordinatos intantum eſt determinatum.

## LECTIO VI.

runt non minus quàm honorē, propter quod quidem bene habet dicere has eſſe democratias paruas. Quomodo quidem igitur oportet firmare democratias & oligarchias, determinatum ſit hoc modo.

*quærunt non minus, quàm honorem. Itaque dici poteſt recte, hos eſſe populares ſtatus paruos. Quomodo igitur inſtituendæ ſint, & paucorum gubernationes, & multitudinis, in hunc modum determinatum ſit.*

G

## LECTIO VII.

COnſequens autem dictis eſt, diuidere bene quę circa principatus quot, & qui, & quorum, ſicut dictum eſt & prius.

b Sine neceſſarijs quidē enim principatibus impoſsibile eſt eſſe ciuitatem, ſine ijs autem qui ad bonum ordinem & ornatū, impoſsibile habitari bene.

H c Adhuc autem neceſſarium in paruis quidem pauciores eſſe principatus, in magnis autem plures, ſicut extitit prius dictū. Quales igitur congruit ſimul ducere, & quales ſeparare, oportet non latere.

d Primo quidem igitur cura neceſſariorum, quæ circa forum, cui oportet quendam principatum præeſſe aſpicientem circa contractus & bonum ornatū, ferè enim neceſſarium omnibus ciuitatibus, hunc quidem emere, hunc autem vendere, ad eam quæ ad inuicem neceſſariam vtilitatem, & hoc eſt accommodatiſsimum ad autarciam, propter quam videntur in vnam politiam conueniſſe.

e Altera aūt cura huic habita & propinqua, quæ eorū quæ circa municipium publicorum & propriorum, qualiter bonus ornatus ſit & cadentium ędificiorum & viarum ſaluatio & directio, & confinium ad inuicem, qualiter ſine q̄rela ſe habeant & curæ alia q̄cūq; ijs ſimilis modi, vocāt aūt plurimi aſtinomiā talē principatū: hēt āt ꝑtes plures nūero, quarū ad alias alios inſtituūt ī ciuitatibꝰ magis populoſis, velut murorū factores, & fōtiū curatores, & portꝰ cuſtodes.

*COnſequens eſt circa magiſtratus videre diligenter quod hi ſint, & quales, & quibus de rebus, vt ſupra dictum eſt.*

*Sunt enim quidam magiſtratus, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Sunt etiam quidam ad cultum ornatumque pertinentes, ſine quibus bene habitari ciuitas non valet.*

*Præterea, neceſſarium eſt & in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus. In magnis autem, plures, vt prius oſtendimus. Quales ergo congruat ſimul coniungere, & quales ſeparare, non debet eſſe clam.*

*Primum ergo cura rerum neceſſariarum, vt in foro adſint, uenundenturque. Super qua quidem cura, magiſtratus quidam eſt conſtituendus, cuius officium ſit circa contractus, & circa honeſtatem. Nam cunctis ferè* I *ciuitatibus neceſſarium eſt emptiones uenditioneſque fieri inuicem, pro uſu rerum neceſſariarum, & hæc facultas maxima, & expeditiſſima eſt, ad eandem ſufficientiam conſequendam, cuius gratia, in unam uidentur conueniſſe Reipublicæ ſocietatem.*

*Altera uero cura huic coniuncta, ac propinqua eſt, circa urbem de publicis priuatiſque rebus, de ædificatione decenti, de viarum conſeruatione ac directione, de finibus regendis, vt ſine quærela ſint, & de ſimilibus. Vocant autem plurimi huiuſmodi magiſtratum ædilitatem, partes eius vero ſunt plures, vt in magnis ciuitatibus aliæ ſuper alias incidunt, ceu mœnibus reſiciendis præfecti, & fontium curatores, & pontium ac portuum cōſeruatores.*

POſtquam Philoſophus declarauit ex quibus & qualiter inſtituantur Reſpublicę minus rectæ, determinat nunc de principalibus earundem, ſupplendo quod in fine Quarti omiſerat, & circa hoc primo dat intentionem & rationem eius. Secundo cū dicit. {Primo quidem &c.} proſequitur. Circa primum primo dat intētionem ſuam dicens, quòd poſtea quę dicta ſunt, oportet determinare ea quę ꝑtinēt ad principatus, puta quot ſunt principatus neceſſarij in huiuſmodi Rebuſpublicis, & qui ſecundū ſpeciē, & quorū ſint domini, ſicut dicebatur prius ī fine Quarti. Deinde cum dicit.

b ¶ Dat neceſſitatē huius cōſiderationis, & diuiditur in duo. Primo enim aſſignat rationem vnam. Secundo cū dicit. {Adhuc autem &c.} aliā. In prima parte intendit rationem hāc de illis ſine quibus, aut impoſſibile eſt eſſe ciuitatem, aut bene habitari, & conſequenter oportet determinare vel conſiderare Rempublicam, ſed ſine principibus, aut non eſt poſſibile ciuitatem, aut non bene habitare. ergo &c. maiorem ſupponit ſicut manifeſtam, minorē ſubiungens, dicens quod ſine principatibus neceſſarijs, puta ſine principatu principali & ducatu exercitus, & etiam iudicio & alijs huiuſmodi, non poteſt eſſe ciuitas ſine principatibus, aut qui curāt de bono ornatu ciuium quantum ad exteriora vel accidētia magis nō poteſt bene habitari. Deinde cū dicit.

c ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd præterea in ciuitatibus paruis neceſſe eſt pauciores principatus & plures in vnū coniungi, tum quia pauciores ſufficiunt, tum quia non plures inueniuntur eſſe ſufficientes. In magnis autem ciuitatibus, oportet plures eſſe, & vnum diuidi in plures propter oppoſitas cauſas, ſicut dictum fuit in Quarto huius: oportet igitur ciuem nō ignorare quales principatus conuenit coniungere in vnum, & quales diuidere in plures, hoc autem non contingit niſi ſciatur, qui & quot ſunt, & quorum domini, & quam habitudinem habent adinuicem, & qui propinquiores, & qui remotiores ſecundum naturam. ergo neceſſe eſt iſta præconſiderare. Deinde cū dicit.

d ¶ Proſequitur, & eſt intelligendum q' ſimul determinat q & quorum, & quot. Et diuiditur in partes duas, quia primo facit quod dictum eſt. In ſecunda cum dicit. {Horum autem &c.} ad quam Rempublicam pertineant quidam illorum magis. Adhuc circa primum primo declarat de neceſſarijs magis. Secundo cum dicit. {Adhuc autem ſoliciti &c.} De his quæ ad bonum ornatum. Adhuc primo facit, quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Neceſſarie quidem igitur &c.} Circa primum adhuc primo determinat de principantibus Rebuſpublicis. Secundo cum dicit. {Alia autem ſpecies &c.} de his qui curant de diuinis. Circa pri-

F mū adhuc primo determinat de principantibus minoribus particularibus. Secundo cum dicit. {Præter omnes autē hos &c.} de vniuerſali & ſummo. Adhuc prima in duas. Primo facit qđ dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quoniā autem &c.} De eo qui habet curam ſuper correctione & emendatione ipſorum. Circa primum adhuc primo determinat de principantibus qui habēt curā ſuper rebus exterioribus. Secundo de his qui habent curam de perſonis ciuium cū dicit. {Poſt hunc autē &c.} Circa primum duo facit. Quoniam primo determinat de his qui habent curam ſuper rebus exterioribus. Deinde cum dicit. {Altera autem curā &c.} de eo qui habet curā de reſcriptis ſuper prędictis & acceſſorijs. Prima diuiditur in tres. Primo determinat de eo q̄ habet curam de his quę circa forum. Secundo cum dicit. {Alia autem neceſſaria &c.} De his quæ circa ædificia & immobilia. Tertio cū dicit. {Aliꝰ aūt principatus &c.} de eo qui habet curā ſuper redditibus cōmunibus. In prima parte dicit, quòd primo oportet eſſe quēdam principatū circa forum eorū quæ ſunt neceſſaria ciuitati, qui aſpiciat quòd contractus talium iuſte & legitime fiant, & etiam ædificia circa forum bene ornata ſint, puta in quibus fiunt huiuſmodi contractus, cuius ratio eſt, quia in omnibus ciuitatibus fere neceſſe eſt aliqua recipere per emptionem, & aliqua emittere per venditionē, & quātum ad totam ciuitatem & reſpectu aliorum, & quātum ad ciues inter ſe, fere autem dicit, quia contingit eſſe aliquam ciuitatem per ſe ſufficientem, in qua hoc non eſt neceſſariū, & hoc eſt conuenientiſſimum ad per ſe ſufficientiam: eſt enim ciuitas communitas perfecta omnis per ſe ſufficiētiæ terminum habēs, K vt dicebatur in primo, propter quam conuenerunt in vnam ciuilitatem, quia enim vna domus non eſt ſibi ſufficiens, ideo cōiungitur alij in vico: & quia vnus vicus, nec pauci ſufficiunt ſibi omnino, ideo plures coniunguntur in ciuitate vna quę per ſe ſufficiens eſt, per ſe autem ſufficiens non poteſt eſſe niſi per cōmutationes mutuas, quæ fiunt per emptionem & venditionem, vel inter ſe, vel ad alios legittime factas, hoc autem non eſſet niſi eſſet aliquis dirigens & reducens inæquale ad æqualitatem ꝑ ſapientiam & publicam poteſtatem, hoc autem eſt principatus, eſt igitur neceſſarius principatus quidam circa contractus. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de principatibus, qui curant de ædificijs publicis & proprijs, & primo de his qui curant de his, quæ in ciuitate. Secundo cum dicit. {Alia autem &c.} de his quæ extra. In prima parte dicit, quòd alius eſt principatus conſequenter ſe habens ad iſtum & propinquus eidem, qui habet curam de ædificijs communibus & proprijs, & ſtratis, & aquæductibus, & alijs huiuſmodi qualiter fiant vt expedit, & bene diſpoſita ſint, ſecun-



dum quòd expedit ciuitati, & qualiter ruinoſa ædificia reparentur, & qualiter confinia ædificiorum ſic determinentur vt ſint ſine quærela, & de alijs huiuſmodi, quæ ſunt ſimilia huic curæ, quidam autem vocant hunc principatum ędilitatem, prædictus autem principatus plures partes habet ſecundum modum, quatum aliæ & aliæ ad alia & alia ordinātur in ciuitatibꝰ magnis, puta factores murorum & curatores fontium & cuſtodes portus & fortaliciorum ciuitatis. Deinde cum dicit.

B f ¶ Determinat de his, quæ in regione dicens, quòd alius principatus eſt neceſſarius conſimilis prædicto, de illis .n. eiſdē, de quibus curat prædictus eſt iſte extra ciuitatem in regione, puta ille qui curat de caſtris & ædificijs, & aquæductibus & confinibus agrorum, & aliorum, quæ ſunt extra ciuitatem. Appellant autē quidā iſtos diffinitores, alij cuſtodes agrorum, iſti igitur ſunt tres principatus neceſſarij. Deinde cum dicit.

C g ¶ Determinat de eo qui habet curā circa redditus communes dicens, quòd alius eſt principatus, qui habet curam circa communes redditus, ad quem tria pertinent, ſcilicet recipere ipſos a differentibus & cuſtodire receptos, & diſtribuere quod neceſſariū eſt ī vnaquaque diſpenſatione ſecundum ordinationē ciuitatis vel ſuperiorum, & vocātur a quibuſdam receptores a recipiendo, a quibuſdam autem quæſtores. Deinde cum dicit.

h Determinat de eo coram quo fiunt reſcripta de contractibus & iudicijs dicēs, quòd alius eſt principatus, ad quem referuntur omnia reſcripta circa contractus & iudicia, vt habeant auctoritatem, ſcilicet per ſigni eius appoſitionem, apud quos etiam oportet manere regiſtrum cum reſcripto contractuum & ſententiarum, & etiam eorum qui inducūtur in ciuitate. Iſte vero principatus in ciuitatibus maioribus diſtinguitur in plures, ſed vnum oportet eſſe principalem omnium, ſicut nunc videmus in curijs magnatum aliquem eſſe cancellarium principalem, & alios plures eſſe ſub eo, puta notarios & regiſtrarios & huiuſmodi, & vocantur a quibuſdam præfecti vel memoriales, quia apud eos debet remanere memoria

A magnorum quæ fiunt in ciuitate. Ab alijs autem alijs nominibus propinquis. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat de eo qui principatur ſuper ipſa ſubſtantia ciuium, & primo de eo qui habet curā ſuper actionibus cōdemnādorum & præſcribendorum. Secundo cum dicit. {Poſt hos autem &c.} De eo qui habet curā ſuper cuſtodia ciuium. Circa primum primo oſtēdit, quòd principatꝰ talis grauis & neceſſarius eſt. Secundo cū dicit. {Cōtingitq;.} tangit quoddam accidens circa ipſum. Primū primo facit quod dictum eſt. Secundo cū dicit. {Peæterea melius eſt &c.} tangit quædam expedientia ad mouendū grauitatē ipſius. Circa primū primo proponit. Secundo cum dicit. {Grauis quidē igitur &c.} probat. In prima dicit, quòd poſt præcedentē principatum qui maxime neceſſarius eſt, ſicut primum principium in vnoquoque genere, & eſt maxime difficilis inter omnes, puta ille qui curat de exactionibus condemnandorū ad mortem, & relegandorum ſecundum accuſatiōes inſcriptas, & circa cuſtodiā corporum ipſorum antequam condemnentur, aut proſcribātur. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat vel aſſignat rationem iſtorum, & primo grauitatis ipſius. Secundo cum dicit. {Neceſſarius autem &c.} Aſſignat rationem neceſſitatis. In prima dicit quòd principatus p̄dictus grauis eſt valde ꝑpter multas inimicitias multorum, amici enim cōdemnandorum & proſcribendorum, habēt ad ipſum odium vt in pluribus, ſiquidem ille, vel illi qui diligūt aliquos, ſunt inimici inimicorum illorū, & tanta eſt inimicitia ad ipſum, quòd vbi non contingit multum lucrari, pauci aut nulli ſuſtinerent præeſſe in iſto principatu, & ſi ſint aliqui qui ſuſtineāt, nolunt procedere in ipſo ſecundum rigorem legum, timentes inimicitias, vel offenſionem, timor enim & amor, ſæpe ſolent peruertere iudicium principantis. Deinde cum dicit.

l ¶ Probat vel aſſignat cauſam neceſſitatis dicens, quòd neceſſarius quidem eſt huiuſmodi principatus, quia nihil proficuum eſt recte ſecundum iuſtitiam ſententiare de actionibus, & ſententias

f Alia autem neceſſaria & conſimilis huic. De eiſdem quidem enim, ſed circa regionem eſt, & de eo quod extra oppidum. Vocant autem principes hos, ij quidem agoronomos, ij autem hylores, hæ quidem igitur curæ horum ſunt tres.

g Alius autem principatus ad quem redditus communium referuntur, a quibus cuſtodientibus patiuntur ad vnamquamq: diſpenſationem. Vocant autem receptores hos & camerarios.

h Alius autem principatus, ad quem reſcribi oportet proprios contractus & iudicia ex prætorijs, apud eoſdem autem iſtos, & ſcripturas ſententiarum fieri oportet, & inductiones: alicubi quidē igitur partiuntur & hunc D in plures: eſt autem vnus principalis horum omnium, vocantur autem Hieromnimones & præſides, & alijs ijs nominibus propinquis.

i Poſt hunc autem conſequens quidē, neceſſarijſsimus autem ferè & maxime difficilis principatuum eſt, qui circa actiones condemnatorum & præpoſitorum ſcriptionibus, & circa cuſtodias corporum.

E K Grauis quidem igitur eſt propter multam habere inimicitiā, ita vt vbi nō eſt magna lucrari, neque principari ſuſtinēt ipſo, neque qui ſuſtinent volunt agere ſecundum leges.

l Neceſſarius autem eſt, quia nullus profectus eſt fieri quidē ſententias de iuſtis, has autem non accipere finem. Quare ſi fa

*Alia uero eſt cura & quidem neceſſaria, atque huic propinqua, nam de eiſdem rebus cæterum non in vrbe, ſed extra vrbem in agro verſatur. Vocant autem huiuſmodi magiſtratum, alii diffinitores, alii cuſtodes agrorum. Hæ igitur procurationes ſunt tres.*

*Eſt & alius magiſtratus, ad quem redditus publici referuntur, qui apud eos conſeruati, mox diſtribuuntur ad ſingulas opportunitates. Vocant uero iſtos receptores & quæſtores.*

*Alter uero magiſtratus eſt, apud quem præſcribi oportet priuatos contractus & ſententias iudicium, apud quos etiam poſtulationes, uocationeſque in ius præſcribi debent. Quibuſdam in locis huiuſmodi magiſtratum diuidunt in partes plures, ſed eſt una eademque auctoritas iſtorum omniū, appellantque eos qui hunc magiſtratum gerunt, tum præfectos, tum memoriales, uel ſimilibus nuncupationibus.*

*Qui uero poſt hunc ſequitur, ſumme neceſſarius eſt, ac difficillimus omnium magiſtratuum. Verſatur autem circa executiones eorum qui damnati ſunt, & circa eorum pœnas atque cuſtodias.*

*Eſt autem grauis huiuſmodi adminiſtratio, propter multas quæ inde proueniunt inimicitias. Itaque niſi magna emolumenta ex eo capiantur, gerere illum omnes recuſant. Et ſi gerāt, ſecundū leges facere non tolerāt.*

*Sed eſt neceſſaria res, Nam nihil prodeſſent iudicia, aut ſententiæ, niſi forent qui eas executioni mandarent. Quare, ſi hæc*

rentias rectas non deducere ad finem per executionem. In operabilibus enim iudicium rectum eſt propter operationẽ ſicut propter finem, agere autem aliquid eorum quæ ſunt ad finem per ſe & non deducere ad finem vel attingere, non eſt proficuum, propter quod ſi impoſſibile eſt communicationem ciuium inuicem ſaluari non factis ſententijs rectis de cõtrouerſijs ſuborientibus inter ipſos, impoſſibile eſt eandem communicationem ciuium adinuicẽ ſaluari, niſi ſententię latæ recte executioni demandentur. Si igitur neceſſarium eſt in ciuitate cõmunicationẽ ſaluari neceſſitate, quæ eſt in ordine ad finẽ, neceſſarium eſt eadem neceſſitate, iuſtas ſententias demãdare executioni, hoc autem principaliter fit per huiuſmodi pricipatũ, quare huiuſmodi principatus neceſſarius eſt ſi debeat ſaluari communicatio. Deinde cũ dicit,

m ¶ Tangit quædã expedientia circa ipſum, & diuiditur in partes duas. Primo tãgit quędam documẽta & rõnem aſſignat. Secundo cum dicit. {In multis autem locis &c.} adiungit aliud. Circa primum primo tangit documenta. Secundo cum dicit. {Quãto.n.&c.} aſſignat rationem. In prima dicit, quòd quia huiuſmodi principatus eſt neceſſarius & grauis, & expedit iſtũ principatum non eſſe vnum tantum, ſed diſtingui in plures & alios ex alijs iudicijs accipere, vtputa ꝙ alius ſit qui audiat accuſationẽ, alius qui inquirat, alius autẽ qui ſententiat, & ſimiliter eos qui circa reſcripta intendunt oportet tentare diuidere, puta vt vnꝰ ſcribat accuſationem, alius inquiſitionẽ, aliꝰ ſententiam. Iterum expedit quoſdam de illis agere aliqua, & quoſdã alia, puta eos qui magis fuerunt in principatu iudicare minus periculoſa, nouos autem noua, & veteres magis periculoſa, & iterum negociorum inſtantium, ſi alter condemnauerit alterũ exequi. v.g. eos quos principantes intra ciuitatem condemnauerint, principantes extra ciuitatem magis puniant exequendo, & econtrario. Deinde cum dicit.

n ¶ Aſſignat rationem dicens, quòd iſta obſeruanda ſunt, quopiam quanto minor erit inimicitia huiuſmodi principantibus,

ctis, non communicare inuicem impoſsibile, & executionibus non factis.

m Propter quod, melius nõ vnum eſſe hunc principatum, ſed alios ex alijs prætorijs & circa præpoſitiones eorũ quæ reſcripta ſunt eodẽ modo tentare diuidere. Adhuc aũt quędã agere, & ipſos principatus alioſque & nouorum magis nouos, & eos q instantium cum alter condemnauerit, alterum eſſe exequentẽ: velut aſtynomus eos qui agoronomon, eos aũt qui ab ijs, alios.

n Quanto enim vtique minor inimicitia inſuerit exequentibus, tanto magis accipient finẽ executiones, eoſdem quidem igitur eſſe condemnantes & exequentes inimicitiam habet duplicem, de omnibus autem eoſdem, aduerſarios omnibus.

o In multis autem locis diuiſi ſunt qui cuſtodit ad eum qui eſequitur, velut Athenis vocatorum vndecim, propter quod melius, & hunc ſeparare, & ſophiſma quærere etiã circa hũc, neceſſarius quidem enim non minus dicto.

p Accidit autem epijces quidẽ fugere maxime hunc principatum, prauos autem non ſecurum facere dominos. Ipſi enim indigent cuſtodia aliorum, magis q̃ poſsint alios cuſtodire.

q Propter quod oportet, non vnum repoſitum principatum eſſe apud ipſos, neque continue eodem, ſed iuuenum, vbi aliqs epheborum vel cuſtodiarũ eſt ordo. Et principatuum oportet ſecundum partes facere curam alios, hos quidem igitur principatus, tamquam neceſſarijſsimos ponendum eſſe primos.

r Poſt hos autẽ neceſſarios quidem nihil minus, in maiori autem ſchemate ordinatos. Etenim experientia & fide indigent multa, tales autẽ erũt vtiq; qui

F G H I K

*deſint, communio inter ſe ciuium permanere non poteſt,*

*Præterea, melius eſt non vnum hunc eſſe magiſtratum, ſed partiri in plures, ut alii de aliis iudicia exequantur. Et circa actiones eodem modo conandum eſt diſtinguere, adhuc etiam magiſtratus alios aliis exequendis, & nouorum, magis nouos. Et præſidentium alio condemnante, alii ſint qui exigant, ceu prætores vrbani, ædilium condemnationes, ac rurſus iſtorum, alii.*

*Quanto enim minus inimicitiarum ſit illis, qui executioni demandant, tanto magis res finem ſuſcipient. Si ſint ergo iidem qui condemnant, & qui condemnationes exigunt, duplex contrahitur odium, in omnibus autem eoſdem cunctis inimicum eſt.*

*Multis etiam locis ſeparatur ille qui cuſtodit reos, ab illo qui animaduertit in eos, vt Athenis illi qui vndecim viri nuncupantur. Quapropter melius eſt hunc quoque diuidere magiſtratum, & quaſi adumbrare, & mitigare, eſt enim neceſſarius non minus quàm ſuperior.*

*Contingitque in eo, vt viri boni maxime vitent hoc officium, prauos autem nequaquam tutum ſit ei præficere, cum ipſi potius indigeant cuſtodia & carcere, quàm alios debeant cuſtodire.*

*Itaque oportet hoc, non unum eſſe officium, neque continuo ab eiſdem fieri, ſed ubi eſt aliquis iuniorum ordo, aut cuſtodum, aut magiſtratuum, deputandi ſunt pro tempore alii, atque alii, qui horum officiorum ſuſcipiant curam. Hos ergo magiſtratus tamquam ſumme neceſſarios, ponendum eſt eſſe primo.*

*Poſt hos autem alii ſunt magiſtratus, nec ſanè minus neceſſarii, & maioris quidem dignitatis, nam plurima indigent experientia & fide. Tales uero ſunt circa cuſtodiam urbis, &*

tanto ſententię & executiones magis de fine accipient. Eoſdem autem eſſe cõdemnantes & exequentes inimicitiam habet propter duo, tum quia condemnat, tum quia exequitur, eos autem omnia tractare, quæ pertinent ad dictum principatum, inimicitiam habet quãtum ad omnia, ſi autem diuidantur, ita quòd alter ſit condemnans & alter ſit exequens, & diuerſa diuerſis attribuantur, diuidetur inimicitia, quare minor erit ad ſingulos, & ſententiæ, & executiones magis finẽ accipiẽt, quod eſt expedientius. Deinde cum dicit.

o ¶ Adiungit aliud dicens, quòd in multis ciuitatibus diuiſi ſunt, ille qui cuſtodit illos qui condemnãdi ſunt, & ille qui eſequitur ſentẽtiam, ſicut Athenis illi q vocabantur vndecim viri, & ideo expediẽtius eſt & iſtos ſeparare & alia ſophiſmata & adumbrationes circa hoc facere per quæ contingat minorem eſſe inimicitiã, & per cõſequens minus grauem principatum, neceſſarius .n. eſt & non minor prædicto. Deide cũ dicit.

p ¶ Tangit accidẽs inducens impedimẽtum circa ipſum, & primo facit hoc. Secũdo cum dicit. {Propter quod &c.} tãgit remedia. In prima dicit, ꝙ propter difficultatem, quæ eſt in iſto principatu, viri boni fugiunt huiuſmodi principatũ, malos autem non eſt ſecurũ apponere ĩ ipſo, mali enim magis indigent regula & cuſtodia aliorũ quàm poſſint alios regere, vel etiam cuſtodire: regulãs enim alium, in ſe oportet eſſe regulatum prius. Deinde cum dicit.

q ¶ Tangit remedia dicens, quòd quia boni fugiunt principatum iſtũ propter cauſam prædictam, expediens eſt non eſſe tantum vnum principantem in huiuſmodi negocio, nec etiã cõtinue eoſdem principari, ſed modo hos, modo alios, quia etiã nos videmus, quòd vbi eſt aliquis ordo iuniorum, vel vbi eſt ordo cuſtodiarum ciuiũ & principatuũ, oportet iſtorum curam facere particulariter, nunc autem illos. Iſti autem principatus qui dicti ſunt, ponendi ſunt neceſſarij & primi reſpectu prædictorum prius. Deinde cum dicit.

r ¶ Inquirit vel proſequitur de eo qui habet curam ſuper cuſtodiam ciuium, & circa hoc primo dat neceſſitatem ipſius, Secundo



cundo cum dicit. {Hic quidem igitur &c.} tangit eius diuiſionem. In prima ipſe dicit, quòd poſt prædictos principatus neceſſe eſt ponere alios non minus neceſſarios ſi debeat ſaluari communicatio ciuilis, ordinatos tamen in excellentiori gradu dignitatis, quoniam indigent ad executionem principatus prudentia multa, quæ habetur per experientiã longi temporis, & multa fide, ideſt multa fidelitate. Iſti autẽ ſunt qui cuſtodiũt ciuitatem, & ordinantur ad opportunitates bellicas cõtra inimicos ciuitatis. Expedit enim ſi debeat ſaluari eſſe curatores ipſius, & in tempore pacis, & in tempore belli. Tales etiã ſunt illi ad quos pertinet cuſtodire portas & muros, ſimiliter illi qui habẽt curam exquirendi inſidias, & de ordinatione ciuiũ adinuicem pacifica. Tales autem ad recte operandum indigent prudentia multa & fidelitate, q̃a indiſcretio & infidelitas ipſorũ, de facili induceret corruptionẽ ciuitatis. Deinde cũ dicit.

ſ ¶ Tangit diuiſionem ipſius dicens, ꝙ iſta cura in quibuſdã ciuitatibus continet principatus plures, ſicut ĩ magnis & magis ordinatis ad bellũ. In alijs autẽ pauciores, ſicut in paruis ciuitatibus cõtingit aliquem vnum de ciuibus præfici in tota cura vel aliquos paucos, & aliqui vocãt iſtos principatus, ducatꝰ exercitus, alij principes belli. Iterũ ſi in ciuitate inueniãtur equites multi, aut pedites, ſicut expoſitum eſt prius, aut ſagittarij, qui ordinantur ad pugnam ſagittando, vel nautici, q pugnant in nauibus, aut aliqui alij tales ſuper vnumquodq; iſtorum in maioribꝰ ciuitatibus ordinant aliqui principantes, ex hoc nominationẽ habentes, ſicut præfecti nauales, & equitum, & legionum. Et adhuc magis particulatim ſub vnoquoq; iſtorum ſunt multi principatus particulares, puta in nauticis præfecti triremiũ, ſimiliter & ille q. habet curam ſuper diſpoſitione inſidiarũ, & illi qui dicuntur præfecti cohortium & tribuni militum, & quicumque alij tales diuerſitatem talem habent. Omnia tamen iſta habent vnam ſpeciem curę communẽ, quæ dicitur cura belli, & per conſequens vnum principatum ſupremum ad quem omnes alij ordinantur, hoc ergo modo ſe

circa cuſtodiã ciuitatis, & quicunq; ordinãtur ad bellicas opportunitates. Oportet aũt & in pace & in bello, portarũ, & murorum cuſtodiæ ſimiliter curatores eſſe exquiſitiõis & coordinationis ciuium,

ſ Hic quidẽ igitur in omnibus ijs principatus plures ſunt, hic aũt pauciores, uelut in paruis ciuitatibus unus in omnibus. Vocãt aũt duces exercitus & principes belli tales. Adhuc aũt & ſi ſint equites, aut nudi, aut ſagittarij, aut nautici, & ſuper horũ unumquẽq;, aliquando conſtituuntur principatus uocati nauarchiæ & equiarchiæ, & ordinũ archię, & particulariter autẽ qui ſub ijs trierarchiæ inſidiarũ diſpoſitiones & phylarchiæ, & quęcunq; partes horũ: quod aũt omne una quædã horum eſt ſpecies curæ bellicorum. Circa hunc quidem igitur principatum habet hoc modo.

t Quoniã aũt principatuũ quidam, & ſi nõ oẽs tractant multa communiũ, neceſſariũ alium eẽ ſumentẽ rationem, & emendantẽ ipſum nihil aliud tractantẽ: uocant autem hos, ij quidẽ correctores, ij autem ratiocinatores, ij autem exquiſitores, ij uero ſynigores,

u Præter oẽs aũt hos principatus qui maxime dominans eſt oĩum. Idẽ n. ſæpe habet finẽ & ephoriam quæ pręſidet multitudini, ubi dominans eſt populus, oportet. n. eſſe cõgregans ꝙ dominans politię: uocantur autẽ hic quidem præcõſules propter præconſiliari, ubi autem multitudo eſt conſilium magis: politici quidem igitur principatuum tot quidem ſunt.

x Alia aũt ſpecies curæ quę circa Deos, uelut ſacerdotes & curatores eorũ quæ circa ſacra, ut ſeruentur exiſtentia, & erigantur decedẽtia ędificiorũ, & aliorũ q̃cũq; ordinata sũt ad Deos.

A B C D E

*circa illa omnia, quæ ordinantur ad bellicas expeditiones. Opus eſt enim & in pace, & in bello per multis, nam & mœnia ciuitatis curanda, tuendaque ſunt, & diſquiſitiones, deſcriptioneſque ciuium agendæ.*

*Alicubi ergo ſuper his plures ſunt magiſtratus. Alicubi pauciores, veluti in paruis quidem vrbibus, vnus ſuper omnibus. Appellant uero hos prætores, vel conſules. Inſuper ſi ſint æquites, aut pedites, aut ſagittarii, aut turba naualis, ſuper vnoquoq; eorum præfecti quidem ſtatuuntur, appellanturq; præfecti equitum, præfecti legionum, præfecti nauales, & ſeorſum ſub his, præfectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huiuſmodi particularia. Totum uero, unum aliquid eſt, procuratio ſcilicet rerum bellicarum. Et erga huiuſmodi magiſtratum, hoc modo ſe habet,*

*Cum uero quidam magiſtratuũ, & ſi non omnes pertractent multa negociorum publicorum, neceſſe eſt eſſe alium magiſtratum qui rationes repetat atque corrigat, ipſe uero nihil tractet. Vocant uero hos alii correctores, alii rationales, alii ſcrutatores, alii procuratores.*

*Præter hos uero omnes magiſtratus, unus eſt maxime principaliſſimus omnium, idem enim plerumque habet finem & introductionem, qui præſidet multitudini, ubi populus dominatur. Oportet autem id quod cogit ſummam habere in Republica auctoritatem, Appellantur uero quibuſdam in locis præconſultores, ex eo quia ante deliberant, ubi uero multitudo eſt, conſilium magis. Ciuitatum igitur magiſtratus ferè tot aliqui ſunt,*

*Alia ſpecies curationis eſt circa rem diuinam, ceu ſacerdotes, & æditui circa templa, ut conſeruentur quæ ſunt, & erigantur ruinoſa ædificia, & cætera omnia, quæ pertinent ad diuinum cultum.*

habent circa principatum. Deinde cum dicit.

t ¶ Proſequitur de eo, cuius eſt corrigere alios quoſdam principatus dicens, quoniam quidẽ principantes in ciuitate, quamuis non omnes habent tractare bona communia, ſcilicet colligẽdo & diſpenſando. Difficile autem eſt huiuſmodi bona tractare ſine aliqua inquinatione vel appropriatione, eo quòd omnes habent appetitum huiuſmodi bonorum, ſi nõ ſint ſtudioſi & fideliſſimi viri, neceſſarium eſt eſſe aliquem principatum ſuper iſtos, cuius ſit ſumere rationẽ ſuper receptis & expenſis, & corrigere vbi inuenerit delinquentes. Aliter enim cõtingeret diſtractio in bonis communibus ciuitatis & iniuſtitia, expedit autem, quòd ille principatus ſuper nullo alio habeat curam, vt diligentius poſſit curare de prædictis, vocantur autem iſti principatus a quibuſdã correctores, eo quòd corrigere habent delinquentes, a quibuſdã vero rationales, eo ꝙ debent audire rationes, a quibuſdã ſcrutatores, eo quòd habent exquirere diligenter, ab alijs procuratores. Deinde cum dicit.

v ¶ Determinat de maximo principatu dicens, quòd præter prædictos principatus eſt alius neceſſarius, ille ſcilicet qui habet dominium ſuper omnibus, & ad quem omnes alij ordinantur a quo accipiẽtes rationem operandi diriguntur in eis quæ ſubſunt curæ ipſorum, & ad quem finaliter reducuntur omnes operationes ciuitatis, oportet autem id q̃d cogit ſummam habere in Republica auctoritatẽ, appellant autem quibuſdam in locis pręconſultores, ex eo quia ante deliberãt, vbi vero multitudo eſt, cõſilium dicitur. Deinde cum dicit.

x Determĩat de prĩcipatu qui dirigit in his quę ad deum pertinent, & circa hoc duo facit. Primo .n. pręmittit opportunitatem ipſorum, Secũdo cum dicit. {Accidit autem &c.} Ponit diſtinctionem iſtius principatus vel vnionem in diuerſis ciuitatibus. In prima dicit, quòd alia eſt ſpecies principatus neceſſaria in ciuitate, puta eorum quæ ad diuina pertinent, cuius ſunt ſacerdotes ſacra tractantes, & eorum qui curant de ædificijs ſacrarum domuum, qualiter ſalua maneant,

& ſi

& ſi aliqua decidant erigantur, & etiam aliorum quorumcumque, quæ ad cultum diuinum ordinantur. Deinde cum dicit.

y ¶ Ponit diuiſionem & vnionē eius Rebuſpu. diuerſis dicēs, ꝙ iſte principatus alicubi eſt vnus tantum curans de omnibus quę pertinent ad prædictum cultū, ſicut in ciuitatibus paruis, alicubi aūt ſunt multi & ſeparati principatus, puta ſacrificia offerētes & cuſtodes templorum & ærarij ſacrarum pecuniarum Deo dedicatarū, conſequenter autem ille qui ordinatur ad diſpenſandas immolatiões cõmunes, quas non aſſignauit lex ipſis ſacerdotibus, ſed recipiunt ipſas a mēſa cõi. Erant. n. apud gentiles quædā quæ immolabantur, quæ ſacerdotes accipiebāt de proprijs, quædam autem quæ miniſtrabantur eis a communi, & iſti a quibuſdā vocabantur reges a quibuſdam vero pontifices maximi. Deinde cum dicit.

z ¶ Recolligit prædictos principatus dicēs, ꝙ principatus neceſſarij, vt contingit dicere, in ſumma sūt de his, & circa hoc, puta principatus circa rem diuinam, & principatus circa bellica, & ille qui curam habet ſuper acceptione redditũum & diſpenſatione eorum, & ille qui habet dominiū circa forū quātum ad cõmutationes, & ille q circa municipium ciuitatis & exterius circa portū & regionem ſubiectā ciuitati, iterū ille qui circa iudicia & circa ſcripturas commutationum, & circa executiones ſentētiarū, & ille qui habet curā ſuper cuſtodia ciuitatis & regionis, & ille qui habet audire compoſitum & corrigere delinquentes, & finaliter circa conſilia. In ciuitatibus autē, q̄ magis vacant ab exteriorib[9] bellis, & intendūt ſpeculationi, & magis delectantur circa talia, ſunt alij proprij principatus, de q̄bus nūc dictum non eſt, nec de Repu. taliū ciuitatū, ſed tantū dictū eſt de principatibus pertinētibus ad ſtatū paucorū & popularē, de q̄b[9] erat prius determinatū, quis q̄dā iſtorū pertineant etiā ad prædictas ciuitates. Deinde cum dicit.

y Accidit aūt, curā hanc alicubi quidem eſſe unā, uelut in paruis ciuitatibus: alicubi aūt multas & ſeparatas ſanctitatis. puta ſacrorū factores & templorū cuſtodes, & camerarios ſacrarum pecuniarum, habitus autē huic qui determinat[9] ad immolationes cõmunes oēs quaſcunq; nõ aſsignat lex ſacerdotibus, ſed a cõmuni menſa habent honorē. Vocantur autē quidē principes hos, ij aūt reges, ij uō prytanes.

*Euenit autem alicubi curam hanc eſſe unam, ut in paruis ciuitatibus, alibi vero plures ſeparata a ſacerdotio, vt ſacrificuli, ac æditui, & cuſtodes ſacrarum pecuniarum. Huic conſequens eſt illa quæ circa ſacrificia publica, quotcumque ſacerdotibus lex non committit, ſed ex publico fiunt.* G *Vocant autem eos qui iſtis præſunt, alii reges ſacrorum, alii pontifices maximos.*

z Neceſſariæ quidem igitur curæ ſint de ijs, vt eſt dicere ſumatim, circa dæmonia & bellica, & circa redditus, & ea quæ expenduntur, & circa forum, & circa municipium, & portus, & regionem. Adhuc quæ circa prætoria, & commutationes, ſcripturas & executiones, & cuſtodias, & circa ratiocinationes, & exquiſitiones, & correctiones principatuum, & finaliter quæ circa conſilians ſunt communium. Proprij autem ciuitatibus quæ magis vacant & magis gaudent.

*Neceſſaria ergo officia ſunt circa hæc, vt illa repetamus circa rem diuinam, circa rem bellicam, circa redditus publicos, & impenſas circa forum, circa vrbem, & portus, & regionem. Inſuper circa iudicia, &* H *contractus, poſtulationes & executiones, & cuſtodias, & ſuper rationibus & diſquiſitionibus, & ſuper correctionibus eorum, quæ quis geſſerit in magiſtratu, & finaliter circa conſilia hæc communia, proprie autem earum ciuitatum, quæ magis pacatæ atque tranquillæ ſunt.*

aa Adhuc autem ſoliciti de bono ornatu, de gyneconomia, de cuſtodia legum, de lege puerorum, de principatu exercitiorum. Adhuc autem cura circa agones gymnaſticos & dionyſiales, & vtique ſi quas tales alteras accidit fieri theorias.

*Curam facere de mulierum diſciplina, de legibus ſeruandis, de diſci-* I *plina iuuentutis, de gymnaſiorum gubernatione. Præterea de ludis gymnicis ac muſicis, & ſiqua alia huiuſcemodi ſpectacula continget fieri.*

bb Horum autē manifeſte quidam ſunt non demotici principatuum, puta Gyneconomia & pædonomia, egenis enim neceſſe vti mulieribus & pueris tamquàm conſequentibus propter inſeruilitatem.

*Horum vero quædam manifeſte ſunt non popularia, veluti diſciplina mulierum & puerorum. Nam pauperibus neceſſe eſt vti mulieribus, & pueris, tamquam miniſtris, quoniam ſeruos non habent.* K

cc Tribus autem exiſtentibus principatibus ſecundum quos eligunt quidē principatus principales, ſcilicet cuſtodibus legum, præconſulibus conſilio, qui quidem legum cuſtodes, ariſtocraticum, oligarchicum autem qui præconſules, conſilium vero demoticum, de principatibus quidem igitur in typo ferè dictum eſt de omnibus.

*Cumque tres ſint magiſtratus, per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates, conſeruatores legum, & præconſultores, & conſilium. Conſeruatores legum, optimatum magiſtratus eſt, præconſultores uero, paucorum potentiæ. Conſilium autem, populare. De magiſtratibus ergo, ut in figura, ferè dictum eſt omnibus.*

F aa ¶ Determinat de principatibus non neceſſarijs magis dicens, quòd adhuc præter principatus prædictos & neceſſarios ſunt alij principatus curantes de bono ornatu ciuitatis & ciuiū, de mulierum diſciplina, & de cuſtodia legum, ita quòd nullus tranſgrediatur, & de lege puerorum, puta diſciplina & cura ipſorum, de gymnaſiorum gubernatione, iterum de ludis gymnaſticis, in quibus homines exercebant ſe nudi, & de muſicis, & alijs huiuſmodi ſpectaculis. Deinde cum dicit.

bb ¶ Declarat ad quas Reſpublicas pertineat quidem horum principatuum, & prīo declarat hoc, de quibus minus prīcipalibus. Secundo cum dicit. { Tribus autem exiſtentibus &c. } De principalibus. In prima dicit quòd quidam iſtorum principatuū non competunt ſtatui populari, puta principatus mulierum, puerorum lex, vel principatus, & ratio huius eſt, quia in populari ſtatu eſt multitudo egenorū, egeni autem neceſſe habent vti mulieribus & pueris tamquam quibuſdam cõſequentibus de neceſſitate ad operationes neceſſarias & ſeruiles propter carentiam ſeruorum, hi enim quia ſeruos nõ habent vtuntur mulieribus & pueris ſicut ſeruis. Deinde cum dicit.

cc ¶ Declarat hoc idem de quibuſdam principatibus dicēs, quòd cum ſint tres principatus ſecundum quos eligunt alios principales principatus, ſcilicet conſeruatores legum, præconſultores & cõſilium, legum conſeruatores pertinent ad ſtatum optimatum, quia legum conſeruatores prudentia indigent & virtute, quę ſunt prīcipalia in ſtatu optimatum. Præconſultores autem pertinent ad paucorum ſtatum. Conſilium vero ad popularē, ſic igitur in typo, & figuraliter dictū eſt ferè de omnib[9] magiſtratibus.





# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER SEPTIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquam Ariſtoteles declarauit ex quibus & qualibus, & quomodo inſtituenda eſt Reſpublica minus recte ordinata, intendit nunc declarare quomodo, & ex quibus inſtituenda eſt ſimpliciter optima, ſiue ſit Reſpublica cõmuni nomine nominata, ſiue Reſpublica optimatum, ſiue regnū. Et circa hoc præmittit quædam pertinentia ad declarationem intenti ſui. Cum dicit. { De Republica autem ipſa &c. } oſtēdit ex quibus & qualibus eſt inſtituenda. Ad inſtituendum autem Rempu. optimā oportet præcognoſcere quædam ex parte formæ ipſius Reipu. quæ ſumitur ex ratione ipſi[9] finis. Quædam autem ex parte materiæ, quæ ſunt ciues ipſi, & loc[9], & habitatio. Et ſecundum hoc circa primū duo facit, quoniam primo inquirit de fine ipſius Reipub. Secundo cum dicit. { De reliquis dicēdum &c. } inquirit de materia. Circa primū, adhuc primo præmittit intentionem ſuam. Et ſecundo cum dicit. { Putantes &c. } proſequitur. Circa primum dat intentionē ſuā reſpectu duorū, dicens primo, ꝙ qui vult facere inquiſitionem certam & conuenientem materiæ ſubiectæ de Repub. optima ſimpliciter non ex ſuppoſitione, neceſſe habet prius conſiderationem facere, quæ vita ſit eligibiliſſima ſimpliciter, ideſt, quæ ſit actio optima ſimpliciter. Dicitur enim vita vno modo de hoc, quod eſt principium motus ex ſe, ſicut dicitur ꝙ anima & vita ſunt idem. Conſequenter autem dicitur de operatione procedente ab huiuſmodi principio intrinſeco, ſicut dicimus quòd ſentire & intelligere ſunt vitæ quædam, & ſecundum hoc eligibiliſſimum hominis eſt vita optima, vel E actio eius ſecundum excellentiorem animæ potentiam. Et rationem huiuſmodi aſſignat, quoniam ſi non fuerit manifeſtum, quæ ſit optima operatio hominis ſimpliciter, nõ erit manifeſtū quæ ſit optima Reſpu. ſimpliciter, quoniā optime verſantes in Repu. neceſſarium eſt attingere ad optimam vitam, ſeu actionē hominis, aut ſimpliciter, aut ſecūdum exigentiam diſpoſitionū inexiſtentium, ſecundum quarum diuerſitatem neceſſarium eſt actionē, ſeu finē diuerſificari, ſicut actionem artificis optimā neceſſe eſt diuerſificari propter diuerſitatem materiæ, ex qua operatur. Dico autē, ꝙ optime verſantes in Repu. oportet attingere ad optimam operationē, niſi fuerit aliquid quod accidet præter rationem, puta vel defectus naturæ, vel alicuius exteriorum, quæ neceſſario exiguntur ad optimam actionem. Igitur volentē conſiderare de optima Repu. oportet primo præaccipi, ſicut manifeſtū eſt, quæ ſit vita optima, vel etiā actio eligibiliſſima omnibus hominibus, vt eſt dicere, ꝙ adiungit propter hoc, ꝙ quidam ſunt male nati, vel in malis conſuetudinibus nutriti, qui vix aut B numquàm poſſunt attingere ad optimam vitam, ſeu actionem hominis. Conſiſtit autem virtus rationis eius in hoc, quia ad cognitionem cuiuſcumque oportet præcognoſcere ea, ex quibus per ſe ſumitur ratio. Per hanc enim cognoſcitur vnumquodque. Ratio autem optime Reipublicę ſumitur ex optimo fine hominis, ſicut vniuerſaliter ratio operabilium ex ratione finis. Finis autē optimæ Reipublicæ eſt optimus finis hominis, quia Reſpublica nõ eſt aliud quàm ordo ciuitatis, ſicut dicitur Tertio huius. Ratio autem ordinis ſumitur ex fine, & iō ad cognitionem optimæ Reipub. oportet præcognoſcere quis ſit optimus finis hominis ſeu actio. Deinde dat intentionē ſuam reſpectu alterius dicēs, quòd poſt hoc erit conſiderandum, vtrum eadem ſit optima vita vel actio vniuſcuiuſq; ſeorſum viuentis ciuis & totius ciuitatis, an alia & alia huiuſmodi & illius. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo inquirit quæ ſit optima vita hominis, vel optim[9] finis. Secundo cum dicit. {Vtrum autem &c.} Lectio ſeq. Vtrum eadem vnius & totius ciuitatis, optima autem vita, ſeu actio eſt fœlicitas. Primo igitur inquirit, quæ ſit fœlicitas hominis. Secundo quæ ipſius ciuitatis cum dicit. { Habitum autem eſt &c. } Circa primū primo præmittit ſuppoſitionem prædictam. Secundo cum dicit. { Nemo enim dicere &c. } manifeſtat eam quantum ad alteram partem. Circa primum intelligendum eſt, quòd bonum hominis eſt eſſe perfectum ipſius hominis, quia bonitas perfectio quædam eſt. Homo autem compoſitus eſt ex corpore ſicut ex materia, & ex anima ſicut ex forma, & ideo quoddā eſt eſſe eius pſectum quo ad corpus. Quoddam autem ſecundum animam, & adhuc quia ad perfectionem animæ & corporis indiget quibuſdam exterioribus, ſicut organis, puta nutrimento & alijs huiuſmodi. Eſt aliud eſſe perfectum hominis quātum ad iſta bona exterius, & ideo eſt triplex bonum hominis. ſ. bonum ſecundum animam, & ſecundum corpus, & exteriora bona. Fœlicitas autē cum ſit bonū perfectiſſium ipſius hominis aggregat omnia iſta. Et hoc eſt quod dicit, quòd nos putamus multa ſufficienter dixiſſe de vltimo fine hominis, in his quæ ſunt dicta in extrinſecis ſermonibus, hoc eſt in libro Ethi. qui eſt extrinſecus ab his, quæ conſiderantur in hoc libro per ſe, & nunc vtamur eis ad propoſitum, & vt ad vnam diuiſionem reducamus, nulli dubiū eſt, quin bonis hominis diſtinctis in tres partes, videlicet in ea quę exterius, puta diuitias & amicos, & in ea quæ ſecundum corpus, puta ſanitatem & viuacitatem ſenſuum & huiuſmodi, & in ea q̄ ſecundum animam, quin omnia iſta neceſſe ſit ineſſe beatis. Beatitudo enim eſt perfectiſſimum bonum hominis. Si ergo omnia

### LECTIO I.

DE politia optima facturum conuenientem inquiſitionē: neceſſe determinare prius quæ ſit eligibiliſsima vita. Immanifeſto enim exiſtente hoc, & optimam politiā neceſſariū eſſe immanifeſtā, C optime. n. agere conuenit eos q̄ optime politizat exiſtētib[9] ſibi, niſi aliq̄d fiat p̄ter rõnē, pp q̄d oportet prius cõfeſſum eſſe quæ ſit quæ oībus (vt eſt dicere) eligibiliſsima vita, poſt hæc vtrum cõiter & ſeorſū eadē vel altera.

b Putātes igitur ſufficiēter multa dicere, & eorū quæ extrinſecis ſermonibus de optima vita, & nunc vtendum ipſis, vt vere. n. ad vnā diuiſionē nullus dubitabit vtique, quoniam tribus exi- D ſtentibus partitionibus eorum quę extrinſecus, & eorum quę in corpore, & eorū quæ in anima, oīa hæc exiſtere beatis oportet.

### LECTIO I.

*DE optima Republica recte quærere volenti, neceſſarium eſt prius determinare, quæ vita ſit maxime expetenda. Nam ſi id ignotum ſit, neceſſe eſt & optimam Rempublicam ignorari. Optime enim agere conſentaneum eſt, qui ſub optima Reipublicæ diſciplina reguntur ex his, quæ ſibi aſſint, niſi quid accidat præter rationem. Quare primo ſtatuendum eſt quæ vita ſit cunctis, ut ita dixerim, maxime optanda. Deinde vtrum publice & priuate eadem ſit, an alia.*

*Putantes igitur multa ſufficienter eſſe dicta de optima vita, etiam in externis ſermonibus, & nunc illis vtendum cenſemus. Nempe aduerſus hāc diuiſionem nemo utique refragabitur, quòd tria cum ſint bonorum genera, externa, corporis, & animi, iſta omnia adeſſe fœlici homini oportet.*

c Nullus.n.utiq; dicet beatũ eũ qui nullam partem habet fortitudinis, neq; tẽperantiæ, neq; iuſtitiæ, neq; prudentiæ, ſed formidantem quidem uolantes muſcas, abſtinentem aũt a nullo extremorum, ſi appetat comedere vel bibere, gratia quadrantis perimẽtem amiciſſimos amicos. ſimiliter aũt & quę circa prudẽtiam, ſicut imprudẽtem & mendacem, ſicut quidam puerulus vel inſenſatus.

d Sed hæc quidẽ dicta, ut oẽs utiq; concedent, differunt autẽ in quãto & exceſſibus, uirtutis quidẽ n. quãtãcunq; habere ſufficiens eẽ putant. Diuitiarũ aũt & pecuniarũ, & potentiæ & gloriæ, & omniũ talium infinitum quærunt exceſſum.

e Nos autẽ ipſis dicemus quod facile quidem de ijs & per opera prouenire fidẽ, uidentes quia acquirant & cõſeruant non virtutes extrinſecis, ſed illa ijs, & viuẽdo fęliciter ſiue in gaudere eſt, ſiue in uirtute omnibus, ſiue in ambobus, quia magis exiſtit ornatis moribus quidẽ & intellectu ad exceſſum, circa extrinſcã aũt poſſeſſionẽ bonorũ mediocribus q̃ ijs qui illa quidem poſſident ampliora optimis, in ijs autem deficiunt.

f Quinimmo & ſecundũ rationẽ conſiderantibus facile cõſpicabile eſt. Quæ quidẽ .n. extra habent terminum, ſicut organũ quoddam, omne autẽ quod utile eſt eorum exceſſum aut nocere neceſſarium, aut nihil proficuũ eſſe habentibus. Bonorũ autẽ quæ circa aĩam vnũquodq;, quanto quidem utique excedit tanto magis utile eſſe, ſi oportet, & in ijs dicere non ſolum quod bonum, ſed & quod utile.

*Nemo enim fœlicem diceret eum, qui nullam partẽ fortitudinis habeat, neque temperantiæ, neque iuſtitiæ, neque prudentiæ, ſed timentem etiam circumuolantes muſcas. Temperantem vero a nulla penitus edendi bibendique extrema cupiditate, & gratia quadrantis vnius, dilectiſſimos interficientem. Similiter & mente tam ſtultum, atque ignarum quaſi puerum quendam, vel inſanum.*

*Sed iſta quidem ſic, vt dicta ſunt, omnes concederent. Diſcordent tamen in quanto, atque exceſſu. Nam virtutis quidem ſatis habere ſe putant, quantulumcumque habeant. Diuitiarum vero atque pecuniæ, potentiæq;, & famæ, & huiuſmodi omnium, infinitum exceſſum ſequuntur.*

*At enim nos illis dicemus, quia facile eſt de his etiam per opera ipſa fidem ſuſcipere, cernentes, quia homines acquirunt & conſeruant non uirtutes externis bonis, ſed extrema virtutibus. Ipſaque beata vita, ſiue in gaudio poſita eſt, ſiue in uirtute, ſiue in ambobus, magis exiſtit moribus & intellectu in exceſſum ornatis. Mediocria vero externa poſſidentibus, quàm his qui in externis plura poſſident quàm opus ſit, & in illis deficiunt.*

*Quinetiam ratione licet hoc intueri. Nam externa quidem bona fidem habent tamquam inſtrumẽtum quoddam. Omne autem utile tale eſt, ut eius exceſſus uel noceat habenti, uel certe nil proſit. At bona animi quanto magis excedunt, tanto magis utilia ſunt. Siquidem non ſolum honeſti, uerumetiam utilis appellationem tribuere illis oportet.*

iſta ſunt bona hominis, neceſſe eſt omnia iſta in eo exiſtere. Si enim aliquod iſtorum deficeret, ex illa parte contingeret imperfectio. Et hoc eſt quod Boetius dicit Tertio de Conſolatione ꝙ fœlicitas eſt ſtatus aggregatione omnium bonorum perfectus. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat quantum ad alteram partẽ, ſcilicet quantum ad ea quæ ſunt ſecundum animam ex quodam quod omnes concedunt dicẽs, ꝙ hoc manifeſtum eſt de bonis ſecundũ animã, quia nullus bene diſpoſitꝰ diceret illum ſimpliciter eſſe fœlicem, qui non attingeret ad aliquam partem virtutis, puta fortitudinis, vel temperantiæ, vel iuſtitiæ, vel prudentiæ, q̃ ſunt quatuor virtutes principales, nullus enim diceret illum fœlicem eſſe, qui nõ aggrederet̃ aliqua terribilia, vel formidaret muſcas volãtes, & paueret ad ſonum folij, vel ad apparitionem vmbrę, nec etiam illum qui in vſum ciborum vel venereorum non abſtinet ab aliquo extremorum, ſed appeteret comedere vel bibere quodcumque vel quomodocumq;, & vteretur venereis quomodocũque vel quantumcumque. Similiter autem nec illum qui nullam habens æquitatem iuſtitiæ, ſed gratia quadrantis, quę eſt quarta pars denarij habẽdi quomodocumque vellet perimere amicos dilectiſſimos. Similiter autem ſe habet in his quæ circa prudentiam. Nullus enim diceret illũ eſſe beatum, qui ſit imprudẽs & ſine diſcretione, & mendax eſt, ſicut puer aliquis ſenſum non habens, nec vſum rationis. Hoc autem non eſſet niſi ad beatitudinẽ pertinerẽt operatiões virtutis. Deĩde cũ dicit.

d ¶ Inquirit, hoc ſuppoſito, in quo iſtorũ principaliter cõſiſtat fœlicitas. Et primo tangit errorem quorundam. Secundo cum dicit. { At enim nos &c. } reprobat ex quo apparet intentũ ſuũ. In prima parte dicit, ꝙ omnia prædicta bona pertinere ad fœlicitatẽ concedunt vt omnes, quod dicit propter aliquos ſylueſtres, qui etiam nihil ſciunt de fœlicitate. Differenter tamẽ dicunt iſta pertinere ad ipſam ſecundum quantitatem & exceſſum virtutis vel aliorum. Quidam enim dicunt ſufficere ad fœlicitatem perfectam quantumcumque virtutis etiam modicum, diuitiarum autem & pecuniarum, quæ ſunt diuitiæ accidentales, & potentiæ, & gloriæ, & famę, & omnium talium, dicunt pertinere ad exceſſum infinitum, & ideo ipſam dicunt conſiſtere principaliter in bonis exterioribus. Sed quidam in diuitijs, quidam in gloria, quidam etiam in bonis corporis, putà in voluntate,

F vel in aliquo huiuſmodi principaliter. Per poſterius autẽ in virtute ſcilicet, ſecundum ꝙ ordinantur ad illa. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat opinionem iſtam, oſtendens contrarium, ſcilicet ipſam principaliter conſiſtere in virtute. Et circa hoc primo ponit rationes hoc oſtendentes. Secundo cum dicit. { Quod igitur fœlicitatis &c. } inducit concluſionem ſubiungendo quaſdam perſuaſiones. Circa primum ponit quatuor rationes: Secunda ibi. { Quinetiam &c. } Tertiã ibi. { Omninoque patet &c. } Quartam ibi. { Inſuper animi gr̃a &c. } Circa primum dicit, quòd nos reprobantes dictum iſtorũ dicemus, quòd eſt facile facere fidem ex ipſis operationibus nobis magis manifeſtis de his, ꝙ fœlicitas ſiue conſiſtat in operatione virtutis, ſiue in delectatione, ſiue in vtroque, magis exiſtit, & principalius ĩ moribus, ideſt in cõſuetudinalibus operationibus ordinatis ſecundum rationem, & in excellentia operationis perfecte intellectualis, cum mediocri poſſeſſione bonorum exteriorum, quàm in abundantia præter opportunum huiuſmodi bonorũ exteriorum, & deficiẽtia virtutis vel intellectualis operationis. In illo enim bono principalius fœlicitas conſiſtit quo acquiruntur & conſeruantur, & bene ordinantur alia quàm in illis, quæ acquirũtur, conſeruantur & diriguntur per alia. Illud enim quo aliquid dirigitur & mẽſuratur principalius videtur, ſed nos videmus ad ſenſum, ꝙ bona exteriora & quædam corporis acquiruntur, conſeruantur, & diſpenſantur ſecundũ rationem rectam per operationem virtutis & intellectus; & non econtrario. Vnde dicitur in quarto Ethi. quòd ſine virtute non eſt facile bene ſuſtinere bonas fortunas. Diuitiarũ.n. abundantia ſꝫm ſe inclinat ad id, quod præter rationẽ eſt. Vnde ſecundo Rhetoricorum dicitur, ꝙ diuites contumelioſi & elati & iactatores ſunt patientes aliquid a poſſeſſione diuitiarum, ergo principalius conſiſtit fœlicitas in excellentia virtutis & operatione intellectus quàm bonorum exteriorum. Deinde cum dicit.

f. ¶ Ponit ſecundã rõnẽ dicens, ꝙ inſuper facile põt videri volẽtibus cõſiderare ſꝫm rõnẽ, ꝙ fœlicitas cõſiſtit ꝑ ſe & principalius in actione aliqua ſꝫm virtutẽ. In illo.n. bono per ſe & principaliꝰ conſiſtit fœlicitas, cuius appetitus nullũ terminũ habet q̃ in eo quod habet appetitum determinatum, ſicut enim dicitur in primo huius. Finis medicinalis eſt ad ſanare in infinitum, & cuiuſlibet artium finis eſt in infinitum, quàm maxime enim illum volunt



g Totaliterque palã quod aſſequi dicemus diſpoſitionẽ optimã vniuſcuiuſque rei ad inuicẽ ſecũdum exceſſum quem diſtantia quidem ſortita eſt, quãtum dicimus eſſe, ipſas has diſpoſitiones. Quare ſiquidem eſt aĩa precioſior & poſſeſſiõe & corpe &; ſimpliciter & nobis:, neceſſe & diſpoſitionẽ optimã vniuſcuiuſq; ꝓportionaliter iis habere.

B h Adhuc autẽ, & animę gratia eligibilia nata ſunt hæc, & oportet omnes eligere bene prudentes, ſed nõ illorũ gratia animã.

i Quod quidem igitur vnicuique fęlicitatis adiacet tm̃, quantum quidem virtutis & prudentiæ, & eius quod eſt agere ſecundũ has, ſit cõfeſſum nobis teſte Deo vtentibus, qui fælix quidẽ eſt & beatus, ꝑꝑ nullum autem extrinſecorũ bonorum, ſed propter ſeipſum ipſe, & propterea ꝙ qualis quis eſt ſecundum naturam. Quoniam & bonam fortunam à fælicitate, propter hoc, neceſſarium eſſe alteram, Bonorum quidẽ enim quæ extra animam cauſa caſus, & fortuna, iuſtus aũt nullus neq; tẽperatus à fortuna, neq; ꝑꝑ fortunam eſt.

k Habitũ autẽ eſt & eiſdẽ rationibus oportunum & ciuitatem fęlicem eſſe eam quæ optima & agentem bene. Impoſſibile aũt bene agere ijs q̃ nõ bona agũt. Nullum aũt bonũ opus, neq; viri. neque ciuitatis, ſine virtute, & prudentia, fortitudo aũt ciuitatis & iuſtitia & prudentia eandem habet potẽtiam & formã, quibus participans vnuſquiſque hominum dicitur iuſtus & prudens & temperatus.

*Omninoque patet quod ſequi dicimus, diſpoſitionem optimam cuiuſq; rei adinuicem ſecundum exceſſum diſtantiæ illorum, quorum dicimus eas eſſe diſpoſitiones. Quare ſi eſt anima precioſior corpore & pecuniis, & ſimpliciter & nobis neceſſarium eſt, & diſpoſitionem vtriuſque optimam eodem modo illis correſpondere.*

*Inſuper animi gratia illa expeti nata ſunt, & ita recte ſentientes expetere omnes oportet. Non autem animum gratia illorum.*

*Quod igitur fœlicitatis tantum vnicuique contingit quantum virtutis, atque prudentiæ, & quantum ſecundum has operatur, confeſſum nobis exiſtat, teſte deo fretis, dicente, fœlicem C eſſe atque beatum non per aliquod externorum, ſed per ſeipſum, quia talis eſt ſecundum naturam. Cum & bonam fortunam aliud eſſe quàm fœlicitatem propter hæc neceſſarium eſt. Nam externorum quidem bonorum cauſa eſt fortuna & caſus. At iuſtus & temperatus nemo a fortuna eſt, neque per fortunam.*

*Conſequens vero eſt, & hiſdem ra D tionibus conſentaneum, ciuitatem quoque beatam eſſe, quæ optima ſit, & quæ bene agat. Impoſſibile autem bene agere eos qui bona non agant. Nulla uero bona actio eſt neque viri, neque ciuitatis, ſine uirtute, atque prudentia. Fortitudo autem & iuſtitia, & prudentia ciuitatis eandem habent uim ac formam ijs, ſecundum quas unuſquiſque hominum dicitur iuſtus, & prudens, & temperatus.*

volunt facere. Eorum autem quæ ad finem non in infinitũ, ſed A appetitus bonorum exteriorum terminum habent. Appetitus autem eorum quæ circa animam non habent, ergo principalius conſiſtit in bonis animæ quàm in exterioribus. Minorem iſtius rationis probat ſic dicens, quòd bona exteriora terminum quendam habent in ordine ad appetitũ, quęruntur enim ſicut organum quoddam neceſſarium ad operationem. Omne autẽ quod rationem organi & vtilis habet ſi excedat ab eo, quod eſt ſecundum rationem, neceſſarium eſt eſſe nociuum, aut nihil proficere, ſicut de fiſtula apparet, quoniam ſi ſint maiores, aut plures quàm poſſint moueri a fiſtulãte, nocent aut nõ proficiunt. ergo de neceſſitate terminum quẽdam habent vſque ad quem quæruntur & nõ vlterius. Bona autem ſecũdùm animã quanto magis excedunt tanto vtiliora ſunt, ſic oportet iſta non ſolum bona dicere, ſed etiam vtilia, quod adiungit, qui ſecundum veritatẽ in bonis ſecundum animam eſt aliquid qđ habet rationẽ boni & non vtilis, puta vltimus finis qui nõ eſt propter aliud, vtile autẽ dicimus qđ ordinatur in finẽ aliũ. Hoc autem non eſſet niſi appetitus bonorum, ſecundum animam infinitus eſſet, & quęrerentur ſine termino. Sic igit̃ patet, ꝙ bona exteriora terminum quendã habent. Illa autem q̃ ſunt ſecundũ animã nullum in ordine ad appetitum. Et hæc fuit minor propoſitio. Deinde cũ dicit.

g ¶ Ponit tertiã rationẽ dicens, ꝙ vniuerſaliter manifeſtũ eſt, ꝙ optimam diſpoſitionẽ cuiuslibet ad inuicem reſpectu alterius dicimus attendi ſecundum exceſſum, quem habet diſpoſitio reſpectu diſpoſitionis alterius, diſtantiã, ideſt per diſtantiam quam ſortitur. Per diſtantiam illarum rerum, quarum dicimus eſſe illam diſpoſitionem & aliam, & per hoc totum nihil aliud intendit vt videtur, niſi quòd illa diſpoſitio in vnoquoque eſt optima, quæ conſequitur naturam optimam. Si igitur anima melior & excellentior eſt quàm poſſeſſiones exteriores, & quàm ipſum corpus, & ſimpliciter ſecundum rem, & quo ad nos, neceſſe eſt diſpoſitionem animæ ad diſpoſitionem corporis & poſſeſſionis exterioris proportionabiliter ſe habere, & ideo ſicut anima eſt optima pars hominis, neceſſe eſt diſpoſitionem eius ſecundum ſe eſſe optimam, quare ſi optima diſpoſitio hominis eſt fœlicitas ipſius, neceſſe eſt fœlicitatẽ ipſius conſiſtere in aliquo bono animæ. Deinde cum dicit.

Cap. 8.

h ¶ Ponit quartam rationẽ dicens. Fœlicitas conſiſtit principaliter in illo bono, cuius gratia quæruntur alia, & non ecõtrario. Hoc.n. dicimus finẽ vltimũ, ſicut dicitur Primo Ethi. Sed bona corporis & exteriora eligũtur gratia ipſius animæ, & tantũ quęrũtur inquantũ ſunt vtilia ad actionẽ & opus. Et hoc videmus omnes & bene prudentes eligere, & non econtrario animam, & bona ipſius quærere gratia iſtorum. In bonis igitur animę principalibus conſiſtit fœlicitas. Deinde cum dicit.

i ¶ Inducit concluſionem principaliter intentam cum quibuſdam perſuaſionibus dicens, ꝙ ſic igitur propter prędictas rationes tantum vnicuique adiacere fidelitatis practicæ quãtum virtus moralis, & prudentiæ, & virtutis intellectualis, & actionum quæ ſunt ſecundum has virtutes ſic nobis conceſſum, & manifeſtum inuocantibus deum in teſtẽ, qui Beatus eſt ſimpliciter. Attingit enim ad optimũ ſuum non propter aliquod extrinſecũ ſibi, ſed propter ſeipſum, quoniã ſi fœlicitaretur propter aliquod extrinſecum, cum fœlicitas ſit finis, haberet aliquem finem diuiſum a ſeipſo, & eſſet aliqd melius ipſo. Finis.n. melior eſt eis quæ ſunt ad finem, quod eſt nephas dicere. Et ideo fœlix eſt ꝑpter ipſam naturam ſuã, ita quòd fœlicitas eius ſit ipſa natura eiꝰ differens ratione tantum. Si.n. nõ eſſet ipſa natura eius, ſed aliquid additum ei, ſequeretur in eo eſſe compoſitionem, & ꝙ eſſet aliquid prius eo, quod eſſet principium compoſitionis, & aliquid melius eo, ſicut dictum eſt, quæ valde abſurda ſunt, & ideo fœlix eſt ſecundum naturam ſuam & nõ per aliquod extrinſecũ. Et propter hoc ſcilicet, quia fœlicitas non conſiſtit in exterioribus bonis, ſed in his quæ ſunt ſecundum animam, dicimus bonam fortunam eſſe diuerſam a fœlicitate. Bonorum enim quæ ſunt extra animã fortuna & caſus ſunt cauſa, vnde

E & dicũtur bona fortunæ. Virtuoſus autẽ, puta iuſtus, aut tẽperatus nullus eſt nec a fortuna, nec propter fortunam, ſed propter conſuetudinem & rationem rectam. Et ideo huiuſmodi bona animæ altera ſunt a bonis fortunæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quæ ſit fœlicitas, ſeu vita optima ciuitatis. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Sed hæc quidẽ tantum &c. } excuſat ſe a certiori cõſideratione de iſtis. In prima parte dicit, quòd conſequenter opportunum eſt oſtendere, & per virtutem quarundam rationum eorundem de fœlicitate ciuitatis, quę eſt. Illam.n. ciuitatem dicimus eſſe fœlicem, & etiã optimã quæ optima operatur. Fœlicitas enim ſupponat̃ eſſe optima operatio ex primo Ethi. Impoſſibile autem eſt optime operari illos, qui nõ optima operantur, bonum enim in operatione ſequitur bonitatem obiecti, ſiue operati. Sed nullum bonum opus eſt, neque vnius viri ſecundum ſeipſum, neque ciuitatis ſine virtute morali & prudentia intellectuali, ergo impoſſibile eſt ciuitatem eſſe fœlicem & optimam ſimpliciter ſine virtute morali & intellectuali, conſiſtit igitur fœlicitas in aliquo pertinente ad virtutem. Sed quia aliquis poſſet dicere, quòd fortitudo, & iuſtitia, & Cap. 10.

aliæ virtutes morales non ſunt vnius naturæ, & ideo non oportet quòd ſi fœlicitas vnius hominis conſiſtat in actionibus iſtarum, quòd propter hoc fœlicitas ciuitatis conſiſtat in actionibus earundem, quaſi hoc volens remouere, dicit ꝙ fortitudo ciuitatis, & iuſtitia, & prudentia, & aliæ virtutes eandem habent potentiam in ordine ad operationē, & formam quãtum ad naturam ipſam in ſe cũ fortitudine, & iuſtitia, & prudentia, & alijs virtutibus, quibus informatur vnuſquiſque homo ſecundum ſeipſum, & dicitur iuſtus, prudēs, tēperatus. Et eſt intelligendum, ꝙ virtus totius ciuitatis, & virt⁹ vniuſcuiuſq; eſt eiuſdem naturę in ſe & in ordine ad operationem non differēs, niſi ſicut totũ a parte & amplius a minori. Virtus enim moralis ciuitatis aggregatur ex virtutibus partialibus ciuium, & ideo ſicut vnius naturę eſt riſibilitas in vno homine & in centũ, ita eadem eſt virtus in vno & in tota ciuitate. Deinde cũ dicit.

l ¶ Excuſat ſe a certiori conſideratione de iſtis dicens, ꝙ de fœlicitate vnius hominis & totius ciuitatis tantum dictum ſit rõne per modum proœmij, reſpectu ſequentium. Nõ enim declaratione dictorũ de ipſa poſſibile eſt intelligentem effugere omnem rationē, ſunt enim quædã manifeſta ex ſe, ex quibus declarantur prędicta. Nec etiã poſſibile eſt pertrãſire omnes rationes, quæ poſſent adduci propter multitudinē earũ, & breuitatē tractatus. Omnes.n. iſtas dicere alterius ſtudij eſt opus. Iſtæ.n. pertractatæ ſunt in Primo & in 10. Ethi. de fœlicitate quæ eſt ſecundum vnũ, nunc vero ſupponatur ad propoſitam intentionē, quòd vita optima, & fęlicitas, & vniuſcuiuſque ſecundum ſeipſum & totius ciuitatis eſt perfectio, quæ eſt cum virtute, non ſecundum quòd habitus quidam eſt, ſic enim in potentia eſt ad vlteriorem perfectionē, ſed ſecundum quòd redundat in opus intantum vnumquemq;, vel ciuitatem contingat participare actionibus virtutis, dimittētes in præſenti conſideratione alia, quæ conſiderari poſſunt, cõſiderãtes ipſa poſterius, ſi aliquis nõ credat rationibus prædictis.

l Sed hæc quidē in tm̃ ſint prohemialiter dicta ſermone, neq; enim nõ attingere ipſa poſsibile, neque oēs cõuenientes rationes cõtingit ediſcere, alteri⁹.n. ſtudij opus ſunt hæc. Nunc aũt ſupponantur tm̃, ꝙ vita quidem optima & ſeorſum vniuſcuiuſque & cõiter ciuitatibus, quę cũ virtute redundante in tantũ, vt ſit participare ijs quæ ſecũdum virtutē actionibus. Ad dubitãtes aũt dimittentes in pręſenti methodo conſiderandum poſteri⁹, ſiqs dictis exiſtit nõ perſuaſus.

## LECTIO II.

Vtrum autem fœlicitatē eandem eſſe dicēdum vniuſcuiuſque hominũ & ciuitatis vel non eandem, reliquum eſt dicere.

b Manifeſtum autē & hoc, omnes.n. vtique confitebuntur eſſe eandem. Quicunque.n in diuitijs viuerę bene ponunt in vno, iſti & ciuitatem totã ſi fuerit diues, beatificãt. Et quicunq; tyrãnicã vitã maxime appretiãtur, iſti & ciuitatē plurimis principantē fœliciſsimã eſſe dicēt vtique, ſi etiã aliquis vnũ ꝑꝑ virtutem recipit, & ciuitatē fęliciorē, dicet eã quæ ſtudioſorum.

c Sed iam duo hæc ſunt quę cõſideratione egent, vnum quidē, vtrum eligibilior vita, quæ per ſimul politizare & communicare ciuitate, vel magis quę peregrina, & à politica communione abſoluta. Adhuc aũt quã politiam ponendum & qualem diſpoſitionem ciuitatis optimã, ſiue omnibus exiſtente eligibili communicare ciuitate, ſiue & quibuſdam quidem non, plurimis autem.

## LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus oſtendit quæ ſit optima vita vnius, & quæ optima ciuitatis, vult inquirere nunc, vtrum eadem ſit vnius ſecundum ſeipſum. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Sed hæc iam duo &c.} mouet quaſdam dubitationes. Et circa primum præmittit intentionem ſuam.

F Secundo cum dicit. { Manifeſtum autem &c.} Proſequitur. In prima dicit, ꝙ poſt prædicta relinquitur conſiderandum, vtrum fœlicitas vniuſcuiuſque hominis ſecundum ſe, & ciuitatis communiter ſit eadem ſecundũ rationē, vel altera. Hoc.n. fuit ſecundum propoſitorum prius. Deinde cum dicit.

*Hæc hactenus præmiſſa ſint, neque enim non attingere illa poſſibile fuit, neque omnino omnes eorum proprias rationes explicare, nam alterius ocij iſta ſunt. Nunc autem ſupponatur nobis, quòd vita optima & priuatim vnicuique, & publice ciuitatibus eſt cum virtute intantum externis facultatibus adiuta, vt actiones ſtudioſas conficere poſsit. Sed de his nunc prætermiſsis poſtea conſiderandum erit, ſiquis forſan dictis non acquieſcit.*

## *LECTIO II.*

*Vtrum autem eadem ſit dicenda fœlicitas ſingulorum hominum, & ciuitatis, uel nõ eadem, reliquum eſt uidere.*

*Manifeſtum vero, & hoc, omnes enim faterentur eſſe eandem. Nam quicumque in diuitiis beatam uitam poſuerunt, hi ciuitatem quoque totam, ſi opulenta ſit, beatam fatebuntur. Et quicumque tyrannicam uitã aliis præferunt, hi ciuitatem late dominantem beatiſſimam eſſe dicent, quiſque id unum per uirtutem recipit, is & ciuitatem beatiorem dicet, ſi ſit ſtudioſior.*

*Sed hæc iam duo ſunt, quæ indigent conſideratione. Vnum, numquid uita illa præferenda ſit, quæ uerſatur in Republica, & in communi ſocietate, an potius uita peregrina & a ciuili ſocietate remota. Præterea quã ſpeciem Reipublicæ, & quam diſpoſitionem ciuitatis optimam putare debeamus, ſiue ab omnibus expetenda ſit communio ciuitatis, ſiue a quibuſdam non, ſed tamen a pluribus.*

b ¶ Declarat ipſam eſſe eandem quaſi ex communi opinione omniũ dicens, ꝙ manifeſte apparet fœlicitatem vnius hominis & ciuitatis eſſe eãdem & vnius ratiõis, quoniam omnes loquētes de fœlicitate, hoc videntur dicere. Quicũque enim ponunt fœlicitatem hominis in diuitijs conſiſtere, iſti etiam dicunt ciuitatem beatam eſſe ſi fuerit abũdãs diuitijs. Qui autem vitam tyrannicã qua aliquis viuit prĩcipans tyrãnice alijs, dicunt eſſe excellentiſſimam, iſti ciuitatem fœliciſſimam eſſe dicũt, qui plurimis ciuitatibus & regionibus principãtur tyrannice. Si etiam aliquis dicit aliquē vnũ fœlicem eſſe propter operationē virtutis, ille dicet ciuitatem eſſe optimam, quę magis ſtudioſa eſt, & magis participat actionibus virtutis, & ſic de alijs. Per quodcũque enim dicit aliquis aliquem fœlicitari, per illud idem dicit & totam ciuitatem. Omnes igitur cõfitentur vnam eſſe fœlicitatē vniuſcuiuſque hominis ſeorſum & ciuitatis. Et hoc rationabiliter contingit, quoniam quorum eſt vna natura, eorum eſt vnus vltimus finis. Vnus autem homo & omnes ciues ciuitatis ſunt vni⁹ ſpeciei, ergo vnius & omniũ ciuium eſt vnus vltimus finis. Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet duas dubitationes ad declarationem dictorum. Et primo mouet eas. Secũdo cũ dicit. { Quod igitur neceſſarium ſit &c.} proſequitur eas. Et circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. { Quoniam autē & politici &c.} manifeſtat modum conſiderandi de eis. In prima dicit, ꝙ circa prædicta incidunt duæ dubitationes, quæ ſunt dignæ conſideratione, ad euidentiam dictorum & dicendorum conſequenter. Quarum vna eſt, cum ſint duæ vitæ hominis magis principales, ſcilicet practica & ſpeculatiua, quæ iſtarum ſit eligibilior, vtrum illa quæ conſiſtit in communicatione ciuili inſimul viuendo ciuiliter ſcilicet actiua, vel illa quæ peregrina eſt & abſoluta ab huiuſmodi communicatione ciuili, ſcilicet cõtemplatiua. Vocat autem vitam contemplatiuam abſolutam & peregrinam, quia principaliter conſiſtit in applicatione hominis ſecũdum intellectum ad primum obiectum eius & optimũ, quę non poteſt eſſe ſine ſeditione motuum & perturbationum, ſine quibus non eſt uita ciuilis, & ideo oportet ipſam eſſe abſolutam



abſolutam a communicatione ciuili, & per conſequens peregrinam. Peregrinum enim dicitur quod longe ab habitudine conſueta eſt. Magis autē conſueta vita cõiter eſt vita ciuilis. Et propter hoc dicit Euſtratius ſupra primum Ethi. ꝙ ſpeculatiuus ſeparatus eſt a corpore & ſenſibilibus ſecundum electionē, quàmuis non ſecundum rē. Secũda dubitatio eſt, quæ ſit optima Reſpu. ſimpliciter, & quæ optima ordinatio ciuitatis, ſuppoſito ꝙ ſit magis eligibilis vita ciuilis vel omnibus hominib⁹, vel ſi non omnibus, ſed tamen pluribus, & ſi omnes homines non eligant viuere ciuiliter. Sunt enim q̃dam, qui aut nõ poſſunt cõmunicare ciuiliter propter defectum naturæ vel conſuetudinis, ſicut beſtiales homines, aut quia reputant ſe per ſufficientes, non eligunt vitam ciuilem, ſicut hoīes diuini, ſicut dicitur in Primo huius, plures tamen eligunt ipſam. Deinde cum dicit.

d ¶ Dat modum cõſiderandi de iſtis dubitationibus dicens, quoniam conſiderare de hoc, quod eſt eligibile omnibus, aut etiam plurimis eſt opus intellectus ciuilis, & pertinet ad ſpeculationem eius, nõ autem conſiderare illud quod eſt eligibile huic vel illi, quoniam conſiderat bonum commune ꝑ ſe, bonum autem huius vel illius nõ niſi in ordine ad bonum cõe. Ideo nos intendimus hunc modum ſpeculatiõis circa ꝑ̃dictas dubitatiões cõſiderando eas ſecundum ꝙ referũtur ad totam ciuitatem, & non ſecundum ꝙ referuntur ad hunc vel ad illum ciuem. Hoc enim modo conſiderare de ipſis eſt acceſſorium. Primo autē modo principalis intentionis eſt, ita ꝙ intendit Philoſophus, vt videtur quãtum ad primam dubitationem, vtrum vita ſpeculatiua totius ciuitatis non minus ſit eligibilior quàm Reſpublica. Et quantum ad ſecundam, quæ ſit optima diſpoſitio ciuitatis non huius vel illius. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequit̃ iſtas dubitatiões. Et primo ꝑ̃mittit quãdã ſuppoſitionē dicēs, ꝙ ex ſe manifeſtũ eſt, ꝙ illa Reſpu. & ille ordo ciuitatis optimus eſt, ſ̄m quē quilibet vel plurimi operant̃ optime & viuũt fœliciter. Optima.n. opatio & fœlicitas finis ſunt optimæ Reip. & ideo ex hoc habet rationē ciuitas. Deinde cũ dicit.

f ¶ Proſequit̃, & primo proſequit̃ eas rõcinãdo. Secundo cũ dicit. { Ad eos autē &c.} Determinãdo. Prima adhuc in duas, quoniã primo arguit ad primã. Secũdo cũ dicit. { Ij quidē igitur &c.} arguit ad ſecundã. Prima adhuc diuiditur in partes duas. Primo enim adhuc reſumit dubitationē. Secundo cũ dicit. { Putãt aũt ij quidē &c.} arguit ad ipſam. In prima parte dicit, ꝙ ab illis qui dicunt optimam vitam hominis eſſe in optima operatione vir-

d Quoniam autē. & politici intellect⁹ & theoriæ hoc eſt opus, ſed non circa vnũquodque eligibile: nos autem nunc hanc eligimus ſpeculationem, id quidem acceſſorium vtiq; erit, hoc autē opus methodi huius.

e Quód quidem igitur neceſſarium eſſe politiã optimam hãc, ſecũdum quem ordinem & quicunque vtique optime aget & viuet beate, manifeſtum eſt.

f Dubitatur autem ab ipſis qui confitentur vitam cum virtute eſſe eligibiliſsimam, vtrum politica & actiua vita eligibilis vel magis abſoluta ab omnibus exterioribus, velut contemplatiua quędam, quam ſolam quidã aiũt eſſe philoſophicam. Ferè enim has duas vitas hominum honoratiſsimi ad virtutem videntur, præeligentes, & priorum, & eorum qui nunc, dico autem duas, politicam & philoſophicã. Differt autem non modicum, vtro modo ſe habeat veritas, neceſſe enim bene prudētem ad meliorē coordinare intentionē & hominum vnicuiq; & cõi politiæ.

g Putant autem, ij quidem proximis principari: deſpotice quidem factum cum iniuſtitia eſſe maxime, politice autem qđ quidem iniuſtum non habere, impedimētum autem habere qui circa ſeipſum iucunditati.

h Iis autem ex cõtrario, alij exiſtunt opinantes, viri enim ſolam vitam actiuam eſſe & politicã: in vnaquaque enim virtute non eſſe actiones magis ſolitarijs, quàm ijs qui cõmunia agũt & politizantibus.

i Ii quidem igitur ſic exiſtimãt, ij autem deſpoticum & tyran-

A tutis, dubitatur vtrũ vita ciuilis, quæ conſiſtit in cõicatione ciuili, & actiua, quæ conſiſtit in directione vel ordine operationũ, q̃ ſunt ad alterũ ſit eligibilior, vel illa quæ eſt abſoluta a turbatione ciuili & actionibus exterioribus magis, quam dicimus contēplatiuã, quã ſolam intendimus Philoſophos intēdere: has enim duas vitas homines excellentes, qui honoratiſſimi ſunt propter virtutē, & q nũc ſunt, & qui nos præceſſerunt videntur ferè præeligere ſicut ꝑcellentes. Ferè autem apponit, quia ſunt q̃dam homines beſtiales rectũ vſum rationis non habentes, q vitam pecudum eligunt, puta voluptuoſam, nõ aliquam prędictarum duarũ. Dico autem duas vitas, ſcilicet ciuilē & philoſophicã, ſiue contēplatiuã, nec refert parũ ſcire quæ iſtarum eligibilior ſit, & quomodo veritas ſe habet. Neceſſe enim eſt ſapientem & optimũ virum, & ciuitatē optimam ad meliorē ipſarum dirigere intentionem ſuam, nõ poteſt autē ad meliorem intentionē dirigere, niſi ſciatur quę ſit melior, & ideo neceſſe eſt ſapiētem cognoſcere, quomodo ſe habeat veritas circa prædictam dubitationem. Deinde cum

*Cum uero ciuilis intelligentiæ & ſpeculationis hoc ſit opus, non autem circa unumquodque expetendum, præferamus & nos hanc cõſiderationem. Nam illud quidem extra propoſitum eſſet. Hoc autem ſecundum propoſitum huius inueſtigationis.*

*Quòd igitur neceſſarium ſit illam eſſe optimam Rempublicam, per cuius inſtitutionem unuſquiſque optime agat, & beate viuat, manifeſtum eſt.*

*Sed dubitatur etiam ab his, qui vitam cum virtute maxime eligendam putant, vtrum vita ciuilis & actiua ſit præferenda, an potius illa vita, quæ ſit ab omnibus externis ſoluta, ceu contemplatiua, quam ſolam putant quidam eſſe ſapientis. Ferè enim has duas vitas præſtantiſſimi ad virtutem homines anteponere uidentur, & antiqui & recentes. Dico autem duas, ciuilem, & Philoſophicam. Sed refert non parum, utrum hoc uel illo modo ueritas ſe habet, neceſſe eſt enim illum qui recte ſapit ad melius propoſitum ſe diſponere, & priuatim unumquemque hominem & publice ciuitatem.*

*Putant quidam in gubernando alios, ſi cum dominatu fiat, iniuriam eſſe ſummam, ſi ciuiliter ceſſare quidem iniuriam, ſed impediri uitæ tranquillitatem.*

*Alii uero contra hæc omnino putant ciuilem & actiuam uitam ſolam eſſe uiri, in ſingulis enim uirtutibus nulli eſſe maiorem operandi facultatem, quàm his qui in Reipublicæ gubernatione uerſantur.*

*Sunt etiam qui aliis dominari, & tyrannicum Reipublicæ modum putãt*

g ¶ Arguit, & primo quòd abſoluta ſit melior. Secundo cum dicit. { Ijs autē ex contrario &c.} quòd ciuilis. In prima parte arguit dupliciter, ꝙ cõtemplatiua ſit melior dicens, ꝙ quidã opinantur, ꝙ principari domĩatiuæ, hoc eſt principatu domini ad ſeruum, & alios ciuiles actus exercere, non poteſt eſſe ſine iniuſtitia magna. Optima autem vita huiuſmodi iniuſtitiam, quę magis accidit in ciuili communicatione nõ habet, quia optima vita ni-

E hil pręter rationem habet, igitur optima vita non eſt ciuilis, ſed abſoluta magis. Secundo hoc idem arguit. Illa vita quæ præſtat impedimentum delectationi, quæ circa ipſum, non eſt optima, optimam enim vitam oportet habere maximam delectationē, ſed vita ciuilis impedimentum pręſtat huic delectationi, non eſt igitur optima ſed magis abſoluta. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit rationē in oppoſitũ dicēs, ꝙ alij econtrario opinantur dicentes, ꝙ ad virum optimũ pertinet ſola vita actiua & ciuilis. Illa.n. vita ꝑtinet ad optimũ virũ, in qua ſunt plures actiones & excellentiores virtutes, nũc autē plures actiones ſecundũ vnamquamque virtutē nõ ſunt ducentibus vitã ſolitariã quàm his qui ducunt ciuilē, & tractantes cõia. Iſti.n. exercent opera fortitudinis & liberalitatis, quæ non multum pertinent ducentibus vitam ſolitariam, ſed magis econtrario. ergo ciuilis vita magis pertinet ad optimum virum, erit igitur optima. Hi quidem igitur habent hanc opinionem. Deinde cum dicit.

i ¶ Videtur arguere ad ſecundam dubitationem: fuerunt enim

quidam qui dixerunt optimam ciuitatem & optimam diſpoſitionem ciuitatis eſſe vitam dominatiuam & tyrannicam, qua quis principatur pluribus tyrannice. De hoc igitur intendit inquirere hic, & primo arguit, ꝙ talis diſpoſitio Reipub. ſit optima. Secūdo cū dicit. {Quamuis videbit vtiq; &c.} arguit in oppoſitū. Tertio cū dicit palā igit &c.} Ex rōnibus cōcludit veritatem. Prima pars diuiditur in tres partes. Primo enim adducit rationem ſumptam ex termino legis & Reipu. Secundo dicit. {Adhuc autem in gentibus &c.} Ex honoratione dominantium. Tertio cum dicit. {In aliquibꝰ enim & leges &c.} ponit rationem ſumptam ex prouocatione quæ per leges eſt. In prima parte dicit, quòd quidam fuerūt qui dixerunt ordinē Reipu. tyrānicum & dominatiuū, quo aliquis principatur principatu domīatiuo ſolum fœlicem eſſe & maxime homini eligibilem. Quorum vna ratio videtur, quoniā ille videtur optimus modus Reipu. & optimus finis, ad qđ ordinantur leges & Reſpub. lex enim & Reſpu. rationem ſumunt ex fine. Nūc autē videmus, ꝙ apud quoſdā leges & Reſpu. ad hoc ordinantur finaliter, quatenus pluribus principentur dominatiue, propter quod quamuis legalia pluribus ſint diuerſa, (vt eſt dicere) & non ordinata ad vnum finem, ſed quædam ad vnū, quædam ad alium, ſi tamen alicubi ordinātur ad vnum, videmꝰ quòd omnes intendunt finaliter hoc vt principentur vicinis pluribus, ſicut apparet in legibus Lacedæmoniorum & Cretenſium, tota enim diſciplina iuuentutis & legum multitudo ad hoc coordinata ſunt ferè, vt plures eis ſubijciantur, & ipſi pluribus principentur tyrannice ad vtilitatem ipſorum nō ſubditorum, ergo talis modus Reipublicæ eſt optimus. Deinde cum dcit.

K ¶ Ponit ſecundā rationem quæ videtur eſſe. Ille modus Reipu. optimus videtur propter quem homines maxime honorantur. Excellentiæ F enim boni debetur honor, ſed non videmus quòd in omnibus gentibus quæ poſſunt alios ſupergredi principando, talis potentia ſupergrediendi vel dominandi honorata eſt, ſicut apud Scythas, & apud Perſas, & Thraces, & Gallos, ergo talis modus Reipublicæ optimus eſt. Deinde cum dicit.

nicū modū politiæ aiunt ſolū eſſe fœlicē, apud quoſdam autem iſte & legū, & politiæ terminus, quatenus deſpotizent vicinis. Propter quod & plurimorū legalium diſperſim, vt eſt dicere, poſitorū apud plurimos, tamē ſi alicubi aliquid ad vnum leges reſpiciunt, vt imperent coniectent omnes, ſicut in Lacedæmonia & Creta ad aduerſarios coordinata ſunt ferè diſciplina & legum multitudo.

k Adhuc autem in gētibus omnibus potentibus ſupergredi, talis potentia honorata eſſet, velut inter Scythas & Celtas.

l In aliquibus.n. & leges quædā ſunt prouocātes ad virtutē hāc, ſicut in Charcedone aiunt ornatū ex lilijs accipere quotcumq; militijs militauerunt. Erat autē aliquando, & circa Macedoniā lex, eū qui nullū occidiſſet inimicorū virū circumcingi capiſtro. Inter Scythas autē non licebat bibere in feſto quodā cyphū circumportatum ei, qui nullum inimicū occidiſſet. Inter Hiberos autē, qui ſunt gēs bellicoſa, tot numero obeſiſcos cōmaſsāt circa ſepulchrū, quot vtiq; peremerint inimicorum, & alia multa vtique apud alios ſunt talia, hæc quidē legibus comprehenſa, hæc autem cōſuetudinibus.

m Quàmuis videbitur vtique valde incōueniēs eſſe forte volētibꝰ cōſiderare, ſed hoc eſt opꝰ politici, poſſe ſpeculari qualiter principetur & deſpotizet vicinis & volētibus & nō volentibꝰ. Qualiter.n. vtiq; erit hoc politicū, aut lege ſcribile qđ neq; legale eſt, non legale autē, non iuſte ſolum, ſed & iniuſte principari. Imperare autem eſt & nō iuſte, neq; .n. medici, neq; gubernatoris opus eſt ſuaſiſſe, aut ſanaſſe, huius quidē eos qui curātur, huius aūt nautas. Sed vidētur multi deſpoticā putare eſſe politicā, & quod quidem ſinguli ſibi non aiunt eſſe iuſtum neque expediens, hoc non verecundantur ad alios ſtudentes. Iſti quidem enim apud ſe iuſte principari quęrunt, ad alios autem nihil curant iuſtorum.

*ſolum eſſe beatum, & in quibuſdam ciuitatibus hic eſt finis legum, vt finitimis dominentur. Itaque cum pleraque conſtituta paſſim, vt ita dixerim, taceant apud plurimos, tamen ſiquid vnum leges reſpiciunt, id coniectant omnes vt ciuitas dominetur, ſicut in* G *Lacedæmone & Creta ad bellum ferè ordinata eſt diſciplina iuuentutis & legum multitudo.*

*Præterea apud gentes omnes, quæ poſſunt præualere huiuſmodi honoratur potentia, ceu apud Scythas & Perſas, & Thraces, & Gallos.*

*Quibuſdam enim leges ſunt ad huiuſmodi prouocationes virtutum, vt* H *apud Carthaginenſes ornatum ferunt annullorum accipere pro numero expeditionum, in quibus militauerint. Fuit etiam quandoque in Macedonia lex, cum qui nullum hoſtem interfeciſſet capiſtro cingi. Apud Scythas uero non licebat ſolennibus epulis pateram circumlatam accipere ei, qui nullum occidiſſet hoſtem. Apud Hiberos quoque pugnacem gentem tot obeliſcos erigere circa ſepulchrum mos eſt, quot homines ex numero hoſtium necauerit. Et alia apud alios* I *ſunt huiuſmodi complura legibus, aut moribus conſtituta.*

*Atqui uideretur forſan nimis abſurdum eſſe ſiquis conſiderare uelit, an hoc propoſitum eſſe debeat eius qui legibus inſtituit ciuitatem, prouidere ſcilicet ut illa dominetur finitimis & uolentibus & inuitis. Quomodo enim id ciuile, aut lege ſanciendum, quod ne legitimum quidem eſt, neq; enim* K *legitimum non ſolum iuſte, uerumetiam iniuſte dominari, ſubdere uero eſt & non iuſte. Atqui nec in aliis ſcientiis ita uidemus, nec enim medici, neque gubernatoris eſt id perſuadere ægrotis & nautis, uel uim afferre, ſed plerique uidentur exiſtimare ciuilem diſciplinam eſſe dominari, & quod in ſeipſos fieri nollent, hoc in alios facere non erubeſcunt. Ipſi pro ſe iuſtitiam quærunt, pro aliis vero nulla eis iuſtitiæ cura eſt.*

l ¶ Ponit tertiam rationem, cuius virtus eſt, ille modus Reipublicæ optimꝰ ad quē leges maxime intendunt prouocare, legis enim latoris eſt ciues quales quoſdam facere, quoniam boni operatores prouocando per remunerationem bene operantes, ſed ad talē modū Reipub. plures leges prouocant, ergo talis modus Reipub. optimus eſt. Minorē propoſitionem ipſe declarat quaſi in quatuor legibus obſeruatis apud diuerſos, dicens primo, ꝙ apud aliquos ſunt aliquæ leges prouocātes ad virtutem, qua aliqs pōt ſupergredi pluribus, ſicut dicitur quādam legē fuiſſe apud Carthaginenſes tot ornatus ex annulis accipere quot militijs militauerit vincens aduerſarium. Fuit etiam lex in macedonia militem, qui nullum inimicū occidiſſet circumcingi capiſtro in vituperiū. Itē apud Scythas nō licebat ſecundum legem & conſuetudinē in quodam feſto pateram circumlatam exhibere ei, qui non interfeciſſet aliquem inimicorum in vituperium, ei aūt qui interfecerat licebat ad laudem & ad honorē ipſius. Inter Hyberos quoq;, quæ ſunt gētes bellicoſę multum, tot obeliſcos numero apponūt circa ſepulchrū alicuius militis, quot interfecerit inimicos, & alia talia multa apud alios diuerſos, quorum quædam ordinata ſunt legibus, alia ſola conſuetudine obſeruantur. Deinde cū dicit.

m ¶ Ponit rōnes tres in cōtrariū, quarū ſecūdā cū dicit. {Inconueniēs āt &c.} Et tertiā cū dicit. {Aut nō erit vtiq; &c.} In prima pte dicit ita, qdā dixerūt, ꝙ modꝰ Reipub. tyrānicꝰ eſt optimus, q̄uis videat valde incōueniēs, & ꝑter rōnē eē ſi aliq voluerūt cōſiderare hoc eē opꝰ ad ciuē princ̄s. ſ. poſſe



poſſe conſiderare qualiter principetur principatu dominatiuo quocumque, ſiue volentibus, ſiue nolentibus, hoc enim non videtur. Illud enim quod illegale eſt, vel illegitimum non eſt ciuile, aut lege ordinabile, leges enim ordinantur de legitimis & legalibus. Principari autem vicinis non ſolum iuſte, ſed etiam iniuſte, manifeſtū eſt quòd legale non eſt, nec legitimū, & principari contingit non ſolum iuſte, ſed etiā non iuſte, ergo principari quocumq; modo non eſt ciuile, aut ordinabile ſecūdū legem. Et iterum ſicut eſt in alijs artibus operatiuis, ita in Republica & legislatiua. In alijs autem ſic eſt, puta in medicina opus medicorū eſt nō ſuadere ægroto vt ſanetur, ſed ipſum ſanare. Similiter in gubernatiua, opꝰ eſt gubernantis non curare nautas ab infirmitate, ſed dirigere ad gubernandum nauē. ergo ſimiliter in Repub. & legislatiua opus erit ciuilia & legalia ordinare non illegalia, & principari eis, qui nati ſunt & debēt ſubijci. Adiungit autem increpationem cōtra contrariū opinantes, dicens, ꝙ quāuis ita ſit, ſicut concluſum eſt prius ſecūdum veritatem, tamen plures videntur opinari modum Reipub. dominatiuū optimum eſſe, nō verecundantes ordinare ſicut iuſtum & expediens, quod ſibijpſis non credunt iuſtū eſſe & expediēs ad finem, ipſi enim volūt ſibijpſis iuſte principari & fieri, quæ ſunt expedienda, ꝙ autē alijs principentur iniuſte non curant, & hoc valde verecundum eſt. Siquidem verecūdi eſt de turpi. Turpe autem eſt homini præter rationem rectam agere. Recta autē rō dr̄ nō facere, alij quod ſibi nō vult fieri. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt. Inconueniens eſt & irrationabile illis principari dominatiue, qui non ſunt nati ſubijci dominatiua ſubiectione. Hoc enim contra naturam videtur, & per conſequens violentum, & violentum præter rationem eſt, quidam autem ſunt, qui non ſunt nati ſubijci tali ſubiectione. Inconueniens enim eſt ſi ſint aliqui nati ſubijci tali ſubiectiōe, & alij non nati nec diſpoſiti ad hoc, ſicut inconueniens eſt aliquem non eſſe ſeruum, & aliquem liberum naturaliter, ſed omnes ſeruos. ergo irrationabile eſt principari omnibus dominatiue. Quare ſi veritas hoc modo ſe habet, non oportet ſecundum rationem tentare velle dominari omnibus, ſed illis qui nati ſūt, ſicut nec optimum eſt homines venari ad menſam vel ſacrificiū quodcumque animal, ſed illud quod ad hoc venabile, quod ad hoc conueniens eſt, puta eſibile & mundum, vnde venabile animal dicimus quodcumque ſylueſtre fuerit aptum ad generandū nutrimentum. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ adhuc poſſibile eſt eſſe aliquam ciuitatem ſecundum ſeipſam, ab alijs ſeparatam, vnam bene gubernantem & fœlicem exiſtentem, puta ſi contingat aliquam eſſe talem ciuitatē remotam ſecūdum ſitum ab alijs, quæ regatur legibus rectis ordinabilibus in finē rectū, & tn̄ ordo Reipublicæ illius, & leges hanc ſignantes, non ordinantur ad bellū, A neque ad ſubijciendum vicinos, neque ad dominandum aduerſantibus qualitercumque. Supponatur enim, ꝙ non ſint aliqui propinqui, quibus poſſint & velint dominari, ſed habet bonum ſuum in ſeipſa. Hoc autem non eſſet ſi optimus modus Reipublicæ eſſet principari alijs qualitercumque iuſte vel iniuſte. Nō eſt igitur optimus ordo Reipu. dominatiue principari vicinis. Deinde cum dicit.

p ¶ Ex rōnibus prædictis concludit veritatem. Ad cuius euidentiam eſt intelligēdum, ꝙ actiones bellicæ in ciuilibus per ſe ordinātur ad duo, ſcilicet ad repellendum inſurgētes & iniuriantes, ne ſeruiant iniuſte, & ad compellendum ſeruire illos, qui nati ſunt & debent ſeruire, & cū ordinantur ad alterum iſtorum duorum bonæ ſunt & eligibiles ſecundum rationem rectam, per accidens autem contingit ꝙ ordinentur ad repellendum eos, quibus nati ſunt ſeruire, vel ad impugnādum nō natos ſeruire, & ſic nec bonæ, nec ſecundum rationem eligibiles, & ideo actiōes bellicæ & pręparatio curæ earū abſolute, nec bonæ, nec eligibiles ſunt, ſed tantum ſecundum primū modum, & adhuc tunc non ſunt querendæ, ſicut vltimus finis, vel ſicut illud quod ordinatur in finē. ſ. in pacem & tranquillitatem ciuitatis. Et hoc eſt quod intēdit concludere primo dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex rationibus prædictis, ꝙ omnes curæ & pręparationes eorum quæ ad bellū ad repellendum violentias, vel ad impugnandum alios ſecundum rationem rectam, bonæ quidem ſunt & eligibiles, ſicut dictum eſt prius, non tamē in hoc conſiſtit optimum Reipub. vel ciuitatis. Non enim gratia huius quæruntur alia, & ipſum non propter aliud, ſed ipſum gratia alterius finis. Nullus enim eligit bellare eius quod eſt bellare gratia, neque præparare bellum, videtur enim quis occiſor violentus eſſe, ſi amicos oppugnatores faceret, vt pugnæ & occiſiones fierent, ſicut dicitur in 10. Ethico. & ideo ad legislatorem, E cuius eſt bonum ciuitatis procurare, pertinet conſiderare ipſam ciuitatem, & quantum ad fortitudinem quæ eſt ex ſitu, & quantum ad ordinationem Reipublicæ, & etiam modum hominum, quem habent ex naturali inclinatione, & aliam communicationem eorum adinuicem, & alios, ſcilicet ad quam vitam ordinabiles ſunt ex natura. Omnibus iſtis penſatis, ſiue ſit optima ſimpliciter, ſiue optima his, & tunc ordinare leges & ſtatuta, per quæ poterunt attingere ad hanc optimam vitam & fœlicitatem conuenientem ſibi, differentiam tamen quandam oportet eſſe huiuſmodi ſtatutorum legalium. Primo quidem ſecundum diuerſitatem finium & vitæ, ad alium & ad alium enim finem, alias & alias oportet ordinare leges. Secundo, quia quędam ſunt de his, quę immediate ordinantur in finem, quædam autem de his, quæ ordinantur ad aliud eorum quàm ad finem, quædam autem ad remouendum prohibentia, iterum ad legislatorem pertinet conſiderare ſi aliqui ſint vicini ciuitatis, quales ſunt eorum diſpoſitiones, ſi fortes, vel

n Inconueniens autem, ſi non natura hic quidem deſpotizans eſt, hic autem non deſpotizans. Quare ſi quidem habet hoc modo, non oportet omnibus temptare deſpotizare, ſed deſpotibus, ſicut neq; venari ad falſiciam vel hoſtiam homines, ſed ad id quod eſt ad hoc venabile, eſt autem venabile quodcumq; ſi ueſtre fuerit eſibile animal.

o Autem non erit vtique, & ſecundum ſe ipſum vna ciuitas fœlix quę politizat, videlicet bene. Siquidem contingit ciuitatem habitari alicubi ſecundum ſe ipſam legibus vtentem ſtudioſis, cuius coordinatio politiæ non ad bellum neque ad imperandū erit aduerſarijs, nihil enim exiſtit tale.

p Palā ergo, quia omnes quę ad bellum curas, bonas quidem ponendū, nō autē tamquàm finem omnium ſummum, ſed illius gratia has. Studioſi autē legislatoris eſt conſiderare ciuitatē, & genus hominum, & omnē aliā communionem, vita bona qualiter participabūt & cōtingentę ſibi fœlicitate. Differęnt tamē ſtatutorū quædā legaliū, & hæc legis latiuę eſt videre ſi aliq extiterint vicini, quali ad quales ſtudēdū, aut qualiter deuenientibus ad quoſcumque vtendū. Sed hoc quidem poſterius vtiq; ſortietur congrua conſideratione ad quem finem oportet optimam politiam tendere.

*Hoc autem abſurdum, niſi tales ſint natura, vt alter dominari debeat, alter non, Quod ſi eſt ita, non eſt conandum omnibus dominari, ſed illis duntaxat, qui dominabiles ſunt, ſicut nec venari hominis ad menſam, vel ſacrificium, ſed illud quod venabile* B *eſt. Eſt autem venabile omne animal, quod ſit natura ferum, & eſui aptum.*

*Enimuero fieri poteſt ut ſit ciuitas una ſeorſum per ſeipſam beata, uidelicet ſi gubernetur recte, nam poteſt eſſe ſita in loco penitus ſeparato, & legibus uti laudabilibus, cuius Reipublicæ conſtitutio non ad bellum, neq; ad ſuperandum hoſtes ſit.*

C *Patet igitur, quòd omnia rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimanda, ſed non ut finis ſupremus, ſed gratia illius. Studioſi autem legum poſitoris eſt conſiderare urbem, ac naturam hominū, & omnem aliam communionem uitæ laudabilis quo participent quantum fieri poteſt fœlicitatem. Differentia tamen erit in quibuſdam legum inſtitutis conſtituendis, & hoc pertinet ad eam diſciplinam, quæ eſt de legibus ponendis uidere, ſiqui ſunt finitimi populi, qualia ad quales exercenda ſint,* D *& quemadmodum cum ſingulis conuerſandum. Verum de hoc poſtea ſuo loco conſiderationem faciemus, ad quem finem debeat optima Reipublicæ conſtitutio tendere.*

vel affeminati, ſi liberi naturaliter vel ſerui, & tunc conferendo conditiones ciuium & ciuitatis aliorum ad conditionem ciuitatis propriæ, conſiderare qualiter ſe habendum ad illos, & qualiter vtendum ad quoſcumque ex contingentibus, puta ſi ſint ſerui natura & effeminati debellandum eos, ſiquidem ciues ſint cōtrariæ diſpoſitionis. Si autem viriles & liberi ſecundum naturam ciuibus econtrario ſe habētibus, aut ſeruiendum eis ſicut natura inclinat, aut pacem habendum. Sed de iſtis erit conueniens conſiderationem in ſequentibus facere, ad quem finē oportet tendere Rēpub. optimam, & qualiter ordinanda ſunt ea quæ ad finem talē. Deinde cum dicit.

q ¶ Intendit ſoluere prædictas dubitationes. Sed eſt intelligendum, quòd diſſolutio ſecundæ pēdet ex diſſolutione primæ: ſi enim declaratum fuerit quæ ſit eligibiliſſima vita ſimpliciter, ſtatim oſtēſum erit, quę ſit optima Reſpublica & optimus ordo eius, illam enim Rempublicam, & illum ordinē ei⁹ oportet eſſe optimum ſecundum ſe, quæ vnitur optime, & in quibus intenditur optima vita, & iō tantum ſoluit principaliter primam, ſed quia circa primā dubitationem fuerunt opiniones ſubcontrariæ, primo declarat, quòd vtraque illarū quantum ad aliquid recte, & quantum ad aliquid non recte dicit. Secundo cum dicit. {Quòd ſi hæc &c.} diſſoluit eandem. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quinimmo reſpondebit &c.} remouet obuiationem quæ poſſet fieri. Et circa primum primo proponit. Secūdo cum dicit. {Vtrique eorum &c.} manifeſtat. In prima parte dicit, quòd ad illos qui opinantur vitam, quæ conſiſtit cum virtute eſſe optimam & eligibiliſſimam, differunt tamen in vſu cuius virtutis exiſtat. Dicēdum ad vtroſque, quoniam vtrique in aliquo dicunt recte, in aliquo autem non recte. Quidam enim ipſorum reprobantes ciuiles principatus tamquam præter rationem exiſtentes, putant vitam liberi, hoc eſt abſolutam & contemplatiuam alteram eſſe, vel diuerſam omnino a ciuili & eſſe optimam & eligibiliſſimam inter omnes. Alij autem econtrario, vitam ciuilem optimam dicunt eſſe, rationem adducentes, quoniam vita contemplatiua in vacatione, & in vacando videtur conſiſtere. Nunc autem impoſſibile eſt eū, qui nihil agit bene agere. Bona autem actio & fęlicitas ſunt idē, hoc enim dicimus fœlicitatem, ergo impoſſibile eſt ducentem vitam cōtemplatiuam habere fęlicitatem ſimpliciter. Ciuilis autem vita multas actiones bonas & pulchras habet. ergo videtur quòd illa vita ſit eligibilior alia. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat in quo dicentes vitam contemplatiuam optimam, bene & male dixerunt, ex quo apparet in quo alia opinio male dixit quodammodo per oppoſitum, & primo in quo bene. Secundo cum dicit. {Putare vero omnium &c.} In quo male. Ad euidentiam primi & quorundam poſterius dicendorum intelligendum eſt, quòd ſicut Philoſophus dicit in primo Metaphiſicæ. Liber eſt qui eſt ſuijpſius cauſa, quod non poteſt intelligi ſic, quòd aliquis ſit cauſa ſuijpſius primo. Nihil enim eſt cauſa ſui, ſed eſt intelligendum quòd liber ſit ille, qui ſecundum aliquid proprium ſibi eſt cauſa ſibi operandi, & tunc veritatem habet, quòd liber eſt ſuijpſius cauſa in duplici genere cauſæ, & in

F ratione agentis, & in ratione finis. In ratione agentis in quantum per aliquod principium quod eſt principale in eo operatur. In ratione autem finis inquantum operatur ad finem ſibi debitum ſecundum principium illud. Et quia homo maxime in eſſe conſtituitur per intellectum, eſt enim intellectus, vel maxime ſecūdum intellectum ſecūdum Ariſtotilem in .x. Ethi. & ideo homo liber dicitur, qui per virtutem intellectualē exiſtētem in eo operatur non accipiens ab alio rationem operandi, nec impedimentum habens ex parte materiæ, & qui operatur ad finem, qui debetur ei ſecundum naturam prædictam. Et quanto magis natus eſt operari ſecūdum illud quod perfectius eſt in intellectu in eo, & ad finē excellentiorem ſecūdum idipſum, tanto liberior, & ideo qui ſimpliciter operatur ſecundum virtutem intellectualem, & ad finem ſecundum intellectum perfectiſſimum, perfectiſſime liber eſt. Ecōtrario autem, homo ſeruus dicitur, qui non eſt natus operari ſecundū virtutem intellectus proprij, ſed virtutē & rationem operandi accipiens ab alio obediens, operatur. Et quia finis correſpondet agenti, ſeruus etiā eſt qui operatur prīcipaliter ad finē alterius, & ideo ſicut liber homo eſt qui eſt ſuijpſius cauſa, & in ratione finis & agentis, ita ſeruus qui neutro iſtorum modorum principatur ſibi, & hoc propter imperfectionem intellectus in eo ſecundum ſe, vel ex diſpoſitione materię, & ita vita liberi dicitur vita ſecundum rationem propriam, ſerui autem ſecundum rationem alienam. Dicitur igitur, ꝙ opinantes vitā cōtemplatiuam eſſe optimam, rationabiliter dicunt in hoc qđ dicunt, ꝙ vita liberi eſt operatio ſecundum rationem propriā melior eſt quàm vita dominatiua, hoc eſt ſeruilis. Semper enim in vnoquoque genere illud quod eſt per ſe, melius eſt eo, quod eſt per accidēs. Iſtud enim ſimpliciter verum eſt, quoniam ſeruus ſecundum quod ſeruus, deficiens eſt, bonum autem honorabile eſt bonum excellens, iuſſio enim paſſiue quę eſt de his, quæ ſunt neceſſaria ad vitam, quæ fit ei a dominio non eſt aliquid ſecundum ſe honeſtum, quia honeſtum eſt quod ſecundum ſe quæritur, vt in ſecundo Rheto. dicitur, iuſſionem autem paſſiuā nullus bene diſpoſitus eligeret. Deinde cum dicit.

q Ad eos autem qui confitentur quidem vitam, quæ cum virtute eſſe eligibiliſſimam, differentes autem de vſu ipſius, dicēdum nobis ad vtroſq; ipſos, ij quidē .n. reprobāt politicos prīcipatus, putātes vitā liberi alterā quandā eſſe a politica & omniū eligibiliſſimā, ij aūt hāc optimā. Impoſſibile .n. nihil agentem agere bene. Bonam autem actionem & fœlicitatē eſſe idē.

r Quia hæc quidem vtrique dicunt recte, hæc autem nō recte, ij quidem quòd liberi vita melior quàm deſpotica, hoc enim verum, neque enim ſeruo inquātum ſeruus vti venerabile, iuſſio enim quę de neceſſarijs nullo participat honeſtorum.

ſ Putare vero omniū principatū eſſe deſpotiā, non rectum, nō enim minus diſtat liberorū principatus ab eo qui ſeruorū q̃ rurſum quod natura liberum a natura ſeruo, determinatum eſt autem de ipſis ſufficiēter in primis ſermonibus.

t Magis autē laudare ſine actione eſſe quàm agere, non verum, fœlicitas enim actio eſt. Adhuc autē multorum & pulchrorum, finem habent quæ iuſtorum & temperatorum actiones.

*Ad confitentes autem vitam cum virtute eße maxime recipiendam, ſed contendentes de illius vſu dicendum eſt nobis. Sunt enim qui deſpiciunt magiſtratus ciuitatis, putantes ingenui hominis eße aliam vitam quàm ciuilis & omnibus præferendam. Alii vero hanc optimam putant.* G *Impoßibile enim nihil agentem bene agere. Bene autem agere, ac fœlicem eße idem eſt.*

*Vtrique eorum quædam dicunt recte, & quædam non recte, nam liberi quidem hominis vitam meliorem eſſe quàm in dominando occupati, verum eſt. Nihil enim ægregium eſt ſeruo vti inquantum ſeruus. Iuſſus enim domini in rebus neceßariis nihil habet decorum.*

H *At putare omnem gubernationem eſſe dominationem, nequaquam eſt uerum, non enim minus diſtat liberorum gubernatio a dominatione ſeruorum, quàm differat natura liber a natura ſeruo, de quo ſufficienter in ſuperioribus libris determinatum fuit.*

*Sed laudare magis nihil agere, quàm agere non eſt rectum, nam fœlicitas actio eſt. Præterea multorum & præclarorum finem habent iuſtorum, temperatorumque actiones.*

I

K

ſ ¶ Declarat in quo male, & diuiditur in duas ſecundum quòd declarat in duobus, in quo male dixerunt. Secunda ibi. {Magis autem laudare &c.} In prima parte ipſe dicit, ꝙ vlterius in hoc, quòd acceperunt omnem principatum vniuerſaliter eſſe dominatiuum, ideſt principatum domini ad ſeruum non recte dixerunt. Eſt enim quidam principatus liberorum & quidam ſeruorum, & differunt iſti principatus adinuicem, non minus quàm naturaliter liberum & naturaliter ſeruum, oportet enim principatus differre adinuicem ſecundum differentiā ſubditorū. Principatus .n. ad ſubditum dicitur. Natura autē liberū & natura ſeruum differunt ſecundum rationem, & de hoc dictū eſt ſufficienter in primo Tractatu libri iſtius, ergo principatus liberorum & ſeruorum ſecundum rationem differunt. Nō igitur omnis principatus eſt dominium vel ſeruitutis. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat in quo male dixerunt ſecundo, dicens quòd vlterius in eo quòd dixerunt laudabiliorem vitam illam quę eſt ſine



ſine actione q̃ illam quæ eſt cum actione non recte dixerunt. Fœlicitas enim actio quædam eſt, & felicitas optima, eſt optima vita. Ergo optima vita eſt actio non priuatio actionis. Ad hoc operationes quæ ſunt ſecundum habitum iuſtitię & temperantiæ finem habent multorum bonorum & bene ordinatorum, ita ꝙ actio aliqua iuſtitiæ finis eſt eorum quę ſecundum temperantiam quæ ſecūdum iuſtitiam proximius, & actio aliqua ſecundum temperātiam finis eſt propinquus, & ſimiliter ſe habet de his quæ ſūt ſecundum alios habitus virtutum. Vlterius tamen iſte actiones ad alium finē vlteriorem ordinātur, quæ eſt actio quædā, & ideo tam finis proximus agibilium q̃ finis remotus actio q̃dam eſt, finis autem actionis vita eſt optima. Ergo optima vita eſt actio & nō priuatio actionis. Deinde cum dicit.

u ¶ Tangit obuiationem quam primo ponit. Secundo cum dicit. {Hoc illi forſan &c.} Remouet eā In prima parte dicit ꝙ forte aliquis poteſt opinari per ea q̃ determinata ſunt de optima vita, ſcilicet, ꝙ ipſa eſt actio, ꝙ optimum ſit eſſe dominium omniū qualitercumque. Optimum enim eſt attingere ad optimam vitam, optima autem vita videtur eſſe ſecūdum prædicta ſecundum quam principatur omnibus. Optima enim vita eſt optima actio, dominans autē omnium dominus eſt plurimarum actionum & pulcherrimarū, & ideo optimum videtur principari omnibus, propter quod ſi verum eſt optimum virum potentem aliis principari, non expedit parcere cuicumque quantumcumque proximo, quin principetur eidem ſicut pater, neque patrem reputare filios, neque filios patrem, neque vniuerſaliter amicus amicum vt non principetur eiſdem, nec curare, quantumcumque ſint coniuncti vel boni vel qualiter aliter ſe habentes. Vniuerſaliter enim id quod eſt optimum eligibiliſſimum eſt, optime autem agere optimum videtur eſſe, ergo eſt eligibiliſſimum. Si igitur principari qualitercumque & quibuſcumque eſt optime agere, eſt eligibiliſſimum, Deinde cum dicit.

x ¶ Remouet obuiationem quod primo facit. Secundo cum dicit. {Propter quod & ſi aliquis.} Remouet obiectionem quādam. Primo igitur remouet obuiationem prædictam, declarans non eſſe optimum principari omnibus qualitercumque dicens, ꝙ hoc quod dictum eſt vere dictum eſt, forſitan ſi quidem ita eſſet ꝙ principantibus priuando alios iure ſuo, & inclinatione naturali & inferendo violentiam ineſſet illud quod eſt eligibiliſſimum homini. Sed hoc forte eſt impoſſibile quod adiungit, qa magni opinabantur contrarium, ipſi tamen hoc ſupponunt, ſicut ſecundum ſe manifeſtum. Sed hoc eſt impoſſibile, quoniā actiones principantis non contingit eſſe optimas, niſi idē principans tantum differat ab eis, quibus principatur in diſpoſitione naturali & acquiſita, quantum diſtat vir a muliere aut pater

A a filiis, aut dominus a ſeruis. Actiones enim diuerſificantur ſecūdum diuerſitatem agentiū vt agentia ſunt. Si igitur aliquis tranſgrediatur volens dominari aliquibus non habens hanc differentiam ad illos, quam vir habet ad mulierem, vel pater ad natum, vel dominus ad ſeruum, non optime operabitur principando, nec etiam poterit tātum recte agere in poſterioribus quantum trāſgreſſus eſt in principio, volens principari nō diſpoſitus ad hoc: paruus enim error in principio magnus eſt in principiis, & iterum eos qui ſunt ſimiles, & ęquales & ſecūdum naturam & ſecundum virtutem, bonum eſt & iuſtum omnes principari non ſimpliciter, ſed ſecundum partē, puta vnum in vno tēpore, alium in alio, vel vnum in vno prīcipatu, alium in alio. Iuſtum enim eſt ſimiles & æquales ſimile & æquale habere, nō æquales autem neq; ſecundum virtutem, neque ſecundum naturam habere æquale, vel ecōtrario ęquales habere inæquale, & non ſimiles habere ſimile, hoc eſt præter naturam: ſimiles enim & æquales ad æqualia ſimilia inclinantur ſecūdum naturam, ſed nullum eorum quæ ſunt præter naturam bonum eſt, quoniam quod eſt p̄ter naturam eſt violentum, & nullū violentum eſt bonū, ergo aliquem principari quibuſcumq; qualitercumque non eſt bonum. Deinde cū dicit.

y ¶ Remouet obiectionem quæ poſſet fieri, crederet .n. aliquis propter prędicta, ꝙ non expediret aliquem vnum principari omnibus aliquo modo, ſed eſſet præter naturam, quod ē contra regni rationem, quod eſt optima Reſpub. Hoc intendēs remouere dicit quaſi concludendo ex dictis ꝙ propter hoc, quia ſimiles & æquales iuſtum eſt habere ſimile & æquale in principando ſecundum partem, ſi aliquis inueniatur in ciuitate qui fuerit melior aliis, etiam bonis exiſtentibus ſecundum virtutē E & ſecundum potentiam actiuam in regēdo, per quam poſſit cohercere malos, huic bonum eſt ſubici, quia naturale eſt ꝙ deficiens ſupponatur perfecto in vnoquoque genere, & etiam iuſtum eſt obedire ſibi vni ſoli principanti. Iuſtum eſt enim vnūquemque ſecundum dignitatem propriæ virtutis habere, talis autem ponitur eſſe melior aliis ſecundum virtutem & ſecundū potentiam. Expedit autem debentem bene principari habere non ſolum virtutem, per quam inclinetur in bonum & ſciat dirigere actiones ſubditorum, ſed etiam oportet ipſum habere potentiam, per quam poſſit ſic agere cohercendo, declinando a rectitudine rationis. Deinde cum dicit.

z ¶ Diſſoluit primam dubitationem, ex cuius diſſolutione apparet diſſolutio alterius, & primo diſſoluit eam. Secundo cum dicit. {At vero neque ſine actione &c.} Reſpondet rationi adductæ in oppoſitum. Circa primum eſt intelligendum ꝙ fœlicitas eſt operatio hominis ſecundum intellectum. In intellectu autem eſt conſiderare ſpeculatiuū, cuius finis eſt cognitio veritatis,

u Et quidem forte vtique exiſtimabit aliquis, iis ita determinatis ꝙ dominans eſſe omniū optimum, ſic .n. vtique plurimarū & pulcherrimarum dominus erit actionū. Quare non oportet potentē principari parcere proximo, ſed magis auferre, & neq; B patrem pueros, neq; pueros patrem, neq; totaliter amicū, amicum nullū reputare, neque ad hoc curare. Quod .n. optimum eligibiliſſimū, bene autem agere optimum.

x Hoc quidē igitur vere dicūt forte, ſiquidē exiſtit priuantib⁹ & vim inferentibus quod entiū eligibiliſſimū, ſed forte non eſt poſſibile exiſtere, ſed ſupponūt hoc, non .n. adhuc bonas actiones contingit eſſe ei qui non differt tm̄, quantum vir a muliere C aut pater a natis, aut deſpotes a ſeruis. Quare qui tranſgreditur nihil vtique tm̄ dirigere poſteri⁹ quantum iam trangreſſus eſt virtutem: ſimilibus .n. bonum & iuſtum in parte, hoc .n. æqnale & ſimile, non æquale autem æqualibus & non ſimile ſimilibus præter naturam, nullum aūt eorum quæ præter naturam bonum.

y Propter quod & ſi aliquis ali⁹ fuerit melior ſecundū virtutem D & ſecundū potentiam actiuam optimis, huic bonum aſſequi, & huic obedire, iuſtū, oportet aūt non ſolū virtutē ſed ēt potentiā exiſtere ſm̄ quam erit actiuus.

z Sed ſi hęc dicimus bene, & fœlicitatem bonam operationem

*Quinimmo reſpondebit fortaße aliquis quòd poteſtatem habere optimum eßet, ſic enim plurimas ac pulcherrimas res agere poßet. Itaque is qui dominus agendi eße poteſt, hanc facultatem dimittere aliis non debet, ſed ſibi arripere, neque filium patris, neq; parentem filii, neque amicum amici rationem habere, nam quod optimum ſit, id nobiſipſis aſciſcere debemus, optimum autem eſt bene agere.*

*Hoc illi forſan recte dicerent, ſi modo exiſteret auferentibus ac uiolantibus illud quod eſſet omnium maxime optandum, ſed fortaſſis id fieri non poteſt, falſoque hoc ſupponunt: non .n. amplius bonas actiones illas eße contingat, niſi tantum ipſe præſtet quantum uir mulieri, & pater filiis, & dominus ſeruo. Quare is qui uiolaret, nihil tantum proficeret poſtea, quantum iam a uirtute ipſa receſſit, paribus enim honeſtum & iuſtum in parte, hoc enim iuſtum ac par, non par autem paribus, & non ſimile ſimilibus præter naturam eſt, nihil autem bonum, quod ſit præter naturam.*

*Quapropter & ſi alius quidem ſit melior ſecundum uirtutem, & ſecundum potentiam actiuam in rebus optimis, hunc ſequi honeſtum eſt, & huic parere, iuſtum. Sed oportet illi nō uirtutem ſolum, uerumetiam potentiam exiſtere per quam ſit actiuus.*

*Quòd ſi hæc uera ſunt, & fœlicitas in bene agendo eſt reponenda, & pu-*

ritatis, & practicum, cuius finis eſt operatio. Et ſecundum hoc duplex fœlicitas aſſignatur hominis. Vna ſpeculatiua, quæ eſt operatio hominis ſecundum virtutem perfectam contemplatiuam quæ eſt ſapientia. Alia autem practica, quæ eſt perfectio hominis ſecũdum perfectam virtutem hominis practicam quæ eſt prudentia. Eſt autem quædam operatio ſecundum prudẽtiam, & ſpeculatio ſecundum ſapientiam hominis ſecundum ſeipſum ſolum. Et ẽ quædã operatio prudentiæ & ſpeculatio totius ciuitatis, & idẽ eſt quędam fœlicitas practica, & ſpeculatiua quædam hominis ſecundum ſeipſum, & eſt quædam fœlicitas practica totius ciuitatis, & quædam cõtemplatiua totius ciuitatis. Fœlicitas autem ſpeculatiua ſecũdum vnum hominẽ, melior eſt practica q̃ eſt ſecundum vnum hominem, ſicut euidenter docet Ariſto. in decimo Ethi. quoniam illa pfectio intellectus eligibilior ẽ quæ eſt reſpectu obiecti magis intelligibilis, quia ratio perfectionis ſumitur ex obiecto, talis autem eſt ſpeculatiua. Fœlicitas enim eſt perfectio intellectus reſpectu primi & maxime intelligibilis. Fœlicitas autem practica ẽ perfectio intellectus reſpectu agibilis ab homine, ꝙ multo deficit a ratione intelligibilis primi, ergo fœlicitas contemplatiua vnius, eligibilior ẽ quàm fœlicitas practica, & iterum magis eſt continua & ſufficiens & delectabilis hęc quàm illa. Et eadem ratione contemplatiua totius ciuitatis eligibilior eſt quàm politica ſeu ciuilis, & contemplatiua totius ciuitatis ſimpliciter eligibilior eſt contemplatiua quę eſt ſecundum vnum. Similiter ciuilis practica quę eſt ſecundum vnum, & hoc eſt quod intendebat dicere Ariſto. primo Ethico. ſi idem eſt vni & ciuitati maiuſque & perfectius quod ciuitati videtur & ſuſcipere & ſaluare. Amabile enim & vni, melius vero & diuinius genti & ciuitati. Et ratio huius poteſt eſſe, quia contemplatiua & ciuilis ciuitatis comparantur ad contemplatiuam ſecundum vnum, ſicut totum ad partem, totum autem rationem magis perfecti & maioris boni habet quàm pars, & ideo iſta quàm illa, hoc ſuppoſito dicit Ariſto. quòd ſi ea quæ dicta ſunt prius bene dicta ſũt, & fœlicitas eſt optima operatio hominis ſecundum virtutẽ perfectam, vita autem perfecta eſt operatio optima & perfecta, neceſſe eſt optimam vitam & totius ciuitatis & ſecundum vnumquemque eſſe actiuam & in operatione conſiſtere. Sed optima vita actiua non exiſtit in directione operationum quæ ſũt ad alium in principando & communicando qualitercumque ſecundum quòd quidam credunt. Nec etiam illæ ſolæ meditationes intellectus actiuæ ſunt quæ ſunt de operabilibus, vel gratia operabilium contingentium, ſed multo magis illæ conſiderationes & meditationes optimæ ſunt quæ ſecundum ſe perfectæ ſũt & ſecundum ſe queruntur non propter aliquid aliud. Et ratio huius eſt, quoniam optimus finis hominis & ciuitatis eſt bona actio. Non poſſunt autem duæ vel plures actiones differentes ſpecie optimæ eſſe. Quare optimus finis hominis ẽ aliqua actio hominis, & illa ſecundum quam maxime agere dicitur. Maximẽ autem agere dicitur ſecundum intellectum ſpeculatiuum, maxi-

F me enim dicimus agere illos qui ſecũdum quod huiuſmodi dominium habent extrinſecarum actionum omnium, tales enim ſunt ſicut architectonici. Speculatiui autem maxime dominiũ habent operationum extrinſecarum, ſicut rationem imponentes & ſicut architectores. Intellectus enim practicus qui dirigit in operationib⁹ exterioribus ſupponit ſicut principium rectum appetitũ finis. Et rectus appetitus finis non eſt ſine rectitudine voluntatis. Rectitudo vero volũtatis ſupponit rectitudinem intellectus bonum vel finem oſtendentis. Siquidẽ voluntas nihil vult, quòd non ſit intellectum prius, ſicut dicitur primo Rhetoricæ. Iſte autem intellectus eſt intellectus non practicus, ſed ſpeculatiu⁹, ſi practicus per ſe depẽdet a voluntate, iſte autẽ non, quare prima regula agendi vniuerſaliter ẽ intellectus ſpeculatiuus ſecundum ipſum, igitur agere dicimus, quare optima actio hominis eſt ſpeculatio, & per cõſequens vltimus finis eius. Non igitur meditatio de agibilibus eſt optima operatio hominis, ſed conſideratio vel ſpeculatio ſpeculatiua, & maxime illa quæ ẽ de primis, aut de primo ſimpliciter. Deinde cum dicit.

aa ¶ Reſpondet ad rationem in oppoſitum quod primo facit. Secundo cum dicit. {Quòd quidem igitur &c.} Inducit concluſionem principaliter intentam. Fuit autem ratio quòd optima vita hominis eſt vita actiua, ſed contemplatiua vita ſiue abſoluta ſine actione eſt, igitur &c. Ad quam reſpondet concedendo maiorem per interemptionem minoris, dicens quòd ciuitates ſecundum ſe locatæ non principantes exterioribus ciuibus, & ita viuere eligentes inter ſe inuicem communicantibus, & etiam ſpeculantes non ſunt ſine actione omnino, ſed habent multas & pulchras actiones, quàmuis enim non habeant actiones ad extrinſecos in principando vel ſubiiciendo aliis: inter ſe tamen habẽt vnam partem reſpectu alterius, quoniam multas habent communicationes partes ciuitatis adinuicem, ſimiliter hoc ſe habet & circa vnumquemque hominem ſecundum ſeipſum, quàmuis enim non habeat actiones ad alterum, nihilominus tamen cõtingit ipſum habere actiones perfectas in ſpeculando ſecundũ ſeipſum, talem enim vacationem quæ eſt in operationibus ſpeculatiuis, Deus qui eſt maxime perfectus habet optime, & totũ etiam vniuerſum operationes habet, & tamen Deus non habet operationem extrinſecam, quę ſit alia ab operatione ſua, nec etiam mundus habet operationes in aliquid extrinſecum præter illas quæ ſunt partium adinuicem. Non igitur eſt verum, ꝙ homo ſiue ciuitas ducens vitam ſpeculatiuam ſit ſine actione. Deinde cum dicit.

bb ¶ Inducit concluſionem principaliter intentam prius, dicens, ꝙ ex his quæ dicta ſunt eſt manifeſtum, ꝙ optimam vitam vniuſcuiuſq; hominis ſecundum ſeipſum & totius ciuitatis, neceſſe eſt eſſe vnam & eandem ſecundum rationem, puta ſpeculationem, differunt tamen differentia partis ad totum.

ponẽdum, & cõmuniter omnis ciuitatis vtique erit & ſecundũ vnumquẽque optima vita quæ actiua, ſed actiuã non neceſſariã eſſe ad alteros, ſicut putant quidam, neque meditationes ſolas has eſſe actiuas, eas quæ eueniẽtium gratia fiunt ex agere, ſed

G multo magis eas quę per ſe perfectæ, & eas quæ ipſarum gratia theorias & meditationis: bona enim actio finis, quare actio aliqua, Maxime autem agere dicimus & dominos extrinſecarum actionum architectorias intelligentibus.

*blice totius ciuitatis & priuatim ſingulorum uita illa erit optima quæ ſit actiua, Verumtamen actiuam non eſt neceſſarium eſſe ad alios, quemadmodum quidam putant. Neque eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ gratia eorum fiunt, quæ ex agendo proueniunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis finem habent, & ſuiipſius gratia fiunt contemplationes & meditationes. Bene agere enim finis eſt, quare & actio quædam. Maxime autem proprie dicimus agere etiam externis actionibus, eos qui intelligentia & cogitatione operibus præſunt, ut architecti.*

aa At vero neq; ſine actione eẽ neceſſarium ciuitates ſecundũ ſe locatas, & ita viuere eligẽtes:

H contingit.n. ſecũdum partes & hoc accidere. Multę.n. communicationes ad inuicem partibus ciuitatis ſunt. Similiter autẽ & hoc exiſtit circa vnumquemq; hominum, vacationem.n. vtiq; Deus habebit bene, & totus mũdus quibus non ſunt extrinſecæ actiones præter proprias quæ ipſorum.

*Quinimmo neque ſine actione eſſe neceſſarium eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine, & ita uiuere eligentes. Fieri enim poteſt ut partibus inter ſe agere contingat, multæ enim communicationes adinuicem ſunt partibus ciuitatis, ſimiliter autem hoc exiſtit unicuique homini. Vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum.*

bb Quòd quidem igitur eandẽ vitam neceſſariam eſſe optimã

I vnicuique hominum, & cõmuniter ciuitatibus, & hominibus manifeſtum eſt.

*Quòd igitur neceſſarium ſit eandem eſſe uitam optimam priuatim unicuique hominum & publice ciuitatibus & hominibus, manifeſtum eſt.*

K





## LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponenda ſunt ad futuram optimam Rempu. ex parte finis ipſius, inquirit nunc de his quę ſupponenda ſũt ex parte materiæ ipſius, & circa hoc primo præmittit intentionem ſuã & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Putant plerique &c.} Proſequitr. Circa primum tria facit. Primo dat intentionem ſuam. Secundo cũ dicit. {Neque enim fieri &c.} Probat ꝙ oportet aliqua ſupponi conſiderãtem de Repu. optima ex parte materię. Tertio cũ dicit. {Eſt autem ciuilis &c.} Tangit quæ ſunt illa. In prima parte dicit, quoniam ea quæ dicta ſunt prius de fine optimæ Reipu. introducta ſunt ſicut quoddam proœmiũ ad euidentiam dicendorum, & de Rebuſpub. minus bene ordinatis, puta de ſtatu paucorum & multitudinis, determinatum eſt in præcedenti Libro ex quibus & quomodo ſunt inſtituendæ, relinquitur nobis conſiderãdum nunc quales ſuppoſitiones ex parte materiæ Reipub. oportet ſupponerẽ ad optimã ordinationem futuram ſecundum votũ ipſius Reipub. puta ex parte ciuium & regionis, & quæ ſunt ſicut materia ipſius. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat, ꝙ oportet aliqua ſupponi ꝑ duas rationes, quarũ ſecũdam ponit cum dicit. {Vt enim &c.} In prima parte intẽdit rationem hãc, ad optimam Rempub. futuram oportet ſupponere omnia illa, ſine quibus nõ poteſt inſtitui vel eſſe, ſicut ex ſe eſt manifeſtũ. Sed non eſt poſſibile eſſe optimam Rempub. ſine abundantia multorum moderata, tamen oportet multa ſupponi ſi debeat inſtitui optima Reſpub. quaſi optantibus illa, quamuis non obtinentibus, non tamen impoſſibilia haberi. Dico autem multa oportere ſupponi quantũ ad multitudinem ciuiũ & regionis. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt, ſicut eſt de aliis conditoribus, hoc eſt artificibus, ita eſt de ciuili. De aliis autem artificibus, puta textore & nauiculario & quocumque alio tali, ſicut videmus ꝙ ſi debeant recte operari ſecundum artem, oportet pręexiſtere materiam conuenientem exiſtentem & organa conuenientia, ſicut textoris fila, nauiculari ligna & ſerram bene diſpoſitam. Videmus etiam ꝙ quanto huiuſmodi organa & materia melius diſpoſita ſumit, tanto operatio quæ ſecundum artem eſt melior & conuenientior. Eſt ergo ſimiliter ciuili viro & legiſlatori ad ordinationem ciuium & ciuitatis conuenientem, oportet pręexiſtere materiam & organa idonea. Deinde cum dicit.

A d ¶ Tangit quæ ſunt illa, quæ ſunt ſupponenda, dicens ꝙ ad ſucceſſum ciuilem pertinet primo & præexigitur multitudo hominum, ſicut materia ſcilicet, qui & quot, & quales ſecundũ diſpoſitionem naturalem debeant eſſe, vel oporteat eos exiſtere. Et ſecundo ad ipſum pertinet regio ſcilicet, quantam oporteat eſſe ſecundum quantitatem, & qualem ſecundum diſpoſitionem ad bonam ordinationem futuram. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur & diuiditur in partes duas, quia primo inquirit de his quæ ſupponenda ſunt ex parte materiæ remotæ Reipub. ſ. ciuium & regionis. Secundo cũ dicit. {Cum vero.} Inquirit de illis quæ ſupponenda ſunt ex parte materię propinquę quę ſunt cõſiliatiuum, bellicum, agricolæ, loca munita & ædificia. Circa primum adhuc primo inquirit de magnitudine & multitudine ciuium & regionis. Secundo cum dicit. {Nunc quales autem &c.} De diſpoſitione naturali ipſorũ. Circa primũ adhuc primo inquirit de magnitudine ciuitatis quantum ad multitudinem ciuium. Secũdo cum dicit. {De regione autẽ &c.} De ea quæ regionis. Circa primum inquirendo primo ponit opinionem quorumdã de magnitudine ciuitatis, & reprobat eã. Secundo cum dicit. {Cum & bonũ &c.} Determinat de ea ſecundum intentionẽ ſuam. Circa primum ponit opinionẽ aliorum. Secundo cum dicit. {Sed oportet &c.} Arguit in contrarium. Circa primam partem dicit, ꝙ multi antiquorũ opinati ſunt ciuitatẽ illam fœlicem eſſe quę magna eſt, quàmuis hoc veritatẽ habeat, ſcilicet ciuitatem fœlicem magnam eſſe, ipſi tamen non bene determinant cuiuſmodi ciuitas magna, & cuiuſmodi parua ſit, nec bene accipiunt magnitudinem ipſius. Opinantur enim magnitudinem ciuitatis debere attendi ſimpliciter ſecundum multitudinem ciuium ſine aliqua determinatione, ſicut ſi magnum exercitum diceremus ſimpliciter qui eſt ex pluribus bellatoribus. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit rationes in contrarium per quas probatur ꝙ magnitudo ciuitatis non cõſiſtit in multitudine ciuium abſolute, ſed cum determinatione aliqua, & ſunt tres. Quarum ſecundã ponit cum dicit. {Quinimmo &c.} Tertiam. {Quando etiam & re &c.} Circa primum eſt intelligendum ꝙ omnis res eſt propter ſuam operationem per ſe. Hæc enim eſt vltima eius perfectio. Omnes autem diſpoſitiones rei, puta quantitas, qualitas ſunt propter ipſam rem, & ideo tam res quàm diſpoſitiones eius ſunt propter operationem, & quia ratio eorum quæ ſunt propter aliquid

### LECTIO III.

Voniam aũt prohemialiter dicta ſunt, q̃ nunc dicta ſunt de ipſis, & circa alias politias nobis conſideratum eſt prius: principiũ reliquorum dicere, primo quales quaſdam ſuppoſitiões oportet

B eſſe de futura conſiſtere ad votum ciuitate.

b Non .n. poſſibile eſt politiam fore optimã ſine moderata abũdantia, pp quod oportet multa præſupponi, quẽadmodũ optantes eſſe, tamen nihil horũ impoſſibile: dico aũt, puta de multitudine ciuium, & regionis.

C c Sicut.n. & aliis conditoribus, puta textori, & nauifico, oportet materiã exiſtere idoneã exiſtentem ad operationẽ: quanto .n. hæc extiterit præparata melius, neceſſe & qđ ſit ab arte eſſe melius, ita & politico & legiſlatori oportet conuenientem materiã exiſtere idonee ſe habẽtẽ.

d Eſt aũt politici ſucceſſus, primum multitudo hominũ, quos, quot, & quales quoſdã exiſtere

D oportet natura, & ſecundũ regionem ſimiliter quantam eſſe, & qualem quandam hanc.

e Putant quidẽ igitur plurimi congruere magnã eſſe fœlicem ciuitatem, ſi autem hoc verum, ignorant qualis magna & qualis parua ciuitas, ſecundum numerum enim multitudinem inhabitantium iudicant magnã.

f Oportet aũt magis nõ ad mul-

E titudinem, ſed ad potentiã aſpicere; eſt.n. quoddam & ciuitatis opus, quare potentem maxime

### *LECTIO III.*

*Vm uero iſta nunc præmiſſa ſint ac de aliis Rebuſpu. fuerit prius a nobis conſideratum. De reliquis dicendi initium faciamus, quales aliquas ſuppoſitiones eſſe oportet pro ea ciuitate, quæ maxime ſecundum uotum ſit conſtitutionem ſuſceptura.*

*Neque enim fieri poteſt ut optima ſit Reſpub. niſi opportune aſſint facultates, ex quo neceſſe eſt multa præſupponere, quaſi optantes eſſe, tamen nullum eorum impoſſibile. Dico autẽ ceu de multitudine ciuium ac de regione.*

*Vt enim cæteris artificibus, puta textori, & nauiculario, materiam ſubeſſe oportet aptam ad opificium. Nã quanto melior hoc exiſtit, tanto id qđ fit ex arte erit præclarius, ſic & gubernatori Reipub. & legum poſitori, oportet propriam ſubeſſe materiam apte ſe habentem.*

*Eſt autem ciuilis facultatis primo uidere de multitudine hominũ, quàm multos & quales natura eſſe oportet. De regione quoque eodem modo, & quanta, & qualis eſſe debet.*

*Putant plerique magnam eſſe debere beatam ciuitatem, id & ſi uerum eſt, ignorare tamen uidetur qualis magna, & qualis parua dicenda ſit ciuitas. Exiſtimant enim magnam ex numero habitantium.*

*Sed oportet non tantum ad numerum, ſed magis ad potentiam reſpicere. Eſt enim ciuitatis opus quoddam, quare quæ maxime id efficere poteſt,*

aliquid ſumitur ex eo propter quod ſunt, neceſſe eſt rationē rei & omnium diſpoſitionum eius ſumi ex ratione operationis. Secundum rationem autem operationis eſt ratio potentię, quę eſt principium immediatum ipſius. Hoc igitur ſuppoſito, dicit ꝙ in determinando magnitudinem ciuitatis, non oportet reſpicere ad multitudinem ciuium ſecundum ꝙ huiuſmodi, ſed magis ad potentiam ipſius, per quam poteſt in operationem ſuā. Ciuitatis enim ē aliqua propria operatio, puta illa quæ eſt ſecundū virtutē principalem. Si igitur ratio magnitudinis ſumatur ex ipſa operatione quæ eſt ſicut finis, illam ciuitatem oportet dicere magnā ſimpliciter, quæ poteſt in operationē ſibi debitam perfecte, ſicut Hippocratē non dicimus eſſe maiorem hominem aliquo excedēte ipſum ſecundum magnitudinem corporis, ſed dicimus eum maiorē medicum illo, qm̄ excedit ipſum in arte medicinæ, quàmuis excedatur ab illo magnitudine corporis. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundā rationem, & quia in eo quod cōponitur ex pluribus partibus neceſſe eſt magnitudinē includere multitudinem quandam partium, Dicit, ꝙ nō ſolū oportet magnitudinem ciuitatis attendi ſecundum rationem operationis, ſed ſi oportet cōſiderare ad multitudinē ciuium ex quibus cōponitur, non tamen ad quorūcumq; multitudinem vel quamcumque contingentem, quoniam in ciuitatibus eſt quędam multitudo ſeruorū, & quædam aduenarū & extraneorum confluentium ad ipſam, tales autem non ſunt per ſe pars ciuitatis, ſicut cōſequēter oſtēdetur, & ideo magnitudo ciuitatis non ē accipienda ſecundum multitudinem iſtorum. Sed qm̄ magnitudo rei attenditur ſm multitudinem partium, ex quibus componitur ſecundum aliquem modū, magnitudo ciuitatis debet attendi ſecundum multitudinem partium per ſe, cuiuſmodi ſunt liberi, & bellici, & conſiliantes. Exceſſus .n. multitudinis iſtorū ſignum eſt magnitudinis ciuitatis. Illam aūt impoſſibile eſt magnam eſſe ſimpliciter, ex qua poſſunt egredi multi numero mercenarii aut ſerui, viri aūt bellici pauci, aut cōſiliantes pauci, iſti enim ſunt per ſe pars, illi aūt non. Non enim dicimus idem eſſe ciuitatem magnam & multorum hominum, quia magnitudo ciuitatis attenditur ſecundum multitudinem partium per ſe ipſius, & non omnes homines inhabitantes eam ſunt per ſe partes eius. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem. d. ꝙ non ſolum ex dictis manifeſtum eſt, ꝙ manignitudo ciuitatis non attendatur ſecundū mul-

F titudinem hominum quantamcumque, ſed etiam ex operibus accidentibus poteſt hoc videri, videmus enim, ꝙ difficile eſt vel etiam impoſſibile ciuitatem quæ eſt multorum hominum, valde bene legibus & conſuetudinibus bene regi, difficile quidem ſi ſint multi prudentes, impoſſibile aūt ſi pauci. In Repub. autē oēs vel plures idiotæ ſunt, nulla etiam illarum ciuitatū quæ bene gubernatur remittitur ad recipiēdum quantamcumq; multitudinem, & iterum per rationem poteſt hoc idem apparere. Lex .n. ſecūdum quā regitur ciuitas, ordo quidā eſt, & bona legiſlatio bona quædā ordinatio, & ideo ꝙ non eſt facile, aut nō poſſibile ordinari, non eſt facile, aut nō poſſibile bene legib⁹ regi. Nunc aūt excellens multitudo hominū non poteſt participare ordinē. Excedentem.n. multitudinē ordinare eſt op⁹ diuinæ virtutis, quæ totū hoc vniuerſum continet & ordinat, ergo difficile, aut nō poſſibile eſt multitudinem excedentē hominum bene legibus regi. Sed hæc eſt operatio ciuitatis regi legib⁹ rectis, ergo ciuitas nō debet eſſe quātæcūq; multitudinis excedentis hominū. Deinde cum dicit.

i ¶ Inquirit de magnitudine ciuitatis, & primo declarat ꝙ magnitudo ciuitatis conſiſtit in quadam multitudine determinata. In ſecunda cū dicit. {Propter quod &c.} Concludit quæ ſunt illa. Prima in duas, quia primo concludit hoc ex præcedentibus. Secūdo cū dicit. {Sed eſt magnitudinis ciuitatis quædā &c.} Probat hoc per ſimile in naturalibus. In prima parte dicit, ꝙ in omnib⁹ habētibus per ſe magnitudinem & multitudinem bonitas cōſiſtit aliqualiter in multitudine partiū ad ſeinuicem ordinatarum & ad finē, & in magnitudine aggregata ex multitudine, quam conſequitur virtus, per quam poteſt in finem, & hoc ſecundū aliquam rationē. Ciuitas aūt habet ꝑ ſe multitudinem quandā & magnitudinē: ergo ciuitatem illā dicemus optimam quæ habet magnitudinē & multitudinem ſecundum dictū terminum, qui anteceditur ſecundū tria quæ apparent ex tribus rationibus præcedentibus .ſ. ſecundum ordinē ad finem & operationē quod accipiebatur in prima & ſecundū partes principales quod accipiebatur in ſecunda, & ſecundū ꝙ bene regibilis legibus rectis, quod in tertia, ita ꝙ ſecundū illam ciuitatem dicimus magnā ſimpliciter, quæ habet multitudinē tantam partium per ſe, ꝙ bene poteſt legibus regi & attingere ad operationem per ſe ipſis. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat idem per ſimile in naturalibus, & primo proponit ſimilitudinem. Secundo cū dicit. {Similiter aūt & ciuitas &c.} Applicat

hoc efficere, hanc eſſe maximū, velut Hippocratē non hominē, ſed medicū, dicet vtique aliqs eſſe maiorē differentiæ ſecundū magnitudinem corporis.

g Non ſolum, ſed & ſi oportet iudicare reſpicientes ad multitudinem, non ſecundum cōtingentem multitudinē, hoc putādum. Neceſſarium.n. fore in ciuitatib⁹ exiſtere & multorū ſeruorū numerū, & aduenarū & extraneorū. Sed quicūq; ſunt pars ciuitatis, & ex quibus cōſtat ciuitas propriis partibus: horū.n. exceſſus multitudinis magnæ ciuitatis ſignum, ex qua autē banauſi quidē multi numero egrediuntur, armorum autem viri pauci, hanc impoſsibile eſſe magnā: non.n. idem magna ciuitas & multorum hominum.

H

h Non ſolū, ſed & hoc ex operibus manifeſtum, quia difficile. Forte aūt impoſsibile bene legibus eam quæ valde multorū hominū, earum.n. quæ vidētur politizare bene, nullam videmus exiſtentem remiſſā ad multitudinē, hoc autem palā eſt ꝑ ſuaſionem rationum. Lex.n. ordo quidā eſt, & bonam legiſlationem neceſſariā bonam ordinationē eſſe, valde autē excedens numerus nō pōt participare ordine. Diuinæ.n. vtique potentiæ opus hoc, quę & hoc oē cōtinet.

I

i Qm̄ quod bonum in multitudine & magnitudine conſueuit fieri, ꝑꝑ qđ & ciuitatē, cuius cū magnitudine dictus termin⁹ exiſtit, hāc eē optimā, neceſſariū.

K

k Sed eſt magnitudinis ciuitatis quædā menſura, ſicut & aliorum omnium aīalium, plantarū

*hanc exiſtimandam eſt eſſe maximā ciuitatem, ceu Hippocratem non hominem, ſed medicum quis diceret eſſe maiorem quàm alium qui magnitudine corporis eum excedat.*

*Quinimmo ſi ex multitudine iudicandum ſit, non ex quauis multitudine ideſt exiſtimandum, neceſſe eſt.n. forſan in ciuitatibus eſſe ſeruorum, & inquilinorum, & hoſpitum grandem numerum. Sed ex his qui ſunt pars ciuitatis, & ex quibus ciuitas conſtat. Horum enim præcellens multitudo ſignum eſt magnæ ciuitatis. Ex qua uero ciuitate operarii quidem permulti exeunt, bellatores autem pauci, hanc impoſſibile eſt eſſe magnam. Non enim idem eſt magna ciuitas & populoſa.*

*Quin etiam re & effectu patet, quia difficile eſt, & forſan impoſſibile, ut quæ nimiū populoſa ſit ciuitas optime gubernetur. Earum certe quæ bene gubernari dicuntur, nullam uidemus in populoſam multitudinem eſſe diffuſam. Patet etiam ex rationum fide. Nam lex ordinatio quædam eſt, & bonam legis poſitionem neceſſarium eſt eſſe bonam ordinationē. At multitudo nimium magna non poteſt recipere ordinationem. Diuinæ enim potentiæ id opus eſſet, quæ & hoc totum continet.*

*Cum & bonum quidem in multitudine ac magnitudine conſueuit fieri. Quapropter & ciuitatem illam cuius cum magnitudine dictus terminus exiſtit, optimam eſſe, neceſſe eſt.*

*Sed eſt quædam menſura magnitudinis ciuitati, quemadmodum & aliorum ommium animalium, plantarum,*



Applicat eam ad propoſitum. In prima parte dicit, ꝙ magnitudinis ciuitatis eſt aliqua determinata menſura, & ad maius & etiam ad minus, quam non contingit tranſgredi ſecundum rationem, ſicut magnitudinis rerum naturalium. Naturalium.n. puta animalium & plantarum eſt terminus quidam determinatus ad plus, & etiam ad minus, quem non eſt tranſgredi ſecundum naturam. Omnia .n. naturalia habent formas determinatas per ſe, ad quas conſequuntur quantitates & paſſiones determinatæ. Et hoc ē quod Ariſto. dicit ſecundo de anima, omnium natura conſtātium poſitus eſt terminus, & ratio magnitudinis, & augmēti. Et hoc quidem cōtingit videre ad ſenſum, quoniam vnum quodque iſtorum ſi deficiat a magnitudine ſibi determinata ad minus, vel ſi excedat magnitudinē determinatam ad maius, non habet propriam virtutem, per quam determinatur. Sed aliquando quidē deficit a natura ſpeciei propriæ, puta cū multum deficit aut excedit. Aliquando autem & ſi attingat ad naturam ſpeciei prauæ, tamen attingit quātum ad diſpoſitiones, puta cū parua deficit aut excedit ſicut nauis ſi fuerit vnius palmi, ſpeciem nauis nō habebit omnino. Similiter nec ſi ſit duorum ſtadiorū, ſi autem habeat aliquam magnitudinē parum deficientem aut parum excedentem magnitudinem ſibi naturalem, male ſe habebit ad operationem eius quæ eſt nauigatio, aut propter paruitatem, aut propter exceſſum. Deinde cum dicit.

l ¶ Applicat ſimile ad propoſitum. d. ꝙ ſimiliter ciuitas cum ſit a natura inclinante & ratione perficiente quæ imitatur eam, habet magnitudinem determinatam ad minus & etiam ad maius. Illa enim quæ componitur ex paucis ciuibus, non eſt per ſe ſufficiens, ſicut nec vicus. Ciuitas autem eſt communitas per ſe ſufficiens, ſicut dictum eſt prius, ergo illa quæ eſt ex paucis ciuibus valde rationem ciuitatis non habet. Illa autem quæ eſt ex multitudine ſuperabundanti, per ſe ſufficiens eſt ſibi in neceſſariis ad vitam, ſicut regio aliqua, ſed non ſicut ciuitas. Ciuitatē enim oportet habere ordinem quendam ciuilem. Multitudinē autem ſuperabundantem habere ordinem ciuilem aut difficile eſt valde, aut impoſſibile, & ideo illa quæ ex multitudine ſuperabundanti eſt, proprie rationem ciuitatis non habet. Sic ergo illa quæ deficit a multitudine determinata, & illa quæ excedit proprie ciuitates non ſunt. Nullus enim dux exercitus poteſt principari multitudini excedēti ad maius, ſed determinate, nec aliquis eſt preco qui non habet aliquam magnitudinem vocis, ſicut fuit quidam nomine Stentor. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit quis eſt terminus magnitudinis ciuitatis, & primo quis eſt terminus eius ad minus. Secundo cum dicit. {Contingit autem &c.} Quis eſt ad maius. In prima parte di-

A cit ꝙ propter hoc, quia ciuitatem opportet eſſe per ſe ſufficientem, & per ſe ſufficiens non eſt ex paucis exiſtens primam ciuitatem ſecundum viam generationis qua minor rationem ciuitatis non habet, neceſſarium eſt eſſe illam quæ ex tanta multitudine componitur, quæ eſt per ſe ſibi ſufficiens ad bene viuendū ſecundum communicationē ciuilem propter diuerſitatem officiorum & artificiorum, qua minor non eſſet per ſe ſufficiens. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat quis eſt terminus eius ad maius, & circa hoc primo proponit. Secundo cum dicit. {Sunt enim &c.} Probat. Tertio cum dicit. {Patet igiť &c.} Concludit intētum recapitulando. In prima parte dicit, ꝙ contingit ciuitatem quę excedit eam quę dicta eſt ſecūdū multitudinem eſſe maiorem ciuitatem, ſed non contingit exceſſum eſſe in infinitum ita vt quæ magis excedit, magis ſit ciuitas. Quis autem ſit terminus talis exceſſus, vltra quem non eſt ciuitas, facile eſt conſiderare ex operationibus. Deinde cum dicit.

o ¶ Manifeſtat hoc ex duobus. Secundo ibi. {Inſuper &c.} In prima parte eſt intelligendum, quòd ſicut dicitur in primo huius, omnia quæcūque ſecundum naturam & artē ſunt diffinita, ſunt virtute quadam & operatione, in quam cum poſſunt dicuntur, cum autem non poſſunt, non dicuntur, niſi ęquiuoce. Ciuitas vero eſt aliquid eorum quæ ſecundum aliquid eſt a natura, & ſecundum aliquid ab arte, & ideo operationem determinatam habet, in quam cum poteſt dicitur ciuitas, cum autem non poteſt, non dicitur. Operatio autem principalis ciuitatis attenditur ſecundum partem principaliorem in ea, quæ eſt ipſe principans. Operatio autem principalis principantis eſt dirigere ſubditos ſecundum rationem pręcipiendo, & diſtribuendo bona communia & iudicando recte, ad quæ præexigitur cognitio ciuium. Dicit igitur, quòd ciuitatis ſunt aliquæ operationes: quædam quas exercet per principantes, quædam autem quas per ſubditos. Operatio autem principantis eſt iudicare & præcipere recte & diſtribuere recte principatus, quia iſtę competunt ſibi per virtutem quæ eſt prudentia quæ eſt propria ei. Ad hoc autem quòd recte iudicet de iuſtis, & quòd recte diſtribuat principatus & bona communia ipſis ciuibus, neceſſarium eſt ipſum cognoſcere ciues quales quidem ſunt ſecundum virtutem, & quam differentiam habent inuicem ſecundum virtutem, vt ſecundum exigentiam dignitatis virtutis diſtribuat principatus, & iudicet, & differenter ſecundum differentiam dignitatis eorum, aut ſi vbi non ſit ſecundum hunc modum, oporteat diſtributionem bonorum communium & iudicia praue ſe habere. Circa enim iſta operari non ſecundum rationem rectam, ſed ſecundum proprium

organorū. Etenim horum vnūquodque neque valde paruū, neque ſecundum magnitudinē excedens habebit ſuam potentiā, ſed aliquando quidem totaliter erit priuatū natura, aliquando autem praue habēs: puta nauis palmi quidē nō erit nauis oīno, neq; duorum ſtadiorum: ad aliquam autem magnitudinem veniens, qn̄que quidem propter paruitatē prauā faciet nauigationē, qn̄que aūt ꝑꝑ exceſſum.

B

l Similiter autē & ciuitas, quæ quidem ex paucis valde nō per ſe ſufficiens, ciuitas autem per ſe ſufficiens. Quæ autem ex multis valde, in neceſſarijs quidem per ſe ſufficiens ſicut gens, ſed non ciuitas, politiam enim non facile exiſtere. Quis enim dux exercitus erit valde excedentis multitudinis, aut quis preco nō magnæ vocis.

C

m Propter quod primam quidem ciuitatem neceſſariam eſſe eam quæ ex tanta multitudine, quæ prima multitudo cā per ſe ſufficiēs eſt ad viuendū bene, ſecundū politiæ communionem.

n Contingit autem & eam quæ excedit ſecundum multitudinē eſſe maiorem ciuitatē. Sed hoc non eſt, ſicut diximus, infinitū. Quis autem ſit exceſſus terminus, ex operib⁹ videre facile eſt.

D

o Sunt.n. actiones ciuitatis, horum quidem principantium, horum autē ſubditorū, principantis aūt opus eſt iuſsio & iudiciū. Ad iudicādū aūt, de iuſtis & ad.

*inſtrumentorum. Nam horum ſingula neque parua nimium, neque magnitudine exceſſiua, ſuam potentiam retinebunt. Sed aut deſtituta erunt omnino a natura, uel male ſe habebunt, ceu nauis unius palmi, non erit penitus nauis, neque duorum ſtadiorum. Sed ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinem, quandoque propter paruitatem male faciet nauigationem, quandoque propter exceſſum.*

*Ita & ciuitas ſi ex nimium paucis ſit, non eſt per ſe ſufficiens, ſin ex nimium multis ſufficiens quidem in neceſſariis erit, ut gens, ſed non ut ciuitas, Rempub. enim non facile eſt in illis conſtitui. Nam quis dux eſſet tam exceſſiuæ multitudinis, aut quis præco non Stentorius.*

*Quo circa neceſſe eſt primam eſſe ciuitatem illam quæ ex ea multitudine conſtat, quæ multitudo prima per ſeipſam ſufficiens ſit ad bene uiuendum in ciuili ſocietate.*

*Recipitur uero ut ea quæ multitudinem hanc excedit ſit maior ciuitas, ſed hoc eſt, ut diximus, infinitum. Quæ uero ſit huius exceſſus determinatio, ex operibus intelligi faciliter poteſt.*

*Sunt enim actus ciuitatis imperantium atque parentium. Imperantis quidem opus eſt iubere ac iudicare. Ad iudicandum uero ſecundum iuſtitiam, & ad magiſtratus demandando,*

E

proprium impetum periculoſum eſt & iniuſtum: & tamen hoc neceſſe eſt accedere in ciuitate quæ eſt ſuperabũdantis multitudinis. Non enim omnes ciues a principãte bene poſſunt cognoſci: tantam igitur oportet eſſe multitudinem ciuium ad plus in ciuitate quæ recte debet operari, quãta põt a principante cognoſci. Deinde cũ dicit.

p ¶ Probat idẽ ex ſecundo ſic. In ciuitate ſuperabundantis multitudinis contingit eſſe multos extraneos & aduenas: & alios non diligentes Rẽpu. Extraneis autem & aduenis & nõ diligentibus Rẽpub. facile eſt Remp. trãſmutare propter multitudinem ipſorum. Nõ enim difficile eſt latere eorũ machinationẽ propter exceſſum multitudinis. Magis enim latẽt male operãtes in maiori multitudine quàm minori. Hoc autem eſt malum ciuitati & cõtra naturã eius: ergo malum & contra naturam ciuitatis eſt ipſum eſſe ſuperabundantis multitudinis. Deinde cum dicit.

q ¶ Inducit concluſionem intentam dicens. Manifeſtum eſt igitur ex his quæ dicta ſunt, ꝙ optimus terminꝰ ciuitatis eſt exceſſus multitudinis maximus, qui eſt ſufficiẽs ad per ſe ſufficientiam vitę: & eſt facile auxiliabilis & ordinabilis ſecundũ rationem rectam, ita ꝙ terminus ciuitatis ad minus accipitur a ratione per ſe ſufficiente: ad maius autem a ratione bonæ ordinationis. Sic igitur determinatũ ſit de magnitudine ciuitatis.

## LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis ciuilis: inquirit nunc de his quæ ſupponenda ſunt ex parte regionis adiacẽtis. Et circa hoc primo facit quod dictum eſt. Secũdo cum dicit. {De regione quidem igitur &c.} recapitulat determinata. Regio autẽ quęritur ſecundum ꝙ vtilis eſt ad bene viuendum ciuiliter. Ad hoc autem oportet ipſam eſſe quantam & qualem & bene poſitam. Et ſecundum hoc diuiditur pars iſta in partes duas. Quia primo declarat qualem & quantam oporteat eam eſſe. Secũdo determinat de ſitu ipſius cum dicit {Speciem autem &c.} Circa primum primo oſtendit qualem oporteat eam eſſe. Secundo cum dicit. {Multitudine autẽ & magnitudine &c.} quantam ſm̃ quantitatem. In prima parte intelligendũ eſt, ꝙ cum regio omnis quæratur per ciues vel vſum ipſorum: oportet ipſam eſſe proportionatam ciuibus: & diſpoſitionem ipſius quærere ſm̃ ꝙ competit vſui ipſorum. Et ideo dicit, ꝙ illa quæ ad regionem pertinent,

diſtribuendum principatus ſecundum dignitatem, neceſſariũ cognoſcere inuicem ciues quales quidem ſint, tamquam vbi hoc non accidit fieri, praue neceſſe fieri quæ circa principatus & iudicia. Circa vtraque enim nõ iuſtũ proprio impetu agere, qđ quidẽ in ea quæ valde multorũ hominũ exiſtit manifeſte.

p Adhuc autem extraneis & aduenis facile tranſumere politiã, nõ enim difficile latere propter exceſſum multitudinis.

q Palam igitur quòd iſte eſt ciuitatis terminus optimus, multitudinis maximus exceſſus ad autarchiciam vitæ facile conſpirabilis. De magnitudine quidẽ igitur ciuitatis, determinatum ſit hoc modo.

## LECTIO IIII.

Conſimiliter aũt & quæ de regione habent, de eo quidem enim ꝙ eſt qualem quãdam, palam quia per ſe ſufficiẽtiſsimam, omnis quicumque laudabit vtique, talem autem neceſſarium eſſe omnia ferentem, omnia enim exiſtere, & nullo indigere autarces.

b Multitudine autẽ & magnitudine tantam vt poſsint habitantes viuere vacantes libere ſimul & temperate. Hunc autem terminũ, ſi bene vel non bene dicimus, conſiderandum poſterius diligentius, quando totaliter de poſſeſsione & de ea quæ circa ſubſtantiã abundantia, accidet facere mentionẽ qualiter oportet habere & quõ ipſam ad vſum. multæ enim circa cõſiderationẽ hãc ſunt dubitationes. propter trahentes ad vtrumq; exceſſum vitæ, hos quidẽ ad tenacitatẽ, hos autẽ ad delitias.

*ſecundum dignitatem, neceſſarium eſt, vt ſe inuicem cognoſcant ciues quales ſint. Quare ubi hoc non fieri contingit, neceſſe eſt ut male res procedant circa magiſtratus demandandos: & circa iudicia. In utroque certe horum nequaquam eſt temere* G *procedendum, quod in nimia multitudine manifeſte contingit.*

*Inſuper hoſpitibus & inquilinis facile eſt ad Rempub. reperere, cũ non difficile ſit in tanta hominum multitudine latere.*

*Patet igitur quòd hæc eſt optima determinatio ciuitatis, ut ſit maximus multitudinis exceſſus, quæ ſit per ſe ſufficiens ad uiuendum, & facile inter ſe cognoſci poſsit. De magnitudine ergo ciuitatis, determinatum ſit in* H *hunc modum.*

## *LECTIO IIII.*

*De regione autem eadem fere dici poſſunt. Nam qualis eſſe debeat, clarum eſt, quòd ſufficientiam omnes laudabunt. Hanc autem neceſſe eſt feracem eſſe omnium. Nam omnia in ſeipſa habere, & nullius indigere ſufficientis eſt.*

I *Multitudine uero ac magnitudine tantam, ut queat habitatores ocioſos nutrire, liberaliter ſimul temperateq; uiuentes. Hoc autem, utrum bene uel non bene dicatur, poſtea diligentius erit conſiderandum, ubi de poſſeſsionibus & facultatibus mentionem fieri continget, qualiter & quemadmodum ſe habere erga uſum ipſum oportet. Permultæ enim circa conſiderationem iſtam dubitationes cadunt, propter trahentes in utramque partem uitæ exceſſum, alios ad tenuitatem, alios* K *ad largitatem.*

F proportionaliter ſe habent his quæ dicta ſunt de magnitudine ciuitatis quo ad ciues, qualem enim oporteat ipſam eſſe, manifeſtum eſt, per ſe ſufficientem vſui inhabitãtium. Quilibet enim regionem talem laudat quæ ſufficiẽs eſt ad omnia illa quæ ſunt neceſſaria ab bene viuere. Talem autem oportet fertilem eſſe & ferre omnia ex quibus ſuſtentatur natura hũana quo ad potum & cibũ, & quo ad prohibitionẽ intemperantiæ incontinẽtis. Hoc enim dicimus per ſe ſufficiẽs qđ omnia habet & nullo indiget. Regionem igitur talẽ oportet eſſe ſm̃ qualitatẽ ꝙ poſſit omnia ferre quæ ſunt neceſſaria ad per ſe ſufficientiam vitæ. Hoc autẽ poteſt facere ſi fuerit temperata ſecundum qualitates primas, calidũ, frigidũ, humidũ, ſiccũ, quod conuenit ei per conuenientem habitudinem ad figuram cęleſtem & loci diſpoſitionem. Deinde cũ dicit.

b ¶ Declarat quantam oportet eã eſſe: & quia nõ quæritur regio, vt dictum eſt, niſi ſm̃ ꝙ ordinatur ad vitam humanam: dicit ꝙ oportet eſſe tantam ſecundũ magnitudinẽ totius & ſecũdum multitudinem conſideratam ſecundum diuerſitatẽ terræ ſatiuæ & nõ ſatiuæ, conſitæ & paſcualis. Et huiuſmodi, ꝙ homines in ea poſſint viuere ſecundum ꝙ competit homini ſecũdum ꝙ homo, hoc autem eſt ſecundum virtutẽ, & ideo tãtam oportet eſſe ipſam ꝙ habitãtes in ea poſſint viuere, quæ eſt directiua eorum ex quibus ſuſtentat̃ natura quę eſt temperantia & liberalitas. Temperantia quidem ſecundũ ꝙ ex ipſa ſuſtẽtatur natura abſolute, liberalitas in cõparationem ad alterũ. Tantã igitur oportet eſſe eam, ꝙ habitãtes poſſint viuere tẽperate non declinantes ad delitias, & liberaliter non retracti per tenacitatem. Vtrum autem iſte terminus magnitudinis ciuitatis bene aſſignatus ſit vel non, poſterius conſiderabimus diligentius, quando conſiderabimus de poſſeſſione & abundantia ſubſtantiæ. Quantam enim oporteat eã eſſe, & quomodo ordinare ad vſum, ſunt multæ dubitationes & contrariæ propter inclinationes naturales ad vtrumque exceſſum. Horũ quidem ad delitias & intemperantiam. Horum autem ad parcitatem, ſolent enim frequenter homines in agibilibus. Forte autem & in ſpeculabilibus formare ſibi opiniones ſecũdum inclinationes, vt qui inclinantur ad delitias, opinantur in ipſis ſummum bonum eſſe, & diuitias debere quæri ſecundum ꝙ faciũt ad delitiandum, & ſimiliter in aliis vt frequenter. Hoc aũt eis accidit propter infirmitatem



mitatem intellectus eorum non potẽtis ſupergredi ſenſum, nec diſcutere veritatem propter naturæ inclinationem. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de ſitu regionis, & primo in ſe. Secundo cũ dicit. {Ciuitatis autem potentiam &c.} In comparatione ad mare & aridam. In prima parte dicit, ꝙ facile eſt conſiderare ſecundum rationem qualem oportet eſſe ſpeciem, ideſt diſpoſitionem vel ſitum regionis, & conueniẽs eſt perſuaderi ad hoc ab his qui obſeruant vel dicunt hi qui experti ſunt circa ducatum exercitus. Dux enim exercitus circa diſpoſitionem regionis negociatur & expertus eſt. Dicendũ eſt igitur ſecundum ꝙ ab ipſis ſuperſuaſi ſumus, quod oportet ipſam eſſe difficile adibilem ab impugnãtibus & facile exibilẽ ab inhabitantibus, ſi enim eſſet facilis aditus aduerſariis faciliter deſtrueret̃ ab eis, ſimiliter & ſi eſſet difficilis exitus ipſis, nõ de facili poſſent repellere aduerſantes, fit autem hoc per habitudinem locorum conuenientem in habitudinem ad montes vel fluuios vel loca prerupta, adhuc oportet multitudinẽ hominum in ciuitate eſſe bene conſpicacem, ita ꝙ quælibet pars ſi indigeat poſſit de facili auxiliari a qualibet vel iuuare. Eſt autem intelligendum, ꝙ ſicut animal eſt aliquod vnum cõpoſitum ex partibus diuerſis vnitis in toto, ita ꝙ operatio cuiuſlibet ad bonũ cuiuſlibet ordinatur, ſicut operatio oculi ad bonum pedis, & illa quę pedis ad bonum oculi, & ſic de aliis, ita & ciuitas eſt communitas ex pluribus compoſita, quorum operationes ad bonũ ſint ſingulorum, ordinabiles ſunt, ſaltem ſecundum ꝙ ſunt partes ciuitatis, ita & ſimiliter regionẽ oportet eſſe aliquod vnum compoſitum ex pluribus partibus ſic diſpoſitis, ꝙ quælibet ordinabilis ſit ad bonum cuiuſlibet, & ideo oportet ipſam eſſe ſic diſpoſitam ſecundum ſitum, ꝙ quęlibet pars poſſit auxiliari a qualibet quantum ad defenſionem ab aduerſariis, vel quantum ad neceſſaria vitæ, vel aliquid aliud huiuſmodi. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de ſitu ciuitatis in comparatione ad mare & aridam, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {De nautica autem.} Inquirit de potentia & turba nauali, vtrum expediat ciuitati vel non. Circa primum primo declarat quomodo oportet ciuitatem eſſe ſitam ad aridam & mare. Secundo cum dicit. {De communicatione autem.} Mouet dubitationem. In prima parte dicit, ꝙ ſi oportet poſitionem ciuitatis ad votum habere, oportet ꝙ bene ſituetur in ordine ad aridam & ad marę, ita vt aliqualiter vtrique communicet ſi poſſibile eſt. Et huius vna ratio eſt quę dicta eſt prius, quoniam oportet ciuitatem bene &

c Speciem aũt regionis non difficile dicere, oportet aũt quædã ſuaderi & ab iis qui circa ducatũ exercitus ſunt experti, quia oportet quidem aduerſariis eẽ difficile adibilẽ, ipſis autem facile exibilem, adhuc autẽ ſicut multitudinem hominũ diximꝰ oportere facile conſpicabilem eſſe, ita & regionẽ, quod autem facile conſpicabile, eſt regionẽ eſſe facile auxiliabilem.

d Ciuitatis autẽ potentiam, ſi oportet facere ad votũ, ad mare conuenit poni bene & ad regionem, vnus quidẽ qui dictus terminus, oportet .n. adeſſe auxilia locorum omniũ. Reliquus aũt ad delationes fructuum qui naſcuntur, adhuc autẽ eius qui circa ligna materiæ, & vtique ſi quam aliã operationem talem regio exiſtat præſidens facile deportabilem.

e De communicatione aũt ad mare, vtrũ proficua ſit bene legibus rectis ciuitatibus aut nociua, multa exiſtunt dubitantes.

f Aduenire .n. aliquos in aliis nutritos legibus incõferẽs aiũt eſſe ad bonã legiſlationẽ, & hominum multitudinem fieri quidem .n. ex vſu maris, emittentes & ſuſcipientes negociatorũ multitudinem, contrariam aũt eſſe ad Politizare bene.

g Quòd quidẽ igitur, ſi hoc nõ accidit, melius & ad ſecuritatẽ & ad abundantiã neceſſariorũ ciuitatẽ & regionẽ participare, mari, non immanifeſtum.

*Formam uero regionis non eſt difficile perſcribere, credendumque eſt in quibuſdam rei militaris peritis, aſſerentibus talem eſſe oportere, ut ab hoſtibus quidem non facile inuadi poſſit, ciuibus autẽ facilis ſit in aliena egreſſio. Præterea ut hominum multitudinem facile inter ſe cognoſci poſſe* B *diximus oportere, ſic etiam regio ſit ſubiecta conſpectui, ideſt ut cognoſci & ſuccurri faciliter poſſit.*

*Vrbis autem ſitus, ſi formanda nobis illa eſt ſecundum uotum, opportune & ad terram & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmiſſa eſt, oportere ad auxilia ferenda cõmunem eſſe locorum omnium, undequaque aptitudinem. Altera ad importationem fructuum. Præterea ad* C *lignorum materiem, & ſiquid aliud ſimile opificium regio in ſe habeat facilem aduectionem.*

*Communio autem maris, utrum utilis ſit ciuitatibus uel damnoſa, permultæ ſunt diſceptationes.*

*Nam & frequẽtare aduenas quoſdam alienis educatos legibus inutile putant,* D *ad rectam ciuitatis diſciplinã, & turbam popularem multiplicari ex uſu maris tranſmittentibus & recipiẽtibus negociatorum multitudinem, contrarium eſſe dicunt rectæ ciuium inſtitutioni.*

*Quòd igitur ſi iſta non contingant, melius ſit & ad ſecuritatem & ad copiam rerum neceſſariarum communionem maris habere urbem & regionẽ, non eſt obſcurum.*

A facile auxiliabilem eſſe contra impugnantes, hoc autem magis inerit ſi ſit communis duorum, ſcilicet maris & aridæ habens auxilium ab vtroque. Alia autem eſt, quia oportet ciuitatem ſuſtẽtari ex fructibus regionis propriæ vel alterius, quod non poteſt fieri niſi deferantur ad ipſam, facilius autem deferuntur, ſi fuerit communis maris & aridæ. Iterum materia lignorum & ſi aliquid aliud tale ſit, qđ inueniatur in regione neceſſarium ciuitati, expedit ꝙ poſſit de facili deferri ad ipſam, hoc autem fit ſi fuerit communis maris & aridæ, & ideo expedit eam eſſe cõmunẽ vtriuſque iſtorũ. Deinde cũ dicit.

e ¶ Mouet dubitationem de propinquitate ad mare, & proponit primo circa hoc dubitationẽ antiquorum. Secundo cum dicit. {Aduenire enim aliquos &c.} Proſequitur ipſam. In prima parte dicit ꝙ de propinquitate & communicatione ciuitatis ad mare, vtrum expediat ciuitatibus bene gubernantibus & rectis bene legibus, multi dubitant, multas adducẽtes rationes ad vtrãque partem. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur eã, & primo tangit nocumenta quæ accidunt ex ipſa. Secundo cũ dicit. {Quòd quidem igitur &c.} vtilitates maiores cõſequentes. Tertio cũ dicit. {Sibi .n. &c.} Docet vitare nocumenta ex propinquitate poſſibilia contingere. In prima parte tangit duo propter q̃ videretur ꝙ non expediret ciuitatem eẽ propinquã mari, neceſſe enim conuenire multos inſtitutos vel inſtructos in aliis legibꝰ & exercitatos in aliis conſuetudinibus, ſicut videmꝰ nũc de omnibus ciuitatibus & villis propinquis mari, nutriti autem in aliis legibus & E exercitati in aliis conſuetudinibus, diſtrahunt ciues ab obſeruantia propriarũ legum, & ab his ad quæ ſunt aſſueti propter communicationem & conuictum, ex conuictu enim formantur mores, hoc autem inconueniens eſt ciuitati & corruptiuũ Reipub. ergo non expedit eam eſſe propinquam mari. Secundum eſt, quoniam in ciuitate propinqua mari neceſſarium eſt aggregari multitudinem nociuam Reipub. propter opportunitatem enim maris emittentes in quibus ſuperabundant, & ſuſcipientes in quibus deficiunt, neceſſe eſt ſubintrare multitudinem negociatorum ſeu mercatorum, talis autem multitudo cõtrariatur ad bene gubernare, quia lex ipſorum facit diuitias magis eẽ præcioſas virtute, quare contrariatur recte Reipu. & ideo non videtur expedire ciuitatem eſſe propinquam mari. Deinde cum dicit.

g ¶ Arguit in oppoſitum, tangens vtilitates prouenientes ex propinquitate, & primo proponit eas. Secundo cum dicit. {Etenim ad facilius.} Manifeſtat eas. In prima parte dicit, ꝙ nõ immanifeſtum

immanifeſtum eſt, ꝙ multo melius ẽ regionem eſſe propinquã mari, vſque ad aliquid & pp maiorem abundantiam neceſſariorum ad vitam, & ad ſecuritatem maiorem ipſius, ſi poſſent prędicta inconuenientia vel nocumenta vitari. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat & primo primum dicens ciuitatem ſi non debeat ſeruire, oportet ſic eſſe diſpoſitam ꝙ faciliter & ſine damno poſſit ſuſtinere ĩpetus debellantium, ad faciliter autem ferre ipſos, & cum minori damno facit, quòd poſſint ſe iuuare contra eos per mare & p terram, etenim ſi nõ poſſunt ledere eos q ſic debellant, tamen ſecundum alterã magis poterunt, ſi communicẽtur ambobꝰ; ab arida enim iuuabunt ſe in mari & a mari in arida contra eos. Expediẽs eſt igitur eam communicare mari. Deinde cũ dicit.

i ¶ Docet vitare nocumenta quæ videntur ſequi ex dicta cõmunicatione. Duo autem illa quæ tangebantur ad vnum videbantur reduci: ꝙ enim aliqui nutriti ĩ aliis legibꝰ, aut multitudo negociatorũ aduenientiũ per mare noceant ciuitati, hoc eſt inquantũ diſtrahunt ciues ab ordine ciuili, & ideo ſimul docet vtramque vitare. Et circa hoc duo facit, quoniã primo inquirit vſq; ad quantum quærenda eſt in ciuitate negociatio. Secundo cum dicit. {Quoniam autem & nunc.} Docet vitare prædicta nocumenta. Circa primũ eſt intelligendum, ꝙ negociatio in ciuitate quæritur propter commutationem neceſſariorum ad bene viuendum, huiuſmodi autem commutatio quæritur propter per ſe ſufficientiam vitæ, & ideo negociatio in ciuitate vſque ad hoc quærenda eſt per ſe, quod facit ad per ſe ſufficientiam ipſius & non amplius, ſicut ea quæ ſunt ad finem quæruntur ſecundũ ꝙ competunt fini, & propter hoc non eſt quærenda pp alios principaliter. Dicit igitur, ꝙ ciuitatem quæ non ſibi ſufficit in omnibus ad bene viuendum, expedit eſſe negociatiuam ſibi, hoc eſt ſecundum ꝙ facit ad per ſe ſufficientiam ipſius, ſed non aliis, ideſt non ad per ſe ſufficientiam aliarum ciuitatum vel regionũ principaliter. Illi autem qui exhibẽt ſe negociatiuos ad omnes quaſi facientes forum omnium in propria ciuitate, faciunt hoc gratia acquiſitionis diuitiarum, nimis reputantes diuitias precioſas, quod eſt nociuum Reipub. rectæ. Ciuitatem igitur illam quam non oportet participare acquiſitionem ſuperfluarum diuitiarum, non oportet recipere ſuper excedentem multitudinẽ negociatorum, ſed tantam quantam facit ad per ſe ſufficientia vitæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Docet vitare nocumenta prædicta, dicens ꝙ ſic faciendũ eſt in ciuitate bene ordinanda circa communicationem ad mare, ſicut videmus fieri & exiſtere in regionibus & ciuitatibus bene ordinatis & propinquis ei, ſic autem videmus ꝙ in talibus

F & regionibus & ciuitatibus municipium ciuitatis diſtantiã quãdam habet a mari, ita vt ſuburbia & portus in quibus recipiuntur negociatores ſint diſpoſita apte inter ciuitatem & mare, ita vt ipſa ciuitas non occupetur a mari, nec ſit valde longe ab eo, ſed ſint muri & alię munitiones puta turres vel caſtra interiacẽtia ciuitati & ſuburbio, cõ ſimiliter faciẽdum eſt ĩ ciuitate fiẽda ad votum, ſi poſſibile ſit. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſi ita ſe habeat & mare fuerit ſic propinquum ciuitati vt dictum eſt, ꝙ ſi aliquod bonũ poſſit contingere ꝓpter communicationẽ ad mare inerit ciuitati ſic diſpoſitæ, ſi autẽ ad nocumentum poſſibile ſit euenire, id cauendum eſt per leges diuerſas determinantes, quos oportet recipere ad municipium, & quos non oportet & vſq; ad q̃d, & quibus oportet cõiungi per mercimonia & quibus non & quomodo. Sic igitur apparet ꝙ ciuitatem eſſe coniunctam mari omnino non expedit, tum ꝓpter dicta nocumenta q̃ Ariſt. tangit, tum quia magis egrotatiua eſſet, & ꝓpter alia multa, nec etiam expedit eã eſſe nimis remotam, multas enim ab eo recipit vtilitates ſicut ipſe tangit, & ſic medio modo expedit eam poni ad mare vt vtilitates quæ a mari ſunt inde recipiat de facili, & incõmoditates poſſit vitare. Deinde cũ dicit.

l ¶ Inquirit de potentia & turba nauali, quomodo ciuitas ſe habet ad eas, & circa hoc duo facit. Primo enim manifeſtat ꝙ potentia naualis vſque ad aliquem terminum expedit ciuitati. Secundo cũ dicit. {Multitudinem autem &c.} Oſtendit ꝙ turba naualis non debet eſſe pars ciuitatis, quamuis neceſſaria ſit. Circa primum primo oſtendit, ꝙ K potentia naualis expedit ciuitati. Secundo cum dicit. {De multitudine autem iam & magnitudine &c.} Declarat vſq; ad quẽ terminum. In prima parte dicit, ꝙ de potentia nauali quæ ordinatur ad bellum per mare, manifeſtum eſt, ꝙ optimum eſt ipſam ineſſe ciuitati bene ordinatæ vſque ad aliquem terminum multitudinis, quoniam expedit ciuitatem non ſolum ſibiipſis viuere, ſed etiam ad alios, puta vicinos, debellando eos ſi iuſtum ſit eis ſeruire, aut prohibẽdo inſultus eorum ſi velint debellare iniuſte. Quapropter oportet ꝙ ſint terribiles eis, & poſſint ſibi auxiliari multipliciter contra eos. Hoc autem erit, ſi habeant potentiam, ſicut per terram pedeſtrem, ita per mare naualem. Expedit igitur ciuitati potentiam habere nauticam. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat vſque ad quid dicens, ꝙ de multitudine & magnitudine potentiæ naualis vſque ad quem terminum expediat ciuitati conſiderandum eſt inſpiciendo ad vitam, ideſt ad finem per ſe intentum in ciuitate. Illud enim quod ordinatur ad finẽ intentum quærendum eſt, inquantum vtile eſt ad ipſum & non amplius.

h Et enim ad facilius ferre aduerſarios facile auxiliabiles, oportet eſſe ſecundum ambo ſaluandos & per terram, & per mare, & ad lædẽdũ inuadẽtes, ſi nõ ſm ambo poſſibile, tamẽ ſi ſecũdũ alterã exiſtet magis, participabit ambobus. Quæcũq; autẽ nõ extiterũt apud ipſos entia ſuſcipere hæc & ſuperflua naſcentiũ emittere ſunt neceſſariorũ.

i Sibi aũt negociatiuã, ſed non aliis oportet eſſe ciuitatẽ. Qui aũt exhibent ſe ipſos omnibus forum, acquiſitionis gratia hoc agunt, q̃ autẽ ciuitatẽ non oportet tali participare ſuperacquiſitione, neq; negociatoriũ oportet habere tale.

k Quoniam autẽ & nunc videmus multis exiſtens & regionibus & ciuitatibꝰ ſuburbia & portus bene iacentia ad ciuitatẽ, vt neque occupetur ipſum municipiũ, neq; ſit longe valde, ſed optime muris & aliis talibus firmaculis, manifeſtum, ꝙ ſiquidẽ bonũ aliquod accidit, fieri pp cõmunicationem ipſorũ, exiſtet ciuitati hoc bonũ, ſi autem aliquid nociuũ, caueri legibus facile dicẽtes & determinãtes quos non oportet, & quos oportet, miſceri ad inuicem.

l De nautica autẽ potentia, q̃d quidẽ opportunũ exiſtere vſq; ad aliquã multitudinẽ, non immanifeſtum, non.n. ſolũ ſibi ipſis & vicinorũ aliquibus oportet & terribiles eſſe & poſſe auxiliari, ſic vt p terram & mare.

m De multitudine autẽ iam & magnitudine potẽtiæ huius aſpi-

*Nam ad facilius ferendum hoſtes per opportuna facultas ſuccurrendi auxiliandique ſuis terra & mari eſſe debet, & ad nocendum inuadentibus ſi non utrinque poſſibile. At altera ex parte magis exiſtit amborum participantibus, & quæ apud eos non exiſtunt importari, & quæ ſuperabundant deportari, ex neceſſariis eſt.* G

*Si enim ipſi mercabilem, non aliis ciuitatem eſſe oportet, qui autem omnibus mercatum apud ſe præbent, hi faciunt quæſtus cupiditate. Quòd ſi non expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neque mercatum certe huiuſmodi debet recipere.*

H *Nam & nunc quidẽ uidemus multis regionibus & ciuitatibus ſtationes ac portus opportune iacere, ut neque intra urbem ſint, neque ualde diſtantes, muriſque circundari, & aliis huiuſcemodi munitionibus. Clarum eſt enim quòd ſiquid boni proueniet ex tali communione, ciuitas id bonum ſuſcipiet, ſin aliquid mali, caueri ab eo facile erit per leges iubentes ac determinantes, quos oportet, & quos non oporteat, inuicem admiſceri.*

I

*De nauali autem potentia quòd melius ſit eam habere uſque ad aliquam quantitatem, manifeſtum eſt, non ſolum enim ſibiipſis, ſed finitimis quibuſdam oportet & auxiliari poſſe, & eſſe terrori, quemadmodum terra, ſic etiam mari.*

*Magnitudo autem ac multitudo huius potentiæ ad mores ciuitatis erit ac-*

amplius.



amplius. Si igitur finis alicuius ciuitatis ſit vita ducalis & ciuilis, hoc eſt finis ad quem ordinatur ducatus exercitus, ſcilicet ſubiugare alios & ciuiliter regere illos, tunc potentia naualis debet eſſe commenſurata, ita vt tanta ſit, vt per ipſam & pedeſtrẽ potentiam poſſint debentes ſibi ſeruire debellare, & inſurgentes in eos repellere, non maior neque minor ſecundum ꝙ poſſibile eſt. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat, ꝙ turba nautica nõ debet eſſe pars ciuitatis, q̃d primo facit. Secundo cum dicit. {Multitudine autem exiſtente &c.} Declarat ꝙ eſt neceſſaria ei. In prima parte dicit, ꝙ multitudinem hominũ quę eſt circa turbam naualem non expedit ineſſe ciuitatibus ſicut partem, neque ipſos nauticos oportet eſſe partem ciuitatis, ſuperexceſſiuos enim in iniuriis & q volunt eſſe liberi omnino a ſubiectione quacumque, & qui ſunt pedeſtres ad virtutem deficientes ab ipſa, non debent eſſe pars ciuitatis, quoniam illos qui ſunt pars ciuitatis oportet eſſe non iniurioſos, & ſubiici in parte, & ordinabiles ad virtutem. Nautica autem turba quæ dominatur nauigio & obtinet ipſum huiuſmodi eſt, quia iniurioſa eſt & ſubiici nõ vult & deficit a virtute, ſicut frequenter & in pluribus, ergo non expedit eam eſſe partem ciuitatis. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat, ꝙ multitudo naualis neceſſaria ẽ ciuitati dicẽs, ꝙ cum in ciuitate ſit multitudo ſeruorũ & tenuiorũ hominum, neceſſarium eſt in ipſa exiſtere multitudinem agricolarum excolentium terram regionis & multitudinem nautarum. Et hoc quidem apparet per inductionem. Sic enim videmus in pluribus ciuitatibus bene ordinatis, & ſpecialiter in ciuitate Heracleotarum. Quàmuis enim ciuitas eorum ſit contractior, ideſt minor ſecundum multitudinem multis aliis, multas poſſunt de viris nauticis ordinatis ad bellum implere triremes, ideſt naues trium ordinum remorum. Deinde cum dicit.

p ¶ Recapitulat determinata, dicens ꝙ iam in præcedentibus dictum eſt de regione, quantam & qualem oportet eam eſſe, & de portu & ciuitate qualiter ſe debeat habere ad mare, & de potentia nautica quòd neceſſaria eſt ciuitati & vſque ad quid. Priꝰ autem dictum fuit de multitudine ciuili, quantam oportet eam eſſe, & vſq; ad quẽ terminum expediat ciuitati bene ordinatæ.

## LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus de ciuili multitudine determinauit, tranſit nunc ad inquirendum quales ſecũdum naturam oporteat eſſe gubernantes recte, & circa hoc primo præmittit intentionem ſuam cum ordine conſiderandi. Secundo cum dicit. {Quæ quidem enim in

A frigidis &c.} Proſequitur. Tertio cum dicit. {De politizantibus quidem &c.} Recapitulat dicta. In prima parte ipſe dicit, ꝙ determinato de his quę ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis in generali, reſtat conſequenter dicere quales ſecundum naturalem diſpoſitionem oporteat eſſe futuros bene gubernantes, quod ſecũdo proponebatur prius inquirendum. Ferè autem fiet hoc manifeſtum, ſi aliq̃s voluerit conſiderare inſpiciendo ad ciuitates Græcorum quas dicimus bene gubernare, & etiam ad totum orbem terræ; ſecundum ꝙ eſt occupatus gentibus & ciuitatibus conſiderando diſpoſitiones naturales earũ, ex iſtis enim aliqualiter poterit concludi intentũ. Deinde cũ dicit.

b ¶ Proſequitur & circa primo p̃mittit diuerſas diſpoſitiones regionum ad gubernandum. Secundo cum dicit. {Patet igitur &c.} Ex hoc infert intentum, & circa primum adhuc primo tangit, qui ſũt inepti ad gubernandum naturaliter. Secundo cum dicit. {At græcorum genus.} Qui ſũt apti magis. Circa primum eſt intelligendum, ꝙ quãuis intellectus per ſe non cõmunicet corpori in operatione ſua, communicat tamen corpori communicanti ſecũdum Cõmẽtatorem libro de Anima. Quicquid enim intelligit in fãtaſmatibus ſenſibilibus intelligit, quia cum ſpeculatur neceſſe eſt ſimul fantaſma aliquod ſpeculari. Fantaſmata autẽ in actu ſenſibilia ſũt in actu, ſicut dicitur tertio de Anima. Senſibile vero in actu & ſenſus in actu, ſunt vnum in actu, & ideo ſm diuerſam diſpoſitionẽ ſenſus in actu diuerſimode diſponit intellectus ad intelligendũ. Senſus aũt in actu diuerſimode diſponitur ſm diuerſitatẽ organi & ſpiritus, ſpecialiter in ſubtilitate & groſſitie, in quo primo vidẽtur ſigillari formæ ſenſibiliũ. Et ideo ſm diuerſitatẽ ſpiritus in groſſitie E & ſubtilitate, & aliis hmõi, diuerſimode diſponit intellectus ad intelligendũ, ita vt qui habent ſpiritus ſubtiles & claros bene repræſentatiuos formarũ ſenſibiliũ, bene nati ſunt ĩtelligere, qui aũt groſſos & turbidos praue. Multitudo etiã ſpiritus naturalis & ſanguinis, & p conſequẽs caliditatis facit homines robuſtos. Robur.n. facit ſpiritus ſm Philoſophũ libro de Somno, & multitudo calidi animoſos & exceſſiuos, quia calidũ maxime actiuũ eſt inter qualitates. Habitantes aũt in regionibus calidis caliditate regionis poros aperiente exhalat humidũ, trahens ſecũ calidũ intrinſecũ, & ideo ſunt pauci ſanguinis & caliditatis. Spiritus aũt & ſi paucos habeant, claros tñ & mundos habent, & ideo bene intellectiui ſunt. Habitantes aũt in frigidis, frigiditate extrinſeca poros concludente, fortificatur calidũ interius, & ſunt fortis digeſtionis & plurimo indigent cibo. Spiritus aũt multos habent pp multitudinem calidi, groſſos tamen propter groſſitiẽ & multitudinem alimenti, & propter minorem exhalationẽ.

ciendum ad vitã ciuitatis. Siquidẽ.n. ducali & politica viuat vita, neceſſariũ & hanc potẽtiam exiſtere ad actiões cõmẽſuratã.

n Multitudinem autem hominum quæ ſit circa nauticam turbam, non neceſſariam exiſtere B ciuitatibus. Neque enim ipſos oportet eſſe partem ciuitatis, quod quidem enim ſupergreſſiuũ liberũ et pedeſtriũ eſt q̃d dominans eſt, & obtinet nauigiũ.

o Multitudine autem exiſtente vernaculorum & regionis agricolarum copiam neceſſariũ eſt eſſe & nautarũ, videmꝰ aũt hoc & nũc exiſtẽs quibuſdã, puta ciuitati Heracleotarũ: multas.n. replet trieres, ędificata ciuitate, magnitudine aliis cõtractiore. C

p De regione quidem igitur & portubus & ciuitatibus, & mari, & de nautica potentia, ſit determinatum hoc mõ. De ciuili aũt multitudine, quẽ quidẽ terminũ oportet exiſtere, priꝰ diximꝰ.

## LECTIO V.

Qvales autem quoſdam non oportet eſſe, nunc dicamus, ferè itaque deprehẽdet vtique quis hoc reſpiciens ad ciuitates approbatas Græcorum, & ad totũ orbẽ terræ, vt occupatus eſt gentibus. D

b Quæ quidẽ.n. in frigidis locis gẽtes, & q̃ circa Europã ſũt quidẽ plenę animoſitate, intellectu

*commodanda; nam ſi ea fuerit ciuitas quæ magnam præſtantiam auctoritatẽque habere cõſueuit, neceſſariũ erit hanc potentiam rebus eſſe conformẽ.*

*Turbam vero nauticam, & huiuſmodi hominum multitudinem, non neceſſarium eſt ciuitatibus exiſtere: nulla enim ciuitatis pars huiuſmodi homines eſſe debẽt, nam pugnatores qui naues conſcendunt, ingenui ſunt homines, terra quoque militare conſueti: hi præſunt nauali turbæ et imperant.*

*Exiſtente vero multitudine tenuiſ fortunæ hominum qui circa nos habitant, & agricolarũ qui in regione rem ruſticam exercent, neceſſarium eſt abundantiam eſſe nautarum, uidemus etiam nunc iſtud fieri in quibuſdam ciuitatibus, ceu Heracleotæ multas implent triremes. vrbem poſſidentes magis exiguam quàm cæteri.*

*De regione igitur, & portubus, & vrbibus, & mari, & nauali potentia, in hunc modum determinatum ſit: de multitudine quoque ciuitatis, quam determinationem habere decet, prius dixeramus.*

## *LECTIO V.*

*Nvnc autem quales natura ciues eſſe oportet a nobis dicetur, forſan uero id deprehẽdet quis, ſi inſpiciat ad ciuitates græcorum: quæ bene gubernari dicuntur, & ad totum terrarum orbem, ut a gentibus uariis incolitur.*

*Nã quæ frigidas regiones incolũt gentes, & quæ per Europã animo quidem abũdant, ingenii uero, & artificii*

Et ideo propter abundantiam caliditatis & ſanguinis animoſi ſunt, propter groſſitiem autem ſpirituum & turbulentiam minus intellectiui. Qui autem habitãt in temperatis regionibus, medio modo ſe habent inter iſtos mediocriter diſpoſiti ad animoſitatem & ad operationem intellectus. Hoc ſuppoſito, dicit ꝙ habitantes in regionibus frigidis, & circa Europam quæ eſt regio protenſa ad aquilonem in parte remota a via ſolis sũt naturaliter animoſi propter abundantiã ſanguinis & caliditatis, propter cauſam dictam, in intellectu autẽ ſpeculatiuo ſcilicet & arte, hoc eſt intellectu factiuo inueniuntur deficientes magis, & ideo q̃ animoſi ſunt & potentes, libere viuunt in regionibus propriis, potentes & audentes repellere inſultus inſurgentium, neſciunt autem bene gubernare nec prĩcipare vicinis ꝓpter defectum intellectus & prudentiæ, quę requiruntur ad bene gubernãdum & principandum recte. Habitantes autem in regionibus calidis, & circa Aſiam, quæ eſt regio protenſa ad meridiem prope viã ſolis, bene intellectiui ſunt & artificioſi multum ſecundum animam, propter ſubtilitatem & mũdiciam ſpirituum in eis cauſa prædicta, tamen timidi & ſine animoſitate ſunt propter defectum ſanguinis & caliditatis naturalis, & ideo ſubiecti ſunt & ſeruiunt aliis, non audentes nec potentes repellere debellantes, niſi forte quandoque per fraudem & dolum excogitata per intellectum quem habent ſubtilẽ. Deinde cũ dicit.

c ¶ Declarat qui ſunt magis apti, dicens ꝙ illi qui medium locum tenẽt inter prædictas regiones Europam & Aſiam ſicut genus Græcorum, ſicut medium tenent ſecundum locum, ita & ſecundum diſpoſitiones. Non enim tantum eſt frigidum apud eos, ſicut in ſeptentrione, nec tantum calidum ſicut apud eos q circa Aſiam, & ideo temperati exiſtentes ſecundum calidum & frigidum ambobus participant, ſunt enim intellectiui, minus tamen q̃ qui circa Aſiam, & etiam animoſi minus quàm qui circa Europam, & ideo permanent liberi in regione ſua, potentes & audentes aliqualiter repellere debellantes, bene etiam nati ſunt gubernare inter ſe & principari aliis ſecundũ aliquam vnã Rempub. propter vigorem intellectus & rationis in eis. In ipſa etiam regione Græcię inuenitur differentia gẽtis alicuius ad alias in eadem regione, quę totius Græcorũ ad duas prædictas, ita ꝙ in aliqua eius parte habitantes habent naturã quaſi vnius membri vel diſpoſitionis vnius, puta quia accedunt ad ſeptentrionem magis inter Græcos, magis animoſi ſunt inter ipſos naturaliter. Habitantes autem in alia parte alterius diſpoſitionis ſunt, ſicut habitantes in parte propinquiori Aſiæ, magis intellectiui ſunt inter eos. Alii autem ſunt bene mixti ſiue proportionati ad vtraſque potentias iſtas, ſcilicet intellectiuam & animatiuam, ſicut illi qui magis accedunt ad medium per æque diſtãtia. Sed contra iſta argueret aliquis rationabiliter, quòd cum ea quæ ſunt naturalia ſemper vel in pluribus eodem modo ſe habeant, ſed græci ſunt nati principari aliis, non autem illi qui circa Aſiam vel Europam, ſequeretur, ꝙ græci ſemper vel in maiori parte principarentur aliis & alii non ipſis, cuius contrariũ apparet ex hiſtoriis antiquorum, Chaldæi enim & Perſæ qui ſunt circa Aſiam, multo tempore dominati ſunt ipſis & vicinis eorum, monarchiam tenentes. Similiter Romani qui circa Europam ſunt plurimo tempore dominati ſunt Græcis q̃ econtrario, diuturnior enim fuit monarchia Romanorom q̃ Græcorũ, ergo videtur ꝙ ipſi non ſint nati principari aliis, ſed magis ecõtrario. Ad hoc eſt intelligendum, ꝙ diſpoſitiones naturales rerũ naturalium quæ ſunt hic, reducuntur in diſpoſitionem celeſtẽ, ſicut dicit Philoſophus in primo Metheororum dicens.
Cap. 2. Eſt autem ex neceſſitate continuus iſte mũdus ſuperioribus lationibus, vt omnis ſui virtus gubernetur inde. Vnde motus princi-

aũt & arte magis deficiẽtes, ꝓp quod libere quidẽ perſeuerant magis, nõ politizare aũt & vicinis principari nõ potentes. Quę aũt circa Aſiã intellectiuæ quidem & artificioſę ſecundũ animam, ſine animoſitate aũt, propter quod ſubiectæ quidẽ & ſeruientes perſeuerant.

c Genus aũt Græcorum, ſicut mediat ſecundũ loca, ita ambobus participat. Etenim animoſum & intellectiuum eſt, propter quod quidẽ liberum ꝑſeuerat, & maxime politizans, & potens principari omnibus vna ſortiẽs politia, eandem autem differentiam & græcorum gentes ad inuicem, hæ quidem enim habẽt naturam monocolam, hæ autẽ bene mixtæ ſunt ad vtraſq; potentias has.

*parum habent. Quapropter in libertate magis perſeuerant, diſciplinam uero Reipublicæ difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non poſſunt. Quæ uero Aſiam incolunt, ingenio, & arte abundant, ſed animoſitatem non habent, propter quod & parere* G *dominantibus, & ſeruire perſeuerant.*

*At græcorum genus ut mediam regionem locorum ſortitum eſt, ſic etiã amborum eſt particeps, nam & animoſum & ingenioſum eſt. Ex quo fit, ut in libertate degat, & diſciplinam Reipublicæ optime recipiat, & unius Reipub. conſtitutionem ſortitum, imperare omnibus poſſit. Eandem quoque differentiam habent græcorum gẽtes inter ſe, quædam enim habent na-* H *turam ad unum illorum, quædam uero permixtæ ac tẽperatæ ſunt ad utrãque illarum potentiarum.*

F pium omnibus illam cauſam putandum eſſe, & hoc ſatis oſtendit octauo Phiſicorum. Diſpoſitio autem cœleſtis per comparationem ad ea quæ ſunt hic, duplex eſt, vna communis quæ attenditur ſecundum propinquitatem vel remotionem a via ſolis, qui maxime mouet illa inferiora. Et ſecundum hoc quidam hic exiſtẽtes ſunt calidi, quidam frigidi, quidam temperati, & inclinantur ad ea ad quę iſta diſponũt, & quantum eſſet de inclinatione naturali græcorum in tali diſpoſitione magis temperati eſſent natura & magis attingerent ad vtrumque dictorum prius, ſcilicet animoſitatem & intellectum proportionaliter, & magis nati eſſent gubernare & principari aliis &, ſeptentrionales magis animoſi deficientes intellectu, qui autem circa Aſiam ecõtrario. Alia autem ẽ diſpoſitio cœleſtis in ordine ad ea quæ sũt hic, quæ attenditur ſecundum figuram ſtellarum erraticarũ ad ſeinuicem & ad fixas, & in ordine ad ea quæ ſunt hic, & iſta diſpoſitio vel iſta figura continuę alia & alia eſt aliquo modo, quamuis non ſenſibiliter hoc appareat, & reſpectu alterius & alterius loci alia & alia, ita quòd ſi reſpectu huius regionis ſit nunc talis figura cœleſtis, conſequenter in alio tempore erit alia, & ſi reſpectu huius regionis ſit talis, reſpectu alterius erit alia. Si igitur aliqua diſpoſitio inſit alicui ciuitati vel regioni ex tali figura cœleſti durante figura inerit diſpoſitio illa naturaliter, & ſecũdum hunc modum poteſt dici, ꝙ græci ex figura cœleſti tali aliquando nati fuerũt bene gubernare & principari aliis, aliquando autem alii, puta Chaldæi vel Romani, & ſi iſta figura non permanet nunc, nunc non ſunt nati ad eadem, ſed ad alia ſecundum exigentiam figuræ nunc exiſtentis. Vlterius
I etiam intelligendum eſt, ꝙ diſpoſitio ciuitatis vel regionis naturalis non tantum conſideratur ex figura cœleſti abſolute, ſed etiam ex diſpoſitione partium regionis vel ciuitatis ſecundum habitudinem quam habet ad montes vel mare vel loca paludoſa vel munda. Virtus enim figurę cœleſtis non recipitur in contento, niſi mediante continente proximo. Et ſecũdum hoc poteſt contingere ꝙ quamuis aliqua ciuitas vel regio ſit frigida naturaliter & inclinetur ad ea quæ diſponit frigidum, quantum eſt ex diſpoſitione figuræ cœleſtis communis, tamen ſecũdum diſpoſitionem regionis per comparationem ad montes vel mare, contingit eam eſſe calidam excellenter, aut etiam temperatã vel econtrario. Ex quo contingit ꝙ quamuis exiſtentes in aliqua regione non inclinentur ad gubernandum bene ex figura cœleſti communi, tamen ex ſpeciali diſpoſitione ipſius hoc poteſt ei contingere. Tertio eſt intelligendum, ꝙ virtus cœleſtis cum ſit materialis & corporea, intellectus autem immaterialis,
K & ſeparatus non agit per ſeipſum, ſed tantum per accidens inquantum dependet ex ſenſu, & ideo intellectus & voluntas nõ neceſſitantur in operationibus ſuis a virtute cœleſti per ſe. Vnde poteſt cõtingere ꝙ quamuis aliqua ex virtute cœleſti vel naturali diſpoſitione non inclinentur ad gubernandũ, nec ad operationes intellectus vel virtutis, ſi tamen per electionem intendant ſtudio ſapientiæ & exercitio virtutum, continget eos eſſe intellectiuos & bene gubernantes, & econtrario ſi bene nati ad iſta dent ſe ocio & exercitio in malis operationibus, efficientur inſipientes & male gubernantes, & ſerui aliorum fient. Et hoc forte fuit vna cauſa deſtructionis regni Romanorũ & Græcorum, tenentes enim monarchiam viuentes in tranquillitate dederunt ſe ocio & voluptatibus carnalibus & auaritiæ, nolentes vacare ſapientiæ, & ideo facti minus intelligentes & minus exercitati in actionibus ciuilibus & bellicis, non potuerunt gubernare nec principari bene aliis, & ideo rebellauerunt ſubiecti ipſis neſcientibus & impotentibus obuiare. Per prædicta apparet ſolutio ad obiectum. Deinde cum dicit.





d ¶ Infert ex præcedentibus quales nati ſunt bene gubernare & principari, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Nam qđ de &c.} Manifeſtat hoc ex dicto quorumdam. In prima parte dicit ꝙ quia græci bene gubernant & principantur aliis naturaliter, quia animoſi ſunt & bene intellectiui, aſiani autem ſerui ſunt aliorum, quia inanimoſi ſunt, quãuis vigeãt intellectu. Septemtrionales autem aliis non principantur, quia deficiũt intellectu, quamuis ſint animoſi, manifeſtum eſt, ꝙ oportet eos eſſe de numero legiſlatorum qui debent eſſe boni ductores ad virtutem & bene gubernare inter ſe, & principari aliis eſſe animoſos, vt poſſint malos cõpeſcere & debellantes impugnare, & bene intellectiuos vt ſciant ſe dirigere & alios in operationibus. Deinde cũ dicit.

e ¶ Probat hoc ex dicto quorumdam, & circa hoc primo ex parte illius dicti oſtẽdit intentum. Secundo cum dicit. {Non bene aũt habet &c.} Reprobat alterã partem eiuſdem dicti. In prima parte dicit ꝙ illud quod quidã dicunt, oſtẽdit quòd oportet bene gubernãtes eſſe animoſos. Dicũt enim ꝙ oportet cuſtodes aliorum & principantes eſſe amatiuos notorum, ad ignotos autem ſylueſtres & duros magis. Signum autẽ primi eſt, quia animus hominis magis attollitur colloquendo & bene faciendo reputans ſe debere magis reputari ab eis reſpectu notorum & conſuetorum q̃ reſpectu ignotorum putãs ſe paruipendi. Noti .n. & conſueti magis reputantur amici, ignotus autem quaſi non amicus, & ideo diſponitur homo ad notũ & conſuetũ ſicut ad ſeipſum, ad ignotos autem ſicut ad inimicum, & propter hoc ſicut quilibet reputat ſeipſum & magnipẽdit, ita vult reputari & magnipendi ab amico & noto, ab inimico autem & ignoto, putat non reputari & paruipendi. Non autem ꝙ cuſtodes oportet eſſe amatiuos, quia animus, ideſt volũtas eſt quę facit homines amatiuos inuicem, hæc enim potentia principium eſt dilectionis. Propter quod Archilocus quærelans de amicis diſputat ad animum, quaſi ad amicum dicens, ꝙ homines non ſuſtinent vulnerationes a lanceis ab amicis, ſed bona magis. Amare enim eſt velle alicui bonum propter ipſum. Velle autem eſt actus voluntatis, ergo & diligere. Inclinatio autem ad principandum & ad actus libertatis eſt ab iſta potentia omnibus qui ad hoc inclinantur, principatiuum enim & inuincibilem & liberum dicimus animum, quia principari primo & per ſe eſt agere, immediatum autem principium agendi in nobis eſt animus ſiue voluntas, & ideo animus eſt principatiuum quid. Libertas autem eſt quæ in natura intellectiua per virtutem eius quod principale eſt in ea, & intrinſecum agit in finem proprium ſecundum illud idem. Agere autem in natura intellectuali ad finem proximo competit animo & voluntati ſecundum Ariſto. nono Metha. Et ideo libertas eſt virtus Tex. cõ. 10.
quædam voluntatis in ordine ad intellectum pręcedẽtem & finem ſequentem. Si igitur animus eſt ſecundum quem principamur & liberi ſumus, & animus eſt quo amamus quod competit principantibus & cuſtodibus, vt iam dictum eſt, cõuenienter dictum eſt quod principãtes oporteret eſſe animoſos. Deinde cũ dicit.

f ¶ Reprobat alteram partẽ dicti aliorum dicens, ꝙ non conuenienter dicunt in eo quod aiunt, ꝙ principãtes vel ſuperiores i ciuitate oportet eſſe infeſtos & diros ad ignotos, non enim expedit ad aliquem hominem bonum eſſe tales, quia facto & verbo expedit magis ſe reddere amabiles: viri etiam magnanimi qui ſunt digni principari, non ſunt ſerui ſeu diri ad aliquos niſi cõtra iniuſtos, quia non expedit eos eſſe diros, niſi eis qui contrariãtur eis ſecundum ꝙ huiuſmodi. Ipſi autẽ ſecundum ꝙ huiuſmodi, virtuoſi ſunt vel debent eſſe, magnanimitas enim eſt ornatus virtutum, vt dicitur quarto Ethi. Cap. 8.
Virtuti autem cõtrariatur malitia ſeu iniuſtitia ſecundum ꝙ iniuſtitia ſe extendit ad omnem malitiã. Magis autẽ duri ſunt ad notos ſeu amicos, ſi fuerit mali, ſiue putẽt ſe iniuſte pati ab eis, & hoc rationabiliter faciunt: ſi enim ab amicis iniuſte patiũtur, nocumentum reportant ab eo a quo credebant ſe iuuari debere, & ipſo priuãtur, ꝓpquod indignantur magis, amicus .n. eſt velut alter ipſe, vt dictum eſt. Et ideo ſicut aliquis ad ſeipſum diſponit, ita ad amicum. A ſeipſo aũt expectat vnuſquiſq; bonũ & non nocumentum, ꝓp quod & ab amico, vnde ſi putet reportare nocumentũ, indignatur, & quanto magis amicus, tanto magis creditur teneri ad beneficentiã. Et ideo dicitur prouerbialiter ꝙ fratrũ inimicitia crudelis eſt valde, & ꝙ illi qui valde diligunt ſeinuicẽ, fiunt valde inimici ex caſu, ſicut eadẽ fiunt calidiſſima & frigidiſſima ſicut dicit Ariſt. Quarto Metheo. Dicimus .n. de magno amico Tex. cõ. 3.
magnum inimicũ fieri. Sic igitur nõ expedit magnanimum vel principantem eſſe agreſtem ad aliquem, niſi ad iniuſtum, & magis ſi fuerit amicus prius. Deinde cum dicit.

g ¶ Recapitulat dicens ꝙ de viuentibus in ciuitate determinatum eſt quot oportet eſſe ſecundum multitudinem in ciuitate ordinata, & quales ſecundum naturalẽ diſpoſitionem. Iterũ

d Manifeſtum igitur ꝙ oportet intellectiuos eſſe & animoſos natura eos qui debent eſſe euagogi legiſlatori ad virtutem.

e Quod quidem enim aiũt quidã oportere exiſtere cuſtodibꝰ ſcilicet amatiuos quidem eſſe notorum, ad ignotos autem ſilueſtres, animus eſt qui facit qđ amatiuum, hæc enim eſt animæ potentia, qua diligimus: ſignum autem, ad conſuetos enim & amicos animus attollitur magis quàm ad ignotos paruipẽdi putans, ꝓpter qđ & Archilocus cõuenienter amicis quærelans diſputat ad animum. Non .n. ab amicis a lanceis perforationes, & qđ principãs aũt, & qđ liberũ a potẽtia hac exiſtit oĩbus, principatiuũ .n. & inuĩcibile animꝰ.

f Non bene autẽ habet dicere, graues eſſe ad ignotos, ad nullũ .n. oportet eſſe talem, neq. ſunt q̃ magnanimi natura agreſtes, niſi ad iniuſta agentes, hoc aũt magis adhuc ad conſuetos patiuntur, quod quidem dictũ eſt prius, ſi iniuſte pati putẽt, & hoc accidit ſecundum rationem: apud quos .n. deberi beneficẽtiã putant cum nocumento, & hac priuari putant, vnde dictum eſt, ſeueri enim inimici fratrum, & ij quidem vltra diligentes, ij autem & vltra odiunt.

g De politizantibus quidem igitur quot oportet exiſtere & quales quoſdam natura. Adhuc autem regionem quantam quandam, & qualem quãdam, determinatum eſt fere: nõ enim eandem certitudinem oportet querere per rationes, & eorum quæ fiunt per ſenſum.

*Patet igitur, ꝙ oportet & intelligẽtiam & uigorẽ animi natura exiſtere illis, qui futuri ſint idonei, quos legum poſitor ad uirtutem inſtituat*

*Nam, quod de cuſtodibus aiunt quidam oportere, ut beniuoli ſint erga notos: erga ignotos uero, infeſti. Vi-* B *gor animi eſt qui beneuolentiam facit: illa eſt enim potentia animæ, per quam amamus, ac beniuoli ſumus. Cuius rei ſignum eſt, quòd magis irritatur animus contra familiares & amicos, quàm contra ignotos: ſi contemptum ſe putet. Quapropter Archilocus recte cum amicos incuſaret, ad animum loquitur, inquiens. Non tu quidem ab amicis lanceis transfixus es. Quod dominatur & quod libertatem ſeruat, ab hac potentia animi exiſtit, dominus enim, & inuictus eſt* C *animus.*

*Nec bene ſe habet dicere, quod aduerſus ignotos debent eſſe infeſti: nam aduerſus neminem eſſe tales oportet. Neque ſunt magnanimi homines natura infeſti, niſi cõtra iniuriantes, hoc autem magis contra notos familiareſque patiuntur, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione contingit. A quibus enim deberi ſibi beneficium expectant, ab eiſdem non ſolum priuari beneficio, ſed inſuper ſe lædi putant. Vnde in prouerbio dicitur, fra-* D *trum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ, & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderunt.*

*De hominibus quidem igitur qui in Repub. futuri ſint, & quot eſſe oportet, & quales natura, & de regione quantam & qualem, fere determinatum eſt. Non enim eadem certitudo quædam eſt in his quæ per rationes, & in his quæ fiunt per ſenſum.*

E

de regione dictum est, quantam & qualem oportet eam eſſe ad bene habitandum in ciuitate per rationes veriſimiles, & concordantes ſenſui. Non enim eandem certitudinem oportet quęrere eorum quæ ſunt manifeſta, ratione ſola non conueniente vſquequaque ſenſui, & eorum qui conueniunt cum ſenſu.

## LECTIO VI.

## LECTIO VI.

Qvoniam aũt, ſicut aliorum ſm̃ naturam conſtantiũ, nō hę ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totũ non erit vtiq;, palam quòd neq; ciuitatis partes ponẽdũ quaſcũq; ciuitatib⁹ neceſſariũ exiſter̃, neq; alteri⁹ cõmunionis vllius, ex qua vnũ aliq̃d genere.

G b Vnum.n.aliquid & coe oportet cẽ, & hoc cõmunicãtibus, ſiue æquale ſiue inæquale tranſumãt, veluti ſiue alimẽtũ hoc ẽ, ſiue regionis multitudo, ſiue aliquid aliud taliũ eſt, qñ aũt fuerit hoc quidẽ huius gratia, hoc aũt cuius gratia, nihil in iis cõe, ſed aut huic quidẽ facere, huic aũt accipere. Dico aũt, puta organo oĩ ad id qđ fit op⁹ & cõdẽtibus, domus.n.ad ædificatorẽ,

H nihil eſt qđ ſit cõe, ſed eſt dom⁹ gratia ædificatorũ ars, pp quod opus eſt poſſeſſione ciuitatibus: poſſeſſio aũt nulla pars ẽ ciuitatis, multa aũt aĩata ſunt partes poſſeſſionis, ciuitas aũt cõmunitas quædã eſt ſimiliũ, gratia aũt vitæ contingentis optimę.

c Quoniam aũt ẽ fœlicitas qđ optimum. Hęc aũt ciuitatis operatio & vſus quidã pfectus, accidit aũt ſic, vt hos quidẽ contingat participare ipſa, hos aũt mo-

I dicum, aut nihil, palã quòd hæc cauſa, quare fiant ciuitatis ſpecies & differentiæ & politiæ plures, alio.n.modo & per alia ſinguli hæc venantes, & vitas alteras faciunt & politias.

d Conſiderãdũ aũt, & quot ſint hæc, ſine quibus ciuitas nõ erit vtiq;, etenim q̃ dicim⁹ eẽ partes

## *LECTIO VI.*

*Cvm uero, ut aliorũ ſecundũ naturã conſiſtentium non hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totũ eſſe non poſſunt, palam q nec ciuitatis ponendum eſt eſſe partes, quæcumq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet, nec alteri⁹ cuiuſquam communionis, ex qua ſit unum aliquod genus.*

*Vnum enim quid & commune eſſe debet communicantibus, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiant, ceu ſi alimentũ id ſit, ſiue agri quantitas, ſiue aliud tale. Sed quando hoc gratia huius, hoc autem non gratia nihil in his commune, ſed aut huic quidẽ facere, huic autẽ accipere. Dico autem, ueluti organo omni ad id opus quod fit, et opificibus. Domui enim ad ædificatorem nihil eſt quod fiat commune, ſed eſt domus gratia ædificatorum ars. Quapropter poſſeſſione quidem indiget ciuitas, nulla tamen pars ciuitatis eſt poſſeſſio. Multa uero animata ſunt poſſeſſionis partes. Ciuitas autem communio quædam eſt ſimilium, gratia uitæ, ut maxime fieri poteſt, optimæ.*

*Cũ uero ſit fœlicitas optimũ, ipſa tamen uirtutis operatio, & uſus quidã pfectus. Contingat aũt, ita ut aliqui illi⁹ recipiant participationẽ, alii parũ, aut nihil, manifeſtũ eſt q hæc eſt cauſa, quare ciuitatis ſpecies & differentiæ exiſtunt. Pluresq; Rerumpu. formæ: per aliũ.n. modũ, & aliis uiis ſinguli hoc appetentes, & alios uiuẽdi modos fecerunt, & alias Reipub. diſciplinas.*

*Conſiderandũ eſt quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Nam quas dicimus eſſe ciuitatis partes, eas*

Postquàm Philoſophus inquiſiuit đ his quæ ſupponenda sũt ad Rempub. rectam ex parte materiæ remotæ, inquirit nũc de his quæ ſupponẽda ſunt ex parte materiæ propinquę. Ciuitatis autem materia propinqua eſt duplex. Vna proprie ſicut liberi principantes & ſubiecti qui attingunt ad ciuilitatem. Alia autem domus & ædificia ciuitatis & regionis quæ magis ſe habent in ratione organi. Diuiditur igitur pars iſta in duas, quia primo inquirit quæ ſunt partes ciuitatis proprie dictæ. Secundo de ædificiis & domibus & diſpoſitione ciuitatis & regionis, cum dicit. {Ciuitatem autem &c.} Adhuc in prima parte oſtendit primo quę ſunt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis. Secundo cum dicit. {Determinatis autem &c.} Inquirit quę eorum ſunt partes ciuitatis. Circa primũ adhuc oſtendit, q non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ciuitatis ſunt partes ipſius. Secundo cum dicit. {Quoniam autẽ &c.} Declarat quæ exiguntur ad conſiſtentiam eius. Primũ oſtendit duabus rationibus. Secundum ponit, ibi. {Vnum enim aliquid &c.} In prima parte dicit: ſicut eſt in his quæ fiunt & conſtant ſecundũ naturam, ita in ciuitate quæ eſt a natura inclinante & ratione perficiente. In his autem quæ fiunt & conſtant natura, non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ipſorum ſunt partes illorum, ſed quædam ſunt ſicut materia, quædam autem ad ornatum, & quædam ad alia, ſicut in animali alimentum & humores non ſunt partes in actu, ſed ſicut materia, pili autem ad ornatum ſunt ſeu ad protectionem. Sudores autem ſicut decidentia a natura, ergo manifeſtum eſt, q neque ciuitatis, neque communicationis alterius cuiuſcumque ex pluribus ex quibus fit aliquod vnum ratione omnia dicenda ſunt partes, ſine quibus nõ exiſtunt. Deinde cum dicit.

Lect. 9.

Lect. ſeq.

b ¶ Ponit ſecundam rationem ad idem quæ eſt hæc, omnium partium per ſe alicuius totius eſt ad vnum commune, per quod determinantur & fiunt, & hæc eſt forma totius. Et ad hoc attingunt omnes ſiue æqualiter ſiue inæqualiter per tranſmutationẽ factam ad illud ex aliqua materia, ſiue illa ſit alimentum, ſicut in animalibus & plantis, ſiue multitudo hominum in regione, ſiue in ciuitate, vel aliquid aliud ſicut in quibuſcumque aliis, quando vero aliqua plura ſic ſe habent, q vnum eſt gratia alte-

F rius vt finis, alterum autem eſt ſicut finis ipſorum, non eſt aliquod vnum commune ſecũdum rationem, ſed ad alterum iſtorum pertinet attingere aliquod principaliter; ad alterum autẽ attingere accipiendo virtutem ab alio, ſicut ſe habet organum ad opus factum, & ad agens principale, quibus non eſt aliquid commune ſecũdum rationem, ſicut domui & ædificatori nihil eſt commune ſecundum q huiuſmodi, ſed ars ædificatoria & organa ædificãdi ſunt propter ipsã domum: igitur quorum vnum eſt gratia alterius ſecũdum q huiuſmodi, non ſunt partes alicuius vni⁹, poſſeſſio vero in ciuitate eſt gratia poſſidentis: quàmuis igitur ſit neceſſaria ciuitati non erit aliqua pars ciuitatis, cuius partes ſunt poſſidentes per ſe: ſed multa ſunt animata quę sũt poſſeſſio alterius, ſicut iumentum & ſeruus qui eſt organum animatũ alterius poſſeſſio exiſtens, ſine quibus tamen non ẽ ciuitas, ergo multa ſunt in ciuitate quæ nõ ſunt partes ipſi⁹. Ciuitas enim eſt cõmunitas quædam ex pluribus ſimilibus ſecundum naturam cõpoſita gratia per ſe ſufficientis, & optimæ vitę. Deinde cum dicit.

c ¶ Intendit declarare quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiã ciuitatis. Et circa hoc primo tangit ex quibus ſumitur diuerſitas Rerumpub. & ciuitatum. Secundo cũ dicit. {Conſiderandum &c.} Ex quibus ſumitur numerus eorum quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem. Tertio cũ dicit. {Ex iis enim &c.} Sumit eorum numerum. In prima parte eſt intelligendum quòd ratio eorum quæ ſunt ad finem ex fine ſumitur, & ideo diuerſitas eorum primo eſt ex diuerſitate finis, deinde ex diuerſo

K modo ſe habendi ad ipſum, finis autem ciuitatis fœlicitas eſt, & ideo dicit, quoniam fœlicitas eſt optimum quod intenditur, ſicut finis in ciuitate, fœlicitas autem eſt operatio ſecundum virtutem perfectam & exercitium illius perfectum, & contingit aliquos in ciuitate habitantes attingere ad huiuſmodi operationem perfectam. Alios autem contingit attingere modicum. Alios autem nihil, ſed ad contrarium magis, manifeſtum eſt quòd hęc eſt cauſa quare ſint diuerſæ ſpecies & differantiæ Rerumpublic. diuerſitas enim Rerumpublic. eſt ex diuerſitate finis, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finem. Ex hoc enim quòd diuerſos fines eligunt vel eundem, alio & alio modo, & per alia & alia venantur, diuerſas vitas faciunt, & per conſequens diuerſas Reſpublic. Diuerſi enim modi viuendi, diuerſæ Reſpublic. ſunt. Diuerſæ igitur Reſpubl. ſunt ex diuerſitate finium, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finẽ. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat ex quibus ſumitur numerus eorum quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem. Et pręmittens intentionem ſuam dicit, q poſt



B ciuitatis, in iis vtique erit, propterea qđ neceſſariũ exiſtere, ſumendũ igitur operũ numerũ.

e Ex iis.n. erit palam. Primo q̃dem igitur oportet exiſtere alimentũ, deinde artes, multis.n. organis indiget id quod eſt viuere, tertio aũt arma, communitates.n. neceſſariũ & in ipſis habere arma & ad principatũ, in obedientiũ gratia, & ad conantes iniuſta inferre extrinſecus. Adhuc pecuniarũ aliquam abũdantiã, quatenus habeant & ad oportunitates quæ ſecũdum ſe ipſos & ad bellicas. Quinto autem & præcipue ęa quę circa diuinorũ curã, quam vocãt ſacerdotium. Sextum aũt numero & omnium neceſſariiſſimum iudicium de conferentibus & iuſtis ad inuicem.

C f Opera quidẽ igitur hæc ſunt quibus indiget omnis ciuitas vt dicere, ciuitas.n. multitudo eſt non quæcumq; ſed ad vitam p ſe ſufficiens, vt diximus. Si autẽ aliquid horũ contingat deficere, impoſſibile ſimpliciter per ſe ſufficientem communionem hanc eſſe.

D g Neceſſe igitur ſecũdũ operationes has conſiſtere ciuitatem oportet ergo agricolarũ eẽ multitudinẽ, quę præparet alimenta, & artifices, & qđ pugnax, & qđ opulẽtũ, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorũ & cõferẽtiũ.

## LECTIO VII.

E Determinatis aũt iis, reliquũ cõſiderare, vtrũ omnibus communicãda omnia hęc. Contingit enim eoſdem oẽs eſſe, & agricolas & artifices, & conſiliarios & iudicantes, aut ſm̃ vnũquodq; opus dictorũ alios ſupponendũ. Aut hæc quidẽ propria, hæc aũt cõmunia horũ ex neceſſitate ſunt.

*neceſſarium eſt in iſtis ſubeſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus.*

*Ex his enim illud apparebit. Primum igitur debent exiſtere, alimenta. Deinde artes. Multis enim inſtrumentis indiget uita. Tertium, arma. Nam qui ſimul in communione uiuũt, neceſſarium eſt ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobediẽtes compellantur, & quibus uis propulſetur externa. Præterea pecuniarum habendarũ facultas quædam, quo illas habere poſſint, & ad proprias indigentias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rem diuinam cultus quod uocãt ſacrificium. Sextum, quod eſt omnium ſumme neceſſarium, iudicium pro utilitate & iuſtitia contrahentium.*

*Hæc ſunt igitur opera quibus indiget ciuitas omnis. Eſt enim ciuitas multitudo non quæcumque, ſed illa quæ ad uitam per ſe ſufficiens ſit, ut diximus. Si uero aliquod horum deficiat, impoſſibile eſt ſimpliciter per ſe eſſe ſufficientem huiuſmodi ſocietatem.*

*Neceſſarium eſt ergo his operibus ciuitatem conſtare. Eſſe igitur oportet multitudinem agricolarum, qui uictum conferant, & artifices, & pugnatores, & locupletes, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorum atque utilium.*

## *LECTIO VII.*

*His determinatis, reliquum ẽ conſiderare, utrum omnes communicare debeant, horum omnium (fieri non poteſt ut iidẽ ipſi ſint & agricolæ, & artifices, & conſultores, & iudicantes) an in unoquoque opere ſupradictorum alios ponendum eſt? An quædam eſſe propria, quædam uero communia neceſſarium eſt?*

A poſt hæc conſiderandum eſt nobis quę & quot ſunt illa quæ sũt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis. Inter iſta enim inuenientur illa quæ per ſe ſunt partes illius. Et quia vnumquodque eorum quæ ſunt natura vel arte, determinatur aliqua propria operatione, ſicut dicitur primo huius, ſumendæ ſunt operationes eorum quę ſunt in ciuitate. Ex diuerſitate enim iſtarum, manifeſta erit multitudo neceſſariorum ad eã. Deinde cum dicit.

e. ¶ Primo aſſumit operationes neceſſarias ciuitati. Secundo cum dicit. {Neceſſe igitur &c.} Concludit multitudinem eorum quæ requirũtur ad conſiſtentiam eius. Circa primum, primo aſſumit operationes dictas. Secundo cum dicit. {Opera quidẽ igitur &c.} Probat eas eſſe neceſſarias. In prima parte dicit, quòd ciuitati cuicumque ſi debeat eſſe ciuitas, oportet præexiſtere præparationem alimenti, ſiquidem debeant viuere & nutriri. Deinde autẽ operationes artium, puta fabricationem & carpentationem & huiuſmodi, multis enim indigent organis exiſtentes in ciuitate quæ p̃parantur per huiuſmodi opera. Deinde tertio oportet in ipſis eſſe arma, communicantibus enim cõmunicatione ciuili, ſunt neceſſaria propter duo. Primo quidem ad ſeipſos ad puniendum inſolentes & tranſgredientes leges vel principat⁹ gratia inobediẽtium cõſtituti mandatum. Secundo ad repellendum extrinſecos volentes inferre moleſtiam iniuſte. Deinde oportet eos habere pecuniarum abundantiam aliquam ſimiliter propter duo. Primo propter opportunitates ad commutationes inter ſe faciendas. Secundo ad expeditiones bellorum ſi emergant. Deinde autem quinto expedit ineſſe ciuitati q principium eſt inter dicta, curam & cultum diuinum, quod appellatur ſacerdotium. Sexto oportet ineſſe rectam deliberationem de conferentibus & nociuis, & iudicium iuſtum de his quæ veniunt in diſceptatione. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat huiuſmodi opera eſſe neceſſaria vna ratione communi, dicens q huiuſmodi operationes ſunt neceſſariæ ciuitati omni, vt ita dicatur, quod adiunctum eſt propter aliquas ciuitates, quæ propter diſpoſitionem regionis, non ſimiliter indigẽt omnibus prædictis, aut non indigent ſimiliter vt forte abundãtia pecuniarum propter abundantiam diuitiarum naturalium:

& ratio huius quod dictum eſt, quoniam ciuitas communitas quædam multitudinis ciuium eſt, non quæcumque, ſed per ſe ſufficiens ad bene viuere vt eſt dicere. Si vero aliquod prædictorum operum contingat deficere in aliqua multitudine, vtputa præparationem alimenti vel artificiatorum, aut etiam arma, nõ erit per ſe ſufficiens ad bene viuere, vt ex ſe manifeſtum eſt, ergo non erit ciuitas. Si ergo debeat eſſe ciuitas, neceſſe ẽ omnia huiuſmodi opera ineſſe ipſi. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit numerum eorum quæ ſunt neceſſaria in ciuitate dicens, q ſi huiuſmodi operationes ſunt neceſſariæ, & ipſæ non poſſunt eſſe ſine quibuſdam aliis, puta præparatio alimenti ſine agricolis, opera artium ſine artificibus, opera armorũ ſine pugnantibus, diuitiæ ſine opulẽtis nec cultus diuinus ſine ſacerdote, nec iudicium ſine iudice, manifeſtum eſt, q ad conſiſtentiam ciuitatis, neceſſarii ſunt agricolæ, artifices, bellici, diuites, ſacerdotes, & iudices.

## LECTIO VII.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit quæ ſunt neceſſaria ad cõſiſtentiam ciuitatis, declarat quæ iſtorũ ſunt partes ipſius, & quæ nõ, & gratia huiuſmodi inquirit q̃ iſtorum contingit attribuere vni, & quę non, & quomodo. Et circa hoc primo facit quod dictum ẽ. Secundo cum dicit. {De diſtributione autem &c.} Quia dixerat agricolas non debere eſſe partes ciuitatis optimæ, determinat đ diuiſione regionis, & quos oportet eſſe agricolas. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod quidem igitur &c.} Recapitulat. Circa primũ adhuc facit quod dictum ẽ. Secundo cum dicit. {Videtur autem &c.} Declarat illud non eſſe nouum, ſed ab antiquis inuentum prius. Circa primum dans intentionem ſuam ponit dubitationem, vtrum omnia prædicta vel quædam poſſent eidem conuenire: ſecundã ſoluit cum dicit. {Sed non &c.} Declarat intentum. Primo igitur dicit quòd poſt declarationẽ dictorum, relinquitur cõſiderandum, vtrum omnia prædicta ſex ſint communicanda omnibus in ciuitate, ita q idem ſit agricola, artifex & miles & ſic de aliis. Hoc enim bene poſſibile eſt, ſcilicet eoſdem eſſe agricolas & conſiliarios, & ſic de aliis.

Lect. ſeq.

Aut vnumquodque iſtorum attribuendum eſt vni conditioni hominum, puta ꝙ quidam ſint agricolæ, alii autem & diuerſi milites, & ſic de aliis. An magis quædam iſtorum ſint attribuẽda eiſdem, quædam autem omnino diuerſis. Hoc enim dubitationem habet, cuius determinatio valet ad declarandum intentum principale. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſſoluit dubitationem, & primo ponit ſolutionem in generali. Secundo cũ dicit. {Cum autem &c.} Manifeſtat eam in ſpeciali. Primo ergo in generali ſoluit eam dicens, ꝙ in ciuitate bene ordinata non expedit omnia prædicta communicare omnib⁹, ſed nec ſingula ſingulis, ſed quædam ipſorum oportet eſſe propria quorundam tantum & non aliorum, quædam autem communia pluribus neceſſario. Sed hoc non habet veritatem in omni Repub. ſed in bene ordinata tantum, ſicut enim prius dicebatur in Tertio hui⁹ contingit omnia prædicta communicare omnibus exiſtentib⁹ in ciuitate & nõ omnia omnibus, ſed quędam quibuſdam, & hoc diuerſimode, & ſecundum hoc diuerſificari Reſpu. in ſtatu populari. Igitur quæ male ordinata Reſpub. eſt, omnib⁹ omnia prædicta neceſſe eſt communicare, quia ſcilicet in ea tota multitudo dominatur. In ſtatu autem paucorum econtrario quædam quibuſdam, vt arma, ſacerdotium, opulentũ & iudicium eiſdem forte vt diuitibus, q̃ dominantur, agricultura autem quibuſdam aliis & artificiũ aliis omnino diuerſis. Deinde cum dicit.

b Non in omni aũt politia hęc. Sicut enim diximus, cõtingit & omnes cõmunicare omnibus, & non omnes omnibus, ſed quoſdam quibuſdam, hæc enim & faciunt politias alteras. In democratiis enim participãt omnes omnibus, in oligarchiis autem econtrario.

*Sed non in omni Repub. hoc, ut diximus, contingit. Nam fieri poteſt, ut omnes participent omnium, & non omnes omnium, ſed quidam quorumdam Hæc enim faciunt Rerumpub. uarietatem. Nam in populari quidem participant omnes omnium. In paucorum autem potentia, contrarium eſt.*

G

c Quoniam aũt exiſtimus conſiderãtes de optima politia, hęc aũt ſecundum quam ciuitas vtique erit maxime fœlix: fœlicitatem aũt, quod ſine virtute impoſſibile eſt exiſtere, dictum eſt prius. Manifeſtũ quòd in optima politizante ciuitate, & habẽte iuſtos viros ſimpliciter, ſed non ad ſuppoſitionem, neq; banauſam vitam, neque forẽſem, oportet quærere ciues. Vilis .n. talis vita, & ad virtutem ſubcõtraria: neque oportet agricolas eſſe, opus eſt.n. vacatione & ad virtutis generationẽ & ad actiones politicas.

*Cum autem conſideratio noſtra ſit de optima Repu. Ea uero eſt per quã ciuitas eſſet maxime fœlix. Fœlicitatẽ autem quòd ſine uirtute impoſſibile ẽ exiſtere, primo diximus. Manifeſtũ eſt ex his quòd in ciuitate quæ optime gubernetur, & quæ iuſtos habeat ciues ſimpliciter, ac non ad ſuppoſitionem, neque artifices, neque mercatores, ciues eſſe oportet. Vilis eſt enim*

H

*huiuſmodi uita, & uirtuti aduerſa, nec certe agricolas eſſe oportet eos qui futuri ſint ciues. Opus eſt enim quiete & ocio ad uirtutem comparandam, & ad Rempub. gerendam.*

d Quoniam aũt quod bellicũ, & quod conſiliatiuũ de conferentibus, & iudicans de iuſtis inexiſtit, & videntur maxime eſſe partes ciuitatis. Vtrũ altera & hoc ponendum, aut eiſdem dandum ambo.

*Cum uero hi ſuperſint qui bello intendunt, & hi qui conſultant de utilibus, & iudicant de iuſtis, & non iuſtis, qui quidem maxime uidentur partes ciuitatis, utrum & hos eſſe alios ponendum ſit, an eiſdem hominibus ambas partes tribuendum.*

I

e Manifeſtum vtiq; & hoc, quia modo quidem aliquo eidẽ, modo aũt aliquo & alteris, qua q̃dem enim alterius ætatis vtrũq; operũ, & hæc quidem indiget prudentia, hæc aũt potẽtia alte-

*Clarum eſt, quòd quodammodo eiſdem, & quodammodo aliis. Qua .n. alterius uigoris utrumque opus & alterum prudentia, alterum uiribus indiget aliis? Qua uero impoſſibiliũ eſt eos qui afferre uim, & prohibere hos*

c ¶ Manifeſtat ſolutionem in ſpeciali. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sine quibus quidem &c.} Recolligit eam. Circa primum primo declarat quæ dictorum non ſunt partes ciuitatis. Ex quo apparet ꝙ quædam dictorum non poſſunt eiſdẽ attribui. Secundo cum dicit. {Cum vero &c.} Declarat quæ cõtingit eiſdem attribui. Ex quo apparet quæ per ſe ſunt partes ciuitatis. Circa primum conſiderandum eſt ꝙ ratio partis per ſe conſideranda eſt ex ratione totius, & ratio totius in his quę ordinantur ad finem ſumitur ex fine, & ideo ratio partium per ſe ciuitatis quærenda eſt ex ratione Reipub. Et ratio Reipub. ex ratione fœlicitatis quæ eſt finis eius. Fœlicitatem autem impoſſibile eſt exiſtere ſine virtute quæ eſt principium eius, & propter hoc ratio partium ciuitatis optime per virtutem determinatur. Hoc ſuppoſito dicit, quoniam intendimus facere conſiderationem de Repub. optima ſimpliciter, non ex ſuppoſitione, ſecundum quam dicimus partes per ſe ciuitatis attingere ad fœlicitatem ſimpliciter quæ eſt finis eius. Fœlicitas autem non poteſt exiſtere ſine virtute, ſicut dictum eſt prius, eſt enim operatio hominis ſecundum virtutem perfectam, manifeſtum eſt ꝙ mercenariorum vitam ducentes vel etiam forenſem ſeu mercatiuã, non oportet dicere eſſe ciues vel partes per ſe ciuitatis optime ſe gubernantis, habentis viros ſimpliciter bonos nõ ex ſup-

F poſitione. Cuius ratio eſt, quia ciues in ciuitate optima oportet operari ad fœlicitatem, & habere illud quod eſt principium ipſius. Hoc autem eſt virtus ciuilis, ergo oportet ciues in huiuſmodi ciuitate virtuoſos eſſe, mercenariam autem vitam ducentes aut forenſem, virtuoſi non ſunt vt huiuſmodi. Vita enim eorum vilis exiſtens ad eam non dirigit, nec ordinatur, immo magis eſt non conueniens vel ſubcontraria ei, ergo tales non ſunt ciues, neq; pars ciuitatis optimę. Nec etiã agricolæ ſeu terram colentes, quoniam ciuibus neceſſaria eſt vacatio ab operationib⁹ neceſſariis & vilibus, & intendere contẽplationi quãdoque & operationibus liberalibus ad generationem virtutis, & ad actiones communes, per quas determinantur, huiuſmodi autem vacatio nõ poteſt ineſſe agricolis, cum ſint dediti agriculturę & laboribus extrinſecis, ergo nõ ſunt ciues vel pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

d ¶ Inquirit quæ prędictorum poſſunt ineſſe eidem. Et primo declarat ꝙ bellicum & conſiliatiuũ debent eidem attribui aliquo modo. In ſecunda cum dicit. {Reliquum eſt &c.} Declarat ꝙ iſta eadẽ & ſacerdotium eidẽ aliquo modo, & alteri alio aliquo modo attribuenda ſunt. Circa primum primo mouet dubitationem. Secundo cum dicit. {Palam igitur &c.} Diſſoluit eam. Circa primum eſt intelligendum ꝙ aliquis bene conſiliatiuus eſt per habitum prudentiæ per quem ex fine bene ratiocinatur, & inquirit de his quæ ſunt ad finẽ, ſicut autem aliquis ſe habet ad prudẽtiam perfectã, ita & ad alias virtutes morales, q̃ ſimul ſunt & non ſunt: & ideo conſiliatiuũ determinatur virtute, bellicum etiã oportet habere virtutem per quã ſit aggreſſiuus terribiliũ, & per conſequens prudentiã aliquam ad hoc neceſſa-

K

riam, & alias aliqualiter virtutes, vnde & dicebat prius Philoſophus in Secundo huius, ꝙ militaris vita multas habet partes virtutis, & ideo bellici & conſiliatiui ſimpliciter determinant̃ virtute, & quia illi qui determinantur virtute ſunt partes ciuitatis optimæ, ideo tales ſunt partes ipſius per ſe, & ideo hoc ſuppoſito, dicit, ꝙ illi qui ordinantur ad bellũ in ciuitate optima, & ad conſiliandũ de conferentibus, & ad iudicandũ iuſte inter diſceptantes neceſſarii ſunt in eadẽ. Et maxime videntur eſſe partes ipſius propter rationẽ prædictam, inquirendum eſt dubitando, vtrum iidẽ ſint ordinandi ad bellũ & ad conſiliũ, an alii ad hoc, alii autem & diuerſi ad illud. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſſoluit, & primo manifeſtat ꝙ iſta duo aliquo modo eidem, aliquo modo alii ſunt attribuenda. Secundo cum dicit. {At vero & poſſeſſiones &c.} Oſtendit quot iſtorũ eſſe debent poſſeſſiones. Et in parte iſta dicit, ꝙ manifeſtũ erit ex dicendis, ꝙ & bellicũ & conſiliatiuũ ſunt attribuenda eidem vno modo, alio modo alteri. Dicitur enim ad præſens idem & diuerſum dupliciter, Idem. ſ. ſecundũ ſuppoſitum & ſecundũ formam, ſicut Sortes



Sortes idem eſt ſuppoſito. Ipſe autem & Plato diuerſi. Sortes autem & Plato albi, ſunt idem in forma. Sortes autẽ albus prius & niger, poſterius eſt alter a ſeipſo, ſicut Porphyrius dicit, quòd Sortes ſenex differt a ſe puero differentia accidentali. Intendit igitur, ꝙ bellicum & conſiliatiuum eidem ſecundum ſuppoſitũ ſunt attribuenda, differenti tamen ſecundum prius & poſteri⁹ & ſecundum fortius, & minus forte, magis prouectum & minus, ſecundum enim ꝙ alteri ætati oportet attribuere bellicũ puta iuuentuti, & alteri conſiliatiuum, puta ætati magis prouectæ, & ſecundum conſiliatiuum indiget prudentia, quæ magis viget in ętate prouecta, & bellicũ robore corporali, q̃d magis in iuuentute oportet ea alteri attribui. Bellicum quidem iuuenibus, conſiliatiuum autem ꝓuectis. Secundum vero ꝙ impoſſibile eſt eos, qui poſſunt violentiam inferre & deiicere principãtes facere ſemꝑ ſubiectos, oportet vtrumque eidem attribui. Viri autem bellici, qui ſunt armorũ domini potentiam habent faciẽdi manere Rempub. & non manere propter armorum violẽtiã, & ideo relinquitur vtrumque iſtorũ dari debere eiſdem in Repub. recta, ſed non ſecundum idem tempus, ſed vnicuiq; dare illud tempore, in quo magis aptum eſt ad illud. Sed in iuuenibus viget virtus corporalis magis q̃ prudentia, vel virtus quæ maxime neceſſaria eſt in bellicis, & ideo bellicum attribuendum eſt ipſius in tempore iuuentutis. Prudentia autem & virtus magis vigent in prouectis, quæ magis ſunt neceſſariæ ad conſilium & iudicium, & ideo conſiliatiuum & iudicatiuum attribuenda ſunt eis, quando ſunt prouectæ ętatis. Sic igitur ambo oportet attribui eiſdem, in alia tamen & alia ætate, & hoc iuſtum videtur. Iuſtum enim eſt vnumquemque habere ſecundũ dignitatem. Diuidere autem ſic ſecundum dignitatem videtur. Dignum eſt enim vnumquodque ordinari ad illud, ad quod magis natum eſt, ac quando magis natum aptum eſt, ſic enim facit natura. Iuſtum eſt igitur iſta diſtribui ſecũdum prædictum modum. Deinde cum dicit.

ris. Qua aũt impoſſibiliũ eſt, potẽtes violẽter agere, & prohibere, hos ſufferre ſubiectos ſꝑ, hac eoſdẽ: qui.n. armorũ domini & manendi & non manendi politiã ſunt dñi. Relinquitur igitur eiſdẽ quidẽ vtriſq; dare politiã hãc, nõ aũt ſimul, ſed ſicut aptũ natũ eſt, potẽtia quidẽ in iunioribus, prudentia aũt in ſenioribus eſt. Igitur ſic ambob⁹ diſtribui expedit & iuſtũ eſſe videt̃: habet enim hæc diuiſio quod ſecundum dignitatem.

*poſſunt ſubiectionem pati ſemper eiſdem? Qui enim armorum domini ſunt iidem etiam ſunt domini ſtatus, uel mutationis Reipub. Reſtat igitur ut eiſdem quidem ambobus Reſpub tradatur, non ſimul quidem, ſed ut natura fert. Vires quidem in iunioribus*

B

*ſunt, prudentia uero in ſenibus. Sic inter eos diſtribui commodum eſt, & iuſtum eſſe uidetur. Habebit enim hæc diſtributio id, quod eſt ſecundum dignitatem.*

f At vero & poſſeſſiones oportet eſſe circa hos, neceſſariũ .n. abundantiã exiſtere ciuibus, ciues aũt iſti, quod .n. banauſum nõ participat ciuitate neq; alia nulla pars quæ nõ virtutes conditiua eſt, hoc aũt palam ex ſuppoſitione, fœlicitari quidem.n.

C

neceſſariũ exiſtere cũ virtute, fęlicem aũt ciuitatẽ non ad partẽ aliquam ipſius reſpiciẽtes oportet dicere, ſed ad oẽs ciues. Manifeſtum autẽ, & quòd oportet poſſeſſiones eſſe horũ, ſiquidẽ neceſſariũ agricolas eſſe ſeruos aut barbaros, aut vernaculos.

*Atqui poſſeſſiones quoq; circa hos eſſe oportet. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus, hi autem ſunt ciues. Nam turba quidem urbana uiliũ miniſtrorum, nulla pars eſt ciuitatis, nec aliud genus quodcumq;, quod nõ ſit uirtutis effector, Patet hoc ex eo ꝙ præmiſimus. Fœlicitas .n. neceſſe eſt ut per uirtutem fiat. Fœlicem uero dicere ciuitatem debemus, non ad partẽ aliquam eius reſpicientes, ſed ad omnes ciues. Manifeſtum igitur ꝙ horũ eſſe poſſeſſiones oportet, ſiquidem neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos, uel barbaros, uel miniſtros.*

g Reliquum aũt ex dinumeratis, quod ſacerdotũ genus, manifeſtum aũt & horũ ordo, neq; enim agricolã neque banauſum ſacerdotem conſtituendũ, a ciuibus .n. decet honorari Deos, qm̃ autem diuiſum eſt id quod ciuile in duas partes, hoc ẽ in id quod armorum, & quod in conſiliatiuum. Decet autem cultũ

*Reliquum eſt ex his, qui ſupra memorati ſunt, genus eſſe ſacerdotũ, quorum inſtitutio manifeſta eſt. Neque enim agricola, neque artifex, neque ui-*

D

*lium exercitiorum quiſquam ſacerdos eſt deputandus. Honos .n. diis eſt a ciuibus impendendus. Sed cum diſtincti ſint ciues in partes duas, hoc eſt in eos qui arma tenent, & in eos qui conſultant, & decens ſit diis cultum*

f ¶ Declarat, quot iſtorum debent eſſe poſſeſſiones in eadem dicens, ꝙ adhuc expedit in ciuitate optima poſſeſſiones eſſe circa hos, ita ꝙ ipſi ſint earum domini, aut maxime, quia neceſſarium eſt ciues in ipſa abundantes eſſe. Siquidem ciuitas optima ordinatur per ſe ad ſufficientiam ſecundum diſpoſitionem ſuã. Iſti autem qui dicti ſunt, ciues ſunt ſimpliciter. Artifices autem & quicumque alii, qui non ſunt factiui operationum virtutis non participant ciuilitate per ſe. Et huiuſmodi declaratio eſt ex ſuppoſitione, quoniam nullus poteſt fœlicitari niſi cum virtute, quæ eſt principium fœlicitatis. Ciuitatem autem optimam dicimus eſſe fœlicem ſimpliciter, non quantum ad aliquam partem, & quantum ad aliquam non, ſed quantum ad omnes ciues, vt eſt dicere. Omnes igitur ciues oportet eſſe virtuoſos, qui ergo non ſunt virtuoſi ſecundum ꝙ huiuſmodi, non ſunt ciues.

A Si igitur ciues oportet eſſe abundantes, vt prędictum eſt, & hoc non poteſt eſſe niſi ſint domini poſſeſſionum aut maxime, neceſſe eſt eos eſſe dominos poſſeſſionis, & hoc ſi ſupponamus ꝙ expedit in tali ciuitate agricolas eſſe ſeruos, & hos aut barbaros aliunde venientes, aut miniſtros. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, ꝙ ſacerdotium aliqualiter eſt attribuendum eidem, & aliqualiter diuerſis cum prędictis, & quibus non ẽ attribuendum dicẽs, quòd ex his quæ dicta ſunt neceſſaria ciuitati, enumeratis prius, relinquitur genus ſacerdotum, cuius ordo ad alios ſatis eſt manifeſtus. Non enim expedit ĩ Repub. bene ordinata artificem, ſeu agricolam, vel forenſem ſacerdotem cõſtituere. Sacerdos enim ordinatur ad cultũ diuinum celebrandum & honorem deo exhibendum pro ſubditis. Nunc autem conueniens eſt cultũ exhiberi deo & honorẽ a principalioribus ciuibus. Omnia enim excellentiora exhibẽda ſunt Deo propter eius excellentiam, a quo eſt omne bonũ & quicquid eſt. Si igitur agricolæ, & artifices, vel forenſes ciues non ſunt, vt probatum eſt prius, non expedit eos eſſe ciues in ciuitate bene ordinata, ſed quoniam ciues diſtincti ſunt ĩ duo, ſicut dictum eſt prius, videlicet, in ordinatos ad arma, & conſiliarios, quos aliquando contingit abdicatos eſſe propter intolerantiam laboris, & emeritos propter exercitium præteritum in bellicis & iudiciis, & oportet eos habere requiem maxime in ſpeculatiuis, cum motus paſſionum ſenſibilium ſint omnino in eis ſedati vt in pluribus. Eos autem qui intendunt honori & cultui diuino oporteat habere requiem & vacationem contemplationis, expedit eos promoueri ad honorem ſacerdotii, & aſſignari, ad ſanctificationem hanc eos, qui abdicati ſunt propter labores in præterito paſſos, & emeriti propter honeſta exercitia in bellicis & conſiliis.

E

Eſt autem intelligendum, quòd ſicut natura illud quod eſt perfectius & in tempore, in quo perfectius eſt ad perfectionem ordinat operationem, ſeu finem, ſic & ratio vel ars, quę imitatur naturam. Homines autem poſt tempus eruditionis & exercitii in diſciplinabilibus imperfectiorem prudentiam habent propter motum fortiorem paſſionum in eis. Robur autem corporale & magnanimitatem habent maiorem propter iuuentutem, hoc autem magis competit in bellicis, & ideo rationabiliter tales in ętate illa ad bellica docet ordinare Philoſophus. Deinde autem procedente ætate repreſſo calido, & aliqualiter remiſſis motibus paſſionum remittitur robur & magnanimitas ſecundum aliquid, ratio autem & prudentia magis vigent. Sedendo enim & quieſcendo fit anima ſciens & prudens. Iſtud autem conuenit deliberationi & iudiciis, & ideo ſecundum rationem tales ordinandi ſunt ad conſilia & iudicia. Vlterius autem magis procedente ætate remiſſo calido propter tempus & ferè mortificatis paſſionibus, vt eſt

dicere, aut regulatis propter longum exe rcitium, ferè deficit ro F bur corporale, & maxime viget intellectus. Illud autem maxime requiritur in his, quæ ordinantur ad cultum diuinū. Oportet enim eos vacare ab exterioribus actionibus, & maxime intendere ſpeculationi diuinorum, & ideo in ætate tali conueniēter aſſignandi ſunt ciues ad cultū diuinū, ita vt primo exercitētur in bellicis, deinde iū agibilibus. Vltimo autem vitam finiant in ſpeculatione diuinorū, in quo ponitur vltim⁹ finis hominis. Deinde cum dicit.

h ¶ Recolligit determinata dicens, ꝙ ſic igitur determinatum eſt, quæ ſunt illa, quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis, & quot illorū ſunt partes ipſius. Agricolę enim & artifices, & mercennarii qui pro mercede commutāt opera, neceſſarii ſunt in ciuitate. Sed nequaquam ſunt partes ipſius per ſe. Bellici autē & cōſiliatiui, & ſacerdotes ſunt partes ciuitatis, & ſunt diſtincti a præcedentibus ſecūdum omne tempus. A ſe autem inuicem ſecundum partem tēporis, ita vt idē pri⁹ ordinetur ad bellū, deinde ad cōſilium, & vltimo ad ſacerdotium. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat iſta fuiſſe ab antiquis inuenta. Et primo narrando. Secundo cum dicit. {Quòd autē omnia &c.} Per ſignum. Circa primū primo declarat diſtinctionē bellicorum & conſiliariorum ab aliis, & inſtitutionem conuiuiorum ciuilium fuiſſe antiqua. Secundo cum dicit. {Ferè quidem igitur.} Concludit idem de aliis. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Conuiuiorum quidem igitur.} Declarat quod iſtorum a quo inſtitutum fuerit primo. Circa primum primo declarat diſtinctionem prædictorum inſtitutā eſſe ab antiquo. Secundo cum dicit. {Quæ autem circa &c.} Diſtinctionē conuiuiorum. Circa primum dicit, ꝙ volentibus phiſice conſiderare de Repub. apparet hoc non nunc primo, neneq; recenter eſſe notū, quod oportet in ciuitate genus bellicorum & conſiliariorum eſſe diſtinctum ab agricolis & artificibus & mercenariis ſecundum ꝙ huiuſmodi. In Aegypto enim, vbi primo conceſſum eſt ſtudere ſecundum ꝙ dicitur primo Metaphi. primo obſeruauerunt leges ſtatuentes. Deinde autem poſterius in Creta, quæ eſt inſula in Græcia. Dicunt enim, ꝙ Seſoſtres legislator Aegyptiorum hoc primus ordinauit legem, de quo fit memoria. Circa Cretam autē Minos legiſlator ipſorū. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat inſtitutionem conuiuiorum ordinatam eſſe ab antiquis dicens, ꝙ inſtitutio conuiuiorum ciuilium, quib⁹ participant omnes ciues determinatis feſtis vel tēporibus, videntur eſſe facta ab aliis multis Cretenſibus ſcilicet, & Italicis. Sed illa quæ ordinata fuerūt in Creta ordinata fuerunt maxime circa temp⁹ regiminis Minois regis. Illa autem quæ ī Italia, multo fuerūt antiquiora pdictis. Dicūt enim Coſmographi illius regionis quēdam regem fuiſſe Italum nomine, in illa, quæ tunc dicebatur Oenotria, a quo accipientes nomen, dicti prius Oenotri, vocati ſunt Itali, & hanc partem Europæ quæ ſita eſt inter ſinum maris Scyllaticum, ita dictum a ſcylla periculo maris in quo ſæpe periclitātur naues propter colliſionem ad rupes præruptas, & ſinum Lamedicum quod videtur eſſe, qđ diuidit prædictam Italiā ex parte oppoſita, quæ videntur adinuicem parum differre circa locum, in quo concurrunt, videlicet p intermedię diei dicunt aſſumpſiſſe nomen Italiæ ab eodē. Hic igitur Italus dicitur collegiſſe paſtores illi⁹ regionis, primo in vnum ordinē ciuilem & conſtituiſſe quoſdā eorū agricolas, alios autē fortes artifices, & alios bellicos, & leges ordinaſſe determinantes regulam viuendi eiſdem, & inſtituiſſe cōuiuia communia omnib⁹ primo. Propter quod & nūc ibidem obſeruant conuiuia, & leges quaſdam ordinatas ab illo, quod intelligendum eſt p tēpore Philoſophi. Apud Tyreniam autem quæ eſt alia pars Italiæ habitabāt pri⁹ Opici dicti, & tunc habitabant pro tempore ſuo: apud Iapygiā autem & Ionium, quę eſt alia pars Italiæ vocata prius Syrtes habitabant dicti Chaones, qui fuerunt quondam de genere Oenotriorum, qui dicuntur fuiſſe græci quidam. Vnde & quædā pars Italiæ

exhibere diis, & requiē habere circa ipſos eos qui pp tempus abdicati ſunt, hos aſſignandum vtique erit ſanctificationibus.

h Sine quibus quidē igitur ciuitas non conſiſtit, & quot partes ciuitatis, dictū eſt. Agricolas enim & artifices, & omne qđ G mercenarium, neceſſarium exiſtere ciuitatibus, partes aūt ciuitatis id quod armorū & conſiliatiuū, & ſeparatum eſt vtique vnūquodq; horū, hoc quidē ſemper, hoc aūt ſecundū partem.

i Videtur aūt non nunc neque recenter hoc eſſe notū iis qui de politia philoſophizant, ꝙ oportet diuiſam eſſe ſeorſum ſecundum genera ciuitatem, & quod bellicum alterū eſſe, & quod ter H ræ cultiuum, in Egypto.n. habet hoc modo. Adhuc autē & nunc, quæ circa Cretam. Quod quidem igitur circa Egyptū Seſoſtris, vt aiunt ita lege ſtatuit. Minos aūt quę circa Cretā, aliqua aūt videt̄ eſſe & cōuiuiorū inſtitutio. Quę quidē circa Cretā facta circa regimen Minois.

k Quæ autem circa Italiā multo antiquiora iis, aiunt enim hiſtoriæ inhabitantium ibi Italū I quēdam fuiſſe regem Oenotriæ a quo nomen trtnſumentes Italos, pro Oenotriis, vocatos eſſe, & oram hanc Europæ Italiæ nomen accepiſſe, quæcumque exiſtit intra ſinum Scylleticum & Lameticum. Diſtant autē hæc ab inuicem itinere mediæ diei. Hunc itaq; Italum dicūt Oenotrios paſtores exiſtentes feciſſe agricolas, & leges ipſis alias poſuiſſe, & conuiuia conſtituiſſe primo, propter quod * & nunc K vocati cognominatione Auſones. Quòd autem ad Iapigiam & Ionium Chaones vocatā Syrtem, erant autem & Chaones œnotrii genere.

*exhibere, & requiem ſuſcipere eos, qui pro tempore in his laborauerunt, ac deſeſsi ſunt, his utique eſſet ſacrorum cura demandanda.*

*Quæ ſint igitur, ſine qbus ciuitas ſtare non poteſt, & quot ſint ciuitatis partes, dictum ſit. Agricolas enim & artifices, & omne miniſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciuitatis ſunt, qui arma tenent, & qui conſultant, & ſeparatum eſt unumquodque iſtorum, hoc quidem ſemper, hoc uero ſecundum partem.*

*Videtur autem non nunc, neque paulo ante, hoc notum fuiſſe his, qui de Republica philoſophantur, quòd per genera ſit ciuitas diſtinguenda. Et pugnatorū genus aliud eſſe, aliud agricolarum. Nam in Aegypto uſque ad hoc tempus in hunc modum ſe habet & in Creta. In Aegypto quidem Seſoſtri legem ferente, & in Creta uero Minoe.*

*Antiqua uidetur eſſe etiā comeſſationum inſtitutio, quod in Creta factū eſt Minoe regnante. Sed multo prius hoc in Italia, quàm in Creta conſtitutū fuit. Tradunt enim periti homines illorum locorum fuiſſe Italum quendam, Oenotriæ regē, a quo mutato nomine, pro Oenotris, Itali ſunt uocitati, orāq; illam maritimā Europæ, quæ eſt inter Scillaticū & Lamedicū ſinum, diſtant uero hæc loca inter ſe, meridiei iter, Italiæ nomen primo cæpiſſe. Hunc ergo Italū tradunt agriculturam Oenotrios docuiſſe, cū prius eſſent paſtores uagi, ac palantes, illiſque leges poſuiſſe, & comeſſationes inſtituiſſe primū. Quapropter etiā nunc quidā illorum populorum comeſſationibus utuntur, & legibus quibuſdā ab illo poſitis. Incolebant aūt eam Italiæ partē, quæ ad Tyreniā uerſa eſt Opici, qui nunc Auſonii nominantur. Alterā uero partē, quæ ad Iapygiā & Ioniū pertinet incolebant Chaones, Syrtim appellatā, & ipſi quoque ab Oenotris orti.*



Italiæ quondam magna Græcia dicebatur. Sed eſt intelligēdū, A quòd propter mutationem inhabitantium regionem prædictā, vel propter bellum, vel occupationem, vel epidimiam plura prædictorum nominū partium regionis prædictæ mutata ſunt, aut etiam oblita, & alia impoſita, & ideo neſcimus bene communiter quas partes regionis illius quædam p̄dictorum nominum ſignificent. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quòd iſtorum a quo primo fuit inuentum dicēs, quòd inſtitutio conuiuiorum cōmuniū legitur primo facta fuiſſe in Italia a prædicto Italo, diſtinctio autē ciuilis multitudinis ſecundum modum prædictū in Aegypto, inſtitutio enim quę fuit facta ſub regimine Minois apud Cretam multo poſterior fuit quàm illa, quæ fuit facta in Aegypto, quam dicitur feciſſe legislator eorum Seſoſtres. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit idē de alijs ciuilibus dicens, ꝙ oportet credere prædicta, & alia ferè ciuilia inuenta, & obſeruata prius multo tpe, aut magis infinities. Si.n. ſupponamus, ꝙ omnia quę fiunt hic reducantur in motum & figuram cœleſtem de neceſſitate, & motus cœli eſt æternus ſecundum opinionē Philoſophi, oportebit iſta inferiora circulari infinities, vt videtur ſecundum ordinationē ciuiliū q̄dam ſunt neceſſaria ad viuendum abſolute, ſicut agricultura, quædā autem ad bene viuēdum. Illa igitur, quæ ſunt neceſſaria, primo inuenerunt ipſa neceſſitate coacti, quæ vero ordinantur ad bene viuēdum iſtis exiſtētibus inuenta fuerunt, & rationabiliter acceperunt incrementum. Similiter & circa Reſpublicas totas, illa enim quæ eſt neceſſaria ad viuendum abſolute, rationabiliter inuēta eſſe creditur prius, quæ autem ordinatur ad bene viuendum & optima eſt, poſterius procedendo ab imperfecto ad perfectum ſecundum modum naturæ. Deinde cum dicit.

n ¶ Manifeſtat dicta per ſignum dicens, quòd ſignum ꝙ omnia ciuilia antiqua ſint & inuenta prius ſunt ea, quæ fuerunt in Aegypto, & ſunt adhuc obſeruata, iſti enim ſunt antiquiſſimi Philoſophantes & ordines ciuiles inſtituentes, leges & ordinem ciuilem inuenientes & obſeruantes, ſicut etiam Plato dicit in Primo Thimei, & ideo eis quæ dicta ſunt prius, & ab eis obſeruata, vtendum eſt gubernantibus bene ciuitates. Si autem aliqua omiſſa ſunt ab eis, vel etiam a nobis, tentandum eſt ea inuenire. Deinde cum dicit.

o ¶ Recapitulat quædam determinata dicens, quòd ſic igitur determinatum eſt prius, quòd regionem & poſſeſſionem principaliter oportet eſſe bellicorum & aliorum participantium Republica, puta conſiliariorum & ſacerdotū, & ꝙ agricolas & mercennarios, & artifices non expedit eſſe ciues in optima ciuitate, prius autem dictum fuit quantum ſecundum quantitatem, & qualem ſecundum diſpoſitionem, oportet eſſe regionem optimam.

LECTIO VIII.

Poſtquam declarauit Philoſophus quæ ſunt partes ciuitatis per ſe, & quæ non, & quòd agricolas non expedit eſſe partes ipſius, quorum eſt excolere regionem, trāſit nunc ad determinandum diuiſionem regionis, & quos & quales oportet ēe cultores ipſius, & circa hoc primo determinat de diuiſione regionis quomodo facienda eſt. Secundo cum dicit. {Terrā autē &c.} quos & quales oportet eſſe cultores ipſius. Circa primum præmittit quaſdam ſuppoſitiōes cū intentione ſua. Secūdo cum dicit. {Neceſſariū igitur &c.} ex dictis cōcludit regionis diuiſionem. Tertio cū dicit. {Vt duabus ſortib⁹ &c.} rationē aſſignat. Circa primum primo p̄mittens intentionē ſuam, primo præmittit quaſdam ſuppoſitiones ex parte poſſeſſionum. Secundo cum dicit. {De conuiuijs autem &c.} ex parte conuiuiorum. Tertio cum dicit. {Adhuc autem &c.} quādam ex parte expenſarum in cultu diuino factarum. Primo igitur dicit, quòd poſt prædicta dicendum eſt de regione qualiter diſtribuenda eſt, & de cultorib⁹ eius, quos ſecundum ſcientiam, & quales ſecundum conditionem oporteat eos eſſe: ſupponentes primo quòd non expedit in ciuitate bene ordinata poſſeſſiones eſſe communes, ſicut Plato & ſequaces eius dixerunt, ſicut oſtenſum fuit in ſecundo. Magis enim negligeretur cura ipſarum neceſſaria. De communibus enim minus curant homines quàm de proprijs, quia magis propria diligunt. Sed expedit eas appropriatas eſſe ſingulis quantum ad proprietatem & curam, facere autem eas communes alijs quantum ad vſum per actum liberalitatis & amicabiliter. Secundo ſupponendum eſt, ꝙ non expedit in eadem ciuitate aliquem ciuem indigere alimento, & eis quæ ſunt neceſſaria ad vitam, quia Ciuitas optima, eſt per ſe ſufficiens, & ciuis per ciuitatem determinatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Præmittit tres ſuppoſitiones ex parte conuiuiorum cōmunium, quarum prima eſt, ꝙ de conuiuijs communibus, ſimul videtur cum pręcedētibus opportunū eſſe ea fieri in ciuitate optima. Cauſa vero propter quam opportunū eſt & nobis videtur, in ſequentibus huius libri dicetur, diſponunt.n. ad familiaritatem ciuium & amicitiam ipſorum. Secūdo de eiſdem ſupponendum eſt

l Conuiuiorū quidē igitur inſtitutio, hinc facta fuit prius, ſeparatio autem quæ ſecundum genus ciuilis multitudinis ex Aegypto, multis.n. excedit temporib⁹ regimē Minois Seſoſtris.

m Ferè quidem igitur & alia oportet putare inuenta fuiſſe ſæpe in multo tempore, magis au B tem infinities, neceſſaria quidē enim opportunitatē ipſam veriſsimile eſt docere, quæ autē ad bonam aptitudinem & circūſtantiam exiſtentibus iam ijs, rationabile acccipere incrementū. Quare & circa politias oportet putare eodē modo habere.

n Quòd autē omnia antiqua, ſignū quæ circa Egyptum ſunt, iſti.n. antiquiſsimi quidē videntur eſſe, leges autem ſortiti fue- C runt, & ordines politicos, propter quod oportet dictis quidē ſufficienter vti, prætermiſſa autem tentare quærere.

o Quòd quidem igitur oportet regionem eſſe arma poſsidētium, & participātium politia, dictum eſt prius, & quód agricolas oportet eſſe alteros ab ipſis, & quātam, & qualem oportet eſſe regionem.

LECTIO VIII. D

DE diſtributione autem, & de agricolis, quos & quales eſſe oportet, dicendū primo, quoniā neq; cōmunē dicimus oportere eſſe poſſeſsionem, ſicut quidam dixerunt, ſed vſui amicabiliter factā communem, neque egere alimento aliquem ciuium.

b De conuiuijs autem ſimul videtur optimum eſſe omnibus ci E

*Inuentio igitur comeſſationum hinc primum extitit. Diuiſio autem ciuitatis per genera apud Egyptum incepit. Seſoſtris enim multis temporibus ante fuit quàm Minos in Creta regnaret.*

*Et alia ferè credendum eſt eodem modo inuenta fuiſſe multotiens in longo tempore, immo uero infinities, nam & quæ neceſſaria ſunt ad uſum uitæ indigentiam ipſam docuiſſe rationabile eſt, & illis repertis additamenta poſtmodum facta fuiſſe ad expolitiorem uiuendi formam, quod eodem modo in conſtitutione Rerumpublicarum accidiſſe credendum eſt.*

*Eſſe uero cuncta uetuſta, ſignum eſt, quòd Aegyptij quorum antiquitas maxima putatur, leges habuerunt & ciuilem inſtitutionem, quapropter utendum eſt his, quæ ſufficienter tradita ſunt, & quæ deficiunt reperire, conandum.*

*Quòd igitur agri & poſſeſſiones eorum eſſe debent, qui arma tenent, quique partes ſunt ciuitatis, dictum eſt, & qua de cauſa cultores illarum, alios eſſe oportet, & quanta & qualis debet eſſe regio.*

*LECTIO VIII.*

*DE diſtributione vero ipſius regionis, & qui & quales debent eſſe cultores dicendum eſt, quandoquidem neque communes omnium cenſemus eſſe debere poſſeſſiones, vt quidam tradidere, ſed vſu amicabili communes fieri, neque de eſſe ulli ciuium alimenta.*

*De comeſſationibus videtur quoque omnibus vtile eſſe, ut aſsint bene*

dum eſt, quòd oportet omnes ciues tam diuites quàm pauperes
communicare ipſis, aliter enim non eſſent communia toti ciuita
ti, per quam determinatur ciuis, Tertio accipiendum eſt, ꝙ cum
ſint egeni vel minus diuites, paucas habentes poſſeſſiones, nõ eſt
facile eos ſine grauamine magno afferre ad conuiuia communia
quod proportionale
eſt, & ſuſtentare fami
liam propriã de mo-
dica ſubſtantia ſua,
modica enim poſſeſ-
ſio, ad duo minus eſt
ſufficiens. Deinde
cum dicit.
c ¶ Ponit vnam ſup
poſitionem quãtũ ad
expenſas diuinorum
dicens, quòd adhuc
accipiendum eſt, ꝙ
expenſæ quæ fiũt in
cultu diuino, puta in
ſacrificijs & ędificijs,
& alijs ad hoc ordi-
natis, cõmunes ſunt
toti ciuitati, ſiquidẽ
prædictus cultus cõ-
munis eſt. Deinde
cum dicit.
d ¶ Infert diuiſionẽ
regionis ex dictis ſup
poſitionibus dicens,
ſi veræ ſunt prædictę
ſuppoſitiones, expe-
dit ĩ ciuitate optima
poſſeſſionum regio-
nis eſſe diuiſam, & al
teram partem eius eſ
ſe communem ad cõ
munes eius expenſas
faciendas, & alteram
propriã vnicuiq; ad
familiares opportu-
nitates, & quælibet
iſtarum partium di-
uiditur in duas, ita
vt vna pars poſſeſſio-
nis communis ordi-
netur ad oblationes
vel cultum diuinum,
altera autem ad expẽ
ſas communes in cõ-
uiuijs communibus
faciendas. Altera au-
tẽ pars eius, quæ pro-
pria eſt ſingulis ordi
netur ad neceſſitates
proprias vnicuique,
alia vero ad negocia
communia ciuitatis,
puta ad munitionẽ,
cuſtodiam, & orna-
tum. Deĩde cũ dicit.
e ¶ Aſſignat diſtin-
ctionis prædictæ ra-
tiones duas, quarum
ſecundam ponit cum
dicit. { Quàmobrem.
&c. } In prima parte
dicit, ꝙ ſic conueniẽ
ter diuiſa eſt regio in
duas ſortes, & quæli
bet illarum diſtincta
in duas. Et hoc rõna-
biliter, quia ſic ea di-
uiſa per diuerſas ſor-
tes, omnes in ciuitate
participabunt vtræ-
que diuiſioni, quia
omnes participabũt
poſſeſſione cõmuni,
ſaltem in quantũ par
ticipant conuiuijs cõ
munibus. Propria au

uitatibus bene inſtitutis exiſte-
re, propter quam autẽ cauſam
ſimul videtur & nobis, poſterius
dicemus. Oportet autem ijs cõ-
municare omnes ciues, non faci
le autem egenos a proprijs affer
re, quod ſtatutum, & guberna-
re aliam domum.

c Adhuc autẽ quę ad Deos ex-
penſæ, ſunt communes toti ci-
uitati.

d Neceſſarium igitur in duas
partes diuiſam eſſe regionem,
& hanc quidem eſſe commu-
nem, hanc autem propriam,
& harum vtramque diuiſam eſ-
ſe dupliciter omnibus, commu-
nis quidem altera pars ad obla-
tiones ad Deos, altera autem ad
expenſas conuiuiorum, eius au
tem quæ ſingulariũ, altera pars
ad proprias neceſſitates, altera
autem ad ciuitatem.

e Vt duabus ſortibus vnicuiq;
diſtributis, vtriſq; locis omnes
participant, quod enim æquale
ſic habet, & quod iuſtum, & ad
municipales vicinos aduerſarios
magis conſentaneum, vbi. n. nõ
hunc habet modũ, ij quidẽ par-
uipendent inimicitiam ad vici-
nos, ij autem nimis curant, &
præter id quod bonum.

f Propter quod quibuſdam lex
eſt, vicinantes cũ terminis nunc
participare honore eorum quæ
ad ipſos præliorum, tamquam
propter proprium, non vtique
potentes conſiliari bene, regio-
nem quidem igitur neceſſe eſt
diuidi hoc modo, propter præ-
dictas cauſas.

g Terrã autẽ culturos maxime
quidem, ſi oportet ad votũ, ſer-
uos eſſe, neq; omnibus eiuſdẽ tri
bus, neq; animoſi: ſic. n. vtiq; ad
operationẽ erunt vtiles, & ad ni
hil inſoleſcere ſecuri: Secũdo au
tem barbaros vernaculos conſi
miles dictis ſecũdum naturam,
horum autem proprios quidẽ
in proprijs eſſe poſsidentiũ ſub-
ſtãtias, eos aũt quæ in cõi terra,
cõmunes. Quo autẽ modo opor
tet vti ſeruis, & quia melius om-
nibus ſeruis præmiũ proponi li-
bertatem, poſterius dicemus.

F tem manifeſtum eſt, quòd participant omnes. Hoc autem æqua
le & iuſtum videtur, & per conſequens rationabile. Rationabi
liter igitur diuiditur ſecundũ prædictũ modũ. Deinde cũ dicit,
f ¶ Tangit ſecundam rationem, & eſt. Expedit poſſeſſiones re-
gionis diuidi ſecundum quòd magis conueniens eſt ciuibus in

*inſtitutis ciuitatibus. Quam uero ob*
*cauſam nobis quoque idem uideatur,*
*poſtea dicemus: oportet autem ciues*
*uniuerſos ad earum communionem*
*admitti, at non facile eſt, ut qui pau-*
*peres ſint, contribuere ſtatutam pen-*
*ſionem ex proprio poſſint, & cæteram*
G *domum gubernare.*

*Præterea in ſacrificiis, cultuque*
*deorum ſumptus communes eſſe de-*
*bent totius ciuitatis.*

*Eſt igitur neceſſarium in duas par*
*tes regionem diuidere, & aliam eſſe*
*publicam, aliam priuatorum. Vtraque*
*illarum partium rurſus diuidenda eſt,*
*illius namque partis, quam publicam*
*eſſe debere diximus, vna pars deo-*
*rum cultui deputanda eſt, altera ve-*
H *ro ad comeſſationum impenſam. Rur-*
*ſus vero, priuati agri, pars vna ad*
*proprias neceſſitates eſt deputanda,*
*altera vero ad ciuitatem.*

*Vt duabus ſortibus vtrimque diſtri*
*butis, amborum locorum omnes par-*
*ticipes ſint, æquum enim & iuſtum*
*ita ſe habet, & ad finitima bella con-*
*cordatius: vbi enim hic modus non ſer*
*uetur, alii faciliter proſiliunt ad finiti-*
*morum inimicitias, alii nimium illas*
*refugiunt & contra dignitatem.*

I

*Quàmobrem apud quoſdã lex eſt,*
*vt qui agros habent vicinos, hi non ad-*
*mittantur ad conſilium belli aduerſus*
*illos ſuſcipiendi, quaſi ob priuatam*
*ſui cauſam recte conſilium dare non*
*valentes. Agrorum igitur per hunc*
*modum facienda partitio eſt, ob cau-*
*ſas antedictas.*

*Cultores autem ipſi maxime qui-*
K *dem, ſi ſecundum votum optandum,*
*eſt, ſerui eſſe debent, neque omnes*
*vnius generis, neque animo elati, ita*
*& ad faciendum opus, vtiles forent,*
*& nihil noui ab eis metueretur, Secun*
*do autem loco, barbari miniſtri, na-*
*tura ſimiles his quos ſupra diximus,*
*horum autem in priuatis quidem a-*
*gris, & ipſi priuatorum dominorum*
*ſint, in publicis vero, publici. Quem-*
*admodum autem ſeruis vtendum ſit,*
*& quale, melius eſt omnibus ſeruis*
*præmium libertatis eſſe propoſitum,*
*poſtea dicemus.*

ordine ad vicinos cõ
terminales eiſdem &
potentes aduerſari,
ſed eam diuidi ſecun
dum modum prædi-
ctum magis conue-
niens eſt ipſis in re-
ſpectu ad vicinos mu
nicipij ciuitatis volẽ
tes aduerſari, cuius ſi
gnũ eſt, quia vbi nõ
obſeruant iſtum mo
dum, ſed vbi omnes
poſſeſſiones ſunt cõ-
munes paruipendũt
inimicitiam vicino-
rum, non curantes ſi
occupẽt partem poſ-
ſeſſionis ciuitatis: mi
nus enim dolent de
omiſſione commu-
nium, vbi autem om
nes poſſeſſiones ſunt
propriæ, vel ferè ni-
mis curant de inimi-
citia vicinorum, &
pręter illud quod bo
num eſt, verentur e-
nim amittere poſſeſ-
ſiones proprias, eas
magis diligẽtes q̃ cõ-
munes, & ideo in qui
buſdã ciuitatibus ſo-
let eẽ lex, vicinos cõ-
terminales non parti
cipare honore vel cõ
ſilio eorum in ordi-
ne ad bellum, vel qđ
cũque aliud magnũ,
quaſi non poſſent be
ne conſiliari propter
affectionẽ aliquã pro
priam inimicitię vel
amoris. Expediẽs eſt
igitur regionem diui
di ſecundum prædi-
ctum modũ, propter
prædictas rationes.
Deinde cum dicit.
g ¶ Declarat quos
& quales oportet eſ-
ſe cultores regiõis di
cens, quòd in ciuita
te optima terræ cul-
tores ſi poſſint habe-
ri ad votum, oportet
eſſe ſeruos robuſtos
corpore, vt bene ela
borare ipſam poſſint
deficiẽtes intellectu,
ne ſint inuẽtiui frau-
dum cõtra dominos.
Sed circa hos opor-
tet duo obſeruare.
Primo, quòd nõ ſint
eiuſdem tribus, ſic. n.
vniti adinuicem ma-
gis poſſunt eſſe for-
tes quàm ciues. Secũ-
do quòd nec animo-
ſi, ſi enim eſſent, ma-
gis auderent inſurge
re. Expedit igitur eos
eſſe robuſtos corpo-
re, deficientes intel-
lectu, puſillanimes, &
non eiuſdẽ tribus, ſic
enim



enim magis vtiles erunt ad terræ elaborationem, & nihil inſole-
ſcent contra dominos machinantes. Deinde autem expedit ſi
iſti non poſſunt haberi terræ cultores eſſe barbaros in alia regio
ne natos, & natos ſeruire, & miniſtros natura, tales enim ſunt
ſimiles prædictis ſecundum diſpoſitionem naturalem, ſed colen
tes terras proprias v-
niuſcuiuſque ciuis o-
portet eſſe proprios
illorum, quorũ ſunt
terræ, eos autem qui
terram communem,
expedit eſſe ſeruos
communitatis. Quo
modo autem domi-
nus ſe debeat habere
ad ſeruos in vtendo
ipſis, & melius eſt ad
inducendum eos ad
bene operãdum pro
poni eis libertatem
in præmium ſi bene
operentur, cum au-
tem verbere vel affli-
ctione affici debeant,
in ſequẽtibus huius
tractatus dicetur.

## LECTIO IX.

POſtquam
Philoſo-
phus de-
clarauit
ea, quæ ſupponenda
ſunt ex parte multi-
tudinis ciuilis ad re-
ctam Rempublicam,
vult nunc declarare,
quæ ſupponẽda ſunt
ex parte ſitus ciuita-
tis, & ædificiorũ eius
& regionis in ſpecia-
li magis, & primo o-
ſtendit quæ ſupponẽ
da ſunt ex parte ſitus
ciuitatis in ſpeciali.
Secundo cum dicit.
{ De locis autẽ &c. }
qui ex parte muni-
tionum & ædificio-
rum. Circa primum
recolligit quædam di
cta prius de ſitu ciui
tatis. Secundo cum
dicit. { Ipſius autem
ad ſeipſam &c. } de-
clarat q̃ vlterius ſup-
ponenda ſunt circa ſitum eius in ſpeciali. Primo igitur dicit, ꝙ
prius determinatum eſt a nobis, quòd ſi ciuitas optima debeat
ſituari ad votum, oportet quòd communicet mari & terræ ſecũ
dum quòd contingit melius, vt ex vtroque poſſit iuuari, & in ne
ceſſarijs ad vitam, & contra vicinos debellãtes. Deinde cũ dicit.
b ¶ Declarat quæ attendenda ſunt de poſitione ciuitatis in or
dine ad ſanitatem & ad bellica, & primo facit hoc. Secundo cum
dicit. { Qm̃ aũt oportet &c. } de quibus iſtorum magis ſolici-
tandum eſt propter ſanitatem. Circa primum tangit quattuor,
ad quæ oportet reſpicere in bona poſitione ipſius, quorum duo
prima per ſe ordinantur ad ſanitatem. Tertium ad bellicas op-
portunitates. Quartum vero ad hoc & ad neceſſitatem vitæ. Di
cit igitur, quòd ſi oportet ciuitatem ipſam ſituari ad votũ, opor-
tet reſpicere ad quatuor principaliter. Primo quidem, ꝙ declina
tionem habeat, & ſit propatula, ſi fieri poteſt ad orientem, & ad
ventos flantes ab ortu, qui ſunt ſaniores alijs, tamquàm hoc ſit
opportunum ad bonam diſpoſitionem ciuium, ſcilicet ſanitatẽ.
Sunt venti orientales ſaniores, quoniam plurima materia ipſo-
rum plus moratur ſub via ſolis, & ideo calidiores ſunt ſecundũ
Philoſophum. 2. Metheororum. Propter caliditatem autem ſuã
nubes reſoluũt, & aerem ſubtiliant & mundificant, quæ faciũt
ad bonam diſpoſitionem & ad ſanitatem. Siquidem aer paludo-
ſus, & nubiloſus, & groſſus, eſt egrotatiuus. econtrario vero ven-
tus occidentalis frigidus eſt & parum moratur ſub via ſolis, nec
eſt fortis flatus vt frequentius, & ideo propter frigiditatem va-

## LECTIO IX.

CIuitatem autem, quòd
quidem oportet com-
munem eſſe aridæ &
maris, & regionis omnis ſimili-
ter, ex contingentibus dictum
eſt prius.
b Ipſius autẽ ad ſe ipſam, ſi ad
votum oportet adipiſci poſitio-
nem quatuor vtique reſpicien-
tes, primum quidem tamquàm
neceſſarium ad ſanitatem, quæ
enim ad ortũ declinationem ha
bent, & ad vẽtos flantes ab oriẽ
te, ſeniores, Secundo autẽ ad Bo
ream. Recentiores. n. hæ magis,
reliquorum autem ad politicas
actiones, & ad bellicas, beneha-
bere. Ad bellicas quidẽ igitur,
ipſis quidẽ boni exitus eſſe opor
tet, aduerſarijs autem difficile
adibilem, & difficile compre-
henſibilem. Aquarum autem &
riuorum, maxime quidem exi-
ſtere multitudinem conuenien-
tem, ſi autem non hoc inuentũ
eſt, per præparationem ſuſcepta
culorum aquarum imbrium co
pioſorum & magnorum, vt nũ-
quam deficiant, prohibiti a re-
gione propter multitudinem.
c Quoniam autem oportet de
ſanitate inhabitantium ſolici-
tari, hoc autem eſt imponi locũ
in tali & ad talem bene: Secun-
do autem aquis ſanis vti, & hu-
ius curam habere non acceſſo-
rie, quibus enim plurimis vtun
tur ad corpus & ſepiſsime, hæc

## LECTIO IX.

*VRbs autem quòd terræ, ma-*
*riſque particeps eſſe de-*
*bet, & quòd ad totam re-*
*gionem ſimiliter debet eſſe communis*
*quantum fieri poteſt, dictum eſt prius.*

B

*Ipſius autem ad ſeipſam optan-*
*dum eſt poſitionem ſortiri ad quatuor*
*reſpicientes, Primum ad ſanitatem*
*quod eſt neceſſarium, ad orientem e-*
*nim ſolem conuerſæ urbes, & ad eos*
*uentos qui inde perflant, ſalubriores*
*ſunt. Secundo loco, quæ ſunt ſecun-*
*dum boream ſitæ, hæ namque ſunt ad*
*hiberna potiores. In reliquis uero, ut*
*ad ciuiles res, & ad bellicas, oppor-*
*tune ſe habeat. Ad bellicas quidem,*
*ut facilis ſit ciuibus in aliena egreſſio,*
*hoſtibus autem, difficilis aditus, ac dif*
C *ficilis circundatio. Aquarum autem*
*& ſtagnorum abundantiam habeat*
*maxime naturalem, quòd ſi naturalis*
*deficiat, ex aqua pluuia ciſternæ, &*
*lacus, qui magnam uim aquarum ſu-*
*ſcipiant comparentur, ita ut deeſſe a-*
*qua, ſiquando obſiderentur, num-*
*quàm poſſit.*

*Sed cum oporteat de ſanitate habi-*
*tantium curam habere, hoc autem ſit*
D *primum in ſitu, & qualitate loci, ſe-*
*cundum in aquarum ſalubrium uſu,*
*in ea quoque re eſt diligentia merito*
*adbibenda. Quibus enim plurimum*
*& fræquentiſsime utimur ad corpus,*
*ea plurimum important ad ſanitatem.*

A pores congregat & aerem ingroſſat, & propter paruitatem flatus
non poteſt nubes propellere, iſta autem non conueniunt ad bo
nam diſpoſitionem corporum, & ideo loca propatula ad occidẽ
tem non ſunt ſalubria bene, vt frequentius. Secundo expedit ci
uitatem declinare ad boream & ad ventos boreales, ſic enim re-
centior erit & magis
remota a putrefactio
ne, quia venti illi re-
centiores ſunt & ſa-
niores. Cuius ratio
eſt, quia ventus ſeptẽ
trionalis frigidiſſim⁹
eſt & fortiſſimi flat⁹,
& ratione fortitudi-
nis flatus & nubes, &
vapores groſſos pro-
pellit ab aere mundi
ficando ipſum, ratio-
ne vero frigiditatis
congregat calidũ in-
trinſecum claudendo
poros exterius, & ꝓ-
pter primum prohi-
bet putrefactionem,
propter ſecundũ con
fortat digeſtionem,
& iſta bene compe-
tunt ſanitati. Econ-
trario ventus auſtra-
lis calidus eſt & tor-
tuoſi flatus, & virtu-
te caliditatis eleuat
vapores, & poros ape
rit, & virtute flatus
tortuoſi nubes con-
gregat, & ideo ingroſ
ſat aera, & ad putrefa
ctionem diſponit, &
debilitat digeſtionẽ,
quæ ſunt principia
ægritudinis, & ideo
ventus auſtralis non
eſt bene ſalubris. Ter
tio autem oportet ci
uitatem ſituari, vt be
ne ſe habeat ad actio
nes ciuiles, & ad op-
portunitates bellicas
propter quas opor-
tet eam ſic diſponi,
vt ſit boni exitus ci-
uibus & facilis, diffi
cilis autẽ & mali adi
tus debellantibus, &
per conſequens diffi-
cile comprehenſibi-
lis, quòd ſit vel per
naturalem diſpoſitionem, vel montium, vel rupium, vel aqua-
rum, vel per artificialem, puta turrium, vel munitionum. Quar-
to expedit eam ſic poni, quòd habeat multitudinem aquarũ fon
talium, vel fluuialium conuenientium ſanitati & munitioni ſi
poſſibile eſt, ſi autem hoc non eſt poſſibile, oportet inuenire &
præparare ſuſceptacula aquarum fluuialium & defoſſarum, puta
ciſternas & puteos potentes continere copiam multam ipſarũ,
ita vt non contingat eos deficere propter multitudinem, etiam
E ſi ab aduerſarijs prohiberẽtur aquæ exteriores. Deinde cũ dicit.
c ¶ Declarat de quibus prædictorum magis ſolicitandum eſt
ad ſanitatem, quod primo facit. Secundo cum dicit. { Propter
quod &c. } ponit quoddam documentum. Primo dicit, quoniã
conditorem ciuitatis oportet eſſe ſolicitum multum de ſanita-
te inhabitantium ciuitatem. Primo enim & principaliter opor-
tet eſſe ſolicitum de bona diſpoſitione animę. Secundo de bo-
na diſpoſitione corporis in ordine ad animam, bona autem di-
ſpoſitio corporis, ſeu ſanitas primo videtur cauſari ex diſpoſitio
ne ciuitatis ad talem vel talem ſitum, puta ad orientem vel bo-
ream propter bonam diſpoſitionem aeris. Secundo vero cauſa-
tur ex vſu aquarum bene diſpoſitarum, puta dulcium & leuium,
& ideo de iſtis, & de aere principaliter non acceſſorie, illa enim
multum conferunt ad ſanitatem & bonam diſpoſitionem, qui-
bus vt plurimum & frequentiſſime vtuntur homines ad vitam
corporis ſuſtentandam. Hæc ſunt natura aquarũ & aeris. Aqua
enim vtuntur ſecundum ſe ad potum & ad cibum ſaltem ſecun-
dum ꝙ

dum quòd mixta eſt. Aere autem ad reſpira tionem. ergo multū conferunt ad ſanitatem, oportet igitur con ditorē ciuitatis multum ſollicitari de bona diſpoſitione aquarum & aeris, forte autē magis de diſpoſitione aeris. Siquidem aer inſpiratus cum minori alteratione peruenit ad principium vitæ, ſcilicet ad cor. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit quoddā documentū circa naturam aquarum in ciuitate dicens, quòd propter hoc, quia aquæ multum conferunt ad ſanitatem, ſi non fuerint omnes aquæ in ciuitate ſimiles, nec copioſæ diſtinguuntur ſeorſum accipiendo eas de numero ipſarū quæ ad alimentum ſunt conueniētes & ſeorſum, alias quæ ad alias opportunitates in ciuitatibus ſapienter ordinatis, vt conuenientibus ad alimentum, ſi copioſæ non fuerint, non vtantur ad alia, necnon conuenientibus vtantur ad alimentum. Deinde cum dicit.

e ¶ Inquirit de his quæ ſupponenda ſūt ex parte munitionū & ędificiorum, & circa hoc prīo facit qđ dictum eſt. Secundo cum dicit. { Sed immorari &c. } excuſat ſe ab vlteriori conſideratione taliū. Circa primum prmo declarat quæ ſupponenda ſunt circa munitiones & ædificia in ipſa ciuitate. Secundo cum dicit. { Etenim in principantibus &c. } quæ in regione exterius. Circa primum primo inquirit de munitionibus & ædificijs communibus ciuitatis. Secundo cum dicit. { At vero neque &c. } De his quæ ordinãtur ad principalia opera ciuitatis. Circa primū primo tangit, ꝙ non eodem modo ſe habet de munitionibus & in omnibus Rebuſpublicis. Secundo cū dicit. } Priuatorum autem &c. } inquirit de ipſis & de ædificijs in ciuitate optima. In prima parte dicit, ꝙ illud quod eſt expediens & melius circa loca munita, non eodē modo ſe habet in omnibus Rebuſpublicis ſed in ſtatu paucorum & monarchia expedit eſſe arcē, ideſt partē ſuperiorem ciuitatis fortiſſimam eſſe; in qua dominãtes in pau corum ſtatu & monarchæ morantes poſſint defendere ſe, ſi opus ſit, ab impetu multitudinis inſurgentis ſi contingat. In ſtatu autem populari, expedit æqualitas ædificiorum vt nullus propter fortitudinem munitionis alios expugnans, tyrannizet vel dominetur ſolus. In ſtatu autem optimatum in quo principantur plures virtuoſi, intendentes bonum commune, neutrum iſtorū expedit, ſed magis multitudo locorum fortium per quos poſſit tueri ciuitas communiter. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat qualem oporteat eſſe diſpoſitionem habitationū propriarum & munitionum, & primo inquirit de diſpoſitione habitationum familiarium propriarum. Secundo ibi. { Et totā quidem &c. } De communibus, puta de muris & munitionibus. Circa primum eſt intelligendum quòd antiqui habitationes fa- F miliares fortiores faciebant propter aduerſarios & rudiores, qa non ita erant experti, poſteriores autem magis delectabiles & vtiliores ad quædam & ſubtiles magis propter maiorem experientiam. Dicit igitur, quòd diſpoſitio habitaculorum familiarium & hippodamium, ideſt domicilium equorum, ideſt ad equos nutriendos, ſi fuerit bene penetrabilis, hoc eſt propatula & bene euētabilis ſecūdum modum ædificandi poſteriorū, eſt magis delectabilis ad inhabitandum, & vtilior ad aliquas actiones, puta ad nutritionem animaliū, ſed diſpoſitio eorum ſecūdum modum antiquū vtilior eſt propter ſecuritatem ab inſurgentibus ꝓpter fortitudinē, & minꝰ delectabilis propter ruditatem ipſius, erat enim difficilis introitus impugnantibus & difficile penetrabilis eis, & ideo ſi debeant diſponi ad votum familiaria habitacula, oportet quòd habeant iſta duo, vt ſcilicet ſint fortia cōtra bebellantes, & difficilis aditus eis ſecūdum diſpoſitionem antiquorum, & delectabilia & vtilia ad actiões familiares ſecundum diſpoſitionem poſteriorum: ſi enim aliquis ita præparauerit, continget habitationem eius eſſe ſimilem habitationi agricolarum, quos vocant quidam cuſtodes vinearum, quia in vineis & in cāpis ſolitarie immorãtur, quorū habitacula ſic ſunt diſpoſita vt dictum eſt prius, vt bene ſe habeant ad actiones familiares & contra volentes nocere. Deīde cū dicit.

g ¶ Inquirit de diſpoſitione munitionum totius ciuitatis, & primo in generali. Secūdo cū dicit. { De muris autem &c. } ſpecialiter de muris. In prima parte dicit, ꝙ ſimiliter ſicut dictum eſt de familiaribus habitationibus, quod expedit eas eſſe diſpoſitas dicto modo, ita dicendum eſt rationabiliter quòd expedit totam ciuitatem eſſe diſpoſitam quantum ad munitiones, vt non ſit facile penetrabilis aduerſarijs, ſcilicet turribus & foſſis & alijs huiuſmodi diſpoſitis ſecundum partes & loca quibus magis competunt, ſi enim ſic ſe habeat, melius ſe habebit ad ſecuritatem propter ipſas munitiones & ad ornatum, & per conſequens ad delectationem propter debitum ordinem & ſitū earum. Deinde cum dicit.

h ¶ Inquirit de muris: fuit autem opinio quorundam, quòd muri non ſunt neceſſarij ciuitati optimæ, quæ habet optimos viros, tum quia propter confidentiam murorum forte redderentur negligentes in actionibus bellicis, tum quia vbi eſt maior fortitudo & melior, non competit multis minor: fortitudo autem virorum optimorum maior eſt & melior ad defenſionem ciuitatis quàm ea quę murorum, ergo videtur fortitudo murorum nō competere eidem. Primo igitur proponit opinionem iſtam ſimpliciter non eſſe tenendam, innuens rationem ad hoc. Secundo cum

plurimum conferunt ad ſanitatem, aquarum autem & ſpiritus natura, hanc habent naturam.

d Propter quod quidem in bene ſapientibus ciuitatibus oportet diſtingui, ſi non omnes ſimiles, neque copioſæ ſint talium aquarum, ſeorſum eas quæ ad alimentum aquas, & eas quæ ad aliam opportunitatem. G

e De locis autem munitis non omnibus politijs ſimiliter habet quod expediens, puta arx, oligarchicum & monarchicum, democraticum autē æqualitas, ariſtocraticum autem neutrū, ſed magis fortia loca plura.

f Diſpoſitio autem familiariū habitationum delectabilior putatur & vtilior, ad alias actiões, ſi bene penetrabilis ſit ſecundū H modum iuniorem & domatiuum equorum. Ad bellicas autem ſecuritates econtrario, vt habebant ſecūdum antiquum, Difficilis enim exitus illa extraneis, & difficile perſcrutabilis inuadentibus, propter quod oportet vtriſque ijs participare. Contingit enim ſiquis ita præparauerit, ſicut inter agricolas quas vocant quidem vinearum ſiſtadas.

g Et totam quidem ciuitatem I non facere facile penetrabilem, ſecūdum partes autem & loca, ſic enim ad ſecuritatem & ad ornatum bene habebit,

h De muris autem dicētes, nō oportere habere virtuti contra factas ciuitates valde antique exiſtimant, & hoc videntes opere redargutas eas quę illo modo decorantur.

*Aquarum autem & uentorum potentia talem habet naturam.*

*Quapropter in ciuitatibus quæ recte ſapiunt, diſtinguendus eſt aquarum vſus, ſi non omnes ſunt pares, nec abundantia ſit earum aquarum, vt aliæ ſeorſum aquæ ad cibum & potum, aliæ ad aliam indigentiam depetentur.*

*Loca autem munita non pariter cūctis ciuitatibus vtilia ſunt, vtputa arx ad dominationem vnius vel paucorum, In populari uero uiuendi modo æqualitas loci. In optimatum uero gubernatione neutrum iſtorum, ſed magis loci plures ardui.*

*Priuatarum autem domorum forma gratior & commodior ad cæteras res exiſtimatur ſecundum nouiorem iſtum hippodamium morem, ſed ad ſecuritatem tutelamque ciuitatis utilior erat antiquorum ædificatio, habent enim illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibu, niſi conſueti euadere uix poſſunt, & inſcrutabiles latebras, ſi qui aggrederentur, ex qua utriuſque horum participare debent, pōt enim hoc fieri, ſiquis ita diſponat, ut ſolent agricolæ illos quos uocāt quidam, uinearum tramites.*

*Et cæteram urbem non facere penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca, ſic enim & ad ſecuritatem, & ad ornatum ſe bene habebit.*

*Mœnia uero qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis quæ uirtutem poſſideant, nimium priſce loquuntur, & hoc uident per experientiam reprobatum in his ciuitatibus, quæ ſibi id ad gloriam iactabant.*

K



cum dicit. { Eſt autem ad conſimiles &c. } declarat quibus non competunt multum, & quibus ſunt neceſſarij. Tertio cum dicit. { Si ergo per hunc modum &c. } concludit ex dictis eſſe multum curandum de eis & propter quas cauſas. Circa primum dicit, quòd dicentes de muris non oportere eos circumponere ciuitati bene ordinatæ ad virtutem, & habēti viros virtuoſos valde antiquam habent æſtimationem, & ſimpliciter & præter rationem, maxime cū videãt illas, quæ hoc modo decorantur ſine muris in ſola multitudine confidentes ex ipſo opere redargutas & ductas ad inconueniens, multæ enim fuerunt ciuitates habētes viros fortes & bonos, quę propter defectum munitionis & murorum ſuccubuerunt & captæ ſunt. Deinde cū dicit.

i ¶ Declarat, reſpectu quorum non multum competunt & reſpectu quorum ſunt neceſſarij, & primo facit primum. Secundo cum dicit. { Quoniam autem & accidit &c. } ſecundum. In prima parte dicit quòd ciuitati habenti bonos viros, non multum cōpetit ſaluari per munitionē murorum & conſimilibus ſecūdum virtutem, & non multum differentibus ſecundum multitudinem, in loco enim ꝓprio in quo potētiores videntur ciues virtuoſi videntur ſe poſſe defendere a conſimilibus virtute vel parū excedētibus, & ideo non ſunt eis neceſſarij muri ad hoc, quia non eſt faciendum ꝑ plura, quod bene poteſt fieri per vnum, & iterum opprobrioſum eſt, ꝙ aliquis qui poteſt expugnare per propriam virtutem, nitatur expugnare ꝑ propriam & alienam. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quòd reſpectu ſuperexcellentis multitudinis & virtutis ſunt neceſſarij, & ad hoc adducit rationes tres, quarū ſecundam ponit cum dicit. { Simile enim velle muros &c. } Tertiam cum dicit. { At vero neque &c. } In prima parte dicit, quoniam virtutem inſurgentium cōtra ciuitatem contingit eſſe maiorem multo quàm ſit virtus eorum qui inhabitãt ciuitatem & paucorum, & illi qui ſunt maioris virtutis multo vt frequentius debellant eos qui minoris: munitio murorum bellicoſiſſima, ideſt apta ad bellandum, neceſſaria eſt ciuitati quæ minoris virtutis eſt, vt pluribus modis poſſit reſiſtere impugnantibus, & propter alia multa, & ad euitandum & ad repellendum ictus ſagittarum & machinarum diuerſarum, quæ inuentæ ſunt ad certitudinem inſultus. Dicit autem munitionem murorum eſſe neceſſariam non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione finis ſi debeat ciuitas ſaluari, nec pati nocumentum aut iniuriam ſuſtinere, aut fieri ſeruam. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd ſimile idem videtur dicere muros non circumponendos eſſe ciuitatibus, & circum- A tollere, hoc eſt de circuitu tollere montana loca, ideſt fortia loca prohibentia aduerſarios, & regionem facere facilem penetrabilem ab ipſis, ſimiliter dicere muros non circumponere habitationibus proprijs, ac ſi timeretur quòd non eſſent futuri habitatores viriles, ſimile eſt facere eam penetrabilem furibus & raptoribus, nūc autem inconueniēs eſt ciuitatem, aut propriam inhabitationem facile penetrabilem facere aduerſantibus. ergo inconueniens eſt muros non apponere vtrique. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiā rationem dicens, quòd adhuc oportet intelligere, quòd ſi circūponantur muri ciuitati habēti viros virtuoſos poſſunt repellere inſultum aduerſantium, & per muros, & per virtutes ipſorum, & vti contra eos, & tamquàm habētes murum, & tamquàm non habentes, quæ autē muros non habent, non poſſunt niſi altero tantum: nunc autem melius eſt pluribꝰ modis viciſſim reſiſtere aduerſario, quàm vno tantum. Deinde cum dicit.

n ¶ Concludit curandum eſſe de muris, & ꝓpter quas cauſas. d. ꝙ ſi ea quæ dicta ſunt ſe habent vt dictum eſt, manifeſtum eſt, ꝙ non ſolū circumponendi ſunt muri ciuitati, ſed etiam multum curandum eſt de eis, vt bene ſint diſpoſiti ad ornatum & decorem ciuitatis, ſed etiam ad repellendas opportunitates bellicas aduerſariorū, & quæ nunc inuentæ ſunt, & quas contingit inueniri, & ad eos impugnandum. Sicut enim inuadentes curant diligenter quibus modis poſſunt ſupergredi inuaſos, vtētes inſtrumentis inuentis & tentantes inuenire alia, ſic cura debet eſſe inuaſis quomodo poſſint ſe cuſtodire, vtendo eis quæ inuenta ſunt, & quærendo nō inuenta per viam phiſicam, ſi enim inuadentes ſcirent inuadendos bene munitos eſſe & potentes reſiſtere, non multum conarentur eos inuadere a principio. Nullus enim conatur ad illud quod credit eſſe impoſſibile vel ſimpliciter vel ſibi. Deinde cum dicit. E

o ¶ Determinat de diſpoſitione habitationum quæ ordinantur ad actus principales, & primo diſpoſitionem earum quæ ordinãtur ad quoſdam actus communes omnibus. Secundo cum dicit. { Quoniam autem ciuitatis &c. } earū quæ ordinantur ad actus ſpeciales quorundam. Circa primum primo manifeſtat diſpoſitionem eorum quæ ordinantur ad cultum diuinum & cōuiuia. Secundo cum dicit. { Venalium autem &c. } eorum quæ ordinãtur ad commutationem. Circa primum primo dat intentionē ſuam. Secundo cum dicit. { Et hæc quidem &c. } proſequitur. In prima parte dicit, quoniam in ciuitate perfecta neceſſarij ſunt muri, vt dictum eſt prius: & neceſſarium eſt eos eſſe diſtinctos ꝑ obſeruatoria, & turres poſitas in locis opportunis ad defenſionem &

i Eſt autem ad conſimiles quidem, & non multum differentes multitudine, nō bonū tētare ſaluari per murorum munitionē.

k Quoniã autē & accidit & cōtingit, maiorē exceſſum fieri inſurgentiū q̃ ſit virtus humana, & ea quę in paucis, ſi oportet ſaluari & non pati male, neque iniurias ſuſtinere, firmiſſimã munitionem murorum exiſtimandum eſſe bellicoſiſſimam, aliterque & nunc inuentis ijs, quæ circa ſagittas & machinas ad certitudinem inſultus.

l Simile enim velle muros non circumponere ciuibus, & regionem facile ingreſſibilem quærere, & circum tollere montana loca. Similiter autē & proprijs habitationibus non circumponere muros, tamquàm non virilibus futuris habitatoribus.

m At vero, neque hoc oportet latere, ꝙ circūponentibus quidē muros circa ciuitatem, licet vtroq; modo vti ciuitatibus, & tamquam non habentibus, ijs autē quæ nō habēt, non licet.

n Sed vtique hoc habet modo, non quia muri ſolum circumponendi, ſed & de ijs curandum, quatenus & ad ornatum habeãt ciuitati decenter, & ad bellicas oportunitates & ad alias, & ad nunc adinuentas, ſicut enim inuadentibus cura eſt, per quos modos ſupergrediuntur, ſic hæc quidem inuenta ſunt, hæc autē quærere oportet & philoſophari cuſtodientes, A principio enim neque conantur inuadere bene præparatos.

o Qm̃ autē oportet multitudinē quidē ciuiū in conuiuijs di-

*Eſt enim ad pares, ac non multo excedentes multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle.*

*Sed cum aliquando contingat & fieri poſſit, vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute ſuperueniat,* B *ſi ſaluos eſſe oportet, neque perire, neque contumelijs affici, firmiſſimam munitionem murorum, putandum eſt opportuniſſimam eſſe in bello, præſertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium, cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta.*

*Simile eſt enim ciuitatem non circundandam mœnibus cenſere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deijcere montoſa loca, & priuatis domibus non circundare parietes, quaſi viles futuri ſint habitatores.* C

*Atqui, ne id quidē latere oportet, quòd qui mœnibus circundantur, eis licet in vtramque partem vti vrbibus, & tamquam muros habentibus, & tamquam non habentibus, ſed eis qui mœnia non habent, non licet.*

*Si ergo per hunc modum ſe habet, non ſolum mœnia circundanda ſunt vrbi, verumetiam curandum, vt & ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter,* D *& ad bellicas opportunitates, tum alias, tum ad illas quæ nunc repertæ ſunt, ut enim aggreſſoribus cura eſt, quibus modis vincant, ita quædam iã reperta ſunt, quædam inueſtigare atque philoſophari oportet eos qui defendunt. Principio enim non aggrediuntur expugnare eos, qui bene ſe præparauerunt.*

*Cum uero multitudo ciuium in comeſſatiões diſtributa eſſe debeat, mœ*

nem & ornatum. Adhuc autem expedit communitatem ciuilẽ conuiuia cõmunia facere, & expedit eam eſſe diſtinctam in eis, ſecundum quòd quidam in ipſa inueniuntur excellentiores, quidam autem minus excellentes habitationes diſpoſitas ad huiuſmodi conuiuia diſponet aliquis rationabiliter, ſecundum quòd dicetur. Deinde cũ dicit.

p ¶ Proſequitur, & circa hoc primo declarat quales debent eſſe ſecundum ſe habitationes huiuſmodi. Secundo cum dicit. {Eſſet vero &c.} in comparatione ad ciues. Circa primum primo declarat quales oportet eas eſſe interius. Secundo cum dicit. {Decet autem &c.} quales exterius. Circa primum eſt cõſiderãdum, ꝙ omnia quæ hic ſunt & nos, & operatiões noſtræ, ex bonitate & munificentia diuina cauſantur, & ideo tenemur ei ad reuerentiã & honorem, cum aliter attribuere nõ poſſumus, reuerentia autem & honor per cultum exhibentur, quẽ oportet fieri ĩ aliquo loco determinato ad hoc, & ideo in ciuitate vnita ex ſimilibus oportet eſſe aliquem vnum locum conuenientẽ ad hoc ordinatum, & quia antiquitus gentiles conuiuia communia faciebant tẽporibus ordinatis ad cultum diuinum, & ob reuerentiam diuinorum, ideo habitationes ad conuiuia erant eædẽ cum his quæ ordinabantur ad cultum diuinum. Dicit igitur Philoſophus, ꝙ habitationes illas quæ ordinantur ad cultum diuinorum & ad cõuiuia principaliſſima ab antiquis ordinata temporibus prædicti cultus, expedit habere locum conuenientem & excellentem, ita vt diſpoſitio eius oſtendat præeminentiam eius cui exhibetur cultus & reuerentia colentium, ad ipſum & vnum & eundem principalem in tota ciuitate, ne ſi plures eſſent, eſſent occaſio diuiſionis ciuitatis, niſi in aliquibus partibus ciuitatis, lex quæ ordinat de cultu diuino determinauit eſſe aliquem talem, habitationem ſeorſum, vel aliquas dependentes, tamen ad primam & principalem in quibus cultus exhibeatur alicui oraculo, vel Apollinis, vel vniuſcuiuſque alterius reſponſiui ſecundum opinionem gentilium, qui ſtellas opinabantur quoſdam deos. Locus autem iſte conueniens erit, ſi bene fuerit diſpoſitus quantum ad duo. Primo quidem quòd habeat poſitionem bene ſe habentem ad apparentiã virtutis. Secundo, quòd eminentior ſit reſpectu partium ciuitatis. Ex ipſa enim eminentia ſitus eius qui colitur & ex apparẽtia virtutis diſpoſitio colentium. Deinde cum dicit.

q ¶ Declarat quales decet eſſe iſtas habitationes exterius, dicẽs, quòd expediens eſt ſub loco huiuſmodi habitationum, & ad meliorem euentationem & ad deductionem eſſe quendam forum præparatum inter ipſas & reliquas habitationes, quòd quidẽ dicunt debere eſſe liberum vel ab immunditijs & turpibus, vel qa ibi exiſtentes & confugientes aliquam libertatem habeant, vel

...ſtributum eſſe, muros autem diſtinctos eſſe obſeruatorijs & turribus in locis opportunis, & hęc quidẽ vtiq; hoc mõ diſponet aliquis. Eas aũt quę diuinis appropriantur habitationes, & principaliſsima antiquorũ conuiuia, congruit locũ idoneũ habere.

G

p Et eundẽ quęcumque non ſacrorum lex determinauit ſeorſum, vel aliquod oraculũ aliud Apollinis reſponſiuum, erit autem vtique talis locus qui apparentiam habet ad virtutis poſitionem, ſufficiẽter & ad vicinas partes ciuitatis eminenter.

q Decet aũt ſub hoc qdẽ loco, talis quidẽ fori eẽ ꝑparationẽ, qualẽ & circa Theſſaliã nominãt quẽ liberũ vocãt, hoc aũt eſt qđ oportet purũ eſſe a venalib⁹ omnibus, & neque banauſum, neque agricolam, neque alium aliquem talem appropinquare, nõ vocatum a principibus.

H

r Erit autẽ vtiq; bene gratioſus locus, ſi & gymnaſia ſeniorũ habeant ordinẽ hũc: decet. n. diuiſum eſſe ſecundũ ętates & hunc ornatũ, & apud iuniores quidẽ principes aliquos demorari, matronas aũt apud principes. Quę enim in oculis præſentia principum maxime efficit veracem verecundiam, & eum qui liberorum timorem.

I

ſ Venalium autem forum oportet eſſe aliud ab hoc, & ſeorſum habens locum euſynagogum ijs quæ a mari mittuntur, & ijs quę a regionibus omnibus.

*...nia vero ſint præſidiis quibuſdam, & turribus per opportuna loca interpoſitis, munienda, clarum eſt, quòd res exigit aliquas comeſſationũ in illis ipſis præſidii collocari.*

*Et hæc quidem per hunc vtique modum uidentur conſtituenda. Aedes uero deorum, ac principaliſſime magiſtratuum comeſſationes idoneum locũ habere debẽt, & eũdẽ ſacra quotcũque lex nõ ſeparat, aut reſponſum oraculi. Eſſet autem talis locus, quiſquis ſupereminentiam haberet, & ad edendam uirtutem ſufficienter, & ad uicinas partes ciuitatis excellenter.*

*Decet autem ſub hunc locum conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius, quod liberum uocãt, ideſt quòd debet eſſe purum ab omni mercatu. Et neque opifices, neque agricolas, neque alios ullos tales illi appropinquare, niſi a magiſtratibus uocarentur.*

*Eſſet uero is locus gratior, ſi & gymnaſia ſeniorum in eo ſint conſtituta. Decet enim ſecundum ætates diſtribui hunc ornatum, & in iunioribus magiſtratus quoſdam uerſari. Seniores autẽ magiſtratibus aſſiſtere. Præſentia enim magiſtratuum ante oculos poſita, gignit ueram reuerentiam, liberalemque pudorem.*

*Venalium autem rerum, aliud forum eſſe debet, & alio loco ſitum acceſſu facile, quo & a terra, & a mari facilis ſit importatio omnium.*

F vtrumque, huiuſmodi autem locũ oportet eſſe ſegregatum ab omnibus venalibus, quia locus iſte, locus vacationis eſt, & ideo oportet ipſum eſſe ſequeſtratum a tumultu. Venalia autem non tractantur ſine tumultu. Et iterum locus hic ordinatus eſt ad virtutum exercitia. Negociatio vero quæ eſt circa venalia remota eſt ab hoc. Et iterum expediens eſt mercenarios & agricolas & alios tales viles quorum operationes per ſe non ordinantur ad virtutes, non accedere ad locum hunc, niſi vocentur ab aliquo principum propter aliquam neceſſitatẽ, ſi locus iſte totaliter ordinatus eſt ad exercitia virtutum. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat quales oportet eas eſſe in cõparatione ad ciues, dicens quòd locus ꝑdictus bene gratioſus erit & conueniẽs cultui diuino, ſi diſtinctus fuerit ſecundum grad⁹ diuerſos, ita vt aliqua pars ordinetur ad gymnaſia ſeniorum exercẽda. Alia autem ad diuinorum actus ſecundum ordinem, & ſic præeminentia illius ad illum in diſpoſitione & ornatu ſecũdum præeminẽtiam ſeniorũ ad iuuenes. Rõnabile enim eſt locum habitationis, & ornatum eius diſtinctum eſſe ſecundum diſtinctionẽ ætatum, ita vt ipſa diſtinctio loci diſtinctionẽ reſidentium oſtẽdat, & expedit etiam ꝙ tempore prædicti cultus inter iuniores, ſint aliqui principantes, & matronæ apud principes reſideant, ſic enim minus præter rationem agent iuuenes ex feruore iuuentutis, & mulieres ex mutabilitate earum. In præſentia enim ſeniorum cauſatur verecundia vera quæ eſt timor de turpi, & timor liberalis q eſt turbatio ex fantaſia futuri mali, quæ ſolent retrahere magis mulieres & iuuenes ab operatione turpi. Differentia eſt inter timorem liberum & ſeruilem, quia liber eſt quo aliquis timet amittere bonum honeſtum & ſecundum rationem, ſeruilis autẽ eſt quo aliquis timet amittere bonum ſecundum corpus, vel pati malum ſecundum ipſum. Corpus enim ſeruus eſt quodammodo reſpectu animæ. Deinde cum dicit.

K

ſ ¶ Declarat diſpoſitionem habitationum quæ ordinantur ad commutationem dicens, ꝙ forum rerum venalium oportet eſſe aliud & remotum a loco prædicto, quia locus venalium locus tumultuoſus eſt, & locus pręđictus ad vacationẽ ordinatus quietem exigit. & expedit quòd habeat ſeorſum locum congregatiuum bonorum quę a mari immittuntur, & ſeorſum aliorum, quæ ab ipſa regione, & vlterius in ſpeciali ſecundum diuerſitatem generum rerum venalium, ita quòd alia pars ordinetur ad pannos, alia ad calciamenta, alia ad alia: ſic enim facilius expedientur commutationes, ſi ſciuerit vnuſquiſque locum determinatum ad vnumquodque commutabilium. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat



t ¶ Declarat diſpoſitionem habitationũ eorum qui ſunt principaliores in ciuitate dicens, quoniam autem multitudo partiũ ciuitatis diſtinguitur in ſacerdotes qui ordinantur ad cultum diuinum, & principes qui curant de ordine ciuili, opportunum eſt habitationem ſacerdotum & locum ad conuiuia ipſorum ſituari iuxta ſacras ædes ordinatas ad cultum diuinum, vt locus habitationis ipſorum non ſit remotus a loco cultus ad quem ordinatur, & quia expedit eos habere locum quietum propter contemplationem in qua maxime debent viuere inter alios. Principes autem qui ordinantur ad directionẽ cõtractuum & ad ſentẽtiandum ſuper diſceptationibus ſuper eiſdem, & ad ſcripturas ſententiarum & vocationum ciuium, & ad alias huiuſmodi diſpenſationes tales, & qui ordinantur ad regulandum agros, vel agreſtes, & qui ad regulandum corpus ciuitatis, & expedit habere habitationes circa forum commune, & in loco vbi cõmuniter concurrunt plures, qualis eſt locus qui eſt circa forũ rerum venalium, qa hic locus ordinatur ad neceſſarias commutationes quibus plures indigent. Locus autem ad cultum ordinatus qui eſt in ſuperiori parte indiget vacatione. Deinde cum dicit.

v ¶ Declarat diſpoſitionem habitationum exterius in regione, dicens quòd ſimiliter in regiõe exterius, oportet ædes & habitacula diſpoſita & diſtributa eſſe ſecundum ordinationem proportionalẽ ei quæ eſt ĩ ciuitate. Sũt enim ĩ ipſa principes & magiſtratus quos oportet habere habitacula conueniẽtia principatui ipſorum & ad ornatum, & ad fortitudinem. Iterum oportet eſſe in regione ædes communes ĩ diuerſis partibus regionis, vt opportunum eſt ad cuſtodiendum redditus & bona communia exterius collecta. Et iterum expedit in regione exterius eſſe ſacras ædes, ſeu templa particularia in diuerſis partibus ſecundũ quòd opportunũ eſt diſtributa. Aliqua q-

A dem ad cultum deorum, alia vero ad cultum Heroum, quod dicit ſecundum conſuetudinem gentilium, qui cultum diuinum exhibebant animabus virorum, qui excellentes fuerunt in virtute heroica. Deinde cum dicit.

x ¶ Excuſat ſe a diligentiori conſideratione de his dicens, ꝙ de iſtis tanta ſunt dicta & reſtant dicẽda plura. Sed immorari diutius in diligenter inquirendo & determinando de ipſis, non eſt vtile propter facilitatem. Non enim multum difficile eſt cõſiderare quare oporteat illa ordinare ſecundum rationem, ſed facere ipſa magis difficile eſt propter raritatem eorum quæ ad hoc ſunt, neceſſaria. Determinare enim talia & cõſiderare ſecũdum intellectum, eſt facere opus voti, ſeu voluntatis. Ipſa autem fieri vel eſſe, pendet ex fortuna magis, quia bona diſpoſitio ciuium & abundantia bonorum exteriorum quę ſunt neceſſaria ad ꝑdicta, aliqualiter dependet ex ea, & ideo illa quæ vlterius poſſent cõſiderari de ipſis, prætermittuntur ad præſens.

t Quoniã autem ciuitatis multitudo diuiditur in ſacerdotes & in principes, decet & ſacerdotum conuiuia habere ordinem circa ædes ſacras, principatum autem quicumque circa cõtractus faciũt curã, & circa ſcripturas ſententiarũ, & vocationes, & aliam talem diſpenſationẽ.

B

Adhuc autem circa Agoranomiã, & eã quæ vocatur aſtynomia apud forum quidẽ oportet & in concurſu quodam communi conſtitui, talis autem qui circa neceſſarium forum locus eſt. In vacatione. n. eſſe id quod ſuperius ponimus, hoc autem ad neceſſarias actiones, diſtributa autem eſſe oportet dicto ordine & quæ circa regionem.

C

v Etenim in principãtib⁹ quos vocant ij quidem Hylores, ij autem Agronomos & ſeruatoria, & conuiuia ad cuſtodiam neceſſariam exiſtere, eſt autem ſacra per regionẽ eſſe diſtributa, hæc quidẽ dijs, hæc quidẽ Heroib⁹.

x Sed immorari nunc diligẽter exquirẽtes, & dicẽtes de talib⁹ inutile eſt, nõ. n. difficile eſt talia intelligere, ſed facere magis. Dicere quidẽ. n. voti opus eſt, euenire aũt, fortunæ, propter qđ de talibus quidem, quod quidẽ ad plus dimittatur nunc.

D

*Cum vero multitudo ciuium diuiſa ſit in ſacerdotes & magiſtratus, decens eſt ſacerdotibus circa ædes ſacras eſſe comeſſationes inſtitutas. Magiſtratuum autem quicumque de contractibus ius dicunt, & qui de accuſationibus cognoſcunt, & qui circa vocationes in ius, & aliam huiuſmodi adminiſtrationem intendunt, Et inſuper qui ædilitatis, & vrbanarum rerum curam gerunt, iuxta forum in loco celebri, communique ſunt comeſſationes ſtatuendæ, talis eſt locus illius fori in quo neceſſaria venundantur. Nam alterũ illud forum ſuperiori loco ſitum debere eſſe, diximus ocioſum. Hoc autem ad negocia rerum neceſſarium deputari, hunc eundem ordinem in regione quoque imitandum eſſe dicimus.*

*Sunt enim magiſtratus quidam apud ruſticos, quos alii cuſtodes, alii rectores appellant, quibus & loca ad cuſtodiam regionis & commeſſationes ſunt iiſdem in locis conſtituendæ: templa quoque per agros diſtributa eſſe debẽt, partim dijs, partim heroibus.*

*Sed immorari nunc circa iſta ſuperfluum eſt, cum ſint illa non difficilia cognitu, ſed magis factu, dicere enim voti eſt, euenire autem fortunæ. Quapropter circa talia inſiſtere ad præſens omittamus.*

## LECTIO X.

De ipſa aũt politia ex qbus & qualibus oportet conſiſtere ciuitatẽ quæ debet eſſe beata & politizare bene, dicendum. Quoniã aũt duo ſunt, in quibus ſit bene omnibus, horũ autẽ eſt, vnũ quidẽ in eo quod intentionẽ & finẽ actionũ poni recte, vnũ autẽ inuenire actiones ferẽtes ad finẽ, cõtingit. n. hæc & diſſonare ab inuicem & cõſonare, aliquando enim intentio quidem latet bona, in agere autem vt adipiſcantur ipſam peccant, aliquãdo autem omnia quidem quæ ad finẽ adipiſcuntur, ſed finem poſuerunt prauum, aliquando autem in vtroque peccant, velut circa medicatiuam, neq; quale quid oportet eſſe, quod conualeſcit corpus iudicant aliquando be-

## LECTIO X.

*De Republica autem ipſa ex quibus & ex qualibus conſtare debet ciuitas quæ beata ſit futura, & recte gubernari, dicendum eſt, duo ſunt in quibus omnis commendatio bene agendi conſiſtit: vnum ut propoſitum ac finis agẽdi recte ſubiaceat, aliud, ut eas quæ ad illum finem ferant actiones inueniamus. Fieri enim poteſt, ut & concordent hæc inter ſe, & diſcordent. Nam quandoque illud ad quod intenditur, recte iacet. Sed in actionibus per quas illo potiri credimus aberratur. Quandoque autem omnia ad finem diriguntur, ſed finis ipſe eſt praue poſitus. Quandoque etiam in utroque eſt error, ueluti circa medicinam. Neque enim quale aliquid eſſe oportet ſanum corpus recte iudicat interdum, neque ad ſubiectum ſibi finem opera dirigun*

E

## LECTIO X.

Poſtquam inquiſiuit Philoſoph⁹ de his quæ ſupponenda ſunt ad inſtituendã optimam Rempublicam ex parte finis & materiæ ciuitatis ipſius, tranſit nunc ad declarandum ex quibus & qualibus inſtituenda eſt optima ciuitas. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam dicens, declarato quæ ſupponenda ſunt ad futuram optimã Rẽpublicam, nunc determinandum eſt nobis de ipſa Republica ſcilicet ex quibus & qualibus inſtituenda eſt ciuitas quæ debet felicitari & bene gubernare ſimpliciter. Secundo cum dicit. {Quoniã autẽ &c.} proſequitur. Et circa hoc primo oſtendit, quòd illos ex quibus conſtituitur optima ciuitas oportet eſſe ſtudioſos. Secundo cum dicit. {At vero boni &c.} declarat ꝑ quot, & quomodo efficiuntur tales, quia non ſufficit in agibilibus ſcire

bus ſcire qualem oportet eſſe vnumquemque, quoniam bonum & ſtudioſum, ſed qualiter contingit fieri talem. Circa primum adhuc primo oſtendit, qualem oportet eſſe ciuitatem optimam, quoniam ſtudioſam. Secundo cum dicit. {At vero ſtudioſa &c.} ex hoc concludit, quales oportet eſſe ciues ex quibus componitur, quoniam ſtudioſos. Ciuis enim diffinitur per ciuitatem, & quoniam ciuitas optima determinatur per finem optimum, primo præmittit quædam de ipſis. Secundo cum dicit. {Quoniã autẽ &c.} ex ipſis oſtendit quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem optimam, & qualem oportet eam eſſe. Circa primũ primo tangit ea quæ requiruntur ad hoc ꝙ homo ſit optimus. Secundo cũ dicit. {Qđ quidem igitur &c.} quòd non omnes homines eodem modo ſe habent ad illud optimum. Circa primum eſt intelligendum, ꝙ ſicut in vniuerſo inuenitur duplex bonum, ſcilicet ſeparatum, & bonũ ordinis, & bonum ſeparatum maius eſt q̃ bonũ ordinis, quod determinatur per ipſum ſecundum Ariſto. 12. Metha. bonũ autem perfectum ex iſtis bonis aggregatur, ſicut in homine qui dicitur minus vniuerſum, duplex inuenitur bonum quodammodo. ſ. ꝙ eſt finis, & bonum ordinis eorum quæ ad finem, per finem determinantur, & perfectum bonum hominis ex iſtis duobus bonis aggregatum eſt. Hoc igitur ſupponens dicit, quoniam duo ſunt ꝑ quæ contingit omnes homines eſſe bonos, & ſunt boni, & qui boni ſunt, quorum vnus eſt finis operationum rectus, & intentio ipſius recta, aliud autem eſt inuentio actionum organorum ordinatorum ad ipſum finem. Optimum enim vniuſcuiuſque conſiſtit in optimo fine eius, & in ordinatione aliorum ad ipſum. Accidit autem aliquando iſta diſſonare & conſonare ad ſeinuicem. Diſſonare quidem, quia aliquando finis bonus ponitur & intentio recta ad ipſum ſubeſt. Peccatũ autem eſt in actione eorum quæ ſunt ad finem, vel in ordine. Aliquando autem econtrario illa quæ ordinantur ad finem ſubſunt omnia & recte ordinata, ſed finis poſitus & intentus malus eſt conſonare quidem, quia aliquando contingit quòd peccatum in vtroque & in fine, & in his quæ ad ipſum, ſicut circa medicinam accidit aliquando, quòd medicus non recte iudicat quale contingit fieri corpus quod côualeſcit, & ad quem terminum ſanitatis contingit ipſum deduci. Nec etiam bene accipit illa vel ordinat quæ deducit ad ſuppoſitum terminum ſanitatis. Aliquando autem vtrumque recte accipit, rectum ponens & intendens finem, & ea quæ ſunt ad ipſum recte ordinans, homines vero in omnibus artibus & ſcientijs, & vniuerſaliter virtutibus finaliter intendunt optimum in illis, & ideo oportet ſi debeant fieri in illis optimi attingere ad ambo, puta ad finem rectum & ad ordinationem actionum & organorum quæ ad finem. Apparet igitur, ꝙ in qualibet arte & ſcientia ſpeculatiua, vel practica, homo eſt optimus per finem optimum, & ea quæ ad ipſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Declarat quòd non omnes homines eodem modo ſe habẽt ad ſuum optimum, ſeu fœlicitatem dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex ſe, quòd omnes homines naturaliter appetunt bene viuere. Omnia enim naturaliter appetunt ſuam perfectionem. Sed non omnibus hominibus ineſt æqualiter habilitas ad adipiſcẽdum hoc, ſed quidam ſunt diſpoſiti bene ad acquirendum eam. Quidam autem indiſpoſiti, aut propter materiam, aut propter naturalem

ne, neque ad ſuppoſitum ipſis terminum adipiſcũtur factiua. Oportet autem in actibus, & ſcientiis hæc ambo obtineri finem, & eas quę in finẽ actiones.

b Quod quidem igitur bene viuere, & fęlicitatem appetũt omnes, manifeſtum. Sed hæc adipiſcendi, iis quidem poteſtas, iis autem non, propter quandã fortunam aut naturam. Indiget. n. & ſucceſſu aliquo viuere bene, huiꝰ autem minori quidem qui meliꝰ diſpoſiti, ampliori aũt qui deteriꝰ, hi aũt mox nõ recte q̃rũt fęlicitatem poteſtate exiſtente.

c Quoniã autẽ propoſitum eſt, optimam politiam videre, hæc autem ſecundum quam optime politizabit ciuitas, optime vtique autem politizabit, ſecundũ quam fęlicitari maxime continget ciuitatem, palã quia fęlicitatem quid ſit oportet nõ latere.

d Dicimus autem & determinauimus in Ethicis, ſi quæ poſitionum illarum vtilitas eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum, & hanc non ex ſuppoſitione ſed ſimpliciter.

e Dico autem ex ſuppoſitione, quæ neceſſaria, ſimpliciter autẽ

F complexionem, per quam inclinatur ad operationes inordinatas, aut propter formam, quia aliquod bonorũ fortunæ quæ ſunt neceſſaria deficit eis. Indiget enim debens fęlicitari & bene viuere inclinatione naturali ad hoc & ſucceſſu aliquo in exteriorib9 bonis. Siquidem priuatum omnibus bonis fortunæ impoſſibile eſt bene operari. Sed illi qui melius diſpoſiti ſunt ex natura, ad hoc minori indigẽt ſucceſſu, qui autem minus, ampliori. Alĩ qui etiam ita deprauati ſunt per conſuetudinem vel aliquid aliud, quòd quamuis inclinentur ex natura ad fœlicitatem & bene viuere, non tamen recta via vel modo quærunt eam, & ita quòd aliquis non fœlicitetur, poteſt cõtingere, aut quia nõ recte ponit fælicitatẽ, aut quia non recte quærit quæ ad ipſam, aut propter vtramque. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat qualem oportet eſſe optimã ciuitatem. Et primo oſtẽdit, quòd ad hoc primo neceſſariũ eſt præintelligere quid eſt ipſa fœlicitas. q. ꝑmittens intentum. Secundo cum dicit. {Diximus autẽ &c.} declarat illud. In prima parte dicit, quoniam propoſitum intentionis noſtræ eſt conſiderare de optima Repub. qualis ſit. Optima autẽ Reſp. eſt ſecundum quam ciuitas optime gubernat & viuit. Ciuitas autem optime gubernat & viuit, quæ attingit ad fœlicitatem optimam. Et ideo oportet nos præconſiderare illud, per quod determinatur. Ciuitatẽ autem, ſeu Rempublicam optimam, per fœlicitatem determinamus, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat intentum. Et primo præmittit diffinitionem fœlicitatis & eam explanat. Secundo cum dicit. {Vtetur quidem vtique &c} oſtendit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Circa primum, primo præmittit diffinitionem fœlicitatis in alijs poſitam, dicens, quòd ad manifeſtationem intenti diximus & determinauimus in libro Ethico. Si quidẽ ea quæ determinata ſunt, bene vtilia ſunt ad propoſitum. Fœlicitatem eſſe operationem & vſum virtutis perfectum ſimpliciter, & non ex ſuppoſitione. Fœlicitas quidem eſt operatio, quia habitus in potẽtia eſt & imperfectus. Fœlicitatem autem perfectum bonum dicimus, virtutis autem, quia virtus eſt quæ habentem perficit & operationem eius bonam reddit. Fœlicitas autem bonum hominis eſt perfectum, ergo ſecundum virtutem eius. Vſus autem perfectus eſt, q̃a vna operatio ſola non facit hominem fœlicem, ſed multæ & continuæ. Continuatio autem alicuius actus vſus perfectus eſt illiꝰ actus, ſecundum quòd vſus eſt idem quod exercitium. Vnde iſta diffinitio eadem eſt ſecundum rem, ei quæ ponitur primo Ethic. qua dicitur, quòd eſt operatio hominis ſecundum virtutem perfectam, & in vita perfecta, ita vt quòd ponitur hic vſus perfectꝰ, ſit idem ei, quòd ibi ponitur in vita perfecta. Deinde cum dicit.

e ¶ Explanat vltimam particulam, ſcilicet non ex ſuppoſitione. Ad cuius euidentiam eſt intelligendum, quòd finis ſecundũ ſe rationem boni habet. Eorum autem quæ ordinantur ad ipſum, quædam ſunt quæ rationem boni de ſe habent aliquam, & aliquam ex ordine ad finẽ, ſicut medicina dulcis. Alia vero quæ ſecundum quòd huiuſmodi rationem boni & eligibilis non habent, ſed tantum ex ordine ad finem, ſicut medicina amara, ſecũdum ſe enim eligibilis non eſt, ſed propter ſanitatem tantum. Et prima bona dicuntur ſimpliciter bona: ſecunda autem bona dicuntur ex hoc ſolum neceſſaria. Dicit igitur, quòd operationem bonam

G *tur. Oportet autem in artibus & ſcientiis hæc vtraque obtineri finem, & eas quæ ſunt ad finem actiones.*

*Quod igitur bene uiuere ac fælices eſſe omnes cupiunt manifeſtum eſt, ſed aliis poteſtas eſt adipiſcendi, aliis non propter fortunam aliquam uel naturam. Opus eſt enim adiumentis quibuſdam ad bene uiuendum. Minoribus quidem illis qui melius diſpoſiti ſunt. Maioribus autem qui peius. Alii vero ſtatim non recte quærunt fælicitatem, cum poſſint.*

H *Cum autem propoſitum noſtrum ſit optimam Rempu. videre. Ea uero eſt per quam ciuitas optime gubernetur. Optime autem gubernatur ſi fœlicitatem maxime recipiat. Manifeſtũ eſt quòd ſit felicitas latere non debet.*

*Diximus autem in Ethicis, ſi modo illorum librorum vtilitas vlla eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum. Et hunc non ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter.*

I *Dico autem ex ſuppoſitione quæ neceſſaria ſunt. Simpliciter autem quod in ſeipſo commendationem habet, ve-*

K



bonam ex ſuppoſitione dico quæ neceſſaria quidem eſt ad finẽ, ſed ſecundum ſe rationem boni non habet. Simpliciter autem bonam dico, quæ ſecundum ſe rationem boni habet, non tantũ ex fine ſicut in actionibus iuſtitiæ. Sententiæ enim condemnandorum, & ſupplicia & punitiones eorum procedunt a virtute iuſtitiæ, & neceſſariæ quidem ſunt in ciuitate, quia aliter non ſaluaretur ciuitas, nec communicatio, & rationem boni habent, quia neceſſarię. Secundum ſe autem eligibiles non ſunt abſolute. Eligibilius enim eſſet, ſi contingeret quòd homines vel ciuitates talibus non indigerent. Sed actiones quæ ſunt circa honores & circa abundantiam exteriorum, ſunt ſimpliciter eligibiles & ſecundum ſe. Rationẽ autem quare primæ ſunt eligibiles, & nõ iſtæ, tangit dicens ꝙ electio ſententiarum & ſuppliciorum & aliorum huiuſmodi in ciuitate, eſt electio alicuius, quod malum eſt, ſecũdum quòd huiuſmodi, ſed in ordine ad finem. Electio autem eorũ quæ circa honores, & circa diuitias & actiones eorum econtrario, eſt electio cuiuſdam boni ſecundum ſe, quia ſunt diſpoſitiones quædam ad bonum & generationes eius. Honor enim diſponit & factiuus eſt boni ſecundum animam, inquantum aliquis propter honorem operatur magna & honorabilia. Diuitię autem naturales ſunt factiuæ boni ſecundum corpus principaliter. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat ex dictis qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Et circa hoc, primo ipſe declarat qualiter ipſe ſtudioſus vtitur bonis prædictis vtriſque. Secundo cum dicit. {Palam autẽ &c.} declarat quòd vſus iſtorum qui eſt ſecundum virtutem ſtudioſus eſt. Tertio cum dicit. {Neceſſarium igitur &c.} ex dictis concludit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. In prima parte dicit, quòd vir ſtudioſus qui virtutem perfectam & appetitũ ordinatum habet, bene vtitur his quæ ſecundum ſe rationem boni non habent. Sunt tamen ordinabilia in finem, puta paupertate & ęgritudine, defectu amicorum & huiuſmodi: ſecundum illud quod beatum eſt & perfectius eſt in vſu contrariorum, puta diuitiarum, & ſanitatis, & amicorum. Meliorem enim operationem facit ex ſuppoſitione iſtorum, quia ſecundum quòd determinatum eſt a nobis in ſermonibus moralibus ad Eudemum, Bonus & ſtudioſus eſt, cui ſimpliciter bona ſunt bona propter ipſã virtutem. Cui autem ſimpliciter optima non ſunt optima, non eſt bonus vel ſtudioſus, quemadmodum neque eſſe ſanus videtur, cui ſana ſimpliciter non ſunt ſana. Sed ſanitas & diuitię ſecundum ſe, rationem boni habent. ergo bene vtetur eis ſtudioſus propter virtutem, ſtudioſus etiam ſecundum rectam rationẽ vtitur omnibus datis, quia per rationem operatur. Ratio autem recta dicit, quòd vtatur vnoquoque ſecundum quòd contingit melius ad finem. Si igitur paupertas & ægritudo, & eorum contraria ordinabilia ſunt in fœlicitatem, vtetur ſtudioſus iſtis pro paupertate & diuitijs meliori modo, quo contingit ad ipſam. Similiter & eorum oppoſitis. Sed paupertate aut ægritudine ſuppoſitis, minus perfectas faciet operationes, cum ſecundum ſe non ſint bona. Diuitijs autem & ſanitate ſuppoſitis, perfectiores, quia ſecundum ſe rationem boni habent, ſicut bonus coriarius ex corio dato meliores calceos quos contingit facit, ſed ex meliori meliores, ex peiori autem peiores. Eſt autem intelligendum ad euidentiam dictorum & dicendorum iam, quòd fœlicitas per ſe non exiſtit in bonis exterioribus, puta in diuitijs, nec etiam in vſu earum: in ipſis quidem non exiſtit per ſe, quia fœlicitatem nullus quærit propter aliquid aliud, diuitias autem quę runt propter aliud, vel propter neceſſitatem vitæ, vel propter operationem virtutis. ergo in ipſis non exiſtit per ſe. In vſu autẽ eius per ſe non conſiſtit, quoniam optimus vſus diuitiarum qui

qđ bene, puta quæ quidem circa iuſtas actiones ſententiæ, ſupplicia, punitiones a virtute quidem ſunt, neceſſaria aũt, & qđ bene neceſſario habẽt. Eligibilius quidẽ. n. nullo taliũ indigere, neq; virũ, neq; ciuitatẽ. Quæ aũt ad honores & abundantias ſimpliciter ſunt optimæ electiones. Alterũ q̃dẽ. n. mali cuiuſdã electio eſt, tales aũt actiões econtrario, ꝑparationes. n. bonorũ ſunt & generationes.

f Vtetur autem vtiq; ſtudioſus vir & paupertate & ęgritudine, & alijs prauis fortunijs bene, ſed quod beatum in contrarijs eſt, etenim hoc determinatum eſt ſecũdum morales ſermones, quod talis eſt, qui ſtudioſus cui propter virtutẽ bona ſunt, quæ ſimpliciter bona.

g Palam autem & qđ neceſſariũ vſus hos ſtudioſos & bonos

A eſt in conſumendo eas, vt dicit Ariſt. primo Rhetoricæ, videtur ordinari per ſe immediate ad bonum corporis, puta ad ſuſtentationem naturæ, vel ſaltem ad aliud ordinatur, fœlicitatem autem non dicimus ad aliud ordinari. Et adhuc fęlicitas operatio virtutis perfectiſſimæ eſt. Bonus autem vſus diuitiarum non eſt operatio perfectiſſimæ virtutis, quia liberalitas, ſeu magnificentia quarũ eſt operatio, nõ ſunt perfectiſſimæ virtutes, ſed prudentia, aut ſapientia magis. ergo in vſu ipſarum non conſiſtit per ſe fœlicitas, oportet tamen ipſas præexiſtere ipſi fœlicitati. Fœlicitas enim conſiſtit in optima operatione intellectuali per ſe. Ad operationem autẽ optimam quamcumque, ſeu ſpeculatiuam, ſeu practicã, oportet præſupponere conſiſtentiam ſubiecti & bonam diſpoſitionem. Conſiſtentia autem & bona diſpoſitio, nõ ſunt ſine ſuppoſitione eorum quæ ſunt neceſſaria ad vitam & bonam diſpoſitionem, quæ ſunt diuitiæ, ſeu bona exteriora, ergo diuitias neceſſe eſt præexiſtere fœlicitati tam ſpeculatiuæ quàm practicæ, quàmuis alia ratione ſpeciali ſint præneceſſarię practicæ ſeu ciuili. Quod autem eſt præneceſſarium ad aliquid, videtur ordinari ad ipſum ſicut ad finem, & ſicut inſtrumentum ad operationem. Et ideo diuitiæ ordinantur ad fœlicitatem ſicut ad finem, & ſicut organum ad operationem. Ea autem quæ ordinantur ad finem, vel ſe habent ad aliud, ſicut organum ad operationem, oportet eſſe commenſurata, ſeu proportionata ſini ſeu actioni, & non excedere vel deficere a media ratione. Diuitias igitur quas neceſſe eſt præexiſtere fœlicitati, oportet eſſe commenſuratas ei, ita vt nec maiores, nec minores quærantur

D quàm ſint neceſſe ad ipſam, maiores tamen exiguntur ad practicam, ſeu ciuilem quàm ad ſpeculatiuam. Ad ſpeculatiuam enim ſufficiunt ſecundum quòd vtiles ſunt ad ſuſtentationem vitæ, & bonam diſpoſitionem corporis. Ad practicam autem, ſeu ciuilem exiguntur ad hoc, & ad expeditionem operationum practicarum, ſeu ciuilium, & quanto parfectior eſt, tanto maiores. Et ſi a prædicta commenſuratione ſuperexcedant, aut totaliter tollunt fœlicitatem, aut ſaltem diminuunt ipſam, ſicut tanta poteſt eſſe magnitudo fiſtulæ, quòd peior erit fiſtulatio, & adhuc tanta, ꝙ penitus nõ erit. Similiter ſi deficiant a menſura ſecundum quam ſunt neceſſariæ diuitiæ ad perfectam fœlicitatem, ſecundum aliquid parum diminuent ipſam. Si autem ſecundum multum, totaliter tollent, ſicut ſi minor ſit fiſtula quàm quę nata eſt moueri a fiſtulatore, parum debilior erit fiſtulatio, ſi autem multum, omnino non erit, ſic igitur fœlicitas per ſe non exiſtit in diuitijs, nec in vſu earum per ſe. Verumtamen ipſæ &

E vſus earum qui non eſt ſine ipſis, ſunt præneceſſaria ad ipſam ſecundum quandam menſuram & proportionem, a qua ſi deficiãt ſecundum minus & parum, minus perfecta erit fœlicitas. Et hoc intendebat Ariſtoteles quando dixit, quòd ſtudioſus vtetur paupertate & ægritudine bene, vt contingit. Quod autem beatum in contrarijs eſt. Si autem multum non erit omnino, eodem autem modo ſe habet & ſi excedat ſecundum maius a prædicta menſura. Vtrum autem neceſſarium ſit eas præexiſtere per ſe vel per alterum, vel ſicut proprias, vel ſicut communes, non refert ad propoſitum, dum tamen præexiſtant ſecundum hoc, ꝙ commenſuratæ ſunt. Ille tamen modus præexiſtendi vel præhabendi eas eligibilior videtur, quo habentur ſecundum hoc, quòd neceſſarię & commenſuratæ ſunt ipſi fini, & quo minus impediuntur homines a rectitudine operationis, ſiue per affectum ſiue per ſolicitudinem inordinatam circa eas. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, quòd vſus prædictos oportet eſſe ſtudioſos, dicens, quòd manifeſtum eſt quòd neceſſe eſt vſus prædictorum honorum,

*luti circa res iuſtas iudicare, punire, ſupplicio afficere, a virtute quidem eſt, ſed ex neceſſitate, commendationemque habet ex compulſione. Eligibilius namque foret nullo tali indigere, neque hominem, neque ciuitatem. At enim ad honores & opes ſim-*

B *pliciter ſunt optimæ actiones. Nam alterum quidem illud mali alicuius electio eſt, hæ autem contra. Effectiones enim bonorum ſunt & generationes.*

*Studioſus enim vir, & paupertate & morbo, & aliis fortunæ aduerſitatibus laudabiliter vtitur. Verumtamen fœlicitas in contrariis exiſtit. Nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, quòd talis eſt ſtudioſus, cui per virtutem bona ſunt ſim-*

C *pliciter bona.*

*Patet autem, quòd & vſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos & bonos*

honorum, ſcilicet diuitiarum & ſanitatis, & huiuſmodi ſtudioſos eſſe & bonos: quia vſus qui ſunt ſecundum virtutem ſtudioſi ſunt & boni: ſed vſus prædictorum bonorum a ſtudioſo per ſe a virtute ſunt. Studioſus enim ſecundum quòd huiuſmodi, virtuoſus eſt. ergo oportet vſus prędictos ſtudioſos eſſe, propter qđ credunt bona extrinſeca: quorum vſus ſtudioſus eſt; & a virtute eſſe. Similiter cauſas fœlicitatis quę eſt operatio ſecundum ipſam exiſtimantes, ſicut ſi aliquis exiſtimaret ꝙ lyra eſſet cã bene citharizãdi magis quàm ars: hoc autem incõueniens eſt. Ars enim principalis cauſa citharizãdi eſt vt vnde principiũ & ratio motus, lyra autem ſicut materia vel organum motum ab arte. Similiter virtus ſeu ratio principium eſt fœlicitatis: ſicut vnde motus vel ratio: bona autem exteriora ſicut materia vel organum motũ ab illis. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit qualem oporteat eſſe ciuitatem optimam dicens. Si ciuitatem optimam oportet fœlicitari, fœlicitas autem eſt operatio vel vſus perfectus ſecundum virtutem, vſus autem perfectus ſecũdum virtutem eſt vſus bonorum operũ a ſtudioſo. Neceſſarium eſt ipſam ciuitatem, quam ſecundũ votum quærimus optimam habere abũdantiam bonorũ exteriorum, quorum vſus neceſſarius eſt: & ipſam eſſe ſtudioſã, ſi vſum oportet eſſe ſtudioſum, quorum primum neceſſe eſt præexiſtere: cuius fortuna eſt domina. Dicimus enim ipſam eſſe dominam huiuſmodi bonorum. Secundum autem oportet legiſlatorem procurare per diſciplinam & conſuetudinem, ſcilicet ipſam eſſe ſtudioſam. Studioſitas enim ciuitatis non eſt opus fortunę: quia ſecundum rationem eſt, & fortuna eſt cauſa præter rationem. Sed eſt operatio ſcientiæ dirigentis, & electionis inclinantis. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat ex dictis quales oportet eſſe ciues, quoniam ſtudioſos dicens, quòd ciuitas ſtudioſa non eſt, niſi quia ciues participantes Reipublicæ ſtudioſi ſunt. Ciuitas enim non eſt aliud quàm communitas quædam ciuium ſecundum aliquam rationem. Si ergo ciuitatem optimam oportet ſtudioſam eſſe vt probatum eſt, oportet omnes ciues in ea ſtudioſos eſſe. Nos enim ſupponimus nunc quòd in optima ciuitate omnes ciues participant Republica. Et ideo vlterius conſiderandum eſt nobis, qualiter ciuis fiat ſtudioſus: quamuis autem bonum & eligibile ſit vnumquemque diuiſim ſtudioſum eſſe. Melius tamen & eligibilius eſt ſi contingat omnes collectim eſſe ſtudioſos. Quia illud quod eſt poſterius ſecundum viam generationis, perfectius & melius eſt in bonis & eligibilius, eo quòd prius eſt ſi actus bonus melior eſt potentia ad ipſum. Sed omnes collectim eſſe ſtudioſos

F aſſequitur ſecundum viam generationis, eo quòd eſt vnũquemque diuiſim ſtudioſum eſſe, vtroque exiſtente eligibili & bono. Ergo melius eſt & eligibilius. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat per quot, & quomodo efficiantur boni & ſtudioſi. Et circa hoc declarat primo per quot, & quæ efficiuntur tales. Secundo cum dicit. {Quod quidem itaque &c.} quales oportet eſſe eos ſecundum hoc. Circa primum, primo proponit per quot & quæ efficiuntur ſtudioſi. Secundo cum dicit. {Etenim naſci oportet &c.} declarat. In prima parte dicit, quòd viri fiunt boni ſecundum virtutem, & ſtudioſi ſecundum rationem per tria. Iſta autem tria ſunt naturalis diſpoſitio ad virtutem. Et illud quod eſt ſecundũ rationem. Et conſuetudo in operatione. Et etiam ratio dirigens. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, & primo quòd natura faciat ad hoc. Secundo cum dicit. {Quædam autem &c.} Quod conſuetudo. Tertio cum dicit. {Alia quidem igitur &c.} Quod ratio. In prima parte dicit, quòd debentem fieri bonum & ſtudioſum oportet eſſe diſpoſitum a natura primo, omnibus enim quæ fiunt natura vel arte, oportet ſupponi materiam & bonam aptitudinem eius: ſi quod recipitur in alio recipitur per modum recipientis: & ideo debentem ſibi bonum & ſtudioſum oportet eſſe bene natum ad hoc, puta ꝙ ſit homo habens intellectum & rationem, ſed non aliqđ brutum irrationale. Et vlterius ſic exiſtẽs homo ſit bene diſpoſitus ſecundum corpus, & per conſequens ſecundũ animã. Bene enim diſpoſiti ſecũdũ corpus, bene diſpoſiti ſunt ſecundũ animã vt in pluribus. Si. n. anima ſecundũ ſe vnius rationis ſit ſecundũ ſpeciem in omnibus hominibus & non ſuſcipiat intenſionem & remiſſionem, cũ ſit forma ſubſtantialis, diuerſitas operationũ ipſius & proprietatũ, erit propter diuerſitatem corporum & materiæ, vel alicuius extrinſeci alterius. Deinde cum dicit.

K

m ¶ Declarat, quòd conſuetudo ad hoc faciat dicẽs quòd quoſdam homines nõ eſt vtilitas naſci, hoc eſt ex natiuitate nõ ſunt diſpoſiti ad bonum, nec ad opus intellectus, per conſuetudinem autem tranſmutantur: ſunt enim quidam qui per naturam indifferenter ſe habent ad virtutem & ad contrarium, per conſuetudinem autem in operatione reſpectu alterius determinantur ad alterum, puta vel ad melius, vel ad deterius. Sed illi qui bene diſpoſiti ſunt ad virtutem, puta conſuetudine, indigent in operatione ad hoc vt fiant boni, qui autem ad vtrumque æqualiter nati ſunt, ampliori indigent, qui autem ad contraria inclinantur ex natura, non poſſunt fieri boni, aut cum difficultate & multa conſuetudine. Deinde cum dicit.

eſſe ſimpliciter, propter quod & putant homines fœlicitatis cauſas extrinſecas bonorum eſſe, ſicut eius quod eſt cytharizare pulchre & bene, pro cauſa habetur lyra, magis quàm ars.

*eßeſimpliciter. Quapropter exiſtimant omnes externa bona cauſam eſſe fœlicitatis: Ceu ſiquis bene pulſandi cauſam putat eſſe lyram, magis quàm artem.*

G

h Neceſſarium igitur ex dictis hoc quidem exiſtere, hoc autem præparare legiſlatorem. Quare ad votum optamus ciuitatis cõſiſtentiam quorum fortuna domina, dominam enim exiſtere ponimus, ſtudioſam autem eſſe ciuitatem, non adhuc fortunæ opus eſt, ſed ſcientię & electionis.

*Neceßarium eſt ergo ex his quæ dicta ſunt alia ſubeſſe, alia parare legispoſitorem. Ex quo ſecundum votum optamus conſtitutionem ciuitatis in his quorum domina eſt fortuna, dominam enim illam poſuimus. Sed ſtudioſam eſſe ciuitatem non eſt fortunæ opus, ſed ſcientiæ, ac electionis. Atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem, eſt ciues illos qui in Republica verſantur eſſe ſtudioſos.*

H

i At vero ſtudioſa ciuitas ẽ in ciues participãtes politia ſtudioſos eẽ, nobis aũt oẽs ciues participãt politia, hoc ergo cõſiderãdũ qualiter vir ſit ſtudioſus. Etenim ſi oẽs cõtingit ſtudioſos eſſe, nõ ſecundũ vnũquemq; aũt ciuiũ, ſic eligibilius, aſſequitur enim ei quod ſecundum vnumquemque, & id quod omnes.

*Nobis autem omnes ciues participes ſunt Reipublicæ. Hoc igitur conſiderandum eſt quomodo vir fiat ſtudioſus. Nam ſi recipiatur omnes eſſe ſtudioſos, non autem ſingulos ciuium, ſic foret optabilius. Sequitur enim ad ſingulos eſſe, & omnes eße.*

k At vero boni & ſtudioſi fiunt per tria. Tria aũt hæc ſunt, natura, conſuetudo, & ratio.

*Atqui boni quidem & ſtudioſi fiũt propter tria. Sunt autem hæc tria, natura, mos, & ratio.*

I

l Etenim naſci oportet primũ, puta hominem, ſed non aliorũ aliquod animalium, ſic & qualẽ quendam ſecundum corpus & ſecundum animam.

*Etenim naſci oportet primum, ceu hominem & non aliud animal, & ſic quale aliquem ſecundum corpus & animam.*

m Quædam autem nulla vtilitas naſci, conſuetudines. n. tranſmutari faciunt, quędam enim ſunt per naturam ad vtrumq; ſe habentia, per conſuetudines autem ad deterius & ad melius.

*Quædam etiam naſci nulla vtilitas eſt, mores enim mutari faciunt: nam aliqua per naturam ad vtrumque apta, per mores ad peius, vel ad melius conuertuntur.*

n ¶ Declarat



n ¶ Declarat, quòd ratio, dicens quòd alia animalia ab homine ſola naturali inclinatione, hoc eſt memorijs & imaginationibus agunt actiones ſuas, quædam autem parua ſecundum quantitatẽ agunt aliquas actiones per conſuetudinem, ſicut illa quæ bonã eſtimatiuam habent, vt canis, equus, & ſimilia. Homo vero actiones ſuas dirigit ratione, ſolus enim inter animalia rationẽ habet, per quam determinatur. Quare hoc oportet conſonare inter ſe, ſcilicet naturã, conſuetudinem, & rationẽ, ſemper enim poſterius præſupponit pri⁹, multa enim ſunt quæ agunt homines præter naturã & conſuetudinẽ propter rationem, ſi ſuadeatur ab illa contrarium eſſe melius, ſicut in continente apparet, q quàmuis inclinetur ad ꝓſequutionem paſſionis, ſequitur tamen rationem perſuadentẽ cõtrarium. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat quales oportet eos eſſe. Et primo continuat dicta ad dicenda. Secundo cũ dicit. {Cũ vero &c.} Proſequitur. In prima parte dicit, ꝙ prius determinatum eſt quales oportet eſſe ſecundũ naturam futuros ſtudioſos & bonos, vbi dictum eſt quales oportet eſſe bene gubernantes, nunc autem conſiderandum eſt nobis quales oportet eſſe ſecundũ diſciplinã, ad quam reducuntur conſuetudo & ratio, addiſcũt enim aliqua ꝑ aſſuefactionem, aliqua autem audientes ratiocinantem alium. Deinde cum dicit.

Lect. ſequẽ.

p ¶ Proſequitur. Volens autem oſtendere quales oportet eſſe ciues ſecundum diſciplinam, quoniam in ciuitate in qua ſunt quidam principantes & quidam ſubiecti, primo inquirit, vtrum eandem oporteat eſſe diſciplinam principantium & ſubiectorũ in optima ciuitate. Secundo cum dicit. {Quoniã aũt ciuis &c.} proſequitur principale intentum. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & modum conſiderandi. Secundo cum dicit. {Siquidem igitur &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quòd omnis ciuitas compoſita eſt ex principãtibus & ſubiectis. In omnibus enim quæ ex pluribus conſtituta ſunt, ſiue natura, ſiue arte ex quibus eſt vnum aliquod commune, ſiue ex coniunctis, ſiue ex diuiſis, videtur eſſe principans aliquid, & aliquid ſubiectũ, ſicut oſtẽſum eſt in Primo huius. Conſiderandũ eſt a nobis iam, vtrum expedit in ciuitate optima aliquos & diuerſos eſſe principantes & ſubiectos per vitam, aut eoſdem ſecũdum ſuppoſitum differentes ſecundum aliquam diſpoſitionem, quia manifeſtum eſt quòd conſequenter ſe habebit huic diuiſioni de diſciplina ipſorũ de qua intendimus nunc. Si enim omnino ſint diuerſi principantes & ſubiecti, & diſciplinam oportebit eſſe aliam, ſi autem idem eandem proportionaliter. Cuius ratio eſt, quia illud per quod determinantur principans & ſubiectum, eſt diſciplina recta in ordine ad operationem, diuerſitas autem vel vnitas determinatorum eſt ſecundum vnitatem vel diuerſitatem determinãtium. Si igitur principãtes & ſubiecti diuerſi ſunt omnino, & diſciplina ipſorum diuerſa erit, & ſi ijdem & eadem proportionaliter. Deinde cum dicit.

q ¶ Proſequitur, & primo inquirit, vtrum expedit eoſdem eſſe principãtes & ſubiectos, aut nõ. Secundo cũ dicit. {Quarũ & diſciplinã &c.} Ex hoc concludit proportionale de diſciplina. Circa primũ primo oñdit, vbi expedit eoſdẽ principari ſemper & alios ſubijci. Secũdo cũ dicit. {Quoniã aũt hoc nõ facile &c.} Declarat ꝙ cõiter melius eſt & magis neceſſariũ eoſdẽ eſſe principãtes & ſubiectos in alio & alio tẽpore. Circa primũ intelligẽdũ eſt prius, quòd principãs ſe habet ad ſubiectum ſicut agens ad paſſum, & mouẽs ad motum, principantis enim eſt mouere & dirigere ſubiectum, ſubiecti vero moueri & dirigi ſꝫm quòd hmõi. Mouens autẽ & agẽs ſꝫm ꝙ tale excellẽtius eſt paſſo & moto ſꝫm ꝙ hmõi, quia illud eſt in actu, hoc aũt in potẽtia, & ideo principãs in eo quòd principãs oportet eſſe excellẽtius ſubiecto ſꝫm ꝙ ſubiectũ, excellẽtia aũt mouentis reſpectu moti attenditur in ordine ad operationẽ quãtũ ad formã eius principaliter. Deinde autẽ quãtũ ad diſpotiões materiæ ſubſtãtis ipſi formæ. Tertio quãtũ ad exteriora coadiuuantia ad ipſam, & ideo oportet ꝙ excellẽtia principantis reſpectu ſubiecti in ordine ad ſinẽ attendatur principaliter ad formã ſꝫm quam agit vt hmõi. Deinde aũt quãtũ ad diſpoſitiões materiæ, & vltimo quãtũ ad exteriora. Forma aũt ſꝫm quam operaſ principans in optima Rep. eſt diſciplina recta ſecundũ rationẽ rectam, puta prudẽtia & virtus ciuilis. Diſpoſitiões autẽ materiæ ſunt bonæ diſpoſitiones ipſius ad iſtas, ſicut inclinatio naturalis & bona diſpoſitio corporis, coadiuuantia autem exterius ſunt potẽtia & diuitiæ, & ideo expedit principantem in optima Republica, ſi poſſibile eſt excedere ſubiectum & quantum ad prudẽtiam & virtutem quæ ſunt bona animæ, & quantum ad bona corporis & quantum ad exteriora. Vnde dixit Philoſ. 8. Ethi. Non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens & omnibus ſuperexcellens, & ideo ſi inueniatur aliquis vnus in ciuitate vel regno, qui omnibus iſtis ſuperexcellat alios, iuſtum eſt ipſum principari ſolum quandiu eſt talis, ſi autem ſecundum ſucceſſionem inueniantur tales in aliquo genere, expedit ſecundum genus principari ſicut prius, vt in Tertio dictum eſt. Si autem inueniantur plures qui ſic excedant reliquam multitudinem, expedit eos principari per vitam. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ſi fuerint aliqui in ciuitate qui tantum differant ab alijs quantum credimus deos, ideſt diuinos homines, & heroes, ideſt attingentes ad virtutem heroicam, quæ eſt perfectiſſima virtutum ſiue intellectualium, ſeu moralium differre ab alijs hominibus communiter, ita vt primo ſecundum viam generationis multam habeant excellentiam ſecundum corpus, ideſt ſecundum diſpoſitiones materiales, puta ſecundum magnitudinem & pulchritudinem & inclinationem ad virtutem. Deinde autem & ſecundum perfectiones animæ, ita vt excellentia iſtorum reſpectu illorum ſit manifeſta ſine dubitatione, manifeſtum eſt quòd melius eſt ſemper eoſdem in tota vita, hos quidem eſſe principantes, ſcilicet excellentiores, hos autem eſſe ſubiectos, ſcilicet deficientes, excellentius enim & perfectius, quandiu eſt huiuſmodi, natum eſt principari ei quod deficit ſecundum naturam reſpectu illius. Deinde cum dicit.

Cap. 7.

A

n Alia quidem igitur animaliũ maxime quidem natura viuunt, parua autem quædam & cõſuetudinibus, homo autem & ratione, ſolus. n. habet rationem. Quare oportet hæc conſonare inuicem, multa enim præter cõſuetudines & naturã agunt propter rationẽ, ſi perſuadeantur aliter habere melius.

*Cætera igitur animalia maxime uiuunt ſecundum naturam, parum uero aliquid & ſecundum mores. Homo autem & ſecundum rationem, ſolus enim rationem habet. Itaque oportet hæc ſimul concordare, multa enim præter mores & præter naturam agunt homines, propter rationem, ſi perſuadeatur melius eße aliter agere.*

B

o Quòd quidem itaque natura quales eſſe oportet futuros facile ductibiles a legiſlatorib⁹, determinauimus prius, reliquũ iam opus diſciplinæ, hæ quidem enim aſſuefieri addiſcunt, hęc autem audientes.

*Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint parituri, determinatum eſt prius. Reliquum opus eſt iam diſciplinæ, quædam aßueſcendo diſcuntur, quædam audiendo.*

p Quoniam autem omnis politica cõmunitas conſtat ex principantibus & ſubiectis, hęc omnia conſiderandum, ſi alios oportet eſſe principantes & ſubiectos aut eoſdem per vitam, palam enim quòd conſequi oportebit & diſciplinam ſecundum diuiſionem hanc.

C

*Cum uero omnis ſocietas ciuilis cõſtet ex imperantibus & parentibus, hoc iam conſiderandum eſt, utrum alios eſſe oportet qui imperant, & alios qui parent, an eoſdem per uitam, patet enim quòd & diſciplina ſecundum hanc diuiſionem ſequi debebit.*

q Siquidẽ igit̃ fuerint tãtũ differẽtes alteri ab alteris, quantum Deos & Heroes extimamus ab hominibus differre, cõfeſtim primo ſꝫm corpus multã habẽtes excellentiã, deinde ſꝫm animã vt indubitata ſit & manifeſta excellẽtia principãtium reſpectu ſubiectorũ, palã qa melius ſemꝑ eoſdẽ, hos quidẽ principari, hos autem ſubijci ſecundum ſemel.

D

*Si ergo differrent alteri ab aliis tantum, quantum dii & heroes ab hominibus differre putantur, ut primo ſtatim corpore, ac poſtea animo longe antecellerent, ac manifeſte, indubitateque appareret eorum ſupereminentia, clarum eſt quòd ſemper eoſdem iſtos melius foret imperare, alios uero parere.*

E

F r ¶ Declarat, quòd melius & magis neceſſarium eſt cõmuniter eos principari & ſubijci ſecundum aliud & aliud tempus. Et primo declarat, quòd melius eſt eoſdem eſſe principantes & ſubiectos ſecundum aliud & aliud tempus. Secundo cum dicit. {At vero quòd &c.} quod neceſſe eſt eoſdem ſecundum aliquid eſſe alteros. Tertio cum dicit. {Qualiter igitur &c.} qualiter expedit eoſdem eſſe & alteros. Circa primũ intelligẽdum eſt, ꝙ aliquos eſſe ſicut excellentes totam multitudinem, vt prædictum eſt, rarum valde propter ſummam perfectionem ipſorũ, rarum autem difficile eſt inuenire, & iõ dicit, quoniam non eſt facile nunc in ciuitatib⁹ accipere vel inuenire aliquos excellentes intãtum reliquam multitudinẽ, nec inueniuntur reges tantum differentes a ſubditis, quantũ heroes ab hominib⁹, ſicut Scylax dixit eſſe inter Indos, manifeſtum eſt quòd melius & magis neceſſarium eſt eoſdem quãdoq; principari, quãdoque autem ſubijci ſecũdum partem, propter multas rationes. Illi enim qui ſunt ſimiles ſecundum naturã & virtutẽ, habẽt idem iuſtum & ęquale, & æqualiter debẽt recipere de communibus, principari autẽ honor communis eſt, & ideo illi qui sũt ſimiles ſecũdũ prædictum modum, æqualiter debent principari, ſed non poſſunt ſecundum idem tempus omnes. ergo ſecũdum aliud & aliud. Iterum Reſpublica fundata ſuper iniuſtum ſubditorum nõ eſt bene manſiua, qa cum ſubditis grauatis per iniuſtitiã sũt omnes mali & inſolẽtes in regiõe, qui volentes de facili poſſunt corrumpere Remp. ſed Reſp. in qua idẽ ſemper principantur ſimilibus exiſtentibus ſuper iniuſtum fundatur & inęquale, ergo bene manſiua non eſt. Sed qa aliquis diceret quòd potentia ſubditorum & inſolentium reprimi poteſt per potentiam principantium, quaſi remouens hoc, dicit. Subditi & inſolentes in regione multi ſunt, & magnam potentiam habent valde. Tot autem inuenire ſecundum multitudinem in Republica principantes qui ſunt potentiores omnibus illis, eſt aliquid de numero impoſſibilium, ergo illorum potentia per iſtos reprimi non poteſt. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, quòd oportet eoſdem eſſe aliqualiter alteros dicens. At enim manifeſtum eſt conſideranti ſecundum rationẽ & indubitanter, quòd principantes & ſubiectos oportet habere aliquam diuerſitatem, quia principans ad ſubditum ſe habet ſicut mouens & ens in actu ad motum, & ens in potentia, iſta autẽ ſecundum ſe differentiam aliquam habent. ergo principantem & ſubditum oportet aliqualiter differre, & ideo oportet legislatorem & ciuem conſiderare qualiter oportet illos eſſe eoſdem & alteros, & qualiter ſic ſe habentes principabunt principatui & ſubiectioni. Deinde cum dicit.

r Quoniam aũt hoc non facile accipere, neque eſt ſicut inter Indos, ait Scylax, eſſe reges tãtũ differentes a ſubiectis, manifeſtum quòd propter multas cauſas neceſſarium omnes ſimiliter communicare, eo quòd eſt ſecũdum partem principari & ſubici, quòd enim æquale idem ſimilibus, & & difficile manere politiam cõſtitutam pręter id qđ iuſtum, cum ſubditis enim exiſtunt omnes volentes inſoleſcere, qui per regionem, totque multitudine eẽ eos q in politeumate vt ſint valentiores ijs omnibus, vnũ aliqđ ĩpoſſibiliũ eſt.

ſ At vero quòd oportet principantes differre a ſubditis, indubitatum eſt.

H t Qualiter igitur hæc erunt & qualiter participant, oportet cõſiderare legislatorem. Dictum eſt autem prius de ipſo. Natura enim dedit electionem faciens, eidem enim hoc quidẽ iunius, hoc autem ſenius, quorum hoc quidem ſubici decet, hos autem principari. Indignatur nullus ſecundum ętatem ſubditus, neque putat eſſe valentior, aliterque, & futurus ſuſcipere talem honorem, cum fortius fuerit adueniente ætate: eſt quidem igitur, vt eoſdem principari & ſubici, dicendum eſt autem vt alteros.

u Quare, & diſciplinam eſt vt eandem neceſſario, eſt autem vt alteram eſſe, futurum enim bene principari, ſubditũ fuiſſe primo aiunt oportere.

x Eſt autem principatus, ſicut in primis dictum eſt ſermonib⁹,

*Sed cum facile non ſit hoc reperire, nec ſit, vt apud indos Scylax eſſe ait, reges tantum a populis differre, manifeſtum eſt, quod propter multas cauſas neceſſarium eſt, vt omnes ſimiliter participes ſint viciſſim imperandi & parendi, Aequum enim idẽ* G *ſimilibus, & difficile eſt ſtare Rempublicam quæ conſtituta ſit præter iuſtitiam, cum illis enim qui ab imperando excluderentur, concurrerent omnes, qui ſunt in regione, ſtatum mutare cupientes, & tantam eſſe multitudinem in Reipublicæ gubernatione, vt ſit potentior iſtis, vnum aliquid impoſſibilium eſt.*

*At enim quòd oporteat eos, qui in magiſtratu ſunt differre a ſubiectis, indubitabile eſt.*

*Quomodo ergo hæc futura ſint, & quomodo participent conſiderare debet legislator, ut prius diximus, natura enim oſtẽdit quemadmodum hæc diſtinguenda ſint. Facit enim eoſdem genere, alios iuniores, alios ſeniores, quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori alteri concedere, nec putat illum cui cedit potiorem eſſe ſe, præſertim cum & ipſe quando ad id ætatis peruenerit, eundem honorem ſit recepturus.* I *eſt ergo, vt eoſdem eſſe dicere eos qui parent & imperant, eſt etiam ut diuerſos.*

*Itaque & diſciplinam, ut eandem dicere neceſſe eſt, & ut diuerſam, qui enim imperare uelut recte oportere aiũt, ipſum prius ſub imperio fuiſſe.*

*Imperium vero, ut in Primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis*

t ¶ Declarat, qualiter oportet eos eſſe eoſdem & alteros, dicens quòd prius vbi determinatum eſt de partibus ciuitatis per ſe, dictum eſt de hoc, natura enim faciens in eodem genere hominũ aliud iunius, aliud ſenius procedẽdo de imperfecto ad perfectũ, dedit nobis modum per quem poſſimus eligere, quando idem magis debet principari quàm ſubijci. Manifeſtũ eſt enim, quòd idem ſecundum ꝙ iunius eſt, magis expedit ſubijci. Iunius .n. ſecundum ꝙ huiuſmodi imperfecti⁹ eſt, ſecundum quòd huiuſmodi, & robuſtius, ad operandum opera miniſterialia, hæc autem ad ſubditum pertinent. Senius autẽ perfectius eſt, quia poſterius ſecundum generationem, & ſecundum virtutem & ſecũdum intellectũ. Non enim pueri iudicant ſenibus præſbyteris, vt dicitur Septimo Phiſic. Per hæc autem determinatur principans, vt dictum eſt prius. Tex.cõ20. Sed quia aliquis diceret, quòd iuuenes indignantur, ſi ſecũdum ętatem illã ſint ſubditi, hic remouet dicens, ꝙ nullus iuuenis bene ordinat⁹ indignabitur, ſi ſubijciatur in ætate iuuentutis, nec putat ſe valentiorem eſſe ſenioribus & progenitoribus ſuis, ſiquidẽ eos reuereatur. Non credens autem valẽtior eſſe non indignabitur ſi ſubijciatur. Et aliter, qa futurus eſt ſuſcipere honorẽ prĩcipat⁹ ex ordine Reipublicæ cũ fuerit perfectus: in ætate ſenili vero habet rationẽ per quam debeat indignari, ſi nunc non principetur. Sic igiĩ dicendum eſt, ꝙ expedit eoſdem principari & ſubijci vno modo, puta ſecundũ appoſitũ, alteros aũt ſecundum alium modum, puta ſecundum iunius & ſenius. Deinde cum dicit.

K v ¶ Concludit proportionaliter ſe habere de diſciplina primo. Secundo cum dicit. {Eſt autem principatus &c.} diſtinguit principatũ vt appareat in quo prædicta veritatem habeant, & in quo non. Primo igitur concludit, quòd ſi in ciuitate bene ordinata oportet eoſdem eſſe principantes & ſubiectos ſecundum vnum modum, alios ſecundum alium, neceſſe eſt diſciplinam ipſorum vno modo eſſe vnam, alio autem modo alteram, quia principans & ſubiectum in optima ciuitate determinantur per diſciplinam, puta per prudentiam & virtutem, per quas hic recte obedit, ille recte præcipit, & ideo ſicut principantes & ſubiecti ſunt idem vel alteri, ita & diſciplinam oportet eſſe eandem vel alteram, dicũt enim quòd illum qui debet principari oportet prius ſubditum fuiſſe, & ſubditum addiſcere quæ oportet principantem facere: non enim bene principatur qui non quandoque ſub principe fuit, vt dicitur in Tertio huius. Deinde cum dicit.

x ¶ Diſtinguit principatum, vt appareat in quo veritatem habet quod dictum eſt, quod primo facit. Secundo cum dicit. {Differunt autem quidem, &c.} declarat vnde aſſumenda eſt differentia



A ſubditi in vtroque principatu. In prima parte dicit, quòd duplex eſt principatus ſicut dictum eſt in primis ſermonibus, ideſt in Tertio lib. Vnus quidem qui principaliter eſt ad bonum principantis, propter autem bonum ſubditi ſecundum accidens. Alius autem eſt qui principaliter eſt propter aliquod bonum ſubditorum, vel alicuius cõmunis prĩcipãti & ſubiecto, ex conſequenti propter vtilitatem principantis, & primus iſtorũ dicitur principatus dominatiuus, qui eſt domini ad ſeruos: in principatu igitur dominatiuo non expedit eundem eſſe principantem & ſubiectũ ſecũdum aliquod tẽpus, ſed eoſdem eſſe principãtes ſemper, puta ſeruos ſecundũ naturam, non enim ſunt ſimiles ſecundũ naturam. In principatu autem politico expedit quod dictũ eſt quantum ad principari & ſubijci & quantum ad diſciplinam, ſunt enim iſti ſimiles ſecundum naturam, quia liberi. Deinde cum dicit.

y ¶ Declarat, ex quo ſumenda eſt differentia per ſe vtrorumq; principãtium. Et eſt intelligẽdum, ꝙ operum miniſterialium quędam ſunt honeſta magis, quędam autem inhoneſta & ſeruilia, honeſta opera miniſterialia ĩdifferẽter conueniunt ſubditis in vtroque principatu, ſed ad alium & alium finem, dicit igitur quòd quædam præcepta, puta honeſta, communiter ſeruis & liberis quantũ ad operationem non differunt: eodem .n. modo ea exequũtur & liberi, ſubditi & ſerui, ſed magis differũt in ordine ad finẽ, qa ſeruus operatur gratia domini, liber autẽ gratia ſui vel boni cõmunis, & hoc accidit propter hoc, quia honeſtum eſt iuxta liberos ſubditos, multa eorum quæ videntu miniſterialia opera exercere, ſicut dictum eſt, & actiones non ſic differunt honeſto & inhoneſto ſecundum ſe acceptę ſicut in ordine ad finem, gratia cuius ſunt, & dicuntur magis honeſtæ & inhoneſtæ quàm ſecundum ſe, & vt naturales ſunt.

hic quidem principãtis gratia, hic autem ſubditi. horum autẽ, hunc quidem deſpoticum eſſe dicimus, hunc autem liberorũ.

y Differunt autem quædã pręceptorum non operibus, ſed eo quod alicuius gratia, propter quod multa eorum quę vidẽtur B eſſe miniſterialia opera, & iuuenum liberis honeſtum miniſtrare, ad honeſtum enim & nõ honeſtum non ſic differunt actiones ſecundum ſe, vt in fine, & eo quod cuius gratia.

## LECTIO XI.

QVoniam autem ciuis & principantis eandẽ virtutem eſſe dicimus & optimi viri, eundem autem ſubditũ prius oportere fieri & principantem poſterius; hoc utique erit legislatori tractãdum, qualiter viri boni fiant, & per quas adinuentiones & quid quod finis optimæ vitæ.

b Diuiſæ ſunt autem duæ partes animæ, quarum hæc quidẽ habet rationẽ ſecũdũ ſe, hæc autem nõ habet quidẽ ſecũdũ ſe, rationẽ aũt obedire poteſt, quarũ dicimus virtutes eſſe, ſecũdũ quas vir bonus dicitur aliqualiter, harum aũt in qua magis, qđ D finis diuidẽtibus quidem ſicvt nos dicimus, nõ in manifeſtum qualiter dicendum. Semper .n. quod deterius melioris gratia eſt, & hoc manifeſtũ ſimiliter in ijs quæ ſecũdum artem, & in ijs quæ ſecundum naturam.

*eſt, aut gratia ſubiectorum, horum alterum ſeruorum eſſe diximus, alterum liberorum.*

*Mandatorum vero, quædam inter ſe differunt, non in agendo, ſed in cuius gratia, quapropter multa quæ videntur eſſe miniſtrorum opera, & adoleſcentium liberis hominibus pulchrum eſt miniſtrare, ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter ſeipſas, quantum in fine, & gratia cuius.*

## LECTIO XI.

C *CVm vero ciuis & præſidentis eandem virtutem eſſe dixerimus, quæ optimi viri, & eundem prius parere debere, poſtea imperare, hoc vtique erit legumpoſitori intuendum, laborandumque vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis vitæ optimæ.*

*Diuiſæ autem ſunt duæ partes animæ, quarum altera rationem per ſe habet, altera non habet quidem per ſe, verumtamen rationi obtemperare poteſt, quarum diximus eſſe virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quodammodo, ſed in vtraque iſtarum magis eſt finis, quam ita diuidunt, vt nos facimus, his ambiguum non eſt quomodo ſit dicendum, ſemper enim deterius melioris gratia eſt, patet hoc in his, quæ ſunt ſecundum artem, & in his quæ ſunt ſecundum naturam.*

## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus oſtendit, quòd in Republica recta principantis & ſubiecti eſt eadẽ diſciplina vno modo, & altero alia, tranſit nunc ad declarandum qualiter, & per quas adinuentiones efficiantur ciues bene diſciplinati, ſeu ſtudioſi, & circa hoc primo dat intentionẽ ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Diuiſę ſunt autem &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quoniam intendimus principaliter conſiderare qualiter, & per quę ciuis efficiatur diſciplinatus & ſtudioſus. Eadem autem eſt diſciplina, ſeu virtus ciuis optimi in optima Republica ꝑ quam ordinatur in fœlicitatem perfectiſſimam, quæ eſt finis, in illa etiam principantis in ipſa, ſimiliter autem optimi viri, & ſi eundem oportet prius ſubditum eſſe cum eſt iuuenis & imperfectus. Poſterius autem principantem cum eſt perfectus, magis conſiderandum eſt ciuitatem gubernanti, ſeu legislatori, qualiter & per quas adinuentiones fiũt optimi viri & bene diſciplinati, & quia ratio iſtorum ſumitur ex fine vltimo vitæ humanæ, conſiderandum eſt quis eſt ille finis, hoc enim oſtenſo, apparebit qualiter, & ꝑ quas adinuentiones ciues fiant bene diſciplinati & ſtudioſi. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo declarat quis eſt finis vltimus vitæ humanæ. Secundo cũ dicit. {Quoniam autem idem finis &c.} declarat quòd virum & ciuitatem fœlices oportet habere omnes virtutes. Tertio cum dicit. {Qualiter autem & per quæ &c.} declarat per q̃ & qualiter erunt bene diſciplinati, ſeu virtuoſi. Quid autẽ ſit fœlicitas declarat per diuiſionem partium animæ primo. Secundo cum dicit. {Diuiſa eſt autem vita tota &c.} declarat vitam humanam & agibilia ab homine proportionaliter diuidi, & ſe habere partibus animæ prædictis. Circa primũ primo oſtendit fœlicitatem conſiſtere in eo quod pertinet ad partem animæ rationalem per eſſentiam. Secundo cum dicit. {Melius autem &c.} declarat eam conſiſtere in operatione partis animæ rationalis ſpeculatiuæ. Circa primum eſt intelligẽdum ꝙ vltimus finis vitæ humanæ non cõſiſtit principaliter in aliquo eorum, quæ ꝑ ſe pertinent ad corpus. Corpus enim & perfectiões ipſius sũt propter animam, ſed magis in aliquo eorũ, quæ ad animam pertinet, quæ eſt excellentior pars hominis. In anima autem eſt conſiderare partem rationalem quocũque modo & irrationalem omnino, in actu autem partis animę irrationalis omnino non poteſt conſiſtere vltimus finis vitæ humanæ, quoniam neceſſe eſt ipſum conſiſtere in aliquo, quod eſt E proprium hominis, in quo diſtinguitur ab alijs, quia vltimus finis hominis eſt proprius ei, pars autem animæ irrationalis omnino communis eſt ſibi & alijs, ergo non conſiſteret in aliqua perfectione pertinente ad partem illam, ſed magis in aliqua pertinente ad partem animæ rationalem aliquo modo, ſed cũ hæc pars animæ diuiſa ſit in plures, vult declarare Philoſophus in perfectione cuius illarum conſiſtat, dicens partes animæ rationem habentis ſunt duæ diſtinctæ adinuicem, quarum altera eſt quæ eſt rationalis per eſſentiam accipiens rationem in ratione quodquideſt, alia autem eſt quę ſecundum ſe non eſt rationalis, nec accipit rationem in ratione dicente quid eſt, ſed rationalis eſt ſecundum quandã participationem, quia nata eſt obedire rationi vel ordinari, vel deduci ab ea. Cuiuslibet autem iſtarum partium animæ rationalis ſunt aliquæ virtutes morales, puta temperantia iuſtitia in irrationali. In rationali autem per eſſentiam ſunt rationes, puta prudentia, ſapientia, & manifeſtum eſt ex dictis, quòd in actu alicuius harum

conſiſtit vltimus finis hominis, ſed in qua & cuius actu manifeſtum eſt qualiter eſt dicendum eis, qui diuidunt partes animæ rationalis ſecundum quòd nos diuiſimus eas. In vnoquoque.n. genere illud quod deterius eſt & minus bonum, eſt gratia melioris, & hoc apparet per ſe, & in his quæ fiunt a natura, & in his quæ fiunt arte. In natura .n. materia eſt gratia formæ, & elementa prima ſimplicia propter mixta, in quib⁹ imperfecta ſũt gratia perfectorum, puta in genere animalium: ſimiliter & in his quæ ſunt ſecũdum artem ſe habet, ligna enim & lapides ſic diſponuntur gratia formæ domus, domus autem eſt gratia habitationis, ratio autem dicti eſt, quoniã id quod deterius eſt ĩ vnoquoque genere, rationem imperfecti & entis in potẽtia habet, melius autem in eodem rationem perfecti & entis ſecundũ actum. Imperfectum autem & ens in potẽtia ſe habent ad ens perfectum, & ens in actu, ſicut potẽtia ad actum in eodem genere. Potentia autem eſt gratia actus in eodem genere, ergo ens in potentia & ens imperfectum, eſt gratia entis in actu & perfecti. Et vlterius deterius gratia melioris ĩ eodem genere, ſed rationale per eſſentiam melius eſt in partib⁹ animæ rationali participatione, quia illud quod per eſſentiã eſt tale, melius & perfectus eſt eo quod ꝑ aliud eſt tale. ergo rationale participatione erit gratia rationalis per eſſentiam, & per conſequens perfectio eius gratia perfectionis iſtius. Si igitur illud cuius gratia aliud eſt, rationem finis habet reſpectu illius, pars animæ rationalis per eſſentiam, & aliqua perfectio eius erit finis partis animæ rationalis per participationem & perfectionem eius. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat, quòd vltimus finis vitę humanæ conſiſtit in operatione partis animæ ſpeculatiuæ, dicens ꝙ pars animæ rationalis per eſſentiam diuiſa eſt in duas partes, ſicut communiter ſolemus diuidere, quarum altera eſt practica, quæ ratiocinatur de agibilibus poſſibilibus aliter ſe habere, altera autẽ ſpeculatiua, quæ negociatur principaliter circa naturam entium & impoſſibilium aliter ſe habere ſecundum quòd huiuſmodi. Et quia operationes conſimiliter diuiduntur principijs, & ſe habent adinuicem proportionaliter ſicut illa, neceſſe eſt operationes huiuſmodi partium diuiſas eſſe, & alteram eſſe operationem practicam, alteram autem ſpeculatiuam, & iſta ſe habere adinuicem proportionaliter, ſicut practicum ad ſpeculatiuum ſe habet, & per conſequens operationes melioris partis ſecundum naturam oportet eſſe meliores ſecundum ſe & eligibiliores illis, quæ poſſunt ſortiri illis, aut omnibus operationibus, aut ſaltem duabus ſi nõ fuerint niſi duæ, operatio enim ſequitur naturam per ſe, & ideo perfectioris eſt perfectior, & vnicuique illud eſt magis eligibile, quo poteſt attingere ad ſummum & perfectiſſimum, hoc autem eſt operatio perfectioris ſecundum naturam, ex quibus accipienda eſt iſta propoſitio, quòd melioris partis animæ, & excellentioris melior eſt operatio, & magis eligibilis ſimpliciter, & per conſequens magis rationem finis habens, ſed pars animæ ſpeculatiua melior & perfectior eſt natura quàm practica, quod quidem

c Melius autem quod rationẽ habet. Diuiſum eſt autem dupliciter, ſecũdum modum quo cõſueuimus diuidere, hæc quidem practica ratio eſt, hęc autem ſpeculatiua. Eodem igitur modo neceſſe & hanc partem diuiſam eſſe, videlicet, & actiões proportionaliter dicamus habere, G & oportet natura melioris eligibiliores eſſe potentibus ſortiri, aut omnibus, aut duabus. Semꝑ eñ vnicuiq; hoc maxime eligibile, quo ſortiri eſt ſummi.

d Diuiſa eſt autẽ & tota vita, in non vacationẽ & vacationẽ, & bellum & pacem: & agibilium, hæc quidem in neceſſaria & vtilia, hęc aut in bona, de quib⁹ neceſſe eandem electionem eſſe & H partibus animę & actionibus ipſarum, bellum quidẽ pacis gratia. Non vacationem autem vacationis, neceſſaria autem & vtilia bonorum gratia.

e Ad omnia quidem igitur aſpicienti politico leges ferendæ & ſecundum partes animę, & ſecundum actiones ipſarum, magis autem ad meliora & ad fines. Eodem autem modo & circa vitas & rerũ diuiſiones, oportet enim poſſe nõ vacare & bellare, magis autem pacẽ ducere I & vacare, & neceſſaria & vtilia agere, magis aũt oportet bona.

*Melius autem illud quod rationem habet, diuiditur dupliciter, ut nos conſueuimus diuidere, eſt enim ratio, alia actiua, alia cõtemplatiua. Sic ergo neceſſe eſt & hanc partem diuidere, & actiones, clarum eſt quòd correſpondenter ſe habere dicemus, & oportet eas actiones quæ ſunt meliores ſecundum naturam, magis expetendas eſſe ab illis qui conſequi poſſũt, aut omnia, aut illa duo, ſemper enim cuique id eſt maxime expetendum, cuius potiri eſt ſummum.*

*Diuiſa eſt autem uita tota in negocium & ocium, bellumque & pacem: & agibilium quædam ſunt neceſſaria & utilia: quædam honeſta, in quibus neceſſe eſt eandem eſſe optionem: & partibus animæ & ipſarum actionibus Bellum quidem gratia pacis, negocium autem gratia ocii: neceſſaria & utilia gratia honeſtorum.*

*Ad cuncta igitur hæc aſpicere debet, qui legem ponit & ad partes animæ, & illarum actiones, magis uero ad ea quæ meliora ſunt, et finis: eodem modo & circa uitas, & rerum diuiſiones. Poſſe enim oportet & in negocio uerſari & in bello, præferenda tamen eſt pax & ocium: neceſſaria & utilia poſſe agere, præferenda tamen ſunt honeſta.*

F apparet ex ratione obiecti, illa enim pars animæ intellectualis perfectior & melior eſt in genere intellectus, cuius obiectum magis habet rationem intelligibilis, quia natura potentiæ conſideratur ex ratione obiecti, & magis intelligibile ſecundum naturã perfectius eſt in genere intelligibilium, ſed obiectum intellectus ſpeculatiui magis habet rationem intelligibilis, quàm obiectũ intellectus practici. Huius enim obiectũ eſt bonum agibile & poſſibile aliter ſe habere, quæ minus rationem intelligibilis propter rationẽ motus & poſſibilitatis adiunctorum habẽt. Obiectum autem intellectus ſpeculatiui eſt natura entium in trãſmutabilium, aut non ſecundum quòd tranſmutabilia, quæ magis rationem intelligibilis habent, ſicut remota magis a motu & materia, ergo pars animæ ſpeculatiua excellẽtior & nobilior erit practica, ſequitur igitur ꝙ operatio ipſius perfectior & eligibilior erit, & magis habens rationem finis, iſtius principalis rationis: maiorem ſolum ponit Philoſophus cũ declaratione eius. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat primo totam vitam humanam & agibilia ab homine conſimiliter diuidi partibus animæ & actionibus, & diuidentia proportionaliter ſe habere illis. Secundo cum dicit. {Ad omnia quidem igitur &c.} ex dictis concludit quædã correlaria. Tertio cũ dicit. {Qui autem nunc &c.} reprobat opinionem quorundam contrariam dictis. Primo igitur dicit, quoniam actus & obiecta proportionaliter diuiduntur ipſis potentijs, & ſe habẽt adinuicem diuidentia, ſicut & ipſæ potentiæ ad ſe, tota vita humana.i. conuerſatio ſecundũ rationem, quæ eſt actus animæ rationẽ habentis, diuiſa eſt proportionaliter partibus animæ dictæ in negocium.i. in exercitium virtutum moraliũ principaliter, quæ ſunt ad alterum, & in ocium.i. in exercitiũ virtutũ contẽplatiuarum, quod magis in ocio fit, & in exercitiũ belli & pacis: & agibilia ab homine diuiſa ſunt in bona neceſſaria & vtilia ad finem, & in bona ſecundum ſeipſa, circa quę oportet ſe habere electionem, ſicut circa partes animæ, vt ſicut pars animæ rationalis per participationem K eſt gratia rationalis per eſſentiam, & huiuſmodi gratia ſpeculatiuæ, ita hic bellum quærendum propter pacem & exercitium virtutum practicarum propter ocium in contemplatione, vt conſequenter magis dicet, & bona neceſſaria & vtiliá in finem propter illa, quæ ſunt ſecundum ſe bona. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit correlaria duo, Secundum ibi. {Quare ad has &c.} In prima dicit, quia ciuilis gubernatoris & legiſlatoris eſt per leges & conſuetudines facere bonos ciues ciuitatis, gubernatorem expedit aſpiciendo ad omnia prædicta leges ordinare, puta inſpiciendo partes animæ debet quidem ferre leges, per quas bene diſponantur ad virtutes & actiones, & per quas actiones ipſarum dirigantur ſecundum rationem, & magis debet eſſe ſolicitus ad ordinandum meliora, & quæ rationem finis habent, puta circa partem animæ principaliorem & actiones eius, ſic enim videmus naturam magis ſolicitam eſſe circa nobiliora, eodem modo expedit



expedit ipſum ferre circa vitas, ideſt conuerſationes & circa diuiſiones agibilium, puta circa vtilia & ſecundum ſe bona ad dirigendum in eis. Expedit enim ciuibus habere potentiam operandi operationes virtutum practicarum & debellare quandoq; quòd fit in non vacando, & vlterius in ocio & in tranquilitate viuere, & magis quãto hoc eſt melius ꝙ fit in vacatione, & oportet eos vtilia in finem poſſe agere, magis autem ea quæ ſũt ſecundum ſe bona. Ad omnia autẽ iſta indigent aut habitibus quibuſdam, aut conſuetudine inclinantibus, aut legibus & ratione dirigẽtibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit ſecũdum correlarium, intendens ꝙ quia ex ſimilibus operationibus ſimiles habitus fiunt & operationes per leges diriguntur, nec parum differt ſic vel ſic a iuuene aſſuefieri, ſed multum expediens eſt in ciuitate ordinata, pueros adhuc exhiſtẽtes, ad intentiones legũ erudiri & aſſuefieri, obedire eis & operari ſecundum eas, ſimiliter eos qui ſunt alterius ætatis indigentis eruditione & aſſuefactione. Conſueta enim ſunt delectabiliora. Delectabiliora autem libẽtius & facilius operantur. Deinde cum dicit.

g ¶ Reprobat opinionem contrariam quibuſdam prædictorum, & Primo tangit opinionem ipſam, & reprobat eam. Secundo cũ dicit. {Quod autem oportet &c.} manifeſtat quoddam acceptum prius. Circa primum primo tãgit opinionem erroneam. Secundo cum dicit. {Quæ & ſ͂m rationem &c.} reprobat eam. Tertio cum dicit. {Neque itaque &c.} concludit contrarium ipſius, quod eſt principale intentum. In prima parte dicit, ꝙ quidã græcorum q̃ optime dicuntur a quibuſdã gubernare & legiſlatores inſtituentes Reſp. ipſorum, contra prædicta peccauerunt in duobus. Primo quidem, quia ordinẽ ciuilẽ nõ ordinauerunt ad finem optimum hominis. Secũdo, quia leges quæ ſignificant ordinem ciuilem & eruditionem, nõ inſtituerunt ad operationes virtutũ optimarũ, ſed magis declinauerunt ad ea q̃ videntur vtilia, per quæ poſſent ditari & ſupergredi dominando alijs, ſimiliter autem & quidam philoſophantes qui de Repub. ſcripſerunt poſterius enunciauerunt eandem opinionem, puta Plato & alij quidam, qui laudantes Remp. Lacedæmoniorũ, laudauerunt intẽtionem legiſlatoris, quia omnia ſtatuta ordinauit ad principandum a vicinis, & ad bellum per quod ſubijcerẽtur. Deinde cum dicit.

h ¶ Reprobat eam & primo ex ipſis operationibus manifeſtat ipſam redargutam. Secundo cum dicit. {Non recte autem &c.}

f Quare ad has intentiones & pueros adhuc exiſtẽtes erudiendum, & alias ætates quæcumq; indigent eruditione.

g Qui autem nũc optime vidẽtur politizare gręcorũ & legiſlatorũ, q has inſtituerũt politias, neq; ad optimũ finẽ vidẽtur ordinaſſe quæ circa politias, neq; B ad virtutes, leges, & eruditionẽ. Sed grauiter declinauerunt ad eas quæ vidẽtur eſſe vtiles & ſupergreſsiuas. Conſimiliter autẽ ijs & quidam eorum qui poſterius ſcripſerunt, protulerunt eãdem opinionem, laudãtes enim Lacedæmoniorũ politiam, laudant legiſlatoris intentionem, quod omnia ad imperare & ad bellum legis ſtatuta fecerunt.

h Quæ & ſecundum rationem C facile ſunt arguibilia, & operib⁹ ſunt redarguta. Sicut enim plurimi hominum zelãt multis dominari, quia multo ſucceſſu fiũt eufortuniorũ, ſic & Thybron videtur laudans Lacedæmoniorũ legiſlatorẽ, & aliorum vnuſquiſque ſcribentium de politia ipſorum, quia propterea quod exercitati fuerunt ad pericula, multis principabantur.

i Quamuis palam, ꝙ quoniam D nunc quidem non adhuc ineſt Lacedæmonibus principari nõ fœlices, neq; legiſlator bonus. Adhuc aũt hoc ridiculum, ſi manentes in legibus ipſis, & nullo impediente ne vterentur legibus abiecerunt viuere bene.

k Non recte autem exiſtimant, neq; de principatu, quem oportet videri honorãtem legiſlatorem, eo.n qđ eſt deſpotice principari, liberorũ principatus melior, & magis cum virtute.

E l Adhuc autẽ, nõ ꝑꝑ hoc oportet ciuitatem fœlicem putare,

*Itaque ad hæc, tamquam ad ſignum, & pueri adhuc exiſtentes, & aliæ ætates quæ indigent, per diſciplinam ſunt dirigendi.*

*Nam qui nunc græcorum recte guberna i videntur, & legum latores, qui eas Reſpublicas inſtiuere, neque ad optimum finem videntur aſpexiſſe, neque ad omnes virtutes diſciplinam & leges direxiſſe, ſed onerose declinauerunt ad illas uirtutes quæ videntur vtiles, ac plus habere faciũt, ſimiliter quoque poſteriorum quidam ſcriptores, opinionem ſuam eandem oſtenderunt: laudantes enim Lacedæmoniorum Rempublicã admirãtur & commendant legiſlatoris eius propoſitum, quòd omnia ad potentiam & ad bellum direxerit.*

*Quæ & per rationem refelli poſſunt, & per facta ipſa nunc reprobata ſunt: vt enim plurimi hominum dominari late cupiunt, quoniam exinde multa proueniunt fortunæ commoda, ſic Thibron admirari laudareque videtur Lacedæmoniorum legiſlatorem, & quicumque alter qui de Republica illorum ſcripſit, quod propter exercitationem eorum ad pericula, multorum dominationem ſibi compararunt.*

*Atqui patet, quòd cum non habeant nunc dominationem Lacedæmonii, nec fœlices amplius eſſent, nec legiſlator eorum bonus. Inſuper illud ridiculum, ſi permanentes in legibus eius, nulloque impediente illis legibus uti, omiſerunt bene uiuere.*

*Non recte uero ſuſcipiunt, neque de dominatione ad quam intendiſſe legiſlatorem oſtendunt, nam imperium liberorum melius eſt, ac magis ex uirtute, quàm dominari ut ſeruis.*

*Præterea non per hoc ciuitas fœlix eſt exiſtimanda, neque legiſlator*

A per rationes. Ex operibus autem docet eam redargutam dupliciter. Secundum facit ibi. {Quamuis palam &c.} In prima parte dicit, ꝙ Reſp. & leges & ſtatuta prędictorum facile poſſunt redargui per rationem, & factis contingentibus redarguta ſunt: ſi enim ordo ciuilis ipſorum & leges & eruditiones eſſent optima, tunc ex virtute aliorũ prĩciparẽtur alijs, nunc autem hoc nõ videmus, ſicut enim plures homines appetunt principari pluribus, quia principantes, fortunatos videntur habere ſucceſſus, ſic Thibron & quilibet alius ſcribens de Repu. Lacedæmoniorũ laudauerunt legiſlatorem eorum, quia multis principabantur, non quidem propter ordinem ciuilẽ per ſe, ſed quia exercitati erant ad pericula bellorũ, quamuis etiã manifeſtum ſit, quòd nunc pluribus non principãtur, nec etiam ſunt fœlices remanente eadẽ Rep. Legis igitur lator in ordinando prædictã Remp. bon⁹ nõ fuit. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ſecundum dicẽs, quòd adhuc dignum eſt deriſiõe, ſi Lacedæmonij prædicti perſeuerantes in eiſdem legib⁹, quib⁹ prius nullo prohibẽte eos viuere ſecundũ eas non viuunt bene ſecundum rationem. Irrationabile.n. eſt, ſi leges eorum & Reſp. rectæ ſunt, ꝙ viuentes ſecundum eas nõ viuant recte. Palã autem eſt, ꝙ ipſi tenentes eaſdem leges, non ducant optimam vitã, leges igitur & ordinatio Reipu. ipſorum rectæ non ſunt. Deinde cum dicit.

k ¶ Docet eam eſſe redarguibilem per rationem, & principaliter quantũ ad principatũ. Et circa hoc primo ponit rationẽ vnam. Secundo cum dicit. {Præterea &c.} aliam. In prima parte dicit ꝙ legiſlator Lacedæmoniorũ & aliorum prædictorum, non rectam exiſtimationem habent de principatu ſupremo in Republica, quẽ maxime videntur honorare & iudicant honorandum ſicut optimum, principatus enim ipſorum eſt principatus dominatiuus, quo principantur etiã indigni ſeruire. Tali enim principatu eſt alius principatus ciuilis liberorum excellentior & magis ſecundum virtutem, quare magis laudandus erit. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd non eſt rationabile credere ciuitatem eſſe fœlicem, & legiſlatorem ipſius laudare, quia poteſt principari ſuper vicinos qualitercumque, principari enim ipſis quomodocumque optimum non eſt, ſed magnum nocumentum affert ciuitati: ſi enim hoc optimum eſſet, ſi in ciuitate aliquis inueniretur prępotens alijs expedire ipſum propriæ ciuitati principari ſolum, & tentare qualiter poſſet eam totam ſubijcere ſibi, de quo ſicut dein-

& legiſlatorẽ laudare, quia præualere potuit ad principari ſuper vicinos. Hæc.n. magnũ habent nocumẽtũ: palã.n. ꝙ & ciuiũ potenti hoc tẽtandũ proſequi, qualiter poſsit propriæ ciuitati principari, de quo quidem accuſant Lacedæmones Pauſaniam Regem, & quidem habentem tantum honorem. G

m Nec; itaq; talium legum & rationum politica nulla, neque proficua, neque vera eſt. Hæc.n. optima & ſigillatim & cõiter legiſlatorem efficere oportet, hęc in animabus hoĩum. Idq; qđ hominũ, & quod aduerſariorũ ſtudium, non huius gratia oportet meditari, vt ſeruituti ſubijciãt indignos, ſed vt primo ipſi non ſeruiant alijs, deinde vt zelent H præſidatum gratia vtilitatis ſubditorum, ſed non gratia deſpoticæ omnium, Tertio autem deſpotizare dignis ſeruire.

n Quòd autem oportet legiſlatorem magis ſtudere gratia ordinis & pacis, teſtantur ea quæ fiunt rationibus, plurimę enim talium ciuitatum, bellantes quidem ſaluantur. Poſtquàm autem obtinuerũt principatum, pereunt, rubiginem enim contrahunt, ſicut ferrum pacem du I centes. Cauſa autem legiſlator, non erudiens poſſe vacare.

o Quoniam autẽ idem finis eſſe videtur & cõmuniter & ſigillatim hominibus, & eũdem terminum eſſe neceſſariũ optimo viro, & optimæ politiæ, manifeſtum quòd oportet eas quæ ad vacationem virtutes exiſtere.

p Finis enim ſicut dictũ eſt, ſæpe pax quidẽ belli, vacatio autẽ K

*laudandus; quòd vincere docuerit, & finitimis dominari: hæc enim magnum continent nocumentum; nam & aduerſus ciues hoc aget qui poterit, & ciuitati ſuæ dominari quæret: de quo accuſant Lacedæmonii Pauſaniam, licet in tanta dignitate conſtitutum.*

*Nec ſane aliqua huiuſmodi ratio eſt, aut lex ciuilis, neque vtilis, neque uera: eadem enim optima & priuatim, & publice legiſlatorem inducere oportet in animos hominum, neq; exercitatio rerum bellicarum ob id eſt meditanda, ut in ſeruitutem adigant immerentes, ſed primum ne ipſi ſeruire aliis compellantur, deinde ut imperium quærant gratia utilitatis ſubiectorum, non autem omnium dominationem. Tertio ut eis dominentur qui ſeruire ſunt digni.*

*Quòd autem oporteat legiſpoſitorem ſtudere vt prouiſio ſua circa res bellicas, & circa alias inſtitutiones ad ocium & ad pacem referatur, id atteſtatur, quòd pleræq; talium ciuitatũ bellum gerentes conſeruantur, ſed cũ dominationem adeptæ ſunt, deſtruuntur Splẽdorem enim, ueluti ferrum per pacem amittunt, cauſa huius eſt legiſpoſitor, qui non ita inſtituit, ut ocio ſtare poſſint.*

*Cum ergo idem finis eſſe uideatur publice & priuatim hominibus, & eandem diffinitionem eſſe neceſſe ſit uiro optimo & optimæ Reipu. manifeſtum eſt oportere uirtutes eas, quæ ad ocium ſpectant illi exiſtere.*

*Finis enim eſt, ut ſæpe iam diximus belli pax, negocii ocium: ſunt*

de inconuenienti Lacedæmones increpauerunt Pauſaniam regem ipſorum qui honorem regalem habens apud eos, & diuitias & poſſeſſiones multas, voluit propriæ ciuitati ipſorum principari ſolus, prædictus igitur modus principandi optimus non eſt, Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit contrarium dicens, quòd ex prædictis rationibus manifeſtũ eſt, ꝙ nulla legũ prædictarum & rationum, q̃ ad prędictum modũ gubernandi ordinatur ciuilis eſt, hoc eſt ordinata optime, neque proficua ciuitatibus, neque etiam vera eſt in ſe, quia non ordinata ad optimũ finem, vt prætendũt. Eadem enim optima & priuatim & publice inducere oportet in animos hominum legiſlatorem & ſtudium ciuiũ quod habent & ad ciues, & etiam ad aduerſarios non ordinari ad hoc vt ſubijciant ſeruituti eos qui nõ ſunt naturaliter ſerui. Talis enim principatus cũ ſit contra inclinationẽ naturalẽ nõ põt eſſe continuus, neq; amicabilis, ſed debent intendere primo, ꝙ ipſi non efficiãtur ſerui aliorũ indigni exiſtentes. Secundo, ſi appetant principatũ, appetant ipſum propter vtilitatem ſubditorum non propriã, neç propter hoc vt principentur eis dominatiue, hęc enim eſt differentia inter dominatiuum principatum & ciuilem, q̃a principans principatu dominatiuo principatur per ſe propter vtilitatem ſubditi, econtrario eſt de ciuili, ſicut dictũ eſt ĩ Tertio huius. Tertio aũt debent intendere qualiter principabũtur eis qui nati ſunt eis ſeruire, hoc.n. eſt iuſtũ, & ad tales contingit mouere iuſtũ bellũ, ſi fuerint rebelles. Deinde cũ dicit.

n ¶ Declarat quoddã ſuppoſitũ per ſignũ dicẽs, ꝙ ea quæ apparent ad ſenſum teſtificantur rationi, quia magis oportet legiſlatorem intendere ad pacem quàm ad bellum, & magis ſtudere gratia huius q̃ illius, ſicut ſuppoſitũ eſt prius. Videmus.n. ꝙ plurimæ ciuitates q̃ diu ſunt in exercitio belli cõtra aduerſarios, ſaluãtur. Cũ autẽ obtinuerint cõtra eos & viuũt in pace, corrũpitur Reſpu. eorum. Bellantes.n. multas virtutes habẽt, ſicut dictũ eſt prius, puta temperantiæ, fortitudinis, liberalitatis, & religionis, pp quas ſibijnuicẽ minus ſunt iniurioſi, pacẽ autẽ habentes occaſionẽ exercitãdi in actibus hmõi virtutũ nõ habẽt, dant aũt ſe voluptatibus cõgregãtes diuitias per quas eſtimãt ſe poſſe voluptuoſe viuere, pp qđ efficiuntur ſibijnuicẽ iniurioſi & ſeditionẽ inducũt, delicatã.n. & quietã vitã ducẽtes quaſi rubiginẽ prauorũ habituũ & cõſuetudinũ contrahunt, exercentes autẽ ſe in bellicis clarificantur per actus virtutum, ſicut ferrũ quia tum de facili rubiginẽ contrahit, elaboratum autẽ quàmuis vſus conſu- F mat, clarificat tamen & emendat, ſicut Seneca dicit: cauſa autem huius fuit legiſlator ipſorũ qui non ordinauit eis honeſtas occupationes quibus vacarent cum ceſſarent a bellis, puta exercitium ſtudij in philoſophia & partibus eius, hoc.n. multas & admirabiles delectatiões habet puritate & firmitate, ſicut dicit Philoſophus. 10. Ethicorum. Cap. 10. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat ꝙ ciuitatẽ & vnumquemq; exiſtẽtes ſimpliciter fœlices oportet habere omnem virtutẽ. Et primo hoc declarat. Sc̃do cũ dicit. { Quòd quidem igitur &c. } concludit hoc declaratũ, adiungens quãdã perſuaſionẽ. Circa primũ primo oſtẽdit, ꝙ debentem fœlicitari ſimpliciter oportet præhabere oẽs virtutes, quæ exiguntur ad vacationẽ. Secundo cũ dicit. { Finis eſt.n. &c. } oſtendit ꝙ oportet præhabere oẽs virtutes, & quæ ad vacationẽ, & quæ non ad vacationem ordinãtur. Circa primum eſt intelligendum ꝙ ſi finis eſt, neceſſe eſt præexiſtere ea quæ ad finem ſunt per ſe, ſicut ſi fiſtulatio eſt, neceſſe ẽ præexiſtere fiſtulas. Vltimus autem finis vniuſcuiuſque hominis eſt contemplatio aliqua alicuius intelligibilis, & idẽ eſt finis totiꝰ ciuitatis optime ordinatæ, ſicut oſtenſum eſt in principio iſtius Septimi. Ad hanc autem ordinantur primo habitꝰ intellectus perfectiſſimus cuius eſt actus. Deinde habitus imꝑfecti ipſius per quos dirigitur in ſpeculando entia, quorum cognitio via eſt in cognitionem intelligibilis primi. Tertio habitus partis animę appetitiuæ, per quos regulatur appetitus, ne præter rationẽ diuertatur homo ab intelligibilibꝰ primis, detentus circa paſſiones & motus irrationales. Deinde autem virtutes per quas acquirit bona exteriora, ſecundum quòd neceſſaria ſunt ad finem, & repellit motus impedientium ab ipſo, ergo neceſſe eſt ſi finis vniuſcuiuſque hominis vel ciuitatis exiſtat, præexiſtere huiuſmodi virtutes omnes, & ideo dicit, quoniam idem finis videtur eſſe & cõmuniter omnium hominum ſecundum quòd homines ſunt ſimpliciter, & vniuſcuiuſque ſingulariter accepit ſecundum quòd homo, & idẽ vltimus terminus actionum optimi viri & optimæ Reipublicę, ſicut oſtenſum eſt prius in iſto Septimo. Huiuſmodi autem eſt ſpeculatio perfecta intelligibilium primorum, quæ in vacationem ab exterioribus exiſtit, maxime autem ad hunc ordinantur omnes virtutes quæ ſunt ad quietem hominis ab exterioribus, manifeſtum eſt quòd ſi homo ſecundum ſeipſum vel tota ciuitas fœlicitetur neceſſarium eſt prçexiſtere omnes virtutes quę ſunt ad vacationem, ſeu quietem. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat quòd neceſſarium eſt præhabere omnes quæ ad vacationem



non vacationis, vtiles aũt virtutum ad vacationẽ & deductionem ſunt, quarũ in vacatione ẽ opus, & quarũ in nõ vacatione. Oportet.n. multa neceſſariorũ exiſtere, vt deinceps vaces, pp quod tẽperatam eſſe ciuitatem conuenit, & fortẽ & perſeuerantiuam: ſecundũ Prouerbiũ.n. non B eſt ſeruis vacatio.

q Qui aũt non poſſunt periclitari viriliter, ſerui inuadẽtium ſunt, fortitudine quidẽ igitur & perſeuerantia opus eſt, ad nõ vacationẽ, philoſophia aũt ad vacationẽ, temperantia aũt & iuſtitia in vtriſq; tẽporibus, & magis pacẽ ducentibus & vacantibus, bellum quidem.n. cogit iuſtos eſſe & tẽperate agere, fruitio aũt bonæ fortunæ & vacare cum pace, iniuriatores facit ma C gis. Multa igitur indigent iuſtitia & multa tẽperãtia, qui optime videatur agere & omnibus beatis frui, velut ſiqui ſunt, ſicut Poetæ aiunt in beatorũ inſulis, maxime.n. ii indigebunt philoſophia, & tẽperantia, & iuſtitia, quanto magis vacant in abundantia talium bonorum.

r Quòd quidẽ igitur futuram fœlicitari, & ſtudioſam futurã ciuitatẽ oportet iis virtutibus participare, manifeſtũ, cum.n. D ſit turpe non poſſe vti bonis, ad huc aũt magis non poſſe in vacatione vti, ſed non vacantes quidem & bellantes videri bonos, pacem aũt ducentes & vacãtes, ſeruiles. Propter quod oportet, non ſicut Lacedæmoniorũ ciuitas virtuti ſtudere. Illi quidẽ.n. non hac differunt ab aliis in nõ putare eadẽ aliis maxima bonorũ, ſed in fieri hæc magis, ꝑ quandã virtutẽ. Quoniã aũt maiora bona quàm q̃ belli hæc, & frui- E tionẽ horũ, aut eã quæ virtutũ, & quia pp ipſã, manifeſtũ ex iis.

*autem utiles ad ocium, & quietem uirtutes, quarum opus in ocio eſt, & quarum in negocio. Oportet autem multa negociorum nobis exiſtere, ut liceat in ocio eſſe, quapropter temperatam ciuitatem eſſe oportet, ac fortẽ & patientem, nam (ut eſt in Prouerbiis) nullum ocium ſeruis.*

*Qui uero non poſſunt fortiter pericula ſubire, ſerui ſunt inuadentium. Fortitudine igitur & conſtantia opus eſt ad negocium, philoſophia uero ad ocium, temperantia autem & iuſtitia in utroque tempore, ſed magis in pace & ocio, nam bellum quidem ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos, fortunæ autem proſperæ fruitio, & ocium cum pace, petulantes magis facit, multa igitur iuſtitia multaque temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu conſtitui uidentur, & in fruitione omnium rerum quæ beatos facere putantur, ueluti ſiqui ſunt, ut Poetæ tradunt, in beatorum inſulis, maxime enim hi philoſophia, & temperantia, & iuſtitia indigerent, quanto magis ocioſi ſunt in abundãtia talium bonorum.*

*Qua igitur de cauſa beata & ſtudioſa futura ciuitas his indigeat uirtutibus, manifeſtum eſt. Turpe eſt enim non poſſe frui bonis, ſed in negociis quidem & bello, uiros probos uideri, in ocio autem & pace, ſeruiles. Quãobrem oportet, nõ quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas uirtutem exercere. Illi enim non eo ab aliis differũt quòd non putent eadem maxima bona quæ cæteri, ſed eo quòd prouenire illa exiſtimant magis per aliquam uirtutem. Cum uero maiora ſint hæc bona, quàm ea quæ belli, & fruitio eorũ quàm uirtutum, & quia illius gratia, manifeſtum ex his.*

vacationem, & quæ ad non vacationem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Qui autem non pñt &c. } Tangit quæ virtutes ordinantur ad vacationem & non vacationẽ, & quæ ad vtrũque. Circa primum intendit, ꝙ ſicut dictum eſt, omnes virtutes quę ordinantur ad vacationẽ præexiguntur ad fœlicitatẽ vniuſcuiuſq; ciuitatis, ſed ad vacationem contemplationis ordinãtur omnes virtutes, & quæ ad vacationẽ, & quæ ad non vacationẽ ſunt, ergo omnes præexiguntur ad fœlicitatem, minorẽ huius declarat dicẽs, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſæpe, finis belli ẽ pax, nullus enim bellatur belli gratia, ſed pacis magis, ſicut dicitur. 10. Ethico. Et finis operum quę non in vacatione ſunt, ſũt ea quę in vacatione, quia ea quorum opꝰ in vacatione & non vacatione vtilia ſunt ad vacationem & delectationem quæ in ea, aut quia in earũ operatione conſiſtit finis, aut quia diſponũt ad ipſum, aut remouent prohibẽtia. Si enim aliquis debeat vacare multa oportet prçexiſtere, neceſſarium ẽ igitur ciuitatem & vnumquemque debentem fœlicitari habere tẽperãtiam, & iuſtitiã, & ſapientiam, & cæteras huiuſmodi virtutes, quæ ad vacationem ſunt, & fortitudinem, & perſeuerãtiam, & quæ ad non vacationem, dico autem ciuitatem debẽtem fœlicitari, oportere pręhabere virtutes quæ ad vacationem quãtum ad partes principales eius, quæ ſunt liberi, non quantum ad ſeruos. Ad ſeruos enim non pertinet vacatio, ſicut Prouerbiũ dicit. Deinde cum dicit.

q ¶ Tangit quæ ſũt virtutes, quæ per ſe ordinantur ad vacationem vel non vacationem, vel ad vtrũque, intendens ꝙ illis virtutibus opus ẽ ad non vacationẽ & bellum, quibus prohibentur ne ſint ſerui aliorum, ſed illi qui non ſunt diſpoſiti aggredi pericula maxima quæ in bello, nec ſunt perſeueratiui in eis, ſerui ſunt eorum qui inuadunt eos qui prohibentur per fortitudinem & perſeuerantiam: fortitudinis igitur & perſeuerantiæ virtutibus opus eſt ad non vacationem, philoſophia autem neceſſaria eſt ad vacationem contemplationis, contemplatio.n. eſt opus eius. Ad vtrumque aũt neceſſariæ ſunt, temperantia per quam reprimuntur motus concupiſcentiarũ, & iuſtitia per quã diriguntur operationes hominis ad alterum, magis tamen vacantibus & ducentibus pacem q̃ non vacantibus propter exercitium belli & periculum quod in eo eſt, diſponuntur ad opera temperantiæ, quia ſecundum poetam. Ocia ſi tollas, periere cu- A pidinis arcus, ſed ad opera aliarum virtutum multarum, Militaris enim vita multas partes habet virtutis, ſicut dicebatur in Secundo huius, econtrario, fruitio bonorum fortunæ in tranquillitate diſponit ad iniurias, poſſeſſio enim diuitiarum contumelioſos & ælatos facit, credentes enim omnia habere per ipſas, credũt omnia bona poſſidere in poſſidendo eas, ſicut dicitur ſecũdo Rhetoricæ, & iõ efferuntur per elationem & contemnunt alios, propter quod eis qui volunt fœliciter agere & frui omnibus, quæ ad beatitudinem pertinent, neceſſaria eſt temperantia & iuſtitia multa, ſicut ſi qui ſunt in inſulis beatorũ, ſicut Poetæ dicunt, dicentes inſulas quaſdam eſſe, in quibus animæ bene operantium dũ viuunt fœliciter perſeuerant poſt mortẽ. Talibus autem maxime neceſſaria eſt philoſophia, ĩ cuius actu conſiſtit vltimus finis, & temperantia, pꝰ quam ſedantur concupiſcentiæ, & iuſtitia, per quam regulãtur operationes ad alterum, & tãto magis quanto magis perſeuerant in abundantia bonorum taliũ. Deinde cum dicit.

r ¶ Recolligit dicta adiungendo quandã perſuaſionem dicẽs, ꝙ ex his quę dicta ſunt, manifeſtũ eſt ꝙ ciuitatẽ, quæ futura ẽ fœlix & virtuoſa ſimpliciter omnes virtutes oportet habere & quæ ad vacationẽ, & quæ ad non vacationem ſunt. Si.n. turpe eſt hominem qui determinaẽ ratione nõ poſſe vti ſecundũ rationem bonis interioribus & exterioribꝰ, adhuc magis turpe ẽ non poſſe vti eiſdem ſecundum ipſam cũ vacat a bellicis operationibus, cũ tunc magis intendere poſſit, & pauciora habens impedimenta, ſed nõ vacando ab exteriobus, & bellando videri facere opera bonorum, vacando autem & pacem ducẽdo, ducere vitam ſeruilẽ & præter rationẽ, & ideo non oportet ciuitatem debentẽ fœlicitari tantũ intendere & ſtudere virtuti, hoc ẽ fortitudini quæ ordinatur ad bellũ, ſicut fecerũt Lacedæmonii, non.n. differenter ſe habuerunt ad alios, in hoc ꝙ non crederẽt eadem eſſe maxima bona hominis quæ alii.ſ. opera virtutũ, ſed magis in hoc ꝙ opinabantur hoc fieri ꝑ vnam virtutem, alii autem ꝑ aliam: ipſi.n. opinabantur optimum bonũ hominis conſiſtere in actu fortitudinis bellicæ, alii aũt in actu ſapientiæ magis. Manifeſtũ eſt igitur ex his quæ dicta ſunt, qm̃ contingit eſſe quædã bona maiora hominis q̃ quæ ſm̃ bellum ſunt, & eſſe iſta magis contingit in fruitione & actu q̃ in habitu, & iſtorum illa magis quæ propter ſeipſa quæruntur, q̃ quæ propter alia.

LECTIO

## LECTIO XII.

Oſtquam Philoſophus oſtēdit quis ſit vltimus finis optimæ vitæ humanæ, tranſit ad declarandum qualiter & per quas adinuentiones fiunt optimi viri in ordine ad ipſam. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Manifeſtum vtique &c.} Proſequitur. In prima parte dicit ꝙ declarato quis ſit vltimus terminus optimæ vitæ humanæ, cōſequenter conſiderādū eſt, per quæ & qualiter fient boni & ſtudioſi in ordine ad ipſum. Diſtinximus autem prius tria quæ neceſſaria ſūt ad hoc, ſcilicet natura, conſuetudo, & ratio, ſecundum quales oportet eē futuros ſtudioſos, & bene gubernātes ſecundum naturam, quoniam intellectiuos & animoſos, ſicut dictū eſt prius, & ideo relinquit̃ nūc conſiderandum quales oportet eſſe ſecundum conſuetudinem & diſciplinam. Prius tamen conſiderandū eſt, vtrum prius inſtruendi ſunt ſecundum rationem vel intellectum, aut ſecundum cōſuetudinem ſeu appetitū, & vtrū prius diſponi ſecundum animam, aut ſecundū corpus, oportet enim iſta conſonare adinuicem conſonantia debita, ita ꝙ illud quod natum eſt prius diſponi ſecundum naturam diſponatur prius, & qđ poſterius, poſterius. Cōtingit enim multoties peccare rationem ab eo, quod eſt optimum, & duci per ſimilia & apparentia quædam, ad ea quæ præter naturā ſunt, ita vt pri⁹ nitatur diſponere, quod poſterius natum eſt perfici, ſed cum ratio poſterior ſit natura & imitetur eam, optimum eſt in his quę rationis ſunt ſequi diſpoſitionem ipſius naturæ, ita vt prius conſideret & diſponat, quæ prius nata ſunt conſiderari & diſponi ſecundum naturam. Deinde cum dicit.

## LECTIO XII.

Qualiter aūt, & per quæ erit hoc, vtique ſpeculādum, diuiſimus itaque prius quod natura & cōſuetudine & ratione opus eſt. Horū aūt quales quidem quoſdam oportet natura determinatum eſt prius. Reliquum autem conſiderare, vtrum inſtruendi prius ratione vel conſuetudinibus, hæc enim oportet adinuicem conſonare conſonantia optima, contingit enim peccare, & rationē ab optima ſuppoſitione & per ſimilia duci.

b Manifeſtum vtique hoc, primo quidem ſicut ī aliis, quomodo generatio a principio eſt, & finis ab aliquo principio alteri⁹ finis. Ratio autē nobis & intellectus naturæ finis. Quare ad hoc generationum, & conſuetudinum ſtudium oportet præparare.

c Deinde ſicut corpus & anima duo ſunt, ita & animæ videmus duas partes, quod irrationabile, & rationem hebens, & habitus horum duos ſecundum numerum, quorū hic quidem eſt appetitus, hic aūt intellectus, ſicut aūt corpus prius generatiōe quàm aīa, ita & qđ irrationabile quàm rōnem hñs. Manifeſtū aūt ex hoc: animus.n. & volūtas, adhuc aūt, & concupiſcentia, & mox natis exiſtunt pueris, ratiocinatio autem & intellectus, procedentibus nata ſunt infieri.

d Propter quod primo quidem corporis curam neceſſariam eē

## *LECTIO XII.*

*Vomodo autem, & per quæ id erit utique conſiderandū diximus ſupra, diuidentes quod & natura, & more, & ratione indigemus. Ex his autem quales aliquos natura eſſe oportet, determinauimus, reſtat uidere, utrū ratione prius an moribus ſit eruditio facienda. Hæc enim ſimul concordare debent optima concordatione. Contingit enim rationem aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles per mores duci.*

*Clarum eſt hoc, primum quidem, quemadmodum in aliis, quòd generatio eſt a principio, & finis a principio aliquo alterius finis. Ratio autem nobis et mens naturæ finis. quare ad hæc generationem ac morum inſtitutionē parare oportet.*

*Deinde ut anima et corpus duo ſūt, ita quoque duas uidemus eſſe animæ partes, unam irrationalem, alteram quæ habet rationem, habitus quoque earum duos, quorum alter eſt appetitio, alter mens. Vt autem corpus in generatione antecedit animam, ſic pars irrationalis antecedit eam partem quæ habet rationem, patet id in pueris, quibus ſtatim ira & uoluntas, & concupiſcentia exiſtit, at ratio & mens procedente ætate in illis fieri natæ ſunt.*

*Quapropter, corporis curam neceſſe eſt prius ſuſcipere quàm animi.*

b ¶ Proſequitur. Et primo declarat ꝙ futuri ſtudioſi & boni prius diſponendi ſunt ſecundum corpus q̃ ſecundum animam, & ſecundum appetitum q̃ ſecundum intellectum. Secundo cū dicit. {Siquidem igitur &c.} Qualiter diſponendi ſunt ſecundum iſta. Circa primum, primo oſtendit ꝙ generationem hominis & conſuetudinem oportet ordinari ad rationem & intellectum. Secundo cum dicit. {Deinde vt corpus & anima &c.} Oſtēdit ꝙ appetitus irrationalis prior eſt q̃ intellectus in actu perfecto. Tertio cum dicit. {Propter quod &c.} Concludit ex iſtis ꝙ prius oportet curare de diſpoſitione corporis q̃ animę, & appetitus irrationalis q̃ intellectus. Primo igitur dicit, in omnibus in quibus eſt aliquis finis ea, quæ ſunt ad finem oportet ordinare in ipſum & diſponere ſecundum ꝙ ipſi congruunt: manifeſtum eſt autem ꝙ ſicut in aliis qui ſunt ſecundum naturam & ſecūdum artem, generatio incipit ab aliquo principio primo

F imperfecto & terminatur in aliquid perfectum & finem. Huiuſmodi autem finis hoc eſt terminus eſt alicuius moti ab aliquo principio imperfecto, ita & in homine generatio incipit ab aliquo imperfecto, & tendit in aliquid perfectum & finem. Huiuſmodi autem terminus & finis naturalis hominis eſt ratio & intellect⁹ in actu nō in potentia, quare generationē ipſius hominis & ſtudium circa conſuetudines & diſpoſitiones ipſius, oportet ordinari ad rationem & intellectum perfectum, & ipſa diſponi ſecundū ꝙ ipſi congruunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ꝙ appetitus irrationalis generatione pręcedit intellectum in actu dicens, ꝙ poſtea ſicut corpus & anima ſunt duo differentia adinuicem, quia corp⁹ rationem materiæ, & ſubiecti habet, anima autem rationem actus, ita animam hominis videmus duas partes habere, quarū altera rationem moti & ſubiecti habet, reliqua autem rationem principalis mouentis, videlicet appetitus irrationalis, qui natus eſt regulari a ratione, & rationalis pars per eſſentiam quæ rationem mouentis habet, & iſtorum duorum ſunt duo habitus differentes ſecundum numerum. Primi quidem virtus moralis, ſecūdi autem intellectualis, & alterum iſtorū appetitus eſt, alterū autem intellect⁹ ſeu ratio. Sicut igit̃ corpus ſecundum viam generationis præcedit animam, ita appetitus irrationalis intellectum & rationē in actu, & hoc apparet ex hoc ꝙ anim^s, ideſt virtus iraſcibilis, & voluptas & cōcupiſcentia inſunt pueris ſtatim ex natiuitate. Intellectus autem & ratio in actu, non inſunt niſi procedente tempore. Si aliquis argueret contra

K hoc quod dictum eſt, quoniam appetitus irrationalis in homine eſt qui non eſt regulatus ratione ſecundum ſe, regulatus tamen a rationali per eſſentiam, ſed rationale ſecundum ſe prius videtur eſſe q̃ regulatum a ratione, tum quia mouens eſt prius moto, tum quia ſimplex prius compoſito, ſicut albedo q̃ albū. Et eſt dicendum ad hoc, ꝙ prius dicitur aliquid alio, hoc quidē ſecundum ſubſtantiam & perfectionem, & ſic intellectus præcedit appetitum, ſicut mouens motum & forma materiam. hoc autem ſecundum viam generationis, ſicut materia prior eſt forma, & tunc appetitus poteſt conſiderari ſecundum ꝙ natus eſt regulari a ratione, & ſic prior eſt generatione intellectu ſeu ratione determinante ipſum, aut ſecundum ꝙ regulatus in actu, & ſic poſterior eſt ſicut compoſitum ſimplici, & per hoc apparet ſolutio ad rationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Cōcludit ex dictis, ꝙ prius oportet diſponi corpus q̃ animam, & appetitum q̃ intellectum, dicens, ꝙ propter hoc quia prius oportet quærere & diſponere ea quæ ſunt ad finem quàm ipſum finem, & corpus ordinatur ad intellectum & rationem, ſicut



ſicut in finem, vt probatum eſt prius, & appetitus ſimiliter ſicut materia ad formam, manifeſtum eſt ꝙ prius oportet facere curam corporis q̃ animæ. Deinde eam quę appetitus propter ipſum intellectum, & gratia ipſius & gratia iſtius eiuſdem curare omnia illa, quæ ſunt ipſius animæ, omnes enim partes animæ & habitus ordinantur ad perfectionem, quæ ſecundum intellectum eſt. Deinde cum dicit.

priorem quàm eam quæ animæ, deinde eam quæ appetitus, gratia uero ītellect⁹ eā q̃ appetitus, huius autem eorū quæ animæ.

e Siquidem igitur a principio legiſlatorē videre oportet, qualiter corpora optima fiant eorū quæ educātur, primo quidē curandum circa coniugiū, qñ & qualis quoſdā exiſtētes oportet facere nuptialē collocutionē.

f Oportet autē leges ferre circa hanc communicationē aſpicientē ad ipſos & ad tēpus viuēdi, vt cōueniant ætatibus ad idē tēpus & nō diſſonēt potētię, huius quidē adhuc potētis generare, hac autem non potente, aut hac quidem, viro autem non: hæc enim faciunt & diſſenſiones ad inuicem & diuerſitates.

g Deinde ad puerorum ſucceſſionem, oportet enim neq; ſubdeficere pueros ætatibus patrū, ſine profectu enim ſenioribus gratia quæ a pueris, quod autē a patribus auxilium pueris, neque valde prope eſſe, multam enim habet diſplicentiam, verecundiaque minus exiſtit talibus, tamquam coætaneis, & circa diſpenſationem quærulosum quod propinquum.

h Adhuc aūt vnde incipientes huc deuenimus, quatenus corpora natorum exiſtant ad legislatoris volūtatem, ferè itaq; oīa accidunt ſecūdū vnam curam.

*deinde appetitus. Curam tamen appetitus gratia mentis, curam uero corporis gratia animi.*

*Si ergo ab initio prouidendum eſt a legiſpoſitore, ut optima ſint corpora eorum qui educantur. Primo quidem circa coniugia prouidere debet, quàm ætate, & cuiuſmodi exiſtentes ſint in matrimonium copulandi.*

*Hoc autem inſtituet legiſpoſitor inſpiciens ad ipſos & ad uitæ tempus, ut ætatibus in idem concurrant, nec diſcrepet gignendi potentia. Viro enim generare adhuc potente, ſi mulier ipſa concipere non poſſit, uel muliere quidem ad concipiendum apta, ſi uir ipſe non poſſit, lites ac diſcordiæ inter eos oriuntur.*

C *Ad filiorum quoque ſuſceptionem eſt inſpiciendum, ne nimis diſtent ab ætate paterna, quoniam nec ipſi ſenioribus gratiam referre ullam poßunt, nec parentes filiis adiumenta præſtare, nec etiam nimis proximi ad ætatē paternam accedere debent filii, habet enim hoc turbationem non paruam, cum neque tanta ſit reuerentia huiuſmodi filiis erga genitores, utpote quaſi æqualibus, & circa gubernationem domus quærelæ ex iſta quaſi paritate*

D *ſoleant prouenire.*

*Inſuper quòd dicere incipiētes huc digreſſi fuimus, ut corpora natorum ſint ſecundum legiſpoſitoris uoluntatem, ferê quidem hæc omnia prouenient per unam diligentiam.*

e ¶ Declarat qualiter, & per quæ diſponendi ſunt ad virtutem. Et primo qualiter ſecundum corpus & appetitum. Secundo cū dicit. { Quòd quidem igitur &c. } in principio octaui, qualiter ſecūdum intellectum & rationē. Circa primum primo præmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Oportet quidē igitur &c.} Proſequit̃. In prima parte dicit quoniam legiſlatorem optimū primo oportet intendere qualiter, & per quę ciues optime diſponantur ſecūdum corpus. Diſpoſitio autē optima ciuium primo dependet ex bona diſpoſitione generātium in actu generationis, qui fit per coniunctionem maris & fœminæ per copulam nuptialem: ergo conſiderāda ſunt ei ea quæ ſunt circa huiuſmodi copulam ſeu coniugiū, videlicet qua ætate, & quo tempore, & qualibus exiſtentibus copulādis ineūda eſt huiuſmodi coniunctio nuptialis. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur, & quoniā bona diſpoſitio ciuium, ſicut dictum eſt, primo pendet ex diſpoſitione generantium, deinde ex diſpoſitione matris, tempore geſtationis. tertio autem ex conuenienti alimento & cōſuetudine poſt natiuitatem. Primo declarat qualiter diſponendi ſunt generantes ad bonam diſpoſitionem prolis futuram. Secundo cum dicit. {Oportet autem & pręgnantes &c.} Qualiter prægnantes. Tertio cum dicit. { De reſeruatione autem &c. } Qualiter curandi ſeu diſponendi ſunt pueri poſt natiuitatem. Circa primum primo oſtendit quando facienda eſt copula nuptialis. Secundo cū dicit. { Qualibus autem quibuſdam &c. } Quales oportet eſſe copulandos ſecundum habitudinem corporis. Circa primū primo oſtendit qua exiſtente ętate vtriuſque, oportet eam fieri. Secundo cum dicit. {De eo quidem igitur &c.} Quali exiſtente temperatura ſeu diſpoſitione continentis. Circa primum primo oſtendit, ꝙ oportet eam fieri tēpore & ætate determinatis. Secundo cum dicit. {Quoniam enim determinatus eſt &c.} Declarat quæ ſunt tempus & ætas determinata, in quibus oportet fieri. Primum ipſe primo declarat per rationem ſumptā ex cautela diſſenſionum & diuerſitate copulandorum. Secundo cum dicit. { Deinde ad puerorum ſucceſſionem &c. } Per rationem ſumptam ex eis quæ accidunt ſecundum ſucceſſionem puerorū ad patres. Tertio cum dicit. {Adhuc autem &c.} Ex ea quæ ſumitur ex bona diſpoſitione prolis vel puerorum futura. In prima parte dicit, ꝙ oportet legiſlatorem intendentem bonam diſpoſitionem puerorum futuram ordinare leges & ſtatuta circa

A communicationem nuptialem ciuium, conſiderando ad diſpoſitionem ipſorum tempore quo copulantur, vt ſcilicet ſint perfecta in ſe, & bene ſe habentia ad generationem, & conſiderando ad tempus vitæ vtriuſque & maris & fœminæ, quantum ſcilicet vterque ſecundum naturam viuere poteſt, ita vt conueniant ad actum generationis, primo in ætate qua hic perfecte poteſt generare, & illa concipere, ſuppoſita bona diſpoſitione ipſorū in ſe, & in ordine ad finem temporis vitæ eorum, vt ſimul vel ferè hic poſſit generare & illa cōcipere, & non diſſonent potentiæ, ita vt iſte poſſit generare, & illa nō concipere, aut econtrario, iſta poſſit concipere, ille vero non generare, propter diſpoſitionem iuuentutis vel ſenectutis: iſta enim inducunt diſſēſionem & diuerſitatem inter ipſos. Si.n. copulentur tempore quo vnus poſſit generare, alter nō, propter ætatem adinuicē diſſentiunt, & ideo copulam alteram petūt quod eſt inconueniens, vt igitur videtur diſſenſio & diuerſitas inter eos copulandi ſunt in ætate conueniente vtrique in ordine ad tempus durationis ipſorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundā rationem dicens, ꝙ ſecūdo copulādi ſunt in ętate conuenienti conſiderando ſucceſſionem puerorum ad patres, ſicut enim parentes ſecundum legem naturæ tenētur filiis ad nutrimentū & diſciplinam vſque ad perfectum, ita neceſſitate quadam parentibus impotentibus factis, tenentur filii ſubuenire in neceſſitatibus, auxilium autem quod poteſt accidere ſenioribus parentibus a pueris genitis in ſenectute eorum ſine profectu, eſt propter impotentiam puerorum, ſimiliter auxilium quod poteſt accidere pueris in ſenectute genitis a parentibus ſenioribus exiſtētibus, debile eſt propter impotentiam eorum ex ſenectute, & ideo non expedit copulam nuptialem fieri ſenibus exiſtentibus, neque etiam valde prope principium natiuitatis, hoc eſt nimis iuuenibus exiſten-

E tibus, multū enim diſplicet quandoque iuuenes exiſtentes pueros habere quaſi coætaneos & minus verentur filii parentes iuuenes, & verecundantur minus male in eorum conſpectu, quaſi coæui & nutriti cum eis propter conſuetudinem, & magis conquæruntur in inuicem circa ea quæ ad mutuam diſpenſationē pertinent, cum ſint ſimul ęque potentes vel impotentes æque, & ita cum filius requirit a patre iuuari in neceſſitatibus, poteſt reſpondere ipſum æqualiter poſſe ſibi & econtrario. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem, dicens ꝙ adhuc idem poteſt oſtēdi per rationem ſumptam ex his quæ diximus prius, vnde incępimus ſermonem de hoc, oportet enim copulam nuptialem tali ætate, & tali tempore fieri, quibus corpus puerorum naſcentium contingat diſponi melius ad virtutem, & ſecundum intentionem legiſlatoris, hoc autem magis contingit fieri ſi fiat tempore & ętate determinatis, vt conſequenter apparebit, ergo expedit eam fieri tempore determinato, ſic igitur omnia quæ ſunt circa

circa curam nuptialem vnam communem curam habent ferè, vt ſcilicet fiat tempore determinato, ferè autem dicit forte, quia non idem tempus determinatum conuenit omnibus propter diuerſitatem materiæ. Deinde cum dicit.

i ¶ Intendit declarare, qua ætate expedit eam fieri ex termino generationis in vtroque, & ex inconuenientibus, quæ accidunt ſi fiat nimis cito, & ſecundum hoc primo pmittit quędam neceſſaria ad declarationem intenti. Secundo cum dicit. {Propter qđ has quidem &c.} Ex illis cōcludit intentum ſuū. Circa primū primo tangit quid ſit terminus generationis in vtroq; ſecundū quē oportet conſiderare. Secundo cum dicit. {Eſt autem iuuenum vel iuniorum &c.} Oſtendit ꝙ coitus iuuenum nō eſt conueniens ad generationem. In prima parte dicit, vltimus terminus generationis hominibus determinatus eſt, ſicut & aliis. In omnibus enim q̄ contingit eſſe & nō eſſe, eſt tempus determinatū quo contingit eſſe, & per conſequens agere, ſicut dicitur Primo Cœli & mundi: & iſte terminus maſculis, vt in pluribus eſt ſeptuaginta anni, quia tunc ſenſibiliter debilitatum eſt calidum naturale, quāuis in aliquibus ſit longior, in aliquibus breuior, ꝑpter diſpoſitionē materiæ aliam & aliam, fœmellis autē quinquaginta, vt in pluribus. Breuior autem eſt periodus generationis mulieris q̄ viri, quia mulieres naturaliter ſunt minoris virtutis & caliditatis q̄ viri, & quia expedit propter diſſenſionem vitādam in cōiugandis ſimul terminare potentiam generationis in vtroque, oportunum eſt in determinando principium ipſius condeſcēdere commenſurando ad tempora hæc. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, ꝙ coitus iuniorum eſt prauus. Et diuiditur in quatuor partes ſecundū quatuor rationes quas adducit ad hoc. Secundam ponit cum dicit. {Adhuc autem in partubus &c.} Tertiam cum dicit. {Adhuc autem & ad temperantiam &c.} Quartam cum dicit. {Et maſculorum corpora &c.} Primo igitur ponit primam quæ ſumitur ex ordine ad generationem dicens, ꝙ coitus iuniorum ſiue maſculi, ſiue fœmellæ prauꝰ eſt ad generationem puerorum, & hoc quidem apparet ad ſenſum, qa in omnibus animalibus partus iuniorum ſunt imbecilles & imperfecti, quia imperfectio partus eſt ex imperfectione principiorum generantium, ſicut vniuerſaliter imperfectio effectus, eſt ex imperfectione cauſarum, & fœminæ crebrius q̄ mares, & parua corpora gignuntur, cum enim principium generatiuū in ſemine non poteſt digerere menſtruum mulieris propter indigentiam caliditatis, vt deducat ad ſimilitudinem ſuam ſecundū omnes diſpoſitiones, ſed magis vincatur propter ſuperabundantiam frigidi & humidi, de neceſſitate tranſmutat in contrarium & in fœmellam, talis autem diſpoſitionis ſunt ſemina iuniorū. Et iterum generati ab eis parui ſunt ſecundum formam, ideſt ſe- F cundum figuram, extenſio enim ſecundum figuram cauſatur a magnitudine calidi, cuius eſt mouere ſurſum, quod eſt imperfectum in iunioribus, vt dictum eſt, quare ſi ſic accidit in omnibus animalibus, neceſſe eſt ita accidere in hominibus, in quibus argumentum ſpeciale apparet ad hoc, quoniam in quibuſcumque ciuitatibus ſeu regionibus permittuntur iuuenes, & iuuenculæ coniugari & permiſceri ad generationem, generantur parui & imꝑfecti ſecūdum corpꝰ, & per cōſequens minus vtiles ad opera bellica. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundā, quæ ſumitur ex accidenti parturientibus dicens, ꝙ ad hoc mulieres concipientes ī ætate imperfecta in partu maiorem ſuſtinent dolorem, & plurimæ moriuntur, tū propter membri ad hoc ordinati arctitudinem, tum propter virtutis debilitatem: quanto enim virtus minor eſt ad reſiſtendum, tanto dolor maior, ſicut videmꝰ onera eadē grauiora apparere debilibus. In iunioribus autē ſupponimus virtutē minorem eſſe, & ideo maiorem dolorē accidere, qui tantus poteſt eſſe ꝙ mortem īducit, & propter hoc dixerūt Antiqui apud græcos factū eſſe oraculum Trezeniis, vt dolor eius adiutorio mitigaretur, & fœtus ad ortum produceretur, cum multæ in iuuentute mulieres morerentur, & fructus non veniret ad productionem ꝓpter imperfectionē. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiam quæ ſumitur in ordine ad virtutem dicēs, ꝙ adhuc coitus eſt minus expediens iunioribus ad temperantiā & magis expedit ſenioribus exiſtentibus, iuuenculæ enim quæ magis aſſuetæ ſunt coire in iuuentute intemperantiores ſunt, illa enim ad quæ aſſueti ſumus magis ſunt delectabilia, & ad ea q̄ ſunt magis delectabilia, magis inclinamur. Deinde cum dicit.

K n ¶ Ponit quartam rationem dicens, ꝙ adhuc corpora maſculorum coeūtium in imperfecta ætate dum corpus eſt in augmēto, læduntur & defectum patiuntur a quantitate eis determinata & in complexione, alimentum enim digeſtum principium ē nutritionis & augmentationis & generationis, tempore enim augmenti totū quod conuertitur de alimento adueniente, vel ferè neceſſarium eſt ad nutritionem & augmentum, & parum vel nihil eſt de ſuperfluo, quod ordinatur ad generationem: & ideo ſi multum coeant, neceſſarium eſt, ꝙ illud quod deberet tranſire in augmentum & nutritionem conuertatur in ſemen, quare detrimentum patientur in augmento & nutritione, eſt enim quoddam tempus determinatum, in quo animalia nata ſunt augmentari, quod non multum exceditur a tempore deputato ad generationem: ſtatim enim deficiente augmento, & perfectis corporibus cum plus conuertitur de alimento q̄ ſit neceſſarium ad nutritionem conuenientius ordinatur ad generationem, coitus etiam non perfectis corporibus detrimentum inducit quantum ad complexionem propter exiccationem & infrigidationem,

i Quoniam.n.nō determinatus eſt finis generationis, vt ad plurimum eſt dicere, viris quidē numerus ſeptuaginta annorum vltimus, quinquaginta aūt mulieribus, oportet principiū coniugationis ſecundū ætatem ad tempora hæc deſcendere.

G

k Eſt autem iuuenum vel iuniorum coitus prauus ad puerorum procreationē, in omnibus eīn animalibus imperfecti iuuenū fætꝰ & fœmelletoca magis, & parui ſecundū formam: quare neceſſarium hoc ipſum & in hominibus accidere. Argumentū autem, in quibuſcunque.n.ciuitatum laxatur iuuenes coniugari & iuuēculas imperfecti & parui corporis ſunt.

H

l Adhuc autem in partubus iuuenes dolēt magis & perimūtur plures, propter quod & oraculū quidē aiunt factū fuiſſe ꝑp talē cauſam Trezenijs, tāquam multis pereuntibus propter nubere magis iuuēculas, & nō ad fructuum productionem.

m Adhuc autem & ad temperantiam expedit coitus facere ſenioribus. intemperantiores enim videntur iuuenculæ, quæ vſæ fuerint coitibus.

I

n Et maſculorum corpora lędi videntur ad augumentum, ſi adhuc corpore creſcente fecerunt coitū, etenim huius quodam tēpus determinatur, quod non excedit multum adhuc.

*Nam cum ſit finis gignēdi ut plurimum uiris quidem ſeptuageſimus annus, mulieribus autem quinquageſimus, ita coniugandi ab initio ſunt, ut ætatibus ad hunc finem concurrant.*

*Eſt autem adoleſcentium coniunctio improba ad filios. In cunctis enim animalibus iuueniles partus imꝑfecti ſunt, & fæminæ crebrius quàm mares: & parua corporis forma gignuntur, quo circa neceſſe eſt hoc idē in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quòd in quibuſcunque ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcentes mares puellaſque coniugari, in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtunt.*

*In partu quoque laborant magis puellæ ac pereunt plures, ex quo reſponſum oraculi Trezeniis datum quidam exiſtimant, ob iſtam cauſam, quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem.*

*Ad continentiam quoque utile eſt nuptias fieri ſeriores, intemperatiores enim eſſe uidentur cum puellæ ueneri aſſueſcunt.*

*At maſculorum corpora creſcere impediuntur, ſi adhuc augente ſe corpore, conſuetudinem ineant, nam huiuſmodi terminus hic eſſe uidetur, quē non multum excedit amplius.*



frigidationem, ſimul enim conducitur calidum & humidum, A vnde Philoſophus dicit in Lib. de Cauſis lon. & bre. vitæ, ꝙ coitiua & multi ſpermia cito ſeneſcunt, quia ſperma ſuperfluum exiſtens amplius deſiccat emiſſum, & ideo mulus longioris vitę eſt q̄ ea ex quibus generatur, quia minus ſpermatizat, & paſſeres maſculi breuioris qa magis coitiui ſūt. Deinde cum dicit.

o ¶ Concludit ex dictis quando & qua ætate opportunum ē fieri copulam nuptialem dicēs, ꝙ propter hoc quòd finis generationis in viris, vt ī pluribus eſt ſeptuageſimus annus vel circa, mulieribus autē quinquageſimus vel circa vt in pluribus, & expedit coniugatos ſimul deficere a potentia generandi, vt probatum eſt priꝰ, & coitus iuniorum ī imperfectis corporibus prauus eſt: corpora autem mulierū vt in pluribus perficiuntur in decem & octo annis vel circa, virorum autē in trigintaſex, aut parum plus, aut minus, expediēs eſt magis eos cōiugari muliere exiſtente decem & octo annorum vel circa, viro autem trigintaſex aut parum plus vel minus. Sic enim cōiungētur corporibus perfectis, & per conſequens virtutibus, quibus exiſtentibus erit coniugatio ipſorum in tempore conuenienti ad perfectionem generationis puerorum, virtutibus etiam perfectis perfectior erit actio, & etiam ipſum generatum, & iterum ſucceſſio puerorum ad patres opportunius fiet ſi ſtatim cū copulati ſunt muliere. 18. viro. 36. annorum exiſtentibus ſtatim generent, D ſuccedent enim filii parentibus in principio ſtatus corpore perfecto, ſcilicet circa. 30. annum matre agente quinquageſimum, patre ſeptuageſimum vel circa impotentes ferè exiſtentes quaſi reſoluta ætate, impotentia tamen eorum ſupplebitur per filiorum potentiam perfectorum exiſtentium, quando igitur oportet fieri coniugium conſiderato bono coniugatorum & generandorum, dictum eſt. Eſt autem intelligendum quòd quamuis viri & mulieres ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen idem periodus eſt vitæ vtriuſque ipſorum, quia tempus durationis ipſorum non ſequitur eos ratione ſpeciei communis vtrique, ſed ſequitur virtutem complexionis, virtus autem complexionis multo fortior eſt in viro quàm in muliere propter abundantiam calidi, & meliorem proportionem eius ad alias qualitates, & ideo viri longioris vitæ ſunt ſecundum naturam mulieribus. Et qa illud quod perfectius eſt pluri tempore indiget ad ſui perfectionem, quanto plura exiguntur ad eius perfectionem, viri autem E perfectiores ſunt mulieribus, ideo pluri tempore indigent ad ſui perfectionem quàm mulieres, vt in pluribus, quàmuis propter indiſpoſitionem materiæ poſſit accidere econtrario: Philoſophus autem determinauit tempus perfectionis mulierum. 18. annos vel circa, virorum autem. 37. vel circa, quia ſic apparebat ei forte, vt in pluribus, aut quia ſecundum proportionem horum numerorum adinuicem excedit virtus complexionis viri, virtutem complexionis mulieris ſecundum naturam. Si autē obiiciat prius debere fieri coniugationem nuptialem quàm determinat Philoſophus: primo, quia generatio fit ex ſuperfluo alimenti, quando igitur primo incipit eſſe ſuperfluum alimenti, & primo incipiunt ſpermatizare, videtur ꝙ deberet fieri talis copulatio, hoc autem contingit multo tempore prius quàm determinet Philoſophus, puta tempore pubeſcentiæ, ergo prius videtur debere fieri. Et præterea hoc iura determinant quę videntur conſiderare bonum commune, matrimonia, ſcilicet poſſe fieri muliere exiſtente. 12. annorum, viro exiſtente. 14. vel circa. Ad hoc eſt intelligendum ſecundum intentionem Philoſophi, quòd ſi conſideremus bonam diſpoſitionem generantium & bonam habitudinem generandorum futuram, & per cōſequens vtilitatem communem ciuitatis ſeu regionis per ſe, melius eſt coniunctionem iſtam fieri perfectis corporibꝰ vtriuſq;, quod eſt tempore determinato a Philoſopho, vel circa vt in pluribus, perfectis enim corporibus perfectæ erunt virtutes, nec detrimentum aliquod patientur in augmento, aut complexione ſecundum quòd huiuſmodi, niſi propter ſuperfluitatem, aut aliquid huiuſmodi. Et pueri melius erūt diſpoſiti quātum ad corpus, quia a magis & melius diſpoſitis generabuntur, & per conſequens ſecundū animam, quia bona diſpoſitio corporis diſponit ad bonam diſpoſitionē animæ, & ſic magis apti erūt ad virtutes & actus ciuiles, propter accidens tamen aliquod expedit tardius, vel citius fieri in aliquibus, puta ſi tardius vel citius perficiantur corpora, aut ſi timeatur fornicatio cū alienis, aut aliquid huiuſmodi, quàmuis autem prius in aliquibꝰ inueniatur ſuperfluum alimenti, & emiſſio ſeminis, nō tū ſequitur ꝙ tūc melius & aptius ſit ad generationē, ſicut accipiebat ratio in oppoſitū. Non.n. oportet in his quæ procedunt de imperfecto ad perfectum, quòd quando aliquid poteſt aliquid primo, quòd tunc perfecte poſſit, ſicut quando aliquis poteſt cytharizare qualitercumque, non ſequitur quòd optime poſſit, ſed magis econtrario, quę enim ſunt priora ſecundum viam generationis imperfectiora ſunt, quæ autem poſteriora perfectiora, ſicut vir puero, vt dicitur Nono Meth. Iura autem non determinant optimum eſſe fieri matrimonium tempore pubeſcentiæ, ſcilicet muliere exiſtente. 12. annorum vel circa, viro. 14. vel circa, ſed tunc concedunt poſſe fieri primo, quia tunc primo poteſt valere conſenſus propter vſum rationis tunc primo, vel circa inexiſtente, & quia tunc primo incipit aliquod ſuperfluum alimenti fieri vt in pluribus, quàmuis imperfectum. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat, qua temperie vel diſpoſitione aeris expediēntius ſit fieri hanc coniunctionem. Circa quod intelligendum eſt, ꝙ bona diſpoſitio generari ſequitur bonam diſpoſitionem principiorum generantium in actu. Diſpoſitio autem generantium ſequitur aliquam diſpoſitionem continentis, vnde & locus dicitur principium generationis, ſicut & patet a Porphyrio: diſpoſitio autem continentis mutatur ſecundum diſpoſitionem temporum & ventorum & aliorum huiuſmodi, & ideo eſt expediēs intendentem bonam diſpoſitionem generatorum conſiderare bonam diſpoſitionem continentis & temporis & ventorum. Et ideo dicit, quòd ad huiuſmodi copulam vel coniunctionem faciendam, oportet vti temporibus, & his quæ circa temperiē, hoc eſt diſpoſitionem aeris ſecundum tempus, quibus vtuntur multi bene & rationabiliter, dicentes hanc debere magis fieri tēpore hiemis, tunc enim frigiditate continentis clauſis poris fortificatur calidum interius & congregatur virtus, & fortior eſt. In æſtate autem poris apertis exalat calidum interius, fortiore autem exiſtente virtute & calido melius eſt commiſceri ad generationem, expedit autem conſiderare ad generationem puerorum ea quæ dicuntur a Philoſophis naturalibus & a medicis. Medici enim ſufficienter dicunt diſpoſitionem temporum in ordine ad corpora reſpectu operationum diuerſarum, Naturales autem eas quæ ventorum, dicentes boreales & orientales meliores auſtralibus & occidentalibus ad bonam diſpoſitionē corporum, ſicut dictum & expoſitum fuit prius, vbi determinatū fuit de optimo ſitu ciuitatis. Deinde cum dicit.

q ¶ Declarat,

o Propter qđ has quidem congruit circa ętatē decē & octo annorū cōiugari, hos aūt circa triginta ſeptē aut parū. in tāto.n. tēpore pfectis corporibus coniugatio erit, & ad profectū puerorū procreationis cōueniet tēporibus opportune. Adhuc aūt B ſucceſſio puerorū, iis quidē erit inchoante acmi, ſi fiat ſm rationem mox generatio, iis aūt reſoluta iā ętate ad numerum ſeptuaginta annorū.

p De eo quidē igitur qđ eſt qñ oportet fieri cōiugiū, dictū eſt. His aūt quæ circa tēporaneitatem tēporibus oportet vti, quibꝰ multi vtuntur, bene etiā nūc determinātes hyeme fieri commorationē hāc. Oportet aūt & C ipſos ſpeculari ad puerorū procreationē, & quæ a medicis dicunt, & q̄ a Phyſicis. Medici.n. tempora corporū dicunt ſufficienter, & de ſpiritibus Phyſici, boreales auſtralibus laudantes magis.

*Quapropter, puellas quidem circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit, maſculos autē circiter ætatem annorum ſex & triginta In hoc enim tempore & uigentibus corporibus coniungentur, ac procedēte tempore ſimul apte deſinent procreare poſſe, & filiorum ſuſceptio partim erit ab initio eis ætate uigentibus, ſi recte procedat ſtatim generatio, partim iam uergentibus ad annum ſeptuageſimum.*

*Quibus igitur ætatibus coniugia ſint facienda dictum ſit, tempus autem anni, ut nunc multi obſeruant, recte per hiemem aptius ad nuptias eſſe uidetur, ſed conſideranda ſunt in procreatione liberorum quæ a medicis, & quæ a phiſicis traduntur. Medici autem tempora corporum ſufficienter oſtendunt, phiſici autem de ſpiritibus, borealia magis quàm auſtralia laudant.*

q Qualibus aũt quibuſdã corporibus exiſtẽtibus maxime vtilitas erit iis qui generantur, ſciẽtibus quidẽ magis dicẽdũ in iis quæ de diſciplina, typo aũt ſufficiens dicere & nũc, neq; .n. qui athletarũ optimꝰ habitus ad politicam bonã habitudinẽ, neq; ad euexiã, neq; ad ſanitatem, & puerorũ procreationẽ, neq; qui curis indigens, & male habens valde, ſed medius horum.

r Oportet quidẽ igitur habere habitum labores, paſſiuum autẽ labores non violentos, neq; ad vnũ ſolũ, ſicut athletarũ habitus, ſed ad actiones liberorũ. Similiter aũt oportet idẽ exiſtere & viris & mulieribus.

H ſ Oportet aũt & prægnãtes curare de corporibus, neque deſidia torpentes, neq; ſubtili cibo vtentes. Hoc aũt facile legislatori facere præcipienti quotidie aliquod iter facere ad Deorum reuerentiã, iis quæ ſortitæ ſunt eũ qui de generatione honorem. Intellectũ vero econtrario corporibus pigrius cõgruit deducere. Quæ.n. generãtur videntur abſumẽtia ab ea quæ habet, ſicut naſcentia a terra.

I t De reſeruatione aũt & alimẽto genitorũ ſit lex, nullũ orbatũ nutrire, pp multitudinem aũt puerorũ, ordo gentium prohibet nihil reſeruari genitorum.

*Quæ autem corpora maxime utilia ſint, magis dicendum eſſet, ubi diſciplina liberorum tractatur. Summatim uero ſat fuerit nunc dixiſſe, neq; enim athletarum habitudo utilis foret ad ciuilem habitum, neque ad ſanitatem & procreationem liberorum, nec rurſus humilis & imbecilla nimium,* G *ſed media iſtarum.*

*Laborioſam enim habitudinem habere oportet, exercitatam uero laboribus non uiolentis, neque ad unum laborem ſolum, ut athletarum habitudo, ſed ad liberalia opera. Hæc autẽ ſimiliter uiris, mulieribuſque exiſtere debent.*

*Prægnantes quoque mulieres curam habere corporum oportet, non pigreſcentes neque ſubuli utentes alimonia Hoc autem facile eſt legumpoſitori prouidere ſi iubeat ſingulis diebus iter quoddã facere debere ad deorum ſacra mulieres, quæ ſortitæ ſint cõcipiendi honorem. Mens tamen, contra quam corpus, in tranquillitate eſt traducenda, quæ enim fiunt, ab ea quæ continet, capere uidentur, quemadmodum illa quæ naſcuntur a terra.*

*Circa expoſitionem autem, uel educationem filiorum, lex ſit, nihil orbatum natura fore educandum, in aliis uero, ſi mores inſtitutaq; ciuitatis prohibeant, natos exponere.*

q ¶ Declarat quales oportet eſſe copulandos ad generationem ſecundum habitudinem corporis, & circa hoc primo declarat, quales oportet eſſe quo ad quantitatem. Secundo cum dicit. {Oportet quidem igitur habere habitum labores.} In comparatione ad exercitium. In prima parte dicit, ꝙ quælibet exiſtẽtibus corporibus eorum qui copulantur ſecundum habitudinem quantitatis, maxime vtilia erunt ad bonam diſpoſitionẽ eorum qui generantur, dicendum eſt in his quę pertinent ad diſciplinam ciuium, figuraliter autem & in ſumma ſufficit dicere nunc. Manifeſtum eſt enim ꝙ habitudo corpis athletarum qui ſunt valde magni corpore non eſt perfecte bona diſpoſitio corporis, tũ propter ponderoſitatem, tum quia virtus ſpiritus & calidi euaneſcit in tanta protẽſione membrorum. Nec etiam ad ſanitatem propter eaſdem rationes, & per conſequens nec ad rationem intellectus & rationis quę ſequũtur diſpoſitionẽ corporis vt in pluribus, & quia bona ciuilis cõmunicatio ĩdiget bona diſpoſitione quãtum ad corpꝰ & quãtum ad animam, nõ eſt optima ad eam. Similiter habitudo imperfectorum ſecũdum quantitatem & morbidorum qui indigent maiori cura, non eſt optima propter imperfectionẽ, & improportionem, ſed media habitudo magis, in omnibꝰ.n. & quæ ſunt ſecundũ naturam, & quæ ſecundum rationẽ media sũt eligibilia magis, & ideo habitudo media ſecundum quantitatem in generantibus eligibilior eſt. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat quales oportet eſſe per comparationem ad exercitia dicens, ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem generandorũ futuram habere bonam habitudinem corporis & exercitatos eſſe per aliquos labores ad exercitandum virtutem & caliditatẽ, quæ per motum excitantur, non tamen per violentos, ne per laboris violentiam ſpiritus exaletur & debilitetur. Et ideo oportet exercitari vel laborare non in aliquo vno ſolum, ſicut athletæ laborant ad ſuperandum, ſed multis pertinentibus ad ciues & liberos, expediens enim eſt exercitari futurum bonum ciuẽ in multis operationibus liberorum, vt conſequenter facilius & magis cum delectatione illas operentur, oportet autem & viros & mulieres exercitari, ſed vnumquemque in operationibus decentibus eum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, ꝙ curandum eſt de mulieribus prægnantibus ad bonam puerorum diſpoſitionem di. ꝙ oportet legiſlatorem curam habere de bona diſpoſitione corporum mulierum prægnãtium, pueri enim generati nutrimentũ videntur aſſumere a muliere habente in vtero per venas & poros a natura ad hoc ordinatos, ſicut terræ naſcentia per radices aſſumunt a terra, nutrimentum autem aſſumptum a muliere conſimiliter diſponitur complexioni mulieris, & puer de neceſſitate diſponitur ſecundum diſpoſitionem nutrimenti ex quo nutritur, & maxime in

F principio, & ideo oportet puerum diſponi ſecundum diſpoſitionem mulieris geſtantis. Igitur expediens eſt ad bonam diſpoſitionem prolis futurã, curare de bona diſpoſitione mulieris, ſpecialiter autem expedit curare ne ſint torpentes multum per deſidiam, quæ frequenter accidit mulieribus prægnantibus propter defectum calidi & ſuperabũdantiam humidi groſſi indigeſti, ſi enim prægnãs torpeat nimis per deſidiam oportebit calidum & ſpiritus in puero torpere, deinde expedit cauere ne vtantur cibo nimis ſubtili, tum quia facilis digeſtionis exiſtens facit repletionẽ quãdam inanem magis q̃ veram, tum quia ſtatim propter facilẽ digeſtionem eius aſſumitur in membris fortioris virtutis ſecundũ totum vel ferè, ita ꝙ parum aut nihil erit ſuperfluũ, quod tranſeat in nutrimentum fœtus. Facile autem erit cauere deſidiam legiſlatori, ſi præcipiat prægnantibus quę ſortitæ ſunt honorem generationis & fugerũt opprobrium ſterilitatis ſecundũ antiquos facere aliquam peregrinationem quotidie, vel bis, vel ter in ſeptimana vel aliqd huiuſmodi ad aliqđ oraculũ propter deorum reuerentiam, vt quos habuerunt propitios in cõceptu, beniuolos habeant vbi magis neceſſe eſt, ſcilicet in partu, & loquitur ſecundum opinionem Gẽtilium antiquorum qui opinabantur multitudinem deorum eẽ, & illos vel corpora ſupercęleſtia vel virtutes aliquas in corporibus, quàmuis autem ad bonam diſpoſitionem puerorum futuram ad Rempubl. oporteat mulieres labores aliquos exercere, vt ſint ſine pigritia tamen natos iam & incipientes diſciplinari ad bonum intellectus quod eſt ſpeculatio, non oportet multum laborare, ſed pigrius diſponi corpora ne per laboris continuitatem diſtrahantur a diſciplina, & per motum ſpiritus nimis accendãtur, vt ſint nimis mobiles quod non competit ſpeculationi. Oportet enim

K formas ſenſibilium, in quibus ſpeculatur intellectus fixionẽ habere in ſubiecto primo eorũ, quod eſt ſpiritus. Deinde cũ dicit.

t ¶ Declarat qualiter pueri poſtquam ſunt nati ſint diſponẽdi, & quia non expedit de omnibus curare, aut non ęqualiter, aut propter imperfectionem, aut propter multitudinem, & primo tangit qualiter ſe habendum eſt ad orbatos, & vbi excedũt ſecundum multitudinem. Secundo cum dicit. {Satis autem pueris.} Qualiter perfecti & multitudinem conuenientem non excedentes diſponendi ſunt. Circa primum, primo declarat qualiter ſe habendum eſt ad orbatos. Secundo cum dicit. {Oportet enim determinatam &c.} Qualiter ſe habendum eſt, vbi excedunt multitudinem determinatam. In prima parte dicit, ꝙ ſi contingat aliquem vel aliquos eſſe orbatos ſenſu aliquo vel ſenſibus, vel membro aut membris, quibus minus ſint vtiles ad operationes intellectus & Rempub. de reſeruatione ipſorum & alimento adminiſtrando feratur lex a legiſlatore, nullũ talem nutriri, quod eſt intelligendum cum tanta cura & diligentia, cum quanta



u Oportet enim determinatã eſſe multitudinem puerorum ꝓcreationis, ſi autem aliquibus fiant propter hoc combinatis antequam ſenſus inſit & vita, fieri oportet aborſum, quod .n. ſanctum & quod non determinatum, & ipſo viuere erit.

B x Quoniam autem principiũ quoddam ætatis viro & mulieri determinatũ eſt, quãdo oportet incipere coniugationem, & quanto tempore deſeruire congruit ad puerorum procreationem, ſit determinatum. Seniorum enim fœtus, ſicut & iuniorum, imperfecti fiunt & corporibus & intellectibus. Qui autẽ decrepitorum debiles, propter quod ſecundum intellectus acmens, hoc autem ẽ in plurimis, quam quidem poetarũ aliqui dixerunt menſurantes ebdomadibus ætatem circa tẽpus quinquaginta annorum, vt quatuor aut quinque annis excedentem ætatẽ hanc, dimittere oportet eam quæ ad manifeſtã gñtionẽ.

y Quod autẽ reliquũ ſanitatis gratia, aut alicuius alterius talis cauſa, oportet videri facientes collocutionem.

*At ſi multitudo tanta prolis alicui contigerit ut duplicatus ſit filiorum numerus, nam is diffinitus eſſe debet, ad multitudinem nimiam euitandam ante uenire oportet, ne fœtus concipiantur, nam poſtquam concepti ſunt, & ſenſum aut uitam acceperint, nefas eſt attingere eos.*

*Cum uero determinatum ſit qua ætate uir & uxor ſint ab initio coniugãdi, quanto tempore liberis operam dare conueniat, determinemus, ſeniorũ enim fœtus, quemadmodum iuniorũ, imperfecti ſunt, & corporibus, & intellectibus. Seneſcentium quoque fœtus ſunt irrobuſti. Quapropter illud maxime tempus probãdum eſt, in quo maxime intelligentia uiget in nobis. Id autem eſſet in plurimis circiter annum quinquageſimum, ut poetarum quidam dixerunt, ſeptenario numero* C *ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem exceſſerint, derelinquere debent in aperto procreandi ſtudium.*

*Ac de cætero, uel ſanitatis, uel alterius huiuſmodi cauſa, concubitum facere uideri.*

A quanta nutriendi ſunt perfecti nati. Illud enim quod ordinatũ eſt ad aliquem finem, quanto magis natum eſt attingere ad ipſum, tanto magis diſponendum eſt ad ipſum, & quanto minus tanto minus curandum: ſic enim videmus naturam magis ſollicitam eſſe de perfectioribus, pueri autem nati perfecti membris & ſenſibꝰ, perfectius nati ſunt attingere ad finem humanum. ergo magis diſponendi ſunt. Orbati autẽ aut ſenſu aut membro, nati ſunt attingere aliqualiter, ex quo animam & intellectũ habent: ſed nõ æque perfecte, & ideo curãdum eſt de eis: ſed non æqualiter vt de perfectis, & vniuerſaliter inquantum vnuſquiſque natus eſt attingere ad finem, intantum diſponendum eſt, cum ſit propter ipſum, loquimur autem hic de fine humano ſecundũ vitam præſentem: quia ſic loquitur de ipſo Philoſophus. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat quid faciendum eſt ſi excedant ſecundum multitudinem. Eſt enim intelligendum ꝙ cũ ciuitas ſit communitas per ſe ſufficiẽs ad vitam, oportet ciues per ſe ſufficientes eſſe & non pauperes, & ideo cauenda ſunt illa in ciuitate quæ in opiam inducunt, hoc autem eſt multitudo filiorum debentium ſuccedere in hæreditate, magna enim & multa hæreditas parentum cum diuidetur in multitudinem filiorum, valde tenuis erit ſecundum vnumquemque, maxime in tertiam vel quartam generationem, ſicut ad ſenſum videmus, non enim placuit Philoſopho lex ſeu

D conſuetudo de ſucceſſione primogeniti ſecundum totum, tum quia cum primogeniti ſint ſinguli, poſteriores autem multi vt frequẽter, ſequeretur plures liberorum eſſe pauperes q̃ diuites: tum quia habentes poſſeſſiones ſunt partes ciuitatis, non habẽtes autem, non, ciuium enim oportet eſſe poſſeſſiones, vt dictum eſt prius, quare ſi poſteriores geniti non ſuccederent in aliquo parentibus plures liberorum non contingeret eſſe ciues, ſed expelli a ciuitate: tum quia poſterius nati ſicut & primi, poſſunt eſſe bene nati ad magna, non habentes autem vnde operentur ad quæ nati ſunt, compelluntur accipere vndecumque, inſidiantes ciuibus & aliis per furtum, per rapinam, & homicidia, & cõiungunt ſe aduerſariis, quæ omnia ſunt inconuenientia. Suppoſito igitur ꝙ omnes ſuccedere debeant in hæreditate qualitercũque. Primo proponit ad vitandam ſuperfluam multitudinem filiorum legem ſeu conſuetudinem quarumdam gentium. Secun-

E do cum dicit. {Quoniam autem principium quoddam.} Ponit documentum ad hoc ſecundum intentionem ſuam magis. In prima parte dicit, ꝙ ad vitandam multitudinem puerorum ſuperfluam, ordo, id eſt lex vel conſuetudo gentium quarumdam prohibet nullum genitorum vltra multitudinem determinatã debere reſeruari, oportet enim ſi debeat ciuitas eſſe diues determinatam eſſe multitudinem ipſorum, aliter enim depauperaretur ſi dimitteretur quilibet generare quantumcumque: ſed quia durum eſt pueros non reſeruari ad vitam, declarat ſi neceſſe ſit iſtud fieri qualiter cum minori culpa fiet dicens, ꝙ ſi aliquibus coniugatis fiant plures q̃ ſit determinatum a lege, & neceſſe eſt eos exterminari, magis procurandum eſt fieri aborſum antequã ſenſus & vita inſint q̃ poſtquam inſuerint: procurans enim aborſum poſtquam inſuerint, homicida a lege reputatur & magis peccant: ſemen enim & non ſemen determinatur per ſenſum & motum. ſic igitur Ariſtotel. non dicit ſecundum intentionem ſuam, ꝙ debeant exterminari aliqui nati: ſed ſecundum legem gentium, nec ꝙ procurandus ſit aborſus abſolute: ſed ſi interficiendi ſunt ab aliquibus magis faciendum eſt hoc ante ſenſum, & vitam non ſicut bonum ſecundum ſe: ſed ſicut minus malum. Deinde cum dicit.

x ¶ Ponit documẽtum ad hoc ſecundũ intentionem ſuam, ſumptum ex determinatione temporis deputati ad generationem, circa quod tria facit. Primo declarat qualiter determinandum eſt tempus deputatum ad generationem ad vitandum ſuperfluitatem puerorum. Secundo cum dicit. {Ac de cætero.} Ex hoc concludit commixtionem vltra tẽpus illud nõ debere fieri propter generationem. Tertio cum dicit. {De ea autem quæ ad aliã.} Declarat ꝙ huiuſmodi commixtio non ẽ facienda cum alieno vel aliena. In prima parte dicit, quoniam principium ætatis ad generationem deputatæ determinatum eſt viro & mulieri, huic quidem. 37. illi vero. 18. annus vel circa: ſimiliter autem & finis viro ſcilicet, 70. mulieri. 50. ſecũcundum naturam cõmunem, oportet tẽpus intermediũ quo poſſunt generare magis determinari & breuiari ad ſuperfluam multitudinem vitandam: manifeſtum eſt enim ꝙ fœtus ſeniorum etiam citra. 70. annum in viro, vel 50. in muliere imperfecti ſunt & corporibus & intellectibus propter debilitatem virtutis generantium, quæ quanto magis diſtat a ſtatu minor eſt, ſicut & fœtus iuniorum etiam circa tempus determinatum a natura. Fœtus vero decrepitorum vltra tempus deputatum a natura omnino debiles ſunt corpore propter debilitatem virtutis in eis, & propter hoc: quia calidum remiſſum eſt in eis, & paſſiones ſedatæ ſunt naturaliter, & multa experti ſunt propter tẽpus, ſunt etiam in ſtatu ſecundum intellectum, anima enim ſedendo & quieſcendo fit ſciens & prudens, ſicut dicitur ſeptimo Phy. hæc autem vera ſunt vt in pluribus, ideo ætatem hanc deputatam ad generationem manifeſtum eſt, quam quidam poetarum determinauerunt hebdomadibus quibuſdam annorum, videlicet ſeptenario numero, itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem exceſſerint, relinquere debent procreãdi ſtudium, vſque ad. 50. annum, vel ad ætatem excedentem tempus hoc, quatuor vel quinque annis in viris, vt ſic viri deſeruiant manifeſte generationi a. 37. anno vſque ad. 55. annum ad plus, & mulieres proportionaliter a. 18. vſque ad. 37. annum, tunc enim vterque ipſorum maxime eſt in ſtatu perfecto ſecundum naturam, & virtutes magis perfectæ ſunt, propter quod pueri, & melius diſpoſiti generabuntur & pauciores. Deinde cum dicit.

y ¶ Concludit vltra tempus hoc non debere fieri commixtionem propter generationem dicens ꝙ in reliquo tempore non debent coniugati commiſceri adinuicem manifeſte propter generationem: ſed ſi commiſceantur, permittatur hoc gratia ſanitatis aut alicuius alterius. Contingit enim aliquando quòd in vaſis ſeminariis ẽ multitudo ſeminis, aut naturalis quę propter multitudinem grauat naturam, aut innaturalis ibi vel in aliis partibus corporis, quas contingit euacuari per coitum, & per conſequens alleuiare naturam & melius diſponi ad ſanitatem. Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat

z ¶ Declarat, ꝙ mixtio talis non debet fieri ad alium vel ad aliam perſonam, propter quod eſt intelligendum ꝙ mixtio maris & fœminæ naturaliter in homine eſt ad generationem prolis & nutritionem & eruditionem, ad hoc autem neuter iſtorũ ſufficit per ſe, & ideo oportet ꝙ vniantur ad hoc per cõſenſum mutuum, non per aliquod paruum tempus: ſed vſq; ad perfectionem prolis ſecundum corpus & ſecũdum animam, quod erit ſi incipiant generare in tempore determinato a Philoſopho circa finem vitæ eorum: puer enim ſi fuerit maſculus non perficitur vſque ad. 37. annum vel circa: & ſi iſti. 37. adiungãtur. 37. annis patris generãtis antequam generaret erunt. 74. quãdo impotens erit naturaliter ad generandum & circa finẽ vitę, & ideo communicatio maris & fœminæ per totam vitã & ad perfectionem prolis eſt a natura inclinante, & omnis cõmixtio quæ fit præter huiuſmodi cõmunicationem innaturalis eſt, & ideo dicit ꝙ de commixtione viri cum aliena muliere, vel mulieris cũ alieno viro ſit lex & teneatur vt bonum non permittere, nec etiam velle videre tãgentem alienum aliquo modo, ſi enim permittatur aliquis accedere ad aliquam quæ ſua non eſt per fornicationem, cum poſt mixtionem non maneant mixti per conſenſum ad educationẽ prolis, ſequitur malum & imperfectio eius maxime: nullo ergo modo permittatur fieri commixtio cum alio vel alia vbi eſt & appellatur coniugium. Tunc enim & ſequitur malum prolis & incertitudo & iniuſtitia, minime vero permittendum eſt circa tempus procreationis filiorum, tunc enim maxime accideret error per incertitudinem, & ſi aliquis appareat tale aliquid faciẽs puniatur punitione commenſurata peccato, vt ſecundum menſuram peccati ſit plagarum modus, vt alibi dicitur, ita ꝙ prohibet Philoſophus hic primo ſicut malum per ſe commixtionẽ cum aliena, quamuis ſit libera, magis autem commixtionem cum ea quæ eſt alterius propter iniuſtitiam, maxime autem cũ ea quæ eſt alterius tempore deputato ad generationem. Deinde cum dicit.

**z De ea autem quę ad aliam & ad aliũ ſit quidẽ ſimpliciter nõ bonum tangentem videre nullatenus nullo modo cum fuerit & appelletur connubiũ, circa tempus aũt puerorum procreationis, ſiquis appareat tale quid agens damnificetur inhonoratione decenti ad peccata.**

G

**aa Satis autem pueris, magnã putari eſſe differentiã ad corporum potentiã alimentum, quale quoddam vtiq; ſit, apparet & per alia animalia conſiderantibus & per gentes, quibus cura ẽ inducere bellicum habitum, lactis abundans alimentũ eſt maxime familiare corporibus, magis autem ſine vino propter ægritudines.**

H

**bb Adhuc autẽ & motus quoſcumq; contingit facere tantillos, expedit Ad non defluere autem mẽbra propter teneritudinem vtuntur, & nunc quædã gẽtium inſtrumentis quibuſdã mechanicis, quæ faciunt imperuertibile corpus animaliũ & taliũ.**

*Coitus uero omnis alterius quàm coniugis penitus ſit interdictus, quandoquidem ſit & appelletur coniunx. Quod ſiquis deprehendatur contrafacere per tempus procreationis, dignã pro delicto pœnam reportet.*

*Suſceptis autem filiis, multum referre putandum eſt ad corporis robur quali uictu nutriantur. Apparet uero ex cæteris animalibus & ex cæteris gentibus quibus cura eſt aſſidua bellicæ habitudinis, nutrimentum lactis maxime proprium eſſe corporibus, abſtemium autem magis propter ægritudines.*

*Et præterea motus quoſcumque in ea ætate fieri datur, conferunt, ne mẽbra uero ob teneritudinem diſtorta fiant, utuntur adhuc gentes aliquæ organis quibuſdam & machinis, quæ corpus a talibus illæſum conſeruant.*

aa ¶ Declarat qualiter curandi ſunt pueri perfecti & reſeruandi poſt natiuitatem, & primo qualiter in prima ætate quæ extẽditur ſecundum Philoſophum vſque ad tertium annum. Secundo cum dicit. {Habitam autem huic.} Qualiter in ſecũda quæ extenditur vſque ad quinq; annos incluſiue. Tertio cum dicit. {Tranſactis autem quinque annis.} Qualiter in tertia quæ extẽditur vſque in finem ſeptimi. Circa primũ primo declarat qualiter curandi ſunt & diſponendi ſunt quantum ad nutrimentũ conueniens. Secundo cum dicit. {Adhuc autem & motus.} Quantum ad exercitia & conſuetudinem. In prima parte dicit. Cum pueri nati ſunt ex matribus, manifeſtum eſt ꝙ alimẽtum magnam facit differentiam ad potentiam corporum & diſpoſitionem ſecundum differentiam qualitatis ſuæ, quale enim eſt ſecundum virtutem tale facit & corpus. Virtus enim alimẽti quod conuertitur in illud quod alitur remanet in eo, ſicut ſaporem pabuli videmus apparere in lacte, & vim vini in aceto, & virtutem lactucæ in ſanguine generato ex ea, ſicut enim virtutes miſcibilium manent in mixto, quamuis formæ corrumpantur, ita & virtus illius ex quo generatur aliud aliqualiter in eo quod generatur, patiuntur enim agentia naturalia a contrariis. Manifeſtum eſt autem, & conſiderando in aliis animalibus, & etiam in gentibus diuerſis quibus cura eſt in pueris inducere habitum & diſpoſitionem ad bonum, ꝙ lactis natura abundans

F eſt alimentum conueniens, & familiare corporibus humanis, etenim alia plura animalia fœtus poſt partum ad tempus ex lacte nutriunt, & ſimiliter gentes bene volentes diſponere pueros, quoniam ſicut Ariſto. dicit ſecundo de Generatione, ex eiſdem ſumus & nutrimur. Nutrimentũ enim conuertitur in ſubſtantiam rei alitæ, & eiuſdem ſubſtantiæ, & formę oportet eſſe materiam vnam, & ideo quanto alimentum aliquod ſimilius eſt ei ex quo generatur aliud, tanto conuenientius eſt ad nutriendum ipſum. Lac autem valde ſimile ẽ ſecundum cõplexionẽ menſtruo ex quo generatur puer: ſuperfluum enim alimenti deriuatum a natura ad matricem menſtruum eſt, deriuatũ autem ad mamillas, & dealbatum ibi eſt lac, & ideo conueniẽtiſſimum alimentum pueris poſt partum eſt lactis natura, & magis mulieris q̃ beſtiæ, & adhuc maxime matris propriæ q̃ alienæ, vnde illi qui nutriuntur ex lacte matris propriæ, melius debẽt eſſe diſpoſiti ſecundum naturam, propter quod Auicenna dicit, ꝙ extremũ mamillæ matris propriæ ponere in ore infantis valde confert ad remouendum omne nocumentum, lac tamen matris propriæ ſtatim poſt partum non eſt conueniens puero, donec complexio diſtemperata per partum temperetur, expedit autem pueris non conferre vinum in nutrimentum propter ægritudines accidentes ex ipſo, vinum enim multum vaporatiuum eſt propter caliditatẽ, & humiditatem, & pueris multum aſcendit nutrimentũ ad partes ſuperiores, & ideo pueris bibentibus vinum multus fit deſcenſus euaporationis a capite. Vnde contingit quandoq; coarctatio pori & reſpirationis quod eſt epilepſia & alię infirmitates ex hac materia generare: ſimiliter & accenſio coleræ rubeæ, & q̃ accidunt ex ea, nec differt dare vinum pueris & nutricibus ſecũdum Ariſto. ſed ſi oportet bibere oportet quod ſit modicũ & aquaticum valde. Deinde cum dicit.

I

bb ¶ Declarat qualiter curandi ſunt quantum ad exercitia & conſuetudines, & primo declarat in quibus aſſueſcendi ſunt. Secundo cum dicit. {Circa primam quidam &c.} Quòd ſecundum ordinem determinatum. Circa primum oſtendit ꝙ aſſuefaciendi ſunt ad motum. Secundo cum dicit. {Expedit autem, &c.} Quòd ad frigora. In prima parte dicit ꝙ adhuc pueros ſtatim poſt natiuitatem expedit aſſueſci ad motus tantillos quoſcumque & paruos, puta manuum & pedum aliarum partium. Motu enim ipſarum partium exercitatur & acuitur calor naturalis in eis, qui conſumens humidum ſuperfluum in eis exiccat corpus & fortius facit, & Auicenna adiungit ꝙ cum motu procuranda eſt conſonantia muſicę, & vox cantilenæ ad delectandum in conſonantiis muſicis propter cauſam dicendam poſterius, adhuc autem ꝙ membra puerorum propter fluxibilitatem humidi abundantis non effluant a figura debita, conſueuerunt quædam gentes vti quibuſdam inſtrumentis mechanicis, quibus cum alligantur membra puerorum, faciliter, & ſubtiliter fiunt imperuertibilia, ſicut cunabulo vtuntur ad directionem totius corporis & pileo rotundo ad debite figurandum caput, oportet enim in iſta ætate nutricem ſuauiter membra tangere, & quod dilatandum eſt dilatare, & quod ſubtiliandũ eſt ſubtiliare, & vnumquodque conuenienti figura figurare, & manus & brachia ad genua ducere, & crura & tibias faſcia ligare, & caput pileo rotundo aſtringere, tunc enim puer eſt bene ſuſceptibilis, & ducibilis, ſicut cera mollis. Deinde cum dicit.

K

¶ Declarat



cc ¶ Declarat, ꝙ aſſueſcendi ſunt ad frigora, dicens ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem puerorum in hac ætate ad frigora moderata aſſueſcere paruos exiſtentes hoc enim proficit ad ſanitatem corporis & ad bellicas actiones futuras, cum enim aſſueti ſunt a iuuentute ad tollerantiam frigoris, non grauantur in ſuperueniente ætate a frigore in bellicis, vbi neceſſe eſt quandoque, nec patiuntur ægritudines quæ ab ipſo ſunt. Iterum propter conſuetudinem ad frigus fortificatur calidum & fortiora redduntur corpora, & ideo conſuetudo ẽ apud multos barbarorum quibuſdam abluere pueros in aqua frigida ſtatim natos. Aliis autem paruo inuolucro induere eos, ſicut cõtingit Gallis morantibus circa plagã occidentalem, vniuerſaliter enim omnia quæcumque poſſibile eſt aſſueſcere ad bonum habitum futurum, melius eſt aſſueſcere ſtatim a principio quando ſunt magis ducibiles, non parum enim differt: ſic vel ſic a puero aſſueſci, ſed multum, magis autem omne tunc aſſueſcit, ſicut dicitur Primo Ethicorum. Deinde cum dicit.

dd ¶ Declarat ſecundum gradum dicens, ꝙ ad exercitiũ in tollerando frigora expedit aſſueſcere ſtatim ſecũdum gradum, tum vt primo aſſueſiant ad tollerãda magis temperata frigida. Deinde excedentia magis & magis ſecundum ꝙ magis fortificantur virtus vel complexio, & hoc propter calidum fortificandum, & alias vtilitates, cauendo autem ne grauetur natura propter exceſſum frigidi cui exponitur, ſimiliter autem ſe habet de aſſuefactione in alijs conuenientibus, natura enim puerorum propter teneritudinem & mollitiem nata eſt aſſueſci ad quæcumque non dura nec grauantia naturam ipſorum. Circa primam igitur ætatem optimum eſt talem curam & ſimilem habere circa eos. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat quomodo curandi ſunt in habita ætate quæ incipit in tertio anno, & circa hoc primo declarat quibus ſunt aſſuefaciendi. Secundo cum dicit. {Cohibitiones vero puerorum &c.} A quibus prohibendi ſunt. Circa primum primo declarat ꝙ aſſuefaciendi ſunt in ætate hac quibuſdam motibus. Secundo cum dicit. {Et de ſermonibus autem &c.} Quòd in his quæ pertinent ad auditum. In prima parte dicit ꝙ in ætate conſequente quæ incipit a tertio anno & protenditur vſq; ad finem quinti, in qua non ſunt nati ad eruditionem ſeu diſciplinam propter

A tenuitatem complexionis & virtutum imperfectionem, nec ad magnos labores, vt propter violentiam non impediantur creſcere, oportet eos exercere in aliquo modico motu, vt exercitata caliditate reſoluente humidum ſuperfluum diffugiat inertia corporum, huiuſmodi autem exercitium in motu oportet fieri & per actiones alias, & p ludos, ludos autem oportet eſſe nõ declinantes ad ſeruilitatem, ſed liberales magis, nec etiam ſup laborioſos vel violẽtos, vt non grauẽtur virtutes propter exceſſum, neque nimis molles & remiſſos ne cõprehẽdantur a deſidia. Deinde cũ dicit,

ff ¶ Declarat, quòd expedit eos in ætate hac exerceri in his q̃ ad auditum pertinẽt dicens, ꝙ expedit eos in ætate hac exerceri in audiendo aliquos paruos ſermones, & fabulas aliquas, propter hoc vt exerceantur in locutione & rationibus nominum, & de hoc debent habere curã principes eorũ publice illis p̄fecti. Sed hoc obſeruandũ eſt in hac ætate, ꝙ omnia in quib⁹ aſſueſiunt, & motus, & operationes, & ludi, ſermones, & fabulæ quos audiunt, & etiam ea quæ vident ſint imagines quædã eorũ, in quibus poſterius ſerio conuerſari debent, & quaſi via ad illa in quibus cõſequẽter ſtudere debẽt ſeu intendere, ad illa .n. quę aſſueſcũt ĩ primis magis poſterius inclinãtur, q̃a aſſueta ſunt magis delectabilia. Deinde cũ dicit.

gg ¶ Declarat a q̃bus prohibendi ſunt, & primo tangit ꝙ cohibitio a fletu pdeſt eis. Secundo cum dicit. {Conſiderãdum aũt &c.} A quorũ cõuerſatione auditu & viſione cauẽdi ſunt. Primo igitur dicit, ꝙ quidam ciuitatis gubernatores ſeu legiſlatores non inconuenienter deteſtãtur in ordinatione & Rebuſp. ſuis cohibitiones puerorũ a ploratibus, hoc.n. expediẽs eſt & conferens ad augmentũ virtutis & nutrimentũ: fit.n. per hoc quædam exercitatio corporis ad iſta, cũ .n. cohibentur a ploratu fit retentio ſpiritus interius, in ploratu autẽ diffuſio exterius. Retentio aũt ſpiritus interius robur facit propter.n. congregationem ipſius interius fortificantur, virtus enim vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa, fortitudo aũt ſpiritus ad incrementum & ad alia multa valet. Deinde cum dicit,

hh ¶ Declarat primo a quorum conuerſatione auditu & viſu cauendi ſunt. Secundo cum dicit. {Iam de miſſione & ab ebrietate &c.} Tangit per quid faciliter hoc poteſt fieri, excuſando ſe ab vlteriori inquiſitione de talibus. Tertio cum dicit. {Forte autem non male & cætera.} Reprobat circa hoc opinionem

**cc Expedit autẽ mox etiã a frigore conſueſcere ex paruis pueris. Hoc.n. & ad ſanitatem & ad bellicas actiones maxime proficuum, propter quod apud multos barbarorũ eſt conſuetudo, iis quidem in fluuium frigidum abluere natos, iis aũt inuolucre paruum circũponere, puta Celtis. Omnia.n. quæcumq; poſſibile aſſueſcere mox inchoãtibus melius quidem aſſueſcere, gradatim autẽ aſſueſcere, bene aũt apta puerorũ habitudo pp caliditatẽ ad frigidorũ exercitium.**

**dd Circa primam quidẽ igitur expedit facere curam talem, & huic conſimilem.**

**ee Habitam autẽ huic ætati vſque ad quinq; annos in qua nõdum neque ad eruditionem aliã bene habet adducere, neque ad neceſſarios labores vt non impediant incrementum, oportet tanto ſortiri motu, vt diffugiãt inertiam corporum quã oportet inſtituere & per alias actiones & per ludum. Oportet autẽ & ludos eẽ neq; illiberales neq; ſuper laborioſos neq; remiſſos.**

**ff Et de ſermonibus aũt & fabulis, quales quoſdã oportet audire tantillos, cura ſit principibus quos vocant pędonomos. Omnia enim talia oportet pręuia facere ad poſteriores conuerſationes, propter quod ludos plures, oportet eſſe mutationes poſterius ſtudendorum.**

**gg Cohibitiones autẽ puerorũ in ploratibus non recte deteſtãtur qui prohibent in legibus, cõferunt enim ad incrementũ, fit enim quodãmodo exercitatio corporibus. Detentio.n. ſpiritus facit robur laborantibus, quod accidit & pueris qui cohibẽtur.**

**hh Conſiderandũ aũt pedenomis horũ deductionẽ & aliã & quomodo q̃ minime cum ſeruis erunt, hanc.n. ætatem & vſq; ad**

*Confert etiam ſtatim a pueritia frigori aſſuefacere. Hoc enim & ad ſanitatem, & ad res bellicas utile eſt. Quapropter apud multos barbarorũ conſuetudo eſt, uel gelido omne natos immergere, uel parua ueſte amicire, ut faciunt Galli. Ad cuncta enim ad quæ poſſibile eſt, ſtatim ab initio melius eſt aſſueſcere. Eſt autem apta puerorum natura ob eorum calorem ad frigus exerceri.*

B

*Circa primam igitur ætatem hæc, & huiuſmodi diligentia eſt adhibenda.*

*Sequenti uero ætate vſq; ad annos quinque, qua nondum ad diſciplinam aliquam ſunt admouendi, neque labores perferre cogendi, ne creſcere impediantur. Motus ſolummodo quoſdã ſuſcipere debent, quo pigritiam corporis euitent, qui motus præparandi ſunt illis & per alios actus, & per ludum. Ludi uero ipſi neque illiberales, neq; laborioſi eſſe debent, neque remiſſi.*

C

*Quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant, cura ſit his, qui pueris publice præficiũtur. Cuncta enim talia ad conuerſationes poſtea futuras accõmodanda ſunt itaque ludi ut plurimum tales eſſe debent, ut ſint imitationes eorum quæ poſtea ſerio erunt facienda.*

D

*Cohibitiones uero puerorum, & interruptiones ploratus qui legibus prohibent, non recte non faciunt. Sunt.n. utiles ad augmentum, cum ſint quodã modo exercitationes corporum. Spiritus.n. compreſſio facit robur laborantibus. Quod contingit etiam pueris ploratum cohibentibus.*

E

*Prouidẽdum eſt ab his quibus puerorum cura publice commiſſa eſt circa huiuſmodi educationẽ & aliam, & ut quàm minime cũ ſeruis uerſentur.*

contrariam. Circa primum primo oſtendit ꝙ cauendi ſunt a conuerſatione cum ſeruis. Secundo cum dicit. {Totaliter quidem igitur turpi loquium &c.} Quòd a turpium auditione. Tertio cum dicit, {Quoniam autem dicere &c.} Quòd ab inhoneſtorum viſione. Circa primum dicit ꝙ puerorum rectores quorum eſt regulare pueros, conſiderare debent educationẽ puerorum quomodo bene regulentur, ipſi enim in omnibus debent eſſe eorum regula, ſicut in eodem ratio eſt regula viriũ inferiorum, vnde ſicut in eodẽ tota deordinatio virium inferiorũ rationali parti animæ imputatur, ſic tota deordinatio puerorum quam accipiunt in prima ætate imputanda eſt magiſtris, debent autem curare & quantum ad alia & quãtum ad hoc, vt quanto min⁹ poterit cũ ſeruis conuerſentur, in hac .n. ætate vſque ad ſeptimum annum neceſſe habent conuerſari in domo & alimentum accipere in ea, in qua ſerui negociantur, cõuerſantes enim cum ſeruis accipiunt quãdam inclinationẽ ad illiberalitatem & ad actiones ſeruiles ex eis quę audiunt & vident ſeruos dicentes & operantes, etiam cum ſint parui & bene informabiles ad quamcumque. In eis enim, in quibus aſſueſcunt maxime in prima ætate delectantur, delectari autem faciliter inclinantur ad ipſa. Deinde cũ dicit.

ii ¶ Ex hoc infert ꝙ cauendi ſunt a turpium auditu dicens, ꝙ oportet bonum legiſlatorem turpiloquia, puta de venereis, & de aliis quæ ſunt præter rationẽ, & honeſtatem omnino exterminare ex ciuitate, ſicut quodcumque aliud turpe, ex hoc enim ꝙ aliqs d̄ facili dicit aliquid turpe, conſequitur ipſum prope facere, ſæpe enim dicendo aliquod turpe agibile ſepius meditatur de eodem, & ex frequenti meditatione de ipſo ſequitur inclinatio maior ad ipſum faciendum, & quamuis vniuerſaliter ſit prohibendum a ciuitate, maxime tamen prohibendum eſt iuuenibus & ad præſentiam ipſorum, ita vt nec loquantur ipſi nec audiant ab aliis aliquid tale, omnia enim quæ audiunt vel vident vel operantur in prima ætate, admirantur tamquam noua eis, propter quod & ea meli⁹ memorantur & magis delectantur, miranda enim ſunt delectabilia, ad ea autem in quibus delectantur facilius inclinantur, ſi autem aliquis tranſgrediatur dicens aut faciens aliquid contra huiuſmodi prohibitum, ſi fuerit liber non adeptus aliquam dignitatem puniatur, priuando ipſum de menſa in conuiuiis communibus, & aliquibus dehoneſtationibus & verberibus decentibus tranſgreſſionem, ſi autem fuerit ſenior ætate præcedenti-

F bus & adeptus aliquam dignitatem, puniatur inhonorationibus ſeruilibus, non decentibus ſtatum eius propter vtilitatem, cum operatus ſit non decentia ipſum, prelatus enim ſi peccat manifeſte amplius puniendus eſt quàm priuata perſona, & quia trãſgreditur in peccando, & quia præbet ſubditis occaſionem peccandi credẽtibus bonum eſſe & ſibi licere quicumque viderũt ipſum facientem aut dicentem. Deinde cum dicit.

kk ¶ Declarat, ꝙ cauendi ſunt a viſione inhoneſtorum dicens, quoniam facere aut dicere aliquid turpe dicimus debere exterminari a ciuitate, manifeſtum eſt quòd videre picturas aut ſermones inhoneſta repreſentantes cauendum eſt in ciuitate, & màxime a iuuenibus, ex viſione enim taliũ infit imaginatio, & memoria ipſorum, & maxime iuuenibus exiſtentibus propter admirationem, ad imaginationem autem fortẽ eorum contingit diſponi appetitũ & virtutes motiuas ab ipſa, fantaſia enim & intelligentia habent rerum virtutes, ſicut dicit Ariſtoteles in libro de Motibus animalium, & ideo principes cauere debent ne ſculptura quæ fit per inciſionem, neq; pictura quę fit per appoſitionem quę ſint repreſentatiuæ iſtorum, fiant in loco priuato nec publico, niſi forte in oraculis aliquorum deorum quibus lex attribuit aliquas laſciuias, ſicut Veneri laſciuiam circa venerea, & loquitur ſecũdum opinionem gentilium antiquorum. Ad cultum autem illorum, vbi tales laſciuiæ fiunt, aut ſunt imagines earum repreſentatiuæ lex permittit parentes magis prouectos exiſtentes pro ſe & pueris deos huiuſmodi honorare. Iuuenes autem non eſſe inſpectores iſtorum, neque iamborum neq; tragœdiarum aut comędiarum, in quibus repreſentantur geſta, & mores ruſticorum ſeu ruralium vſque ad ætatẽ in qua debent communicare menſa communi, in conuiuiis publicis, puta quãdo in eis incipit vigere ratio. Deinde cum dicit.

ll ¶ Declarat, per quæ poſſunt faciliter prohiberi excuſando ſe ab vlteriori cõſideratione de iſtis dicẽs, ꝙ ab inhoneſtorũ auditu & viſione, & ab ebrietate, & vniuerſaliter a turpiũ operatione ꝓhibebuntur, & impoſſibiles erunt ſi occupentur in aliqua diſciplina & aſſuefaciant delectari in ea, occupati .n. cũ delectatione ĩ ipſa ad alia nõ attendũt, ſed de talibus nũc pertranſeundo dictũ eſt, poſterius aũt inſiſtẽdo, determinabitur magis, ſi oportet puerorũ eſſe aliquã diſciplinã vel nõ dubitando, & ſi oportet, qualiter eſt, & qualiter inſtruendi ſunt, nunc aũt de hoc recordationẽ fecimus ſecundum ꝙ neceſſarium erat. Deinde cum dicit.

mm ¶ Inducit

ſeptem annos neceſſariũ domi alimentum habere. Rationabile igitur aſſumere illiberalitatẽ ab auditis & viſis, & tantillos exiſtentes.

ii Totaliter quidem igitur turpiloquium ex ciuitate, ſicut aliquid aliud, oportet legiſlatorẽ exterminare, ex dicere .n. de facili quodcumq; turpiũ fit & ipſum facere prope. Maxime quidem igitur ex iuuenibus quatenus neque dicant neq; audiant nihil tale. Siquis aũt apparuerit aliquid dicens aut agens vetatũ liberum quidẽ, nondum aũt dignificatũ demiſſione, in conuiuiis dehoneſtationibus punire, & verberibus, ſeniorem aũt ætate hac inhonorationibus illiberalibus vilitatis gratia.

kk Quoniam aũt dicere aliqd talium exterminamus, manifeſtum quia & videre aut picturas aut ſermones inhoneſtos. Curæ quidẽ igitur ſit principibus nihil, neque ſculpturã, neq; picturam, eſſe taliũ actionum imitationem, niſi apud aliquos Deos tales, quib⁹ & laſciuiã attribuit lex. Ad hęc aũt dimittit lex eos qui habent ætatẽ amplius prouectam, & pro ipſis & pueris cultu honorare Deos, iuniores aũt neque iamborũ neq; comediæ; ſpectatores ponendũ anteq̃ ętatem accipiãt in qua exiſtet cõicare.

ll Iam de miſſione & ab ebrietate, & ab eo quod fit a talibus nocumento, oẽs impaſſibiles faciet diſciplina. Nunc quidẽ igitur in tranſcurſu horũ fecimus ſermonẽ, poſterius aũt inſiſtentes oportet determinare magis ſiue non oportet primo, ſiue oportet dubitantes, & qualiter oportet, ſm̃ præſens aũt tempus meminimus tamq̃ neceſſario.

*Hæc enim ætas uſque ad annos ſeptẽ neceſſarium eſt ut domi alatur. Rationabile eſt ergo præcipere in hac ætate, ut ab auditu & uiſu ſeruilium rerum abſint.*

G

*Omnino igitur obſcenitas uerborũ per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere. Potiſſimum igitur ſtatim a pueris, neque dicant, neque audiant quicquam turpe. Siquis uero dicere aut facere quicquam probibitorum deprehenſus fuerit, is ſi liber ſit, ſed nondum in conuentum comeſſatorum dignatus aſſumi, honore probibeatur, & uerberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatis ſeruili infamia afficiatur.*

H

*Cum uero dicere quicquam turpe interdixerimus, clarum eſt quòd & aſpicere, aut picturas, aut actus deformes probibebimus. Sit igitur cura magiſtratibus nullam neque picturã, neque ſtatuam eſſe talium rerum imitatricem, niſi apud deos quoſdam, quibus etiam laſciuiam mos tribuit, apud hos permittet lex iam homines factos pro ſe & filiis & uxoribus ſacra facere. Iuniores autem neque iamborum, neque tragœdiarum ſpectatores eſſe ſinat, niſi cum ad eam peruenerunt ætatem, ut in comeſſationibus una cũ aliis ſedere.*

I

*Et potus eſſe participes eſſe poſſint & ab huiuſmodi labe inſontes diſciplina omnes præſtabit. Nos quidem nunc curſim iſta attingimus, poſtea uero inſiſtentes oportebit determinare magis, ſiue oportet ſiue non oportet, primo quærentes & quomodo, ſed in præſenti mentionem de his facere, neceſſarium fuit.*

K



mm ¶ Inducit quoddam ſignum, quo oſtenduntur ea, quæ in principio audimus, & cognoſcimus fieri nobis delectabilia, & quòd eis fauemus & conſequenter in eis perſiſtimus, tamquam in re nobis grata & delectabili: dicit enim quòd Theodorus tragœdiarum actor non male in hoc cenſebat, quòd cum erat acturus aliquid, nolebat ꝙ aliquis prius aliquid repreſentaret, quàm ipſe, qualiſcũque hyſtrio eſſet. & hoc ideo, quia auditores magis fauent his, quos primo audierint, ex quo patet ꝙ amamus ea, quæ primo cognoſcimus, & quibus primo aſſueſcimus. Manifeſtũ enim eſt quod idẽ accidit, quantum ad aſſuefactionem hominum in locutionibus & rerum operationibus. In vtriſq; enim conſuetudo inclinat ad ſimilia. omnia .n. q̄ primo operamur, ſeu vidẽdo ſeu audiẽdo, ſeu alitercũq;, puta in prima ętate, magis diligimus, quia magis delectamur in eis admirãtes ea ſicut noua: ea autẽ quę magis diligimus, magis poſſum⁹ operari, quare ſi expedit in prima ætate pueros audire comœdias, aut tragœdias, magis inclinabuntur ad ea, q̄ repreſentantur ꝑ eas in ætate futura quod eſt inconueniens, & ideo oportet a iuuenibus omnia turpia, etiam in honeſta in prima ętate facere extranea, vel per aſſuefactionem in contrariis, vel per afflictionem pœnæ operantibus. Inter iſta autem magis illa quæ maioris ſunt adhęſionis & facilioris, puta inhoneſtatem, quæ circa venerea, & circa potũ & cibum, concupiſcentia enim talium, quaſi innata eſt nobis ſtatim ex iuuẽtute, ſecundum philoſophum ſecundo Ethicorũ. Deinde cum dicit.

nn ¶ Declarat qualiter inſtruendi ſunt in habita ætate, puta a fine quinti anni vſq; ad finẽ ſeptimi breuiter ſe expedit, dicẽdo ꝙ tranſactis quinque annis, duobus ſequentibus vſque ad finẽ ſeptimi oportet iuuenes eſſe inſpectores diſciplinarum, in quibus erudiendi ſunt, vt ſi ſunt erudiendi in æqueſtri, oportet fieri inſpectores æqueſtrium, ſi in muſica, muſicalium, vt per auditum & inſpectionem talium aſſueti, magis inclinentur ad ea. Deinde cum dicit.

oo ¶ Volens ſe continuare ad ſequentia diſtinguit tempus ſequens conueniens diſciplinæ dicens, quòd duæ ſunt ætates ſecundum quas neceſſarium eſt diuidi diſciplinam conuenientem

A vnicuique illarum, puta illam quæ eſt a fine ſeptimi anni vſque ad pubeſcentiam, ideſt vſque ad finem .14. & illam quæ eſt a pubeſcentia vſque ad duodecimum annum. Qui autem omnes ætates diſtinguunt per ſeptemnia, dicentes primam ætatem continere primum ſeptemnium, & ſecundam ſecundum, & tertiam tertium quantum ad omnes ætates, non bene dicunt: oportet enim, quòd diuiſio ætatis conſequenter accipiatur diuiſioni naturalis diſpoſitionis hominis vt menſuratur tempore, & ideo ſecundum diuerſitatem ſtatus conuerſationis & diſpoſitionis naturalium, vt menſurantur tempore, oportet ætates diuerſificari. ſed iſte ſtatus aliquando diuerſificatur in minori tempore quàm in ſeptennio, quandoque in ampliori. Alius enim eſt ſtatus cõuerſationis naturalis hominis in tribus primis annis: alius in duobus ſequentibus, & alius in duobus ſẽſibiliter ſequẽtibus, & ideo ſecundũ hoc tres ætates ante ſeptem annos perfectos diſtinguuntur. Deinde alius ſtatus cõuerſationis & modi viuendi eſt in ſequenti ſeptemnio a prędedẽtibus & alius in ſequenti, & ideo iſtæ duæ ętates ſeptẽniis diſtinguuntur. Status autem vel modus viuendi conuerſationis ſequens longior eſt & protenditur vſque ad 37. vel circa, & ita non menſuratur vno ſeptemnio, ſed pluribus, & ſic de aliis. Et ideo non diuiduntur ętates vniuerſaliter ſeptemniis, ſed oportet eſſequi diſtinctioni naturali: omnis autem ars & diſciplina in actu nata eſt ſupplere defectum naturæ, & inquantum perficit aptitudinem naturæ ad ipſam per hoc quòd ſciens in aptitudinem fit ſciens in actu. vel per hoc quòd formam inducit in materia extrinſeca apta nata, & ideo erudiendi ſunt ad vnamquamque diſciplinam ad quam apti ſunt: eſt igitur conſiderandum primo, vtrùm ſit facienda aliqua cura circa diſciplinam propriam puerorum, & dato quòd ſic. Secũdo vtrum oporteat ipſam eſſe communem vel propriã, ſicut nunc faciunt in multis ciuitatibus, & dato quòd magis expediat eſſe communem. Tertio eſt conſiderandum qualem oportet eſſe huiuſmodi diſciplinam, & de iſtis conſiderabit in ſequenti libro, ſtatim incipiens octauum librum a determinatione primi iſtorum, & in hoc terminat philoſophus intentionem ſuam in iſto ſeptimo.

mm Forte aũt non male dicebat quod tale, Theodorus tragediæ geſticulator. Nulli enim vnquam ꝑmiſit ante ſe inducere, neque vilium Hyppocritarũ tanquam appropriatis theatris primis auditibus. Accidit autẽ idẽ hoc & ad hominum collocutiones & ad eas quæ rerũ. Omnia enim amamus, prima magis. Propter quod oportet iuuenib⁹ facere omnia extranea quę praua, maxime autem ipſorũ quæcumq; habẽt infectionem, aut inhæſionem.

nn Tranſactis aũt quinque annis, duobus vſque ad ſeptẽ, oportet ſpeculatores fieri diſciplinarũ quas oportet addiſcer̃ ipſos.

oo Duę aũt ſunt ętates ad quas neceſſarium diuidi diſciplinam poſt eã quæ a ſeptẽ annis vſque ad pubeſcentiã, & iterũ poſt eã quæ a pubeſcentia vſq; ad annos viginti & vnũ. Qui autẽ enim ſeptennis diuidunt ætates vt ad multum dicunt non bene, oportet autẽ diuiſionẽ naturæ conſequi. Omnis .n. ars & diſciplina, qđ deficit naturę vult ſupplere. Primo quidẽ igitur conſiderandum, ſi eſt faciendum ordinẽ aliquem circa pueros. deinde vtrũ expedit cõiter facere curã ipſorum, vel ſecundum propriũ modum, quod fit & nunc in plurimis ciuitatũ, tertio aũt qualem quendam oportet omnẽ hunc.

*Forſitan enim non male circa hoc cenſebat Theodorus tragœdiarum actor: nulli enim umquam concedere uoluit ut ante ſe ageret. Neque ex uilibus etiam hyſtrionibus, quaſi magis faueant auditores illis, quos primo audierint. Contingit hoc idem in conuerſationibus hominum & rerum, omniũ enim prima nos magis delectãt. Quapropter oportet a pueris omnia turpia procul remouere. Et maxime quæcũque habent in ſe, uel obſcenitatem, uel improbitatem.*

B

*Tranſactis uero annis quinque in duobus uſque ad ſeptem, oportet iam diſciplinas ſpectare, quas addiſcere eos oportet.*

*Duæ ſunt ætates in quas neceſſariũ eſt diſciplinas diuidere. Vna poſt ſeptimum annum uſque ad pubertatem. Altera a pubertate uſque ad annum uigeſimum primum. nam qui Hebdomadibus diuidunt ætates, ut plurimum non dicunt bene, itaque ſequenda eſt naturalis diſtinctio. Omnis enim ars & diſciplina implere uult id quod deeſt naturæ. Primum igitur uidendum eſt, ſi facienda ſit inſtitutio quædam circa pueros. Deinde ſi utile ſit publice curam eorum ſuſcipere, uel magis priuatim, quomodo nunc fit in pluribus ciuitatibus. Tertio qualem hanc eſſe curam oportet.*

C D E

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER OCTAVVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentarijs.

## LECTIO PRIMA.

### LECTIO I.

Vòd quidē igitur legiſlatori maxime vigilandum circa iuuenum diſciplinam, nullus vtique dubitabit, etenim in ciuitatibus nō factum hoc lædit politias. Oportet autem ad vnamquamq; politizare, mos enim politiæ vniuſcuiuſque qui conueniens & cōſeruare conſueuit politias & inſtituit a principio, puta qui quidem Democraticus, Democratiam. Qui autem Oligarchicus, Oligarchiam, ſemper autē optimus mos melioris cā politiæ.

b Adhuc aũt ad omnes potentias & artes ſunt quæ oportet p̄ erudiri & præaſſueſcere qđ ſingularũ operationes. Quare palam ꝙ & ad actiones virtutis.

c Quoniam aũt vnus finis ciuitati omni, manifeſtũ ꝙ & diſciplinam vnam & eandem neceſſarium eſſe omnium.

d Et huius curam eſſe communem & non ſeorſum, quomodo vnuſquiſque nunc curat de ſuis pueris. Seorſum & diſciplina ꝓpria quacumque videbitur docens, oportet aũt communium cōmune facere & ſtudioſum.

### *LECTIO I.*

*Vōd igitur a legiſpoſitore maxime intendendum ſit circa diſciplinam iuuentutis nemo uique dubitabit, nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert Reipub. detrimentum, oportet enim ad ſingula gubernandi genera diſciplinam accōmodari, nam mos uniuſcuiuſque proprius conſueuit & ſeruare Rempub. & ab initio conſtituere, ceu popularis mos popularem, & paucorum potentiæ accommodatus mos, eam quæ conſiſtit in paucorum gubernatione. Semper autem melior mos cauſa eſt melioris Reipublicæ.*

*Præterea in cunctis facultatibus & artibus ſunt quædam ad quæ erudiri prius oportet, & aſſuefieri ad earum opera, itaque manifeſtum eſt quòd & ad uirtutis actiones.*

*Cum uero unus ſit finis ciuitati toti. clarum eſt oportere diſciplinā quoque eſſe unam & eandem omnium.*

*Et huius curam eſſe publicam, & non priuatam, quemadmodum nunc unuſquiſque curam habet ſuorum filiorum, priuatimque docens, & priuatā diſciplinam, prout ei uidetur, ſed oportet publicorum publice exercitationem fieri.*

Oſtquàm Philoſophus declarauit qualiter & quibus iuuenes ſint diſponendi & inſtruendi quantum ad corpus & vſque ad finem tertiæ ætatis, quæ ſecundũ ipſum terminatur in fine ſeptimi anni, nunc intendit declarare qualiter inſtruendi & diſponendi ſunt ſecundum intellectum in duabus ſequentibus ætatibus, quæ terminantur in fine.xxi.anni, & ſecundum ordinē præmiſſum prius diuiditur liber iſte in partes tres, quoniam primo oſtēdit ꝙ puerorum oportet facere curam circa diſciplinā in ciuitate optima. Secundo cum dicit. { Quoniā autē. } Declarat ꝙ communem. Tertio cum dicit. { Quæ autē ſit. } Declarat quæ ſit illa, & qualiter erudiendi ſint in ipſa. Circa primum præmittit primo concluſionē ſuā dicens, ꝙ nullus habens rectum vſum rationis dubitat quin legiſlatori curanti de bono communi ciuitatis, maxime negociandum ſit circa diſciplinam & bonam diſpoſitionem iuuenum. Deinde cum dicit. { Nam mos. } Probat hoc per vnam rationem. Secundo cũ dicit. { Adhuc aũt. } Per aliam. In prima parte ipſe intēdit rationem hanc. De illo oportet negociari legiſlatorem & curā habere, quod non factum in ciuitatibus lædit & corrũpit Reſpu. maxime enim debet intendere bonum, & ſaluationem Reipub, ſed non curare de bona diſpoſitione puerorum, & dimittere eos aſſueſci in quibus volunt lædi & corrumpi Rempub. Cuius declaratio eſt, quia expedit ciuitatem gubernanti aſſueſcere & diſponere futuros ciues ad vnamquamque Rempub. ſecundum modum conuenientem ei, ſicut materiam ad formam, conſuetudo enim vniuſcuiuſque Reipub. & diſpoſitio conueniens principium eſt inſtituendi Rempub. & conſeruandi ipſam inſtitutam, ſicut bona præparatio materiæ ad formam principium eſt educendi formā illam in eſſe & conſeruandi illam eductam, ſicut videmus ꝙ cōſuetudo popularis principium eſt inſtituendi & ſaluandi popularem ſtatum, & conſuetudo paucorum potentiæ ſtatum paucorum, & ſimiliter in alijs. Et ſemper conſuetudo melior principium inſtitutionis eſt & ſaluationis ſiue conſeruationis melioris Reipub. ſicut excellentior diſpoſitio materiæ eſt principium generationis excellentioris formæ. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ bona diſpoſitio & conſuetudo iuuenum ad Rempub. inſtituit & ſaluat ipſam, quare per oppoſitum indiſpoſitio ipſorum & negligentia circa hoc deſtruit & corrumpit eandem, quare de bona diſpoſitione ſeu diſciplina puerorum oportet legiſlatorē curare. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd adhuc ſicut eſt in alijs potentijs & artibus operatiuis reſpectu operationum, ſic eſt in virtutibus politicis & ſcientia politica reſpectu actionum politicarum, ſed ita ſe habet in alijs potētiis & artibus, quòd omnibus oportet p̄exiſtere aliquam bonam diſpoſitionem materiæ, aut aliquā eruditionem, aut aſſuefactionem, hoc ēt videmus in ſpeculatiuis, quoniam omnis ars & omnis doctrina ratiocinatiua fit ex preexiſtenti cognitione, & in operatiuis ſimiliter, ſicut in fiſtulariua, debens enim recte fiſtulare prius aſſueſcit in quibuſdam præludiis & rudimentis, ſimiliter autē & in aliis ſe habet, oportet enim materiam bene diſponi ad actionē, quia act° actiuorum fiũt in patiēte bene diſpoſito: quare in virtutibus, & ſcientia politica oportet ad actionem rectam futuram præ erudiri & aſſuefieri, & diſponi in quibuſdam, & de hoc debet curare legiſlator, cuius eſt intendere bonum & ſaluationem Reipub. Deinde cũ dicit.

c ¶ Volens probare ꝙ oportet de pueris curam cōmunem habere, probat prius ꝙ omnium in ciuitate vnam oportet eſſe diſciplinam, vnam intendens rationem hanc. Quorumcumque eſt vnus finis per ſe, eorum eſt diſciplina vna de eis, quæ ad finem ordinantur, quia ratio eorum quæ ſunt ad finem ex fine ſumitur, & quorum eſt ratio vna, & diſciplina vna, ſecundum quòd huiuſmodi. omnium autem viuentium in ciuitate ſecundum Rempublicam vnam, eſt vnus finis, puta finis Reipublicæ, Quare manifeſtum eſt quòd omnium oportet eſſe vnam & eandem diſciplinam de neceſſitate. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat, ꝙ oportet de his fieri curam cōmunem quantũ ad diſciplinam, & primo per rationes, Secundo com dicit. ( Laudabit vtique ) per exemplum. Circa primum ponit rationes duas, quarum primam tangens dicit, quòd de diſciplina puerorum oportet legislatorem facere curam vnam & non diuiſim, ſicut nunc in quibuſdam ciuitatibus vnuſquiſque curat de proprijs pueris ſecundum quòd videtur ſibi ſeorſum inſtruens diſciplina propria quæcũq; videtur ſibi vtilis, alius & alius in alia & alia. Et huius ratio eſt, quoniam eorum quorũ eſt diſciplina vna & cōis, expedit facere curam cōmunē & ſtudium, vt cura ſit



e Simul aũt neq; oportet putare ciuiũ ipſorũ aliquē ſibi eſſe, ſed omnes ciuitatis. Cura autē vniuſcuiuſque partis nata eſt reſpicere ad eā quæ totius curā.

f Laudabit aũt vtique aliquis, & ī hoc Lacedæmonios, etenim plurimum faciunt ſtudium circa pueros, & hoc cōiter. Quòd quidem igitur leges ferendũ de diſciplina & hanc communiter faciendum, manifeſtum.

g Quæ autem ſit diſciplina, & qualiter oportet erudiri, oportet non latere, nunc autem dubitatur per opera, non enim eadem omnes exiſtimant oportere addiſcere iuuenes, neque ad virtutem, neque ad vitam optimam neq; manifeſtum, vtrum ad intellectũ oportet magis aut ad animæ morem, & ex ea quæ ad actiuā vitam diſciplina turbatione plena conſideratio, & nulli palam vtrum ſtudere oportet circa oportuna ad vitam, vel circa tendētia ad virtutem, vel circa ſupflua, omnia enim hæc acceperũt iudices quoſdam, & de iis quæ ad virtutem nihil eſt concordatum, etenim virtutem non eandem mox omnes honorant. Quare rationabiliter diuerſificātur, & ad ſtudiũ ipſius.

h Quòd quidem igitur neceſſaria vtilium doceri non immanifeſtũ, quòd aũt nō omnia diuiſis liberalibus operib° & illiberalib°, manifeſtũ ꝙ talibus oportet participare quęcũq; vtilium facient participantē non banauſum: banauſum.n. opus oportet

*Et ſimiliter nō debet quiſq; ciuis ſe ſuum exiſtimare, ſed omnes ciuitatis, particula enim ciuitatis unuſquiſque eſt; cura uero ſingularum particularũ reſpicere nata eſt ad curam totius.*

*Laudari poſſunt in hoc Lacedæmonij, nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidem publice. Quòd igitur lege prouidendum ſit circa diſciplinam iuuentutis, & hoc publice faciendum, patet.*

*Quænam uero iſta ſit diſciplina, & quomodo tradenda, latere non debet, nam nunc quidem in ambiguo eſt nec eadem omnes cenſent iuuentutem addiſcere debere, neque ad uirtutem, neque ad uitam optimam, neque conſpicuum eſt, utrum per intelligentiam magis deceat, uel per animi morem. Impedimentorum quoque reſpectus conſiderationem diſciplinæ conturbat cum manifeſtum non ſit, utrum exercitatio noſtra accommodanda ſit ad ea quæ ſunt utilia ad uitā, uel ad ea quæ tendunt ad uirtutem, uel ad ea quæ ad maiorem quendam ſuperfluumq; pertinent apparatum, hæc enim omnia patronos quoſdam ſuſcepere. De his quoque, quæ ad uirtutem tendunt, nihil cōfeſſum exiſtit. Etenim uirtutem non eandem omnes ſtatim honorant, ex quo fit ut diſcordent circa illius exercitationem.*

*Quòd igitur ex utilibus neceſſaria ſint addiſcenda, manifeſtum eſt, quòd autem non omnia diſtinguentibus liberalia opera ab illiberalibus, patebit illa talia eſſe recipienda, quæ cum utilia ſint faciunt exercentem, habentemque, non uilis exercitij operatorē. Vile aũt exercitiũ putandũ eſt & ars, &*

proportionalis diſciplinæ. Sed omnium in ciuitate vna eſt diſciplina, & vna & eadem ratio, vt probatum eſt prius. Ergo de omnibus eſt facienda cura communis, & eadem quantum ad illam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt. Cura de parte & diſpoſitio debent eſſe ſecundum habitudinē ad totum, tũ quia pars eſt propter ipſum totum, tum quia rationem & eſſe habet ab ipſo, nunc autem ſimul cum his quæ dicta ſunt oportet intelligere vnumquemque ciuem non eſſe ſuiipſius ſolum neq; gratia ſui, ſed omnes ciuitatis & gratia ei° ergo cura vniuſcuiuſque ciuium & diſpoſitio facienda eſt ſecũdum habitudinē ad totam ciuitatem, & bonum ipſius, ſecundum igitur eundem modum curandi ſũt & diſponendi iuuenes, ſecundum ꝙ tota ciuitas curatur & diſponitur ad bonũ commune, ſed de iſtis facienda eſt cura communis, ergo & đ iuuenibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat idem per exemplum dicēs, ꝙ rationabiliter poterit aliquis laudare Lacedæmonios, qui reputantur bene gubernare in hoc, maximam enim curam & ſtudium impēdũt circa diſciplinā puerorum, & hoc nō priuatim ſed communiter, bene exiſtimātes quòd bona diſpoſitio puerorum cōmunis induceret bonam Rempub. conſequenter. Quòd igiť oportet legislatorem curare & ferre leges de diſciplina iuuenum, & ꝙ hanc curā & diſciplinam de ea oportet eſſe communem, manifeſtum eſt ex dictis. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat quæ ſit illa diſciplina, & qualiter ſunt erudiendi in ea, & circa hoc primo præmittit intentum, & neceſſitatem conſiderationis de ipſo. Secundo cum dicit. { Quòd quidem igitur. } Proſequitur. In prima parte dicit ꝙ ciuitatis gubernatorem oportet non latere quę ſit huiuſmodi diſciplina puerorũ communis, & qualiter & vſque quo oportet pueros erudiri in ipſa. Cuius ratio eſt, quoniam multi dubitant de ipſa ſicut apparet ex operibus & diuerſis opinionibus de ea, non enim omnes opinantur pueros debere erudiri in eiſdem diſciplinis, neque in ordine ad virtutem, neque in ordine ad idem optimum, ſed quidam in vna, puta in iudicatiua ſeu rhetorica, quidam in alia, puta medicatiua vel exercitiua vel huiuſmodi. Nec etiam manifeſtum eſt omnibus, vtrum magis oportet eos erudiri ſeu aſſuefieri in his quæ pertinent ad intellectum, puta in virtutib° intellectualibus, vel in his quæ pertinent ad morem animæ, hoc eſt in virtutibus moralibus, quæ ſunt in parte appetitiua ipſi°. Iterum conſideratio de diſciplina quæ ordinatur ad vitam actiuam plena eſt turbatione, quæ ſcilicet ſit optima, cui magis intēdendum ſit, diuerſi enim diuerſas ponunt, ſecundum ꝙ diuerſos fines in agibilibus ſibi conſtituunt. Adhuc non eſt manifeſtum, vtrum magis ſtudendum ſit circa operationes vitæ actiuæ, aut circa ea quę tendunt ad virtutem quæ eſt principium illius, an circa ſuperflua, puta circa delectationes ſenſibiles non neceſſarias, diuerſi enim circa hoc diuerſa opinantur, & quilibet iſtorũ habet proprios iudices. Iterum de virtutibus quæ ſit principalis nihil concorditer dicunt, non enim omnes honorant eandē ſicut principaliorem ſed alij & alij, aliam & aliam, quia igitur de his diuerſi diuerſimode exiſtimant, & ſecundum diuerſitatem exiſtimationis ſeq̄tur diuerſitas ſtudij, rationabiliter diuerſificātur circa ſtudium iſtorum, quilibet enim ſtudet & intendit circa id quod ſibi melius & poſſibilius exiſtimat. Quare rationabiliter conſiderandum eſt quæ ſit diſciplina omnis circa quam ſit ſtudēdum ſicut circa optimam pueris. Deinde cum dicit.

h ¶ Proſequitur, & primo declarat ī vniuerſali in quibus erudiendi ſunt, quoniā in vtilibus & liberalibus. Secundo cum dicit. { Sunt autē quatuor. } Magis determinate declarat quæ ſint illæ. Circa primum primo oſtendit ꝙ in vtilibus & liberalibus ſunt erudiendi. Secundo cum dicit. { Sunt etiam quædam. } Declarat vſq; ad quid & cuius gratia. Et circa primum eſt intelligendum ꝙ homo liber eſt, qui ē ſuiipſius cauſa, & in ratione cauſæ mouētis & in ratione finis ſicut dictum eſt pri°. In ratione quidē mouentis quando ab illo per quod ē homo, & quod eſt principale in eo, puta ab intellectu mouetur præiudicando & ordinando modum, & rationem agendi. In ratione autem finis cum mouetur ad bonum & finem ipſius ſ̄m illud idem quod principale eſt in eo ſ̄m intellectum, & tanto t̄pe magis liber eſt ſ̄m naturam, quanto magis natus eſt moueri ab eo quod principaliſſimum eſt in eo, & ad finem & bonum eius ſ̄m illud idem. Homo aũt ſeruus dicitur qui non eſt natus moueri ꝑ indiſpoſitionē materiæ ab intellectu proprio per quē determinatur, ſed ab intellectu & ratione alterius. Nec etiā operatur ſui gratia, ſed gratia illius alterius, & quāto minus natus eſt moueri a ſe & magis ab alio & ad finē alterius, tanto magis ſeruus eſt. Ad hoc aũt ꝙ moueatur ab alio & agat ad finē alterius, requiritur robur corporale. Et hoc rationabiliter accidit, quia vbi deficit virtus intellectus & formæ, excedit virtus corporis & materiæ. Et ꝑ hoc dixit Ariſt. in Primo huius ꝙ vigētes intellectu, & ſi deficiant corpore, ſunt naturaliter aliorũ domini, robuſti aũt corpore deficiētes intellectu, ſũt naturaliter ſerui. Et ſ̄m hoc ſciētia libera vel liberalis dicta eſt ab antiquis ſ̄m quā homo ꝑ ſe diſponit ſ̄m intellectũ ad finē propriũ, illa aũt ſ̄m quā diſponiť in ordine ad bonũ corpis ꝑ ſe & ad bona exteriora ſeruilis, q̄a ordinatur ad bonũ eius ſ̄m hoc debet ſeruire, in hoīe vt mechanica, quia mechari facit quodāmodo intellectũ circa ea q̄ nō ſunt ꝓpria ſibi ſ̄m ꝙ hmōi: & inter liberas illa libera eſt maxime q̄ immediate diſponit intellectum ad finem optimum, puta

putare eẽ hoc, & artẽ hãc & doctrinã quæcũq; ad vſus & actiones virtutis efficiunt inutile liberorum corp', aut animã, aut intellectum. Propter quod tales artes quæcumq; faciunt corpus deterius diſponi, banauſas vocamus & mercenarias operationes, non vacantem enim faciũt mentem & depreſſam. G

i Eſt aũt & liberalibus ſcientiis aliquibus vſque ad aliquid participare non illiberale. Aſſiduare valde aũt ad perfectionẽ, obnoxium dictis nocumentis, habet aũt multam differentiam & quod cuius gratia agit quis aũt addiſcit: ipſius quidem .n. gratia aut amicorũ, aut pp virtutẽ non illiberale. Qui autẽ id ipsũ agit pp alios ſæpe mercennariũ & ſeruile vtique videbitur agere, ꝑmiſſæ quidẽ igitur nunc erudientes eruditiones, ſicut dictũ eſt prius, ad vtrũlibet ſe habẽt.

k Sunt autẽ quatuor fere quæ addiſcere conſueuerunt, literas & luctatiuã, & muſicã, & quartam quidã protractiuam. Et literas quidem & protractiuã tã quam vtiles ad vitã exiſtẽtes & valde bonas, luctatiuã aũt tamq̃ conferentem ad fortitudinem.

l De muſica aũt dubitabit vtiq; aliquis. Nunc quidem .n. vt delectationis gratia plurimi participant ipſa, alii aũt a principio inſtituerũt ĩ diſciplina pp naturã

*diſciplina quæcumque corpus, aut animum, aut mentem liberi hominis, ad uſum & opera uirtutis inutile reddũt. Itaque & artes illæ quæ deterius diſponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia ſordida nuncupamus, mẽtem enim occupatam & uilem reddunt.*

*Sunt etiam quædam ex liberalibus ſcientiis, quas uſque ad aliquid diſcere honeſtum ſit, penitus uero ſeſe illis tradere, ac ad extremum uſque proſequi uelle, nocumentis illis quæ ſupra diximus obnoxios facit: ſed refert plurimum cuius gratia quis agat, uel diſcat, nam ſi gratia ſui uel amicorum, uel propter uirtutem non eſt illiberale, qui uero idipſum agit propter alios, ſæpe utique uidebitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſciplinæ igitur illæ de quibus diximus, ad utramque partem ſe habent.* H

*Sunt autem fere quatuor quas diſcere iuuenes conſueuerunt, literas, gymnaſticam, muſicam, addunt uero quidam figurandi peritiam: literas quidem & figurationem tamquam utiles, ac ualde expedientes ad uitam. Gymnaſticam uero tamquam pertinẽtem ad fortitudinem.*

*De muſica uero ambigitur. Nam nunc quidem plurimi uoluptatis gratia illam addiſcunt. Veteres autem inter diſciplinas eam collocauerunt, ex eo quod natura quærit, ut ſæpe dictũ* I

illa in cuius operatione conſiſtit fœlicitas; illa autem quæ mediate diſponit intellectum ad ipſum minus, ſicut ſcientiæ poſteriores in quibus ſcire cõtingit ordinare ad ſcire in ſuperiori, quamuis contingat ipſum quærere propter ſeipſum & illa minime liberalis eſt inter ſpeculatiuas, in qua minime quæritur ſcire propter ſe & q̃ per plura media ordinatur ad bonũ hominis vltimum. Similiter inter ſeruas illa magis ſerua eſt, in qua magis deprimitur intellectus ſeu ratio circa viliora & magis extranea ab homine ſecũdum ꝙ homo, ſicut illa quæ ordinatur ad bona exteriora magis q̃ illa quæ ordinatur ad bonũ corporis. Quãuis autẽ liberali maxime non contingat vti male quãtum ad vſum per ſe ipſius poſterioribus, tamen etiam minus liberalibus quãtum etiam ad vſum earum per ſe contingit, ſicut circa finem vltimũ hominis ſimpliciter nõ contingit male ſe habere: his autem quæ ſunt ad ipſum, contingit quandoq; male vti, & hoc contingit quando per conſiderationem vel exercitium in eis retrahitur aliquis vel a finẽ vel ab his quæ propinquiora ſunt fini, ſicut cõtingit per cõſiderationem in aliqua ſcientia poſteriori reſpectu alicuius minus ſcibilis retrahitur aliquis a conſideratione in prima reſpectu maxime ſcibilis: hoc igitur viſo ſupponens. Ariſt. ꝙ expedit pueros erudiri in diſciplinis vtilibus ad finem, ſicut manifeſtum, probat quòd non in omnibus vtilibus, ſed in liberalibus, dicens ꝙ manifeſtum eſt ex ſe quòd expedit pueros in ciuitate bene ordinata erudiri in diſciplinis vtilibus ad finem Reipublicæ, illa enim quę ordinantur ad finẽ aliquem expedit præparari & diſponi ad ipſum. Pueri autem ordinandi ſunt ad finem Reipublicæ, & diſciplina & eruditio sũt quædam præparationes ipſorum ad ipſum. Quòd autem non expediat eos erudiri in omnibus vtilibus vniuerſaliter: ſed tantum in vtilibus & liberalibus manifeſtum eſt diſtinctis diſciplinis per liberales quę per ſe diſponunt intellectum ad finem, & illiberales quæ per ſe ordinantur ad bonum corporis, ſicut dictũ eſt, ſed talibus expedit eos participare quæcumque de numero vtilium ad finem per ſe faciunt participantem mercenarium: mercenariam autem operationem & artem & doctrinam oportet intelligere eas quęcumque corpora liberorum aut animam, aut etiam intellectum male, & inutiliter diſponunt ad vſus, & actiones virtutum moralium & intellectualium, vel etiam ad vſum perfectiſſimæ virtutis quæ eſt fœlicitas, propter quod & huiuſmodi artes quæcumque diſponunt corpus deterius ad huiuſmodi artes & in quarum operationibus abſorbetur intellectus viles dicimus, ſicut artes forenſes vel artes etiam in quibus corpus maculatur, quoniam per vſum earum faciunt mentem non vacantem circa ea quæ ſunt bona eius per ſe, & deprimunt eam ad ea in quibus perfectio ipſius ſecundũ ſe non inuenitur. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat vſque ad quid & cuius gratia oportet erudiri in liberalibus & aſſueſieri, & dicit ꝙ quamuis eruditio & vſus pri- F mæ & principalis virtutis quærenda fuit quantacumque & ſine termino, tamen participare ſcientiis liberalibus aliquibus, puta quarum vſus ordinatur ad vſum excellentiorem vſque ad aliquẽ terminum, non illiberale eſt. Continue autem & aſſidue exercere ſe in eis vſque ad quantamcumque perfectionem valde nociuum eſt, propter dicta nocumẽta, quia ſcilicet acceſſio & cõſideratio cõtinua in eis retrahit aut ſimpliciter aut in parte ab vſu optimæ virtutis. Et iterum manifeſtum eſt, ꝙ ſcientiæ iſtæ & vſus earum ordinantur in finem vlteriorem. Quamuis autem appetit' finis infinitus ſit, appetitus tamen eorum q̃ ad finem ordinãtur, non eſt infinitus, ſed determinatus a fine vſque ad aliquid erudiri & conſiderare in eis liberale eſt, ſcilicet inquantum vtiles ſunt ad finem, & non amplius. Sed multa differẽtia eſt, ad quem finem aliqs addiſcit aut exercetur in eis, ſi enim ꝑpter actum virtutis excellentioris ſuiipſius non eſt paruum nec illiberale, aut ſi etiam propter bonũ virtutis aliquorum amicorum, quia amicus eſt velut alter ipſe. Si autem aliquis addiſcat eas & operetur in eis ſæpe propter alios, vt inde reportet commodum, & vtilitatem ſecundum bona exteriora, ſicut multi iuriſtarũ, & medicorũ faciũt, mercenarium & ſeruile erit: dictũ enim eſt prius diſciplinam ſeruilem eſſe, quæ ordinatur ad corpus & ad bona exteriora cum depreſſione intellectus. Dicit autem q hoc agit ſæpe pp alios, quia quãdoq; bonum eſt vti talibus ſciẽtiis ad alios, aliquando pp bonum aliorum tantum ſine vtilitate propria, vt qñ neceſſitatem habentes a ſe vel ab aliis non poſſunt iuuari opportune, aliquando etiam pp vtilitatem propriã, vt reportent lucrum rationabile, ſ̃m tamen ꝙ vtile eſt ad finem & bonum ſ̃m intellectum, non deprimendo intellectum ipſum in vſu ipſo. Præmiſſæ igitur diſciplinæ ſeu eruditiones ad vtrũque ſe habent, quia contingit eis bene vti ad finem & male, quẽadmodum dictum eſt. Conſequenter cum dicit.

K ¶ Declarat determinate quę ſunt ſcientiæ conuenientes K pueris, & primo præenumerat eas. Secundo cum dicit. {De muſica vero.} Declarat cuius gratia & qualiter ſunt in eis erudiendi. In prima parte dicit, ꝙ quatuor ſunt diſciplinæ fere, quas cõſueuerunt iuuenes addiſcere in ciuitatibus quæ bene gubernantur, ſcilicet diſciplinam literarum, puta grammaticam ſeu rationalem vniuerſaliter, & luctatiuam, & muſicam, & artem figurãdi, quæ communis eſt pictorię & ſcriptoriæ, ſicut valde vtiles ad operationes vitæ humanæ, & valde bona ſecundum ſeipſas inquantum in eis aliqualiter perficitur intellectus. Gymnaſtica vtilis eſt tamquam conferens ad fortitudinem & robur iuuenum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat cuius gratia & qualiter erudiendi ſunt in eis, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {De muſica autem.} Regreditur ad inquirẽdum de muſica, vt magis appareat veritas de ea. Circa primum primo oſtendit, quare & cuius gratia erudiendi ſunt pueri in muſica. Secundo cum dicit. {Adhuc autem.}





ipſam quęrere, quod quidem ſępe dictum eſt, non ſolum non vacare recte, ſed & vacare poſſe bene, hoc enim principiũ omniũ, vt & iterum dicamus de ipſa.

m Si enim ambo quidem oportet, magis autem eligibile vacare quàm non vacatio, & finaliter quærendum quod facientes oportet vacare, non itaque ludentes: finem enim neceſſarium eſſe vitæ nobis ludum, ſi autem hoc impoſſibile, & magis in nõ vacationibus vtendum ludis, laborans enim indiget requie, ludus autem gratia requiei eſt, nõ vacare autem accidit cum labore & fatigatione, propter hoc oportet ludòs introducere obſeruantem tempus ad vſum, tã quam adducentem pharmaciæ gratia. Remiſſio enim talis motus animæ, & propter delectationem requies. C

n Vacare autẽ videtur ipſum habere delectationem, & fœlicitatem, & viuere beate: hoc autẽ non exiſtit non vacantibus, ſed vacantibus. Non vacans quidẽ non vacat gratia alicuius tamquam non exiſtentis, fœlicitas autem finis eſt, quam non cum triſtitia ſed cũ delectatione putant eſſe omnes, hanc vero delectationem non adhuc eandem ponunt, ſed ſecundum ſeipſos vnuſquiſque & ſecundum habitum ſuum, optimus autem.

*eſt, non ſolum in negocio recte, uerum etiam in ocio laudabiliter poſſe uerſari. Hoc enim principium eſt omnium, ut rurſus de illo dicamus.*

*Si enim utroque opus eſt, magis autem expetendum eſt ocium quàm negocium. Nec id quidem in ioco. Nam ſic neceſſe foret iocum eſſe finem uitæ, quòd ſi ſit impoſſibile, magiſque in negociis utendum eſt ioco. Nam qui laborant, indigent relaxatione, & huius gratia eſt iocus. Negocia uero ſunt cum labore & conatu. Et propterea oportet iocum adhibere, qui tamquam medicinam eo tẽpore afferat. Nam relaxatio eſt huiuſmodi motus animi & requies per uoluptatem.* B

*Ocium autem ipſum uidetur in ſe uoluptatem habere, & fœlicitatem, & uitam beatam, & hoc non negocioſis, ſed ocioſis exiſtit. Nam qui negociatur, alicuius gratia negociatur, quod ſibi deſit. Fœlicitas autem finis eſt quam non cum labore, ſed cum uoluptate eſſe omnes putant. Hanc tamen uoluptatem, nõ eandem omnes poſuerunt, ſed ſecundum ſe unuſquiſque, & ſecundum ſuum habitum. Optimus tamen, optimam, & eam quæ ſit ab honeſtiſſimis.* D

cuius gratia in diſciplina literarum. Tertio cum dicit. {Ac etiã de vtilibus.} Cuius gratia in figuratiua. Quarto cum dicit. {Similiter vero.} Cuius gratia & vſque ad quid & qualiter in gymnaſtica. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod igitur.} Recolligit dicta. Circa primum adhuc primo oſtendit, quòd ſunt quædam ſciẽtiæ quas expedit addiſcere ꝑpter deductionem in vacatione. Secundo cum dicit. {Quapropter muſicam, & cætera.} Ex his concludit muſicam addiſcendam eſſe propter delectationem in vacatione, non propter vtilitatem. Circa primum adhuc primo tangit, quòd non vacatio eſt propter vacationem. Secundo cum dicit. {Itaque manifeſtum & cætera.} Ex dictis concludit propoſitum ſuũ. Adhuc in prima parte oſtendit quòd nõ vacatio eſt, propter vacationem habentẽ delectationem ſecundum ſeipſam. Secũdo cum dicit. {Si .n. vtroque, & cætera.} quod vacatio quę eſt in quiete rationem finis habet ſecundum ſe, & quęrenda eſt nõ propter aliud. Tertio cum dicit. {Ociũ autem, & cætera.} Oſtendit quòd vacatio in his quæ ad intellectum pertinent habet delectationem ſecundum ſeipſam & rationem finis. In prima parte dicit, ꝙ de diſciplina muſicæ, cuius gratia iuuenes erudiendi ſunt in ea dubitabit aliquis propter diuerſitatẽ quæ accidit circa eam. Quidam enim participant ea propter delectationem quæ eſt circa ſenſum. Sonus enim muſicus proportionaliter mouet auditum, cuius apprehenſionem ſequitur delectatio ſenſibilis, ſicut participant iam rurales. Alii autem inſtituerunt eam vt diſciplinam quandam videlicet propter cognitionem proportionum & ipſarum harmoniarum ſpeculationem, propter hoc quòd natura humana ſecundum intellectum appetit, ſicut ſæpe dictum eſt, non ſolum non vacare, ideſt agere operationes extrinſecas recte, ſed etiam poſſe bene vacare, ideſt vacando ab operationibus exterioribus intendere circa ſpeculationem. Speculatio enim primi intelligibilis rationem primi principii habet in operationibus. Eſt enim vltimus finis hominis ſicut dictum eſt prius, quãuis enim ambo ſint eligibilia ſcilicet non vacare, ideſt intendere exterioribus operationibus, & vacare, ideſt intendere interioribus, vacatio tamen magis habet rationem eligibilis & boni q̃ non vacare. Inquirenda eſt ergo vacatio aliqua ſicut finis omnium aliorum quæ oportet facere gratia ipſius. Sicut bellum propter pacem, & hoc ſatis oſtenſum eſt prius, & decimo Ethicorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Quia forte aliquis crederet, quòd cum in ludo ſit delectatio quædam delectabilis quòd ipſa haberet rationem finis, cuius gratia alia quærenda eſſent. Et ideo oſtendit contrarium huiuſmodi dicens, quòd quamuis non vacare eligẽdum ſit propter vacationem, non tamen propter eam quam exercemus ludentes. Si enim ita eſſet tunc ludus & exercitium in ipſo eſſet finis vitæ noſtræ; quia igitur hoc eſt impoſſibile, ludus enim la- A borioſus eſt & cum triſtitia & nocumento ſæpe, manifeſtum eſt quòd inconueniens eſt non vacationis finem eſſe ludum, & manifeſtum eſt magis intendendum ludis in non vacationibus, vt magis poſſint operari, quia laborans in operando indiget requie propter reſtitutionem & ſaluationem virtutum. Cuiuſcumque enim eſt aliquod tempus determinatum ad operationem agere ſi exceſſerit illud neceſſe eſt lãgueſcere, ſicut Philoſophus dicit libro de ſomno, propter hoc indiget remiſſione illius: ludus autem propter requiem eſt, vel eſt requies quædam. Sed operari operationes exteriores accidit cum labore & fatigatione, tum propter motum membrorum præter naturam, tum propter cõſumptionẽ ſpirituũ. Et ideo oportet ludos introducere, obſeruantes tempus & locum opportunum, & alias circumſtantias ad vſum ipſorũ tamquàm ad requiẽ adducant, & quęrantur quaſi gratia farmaciæ, ideſt medicinæ. Vt ſicut medicina amara exiſtens, ad ſanitatem deducit, ita etiam ludus, & ſi ſit cum triſtitia & labore ad reſtitutionẽ virtutum. Remiſſio enim motus laborioſi animæ propter delectationem cõſequẽtem requies quędam eſt virtutum animæ. Sic igitur vacatio q̃ in ludo rationem finis non habet: ſed magis quæritur propter requiem a fatigatione quæ in operatione eſt, huiuſmodi autem requies propter ipſam operationem quæritur. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quòd in vacatione in operationibus circa ſpeculabilia eſt fœlicitas & delectatio ſecundum ſe, dicens quòd operatio circa ſpeculabilia habet ſecundum ſeipſum delectationem & fœlicitatem & vitam beatam, ſicut oſtenſum eſt prius. Beate autem viuere non exiſtit in non vacatione: ſed in vacatione magis. Non vacans enim, ideſt exercens operationes exteriores, operatur gratia alicuius finis non exiſtentis in illa operatione; ſed in aliqua vlteriori. Sicut bellum exercens operatur E propter eũ pacem, & currens in ſtadio currit propter brauium. Fœlicitas autem perfecta rationem finis vltimi habet, quæ non eſt cum triſtitia, ſed cum delectatione excellentiſſima. Operationem enim excellentiſſimam ſequitur excellentiſſima delectatio. Siquidem operationem per ſe ſequitur delectatio: ſed hanc fœlicitatem & operationem non eandem ponunt omnes; ſed diuerſi diuerſam ſecundum diuerſitatem ęſtimationum, & habituum. Vnuſquiſque enim operationem ſecundũ habitum quem exiſtimat perfectiſſimum, ponit fœlicitatem eſſe & delectationem propriam ei. Secundum veritatem autem operatio quæ eſt ſecundum excellentiſſimum habitum fœlicitas eſt & delectatio, conſequens ipſam excellentiſſimam. Habitus autem ille optimus eſt, qui eſt ſecundum virtutem perfectiſſimam & reſpectu perfectiſſimi obiecti. Per iſta enim duo determinatur, puta per potentiam, & obiectum. Deinde cum dicit.

o ¶ Concludit ex dictis, ꝙ ſunt aliquę diſciplinæ quærendæ propter delectationem quæ in vacatione eſt, dicens, quia in vacatione conſiſtit fœlicitas, quę rationem finis habet & delectationem maximam, vt dictum eſt. Ea autem quæ ſunt ad finem quærenda ſunt propter ipſum & delectationem quæ in ipſo eſt,

*o Itaque manifeſtum eſt, quòd oportet ad ocium quoque degendum addiſcere quædam & erudiri, & has eruditiones ac diſciplinas ſuiipſarum eſſe gratia. Illas uero quæ ad negocium tamquam neceſſarias & gratia aliorum.*

*p Quapropter muſicam antiqui inter diſciplinas collocauere, non tamquam rem neceſſariam. Nihil enim habet tale, neque tamquam utile ut literæ ad lucrum & ad rem familiarē, & ad ſtudia & ad ciuiles actiones cō plurimas. Videtur quoque figurandi peritia utilis eſſe ad iudicandum melius artificum opera. Neque ut gymnaſtica ad ſanitatem & robur, nullū enim horum uidimus ex muſica fieri. Reſtat ergo quòd ad degendū in ocio ad quod & apparet eam adhiberi, quā enim putant degentiam eſſe ingenuorum hominum, in ea inſtituunt.*

*q Quapropter Homerus in poemate ſuo ita inquit. Sed quale eſt uocari ad menſam opipare paratam. Deinde nominans quoſdam alios, ſubdit & Cytharedum qui omnes demulceat, & alio loco ait Vlyxes, optimam eſſe degendi rationem, quando letis hominibus, conuiuæ audiunt Cytharedum ſedentes per ordinem.*

& ſunt quædam diſciplinę vel eruditiones ordinatæ ad fœlicitatem per ſe, manifeſtum eſt, ꝙ oportet ad vacationē quæ in contemplatione, & delectatione quæ in ipſa eſt, addiſcere diſciplinas quaſdam & erudiri in eis, & iſtas eſſe gratia ſuiipſius tamquam bonas ſecundum ſeipſas, quāuis valeant ad fœlicitatem. Eas autem q̄ ordinantur ad non vacationē ſeu ad operationes exteriores, vel opera exteriora eſſe neceſſarias, quāuis non ſimpliciter bonas ſecundum ſeipſas, ſicut extrinſeca bona ad quæ ordinantur ſunt neceſſaria ad vitam, ſicut organa quædam ſeu materia, & non ſimpliciter bona ſecundū ſeipſa. Deinde cū dicit

p ¶ Ex dictis declarat ꝙ muſica addiſcēda eſt propter eruditionem & delectationem non ſicut neceſſaria. Et primo declarat hoc per rationē. Secundo cum dicit. {Quapropter, &c.} Per dicta Homeri. In prima parte ipſe dicit, ꝙ propter prædicta antiqui muſicam dixerunt eſſe quærēdam propter eruditionem & delectationem quæ in vacatione, & non propter aliquam vtilitatem extrinſecam. Neceſſe eſt enim muſicam quærere, aut propter neceſſitatem extrinſecorum bonorum, aut propter delectationem quæ eſt in vacatione, & non propter aliquam vtilitatem extrinſecam. Omnis enim ſcientia aut propter hoc, aut illud quęritur. Speculatiua quidem propter delectationem quæ in vacatione, practica autem propter opus. Sed ipſa non eſt quærenda propter neceſſariū vel vtile aliquod extrinſecum. Non enim ſecundum ſe eſt vtilis ad acquiſitionem pecuniarum ſeu iconomiam, ſicut ſcientia literarum vtilis eſt ad iſtas & ad doctrinā aliarum, & ad actiones politicas multas, nec etiam vtilis eſt, ſicut videtur figuratiua eſſe vtilis ad recte iudicandum artificum opera, vt non decipiantur. Nec etiā eſt vtilis ad ſanitatem & robur per ſe, ſicut luctatiua. Neutrum enim iſtorum facit muſica per ſe, quamuis quandoque faciat per accidens, ergo relinquitur debere ipſam addiſcere propter ſcire & deductionem quæ in vacatione eſt, ad quod antiqui ſapientes ordinauerunt ipſam, delectationem enim quam credunt eſſe liberorum, & in qua eos exerceri dicūt fieri per muſicam, ad hoc eam ordinantes. Deinde cum dicit.

q ¶ Declarat hoc p dicta Homeri tria, quæ imperfecte ponit. Dicit igitur ꝙ propter prædicta, Homerus in quodā metro ita inquit de ipſa, quaſi aduerſando quibuſdam dicentibus ipſam eſſe neceſſariam dicens ita non eſſe. Sed contingit delectari in ea per ſe, ſicut vocari ad epulas delectabile eſt per ſe multis. Et iterum in alio metro dicens alteros quoſdam eſſe qui dicunt cātatiuam naturam, hoc eſt muſicam eſſe valde delectabilem, ſicut delectantem omnes. Et in aliis introduxit Vlyxem dicentē hanc eſſe optimam hominum delectationem, ipſis gaudentibus in epulando, ſi audiant cantilenas muſicas, a Cytharedo ipſi dico reſidentes. In primo autem dicto dicit habere omnem delectationem abſolute. In ſecundo delectationem naturalem. In tertio optimam. Deinde cum dicit.

r ¶ Recolligit dicta, dicens ꝙ ex his quæ dicta ſunt, manifeſtū eſt ꝙ eſt aliqua diſciplina in qua erudiendi ſunt pueri, non ſicut in vtili aut neceſſaria propter extrinſeca bona: ſed ſicut in liberali & honeſta ſecundum ſeipſum. Vtrum autem ipſa ſit vna vel plures ſecundum numerum, & ſi ſint plures quæ ſunt hæ, & qualiter addiſcendæ poſterius determinabitur. Nunc autem tantū

*r Quod igitur ſit diſciplina quædam quam non ut utilem, neque ut neceſſariam docendi ſunt filii, ſed ut liberalē & honeſtam, manifeſtum eſt. Vtrum autem una ſit numero, an plures, & quænam iſtæ, & quomodo, poſterius dicetur. Nunc tantum id præmiſſum ſit quòd apud antiquos habemus teſtimonium ex his diſciplinis quas diximus, muſica enim hoc manifeſtat.*

*ſ Ac etiam de utilibus, quod aliqua addiſcere pueros oportet. Non modo propter utilitatē, ut patet in literis, uerum etiam propter multas diſciplinas alias, quæ per literas addiſcuntur.*

*t Similiter uero figurandi peritiam, non ut in uenundando emendoque uaſa, non decipiantur, ſed potius quia cōtemplari facit pulchritudinem corporum. Quærere enim utilitatem ubiq; minimę congruit magnanimis & ingenuis hominibus.*

*u Cum uero manifeſtum ſit, utrum moribus an ratione ſit diſciplina tradēda; & an circa corpus primo, uel circa mentem, patet ex his, quòd adoleſcentes gymnaſticæ & pedotriuicæ ſunt tradendi, quarum altera qualem aliquam facit habitudinem corporis, altera operationes.*

præmanifeſtum eſt nobis, ꝙ ab antiquis habemus teſtimoniū quoddam, ꝙ ſunt aliqua erudimenta puerorū liberalia, & honeſta ſecūdum ſe, & ꝙ muſica hoc operatur manifeſte. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat cuius gratia addiſcenda eſt ſcientia literarum, dicens, ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ oportet pueros erudiri in quibuſdā diſciplinis vtilibus, non tantum ꝑpter vtilitatem exteriorum quæ ſequitur ex eis: ſed ꝑpter hoc ꝙ ad ſcientias & ad liberales actiones valent, ſicut in ſcientia literarum quæ non tantum vtilis eſt ad extrinſeca bona, ſicut dictum eſt prius, & propter hoc addiſcenda: ſed etiam propter hoc quòd per ipſam cōtingit fieri eruditiones multas in aliis ſciētiis, puta eas quæ fiūt per diſciplinam audiēdo ab alio ꝙ non fit niſi per ſermonē ſignificatiuū, cuius ſignificationē, & rationem modi ſignificandi, ſimul autem, & ordinationē conuenientem docet prædicta ſcientia. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat cuius gratia erudiendi ſunt in figuratiua. Dicēs quòd ſimul expedit pueros erudiri in figuratiua, quæ ſub ſe cōtinet ſcriptiuam & pictiuam, aut etiam ſculptiuam, non ſolum vt non decipiantur in vendendo propria, ſed etiam vt ſint in ſe ductibiles circa emptionem & venditionem vaſorum vniuerſaliter, quorum valor præter eum qui materiæ cognoſcitur per artem prædictam, quod pertinet ad vtilitatem; aut magis erudiendi ſunt in ea, quia per ipſam magis poſſunt conſiderare pulchritudinem corporū quæ conſiſtit in debita proportione quantitatis membrorum adinuicem, & ad totum & etiam ad colorē quod eſt bonum & delectabile ſecundum ſeipſum. Et huiuſmodi gratia erudiendi ſunt magis liberi & magnanimi, quærere enim in omnibus vtilitatem in exterioribꝰ bonis, & illud quod amplius eſt in eis, non congruit liberis & magnanimis ſecundū quod huiuſmodi. Liberi enim ſunt vigentes intellectu magis quàm ſecundum corpus. Et ideo magis intendunt bonum ſecundum intellectum quàm ſecundum corpus & quàm exteriora: magnanimi enim ex inclinatione animi & virtute habitus inclinantur ad maxima & honorabiliſſima, quæ ſunt bona ſecūdum intellectum, & ideo reſpectu iſtorum deſpiciunt extrinſeca bona. Vnde dicit Philoſophus quarto Ethico. ꝙ neque bene fortunatus gaudioſus erit, neque infortunatus triſtis, & etiam bonum corporis. Vnde dicit in eodem, ꝙ eſt magnorum factiuus, & cum periclitetur in magnis & bonis non parcens vitæ, & ideo ad liberum & ad magnanimum pertinet magis quærere præeminentiam in bonis, quæ ſecūdum intellectum ſunt, quàm in bonis exterioribus & ſecundum intellectum magis amare ſe ipſum, ſicut idem Philoſophus dicit in nono Ethicorum. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat cuius gratia, & quibus, & qualiter exercitādi ſūt in luctatiua ſeu agonaſtica. Et circa hoc primo manifeſtat cuius gratia. Secundo cum dicit. {Nunc autem &c.} Qualiter & in quibus agonibus. Primo igitur dicit quoniam ex his quæ dicta ſunt prius iam manifeſtum eſt, vtrum erudiendi ſunt prius in conſuetu-



conſuetudinibus diſponentibus appetitum, vel in his quæ pertinent ad intellectum, quoniam ſecundum appetitum prius & etiam circa corpus prius, quàm circa intellectum, manifeſtum eſt, quòd pueri in hac ætate tradendi ſunt luctatiuæ & etiam pedotriuicæ, quarum prima facit bonum habitum corporis ad fortitudinem & ad armorum vſum. Secunda autem bene dirigit & regulat operationes ipſorum in ordine: dicitur autem pedotriuica diſciplina, qua pedonomus dirigit operationes puerorum ad virtutem, a pedos ꝙ eſt puer, & triue quòd eſt exercitium. Deinde cum dicit.

*x Nunc autem quæ ciuitates curam habere puerorum maxime videntur, partim athletarum habitudinem inducere ſtudent, in quo deformant corpora, ac augmentationem eorum impediunt. Lacones vero in hoc quidem non errant, ſed efferatos laboribus reddunt adoleſcentes, quaſi hoc vtile ſit maxime ad fortitudinem.*

*y Atqui, vt iam ſæpius diximus, neque ad vnam virtutem, neque ad hanc maxime reſpiciendum eſt ab eo qui curam facit inſtitutionis.*

*z Etſi*

aa †Secūdū ꝑualētes alijs. Nūc aūt & luctatiuis agonibꝰ & bellicis deficiētes ab alijs nō.n. eo quod iuuenes exercitabāt iſto modo differebāt, ſed eo ſolum quod ad eos qui non ſtuduerant conabantur.

bb Quare qđ bonū, ſed non qđ ferale oportet præagonizare, neque.n. lupus, neq; aliarū ferarū aliqua agonizaret vtique aliqđ bonū periculū, ſed magis vir bonꝰ. Qui aūt valde ad hoc remittūt pueros, & q ſine pedagogo neceſſariorū faciūt, banauſos efficiūt, & ſm̄ virtutē ad vnū ſolū opꝰ vtiles politiæ faciētes, & ad hoc deterius alijs vt ait ſermo.

In gręco codice verſus 25. ſunt qui hic deſiderantur.

x ¶ Primo declarat qualibus agonibus erudiendi ſint. Secundo cū dicit. {Quod igitur &c.} quo ordine; & circa primum adhuc primo declarat quòd non in nimijs laboribus. Secundo ex hoc concludit magis erudiendos eſſe indignis & humanis agonibus, cum dicit. {Quare quod bonum &c.} Primum probat reprobando opinionem & vſum contrarium quę primo ponit. Secundo cū dicit. {Atqui vt} improbat. In prima parte ipſe dicit, quòd nunc ciuitates quæ magis videntur habere ſolicitudinē de bono habitu puerorū, inducunt in eis habitum athleticū, ideſt habitū ad robur athletæ exercentes eos in operationibus laborioſis, tollētes pulchritudinem corporum, & augmentum impedientes propter exceſſum laboris in eis. Lacedæmonij enim qui magnam curam habuerūt de eis, peccauerunt manifeſte in iſto peccato, faciētes eos efferatos in huiuſmodi operationibus, ac ſi huiuſmodi efferatio conferret maxime ad fortitudinem bellicam. Deinde cum dicit.

y ¶ Reprobat vſum & opinionem iſtorum. Et primo in hoc, quòd eos exercitabant tantum ad vnam virtutem. Secundo cū dicit. {Si.n. ambo &c.} quia nec ad illā bene. Vnde in prima parte dicit quòd prædictæ ciuitates ſic exercitabant pueros propter fortitudinem, quamuis manifeſtum ſit, ſicut dictum eſt prius, quòd non expedit futuros bene gubernare exercitari tantum ad vnam virtutem, ſed magis ad omnes. Si quidem fœlicitatem oportet habere omnes virtutes vt probatum fuit: ipſi autem tantum exercitabant eos ad vnam. Iterum dato quòd ſufficiat exerceri ad vnam maxime, non tamen ad hanc quam ipſi opinabantur, puta ad fortitudinem. Maxima enim expedit exercitari ad optimam virtutem. Optima autem virtus non eſt fortitudo, ſed aut iuſtitia, aut prudentia magis. Deinde cum dicit.

z ¶ Oſtendit, quòd neque ad hanc conuenienter exercitabant eos per duas rationes, quarum ſecundam ponit cum dicit. {Præterea ſcimus &c.} In prima dicit, quòd & ſi expedit pueros exercitari maxime ad fortitudinem ſecundum opinionem ipſorum, tamen nō bene inuenerunt agones & modos exercitandi ad ipſam, exercitantes eos in operibus ad crudelitatem & immiſericordiam, puta in homicidijs, rapinis, & alijs huiuſmodi. Et hoc apparet, quia neque illa animalia bruta magis aſſequuntur fortitudinem ſecundum veritatem quæcumque ſunt ſilueſtria, & crudelia magis, puta lupus aut draco, ſed magis illa quæ habent mores mitiores & leoninos, & ſunt magis aſſueta prędictis, ſicut leo qui fortiſſimus animalium dicitur eſſe & multas habere proprietates ſimiles proprietatibus quarundam virtutum. Et canes quidam qui ex hoc etiam nobiles dicuntur, nec etiam gētes quæ magis crudeles & immiſericordes ſunt, magis habent fortitudinem ſecundum veritatem, multæ enim inueniuntur quæ inclinantur vel ex natura quadam corrupta, vel ex conſuetudine ad interficiendum homines & comedendum carnes humanas. Sicut Achęi & Eniochi dicuntur & circa pontum habitantes, ſicut etiam Tartari. Similiter & aliæ gētiū non habitantium iuxta mare, quędā ſunt ſimiles prædictis. Quædam autē ſunt quæ inclinantur ad rapinas & latrocinia facienda, & tamē omnes iſtæ participāt parū fortitudine. Quare exerceri in huiuſmodi operibꝰ ad crudelitatem pertinentibus non eſt exerceri ad fortitudinem veram. Fortitudo enim vera habitus eſt in medietate conſiſtens, quæ circa timores & audacias ſufferentes faciens, & periculorum, & mortis quādo oportet, & vbi, & veri boni gr̄a ſecundum quam oportet, quādoq; aliquos aggredi, aliquādo refugere, aliquando interficere, & aliquando parcere. Exercitati autem in operibus feralibus, quāuis multum aggreſſiui ſint, non tamen boni gratia, non conſiderantes quando, & vbi oportet, nec etiā parcentes cuicumque. Deinde cum dicit.

*z Et ſi ad hanc, non tamen id conſequuntur, neque enim in aliis animalibus, atque in gentibus videmus fortitudinem adeſſe maxime efferatis, ſed potius manſuetioribus & leoninis moribus. Multæque ſunt gentes quę ad cædes hominum, & ad eorum comeſtionem inſultant, vt circa pontum Achæi & Eniochi, & ex mediterraneis aliæ gentes, ſimiliter his vel magis, quæ quidem gentes clanculum per inſidias latrocinantur, ad bellica tamen opera nihil valent.*

*Præterea ſcimus Lacones, dum ipſi ſoli exercebantur præſtitiſſe cæteris, nunc autem eſſe aliis inferiores. Non enim ob id præſtabant, quòd iuuentutem exercerent, ſed quòd ipſi exercitati contra non exercitatos pugnabant.*

*Itaque honeſtas, ac non feritas, eſt in certaminibus præferenda, neque enim lupus, neque alia beſtia honeſtum periculum pugnando ſubiret, ſed magis vir bonus. Qui uero adoleſcentes in hoc nimium tradunt, & in neceſſarijs abſque diſciplina dimittunt, uere illos ſordidos reddunt. At unum enim opus Reipublicæ utiles faciunt, & illud ipſum deterius, ut ratio oſtendit.*

aa ¶ Ponit ſecundā rationem dicens, ꝙ adhuc nos ſcimus ꝙ Lacedæmonij quamdiu exercitauerunt ſe in huiuſmodi laboribus, præualuerunt vicinis, præliantes aduerſus eos, nunc autem deficiunt ab alijs quibuſdam vicinis eorum in agonibus luctatiuis & bellicis non habentes artem luctandi & modum, & prudētiam bellandi, ſicut alij habent. Et ideo non dominātur nunc. Non enim differebāt prius ab alijs præualentes eis propter hoc per ſe, quòd exercitabant pueros ad habitus ferales. Sed quoniam exercitati in talibus habitibus pugnabant cum eis qui ad hoc nō ſtuduerant omnino: præualet enim aliquis, quandoque alicui, quia ipſe exercitatus eſt ad prælium. Alter vero nō, aut propter inexperientiam & inexercitium eius cui præualet, quamuis pręualens non habeat artem bellandi. Nunc autem vicini eorum exercitati ſunt in luctatiua arte & bellica. Et ideo præualent eis feralibus exiſtentibus, non exercitatis autem in artibus prædictis. Deinde cum dicit.

bb ¶ Concludit ex dictis, quòd magis exercitandi ſunt pueri in agonibus humanis & in ordinatis ad virtutem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Oportet autem nō ex proprio &c.} remouet obiectionem quæ poſſet fieri. Primo igitur dicit, quoniam prædictæ ciuitates non conuenienter erudiunt pueros exercitantes eos in feralibus operibus, manifeſtum eſt quòd magis expediens eſt, multum præexercitare eos in agonibus & actibus ad bonum deducentibus, quàm in feralibus, quia nec lupus nec alia aliqua fera, quantumcumq; crudeles ſint, non bene ſe haberent in experiendo aliquod periculum bonum. Similiter nec homo habens proprietates ipſorum propter declinationem a ratione recta ad alterum extremum, ſed vir ſtudioſus ſecundum rationem operans magis. Quicumque vero permittunt pueros exercitari in huiuſmodi, & ſine pedagogo in neceſſarijs faciunt eos ſordidos, hoc eſt depreſſos ſecundum intellectum, & magis intendentes bonum corporis, & diſponunt eos ſecundum veritatem ad vnum opus Reipublicæ, puta ad robur corporis, quāuis magis expediret eos eſſe diſpoſitos ad plura vel ad omnia. Et iterum ad illud vnum multo deterius diſponunt ipſos quàm alij ſecundum

ſecundum quòd dixit ratio vel ſermo prius. Sed quia aliquis poſ- F ſet dicere, quòd exercitatio in feralibus expedientior eſſet ciuitatibus quoniam antiqui in talibus exercitati præualuerunt alijs, ſicut Lacedæmonij hoc remouet. Conſequenter cum dicit.

cc ¶ Dicens, quòd de his quæ conueniunt ciuitatibus & Rebuſpublicis rectis, non debemꝰ iudicare ex operibus ciuitatum antiquarum & ex diſpoſitionibus priorũ hominum omnino, ſed magis ex his quę fiunt nunc. Antiqui enim pugnabant cõtra inexercitatos & inſuetos ad arma, cõtra quos non erat neceſſe habere multum exercitium & artem ipſorum: paruum .n. exercitati poterant eis præualere. Nunc autem homines ſunt exercitati in agonibus & vſu armorum magis; & ideo diſciplinæ & eruditiones in talibus nũc habẽt opus & locum magis cõtra tales quàm priꝰ haberent. Deinde cum dicit.

dd ¶ Manifeſtat quo ordine ſunt exercitãdi in iſtis. Et primo oſtendit, quòd vſque ad pubeſcentiam cõtinue erudiendi ſunt in facilioribus. Secũdo cum dicit. {Quãdo autem a pubeſcentia &c.} quod in ſequenti ætate exercitãdi ſunt in intenſioribus, & debent vti alimentis ſiccis magis quàm prius. In prima dicit, quòd cũ ex dictis manifeſtum ſit quòd pueri exercitãdi ſunt in luctatiua quæ inclinat ad habitus morales virtutũ, manifeſtum etiã poteſt eſſe, qualiter, & quo ordine sũt exercitandi, vſq; enim in finem pubeſcentiæ exercitãdi ſunt in leuioribꝰ exercitijs & moderatis magis reijcientes ab eis exercitium violentum, & labores qui ordinantur ad neceſſitatẽ vitæ, qui ad ſeruos pertinent, ita vt per violentiam per talia non fiat aliquod impedimentum ad incrementum & bonam diſpoſitionem corporis. Per labores enim immoderatos debilitantur virtutes & complexio. Signum autem, quòd exerceri in facilioribus valet ad bonam diſpoſitionem corporis, exerceri autem in violentis grauat, eſt quia ſi ponamus quòd aliquis vir exercitatus recte prius inueniat duos alios homines in violentis exercitatos in iuuentute, vt in olympionicis contingit, iſtum deuincere illos viros iam exiſtentes perfectos ſecundũ ætatem, quamuis pueros ſecundum fortitudinem, propter hoc quòd exercitia violenta & neceſſaria abſtulerunt ab huiuſmodi iuuenibus in prima ætate potentiam & vigorem. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat in quibus exercendi ſunt in ætate ſequenti, dicẽs, quòd quando fiunt apti ad alias eruditiones fortiores, puta poſt pubeſcentiam, vel poſt tres annos ſequentes vel circa, tunc expedit eos exercitari in exercitiis magis laborioſis, conuenientibus tamen ætati, ita vt ſicut natura magis & magis perficitur, ita plus & plus addatur ad exercitia proportionaliter, & tunc etiam expedit eis magis adminiſtrare alimentum ſiccum, quod magis diſponit ad fortitudinem. Sed cauendum eſt, quòd ſimul non exerceãtur in eis quæ pertinent ad bonam diſpoſitionem intellectus & ad bona corporis per ſe. Contrariantur enim ſibi inuicem & cõtraria operantur, & labor in exercitio corporali impedit intellectum, & labor in his quæ ad intellectum & diſpoſitionẽ corporis. Cuius ratio eſt, quia quandocumque aliquæ duæ potẽtiæ fundantur in aliqua ſubſtantia, vna intenſio in actu vnius remittit operationem alterius, quia omnis virtus diuiſa minor eſt ſeipſa vnita. Potentia autem ad operationem corporalem, puta ad augmentationem & nutritionem, & potentia intellectiua ad vnam ſubſtantiam pertinent. Et ideo intenſio in actu alterius impedit aliã.

cc Oportet aũt nõ ex prioribus operibus iudicare, ſed ex ijs quę quæ nunc. Contra agonizantes enim diſciplinæ nunc habent, prius autem non habebant.

dd Quòd quidem igitur vtendum luctatiua, & qualiter vtendum, confeſſum eſt, vſque ad pubeſcentiam enim leuiora exer- G citia afferendum violentum alimentũ, & eos qui ad neceſſitatẽ labores reijciẽtes, vt nullum impedimentum ſit ad incremẽtum. Signũ .n. nõ paruum quòd poſſunt hæc inſtituere. In Olympionicis .n. quidem vir duos vel tres inueniat eoſdem viciſſe viros & pueros, propter iuuenes inuoluntarios auferre potentiã a neceſſarijs exercitijs.

ee Qñ aũt a pubeſcentia annis H tribus ad alias eruditiones fiũt, tũc cõgruit & laboribus, & ſiccis alimentis ſubmittere ſequẽtem ætatem. Simul .n. intellectui & corpori laborare nõ oportet, contrarium .n. efficere natus eſt vterq; laborum impediens, qui quidem corporis labor, intellectum, qui autem huius, corpus.

*Oportet autem non ex prioribus operibus, ſed ex his quæ nunc fiunt, iudicare. Nam nunc quidem illi qui repugnant, diſciplinam habent, tunc vero non habebant.*

*Quòd igitur vtendum ſit gymnaſtica, & quomodo vtendum, confeſſum exiſtat. Vſque enim ad pubertatem leuiores exercitationes ſunt adhibendæ abſque victu illo violento, & laboribus coactis, ne corpora creſcere impediantur. Signum erit non paruum, quòd ita contingat, quia inter eos qui olympia vicerunt, duo vel tres tantum reperiuntur qui idem adoleſcentes, & uiri, ſint uictoriam conſecuti. Propterea quòd per exercitationes pueris adhibitas, ſublata ſit uis ac robur a uiolentis laboribus.*

*Poſt pubertatem uero, cum annis tribus ad alia perdiſcenda intenderint, tunc congruit & laboribus, & uictu neceſſario, illos occupare. Nam ſimul mente & corpore non oportet, cum ſeinuicem impedire nata ſint. Labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.*

## LECTIO II.

DE muſica autem quædã quidem dubitauimus ratione & prius, bene I autem habet, & nunc reſumentes ipſa producere, vt ſicut aditus fiat rationibus quas vtique aliquis dicet enuncians de ipſa.

b Neque .n. quam potentiã habet, facile de ipſa diſcutere, neque cuius gratia oportet participare ipſa, vtrũ ludi gratia & requiei, ſicut ſomno & ebrietate. Hæc .n. ſm̃ ſe quidẽ, neq; ſtudioſorum ſunt, ſed delectabilia ſi- K mulq; ſolicitudinem ceſſare faciũt, vt ait Euripides, propter quod & ordinant ipſam, & vtuntur ijs omnibus ſimiliter, vino, ebrietate, & muſica, ponunt autẽ & ſaltationem in ijs. Aut magis ad virtutẽ tendere ſm̃ aliqđ extimandũ muſicã, tamquã potentẽ, ſicut exercitatiua quale B aliqđ corpus efficere, & muſicã morẽ qualẽ quendã facere, aſſuẽſcẽtẽ gaudere recte ad deductionẽ, aut aliquid confert & ad prudentiam, etenim hoc tertium ponendum dictorum.

c Quòd quidem igitur oportet iuuenes non ludi gratia erudire, non immanifeſtum, non enim ludunt addiſcentes, cum triſtitia enim addiſcere.

d At vero neque in deductionẽ pueris & talibus ætatibus con- C gruit attribuere, neq; enim imperfecto conuenit finis.

e Sed forte vtiq; videbitur puerorũ ſtudiũ ludi gratia eſſe viris factis & perfectis. Sed ſi hoc eſt tale, cuius vtiq; gratia oportet addiſcere ipſos, ſed nõ ſicut Reges Perſarum & Medorum per alios facientes ipſum tranſumere delectationẽ & eruditionẽ, Etenim neceſſarium melius efficere opus eos, qui hoc ipſum fecerũt & artẽ ijs, qui tanto tẽpo- D re curauerũt, quãtũ ad addiſcere ſolum, ſi autẽ alia oportet celebrare ipſos, & circa negociũ pulmentorum ipſos oportebit præparare, ſed inconueniens.

## LECTIO II.

*DE muſica uero dubia quædam poſuimus antea, & nunc rectum erit illa reſumere, ut tamquam conſentanea fiat rationibus quas quid de ea dicens oſtendat.*

*Neque enim facile eſt demonſtrare quam potentiam habeat, neque cuius gratia illam adipiſci oportet, utrũ ſolatij cauſa & requietis, quemadmodum ſomnus & potus. Nam hæc per ſeipſa non ſunt honeſta, ſed iocunda, & ſimul ceſſare curas faciunt, ut inquit Euripides. Quapropter inſtituunt in illa, & vtuntur cunctis iſtis ſimiliter, ſomno, & potu, & muſica. In his quoque ſaltationem poſuerunt. An magis putandum eſt ad virtutem tendere muſicam, vt potentem. Quemadmodum gymnaſtica tale aliquod corpus reddit, ſic & muſica talem aliquem morem efficere aſſuefacientem poſſe recte lætari. An ad degendi rationem aliquid confert, & ad prudentiam: Nam hoc tertium ponendum eſt ex his quæ dicuntur.*

*Quòd igitur oporteat pueros non ſolatii gratia diſcere, manifeſtum eſt. Non enim ſolantur diſcentes, nam cum labore eſt diſciplina.*

*Atqui, nec degendi rationem pueris, neque illi ætati congruit attribuere; nulli enim imperfecto competit perfectio.*

*Sed forſan videbitur puerorum ſtudium ſolatii eſſe gratia viris factis & perfectis. Quòd ſi hoc tale eſt, cuius gratia oportet ipſos addiſcere, ac non potius inſtar Perſarum Medorumque regum per alios idem facientes, uoluptatis ac diſciplinę participes fieri, Etenim neceſſe eſt melius perfici ab his, qui hoc opus ſuum fecerunt & artem quam ab his, qui tanto ſolum tempore in eo laborauerũt quãto addiſcunt. Quòd ſi oportet in his eos laborare, ſimiliter, & circa epulorum apparatum oportebit utique eos addiſcere, quod eſt abſurdum.*

## LECTIO II.

POſtquam Philoſophus oſtẽdit q́ ſunt diſciplinæ in quibus conſueuerunt pueri erudiri in ciuitatibꝰ, & cuiꝰ gratia erudiẽdi ſint in eis. Regreditur nunc ad declarãdum certius cuius gratia erudiendi ſint in muſica, & quando & in quibus partibus eius. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & cauſam intenti. Secundo cum dicit. {Qđ igitur &c.} proſequitur. Circa primũ præmittit intentionem ſuam. Secundo cum dicit. {Neq; .n. &c.} aſſignat rationem ipſius, recolligẽdo quædam dicta prius. Primo igitur dicit quòd de diſciplina muſicę quædam dubitando rationabiliter diximus prius. Et ideo vt dubium certificetur, bene expediens eſt nunc producere ſermonem de ipſa reſumentes quæ dicta ſunt prius, vt ſint ſicut aditus rationibus, quas aliquis faciet determinando de ipſa. Deinde cum dicit.

b ¶ Recolligendo quædam dicta prius, aſſignat rationem intẽti dicens, quòd certius determinandum eſt de ipſa, quia non eſt facile cognoſcere de ipſa quam virtutem & potentiam, & cuius ſciẽtia habeat, & etiam vtrum participandum ſit ea, cauſa ludi & requiei, ſicut aliqui requirunt ſomnũ vel ebrietatem. Somnus enim & ebrietas ſecundum ſe, nec bona, nec ſtudioſa ſunt, vtrũque enim in potentia quadam eſt operationum, & tamen delectabilia ſunt hominibus. Somnus quidem propter remiſſionem laboris & requiem, ebrietas autem quia delectabilis eſt propter ſpirituum multiplicationem, & iterum faciunt ceſſare ſolicitudinem



dinem de agibilibus. Non enim ſolicitatur de agibilibus qui nõ conſiderat de eis. Somnus autem & ebrietas, conſiderationem remouent & rationis vſum. Et propter delectationem hanc & remotionem ſolicitudinis quidam ordinant ipſas, & vtuntur cõſimiliter ad iſta vino, ebrietate, & muſica, addunt autem aliqui iſtis ſaltationem. Nõ eſt igitur facile diſſerere de muſica an q̃rẽda ſit propter hoc. Aut magis exiſtimandum ſit ipſam valere ad virtutem tamquã potentem morẽ qualem quendam facere in aſſueſcendo recte iudicare & delectari ſecundum rationẽ, ſicut exercitatiua quale quoddã corpus efficit & diſponit ad virtutem. Ad deductionem autem & prudẽtiam cõfert aliquid, ſicut videbitur, etenim hoc ponendum eſt tertium eorum cuius gratia quærenda eſt. Eſt autem intelligendum, quòd ſonus harmonię muſicę primo comprehenditur ab auditu, & cum proportionaliter mouet ipſum & ſecundũ mediam rationem, in qua cõſtitutus eſt delectationem inducit, & huic delectationi poſſunt participare omnes. Sed vlterius in intẽſione ſoni harmoniaci intellectus conſiderat rationem & cauſam proportionis, quaſi aliquod intelligibile ſecundum ſeipſum, in quo eſt quædam perfectio intellectus, quam videtur hic Philoſophus vocare degendi rationem: & hæc eſt vna cauſa propter quam dicet ſtatim quærendam eſſe muſicam, ſcilicet propter cognitionem veritatis in ea, iſtam autem cognitionẽ veritatis de proportionibus muſicalibus conſequitur delectatio intellectualis, ſicut omnem operationem intellectualẽ. Et hæc eſt alia cauſa propter quam dicit Philoſophus eam eſſe quærendam, non tamen ſeorſum nominat eã a delectatione de qua dictũ eſt prius, vel a degendi ratione. Sed iudicium de proportionibus harmoniacis & delectatio conſequens ſunt de his quæ ſunt ſecundum rationem rectam, & ſimilia his quæ ſunt ſecundum virtutem. Et propter hoc exercitium in iudicando de ipſis, & in delectando circa ipſas eſt quodammodo exercitium ad ea quæ ſunt ſecundũ virtutem, ſicut dicetur conſequenter. Et ſecundum hanc viam muſica dicitur habere potentiam ad mores, & hoc eſt tertium, cuius gratia expedit ſecundum Philoſophum exercitari in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitur producens ſermonem de ipſa ad veritatis inquiſitionem. Et primo procedit circa prędicta diſputando. Secundo cum dicit. {Prima vero quæſtio &c.} magis determinando veritatem. Circa primum, primo arguit quòd pueri non ſunt erudiendi in muſica cauſa ludi, nec deductionis. Secundo cum dicit. {Eadem quoque dubitatio.} quod non propter virtutem. Circa primum, primo facit quod dictum eſt. Secũdo cum dicit. {Sed forſan videbitur &c.} ponit opinionem quorundam contra quoddam dictum & arguit in contrarium. Circa primum, primo arguit quòd non ſint erudiendi in ea cauſa ludi, dicens quòd ex ratione ſequenti manifeſtum eſt, quòd iuuenes nõ ſunt erudiendi in muſica cauſa ludi, ludus enim nõ quæritur niſi pro- A pter delectationem quę in eo eſt. Illud igitur non eſt quærendũ propter ludum quod delectationem non habet, ſed addiſcere in pueris delectationem non habet, eſt enim eis cum triſtitia, quia laborioſum, & quia non apprehendunt bonum quod eſt in eo: ergo ab eis non eſt quærendum addiſcere muſicam, vel quodcũque aliud propter ludum. Deinde cum dicit.

d ¶ Arguit, quòd nec propter deductionem dicẽs, quòd adhuc pueris, & alijs ætatibus ſimilibus ſecundum morem, pueris non oportet attribuere degendi rationem, quę eſt, vt dictũ eſt, perfectio intellectus in cognitiõe veritatis. Perfectio autẽ in cognitione veritatis quodammodo rationem finis habet, & ſecundum ſe bonum. Finis autem & bonum per ſe non congruũt pueris, & ſimilibus ſecundum ætatem hãc, quia finis ſecundum ſe debetur ei quod pfectum eſt, pueri autẽ & ſimiles ſecundum ætatem hanc imperfecti ſunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit opinionẽ contrariam cuidam dicto dicens primo, quòd forte aliter videbitur contra illud quod concluſum eſt per primam rationẽ, quòd pueri erudiẽdi & exercitãdi ſunt in muſica non gratia ludi, ſeu delectationis ſecundum ſenſum inexiſtentium, tũc quãdo erudiuntur vel exercitantur, tunc enim non inſunt ſicut concludit ratio, ſed futurorum in ætate perfecta quando erũt iam viri perfecti. Sed ipſe cõtra hoc arguit cum dicit. {Quòd ſi hoc tale &c.} dicens, quòd ſi propter delectationem futuram in ætate perfecta quærenda eſt muſica, non oportet ipſos futuros perfectos addiſcere ipſam cum ſunt pueri; ſed ſicut reges Perſarum & Medorum delectari in actibus muſicalibus exercitatis per alios cantatores, vel hiſtriones, non per ipſos. Similiter enim videntur delectari & erudiri cum exercentur per alios, ſicut cum per ſeipſos. Sed ipſe ſoluit rationem hanc cum dicit. {Et enim neceſſe eſt melius &c.} dicens, quòd immo E expedit magis ipſos pueros addiſcere & exercitari in ea propter delectationem futuram in ætate perfecta, quia eſt neceſſarium eos qui exercitati ſunt in operibus ſecundum aliquam artem, & ex illis acquiſierunt habitum ipſius, melius facere operationem, quæ ſecundum illam quàm hi qui laborauerunt aliquanto tempore in ea quantum addiſcere propter lucrum proprium, & delectationem aliorum, ſicut exercitatus in operibus cytharizandi, & ex hoc habens habitum, melius cytharizat & magis delectatur. Operationes enim conſuetæ, & quæ ſunt ſecundum habitũ magis ſunt delectabiles, ſicut innuit Philoſophus ſecundo Rhetoricorum. Dicit tamen interpres, quòd ante illam literam. {Etenim &c.} neceſſarium videtur ſibi aliquid deficere: conſequenter cum dicit. {Quòd ſi oportet &c.} arguit contra ſolutionem prædictam dicens, ſi oportet pueros addiſcere muſicam, quia melius operantur in ætate perfecta, & magis delectantur, tunc eadem ratione oportebit eos laborare circa præparationem pulmentorum & alia ſeruilia, vt melius ipſimet operentur & delectentur poſterius. Sed hoc eſt inconueniens, ergo & primum videbitur eſſe

F f Eandem autem dubitationē habet; & ſi pōt mores meliores facere, hoc enim quid oportet addiſcere ipſos, ſi non alios audientes recteque gaudere & poſſe iudicare, ſicut Lacedæmonij. Illi enim non addiſcentes tamē poſſunt iudicare recte, vt aiunt, bonas & non bonas melodiarū.

G g Eadem autem ratio vtiq;, & ſi ad bonam diurnationem & deductionem liberalem vtendum ipſa, quòd oportet addiſcere ipſos, ſed non alijs vtentibus frui.

h Conſiderare autem licet extimationem quam habemus de dijs, non. n. Iupiter ipſe cantat & cytharizat poetis, ſed etiā Banauſos vocamus tales, & agere non viri non inebriati aut ludentis, ſed forte de ijs quidem poſterius conſiderandum. H

i Prima autē quæſtio eſt: vtrum non ponendum in diſciplinam muſicam. Muſica, aut ponendū, & quid poteſt dubitatorū triū, vtrum diſciplinam, aut ludum, aut deductionem.

k Rationabiliter autem in omnia ordinatur & videtur participare, ludus enim gratia reqei eſt. Requiem autem neceſſariū delectabilem eſſe, eius enim quę per labores triſtitiæ medicina quædam eſt. Et deductionē confeſſe oportet non ſolum habere quod bonū, ſed & delectationē; fœlicitari. n. ex ambobus ijs eſt, Muſicam autem omnes eſſe dicimus delectabiliſsimorum, & nudam exiſtentem, & cum me- I

*Eadem quoque dubitatio cadit, ſi poſſit mores facere meliores. Quid enim opus eſt, eos hæc addiſcere, ac non ex alijs audientes recte lætari, & iudicare poſſe, quemadmodum Lacones, illi enim quanquam non didicerint, poſſunt tamen recte iudicare, vt aiunt, quæ ſit bona vel non bona melodia.*

*Eademque ratio foret ad ſolatium & ad rationem degendi ocii, libero homine dignam. quid enim, oportet eos diſcere ac non alijs utentibus frui.*

*Conſiderare hoc licet ex opinione quam habemus de alijs, non enim Iupiter cantat, aut cytharam pulſat ſecundum poetas, immo illos qui talia faciunt, appellamus viles, & opus illud non viri, neque ſobrij: ſed iocantis. At enim de his poſtea erit conſiderandū.*

*Prima vero quæſtio eſt, vtrum muſica ſit in ioco reponenda vel non, & quid poteſt efficere de his tribus, in dubitatione propoſitis, vtrum diſciplinam an ſolatium, an rationem ocij degendi.*

*Rationabiliter quidem ad omnia inſtituitur, & videtur omniū particeps: nam & iocus gratia requietis eſt, ac requietem neceſſe eſt eſſe iocundam, eſt enim medicina moleſtiæ illius, quæ per labores ſuſcipitur, & ratio degendi ocij non ſolum honeſtatem habere debet, verum etiam voluptatem. Fœlicitas enim ex ambabus iſtis eſt, muſicam vero omnes fatentur eſſe ex iocundiſſimis, ſiue nuda ſit, ſiue cum modulatiōe. Inquit profecto & Muſeus, carnem dulciſſimam rem eſſe morta-*

eſſe inconueniens, Sed manifeſtum eſt quòd non eſt ſimile, quia muſica & operatio quæ ſecundam ipſam liberales ſunt, & delectationem, & deductionem liberales habent quæ decent liberos, præparatio autem pulmenti & aliorum ſeruilium, nec deductionem, nec delectationem habent liberalem ſecundum ſeipſa, ſed ſunt ſeruilia, & ideo conueniunt ſeruis & nullo modo liberis. Deinde cum dicit.

f ¶ Arguit, quòd nō oporteat in ea erudiri iuuenes propter mores, per duas rationes, quarum ſecundā ponit cum dicit. {Conſiderare hoc.} Circa primum primo ponit rationem. Secundo cum dicit. {Eadem quoq; &c.} extendit eam ad probandum, quòd non valet ad deductionē liberalem. Dicit igitur primo, quòd eadē ratio q̄ dicta eſt prius facit dubitare, ſi muſica poteſt meliores ſecundum mores facere, & propter hoc addiſcenda ſit, non enim poteſt meliores ſecundum mores facere, niſi propter conſuetudinem iudicando & delectando, circa ea quæ ſecundū rationem ſunt. Sed ad recte iudicari & delectari proportionibus muſicalibus, nō oportet ipſoſmet addiſcere muſicam, audientes enim ab alijs iſta videntur poſſe facere ſicut Lacedæmonij, ipſi enim met non addiſcunt muſicam, & tamē poſſunt recte iudicare, vt dicunt melodias bonas & non bonas. ergo non oportet eam ipſoſmet addiſcere. Sed eſt intelligendum ꝙ mentiuntur Lacedæmonij dicentes ſe recte poſſe iudicare melodias, nō edocti pri⁹. Nullus enim recte iudicat niſi quæ nouit. Non nouit niſi quę accepit vel inueniendo per ſe, vel addiſcendo ab alio ſecundum Ariſt. in Elenchis, ergo nullus poteſt recte iudicare, niſi de his quæ didicit. Sumitur autem hic addiſcere, ſecundum quòd communiter ſe habet ad accipere ab alio, vel inuenire per ſeipſum, ad propoſitum enim non refert. Deinde cum dicit.

g ¶ Extendit eam ad probandum de deductione dicens, quòd eadem ratio dubitare facit, ſi vtendum eſt ipſa muſica addiſcendo eam propter deductionem & occupationem diuturnam, ſunt enim liberales. Poſſunt enim occupari & deduci æqualiter, vt videtur circa muſicalia & ipſis, & alijs operātibus. Deinde cū dicit.

h ¶ Ponit ſecundam rationem, & loquens ſecundum opinionē gentilium qui multitudinem deorum ponebant, inter quos Iouem principalem credebant, dicit quòd ad declarationem eius quod dictum eſt, expedit conſiderare exiſtimationem quam habemus de dijs, & de his quæ circa ipſos, & etiam ea quæ dicunt poetæ de ipſis. Iupiter enim qui exiſtimatur principalis ſecundū eos, & cui attribuunt actiones liberales non cantat, nec cytharizat poetis, hoc eſt poetæ non attribuunt ſibi has operationes, quamuis attribuant ei auditum & iudicium de talibus, ſed illos qui exercent operationes tales vocamus viles magis, & adhuc recte agere actiones liberales non intereſt viri inebriati, aut etiam ludentis. Sed cantans muſicalia, aut quaſi inebriatus eſt, aut ſicut ludens, ergo cantare muſicalia non eſt viri perfecti. Et poſſet hæc eſſe tertia ratio principalis, & adiungit quòd de his forte cōuenienter fiet conſideratio. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat veritatem circa prædicta, & primo reſumit dubitationes. Secundo cum dicit. {Rationabiliter &c.} diſſoluit eas. Dicit igitur primo, quòd prima quæſtio de muſica eſt, vtrum ſit ponenda diſciplina quædam ad virtutem moralem ſecundum ſe appetibilis, aut non, & quid poteſt, & quam virtutem habet. Iterū quæ dubitata ſunt prius, vtrum diſciplinæ, aut ludi, aut deductiōes. Deinde cum dicit.

k ¶ Diſſoluit prædictas dubitationes, manifeſtans quòd participandum eſt muſica propter tria prædicta; & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Vtrum aūt &c.} inquirit, vtrum debeat participare vtrique parti muſicæ, & ei quæ cōſiſtit in proportionibus ſonorū, quæ cantatiua dicit̄, & ei quæ in inſtrumētis quæ inſtrumentalis vocatur. Circa primum primo declarat quòd participandum eſt muſica propter ludum & deductionem Secundo cum dicit. {De cōmunione autem &c.} quod valet ad virtutem & mores, in his diſſoluuntur tria quæſita pri⁹. Circa primum primo facit quod dictū eſt. Secundo cum dicit. {Quæcumq;.n.} declarat propter qd plures requieſcūt in delectationibus, quæ ſecundum muſicam, & finē in eis ponūt. In prima parte dicit, quòd rationabile eſt addiſcere muſicam & ei participare propter tria prædicta ſcilicet ludum, deductionem & diſciplinam, & mores; & de ludo, & deductione, hoc manifeſtum eſt primo. Ludus enim propter requiem quæritur & gratia ipſius. Requies autem de neceſſitate delectationem habet ſibi adiunctam, quia requies medicina quædam eſt triſtitiæ inductæ per laborē prius, per ipſam enim eſt remiſſio laborioſi motus fatigantis, & triſtitiam inducentis. Remiſſio autem fatigantis & contriſtantis eſt delectabilis, deductio autem quæ eſt operatio quædam intellectus ſecundum rationem, non ſolum ſecundum ſe rationem boni & eligibilis habet, ſed etiam delectationem conuenientem, operatio enim cōnaturalis delectationem habet adiunctam, & fęlicitas aggregatur ex his duobus, videlicet ex perfecta operatione intellectuali & ex delectatione, ſed ex perfecta operatione intellectuali per ſe & eſſentialiter, ex delectatione autem ſicut ex conueniente per ſe, perficit enim delectatio fœlicitatem ſicut ſuperueniens finis, vt decor iuuentutem, ſicut dicitur Decimo Ethicorum. Ex quo manifeſtum eſt, quòd ex quo ludus ſecundum ſe delectationem habet, & deductio quoddam bonum intellectuale eſt, & delectationem habet ſecundum ſeipſam, & quicquid eſt bonum ſecundum intellectum, & ſecundum ſe delectationem habens, quærendum eſt quodammodo gratia ludi cuiuſdam & deductionis, muſica autem ſecundum ſe delectabiliſſima eſt, & nuda exiſtens, ideſt non cū melodia, & cum melodia: dicit enim



lodia, ait enim & Muſeus eſſe hominibus delectabiliſsimū cātare, propter quod in conuētus & deductiones rationabiliter aſſumunt ipſam, tamquam potentem lætificare, quare & hinc exiſtimabit vtique aliquis oportere ipſam erudiri iuniores.

B l Quæcūq; enim innocua delectabiliū non ſolū congruunt ad finem, ſed ad requiem. Quoniā autē in fine quidē accidit hominibus raro fieri, ſępe autem requieſcunt, & vtuntur ludis, non quātum ad plus, ſed & propter delectationem, vtile vtique erit requieſcere in delectationibus quæ ab ipſa.

m Accidit autem hominibus facere ludos, finem, habet enim forte delectationem quandam & finis, ſed non quantācumq;. C Quærentes autem hanc, accipiunt vt hanc illam: propterea quòd finis actionis habet ſimilitudinem quandam, finis enim nullius gratia futurorum eſt eligibilis, & tales delectationū nullius gratia futurorum ſunt, ſed factorum, laborum & triſtitiæ, propter quam quidē igitur cauſam quærunt fœlicitatē fieri per has delectatiōes, hāc merito vtique quis exiſtimabit cauſam.

n De eo autem quod eſt cōmunicare Muſica, non propter hāc ſolā, ſed neq; propterea quod vtilis eſt ad requies, vt videt̄, non ſolum, ſed quærendum, ne forte hoc quidem accidat. Honorabilior eſt aūt natura ipſius, quàm ſecundū dictā oportunitatē, & oportet non ſolum cōmuni delectatione participare ab ipſa cuius habent ſenſum omnes. Habet. n. Muſica delectationē naturalem, propter quod omnibus ætatibus & omnibus moribus vſus ipſius eſt amicus. E

o Sed videre, ſiqua & ad morē cōfert & ad animā, hoc aūt vtiq; erit palā, ſiquales quidā moribus ſumus per ipſam.

p At vero, ꝙ efficiamur quales quidam, manifeſtū per mul-

*libus. Quapropter & ad cætus familiarium, & ad vitam in ocio degendam rationabiliter illam recipiunt, vt potentem lætitiam afferre, vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris eſſe perdiſcendam.*

*Quæcumque enim iocunda ſunt, atque eadem innocua, non ſolum congruunt ad finem, verum etiam ad ceſſationem. Cum vero contingat hominibus perraro eſſe in fine, perſepe autem ceſſent, & vtantur iocis, non ob aliud modo, ſed etiam ob delectationem, utile foret requieſcere in his, quæ ab illa proueniunt uoluptatibus.*

*Contingit autem hominibus feciſſe iocos, finem, cum & habeat fortaſſe finis uoluptatem quandam, ſed non quamcumque, quærentes uero iſtam, accipiunt hanc pro illa, ex eo quòd cum fine agendi ſimilitudinem habet. Nam finis, gratia nullius futuri expetitur, & tales uoluptates nullius futuri gratia, ſed gratia eorum quæ anteceſſerunt, laborum ſcilicet & moleſtiarum. Per quam igitur cauſam quærunt fœlicitatem fieri, per huiuſmodi uoluptates, hanc utique aliquis rationabiliter exiſtimet cauſam.*

*De communione autem muſicæ, nō per hæc ſolum, ſed etiam quia utilis ſit ad ceſſationes ut uidetur, nec per eas modo. Sed inſuper quærendum, num aliquando aliud ex ea proueniat, precioſior quidem natura eius eſt, quàm ſecundum eum uſum de quo ſupra dicitur, & oportet non ſolum ab ipſa uoluptatem capere, quam percipiunt omnes ſecundum ſenſum, habet enim muſica naturalem uoluptatem per quam illius uſus cunctis ætatibus, cunctiſque moribus eſt acceptus.*

*Sed uidere, ſi quo modo ad mores extenditur & ad animum, id autem patebit, ſi aliquando tales aliqui ſecundum mores per illam efficiamur.*

*Atqui, quòd efficiamur per Olympi modulationem, manifeſtum eſt, ea*

A enim Muſeus quòd cantare delectabiliſſimum eſt homini, propterquod in conuentibus hominum & deductionibus rationabiliter vtuntur ipſa, ſicut potente inducere lætitiam & delectationem. Sunt etiam in ipſa theoremata, in quorum conſideratione conſiſtit bonum intellectus per ſe & delectatio, ergo manifeſtum eſt, quòd rationabiliter quærenda eſt gratia ludi cuiuſdam & deductionis, & propter hoc aliqs opinabitur ſecundū rationem, quòd expedit iuniores erudiri & aſſuefieri in ea. Quæcumque enim ſunt delectabilia ſine nocumento operantis vel alterius, nō ſolum cōuenientia ſūt ad finem inquantum augent operationē, ſed etiam ad requiē, inquantum permittunt triſtitiam, quæ a labore eſt. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, propter quid plures quærunt requieſcere in delectationibus muſicalibus & finem ponunt in eis. Primo facit primum. Secundo cum dicit. {Contingit autem &c.} ſecundum. In prima parte dicit, quoniam pauci homines attingunt ad finem vltimum vitæ humanę & raro, tum propter impedimenta ex parte naturæ, aut conſuetudinis, aut etiam exteriora, multi autem & frequenter requieſcūt, quia fugiunt naturaliter triſtitiam, quæ eſt ab operatione laborioſa quæ remittitur per ipſam, & vtūtur ludis muſicalib⁹, & alijs nō quantum ad plus, ideſt ad pluralia, ſed propter delectationem ſolam, vtile videtur eis requieſcere in delectationibus, quæ ſunt in actibus ipſius, ex quo enim non poſſunt attingere ad fœlicitatē, quæ in fine humano eſt, quærūt autem ipſam delectationem ꝑ ſe & requieſcunt in ea quæ ī ludo & muſica, ad iſtam enim attingere poſſunt. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat propter quid finem in ipſis faciunt, dicens ꝙ cōtingit homines facere ludos & delectationē quę eſt in eis, finem. Et ratio huius eſt, quia finis vitæ humanæ quandam habet delectationem, non quamcumque, ſed maximam. Similiter ludus & muſica habent quandam delectationem, & ideo quęrentes primam quæ in fine eſt, non attingentes, accipiunt illam quæ in ludis eſt muſica, pro ipſa quæ nobilior eſt. Nec hoc quòd iſta ſimilitudinem quandam habet vltimi finis. Finis enim vltimus non eſt gratia alicuius futuri, aut etiam facti eligibilis. Hoc enim dicimus finem vltimum, propter quod ſunt omnia alia, & ipſum non propter aliud. Delectationes etiam tales quæ ſunt in Ludis, aut muſica non quæruntur propter aliquod futurum, nec ſunt gratia ipſius, ſed magis gratia laboris & triſtitię factorum, vt remittantur vel exterminentur. Cauſa igitur propter quam aliqui quęrunt fœlicitatem & finem ſibi per huiuſmodi delectationes, hæc eſt, & hanc rationabiliter exiſtimabat aliquis, Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quòd participandū eſt muſicæ, quia aliquo modo diſponit ad virtutes morales, & primo præmittit intentum ſuum. Secundo cum dicit. {Sed videre ſiqua &c.} dat modum & ordinem conſiderandi. Tertio cū dicit. {At vero quod efficiantur &c.} proſequit̄. In prima parte dicit, quòd quærēdum eſt conſequenter, vtrum expediat communicare muſicæ non propter hanc cauſam ſolam, puta deductionē, ſed propter hoc, quòd vtilis eſt ad requiem operationis laborioſæ, & nō ſolum ad hoc, ſed quærendum eſt, quia forte prædicta accidunt ipſi, an natura ipſius honorabilior exiſtēs ordinetur ad aliquid honorabili⁹, quàm ſint dictæ oportunitates, oportet enim in muſica non ſolum communicare communi delectationi, quæ ſecundum ipſam eſt, quam ſentiūt vniuerſaliter omnes, talem enim delectationem naturalē habet quæ cauſatur ex motu proportionali auditus per actum ipſius, propter quod exercitium ipſius diligitur ab omnibus ætatibus & ab habentibus quoſcumque mores. ſed etiam videre oportet vlterius, ſi aliquid confert ad virtutem moralem, & ad operationem rectam quæ eſt ſecundum animam. Deinde cum dicit.

o ¶ Dat ordinem cōſiderandi dicens, ꝙ hoc ipſum, quòd aliquid confert ad mores & ad animā, manifeſtum erit, ſi quales quidam, hoc eſt, diſpoſiti ad mores efficiantur per ipſam, & hoc declaratum fuit prius, Deinde cum dicit.

p ¶ Proſequitur, & primo oſtendit, quòd quales quoſdam & bene diſpoſitos ad mores facit. Secundo cum dicit. {Palam quia docendum &c.} ex hoc concludit iuuenes debere erudiri in ea

Primum

ta quidem & alteram, non minime autẽ & per melodias Olympi, hę enim confeſſe faciunt animas raptas. Raptus autem eius qui circa animam moris, paſſio eſt.

q Adhuc autem audientes mutationum fiunt omnes compatientes, & ſine rythmis & melodijs ipſis.

r Quoniam autem accidit muſicam eſſe delectabilium, virtutem autem circa gaudere recte, & amare, & odire, palam quòd oportet addiſcere & aſſuefieri nihil ita, vt iudicare recte, & gaudere dicentibus moribus, & bonis actionibus.

ſ Sunt autem ſimilitudines, maxime penes veras naturas ĩ rythmis & melodijs iræ, & manſuetudinis, adhuc aũt fortitudinis & tẽperãtiæ, & oĩum cõtrariorum ijs, & aliorum moralium, palã autem ex operibus, tranſmutamus.n.animã audientes talia.

*namque abſtrahit animam, & quodammodo rapit: raptus vero & abſtractus animæ circa morem affectio eſt.*

G *Præterea audientes repreſentationem omnes afficiuntur, etiam ſine melodijs & verſibus.*

*Cum vero contigerit muſicam eſſe delectabilium, virtutem autem eſſe circa lætandum recte, & amare, & odiſſe, oportet profecto addſcere, & aſſuefieri ad nullam rem, adeo ut ad iudicandum recte, & ad gaudendum manſuetis moribus, & laudabilibus operibus.*

H *Sunt autem in rythmis & melodijs ſimilitudines, maxime penes ueras naturas iræ & manſuetudinis, ac fortitudinis, & temperantiæ, & contrariorũ his, & aliorum omnium quæ ad mores pertinent: patet id ab effectu, mutamus enim animum talia audientes.*

Primum oſtendit, primo per ſigna. Secundo cum dicit. { Quoniam autem accidit &c.} per rationem. Adducit autem duo ſigna, quorum ſecundum ponit cum dicit. {Adhuc autem &c.} In prima parte dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd per vſum muſicæ quales quidam & bene diſpoſiti ad mores ſumus, & per alia multa, & p melodias Olympi quibus ſacerdotes gentiles Iouis qui colebatur in Olympo monte Greciæ vtebantur in ſacris ipſius, ad deductionem colentium exercitandam. Per vſum enim iſtarum rapiebantur animæ hominum quaſi alienatorum a ſenſibus exterioribus & immobilium factorum propter intentionem animæ circa aliqd intrinſecũ. Raptus autem eſt paſſio quedã factiua moris, ſeu conſuetudinis circa animam ad aliquid ſimile. Ex quo manifeſtũ eſt, quaſi per ſignum quoddam, quòd melodiæ muſicæ quales quoſdam & diſpoſitos faciũt ad mores. Sed ad videndum qd ſit raptus & ſecundũ quam partem animæ & propter quam cauſam, eſt intelligendũ, quòd raptus proprie & principaliter dicts, motus quidã tractus eſt, tractus autem motus violentus eſt ab alio ad ſe vel ad alterum, ſicut dicitur. 7. Phiſicorum. Violentum autem eſt cuius principium eſt ab extra, non conferens vim paſſo. Et ideo raptus eſt motus alicuius præter inclinationem eius naturalem vel voluntariam a principio extrinſeco. Huiuſmodi autem violentia poteſt conſiderari vel quantum ad terminum & modum motus ſimul, vt cum ignis ab aliquo extrinſeco rapitur deorſum, vel quantum ad modum motus tantum, vt cum velocius propellitur ſurſum quàm natus ſit moueri. Deinde autem per ſimilitudinem hanc tranſlatum eſt nomen eius ad ſignandum motum hominis ſecundum animam ad aliquid, ad quod ſecundum ſe non habet inclinationem, vel eo modo quo non habet, ſed non ad quemcumque talem. Sed cum naturale ſit homini intelligere ex phantaſmatibus ſenſibilibus exterioribus ſecundum actum exiſtentibus tranſlatum eſt ad ſignificandum operationem intellectualem, qua homo fertur in aliquod intellectuale vel ſibi connaturale vel ſupra naturam per auerſionem ſenſuum ad interiora, & eorum immobilitationem. Ex quo apparet quid ſit raptus vt hic ſumitur. Eſt enim operatio partis animæ intellectualis, ſecundum quam ab aliquo extrinſeco fertur in aliquid non naturale ſibi, aut naturale per auerſionem & immobilitationẽ ſenſuum. Et quia operatio partis animæ appetitiuę eſt ſecundum eius inclinationem, & a principio intrinſeco non violento. Raptus autem econtrario, non poteſt eſſe operatio partis animæ appetitiuæ ſenſibilis vel intellectualis, cauſa autem ipſius per ſe & naturalis videtur eſſe intenſio vehemens animæ circa aliquid, quæ eſt vel ex vehementi deſiderio attingendi ad aliquid, vel fugiendi ab aliquo, vel vehemens adhæſio ad aliquid per dilectionem, vel delectationem, vel delectatio maxima circa aliquid. Ex hoc enim, quòd aliquis vehementer intendit circa aliquid intrinſecum contingit, quòd anima reuocet ſpiritum, qui eſt primum inſtrumentum ſenſus & motus ab exterioribus ad ſenſitiuum & cogitatiuum primũ, circa quæ magis tunc laborat. Hoc enim eſt de proprietatibus naturæ mittere ſpiritum ad locum vbi magis indiget, & per conſequens ſenſus exteriores & membra immobilitantur, & efficitur homo quaſi immobilis, & ſine ſenſu exteriori in actu, & tunc anima non laborans in ſenſu vel motu exteriori corporis quaſi libera ſpeculatur magis circa aliqua, quæ vel ſunt ſupra communẽ poteſtatem hominum, aut ſecundum naturam, non tamen cum ſenſu exteriori, quod eſt magis naturale, qui autem paucos & debiles ſpiritus habent & bene mobiles cum minori intenſione animæ circa aliquid intrinſecum rapiuntur. Nõ enim poſſunt pau- F ci ſpiritus & debiles, ſufficere ad motum fortem interiorem & exteriorem, ſicut accidit in mulieribus quibuſdam. Qui autem habent abundantes ſpiritus, non rapiuntur niſi cum vehementiſſima intenſione animę circa aliquid, ſicut in viris quibuſdam accidit. Vehemens autem deſiderium, ſeu dilectio vel delectatio quæ faciunt vehemẽtem intenſionem animæ vel cauſantur a vehementi conſideratiõe intellectus immediate vel ab aliqua ſuperiori cauſa immediate mouente voluntatem ipſam, vel ab interiori, ſcilicet cauſa ſuperiori mediante intellectu. Deinde cum dicit.

Ethi. 3. ca. 2 & 3.

q ¶ Cõfirmat id qđ dixit ſumpto loco ab eo quod minus videtur dicit enim quòd etiam audientes aliqua verba, quæ repreſentẽt aliquid aut triſte, aut iocundum afficiuntur, etiam ſi cũ nulla melodia, aut verſu exprimantur, quod tamen minus videbatur, ergo cum verbis adiũgitur melodia quę habet maiorem vim ad mouẽdum propter conformitatem ad animam, & potẽtiam auditus, multo magis per muſicam afficietur animus audientis ad diuerſas animi paſſiones. Deinde cum dicit.

r ¶ Hoc idem per rationem declarat. Videtur autem ratio ipſius eſſe hæc. Aſſuefieri iudicare recte de actionibus moralibus, & recte gaudere, & delectari in eis, eſt efficaciſſimum ad rectitudinem morum & actionum moralium: ſed aſſuefieri iudicare recte de harmoniis muſicalibus, & delectari ſecundum rationem in eis eſt aſſuefieri recte iudicare de actionibus moralibus, & delectari in eis recte, ergo hoc eſt efficaciſſimum ad rectitudinem actionum moralium. Iſtius rationis primo probat maiorem. Secundo cum dicit. { Sunt autem ſimilitudines &c.} minorem. Maiorem autem probat ſic, Quoniã muſicæ ideſt, actiões quæ ſunt ſecundum muſicam ſunt de numero delectabilium ſecundum ſe, ſicut dictum eſt prius, virtus autem moralis conſiſtit circa delectationes & triſtitias, amorem & odium, & circa alias huiuſmodi paſſiones, ſicut circa propriam materiam, circa quam quærit illud quod ſecundum rationem. Et medium eſt manifeſtum, quòd nihil oportet addiſcere, & nihil ita aſſuefieri ad generationem habituum moralium rectorum & actionum ipſorum, ſicut iudicare recte de motibus ipſarum paſſionum, & de his quæ circa ipſas, & delectari ſecũdum rationem in eis, cuius ratio eſt, quia ad rationem & generationem virtutis moralis requiritur recta ratio, per quam diſcernatur illud quod rectum eſt & ſecundum rationem, quas conſequitur delectatio proportionalis, ſicut apparet ex ſecundo Ethicorum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Probat minorem, videtur autem probare eam per rationẽ K hãc: Aſſuefieri iudicare de eo quod eſt ſimile actionibus & delectationibus moralibus, eſt aſſuefieri iudicare de ipſis actionibus moralibus & delectari in eis: ſed harmoniæ muſicæ ſunt ſimiles paſſionibus, & habitibus, & actionibus moralibus, ergo aſſuefieri iudicare & delectari recte in harmonijs muſicis, eſt aſſuefieri iudicare & delectari recte in habitibus & actionibus moralibus. Iſtius rationis primo ponit minorem cum quadam declaratiõe eius. Secundo cum dicit. { Aſſuetudo autem in ſimilibus &c.} maiorem & probationem eius. Tertio cum dicit. { Accidit autem ſenſibilium &c.} regreditur ad declarandum minorem. Dicit igitur primo, quòd paſſionum ſimilitudines, puta iræ & manſuetudinis, timoris & audacię, & huiuſmodi, adhuc autem & habituum ſicut fortitudinis, & temperantiæ, liberalitatis & illiberalitatis & huiuſmodi, & aliorum habituum contrariorum, his & vniuerſaliter aliorum moralium, puta electionum & operationum inueniuntur naturaliter in melodijs muſicalibus & rythmis. Melodiæ enim muſicæ & rythmi in quibuſdam determinatis proportionibus numerorum circa ſonos vel temperantiam



t Aſſuetudo aũt in ſimilibus ei quod eſt triſtari & gaudere prope eſt eo quod ad veritatem eodem habeat modo, puta ſiquis gaudet, imaginem alicuius videns, nõ propter aliam cauſam, ſed propter formã ipſam, neceſſarium huic illam viſionem cuius videt imaginem ſecundum ſe eſſe delectabilem.

v Accidit aũt ſenſibiliũ in alijs nullam quidem exiſtere ſimilitudinem ad mores, puta in tangibilibus & guſtabilibus, ſed in viſibilibus debiliter. Figurę enim ſunt tales, ſed ad modicum, & omnes tali ſenſu communicant. Adhuc autem non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, factæ figuræ, & colores morum, & hoc eſt a corpore in paſsionibus, non ſolũ, ſed quantum differt, & circa horum ſpeculationem, oportet non quæ Pauſionis cõtẽplari iuuenes, ſed quæ Polygnoti, & ſiquis alius pictorũ, aut ſculptorũ eſt moralis.

x In melodijs autem ipſis ſunt imitationes morum, & hoc eſt manifeſtum, mox enim armoniarum diſtat natura vt audientes aliter diſponãtur, ſed nõ eodẽ modo ſe habeant ad vtramq; ipſarum, ſed ad quaſdã quidem planctiuę & contrarie magis, velut ad eã que vocatur myxolydiſte, ad has aũt mollius mente,

*Mos autem dolendi, ac lætandi in ſimilibus prope eſt, vt erga veritatem eodem modo ſe habeat, ceu ſiquis gaudet, imaginem alicuius videns, non propter aliam cauſam, ſed propter formam ipſam, neceſſarium eſt huic & aſpectum ipſum illius, cuius imaginem contemplatur, eſſe iocundum.*

*Contingit autem in alijs quidem ſenſibilibus nullam exiſtere ſimilitudinẽ morum, vt in his quæ tactu vel guſtu percipiuntur, in his etiam quæ viſu, admodum parum, figuræ enim ſunt talia, ſed ad modicum, & omnes huiuſcemodi ſenſus participant, Inſuper non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, quæ fiunt figuræ & colores morum, & ſunt hæc a corpore in paſſionibus, attamen quantum refert circa horum viſionem, oportet pueros non figuras inſpicere Pauſonis ſed Polygnoti, & ſiquis alter pictor vel ſtatuarius ſit moralis.*

*At in melodijs ipſis ſunt imitationes morum, & hoc eſt manifeſtum, ſtatim enim harmoniarum diſtincta eſt natura, ita vt qui audiunt aliter diſponantur, nec eodem modo ſe habeant ad vnam quamque ipſarum, ſed ad quaſdam flebiliter & contracte magis, puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta, Ad quaſdam vero mollius ſecundum mentem, ceu ad illas quæ*

A etiam conſiſtunt, ſimiliter paſſiones animæ conſiſtunt in quadam determinata proportione agentis ad paſſum, & conſequuntur aliquam determinatam proportionem calidi & frigidi, humidi & ſicci, ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor, & timor infrigidatio quædam, habitus etiam morales in quadam determinata ratione appetitus ad rationem mouendi, virtutes etiã in quadam media ratione extremorum conſiſtunt. Similiter & omnia alia moralia, & hoc etiam manifeſtũ eſt ad ſenſum, qa audientes aliquas melodias, aut rythmos, trãſmutantur ſecundũ animam, aliquando quidem ad iram, aliquando ad manſuetudinem, aliquando ad audaciam, aliquando ad timorem, quod nõ eſt niſi ꝑpter aliquã ſimilitudinem iſtorũ ad illa. Deinde cum dicit.

t ¶ Ponit maiorem, & probat dicens, ꝙ aſſueſci gaudere & triſtari in eis quę ſunt ſimilia delectationibus & triſtitijs moralibus, eſt propinquũ ei quod eſt delectari in eiſdem, quia illud qđ eſt ſimile alicui, quaſi eodem modo ſe videtur habere ad veritatem ſicut illud, ſimilia enim parum diſtare videntur, ſimilitudo enim vnitas quædam eſt, talia autem accipit intellectus vt eadem frequẽter, ſicut dicitur ſecũdo Phyſicorum. Et ideo aſſuefieri in eis quæ ſunt ſimilia alicui, eſt aſſuefieri quodam modo in illo, v.g. ſi aliqs reſpiciẽs vel conſiderans imaginem formæ alicuius, puta Herculis, & delectetur in ipſa ſecundum quòd imago eſt forma illius, viſio formæ ipſius Herculis ſecũdum ſeipſam de neceſſitate erit ſibi delectabilis & magis, quoniam propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſicut dicitur primo Poſteriorum. Deinde cum dicit.

v ¶ Regreditur ad declarandum minorem, & primo tangit, ꝙ in ſenſibilibus ſecũdum alios ſenſus, aut nullæ, aut modicę ſunt ſimilitudines morum. Secundo cum dicit. { In melodijs autem ipſis &c.} declarat, quòd in his quæ ſunt ſecundum auditum, ſunt manifeſtæ. Circa primum eſt intelligẽdum, quòd in ſenſibilibus ſecundum vnumquemq; ſenſum, ſunt aliquæ ſimilitudines paſſionum & habituum moralium, & actionum, quoniam omnia ſenſibilia conſiſtunt in aliquibus proportionibus determinatis primorum ſuorum, quemadmodum paſſiones & habitus, & alia moralia. Adhuc etiam videmus, quòd ad aliquas alterationes factas ab ipſis ſenſibilibus ſecundum vnumquemque ſenſum mouemur ad aliquas actiões vel paſſiones morales bonas vel malas, quod non eſt niſi propter aliquam ſimilitudinem, quare in omnibus inuenitur aliqua ſimilitudo iſtorum, verum tamen non in omnibus æqualiter, cum enim omnia moralia ſequantur apprehenſionem aliquam ſecũdum rationem, rationabile videtur, quòd ſenſibilia ſecundum illos ſenſus quæ nos magis cognoſcere faciunt ſecundum rationem, maiorem habeant ſimilitudinem ſecundum quòd huiuſmodi ad moralia, tales autem ſunt viſus & auditus ſecũdum Ariſt. lib. de Senſu. Et ideo in ſenſibilibus ſecũdum iſtos ſenſus magis exiſtunt ſimilitudines morum, in tangibilibus autem quæ maxime materialia ſunt & prima ſecundum viam generationis minime, in guſtabilibus autem & odorabilibus modicè propter propinquitatem eorum ad tangibilia. Adhuc autem magis manifeſte inueniuntur in audibilibus quàm in viſibilibus, rationabile enim eſt, quòd in ſenſibilibus ſecundum illum ſenſum inueniantur magis manifeſte, qui magis faciunt ad cognitionem ſecundum rationem quam præexigunt omnia moralia in actu, ad hoc autẽ magis facit auditus ſecũdum accidens. Sermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ non ſecundum ſe ſed ſecundum accidens, ex nominibus enim conſtat, nominum vero vnũquodque ſimbolum eſt, ſicut dicitur libro prædicto de Senſu. Et iõ rationabiliter in audibilibus inueniuntur magis manifeſtæ ſimilitudines moralium in actu quàm ĩ viſibilib⁹. Adhuc autem audibilia fortius mouent quàm viſibilia & plurib⁹ modis: viſibilia enim mouẽt viſum ſola quadam alteratione tenui, & quaſi inſenſibili. Audibilia autem mouẽt ſecundum alterationem quandam, & ſecundum motum quẽdam localem medij & organi. Quare manifeſtius excitant paſſiones ſimilitudinem habentia. Hoc ſuppoſito dicit Ariſt. quòd in ſenſibilibus quæ ſunt ſecundum alios ſenſus contingit nullam exiſtere ſimilitudinem morum, ſicut in guſtabilibus & tãgibilibus. Similiter autem & odorabilibus. Dicit autem nullam, quia paucam, & immanifeſtam, qđ autem paucum & immanifeſtum eſt nihil reputatur, in viſibilibus autem inuenitur aliqua ſed debilis, figuræ enim quæ maxime comprehenduntur a viſu maxime videntur eſſe tales. Sunt enim quædam acutæ, quædam obtuſæ, ſicut & paſſiones, ſed ſecundum modicum ſunt ſimiles, & ideo non multum mouet hæc ſimilitudo. Et iterum omnia viſum habentia habent ſenſum huiuſmodi figurarum, & tamen non omnia attingunt ad mores, quod tamen videtur ſi proprie ſimilitudinem haberent ad ipſos. Iterum figuræ & colores non ſunt proprie ſimilitudines morum expreſſæ ſicut harmonię, ſed magis ſigna quædam coincidẽtia cum ipſis moribus, & talia ſigna morum bene contingit accipere in paſſionibus ſenſibilibus, non ſolum in viſibilibus, ſed in odorabilibus & tangibilibus & alijs. Sed differt ſecundum quantitatem, quia manifeſtius inueniũtur in viſibilibus quàm in alijs, & circa horum ſpeculationem quantum ad rectum iudicium & delectationem conuenientem oportet contemplari iuuenes, intendentes conſiderationem iſtorum propter mores, non figuras & picturas Pauſitoris, qui pictor erat imaginum repreſentantium turpia & inhoneſta, ſed eas quas Polignotus, qui pingebat figuras repreſentatiuas honeſtorum, & ſiquis alius fuerit pictor, aut ſculptor figurarum repreſentiuarum moralium. Deinde cum dicit.

x ¶ Declarat, quòd in audibilibus manifeſte inueniuntur ſimilitudines morum, & hoc primo declarat in melodijs muſicis. Secundo cum dicit. { Eodem modo habent &c.} declarat eodẽ modo ſe habere in rythmis. Tertio cũ dicit. { Ex his quidẽ igitur. } infert concluſionem principalem. In prima parte dicit, quòd in ipſis melodijs muſicalibus manifeſte inueniuntur imitationes morum, & hoc manifeſtum eſt, natura enim ipſarum harmoniarum

rum tantum differt, vt audientes ſtatim aliter & aliter diſponantur ſecundum paſſiones & motus, & non eodem modo ſe habeãt hoĩes in audiẽdo vnãquãq; ipſarũ, ſed in audiẽdo quaſdã efficiẽt plãctiui, & quaſi cõtracti per retractionẽ ſpirituum ad interiora, cuius eſt illa quam dicimus Lydiam mixtam, eſt autẽ Lydia mixta melodia vel cantilena ſeptimi toni, quæ propter acumen magnarum vocum, fortiter percutit ſpiritus & retrahit ad interiora, propter quod ad compaſſionem diſponit, alias autẽ audiẽtes, puta remiſſas, magis diſponũtur ad mollitiem, cuiuſmodi ſunt forte ea quæ dicitur lydia, quæ eſt melodia quinti toni, & ea quę dicitur Hypolydia, quę eſt ſexti toni, quæ propter remiſſionem vocum & motuum maxime ꝑ ſemitonia, q̃ frequenter accipiunt, manifeſte videmus mouere ad molliciẽ, alias aũt audiẽtes bene diſponuntur & conſtanter ſe habẽt in operibus. Talis autem eſt illa quæ dicitur Dorica ſola quę eſt cantilena primi toni, quæ maxime moralis eſt. Aliæ autem ſunt quę raptos faciunt, ſicut ea quæ dicitur Phrygia, quæ eſt melodia tertij toni, quæ propter fortem percuſſionem ĩ vocibus fortiſſime reuocat ſpiritus ab exterioribus ad interiora, quod diſponit ad raptũ, iſta enim dicuntur, & cõuenienter illi qui circa hunc ludum muſicæ philoſophati sũt, & accipiunt teſtimonia rationum ſuarũ ex ipſis operibus. Sic igitur apparet, quòd in melodijs maxime ſunt ſimilitudĩes morum, & quòd homines per ipſas diſponuntur ad eos, quod maxime videtur contingere propter duo, quorum alterum accidit ex parte operationis vel conſequentis ipſam operationem animæ. Senſus enim auditus in quadam media ratione conſiſtit. Et ideo cum mouetur a ſono ſibi proportionabili, eſt delectatio ſecũdum ipſum ſenſum, cum etiam ratio in auditu ſecundum actum iudicat mediam rationẽ ſonorum, & in intelligendo eſt delectatio intellectualis proportionalis delectationi, quæ eſt in operibus moralibus conſiſtentibus in eadem proportione, delectatio autem in aliqua operatione adauget operationem illam, ſicut dicitur in. 10 Ethi. & per conſequens eam quæ ei aſſimilatur. Alterum autem ex parte diſpoſitionis materiæ & organi, quoniam ſpiritus organũ eſt primum omnium virtutum animæ & ſenſitiuarum & motiuarum, & ideo diuerſus motus ſpirituum vel per alterationem, vel per hanc & motum localem ex quibus contingit contractio vel ebullitio vel expulſio, diuerſimode diſponitur homo ad paſſiones vel actiones. Hoc autem modo harmoniæ muſicæ maxime poſſunt mouere ſpiritum diuerſimode ſecundum diuerſitatẽ earum. Deinde cum dicit.

y ¶ Declarat idem de rythmis dicens, ꝙ eodem modo ſe habẽt illa quæ circa rythmos. Quidam enim ipſorum habent virtutem per quam diſponunt ad morẽ ſtabilẽ. Alij aũt per quam diſponunt, & ad inſtabilẽ. Et iterum quidã ipſorum habent motus ad

puta ad remiſſas, medio autem modo & conſtanter maxime ad alteram, quale videtur facere quæ doriſtæ ſola armoniarum, raptos autem quæ phrygiſtæ, hoc enim bene dicunt qui circa ludum hunc philoſophati ſunt, accipiunt enim teſtimonia rationum ex ipſis operibus.

G

y Eodem modo habent & quæ circa rythmos, ij quidem habent enim morem ſtabiliorem, ij autem motiuum, & horum ij quidem honorabiliores habent motus, ij autem liberiores.

z Ex ijs quidem igitur quòd poteſt morem animæ qualem quẽdam muſica facere.

aa Palam, quia docendum & erudiendum in ipſa iuuenes, eſt autem congruum ad naturam tantillum doctrinę muſicæ, iuuenes quidem enim propter ætatẽ indelectabile nihil ſufferunt volentes. Muſica autem naturę delectabilium eſt, & quædam videtur cognatio armonijs & rythmis eſſe, propter quod multi aiunt ſapientum, ij quidem armoniam eſſe animam, ij autem habere.

H

bb Vtrum autẽ addiſcere eoſdem cantantes & manu operantes, aut non, ſicut dubitatum eſt prius, nunc dicendum.

I

cc Nõ ĩ manifeſtũ, ꝙ multã hẽt differẽtiã ad fieri quales quoſdã, ſi qs ipſe cõicet operib⁹, vnũ enim aliq̇d impoſſibiliũ, aut difficiliũ eſt eos q̇ nõ cõicauerunt operibus, iudices eſſe ſtudioſos.

F

*ſunt remiſſæ. Ad aliam vero mediocriter & compoſite plurimum, vt videtur dorica facere omnium harmoniarum, phrygia vero diſtrahit ac rapit animum, & quaſi extra ſe ponit. Hoc enim recte dicunt qui circa huiuſmodi diſciplinam philoſophantur. Capiunt enim verborum teſtimonia ex rebus ipſis.*

*Eodem modo ſeſe habet circa rythmos. Alij enim morem continent grauius. Alij concitant, alij violentiores afferunt motus, alij liberiores.*

*Ex his igitur patet, quòd muſica poteſt animi morem aliquem facere.*

*Quòd ſi hoc poteſt muſica, clarum eſt quòd ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda, & in ea pueri ſunt inſtituendi. Congruit autem naturæ huiuſmodi diſciplina. Nam pueri propter ætatem nihil ferunt ſponte, quod non habeat in ſe iocunditatem. Muſica uero ex his eſt quæ ſunt iocunda ſecundum naturam, & videtur cognatio quædam eſſe nobis cum harmonijs & rythmis. Quapropter multi ſapientum dixere. Alij quidem animum eſſe harmoniã, alij vero habere harmoniã.*

*Vtrum autem addiſcere eos oportet cantando, & manibus agendo, uel nõ quemadmodum prius dubitatum eſt, nunc erit dicendum.*

*Non eſt obſcurum intereſſe multũ ad hoc, ut efficiamur aliquales, ſiquis operum ipſe ſit particeps. Nempe impoſſibile eſt, uel certe admodum difficile, ut qui opera ipſa non tractat, perite ualeat iudicare.*

onerosa & illiberalia magis. Alij autem ad delectabilia & liberalia. Eſt autem rythmus numerus ſyllabarum determinatus in oratione ſimili fine terminatus. Deinde cum dicit.

z ¶ Infert concluſionem principalem dicens, quòd ex his quæ dicta ſunt, manifeſtum eſt quòd muſica qualem quendam & bene diſpoſitum ad morẽ poteſt facere, quare manifeſtum eſt ꝙ vtilis eſt ad mores. Deinde cum dicit.

aa ¶ Concludit ex dictis iuuenes debere erudiri in ea adiungẽdo nouam rationem ad hoc, & dicit, ſi muſica qualem quendã & bene diſpoſitũ ad mores nata eſt facere. In eo autem quòd diſponit ad mores, expedit iuuenes erudiri & aſſuefieri in muſica. Eſt etiam diſciplina muſicæ conueniẽs naturę puerorum tãtillæ & paruæ exiſtẽti propter aliam rationem. Iuuenes .n. non poſſunt ſuſtinere aliquid indelectabile, vel contriſtans propter ætatem, habent enim operationes ſenſuũ perfectas propter vigorem virtutum. Tales autem operationes cõſequũtur fortes delectationes, & ideo fortiter delectantur, nec poſſunt ſuſtinere triſtitias. Harmoniæ autẽ muſicæ ſunt de natura delectabilium. Similiter autẽ & rythmi. Eſt enim quędã ſimilitudo naturalis rytmorum ad harmonias. Vtrumque .n. cõſiſtit in proportionibus numeralibus, & quia harmonia eſt delectabilis ſecundũ ſe, multi antiquorum ſapientum dixerunt. Alij animam eſſe idẽ quod harmoniã, alij autẽ habere harmoniam, ſicut Plato & ſequentes ipſum, dicentes animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Deinde cum dicit.

bb ¶ Inquirit, vtrum oporteat participare muſicam quantum ad actum vtriuſque partis eius, cantatiuę, ſcilicet & inſtrumentalis. Et primo manifeſtat ꝙ ſic. Secundo cum dicit. {Dicens autem, & non dicens &c.} declarat ꝙ differenter oportet ſe habere quantum ad hoc, ſecundum diuerſas ætates. Circa primum primo pręmittit dubitationem, dicens quòd poſt ea quæ dicta ſunt eſt conſiderandum, vtrum opportunum ſit ad bonam diſpoſitionem ciuium eoſdem addiſcere muſicam & exercitari in ea quantum ad vtendum actu, ideſt cantando & manu operando, hoc eſt tangẽdo organa, aut non, ſecundum quòd propoſitum fuit prius. Deinde cum dicit.

K

cc ¶ Diſſoluit eã, oſtendẽs ꝙ expedit cõmunicare muſicã ſecundum vtrũq; modum per duas rationes. Quarum ſecundam tangit cũ dicit. {Simul aũt &c.} Primo igitur dicit, ꝙ manifeſtũ eſt, quòd cõmunicare actibus muſicalibus magnã differentiã ſecundũ præeminentiam habet ad faciendum iuuenes, quales quoſdã & bene diſpoſitos. Studioſum enim iudicium de moralibus vel de eorum ſimilibus multum valet ad bene diſponendum eos ad mores, ſicut dictum eſt prius. Sed ex hoc, quòd aliquis communicat operibus muſicæ ſtudioſius iudicat de eis quæ ſunt ſimilia moribus. Vnum enim de numero impoſſibilium eſt, aut valde difficillimum



difficillimum eſt illos iudicare de agibilibus bene, qui non communicauerunt operationibus. Studioſum enim iudicium eſt per facilem & delectabilem reductionem in principia prima. Facilis autem & delectabilis reductio in principia non eſt niſi per habitum inclinantem ad modum naturæ, qui generatur in nobis ex frequenti operatione. Et iterum ad rectitudinem iudicij exigitur certitudo q̃ maxime videtur in agibilibus cauſari ex operibus. Opportunum eſt igitur participare muſicam quãtum ad actus operationes. Deinde cum dici.

dd ¶ Ponit ſecundã rationem dicens, ꝙ ſimul cum eo quod dictum eſt, quòd oportet pueros mobiles exiſtentes habere aliquid circa quòd occupentur. Et ideo cõuenienter introductum eſt inſtrumentum quod dicitur Architæ tabella ita dictũ ab inuentore Archita quem attribuũt pueris, vt circa iſtam occupati nõ deſtruãt aliquid eorũ quæ in domo ſunt. Iuuenes enim propter multitudinem motuum in eis exiſtentium, propter ætatem quieſcere nõ poſſunt. Et propter hoc ludius illius tabellæ cõueniẽs eſt, eis ſaltem ad occupationẽ. Diſciplina autem, ideſt rectus vſus ipſius reſeruanda eſt magis prouectis ſecũdum ętatem, qui magis diſcernere poſsũt quid eſt ſecũdum artem & quid non. Quòd igitur expediat iuuenes erudiri in muſica per cõmunicationem operum, manifeſtum eſt. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat, quòd differenter oportet ſe habere in hoc ſecũdum ætates diuerſas, ſimul cum hoc remouendo quandam increpationẽ adductã in contrarium prius. Et primo præmittit intentum ſuum. Secũdo cum dicit. {Primo quidẽ &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quòd in vſu muſicę quid ſit decens & non decens ſecundum ætates diuerſas, puta iuuentutis & ſenectutis non eſt difficile ſapientem determinare, nec etiam ſoluere rationem opinantium exercitium in muſica inutile & ſordidum eſſe. Deinde cum dicit.

ff ¶ Proſequitur, & primo primum. Secundo ſecundum, cum dicit. {De increpatione autem facta &c.} primo igitur dicit, quòd exercitium in his quæ ſecundum muſicam non æqualiter competit, nec eodem modo ſecundum omnem ætatem. Primo enim hoc manifeſtum eſt, ꝙ operibus muſicæ cantatiuæ. ſ. & inſtrumẽtalis oportet participare propter rectitudinẽ & certitudinẽ iudicij, qđ ſm ſe bonum & delectabile eſt, ſicut quædam perfectio intellectus & in ordine ad mores, ſicut dictum eſt prius. Iuniores autem rectitudinem iudicij ſimpliciter habere non poſſunt propter motum multum exiſtentem in eis, & propter inexperiẽtiã. Poſſunt tñ multũ laborare. Seniores aũt ecõtrario, minus laborare poſſunt. Rectius aũt iudicare propter quietationẽ & experientiã. Et ꝑꝑ hoc opportunũ eſt iuuenes participare muſicã vtendo operibus, & cantãdo & inſtrumenta tangẽdo. Seniores exiſtẽtes opera ipſa dimittere propter debilitatem. Audiendo autem bene poſſe iudicare rationes harmoniarũ propter virtutẽ & ꝑfectionem intellect⁹, & delectari recte conſequẽter, propter hoc ꝙ eruditi ſunt prius in his in iuuentute. Deinde cum dicit.

gg ¶ Intendit remouere increpationem quorundam volentium excludere muſicam a iuuenibus. Et primo tangit ex quibus contingit eam remoueri. Secundo cũ dicit. {Manifeſtũ igitur &c.} declarat quę & qualia oportet iſta. Primo igitur dicit, ꝙ non eſt difficile diſſoluere increpationẽ ꝑ quam quidam increpant muſicã & vſum ipſius. Illud enim rationabiliter increpãdũ videtur, qđ iuuenes viles facit & male diſpoſitos ſecundũ intellectum, hoc aũt facit muſica & vſus ipſius, vt dicũt. Quædam enim melodiæ ad molliciem diſponunt, quædam autẽ ad iram, quædam ad alia quę diſtrahũt ab operibus ſecundũ rationẽ, & ideo rationabiliter increpãda eſt. Non eſt inquit, difficile ſoluere ipſam cõſiderãdo, vſq; ad quãtum oportet communicare muſicam eis q̇ intendunt ordinare actiones puerorũ ad bonum ciuile, nõ.n. quantumcumq; communicandum eſt ei, ſed inquantum vtilis eſt ad Remp. & conſiderãdo qualibus melodijs & qualib⁹ rythmis cõmunicãdũ eſt. Adhuc etiã in qualibus organis erudiendum & exercitandũ. In iſtis enim eſt differentia quędam ad propoſitum, & in ipſis eſt ſolutio increpationis propoſitę. Nihil enim prohibet, immo manifeſtum eſt melodias & rythmos & organa aliqua male diſponere iuuenes ſecundum intellectum & viles facere. Alia autẽ bene diſponere ad intellectum & mores. Et ideo expedit conſiderare quibus organis melodijs & rythmis vtendum eſt ad bonũ intellectus & mores, & quibus non. Et per hoc tolletur prædicta increpatio. Deinde cum dicit.

hh ¶ Declarat quæ & qualia oportet eſſe muſicalia, quibus vtendũ ad bonũ intellectus & mores. Et primo in vniuerſali. Secũdo cũ dicit. {Palã aũt ex ijs &c.} in particulari. In prima parte ipſe dicit, ꝙ manifeſtũ eſt, ꝙ eruditionẽ & vſum ipſius muſicæ oportet eſſe tantũ & talẽ, & per talia vt non impediant hominem, ad actiones ciuiles futuras, neq; faciãt corpus ipſius male diſpoſitũ ad operationes intellectus & inutile ad bellicas opportunitates,

dd Simul autẽ, & oportet pueros habere quandã occupationẽ, & archyte platagẽ quã dãt pueris, quaten⁹ vtẽtes hac nihil deſtruant eorum quæ in domo, non.n. poteſt ꝙ iuuene quieſcere, hic quidẽ igitur eſt congruẽs paruis ludorum, diſciplina autẽ platagæ maioribus iuuenũ. Quòd quidẽ igit̃ erudiendũ muſicam, ita vt cõmunicetur omnibus, manifeſtum ex talibus.

B

ee Decens autem, & non decẽs ætates, non difficile determinare, & ſoluere ad dicentes banauſam eſſe curam.

ff Primo quidem enim, quoniã gratia iudicij oportet participare operibus, propter hoc oportet iuuenes quidem exiſtentes vti opib⁹, ſeniores aũt factos, opera q̇dẽ dimittere, poſſe ãt bona iudicare, & gaudere recte, ꝑꝑ eruditionẽ factam in iuuentute.

C

gg De increpatione aũt facta, qua quidẽ increpãt tãquã faciẽte muſica banauſos, nõ difficile ſoluere, cõſiderãtes vſq; ad quãtũ operibus cõmunicandũ ijs q̇ politizant ad virtutẽ politicã, & qualibus melodijs, & qualibus rythmis cõmunicandũ. Adhuc aũt in qualib⁹ organis eruditionẽ faciendũ, etenim veriſimile hoc differre, in ijs.n. ſolutio eſt increpationis, nihil enim prohibet modos quoſdam muſicæ operari quod dictum eſt.

D

hh Manifeſtũ igitur quòd oportet eruditionem ipſius, neq; impedire ad poſteriores actiones, neq; corp⁹ facere Banauſum & inutile ad bellica & politica exercitia, ad vſus quidẽ, iã, ad eruditiones aũt poſterius. Accidit aũt vtiq; circa eruditionem, ſi neque qui intendunt ad agonẽ technicos elaborauerunt, neq;

A

*Et ſimul opus eſt, vt pueri habeant exercitationem aliquam. Et Architæ tabella recte reperta eſt, quam pueris dant, vt in ea occupati, illa quæ ſunt domi non frangant. Neſcit enim pueritia quieſcere. Hic eſt ergo infantibus conueniens ludus. Diſciplina vero maioribus tamquam tabella quædam. Quód igitur docendi ſint muſicam ita, vt in opere ipſo verſentur, ex his patet.*

*Quid autem deceat vel non deceat ſecundum ætates, non difficile eſt determinare, ac reſpondere vituperatoribus, vile hmõi exercitiũ eſſe dicẽtib⁹.*

*Primum igitur cum iudicandi cauſa ſint hæc opera perdiſcenda, oportet in pueritia illis operam dare. In maiori uero ætate exercitationem eorum dimittere, tantummodo autem iudicare poſſe per diſciplinam adeptam, ac lætari recte.*

*Vituperatoribus autem qui aiunt ſordidos, ac uiles muſicam facere, non difficile eſt reſpondere, ſi conſideremus quouſque illi opera danda ſit, ab his qui ad uirtutem ciuilem erudiuntur, & quæ melodiæ, quæ rythmi ſint addiſcendi, & præterea quibus inſtrumentis percipiatur. Nam in eo quidem plurimum refert, conſiſtitque in his obiectionis ſolutio, nihil.n. uetat modos quoſdam muſicæ illud quod aiunt efficere.*

*Clarum eſt igitur oportere diſciplinam eius, neque impedimentum afferre cæteris operationibus, neque corpus efficere inutile ad bellicas ciuileſque exercitationes. Ad uſus quidem iam, ad diſciplinas uero poſtea. Erit autem hoc, ſi neque hic in illis laborabunt quæ ad certamen artificij pertinent, neq; circa admirabilia quædã, & ſuperflua, quæ in certamina prius,*

E

& ciuilia exercitia propter debilitationem ad exercitium quidē F & paulatinam aſſuefactionem nunc, ad eruditiones autem prædictas poſterius. Omnia enim quę circa iuniores ſunt, oportet commenſurari & determinari ſecūdum hoc quòd vtilia ſunt ad finem Reipu. quod eſt bonum perfectum ſecundum intellectum.

q. mirabilia & ſuperflua operū, q̄ nūc venerūt ad agones, ex agonibus aūt ad eruditionē, ſed talia quouſq; vtiq; poſsint gaudere bonis melodijs & rythmis, & nō ſolū eo qđ cōe muſicæ, ſicut & aliorum quædam animaliū, adhuc autem & multitudo hūmilium & puerorum. G

ij Palā aūt ex ijs & quibꝰ organis vtendū, neq;.n. fiſtulas ad diſciplinam adducendū, neque aliud aliquod organicū, puta cytharam, & ſiquid tale alterū eſt, ſed quæcumque facient ipſorū auditores bonos, aut muſici ludi, aut alterius.

kk Adhuc autem non eſt ipſa fiſtula morale, ſed magis iræ excitatiuum. Quare ad talia tempora ipſa vtendum, in quibus H ſpeculatio poteſt purificationē magis quàm eruditionem.

ll Apponamꝰ aūt qđ accidit ipſi contrariū ad diſciplinā, & prohibere vti ratione fiſtulationē, propter qđ bene reprobauerūt priores ipſius vſum a iuuenibus & liberis quàmuis prīo vſi fuiſſent ipſa. Magis.n. vacātes facti propter abundātias & magnanimiores ad virtutē. Adhuc & prius, & poſt medica ſapientes facti ex operibus, omnē ſequebantur eruditionē nihil diſcernētes, ſed ſuper inquirentes ꝑꝑ I qđ & fiſtulatiuā adduxerunt ad eruditiones, etenim in Lacedæmonia quidā chori ductor fiſtulauit choro & circa Athenas ita deuenit. Quare ferè plurimi liberorū participāt ipſa, palā aūt ex titulo quē ſtatuit Thraſippus Elephantidi, cū chorū duxiſſet, poſterius autē reprobata eſt ꝑ experientiā ipſam melius potētibus iudicare qđ ad virtutem, & qđ nō ad virtutē tendit. Similiter aūt & multa organorū an- K tiquorū, puta pictides & barbiti, & q̄ ad delectationē faciūt audietibꝰ vtētiū, Septigona, & Trigona, & Sambucæ, & oīa quæ indigent manuali ſcientia.

*& de certaminibus in doctrinam venere. ſed eo vſque, vt gaudere valeant probabilibus melodiis, & rithmis, & non communi ſenſu muſicæ ſolum, vt animalia quædam, & turba ſeniorum, ac puerorum.*

*Patet etiam ex his quibus inſtrumentis ſit utendum: neque enim tibiæ ſunt in diſciplina recipiendæ: nec aliud artificioſum inſtrumentum: ut cythara: & ſiquid aliud tale. Sed quæcūque faciunt auditores bonos uel muſicæ diſciplinæ, uel alterius.*

*Inſuper tibia non eſt morale, ſed potius ſuſcitatiuum & concitatiuum. Itaque ad huius tempora eſt utendū illa in quibus ſpectacula magis purificationem patiuntur, quàm diſciplinam.*

*Adiungamus autem & illud quod contrarium diſciplinæ efficit, impediens ratione uti per tibiarum ſonum, Quapropter bene reprobauerunt illarum uſum antiqui: licet prius uſi fuiſſent. Studioſiores enim facti propter diuitias & animoſiores ad uirtutem poſt uictoriam contra Medos habitā: ac ex rebus geſtis magnum de ſe opinantes diſciplinam omnē arripuerunt, nō iudicantes, ſed experientes. Quapropter tibiarum quoque uſus tunc receptus eſt. Nam & apud Lacedæmonios quidam qui ludos exibebat, ipſemet tibiis modos fecit: & Athenis eouſque in conſuetudinem uenit, ut fere ingenui omnes addiſcerent, Quod patet ex tabula a Thaſippo poſita, cum ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea uero in deſuetudinem abiit, & improbari cepta eſt, cum iam melius per experientiam iudicare poſſent, quid ad uirtutem pertineret, & quid non. Eodemque modo permulta inſtrumentorum antiquorum improbata ſunt, ueluti pectades, & barbiti, & quæ ad uoluptatem audientium intendebant, heptagona & trigona & ſambucæ, & & cuncta quæ indigent perita manuū geſticulatione.*

Contingit autem bene ſe habere iuuenes circa eruditionem in muſicalibus, ſi illi q. incipiunt ire ad agones non elaborauerint in cognitis organis laborioſis & grauantibus corpus ad motum, labore immoderato grauante corpus & virtutē eorum, nec etiam exerceant ſe in mirabilibus & ſuperfluis operibus qui nunc deduxerunt ad ludum agonaſticum, & ex eo deuenerunt ad eruditionem volentes iuuenes erudiri in eis, ſed magis ſi exercitētur in facilioribus & moderatis laboribus, cantibus, & organis muſicalibus vſq; ad hoc quòd poſſint delectari recte in harmonia muſica & rythmis conſiderantes, & non ſolum in communi muſica in qua omnes ſenſum habētes delectantur, ſicut quędā animalia bruta & multitudo puerorum, & etiam viliū hominum ſiue ſeruilium. Deinde cum dicit.

jj ¶ Declarat in ſpeciali quæ & qualia oportet eſſe muſicalia, & in quibus exercitādum eſt ad mores. Et primo declarat, quæ & qualia oportet eſſe organa in quibus exercitandum eſt. Secundo cū dicit. { Cōſiderādū adhuc &c. } quibus, & qualibus melodijs & rythmis vtēdum eſt magis ad mores. Circa primū primo oſtēdit ex præcedentibus in quibꝰ organis exercitandū vel non exercitandū, Secundo cum dicit. { Adhuc autem non eſt ipſa fiſtula &c. } manifeſtat hoc per rationē. In prima parte dicit q̄m nō eſt vtendū organis in quibus mouēdis grauat corpus immoderate, & quę immoderate per ſonum eorum excitant ſpiritus, ſed magis moderatis. Manifeſtum eſt ex hoc qualibus organis vtendum ad mores, & qualibus non. Non enim vtendum eſt ad diſciplinam fiſtulis. Fiſtula autem eſt organum vniuerſaliter, quòd ſonat per expulſionē ſpiritus. Et eſt intelligendum dictum Ariſtotelis vt videtur de fiſtulis illis quæ exſufflatione multi ſpiritus indigent ad hoc vt reddant ſonum, & immoderatum ſonum faciant, ſicut tibię & muſæ quædam. Tales enim propter multam exſufflationem ſpiritus grauant corpus, & propter magnitudinem ſoni nimis excitant ſpiritus. Nec etiam vtendum eſt organis, quæ propter magnitudinem & confuſionem ſoni confundunt ſpiritus, ſicut cythara, & ſiquid alterum tale eſt, ſed illis magis vtendum eſt quæ bene diſponunt auditores ſecundum corpus & ſecundum animā ad mores, aut ad ludos muſicos, aut alios q eis proportionanť. Deinde cū di.

kk ¶ Probat hoc ꝑ rationem. Et primo de fiſtula. Secundo cū dicit. { Quoniam autem organorū &c. } de organis. Circa primum primo probat, quòd ad aliud vtendum eſt fiſtula. Secūdo cum dicit. { Apponamus autem quod accidit &c. } quod nō ad diſciplinam. In prima igiť parte dicit, quòd præter ea quæ dicta ſunt, manifeſtū eſt quòd fiſtula non eſt organum diſponens ad mores, ſed magis propter magnitudinem & multitudinem ſoni eſt excitatiuum iræ, propter fortem motum ſpirituum. Et ideo magis vtēdum eſt ipſa in talibus temporibus in quibus exercitium eſt in ea propter purificationem, ideſt diſpoſitionem ad iram & audaciam, puta in bellis & inſultibus, quam eruditionem vel diſpoſitionem ad mores, ſicut nunc videmus vti eadem in bellicis, & ad illud quod dictum eſt, & ad terrorem aduerſariorum. Deinde cum dicit.

ll ¶ Probat, quòd non eſt vtendū ea ad diſciplinam. Et primo per rationem. Secūdo cum dicit. { Rationabiliter autē habet &c. } per dictum fabulare. In prima parte dicit, quòd in his quæ dicta ſunt adiungendum eſt, ꝙ ex vſu fiſtulæ accidit contrarium diſciplinę, puta ī diſciplina, quia contingit fiſtulationē prohibere vſum rationis rectum, propter quòd rationabiliter antiqui virtutē eius conſiderantes, prohibuerunt vſum ipſiꝰ a iuuenibꝰ & liberis bene diſpoſitis ſecundū intellectū, quamuis primo vſi fuiſſent ipſa: cū.n. primo incœperunt vacare ſtudio & diſciplinæ propter abundantiā neceſſariorum ad vitam & magnanimiores exiſtētes ad virtutē, hoc eſt ad fortitudinem prius, poſtea in operationibus facti prudentiores, ſequebantur eruditionem in doctrina quacumq;; non diſcernentes quæ eſſet vtilis & quæ non. Et ſuperinquirentes quamcumque propter quod adduxerunt fiſtulationem ad eruditiones, volentes in ea erudiri, quoniam in Lacedæmonia primo quidem

quidem



quidem choreator in chorea fiſtulauit, & dehinc deuenit Athenas: propter quod plurimi liberorum Athenienſium voluerunt participare ipſa propter nouitatem ipſius ſecundum conſuetudinem eorum. Et hoc manifeſtum eſt ex titulo quem Thraſippus ſtatuit qui bene duxerit chorum. Non autem ponit titulū, forte autem potuit eſſe. Hic iacet fiſtulator optimus, vel aliquid tale alterum, poſterius autem quando melius potuerunt iudicare propter experientiam longam, quid vtile vel inutile eſſet ad virtutem, cōſiderantes quòd non diſponit ad eam, ſed magis ad contrarium reprobauerūt ipſam, prohibentes eruditionem & vſum ipſius a iuuenibus. Similiter autem & multa alia organorum antiquorū ſimilia fiſtulis quātum ad hoc, ſicut pectales & barbiri, qđ nos dicimus muſam & alia, quæ & ſi faciāt ad delectationem vtētium, tamen nihil diſponunt ad mores, ſicut heptagona, ideſt inſtrumentum ſeptē angulorum, vel ſeptē chordarum, & trigona, ideſt trium angulorum vel chordarū, & ſambuca ex duabꝰ longis chordis. Forte & omnia quæ indigent manuali ſcientia multa prohibentes ex hoc conſideratione intellectus. Huiuſmodi autem organa communiter non ſunt nota nobis, aut non ſub iſtis nominibus. Deinde cum dicit.

mm ¶ Hoc idem manifeſtat per dictum fabulare dicens, quòd propter hoc rationabiliter dictum eſt, ꝙ de quibuſdam alijs in fabula dictum eſt ab antiquis, quòd cum Pallas inueniſſet fiſtulas & conſideraſſet eas & vſum earū, abiecit eaſdem. Nec eſt malum dicere propter quid, quia ſcilicet cōtriſtata eſt propter hoc, quòd in vſu ipſarum dehoneſtabatur facies. Oportet enim fauces inflari ad retentionem ſpiritus exſufflandi ad motū ipſarum, quod deformat faciem. Et multitudo ſpiritus exſufflantis debilitat corpus. Nec ſolum propter hoc, ſed magis veriſimile eſt, quia eruditio & vſus fiſtulationis ad perfectionem intellectus nihil facit. Palladem autem dicimus Deam ſcientiæ & artis. Sic igitur Pallas, ideſt ratio recta & ars recte diiudicans, reprobat vſum fiſtulæ, quia inutile ad corpus, tū quia deformat, tum quia debilitat, & quia non diſponit ad perfectionem intellectus, ſed ad contrarium magis, quia nimis commouet & confundit ſpiritus. Deinde cum dicit.

nn ¶ Probat ludum artificioſum non valere ad mores dicens, ꝙ iuſte reprobamus ludum artificioſum organorū & operationis. Ludum autem artificioſum hunc dicimus ludum qui fit in agonibus vel Theatris ad excitandum homines ad fortiter agonizā- A dum vel delectandum ſolum. In iſto enim ludo operans non operatur propter exercitium ad virtutem in ſeipſo, ſed ad excitādum audientes & gratia delectationis eorum non cuiuſcumque, ſed oneroſæ & ſeruilis. Et quia operatio & delectatio liberorum non ſunt tales, nō iudicamus talem ludum eſſe ludum liberorū, ſed ſeruorum, & quæ facit viles & depreſſos ſecūdum intellectum. Finis enim ad quem faciunt iſtos lūdos & intentio, non eſt bonus ſecundum ſeipſum. Intendunt enim ad delectationem audientium tantum, aut lucrum proprium. Operationes enim iſtius ludi oneroſi exiſtentes, conſueuerūt mutare muſicam, modo ludentes vel cātantes vno modo, nunc vero alio ſecundum diuerſitatē audientium, & finis intenti ad quem intendunt eos deducere, propter quod artifices, ideſt authores ludi facti, ſecundum artem qui cogit, aut ad ludū ipſum, facit quales quoſdam, ideſt diſpoſitos ſecundum paſſiones animæ ſecundum modum dictum prius, & etiam ſecundum corpus ꝓpter motus & geſtus, quos exercet in ludēdo, non autem bene diſponit ad mores, niſi forte ſecundum accidens.

mm Rationabiliter autem habet, & quod de fiſtulis ab antiquis in fabulis dictū eſt, aiūt.n. Palladem, cum inueniſſet fiſtulas abieciſſe, non male.n. habet dicere & propter inhoneſtatem faciei hoc feciſſe contriſtantem Deam, non ſolum, ſed magis veriſimile, q̃a ad intellectū nihil ē B eruditio fiſtulatiōis. Palladi autē attribuimus ſcientiā & artē.

nn Q̄m autē organorū & operationū reprobamus technicum ludum. Technicum autem dicimus eum qui ad agones. In hoc enim agens non gratia virtutis ſuimet operatur, ſed gratia delectatiōis audiētiū, & huius oneroſæ, propter quod non liberorum iudicamus eſſe operationem, ſed ſeruiliorem & banau- C ſos vtique accidit fieri. Mala enim intentio ad quam faciunt finis, ſpeculator enim oneroſus exiſtens, tranſmutare conſueuit Muſicam. Quare & artifices qui ad ipſum cogitant, facit & ipſos quales quoſdam, & corpora, propter motus.

*Rationabiliter quoque illud ſe habet quod antiqui de tibijs fabulantur. Aiunt enim Mineruam repertricem tibias abieciſſe ob deformitatem oris. Atqui non male ſe habet dicere feciſſe hoc Deam, deformitate oris infenſam. Sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vſus ad intelligentiam, & mentem, cum ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa.*

*Cum uero inſtrumentorum, & operis improbauerimus artificioſam diſciplinam. Artificioſam vero illam poſuimus, quæ uerſatur in certaminibus. In illis enim qui agit, non propriæ virtutis gratia agit, ſed vt audientes delectet, & oneroſa quidem delectatione. Quapropter non ingenui hominis cenſemus eſſe huiuſcemodi opus, ſed per viles, ac ſordidos contingit illud fieri. Nam finis cuius gratia faciunt, improbus eſt, cum ſpectator oneroſus exiſtens, modo hoc, modo illud exigere conſueuit, ita vt artifices quoque placere ſtudentes illiuſmodi efficiantur, & corpora ſimiliter propter motus.*

## LECTIO III.

Conſiderandum adhuc circa harmonias, & rythmos, & ad eruditionem, vtrum harmonijs omnibus vtendum & omnibus rhythmis, aut diuidēdum. D Deinde ijs qui ad eruditionem laborant, vtrum eandem determinationē ponemus, aut oportet tertiam aliquam aliam.

b Q̄m Muſicā quidē videmus ꝑ melodiarū factionē & ꝑ rythmos exiſtētes, horū aūt vnūqđque non oportet latere, quam potentiam habeat ad diſciplinam, & vtrū eligendū magis be- E ne melodizatam Muſicam, aut bene rythmizatam.

## *LECTIO III.*

*Conſiderandum eſt autem, vtrum omnibus vtendum ſit harmonijs, & omnibus rythmis, an diſtinguendum. Deinde vtrum illis qui eruditionis cauſa laborant, eandem diſtinctionem tribuamus, an tertium quiddam aliud.*

*Quoniam uidemus muſicam eſſe per melodiam & rythmos, horum vtrumque latere non debet, quam vim habeat ad doctrinam. Et utrum præferenda ſit ea pars quæ in melodijs cōſiſtit, an ea quæ in rithmis.*

## LECTIO III.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit quibꝰ organis vtendum, & non vtendum ad mores, tranſit nunc ad conſiderandum quibus & qualibus melodijs, & rythmis ſit vtēdum & ſimpliciter, & ad eruditionem i. diſciplinam. Et circa hoc primo præmittit intentum ſuum. Secūdo cum dicit { Quoniam autem diuiſionem &c. } proſequiť. Adhuc in prima parte primo proponit intentum ſuum principale. Secundo cum dicit. { Quoniam muſicam quidem videmus &c. } tangit quid conſiderandum eſt ad declarationem intēti principalis. Tertio cū dicit. { Putantes igiť multa &c. } tangit q̄ de ꝑdictis ſupponēda ſunt ab alijs. Dicit igiť prīo, ꝙ poſt ꝑdicta cōſiderādū ē circa naturā, & vſū harmoniarū & rythmorū, & ſimpliciter & in ordine ad eruditionē. i. diſciplinā, ſimpl'r qdē, vtrū oībus harmonijs & rythmis vtēdū ſit in ciuitate, aut oportet diuidere ipſas & dicere, ꝙ quibuſdā vtēdū eſt, qbuſdā aūt nō, Deinde per comparationē ad eruditionē, vtrū. ſ. his quæ laborāt ad ipſam vtendū ſit oībus ad eā. Aut etiā vtrū ſit ponenda eadem determinatio in ipſis per comparationem ad diſciplinam, quæ & ſimpliciter, aut aliqua alia diuerſa. Deinde cum dicit,

b ¶ Tangit quæ conſideranda ſunt ad declarationem dictorum. Dicens, quoniam ad ſenſum videmus muſicam diſtingui

 per

per melodiam in cantu vel organis & per rythmos,oportet conſiderare ad euidentiam propoſiti,quam potentiam & virtutem habeat vnaquæque iſtarum ad diſciplinam & mores. Illis enim quæ habent virtutem conuenientem ad ipſa, vtendum eſt ad ea, alijs autem non. Adhuc autem vtrum magis eligenda ſit ad mores & eruditioně muſica bene melodizata, aut ea quæ bene rythmizata eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Quæ de iſtis ſupponěda ſunt ab alijs. Dicens, quòd nos opinantes,quòd multi modernorum conſiderãtium in muſica, & alii ex philoſophis antiqui qui perfecti fuerunt,bene ſe habětes in hac diſciplina ex parte,ideſt participari,muſicæ conſiderationem ſpecialem circa ſingula prædictorũ,omittemus requirědum ab eis, vel a ſcriptis ipſorum. Nunc vero in vniuerſali dicemus de ipſis ſecundum quòd ad propoſitum facit, diuiděntes legaliter modos ipſius muſicæ,declarantes quibus vtědum eſt ad mores vel ſimpliciter ad quamcumque. Deinde cũ dicit.

d ¶ Proſequitur.Et circa hoc duo facit. Primo enim præmittit quaſdam diuiſiones. Secundo cum dicit.{Tertio autem ad deductionem &c.} concludit quibus & qualibus harmonijs vtendum eſt. Primo igitur dicit, quoniã diuiſionem melodiarum muſicalium approbamus rationabiliter ſecũdum quam quidem approbati in philoſophia diuidũt eas,dicentes,alias illarum eſſe morales, ſeu diſponětes ad mores, alias autem practicas, ideſt paſſionum iræ & manſuetudinis factiuas, alias autem raptus factiuas, quæ faciunt audientem quaſi immobilem & non ſentientem,exquiſitius aſſignantes melodiam & harmoniam determinatam ad vnumquemque ipſorum naturaliter. Phrygiam dicunt raptus factiuam. Lydiam mixtam autem diſponětem ad planctum & compaſſionem. Doricam autem ad mores,ſicut dictum eſt prius. Dicimus quòd muſica non eſt ſimpliciter quærěda gratia alicuius vtilitatis vnius,nec vtendum eſt ipſa propter vnum ſolum, ſed gratia plurium. Etenim vtendum eſt eadě cauſa ludi & purificationis. Quid autem dicimus purificationem, nunc quidem ſimpliciter ſupponatur. In poetica autem magis manifeſte dicetur de ea. Videtur autem eſſe purificatio corruptio alicuius paſſionis votiuæ inexiſtentis. Et quia corruptio vnius eſt per generationem alterius, ideo eſt corruptio vnius paſſionis, vel per generationem contrariæ, ſicut iræ corruptio per generationem manſuetudinis. Tertio autem vtilis ad deductionem eſt,ſeu delectationem intellectualem & mores,ſicut dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prædictis quibus harmoniis vtendum eſt, & qualibus.Et primo facit in vniuerſali.Secũdo cum dicit.{Quoniam autem ſpectator &c.}Oſtendit quibus in ſpeciali vtendum

c Putãtes igitur multa bene dicere de ijs, quoſdã modernorũ muſicorũ & eorũ qui ex philoſophia quicũq; exiſtũt,expertes ſe habětes in diſciplina, quæ circa muſicã,eã quidě quæ per ſingula diſceptationem committemus quærere volětibus ab illis, nũc aũt legaliter diuidim⁹ modos Typus ſolũ dicětes de ipſis.

d Qm̃ aũt diuiſioně acceptam⁹ melodiarũ,vt diuidũt quidã eorũ q in philoſophia,has qdě morales,has aũt practicas,has qdě raptus factiuas ponětes,& armoniarũ naturã ad ſingula horũ cõuenientě aliã ad aliã partě ponũt.Dicimus aũt nõ vnius vtilitatis gr̃a oportere vti Muſica, ſed plurium gratia,etenim ludi gratia & purificatiõis. Quid autě dicim⁹ purificationě,nũc qdě ſimpliciter. Iterũ in ijs quæ de Poetica,dicemus manifeſtius.

e Tertio aũt ad deductioně ad remiſsioněque,& ad diſtěſionis requiě, manifeſtũ quòd vtendũ quidem omnibus armoniis, nõ tamě eodem modo omnibus vtendum. Sed ad diſciplinã quidam maxime moralibus,ad auditum autem aliorum manu laborantium & practicis & raptiuis.

f Quę.n. circa quaſdã animas accidit paſsio fortiter, hæc in omnibus exiſtit, differt autem in eo quod min⁹ & magis, velut miſericordia & timor. Adhuc autě raptus,etenim ab hoc motu decentes quidam ſunt,ex ſacris autě melodijs videm⁹ hos, quando vſi fuerint melodiis deiraſcentibus animã, reſtitutos

*Putantes igitur multa de his eſſe dicta recte a muſicis quibuſdam, qui nunc ſunt, & a philoſophis qui peritiam habent huius diſciplinæ, diſcuſſionem & examen ſingularum partiũ illis dimittemus,qui perquirere volent*

G *Nos autem ſolummodo in genere de ipſis dicamus.*

*Cum illa probetur a nobis melodiarum diuiſio,quam faciunt quidam philoſophi, quòd aliæ ſunt morales, aliæ effectiue, aliæ abſtractiuæ, ponentes naturam earum ad ſingula iſtarum propriam. Dicimus autem non vnius vtilitatis gratia oportere muſica vti, ſed multarum. Nam & doctrinæ gratia, & purificationis. Quid autem purificationem intelligamus, nũc*

H *ſimpliciter. Alias vero diligentius in his quæ de poetis ſcribimus,dicetur.*

*Tertio gratia degendi ocij quietiſque cauſa, & remiſſionis curarum, patet omnibus harmonijs eſſe utendũ, ſed non eodem modo. Verum ad doctrinam quidem moralibus eſt utendum maxime, ad auditionem uero alio pulſante effectiuis & abſtractiuis.*

I

*Nam affectio illa quæ contingit circa animos quorundam uehementer in cunctis exiſtit. Differt autem ſecundum magis & minus, ceu commiſeratio & mœtus. Et præterea abſtractio animi. Nam per hunc motum deuoti & ſupplices quidam fiunt. Videmus autem & ſacris melodijs ita affici, quando utuntur expiantibus animam carminibus,quaſi medicina fretos, &*

F eſt.Circa primum primo facit quod dictum eſt.Secundo cum dicit.{Quæ enim circa quaſdam animas &c.} probat quoddam ſuppoſitum. Dicit igitur primo,quòd ex his quæ dicta ſunt pri⁹ manifeſtum eſt quòd ad remiſſionem laboris, & ad requiem diſtentionis,hoc eſt operis vnius diſtenſi vtědum eſt vniuerſaliter omnibus harmoniis muſicis quantum ad bene diſpoſitos natura. Omnes enim harmoniæ muſicę quæ in media quadam ratione conſiſtunt quãtum ad ſenſum qui ſimiliter in quadã media ratione conſiſtit, videntur delectationem inducere in habentibus ſenſus bene diſpoſitos natura,qđ dico propter eos qui indiſpoſiti ſunt ſecũdum ſenſum vel animam, qui in harmoniis bene proportionatis contriſtantur propter contrarietatem. In proportionatis autem & diſtortis delectantur propter ſimilitudinem, vt conſequenter dicetur. Sed ad diſciplinã & mores vtědum eſt, maxime moralibus, ideſt diſponentibus ad mores ſecundum auditum eorum qui manu vel corpore, vel etiam anima laborant in aliqua paſſione. Practicis & raptiuis hoc eſt ducentib⁹ ab aliqua paſſione ad contrariũ vel ad medium. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat quoddã ſuppoſitum. Suppoſuit enim, quòd ſunt harmoniæ quædã purificatiuæ a paſſionibus nociuis quibuſdam per generationě oppoſitarum vel mediarum. Hoc autem intendit manifeſtare hic per illud qđ apparet ad ſenſum. Et eſt intelligendum, ꝙ paſſio animę ſecũdũ quòd hic loquitur eſt motus partis animæ appetitiuæ ſub phantaſia boni vel mali. Et ideo ſequitur apprehenſionem boni conuenientis vel mali diſconuenientis, & ſi ſequatur apprehenſionem boni conuenientis cum delectatiõe eſt ſecundum quòd huiuſmodi. Si autem apprehenſionem mali diſconuenientis cum triſtitia, & quia pars animæ appetitiua eſt virtus quædam in corpore & organo, ideo ſequitur in eſſe & operatione ſua diſpoſitionem materiæ & corporis, & ideo huiuſmodi paſſiones ipſius aliquam diſpoſitionem qualitatum primarum ſequuntur, ſicut audaciam abundatia caliditatis circa cor. Timor autem infrigidationem quandam. Ira autem accenſioně ſanguinis vel ſpiritus. Et quia huiuſmodi diſpoſitio qualitatum in omnibus hominibus eſt inquantum omnes compoſiti ſunt ex ipſis ſicut ex materia, ſed tamen magis & minus ſecundum quòd quidam magis calidi, quidam minus, & ſecundum quòd quidam magis frigidi, quidam autem minus ſunt, propter hoc omnes huiuſmodi paſſiones quadam aptitudine & virtute ſunt in omnibus. Sed in quibuſdam magis ſecundum actum & intenſe. In quibuſdam autem magis ſecundum potentiam & remiſſe. Et ideo dicit, quòd bene dictum eſt quòd Harmoniæ quędam ſunt factiuæ paſſionum, quoniam

K (margin letter beside the line "quatur apprehenſionem boni conuenientis")



niam paſſiones quæ ſiunt in animalibus quorumdam ſecũdum excellentiam quandam,ſecundum ꝙ quidam ſunt excellenter audaces, quidam excellenter timidi, & ſic de aliis exiſtunt vniuerſaliter in omnibus virtute ſicut calidum & frigidum, & humidum & ſiccum, quę ſunt principia iſtorum ſecundum magis & minus, ſecundum ꝙ magis vel minus dominantur qualitates quæ diſponũt ad eas, ſicut miſericordia timor & raptus q eſt immobilitas ſen. ſuum & partium exteriorum propter reuocationem caloris, & ſpiritus ad interiora. Sunt enim aliqui qui a paſſione huiuſmodi detinentur. Videmus enim ad ſenſum ꝙ quando aliqui vſi fuerunt melodiis quibuſdam quibus antiqui ſolẽt vti in veneratione Deorum, ꝙ reſtituunt & ſũt maxime ď iraſcětibus manſueti quaſi ſortiti medicinã quãdam & purificationě a paſſione nociua, & prętěr naturam. Idě autem hoc contingit exiſtětibus in paſſione miſericordię & timiditatis, & vniuerſaliter in quacumq; alia paſſione quantũcumque adiacet vnicuique, & omnibus inſit quædam alleuiatio & purificatio paſſionis propter delectationem factam ex melodia diſponente ad contrarium. Eodě autem modo huiuſmodi melodiæ purificatiuæ faciunt regionem innocuã hominibus inquantum paſſiones reprimunt, propter quas ſibi inuicem iniuriabãtur. Et eſt intelligendum ꝙ omnes huiuſmodi paſſiones in aliqua ꝓportione calidi & frigidi & aliarum qualitatum primarum conſiſtunt diſpoſitiue & materialiter, quamuis alterius iſtarum ſit a dominio, & omnes cum delectatione quadam vel triſtitia exiſtunt, vel cum vtroque, quamuis cum altero magis, quæ enim cauſantur ex phantaſia boni conuenientis ſecundum ꝙ huiuſmodi,cum delectatione ſunt, quæ autem ex phantaſia mali diſconuenientis,cum triſtitia. Harmonię autem muſicæ ſimiliter in quadam media ratione ſonorum exiſtunt, quę ſimiles ſunt aliquando proportioni in qua conſiſtit paſſio aliqua,aliquando autem diſſimiles. Declaratur autem quilibet in eo quod conueniens, & proportionale eſt ei ſecundum naturam, triſtatur autě per contrarium, propter quod exiſtens in paſſione aliqua ſiue cum delectatione ſiue contra audiens melodiam in conſimili ꝓportione magis intenditur in eadem paſſione, audiens autem melodiam in contraria proportione exiſtentem remittitur quaſi per contrarium, ſicut ſi aliquis ſit in paſſione iræ quæ eſt cum triſtitia & accenſione quadam audiat melodiam in contraria ꝓportione cauſantem delectationem & remittentem calidum ſedabitur ab ira. Similiter autem & in aliis paſſionibus ſe habet, & propter hoc tractantes muſicam vti debent melodiis & harmoniis talibus contrariis ad ſe dandum exceſſus paſſionum. Deinde cum dicit.

g ¶ In ſpeciali declarat quibus & qualibus melodiis vtendum eſt, & primo quibus & qualibus vtendum eſt ad requiem indiſciplinatorum & vilium, Secundo cum dicit. {Ad ludum aũt.}

ſicut medicina ſortitos & purificatione,idem aũt hoc neceſſariũ pati & miſericordes & timidos,& totaliter paſſiuos. Alios autem quantum talium adiacet vnicuiq; & omnibus fieri quandam purificationem & alleuiari cum delectatione, Similiter aũt & melodiæ purificatiuæ exhibent innocuam regionem hominibus, pp quod talibus quidem armoniis & talibus melodiis ponendũ theatralem Muſicam tractantes agonizatores,

g Quoniam aũt ſpectator duplex,hic quidem liber & eruditus, hic aũt oneroſus ex Banauſis & mercennariis & aliis talibus compoſitus aſſiguandũ agones & ſpeculationes, & talibus ad requiě,ſunt autem ſicut ipſorum animæ diſtortæ ab eo qui ſecundũ naturam habitu, ſic & armoniarũ tranſgreſſiones ſunt & melodiarum rigidæ & diſcerptæ,facit aũt delectationem ſingulis quod conueniens ſecundũ naturam,propter quod dãdum poteſtatě agonizantibus ad ſpectatorem talem tali aliquo genere muſicę vti.

h Ad ludũ autem,ſicut dictum eſt moralibus melodiarũ vtendum, & armoniis talibus, talis aũt quæ doriſtice,ſicut diximus prius. Suſcipere aũt oportet & ſiquã aliã nobis approbauerint cõmunicantes eo quòd in philoſophia & exercitio & diſciplina quæ circa Muſicam.

*purificatione hoc idem euenire neceſſarium eſt his qui commiſeratione & qui mœtu, & qui aliis affectibus detinentur, & aliis,quatenus cuique talia contingant, fierique in omnibus purificationem quandam & alleuationem cum uoluptate. Similiter autem carmina purificatiua lætitiam afferunt in*

B *nocuam hominibus. Quapropter talibus harmoniis & talibus carminibus ſpectandi ſunt hi qui theatralem muſicam tractant certatores.*

*Sed cum ſpectator ſit duplex, alter ingenuus & doctus, alter uilis & indoctus ex opificibus turbaq; urbana. His quoque accommodanda ſunt certamina & ſpecula ad ceſſationem, & requietem, ut enim illorum animæ diſtortæ ſunt a naturali habitudine, ſic*

C *harmoniarum & melodiarum diſtorſiones ſunt quædam illæ quæ ſunt uehementes & infractæ. Delectat uero ſingulos id quod ſuæ naturæ ſit aptum, quamobrem licentia permittenda eſt his qui de arte muſica certant in theatro, ut ad huiuſmodi ſpectatorě tali genere utantur muſicæ.*

*Ad doctrinam uero moralibus melodiis eſt utendum, & talibus harmoniis qualis eſt Dorica, ut ſupra diximus, recipienda eſt & alia quamcum*

D *que nobis ſuadent, qui in philoſophia muſicaque uerſantur.*

A Quibus vtendum eſt ad diſciplinam liberorum & diſciplinatorum magis. In prima parte dicit ꝙ ſpectator, ideſt auditor harmoniæ muſicalis duplex eſt. Vnus quidem liber,ideſt bene diſpoſitus ad opera intellectus & bene diſciplinatus. Alter autem ſeruus & oneroſus compoſitus ex vilibus & mercenariis & aliis huiuſmodi: indoctis oneroſis & ſeruilibus aſſignandi ſunt agones & ſpeculationes conuenientes eis ad requiem & delectationem. Laborantes enim iſtis indigent quandoque. Sicut autem ipſi ſecundum animam male diſpoſiti ſunt, & diſtorti ab illo habitu qui eſt ſecundum naturam, ita ſunt quædam harmoniæ rigidæ valde & diſtortæ a media ratione, omnibus autem delectabile ě id quod conueniens eſt eis ſecundum naturalem inclinationě eorum, quia delectatio eſt operatio connaturalis habitus non impedita ſicut dicitur 7. Ethic. Et ideo agonizantibus & operantibus in muſicalibus concedendum eſt ꝙ poſſint vti aliquo tali genere muſicæ, rigido ſcilicet & diſtorto ad talem ſpectatorem vilem & indiſpoſitum,vt ipſo delectatus quieſcat,ſecundũ ꝙ dicimus communiter ꝙ plus valet ruralis fiſtula quàm aliquod nobilius inſtrumentum,intelligendum eſt ꝙ anima poteſt conſiderari ſecundum ſeipſam, vt eſt forma quædam ſpecifica hominis, vel ſecundum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo, vel in illo ſi conſideretur ſecundum naturam ꝓpriam, ſic nulla inclinatio ad imperfectionem,nec etiam imperfectio inuenitur in ea, immo quantum in ſe eſt perfecta eſt naturaliter, quantum eſt ex inclinatione eius, tale enim eſt vnũquodque ſecundum naturam quale eſt generatione perfecta, ſicut dicitur in Primo huius. Et ſic anima cuiuſcumque hominis non inuenitur diſtorta a naturali habitu,& ſecundum ꝙ huiuſmodi quilibet liber eſt. Si autem conſideretur ſecundum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo & in illo, quia inueniũtur quædam diſpoſitiones quæ non diſponunt eam ad illud ad qđ

E inclinantur ſecundum naturam ſuam, ſed quædam ad contrarium magis, ſic anima vel homo ſecundum eam diſtortus eſt a perfectione ad quam inclinatur ſecundum naturam. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat quibus moralibus vtendum eſt ad diſciplinam, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sunt autem duæ conſiderationes.} Declarat ꝙ omnes & omniquaq; non debent vti illis, ſed cum determinatione. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit.{In politia autem Socrates.{ Reprobat opinionem Platonis circa quoddam dictum. Tertio cũ dicit. {Iterum de Doriſtica.}Regreditur ad declarandum quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ ad diſciplinam quæ delectabilis eſt ſicut ludus, vtendum eſt moralibus melodiis & harmoniis diſponentibus ad hanc. Talis autem eſt illa quæ vocatur Dorica, ſicut diximus prius & apparebit conſequenter,ergo ad diſciplinam vtendum eſt ea,& adiungendum eſt ei aliquas ſi quas

quas approbauerint ſicut conuenientes ad hoc qui exercitati ſunt in philoſophico exercitio & diſciplina muſicali. Deinde cum dicit.

i ¶ Reprobat opinionem Platonis circa prædicta, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Manifeſtat autem poeſis.} Declarat quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ Socrates in Repub. ſua ideſt Plato introducẽs Socratem loquentem, non conuenieter dicit ſolam Phrygiam melodiam cum ea quam dicimus Doricam debere recipi in ciuitate ad diſciplinam & mores iuuenum, ſimul cum hoc reprobans fiſtulã inter organa tamquam non cõuenientem ad ea: illam enim eandem naturam & virtutem quam habet fiſtula inter organa habet melodia Phrygia inter harmonias, ambo n. prouocant iram, & ſunt illatiua paſſionis ad quam diſponit calidum propter fortitudinem motus & percuſſionis, ratione quorũ habent excitare caliditatem in ſpiritibus. Si ergo fiſtula reprobanda eſt ſicut inepta ad diſciplinam & mores, eadem ratione & melodia Phrygia, & ſi iſta vtilis eſt eadem ratione & illa. Deinde cum dicit.

K ¶ Declarat quoddam ſuppoſitum, puta ꝙ eandem naturã habeant Phrygia in melodiis & fiſtula in organis dicens, ꝙ ea habere eandem naturam manifeſtat poeſis, quæ dicit, ꝙ omnis bacchatio, ideſt impetuoſitas & omnis motus conſimilis paſſionis violentæ, maxime cauſatur a motu fiſtulæ in organis, & in harmoniis muſicalibus a melodia Phrygia. Accipiunt autem ad huiuſmodi declarationem hoc quod conueniens & verũ videtur, puta ꝙ Dithyrambus manifeſte videtur eẽ modus quidam melodiæ Phrygię, ad hoc autem exempla multa adducunt illi qui circa obiectum huius ſenſus, ſcilicet auditus laborant, & alia. Et quia Philoxenus muſicus fabulans aliquando viſus fuit Dithyrambum facere in melodia Dorica, ſcilicet primi toni, non potuit autem, quia non conueniebat illi, ſed ex ipſa inclinatione naturæ eius incidit in Phrygiam, cum qua magis conueniebat, hoc autem non eſſet niſi Dithyrambus de quo manifeſtum eſt ꝙ conuenit cum fiſtula vel tuba propter fortitudinẽ motus, & eſt factiuus iræ & paſſionis fortis. Et eſt modus quidã cantus qui dicitur Phrygius, ſcilicet tertii toni apud nos & per conſequens Phrygia conueniret cum fiſtula. Deinde cum dicit.

l ¶ Regreditur ad probandum minorem rationis prędictæ, ſcilicet ꝙ melodia Dorica maxime ſit moralis dicens, ꝙ Dorica melodia loquentes omnes vniuerſaliter confitentur, ꝙ inter omnes melodias ſtabiliſſima exiſtit, propter quod conuenit cũ virtute ad quam requiritur conſtantia mentis in his quæ ſunt ſecundum rationem, & maxime habet morem virilem, ideſt virtuoſum, quod quidem per rationem apparet, medium enim inter duas ſuperabundantias excellentiæ & defectus laudamus, & approbamus magis & in his quæ ſunt ſecundum naturam, puta complexionem temperate calidam laudamus magis q̃ eam quæ

F excellenter frigida eſt, & in his quę ſunt ſecundum artem & ſecundum rationem, virtutem enim quæ in medio conſiſtit laudamus, ſuperabundantiam autem & defectum quæ rationem extremorum habent, vituperamus. Adhuc autem dicimus, ꝙ medium in omnibus magis proſequendum eſt ſicut bonum, melodia autem Dorica rationem medii habet reſpectu aliarum, nõ enim ita excellenter acuta ẽ ſicut illa quæ dicitur Lydia mixta, quę eſt ſeptimi toni nec etiam ita depreſſa in grauitate, ſicut hypodorica vel hypophrygia quæ eſt ſecũdi vel quarti toni, & ideo manifeſtum eſt ꝙ maxime laudanda eſt & proſequenda ſicut diſponens ad virtutem, propter quod iuuenes magis exercitandi ſunt in ea. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat quòd non quocumque modo quibuſcumq; moralibus vtendum eſt a quibuſcumque, ſed ſecundũ diuerſas determinationes ſecundum diuerſitatẽ ætatum, & circa hoc primo declarat quibus & qua determinatione expedit vti ſenib. Secundo cum dicit. {Adhuc aũt ſiqua.} Quibus & qualibus iuuenibus, concludẽs conditiones vniuerſaliter quæ requiruntur in melodia conueniente vnicuique ætati. Dicit igitur primo ꝙ non omnibus melodiis, & moralibus & m:diis expedit vti omnibus quomodocũque, ſed cum determinatiõe. Sunt autem duo per quæ determinatͬ, videlicet qđ poſſibile, & qđ decẽs: illa enim magis oportet agere aut operari inter bona operabilia quæ poſſibilia ſunt operanti, nullus enim manum immittit ad illud quod impoſſibile reputat vel ſimpliciter vel ſibi, quamuis etiam bonum ſit ſecundum ſe, & illa quæ decent ipſum operantem, aliqua enim ſunt bona & poſſibilia operanti quæ tamen non decent ipſum, ſicut bonum eſt dare paruum munuſculum, & poſſibile eſt regi, non tamẽ decet ipſum, ſiquidem magnificus eſt, & ideo illa quæ bona ſunt, & poſſibilia operanti & decentia ipſum, magis facienda ſunt, poſ- K ſibilitas autem & decentia diſtinguuntur ſecundum diuerſitatẽ ætatum, aliqua enim ſunt poſſibilia viro perfecto & decentia ipſum quæ nõ ſunt poſſibilia iuueni & decentia ipſum, & ideo ſunt aliquæ harmoniæ vtiles ad mores ſecundum ſe, quę tamen non conueniunt quibuſdam, quia non ſunt eis bene poſſibiles, ſicut eis qui ſunt abdicati, hoc eſt declinantes per tempus vel ſenium ab æqualitate, non faciliter poſſunt cantare harmonias rigidas & acutas propter debilitatem virtutis & ſpiritus, ſed magis remiſſas ſecundum naturam, propter quod quidam poſteriorum muſicorum conuenienter reprobauerunt Socratem qui reprobauit omnes harmonias remiſſas vtiliter tamquam inutiles ad mores & diſciplinam, dicens eas eſſe ſicut inebriatiuas hominum, ſed cum ebrietas duo faciat in homine, ſcilicet motus impetuoſitatem & declinationem a ſobrietate & diſpoſitione naturali, dixit eſſe ipſas inebriatiuas non ſecundum potentiam ebrietatis, ideſt ſecundum impetuoſitatem. Verum enim eſt, ꝙ ebrietas impetuoſum hominem facit, huiuſmodi enim melodiæ remiſſæ

i In politia autem Socrates nõ bene Phrygiſtem ſolam admittit cum ea quę doriſtice, & hæc reprobãs organorum fiſtulam: habet enim eandem potentiam Phrygiſta armoniam, quam quidem fiſtula inter organa: ambo enim iram prouocantia & paſſionis illatiua.

G

k Manifeſtat aũt poeſis, omnis enim petulantia, & omnis talis motus, maxime autẽ organorũ, eſt in fiſtulis, armoniarum autẽ ĩ melodiis, Phrygiſticis accipiũt hoc quod decens, puta dithyrãbus confeſſe videtur eſſe Phrygium, & huius exẽpla multa dicunt qui circa ſenſum hũc, aliaque, & quia Philoxenus conatꝰ in doriſtica facere dityhrambũ fabulam non fuit potens, ſed ab ipſa natura decidit in Phrygiſtã conuenientem armoniam.

H

l Iterum de Doriſtica autẽ omnes confitentur, tamquam ſtabiliſſima exiſtente, & maxime habente morẽ virilem. Adhuc autem quoniam mediũ quidẽ ſuperabundantium laudamus & dicimus perſequi oportere. Doriſtica autem hanc habet naturam ad alias armonias, manifeſtum ꝙ Doricas melodias oportet erudiri magis iuniores.

I

m Sunt autẽ duæ conſiderationes, quod poſſibile, & quod decens, etenim q̃ poſſibilia oportet tractare magis, & quæ decẽt ſingulos. Sunt autem & hæc determinata ætatibus, velut abdi-

*Socrates uero in libris de Republ. non recte Phrygiam tantummodo adiungit ad Doricam, licet improbans tibiam ex inſtrumentis, habet enim eãdem uim Phrygia in harmonijs, quã habet tibia in inſtrumẽtis, ambæ enim concitant animos, & in affectus impellunt.*

*Oſtendit hoc poeſis, tota enim bacchatio & tota huiuſmodi cõcitatio maxime omnium inſtrumentorum per tibias fit. Harmonia uero Phrygia maxime hunc modum habet ceu Dithyrãbus manifeſte uidetur eſſe Phrygius, cuius quidem rei plura afferunt argumenta qui circa huius rerum intelligẽtiam uacant. Et inter cætera illud, qđ Philoxenus aggreſſus Dorice facere Dithyrambos in fabulis non potuit, ſed ui illius naturæ tractus fuit ad Phrygiam harmoniam, quæ maxime illis congruebat.*

*Doricam autem fatentur omnes cõſtantem eſſe ac firmam, moremq; ſummopere continere uirilem. Præterea cum medium extremorum ſumendum eſſe diximus, Dorica autem hanc habeat naturam ad alias harmonias, manifeſtum eſt ꝙ Doricam præ cæteris decens eſt iuniores addiſcere.*

*Sed duo conſideranda ſunt, unum quid poſſit, alterum quid deceat. Nã poſſibilia quiſque aggredi & conuenientia ſibi debet. Sunt autem hæc diſtincta ætatibus, ceu defeſſis iam tempore non facile eſt alti ſpiritus canti-*



remiſſæ talem impetuoſitatem non inducunt, ſed dixit eas eſſe inebriatiuas ſicut abdicatiuas, ideſt declinantes ab æqualitate & medio. Et propter hoc inclinantes homines ad ea, quæ declinant ab æqualitate & rectitudine. Hoc autem dicebat Plato ac ſi omnes homines & ſemper exiſterent in ſtatu & æqualitate medii ſecundum naturam, & nullus declinaret ab ea, ſi enim ita eſſet, nulli expediret vti harmoniis remiſſis, ſed quia quidam ſunt in ſtatu & æqualitate, quidam autem ab ea declinãt per ſenium vel alio modo, vnumquodq; autem delectatur in eo quod conueniens eſt ei ſecundum naturam, ſicut dictum eſt prius, ideo non expedit oẽs vti melodiis mediis ſed quibuſdã expedit vti remiſſis mediis, & ideo ad ętatem futuram ſenum qui declinant ab æqualitate prædicta, & ſunt debilis virtutis expedit vti melodiis & harmoniis remiſſis. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quæ expediunt iuuenibus concludens conditiones quę exiguntur in muſica ordinanda ad

A mores vtiliter dicens, quòd ſi adhuc eſt harmonia talis media non remiſſa, quæ decet ætatem puerorum, propter hoc quòd ornatum quendam habet propter conſonantiam, rationecuius delectat, ſimiliter autem & doctrinam, hoc eſt diſponit ad diſciplinam, huiuſmodi autẽ vim videtur maxime habere harmonia ea q̃ dicitur Lydia, quæ ẽ cantilena quinti toni, ſicut dictum eſt prius, manifeſtum ẽ quòd ĩ muſica diſponente ad diſciplinam oportet tria præexiſtere, videlicet quòd rationem medii habeat inter acutas & graues, & quòd poſſibilis ſit ipſi vtenti, & decens conditionem ipſius. Si enim talis fuerit, manifeſtum ẽ, quòd vtentes ea magis inclinabuntur ad virtutẽ & mores, inclinati autem magis operabuntur ſecundum rationem, operantes autem ſecundum rationem faciliter attingunt ad fœlicitatem, quæ cõſiſtit in perfectiſsima operatione hominis ſm ſupremã eius virtutẽ reſpectu perfectiſsimi C obiecti ipſius, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum.

catis per tẽpus non facile cantare rigidas armonias, ſed remiſſas natura iniit talibus, propter quod bene increpant & hoc aduerſus Socratem quidã eorum qui circa muſicam, ꝙ remiſſas armonias reprobauerit ad diſciplinam tamq̃ inebrietatis petulantia, impetuoſum.n. ebrietas facit magis, ſed abdicatas, quare ad futuram ętatẽ ſeniorum oportet tales armonias tãgere, & melodias tales.

B

n Adhuc autẽ ſiqua eſt talis armoniarum, aut decet puerorũ ętatem, propterea quod poteſt ornatũ habere ſimul & intellectũ, vt quæ lydiſtica videtur pati maxime armoniarũ, palã, q̃a tres hos terminos faciendũ ad diſciplinã quod medium, quod poſſibile, & quod decens.

*lenas canere, ſed talibus ſubijcit natura remiſſas, ex quo Socratem in hoc quoque merito reprehendunt quidam ex his qui circa muſicam uerſantur, quòd remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinam, quaſi uinolentas accipiens eas, non ſecundum uinolentiæ naturã, nam uinolentia magis debacchari facit, ſed defeſſas, quare & ad futuram ætatem ſeniorum opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere, & huiuſcemodi melodias.*

*Præterea ſiqua eſt talium harmoniarum quæ conueniat puerorum ætati, ex eo quia poſſit ornatum ſimul doctrinamque afferre, quod Lydia maxime omnium harmoniarum habere uidetur, manifeſtum quòd hæ tres determinationes ſunt in doctrina faciendæ, medium, poſſibile, ac decens.*

Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper octo libros Politicorum Ariſtotelis, Finis.

# REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes ſunt Quaterniones pręter T, qui eſt Duernio.



ROMAE

Apud hæredes Antonij Bladij, & Ioannem Oſmarinum Liliotum ſocios.

M D L X X.